Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
8
11 M B
16

SVMMA VNIVERSAE MORALIS THEOLOGIAE, ET CASVVM CONSCIENTIAE.

AVTHORE LAELIO ZECCHO, Theologo, & Iur. Vtr. Doct.

In qua, quicquid ad hominum actus & mores rectè componendos, iuxta ordinem Angelici Doctoris, in tota prima secundæ, & secunda secundæ, eius Summæ Theologicæ parte, locis Sacræ Scripturæ, Sanctorum Patrum, & Philosophorum Sententijs, necnon Iuristarum, Theologorum, ac Summistarum Doctrinis, & casibus aucta & explicata continetur.

Additis quoq; Tractatibus de rerum Dominio, & de modis iustè id acquirendi, seu naturaliter, seu iuregentium, aut humano, vel ex hominum consensu in contractibus (de singulis eorum agendo) vel in vltimis voluntatibus (de eisdem vberrimè pertractando) necnon de ijs, quæ ad Horas Canonicas, Sanctorum cultum, & alia complura attinent, copiosè, & faciliter explicatis.

AD SANCTISSIMVM D. NOSTRVM Clementem VIII. Pont. Max.

CVM TRIPLICI INDICE.

S. Andrea della Valle

BRIXIAE, M D XCVIII.

Apud Petrum Mariam Marchettum.

Superiorum Permissu.

SANCTISSIMO, ET BEATISSIMO PATRI, ET D. N. CLEMENTI VIII. PONTIFICI MAXIMO

Lælius Zecchus sempiternam fœlicitatem.

VM omnium, tum Philosophorum, tum Sanctissimorum Patrum, ea fuerit semper communis sententia, Beatissime Pontifex, innatum boni atque à summo rerum Opifice beatitudinis adipiscendæ insitum desiderium, nulla alia ratione assequi posse, nisi si vitijs sublatis virtutes excolentur, & quæ patefacta est nobis diuinitus via alacrius arriperetur: factum est, vt priscis illis temporibus, nedum nostris, nil vnquam pulchrius, nil salubrius habitum sit, quàm de ijs agere, quæ ad animos purgandos ac illustrandos maximè conducerent. Quis enim non intelligat, eos ipsos præclaris monumentis memoriæ esse commendatos, qui Philosophiam, circa syderum inspectionem aberrantem, ad ciuitates, & domos, ac ad proprios animos excolendos, reuocarunt? Qua quidem re attentè inspecta vni illi me totum addixi impensius lectioni, quæ non modo rectè & honestè viuendi rationem traderet, quod & veteres Philosophi,

 losophi,

losophi tentare conati sunt, verum etiam, quod caput est, demonstraret quemadmodum vitijs subactis, virtutibusque comparatis, nobis cœli aditus pateret. Etenim sic mihi persuasi, non parum adiumenti pijs studiosis esse me allaturum, si quæ legumlatores sanxerunt, & summi Theologi & iurisperiti ad actus hominum rectè componendos excogitarunt, ego breui & lucida methodo, multis vndique collectis & adiunctis, conflarem; nec non ea pro viribus digesta atque ornata, emitterem. Quod, Deo Opt. Max. duce, quæ mea est ingenij tenuitas, aliqua ex parte assecutus, idipsum Sanctitati vestræ sacrandum censui. Quid enim iucundius, quid optatius illi esse potest, quam vt consilia ineantur, quibus Respub. Christiana tranquille degat, vsuramque vitæ huius inoffensè traducat? Equidem, ne pluribus agam, cum studiorum atque officiorum tuorum magnitudo, in Pontificatus munere obeundo, id optimè testetur; confido fore, vt, qui dudum aliud mearum lucubrationum munusculum benignè acceperis, hoc idem qualecunq; est, tanta præsertim rerum lætitia, in qua Ferrariæ Principatum Apostolicæ sedi non minus sapienter quàm fœliciter peperisti, pro tua animi clementia, aspernari minimè velis.

INDEX PRIMVS MATERIERVM,

ET CAPITVM OPERIS, IVXTA EIVSDEM ordinem dispositum.

De principijs Humanorum actuum. j.par.pag.3

De passionibus, vel affectionibus animæ. j.par.46

De Habitibus. 112

De Virtutibus. 122

De Peccato. 173

De Legibus. 248

De Gratia. 378

An

De Fide. 449

De Spe. 563

De Charitate. 580

PARS SECVNDA.

De virtutibus Cardinalibus. 1

De prudentia. 1

De Iustitia. 21

INDEX ALTER MATERIERVM OPERIS,

ordine Alphabetico digestus.

Fruitio.

Simo-

INDEX RERVM, ET SENTENTIARVM,

Quæ in hac Summa continentur.

Apo-

Bla-

Cha-

Consensus

D

F

H

Hæresis

Horę

Iusti-

M

Obser-

Pecca-

in Pœ-

S.

Sacrifi-

Subo-

T

V

Vendi

tur

Alia errata in Secunda Partè, sic corrigantur.

Pagina 531.b.lin.34 zas, quidam. p.634.b.li.35.seculari, adden.) dato æquiualenti ecclesiæ. ibid.lin.45 fortè, delen.) p.641.a.lin.12.carta, certa. b.lin.43. habeant, habent. lin.47. post, ante.

PROEMIVM.

VM homo, diuino beneficio conditus sit vt summum bonũ intelligat, intelligendo amet, & demũ fruatur, vt sanctus Augustinus testatur, iccirco naturale surgit eidem adipiscendæ beatitudinis desiderium: vt idem sanctus docet, nullũ dicens esse qui appetitũ hũc beatitudinis in sua non agnoscat voluntate; & omnes homines naturali instinctu beatos esse velle, & inde immortales eodem teste. Quæ cũ ita sint, clarè patet quam vtile sit de virtutibus & vitijs agere: vt enim agricolæ, vt agrum culturæ, & fructibus idoneum reddant ferendis, prius noxias herbas & tribulos euellãt, est opus, vt inde seminibus aptus fiat & messi; sic qui beatitudinis ianuam ingredi cupit, ex cordis agro vepres euellat oportet, vt ibi virtutum semina iaciat, quæ beatitudinis consequendæ sunt instrumẽta. Vnde sanctus Cyprianus ait primum fœlicitatis gradum esse non delinquere, vel à malis desinere, ꝙ & sanctus Gregorius Nissenus affirmat, vt inde virtutum actus solidè exerceri possint, & ratione componi, vt idem sanctus est testis. Iccirco omnes sapientes naturali lumine edocti ad virtutes capescẽdas, & vitia fugienda homines semper hortati sunt, ꝙ Plato in eius præclaris operib⁹, & Aristoteles quoq;, Plutarchus, Seneca, Cicero, & alij complures fœliciter sunt prosecuti, prout eorũ cognitio, & temporũ conditio ferebat, ꝙ fœlicius postmodum sancti Patres, & Ecclesiæ Doctores, superfluis resecatis, & noxijs amputatis per Spiritus sancti illustrationem & sacrarum literarũ testimonia sunt cõsecuti, inter quos Diuus Thomas Aquinas, & ex rerũ omnium tractatione perspicua, ordine miro, varietate, vtilitate ita excellit, vt merito omnibus admirãdus, & imitandus appareat; Quamobrem, cum ego, rebus quæ ad diuinam naturam, & generis humani reparationem, ac sacramentorum materiam spectant, Deo bene fauente, iã absolutis, latã hanc messem de Virtutibus, & Vitijs ingredi proponens, à tanti viri vestigijs discedere non est visum, sic tamen, ꝙ vt breuitati consulerem, & aliquam opem si nõ in Theologiæ apicib. versantibus, mediocribus tñ ingenijs, vel quibus nõ vacat ob temporis angustiam, & negotiorum põdus plures libros euoluere, vel qui ob paupertatem eis carẽt, afferrẽ, quæcunq; à viris grauibus conscripta repererim in vnum collegerim, vt inde aliqua vtilitas, Deo præstante, proueniat. In quo quidem munere eũ ordinem obseruaui, vt prius de principijs humanorum actuum agerem, tum de animę passionibus, & qua ratione componi queant, tractarẽ, tractatus subdẽs de habitibus lege, peccato, gratia, merito, iustificatione, fide, ac virtutibus ei annexis, & vitijs oppositis, cũ reliquis quæ tam insignis vir tota prima secunda, & secunda secundæ eius Summæ parte est prosecutus, nonnullos alios præterea tractatus inserens, qui rei huic accommodi mihi sunt visi, vt in apposito indice videre licet, dicta quoque, quantum pro mea imbecillitate licuit, varijs sacræ Scripturæ, Sanctorum Patrum, & Philosophorum comprobans dictis, & casus oẽs colligens qui ad rem mihi pertinere sunt visi, vt in vineam Domini aliquid operæ afferre, Deo iuuante, possem. Accipe igitur Lector benignissime hoc charitatis ergate meæ aliquale testimoniũ, in quo si quid boni inueneris, omnium mecũ bonorum authori gratias age, sin minus optatis frui nõ licuit, in magnis aut sum ne contemnas, & desiderium meũ aliquam vtilitatem afferendi, æquo animo suscipe.

Li.1.c.19. de doctrina Christ. Libro 13. Trin. c.5. Lib.4. contra Iul.c.3 Li.13. Tr. c.8.

Li.1.ep.3. ad Corn. Niss. hom 1. in ence. Psal.1. Niss. orat. 4. de beat.

A SVMMA

SVMMA VNIVERSAE MORALIS THEOLOGIAE, ET CASVVM CONSCIENTIAE.

LAELIO ZECCHO THEOLOGO, & Iur. vtr. Doct. Authore.

SVMMARIVM.

1 *Operationes in homine quot sint.*
2 *Operationis humanæ quotuplex principium sit, & quod.*
3 *Potentia qualiter ab obiecto moueatur.*
4 *Potentia ad quid moueri possit ab obiecto.*
5 *Potentia quid sit.*
6 *voluntas est tantum boni existentis, vel apparentis.*
7 *Voluntas vt potentia ad quæ tendat.*
8 *Voluntas an moueat intellectum, & intellectus voluntatem, & quomodo.*
9 *Voluntas an moueatur ab appetitu, & quomodo.*
10 *Voluntas mouet seipsam, & quomodo.*
11 *Voluntas an & quomodo moueatur ab exteriori prĩcipio.*
12 *Voluntas an moueatur à corpore cœlesti.*
13 *Voluntas vt moueatur à solo Deo vt ab exteriori principio, & quomodo.*
14 *Voluntas quomodo feratur in bonum, & an necessario vel non.*
15 *voluntas an moueatur necessario à Deo.*
16 *Fruitio quid sit, cuius rei, & quorum.*
17 *Intentio quid sit, cuius rei, & quomodo, & qualis esse debeat.*
18 *Electio quid sit, & quarum rerum, vel non, & quomodo.*
19 *Consilium quid sit, quis consulat, quis eius finis.*
20 *Consensus quid sit, de quibus rebus quotuplex, & quomodo in eo processus fiat.*
21 *Vsus quid sit, quarum rerum, ad quos pertineat, & qualiter.*
22 *Imperiũ quid sit, quive actus imperari posit in animæ potentijs, vel non, ad quæ pertineat.*

DE VOLVNTARIO, & inuoluntario, principijs humanorum actuum.

Cap. I.

RACTATVRVS in hoc opere de Virtutibus & Vitijs, cum ad id constituendum, opus sit actum id efficientem esse voluntarium, & proinde humanum, iccirco de ipso voluntario, & inuoluntario prius agendũ est. Pro clariori ergo intelligentia dicendorũ, cũ res sit magni momẽti, nõnulla sunt prænoscẽda. Notandum ergo primò, ꝙ in homine sunt tria genera actuum, seu operationum iuxta tres gradus naturarum, quæ in ipso reperiuntur, scilicet naturæ vegetatiuæ, secundùm quẽ homo conuenit cum plantis, & arboribus: sensitiuæ secundùm quem cũ brutis animantibus conuenit; & naturę rationalis, secundùm quem superior est omnibus istis rebus corporeis, & conuenit cũ Angelis quodammodo & cũ ipso Deo. Hinc fluunt in ipso homine tria operationum genera: sunt enim in eo operationes vegetatiuæ similes operationibus etiam plantarum & arborum, vt capere alimentum, nutriri, crescere, & huiusmodi. Secundò, operationes sensitiuę similes operationibus animalium, vt moueri, videre, audire, gustare, tangere, & huiusmodi. Tertiò, operationes rationales, q̃ propriæ sunt ipsius hominis, & ratione quarum, vt infra dicetur, dominari potest omnib. ferè alijs operationibus, quę sunt in ipso, & huiusmodi sunt operatioes intellectus, & voluntatis secundùm quas quandam habet conformitatem cum Deo & Angelis.

1 Operationes in homine quot sint.

Secundò notandum, ꝙ principium humanæ operationis in vniuersum duplex constitui potest, vnum motiuum, quod est extra hominem, & est ipsum obiectum potentiarũ circa quod quælibet

2 Operationis humanæ quotuplex prin-

cipium sit & quod.

libet potentia operari potest, vt qualibet res pulchra mouet oculū, vt ipsam intueatur, & ī eius aspectu delectetur, vt res dulcis mouet gustum ad appetitum & esum, & sic de alij. Et hoc idē obiectum, q̄ excitat ad operandum solet sæpè etiam esse terminus, & finis operationis, quatenus in operatione circa tale obiectum potentia conquiescit: principium elicitiuum est illud, vel operatiuum per quod homo operatur, & hoc est duplex alterum omnino intrinsecum, & vocatur potētia, vt intellectus est principium intelligendi, i. illud per quod homo intelligit. Voluntas est principium volendi, i. per quod homo vult. Visus est per quem videt & sic de alijs potentijs, alterum principium non est ita intrinsecum, nec producit vel elicit operationem, sed inclinat & habilitat potētiam ad eliciendā operationem, & hoc principium vocatur habitus; vnde si voluntas habet habitum diligendi Deum, ab isto habitu inclinatur ad eum diligendum, & èconuerso ad eum blasphemandū. Vnde habitus est quædam inclinatio, vel habilitatio potentiæ.

3 Potentia qualiter ab obiecto moueat.

Tertiò notandum, q̄ obiectum non potest mouere potētiam nisi sit aliquo modo præsens, q̄ potest fieri multis modis, primò sua potentia reali, vt q̄n quis est in platea, habēs præsentes multos cibos. Secundò obiectum potest esse præsens per aliquam similitudinem sui, vt obiecta intelligibilia sæpe sunt præsentia intellectui per speciem, & similitudinem sui. Tertiò obiectum potest esse præsens in memoria, prout memoria retinet in se similitudines rerū quas alias vidit, audiuit &c.

4 Potētia ad quid moueri possit ab obiecto

Quartò notādum, q̄ obiectum mouet & mouere potest potentiam non solùm ad operandum, sed etiam ad operandum circa ipsum obiectum, verbi gratia res pulchra visu non solùm mouet oculum ad videndum rem, sed ad delectādum etiam circa eius actionē, quatenus obiectum mouet potentiam ad operandum, dicitur mouere illam circa exercitium, vel dare ipsi potētiæ, vt exerceat operationem, quatenus verò obiectum mouet potentiam ad operandum circa ipsummet, dicitur mouere secundùm specificationem i. dicitur specificare actum ipsius potētiæ, vnde hic actus habet vt sit actus huius speciei oportet q̄ exerceatur circa istud obiectum, verbi gratia, offertur alicui res aliena quæ ei sit vtilis, ista vt vtilis mouet illum ad actū desiderij, & quia res est aliena, specificat eum actum vt sit actus furti, si præter hoc res est sacra, poneret actum illius in alia specie, scilicet sacrilegij.

5 Potentia quid sit.

Quintò notandum, q̄ potentia est facultas quædā vel virtus operatiua, per quam subiectum dicitur esse potens ad operandum, verbi gratia, per potentiā visiuam dicitur animal potēs ad videndū, si enim careret potentia visiua, nō esset potens videre. Vnde dicitur potentia quia facit subiectum in quo est potens, vnde potentia non est id q̄ operatur, sed id per q̄ subiectū operatur.

D. Tho. 1. 2. q. 8.

6 Voluntas est tātum boni existentis, vel apparētis.

Sextò notandum, q̄ voluntas est tantum boni vel existentis, vel apparētis, probatur, nam voluntas est appetitus rationalis, sed omnis appetitus est tantum boni, quia appetitio est quædam inclinatio appetentis in aliquid, at nil inclinatur, nisi in aliquod simile vel conueniens, omnia enim appetunt bonum, & omnia vt ens & substātia sunt bonum, ratio secūdi, nam cum omnis inclinatio sequatur aliquam formam, appetitus naturalis consequitur formam in natura existentem, sed appetitus sensitiuus, vel etiam intellectiuus, vel rationalis qui dicitur voluntas, sequitur formam apprehensam, sicut ergo id in q̄ tēdit appetitus naturalis est bonum existens in re, ita id in q̄ tendit appetitus animalis vel rationalis, est bonum appetitum, vt ergo voluntas in aliquid tendat non requiritur, q̄ sit bonum in re existens, sed q̄ apprehendatur in ratione boni.

7 Voluntas, vt potētia ad q̄ tēdat

Septimò notandum, q̄ voluntas vt dicit potentiam, tam ad media, quàm ad finem tendit, sed vt dicit simplicem actum finem tantum; propriè loquendo,

do, intendit. Ratio primi, nam in quocunq; inuenitur ratio boni, ad id se voluntas extendit, vt dicit potentiam, sed tam in fine, quàm in medijs ad illud inuenitur ratio boni ergo; prima probatur, nam omnis potentia extendit se ad hoc in quo ratio sui obiecti īueniri potest; sed ratio obiecti potentiæ volitiuæ est bonum, vt supra, ergo; secunda patet. Ratio secundi, nā in nil propriè fertur voluntas, vt actum dicit, quàm in id quod propter se est bonum & volitum, sed finis tantum est huiusmodi, ergo; prima probatur, nam actus potētiæ ab eo denominatus est quod secundùm se est obiectū potentiæ, & sic velle absolute est finis volūtatis, sicut intelligere intellectus, quæ dicuntur de medijs & fine, ergo; secunda probatur, nam media non sunt bona, vel volita nisi propter finem, quæ quid. m voluntas eodem actu non potest ferri in media nisi feratur in finem, potest tamen ferri in finem sine eo ꝙ feratur in media, prima probatur, nam finis est per se volitus, media in ordine ad finem, ergo non potest ferri voluntas in media sine fine. Secunda probatur, cum quis primò vult sanitatem, & postea deliberans quomodo possit sanari, vult conducere medicos vt sanetur, ergo potest ferri in finem sine eo quòd feratur in media.

D. Tho. 1. 2. q. 9.

8 Voluntas an moueat intellectū, & intellectus voluntatē & quō.

Octauò notandum, ꝙ voluntas intellectum mouet, actus exercitiū imperando, intellectus verò voluntatem actum ipsius specificando. Ratio primi, nam ꝙ suo imperio educit intellectū de potentia in actum intelligendi, id dr̄ ipsum dicto modo mouere, sed voluntas est hmōi, ergo; prima patet, nam mouere is dicitur qui aliquem educit, qui est in potentia ad plura ad actum per ipsum actu existentem. Secūda probatur, nā principium huius motionis est à fine, & est voluntatis cuius obiectū est bonum in communi ꝙ habet rationem finis, & hoc modo voluntas mouet intellectum, & alias potentias animæ ad suos actus, vtimur enim alijs potētijs cum volumus, quia finis & perfectiones aliarum potentiarum comprehendūtur sub obiecto voluntatis, sicut quædam particularia bona, & semper potentia vel ars ad quam pertinet finis vniuersalis mouet ad agendū artem, vel potētiam ad quam pertinet finis particularis sub isto vniuersali cōprehensus, vt dux qui intendit bonum cōmune, scilicet ordinem totius exercitus, mouet suo imperio tribunum qui intendit bonum vnius aciei. Ratio secundi, nam ꝙ voluntati obiectum suū determinat, & specificat, dicitur ipsam mouere, sed intellectus, cuius obiectū est verum & ens vniuersale, ꝙ est primum principium formale, isto modo mouet voluntatem, vt præsentans ei suum obiectum. Et ita voluntas mouet intellectū in omnibus operationib. liberis, & alias potētias in operationib. omnibus quæ cōpetunt homini, vt homo est, & sic intelligitur Eccl. c. 13. ꝙ Deus reliquit hominem in manu consilij sui. Vnde nulli imputatur peccatū nisi volenti, nec bonum, vt d. Aug. 1. retr. c. 9. & lib. de vera relig. c. 10. & 1. lib. de lib. arb. c. 12. 13. 14. 16. 2. li. c. 18. & hāc potentiā habet volūtas quia est potentia libera in qua libertas formaliter consistit: aliæ verò sunt liberæ ex participatione per consensum voluntatis, & ēt quia respicit bonum in cōmunis, aliæ respiciunt bonum in particulari, ꝙ comprehenditur sub bono vniuersali voluntatis, diuersè tamen mouet potentias, nā potentiæ quæ subduntur imperio voluntatis, quædam sunt passiuæ tantum, vt potentia motiua, & potentia executiua passiua, aliæ sunt actiuæ, vt sunt omnes potentiæ tum apprehensiuæ, tum appetitiuæ. Vnde mouet voluntas potentias passiuas ostendendo immediatè in illis motum. 3. de anima t. 10. cæteras verò potentias mouet applicando tantum eas ad opus; notando tamen, ꝙ aliter mouentur potētiæ naturales, aliter liberæ, nam naturales mouentur ab appetitu, & obiecto vt quando animal pergit mouetur ab obiecto pabuli, ꝙ excitat in eū eius appetitum: potētiæ verò liberæ applicantur

tur ad operationem ex imperio voluntatis, ſpecificatio tamen actus eſt ab obiecto. Ecõuerſo intellectus mouet voluntatem non in genere cauſæ efficientis, ſed probabiliter in genere cauſæ finalis vel formalis, non inclinans eã in id in quod tendit, ſed ſicut oſtendendo id in quod tendere debet, ſufficit enim vt volũtas ad aliquid inclinetur, quod bonum præſentetur ei per intellectũ, nec ad hoc requiritur alia efficientia, vt nummi propoſiti voluntati auari, vt dicit D. Thom. de verit. q. 24. art. 11. ad quintum.

9 **Voluntas an moueatur ab appetitu, & quomodo** Et nedum voluntas mouetur ab intellectu modo prædicto, ſed etiam ab appetitu ſenſitiuo, quatenus ex paſſione immutatur iudicium rationis, & iudicatur cõueniens ꝙ eſt diſcõueniens, vt irato videtur conueniens, ꝙ non videtur non irato, & ſic ex parte obiecti appetitus ſenſitiuus mouet voluntatẽ, vel quia appetitus ſenſitiuus trahit ſecum volũtatem ratione paſſionis in ea exiſtentis: vt patet Rom. 7. Sap. 9. video aliã legem in mẽbris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. d. c. 7. Iac. 1. vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus, concupiſcentia autem cum conceperit parit peccatum, ꝙ explicans Aug. lib. 5. con. Iul. c. 5. d. Pariens eſt concupiſcentia, partus peccatum, ſed concupiſcentia non parit niſi conceperit, non concipit niſi illexerit, i. ad malum perpetrandum habuerit voluntatis aſſenſum, & tũc intellectus etiam trahitur à paſſione, nõ vt iudicet ſemper eſſe bonum id ad qđ paſſio inclinat, ſed vt vel diſſimulãdo, vel inconſiderando imperet ſecundùm paſſionem eſſe faciendum, quæ quidem intelligũtur hoc pacto ad rotæ ſimilitudinem, vt ſicut rota inferior in piſtrino cum mouetur trahit ſecum ẽt rotam ſuperiorem indirectè, & cęlum ſuperius ſe mouendo trahit ſecum retrogradè inferiores, ſic dum ſenſus mouetur, indirectè trahit volũtatem; præterea cũ omnes potẽtiæ in vna animæ eſſentia radicẽtur, quando vna extenditur, alia remittitur, vnde quando appetitus ſenſitiuus valde intenditur remittitur voluntas, & ratio; & impeditur valde eius vſus, vel etiam ad delectationem attrahitur: vt d. D. Th. 1. 2. q. 33. art. 3. ſic tamen vt voluntas neceſſario non moueatur ab appetitu ſenſitiuo, ſed remaneat libera, cum ſit domina ſui actus, alias peccatum non imputaretur.

Imò voluntas nedũ mouetur ab appetitu, & intellectu modo quo ſupra, ſed etiam mouet ſeipſam in electione mediorum, probatur, nam voluntatis obiectum eſt finis, vt ſupra, ſed finis in rebus agendis ſic ſe habet vt primum principiũ in ſcientijs, at intellectus ex eo ꝙ cognoſcit primum principium reducit ſe de potentia ad actum circa cognitionem concluſionũ, & hoc modo mouet ſeipſum, ergo pari ratione volũtas per hoc ꝙ vult finẽ, mouet ſeipſam ad volendum ea quę ſunt propter finẽ, præterea ea potentia mouet ſe ad operandum, quæ applicat ſe ſua ſponte ad operandum, ſed humana voluntas per deliberationem, & conſiliũ applicat ſe ad eligenda media, ergo mouet ſe in electione mediorum. 10 **Voluntas mouet ſeipſam, & quomodo**

Quo verò ad exterius principium, cũ voluntas mouetur ab exteriori principio, ab aliquo obiecto mouetur; ſecundò dicitur, ꝙ volũtas producit efficienter volitionem finis, vnde cum voluntas appetit, vel amat finem concurrit efficienter ad actum amãdi, quia ipſa eſt quæ amat finem, ergo voluntas mouet ſeipſam in volitione finis, nam volitio & amor finis eſt operatio vitalis, quam anima efficit per voluntatem: ƥterea volitio finis eſt voluntaria, quia eſt actus elicitus à voluntate, ergo eſt à principio intrinſeco cum cognitione finis, vlterius volitio finis eſt operatio libera quò ad exercitium actus, ergo voluntas habet dominiũ huius operis, & ſic poterit amare & non, velle & nõ. Tertiò dicitur, ꝙ cum volũtas vult finem, nõ ſe mouet, ſed mouetur ex inſtinctu primi motoris, ꝙ intelligitur non ſolum de vltimo fine, ſed etiam de par- 11 **Voluntas an & qualiter moueatur ab exteriori principio.**

particularibus quos Deus ex diuina prouidētia nobis proponit sine aliqua deliberatione, cōsilio, & discursu mentis, probatur, nam voluntas dicitur se mouere cum mediante consilio, & deliberatione se applicat ad operandum, sed de fine nullum est consilium, nulla deliberatio, nullus .n. deliberat an debeat appetere sanitatē vel vitā, si est sanæ mentis, ergo in appetitione finis huiusmodi voluntas non se mouet, prætere terea intellectus noster in assensionē primorum principiorū non se mouet; sed mouetur ab authore naturæ, qui illuminat omnem hominem ratione luminis naturalis, ergo voluntas in appetitione finis huiusmodi non se mouet, sed mouetur ex instinctu primi motoris, nam vt intellectus inclinatur in assensum primorum principiorum naturaliter, sic voluntas ad appetitionem finis, quia si voluntas se moueret ad appetitionē finis id esset vel appetitu naturali, vel animali ipsius finis, non ex animali quia sic sequeretur ꝙ ante primam volitionem sit alia volitio, & sic esset processus in infinitum, ergo sequitur ꝙ appetitio finis fiat ex īstinctu primi motoris, & sic intelligitur id Prou. 21. Cor regis in manu Domini est, & Es. 65. inuentus sum à non quærentib. me, ꝙ etiam experientia constat, ꝙ sæpe, vt d. Gaiet. 1. p. q. 82. art. 4. circa tertium argumentum. & Arist. 6. Eth. ad Eudemū, sæpe accidit ꝙ veniat in mentem cogitatio, vel desideriū rei, de qua nunquam est cogitatum, vel deliberatum, aut memoria retentum, & voluntas in illam fertur instinctu quodā & impetu, ergo appetitio illa ex instinctu Dei mouentis procedit; præterea tunc voluntas se mouet quando mediante cōsilio, & deliberatione se mouet, qui verò deliberat, vel consultat, id amplius non egit, aliter in deliberationibus esset processus in infinitū, ergo est deueniendum ad vnam cogitationem vel volitionem, quæ non referatur in propriam deliberationem, sed in Dei instinctum & motionem. Et ꝙ dicitur de fortuna, certum est ipsam esse in rerum natura ex omnium consensu, accipiendo fortunam non pro aliquo numine, sed pro eo ꝙ contingit præter operantis intentionem, fortuna si quidē fieri dicuntur, quæ occurrūt pręter intentionem operantis, vt cum agricola fodiens terram inuenit thesaurum, sed multa tum commoda tum incōmoda eueniunt p̄ter intentionem operantis, vt patet, ergo hoc pacto cōstat fortunā esse, quæ quidē fortuna comparata ad effectum per se intentum est causa voluntaria & libera, & sic non distinguitur re à natura, vel ab intellectu, aut proposito voluntatis, vt fodiēs terram per se intendit agricolturam, inuentio verò thesauri est causa fortuita; Nō tamen fortuna est causa totalis euētus, videlicet, ꝙ nil tam est fortuitū, quin eius sit causa certa, & definita intendens illum effectum, vt d. Aug. 5. li. ciuit. c. 9. nā omnis effectus cadit sub intentione primæ causæ, & diuinæ prouidentię, vt dixi supra, dum de prouidentia ageretur, vbi fatum esse est reprobatum prout numen dicit, quia respectu diuinæ prouidentiæ nullus effectus est fortuitus, & nulla fortuna, cū nec passer cadat in terram sine Dei prouidentia, respectu tn̄ causarum secundarum aliqui effectus sunt fortuiti, qui respectu causæ primæ sunt p se intēti, vt d. D. Th. 1. p. q. 116. art. 1. & Aug. q. 91. super Gen. & lib. 1. de ciu. c. 1. declarātes quomodo fortuna sit intelligenda.

Voluntas etiā quò ad exterius principiū non mouetur à corporibus cœlestib. quatenus imprimāt aliquid in eā impellant vel constringant, sed solum sunt in causa ꝙ voluntati proponatur obiectum amandum vel fugiendū, vt ex impressione corporum cœlestium causatur in hyeme frigus, vnde fit, vt calor in hyeme fit homini cōueniens, & sic voluntas inclinatur in eius appetitionem, cuius contrarium in æstate contingit, vel immutando organū potentiarum sensibiliū, nam ex impressione corporum cœlestium potest gustus taliter disponi, ꝙ iudicet quod id ꝙ est dulce sit amarum. Vnde fit vt ex hu- 14 Voluntas an moueatur à corpore cœlesti.

huiusmodi impressione homini in tali bus regionib. calidiores sunt,& ad bella magis proni,alibi frigidiores,& ad delitias procliues , sic tamen vt voluntas remaneat libera . Eccl.15.& Hier. 10.à signis cœli nolite timere,& Deuter.4. ne fortè eleuatis oculis in cęlum videns solem,& lunam,& terrore decep tus adores ea , idem etiã probatur ex diffinitione ecclesiæ , quæ habet à cœlo nullam inferri necessitatem voluntati humanæ,ꝙ patet ex Leone I. epist. 93.ad Toribium. c.11.in c.2. de sortileg.in Conc. Bracaren.I.c.9.10.c.non obseruetis.26.q.7.& ex Bulla Sixti V. contra Astrologos. Idem probatur ex Euseb.lib.6.de præpar.euang. c.5.vsq; ad nonum. Bas.in cap.14.Es.Damasc. lib.2.c.7. Ambr.lib.4. Exam.c.4.Aug. lib.5.ciuit.c.j. cum seq.lib.2.de doctr. Chr.c.21.lib.2.de Gen.ad literam.cap. 16.17. Greg.hom.50.in euang. Valentia.j.2. disp.2.q.4. puncto 4. Vnde notandum, ꝙ aliqui effectus sunt necessario contingentes ex cœli motibus ex cursu ordinario,vt ecclipses, oppositiones syderum;ortus & occasus,& in his Astrologi possunt prænuntiare , sic tamen vt respectu Dei qui est supra omnem naturam non sint necessaria, qui & illis quandoq; cursum variauit : vt patet Iosue 10.& 2.Reg.20. Aliqui sunt effectus qui ex syderibus,vt plurimum eueniũt,vt humiditates, siccitates,pluuiæ, & huiusmodi,& de his possunt Astrologi prænuntiare, qui tamẽ in hoc sæpe falliũtur,tum quia huiusmodi effectus non solum ex syderum constellatione pendent, sed etiam ex elementis mixtis , & corporum varia dispositione, quæ Astrologi non considerant, & quia Deus gubernat mundum hunc prout expedit homini iuxta eius prouidentiam,qui est omnium finis. Aliqui effectus sunt tantum hominis proprij, vt ꝙ aliqui sint iucundi,alij tristes,alij colerici . Vnde dicunt Astrologi oriri, vt alij ad furta, homicidia,fornicationes inclinentur,sed falluntur;nam cœ natura bona est, quia à Deo bonũ & est, & sic bonum, & corpora cœlestia operantur secundùm Dei præceptum,qui ad malum culpæ nullo modo concurrit, vt dictũ est supra, aliqui sunt effectus hominum fortuiti qui ex libera voluntate pendent , explicando fortuitum ꝙ prouenit præter intentionem agentis,vt supra;& de his Astrologi nil prædicere possunt . Es.41.45.47. 48.Sap.9.Dan.2.Pet.2.cap.j. Et multo minus de cordis occultis Astrologos licet consulere, cum soli Deo nota sint. 2.Paral.6.Iob 26.Hier.17.Heb.4.& D. Aug.lib.5. ciuit.c.j. & lib.4. confess.c. 3.5.& 7.super Gen.c.16.17.lib.2.de doctrina Chr.à c.21.vsq; ad 29. Epiph.li. de ponderibus. Bas.serm. in principiũ numerorum.Amb.lib.4. Exameron.c. 4.qui omnes damnant astrologiam iudiciariam , & eam vt vanam & perniciosam damnãt, aliter periret liberum arbitrium , & habetur in regulis Indicis Conc.Trid.regula 6.

Ex his sequitur, ꝙ voluntas moueatur à solo Deo , vt ab exteriori principio ad actum volũtarium, vnde nil ab extrinseco potest mouere voluntatem, nisi solus Deus , qui ipsi volũtati suam contulit entitatẽ; probatur, nã voluntas est potẽtia animæ rationalis quæ à solo Deo causatur per creationẽ , ergo est potentia aĩæ,quæ à solo Deo mouetur;prętere a voluntas habet ordinẽ ad vniuersale bonũ,particularis verò causa nõ potest dare causam vniuersalem ad bonum, vnde nec materia prima,q̃ est in potẽtia ad omnes formas, potest causari ab aliquo particulari agente, ergo solus Deus qui est vniuersale bonum est causa nostræ volũtatis, ex quo sequitur , ꝙ solus Deus possit mouere nostram voluntatem , præterea motus voluntatis est ab intrinseco , vt & motus naturalis , sed motum naturalem rei motæ nemo potest causare, nisi nostra volũtas , voluntatis verò causa nil aliud esse potest,q̃ Deus, ergo.Intelligitur aũt hæc conclusio non solùm ꝙ Deus causet nostrã volũtatem quæ est potẽtia & vis animæ ad volendum, sed etiam ꝙ causet oẽs volũtatis humanæ operationes secũdùm entitatem,quasdam 13

Voluntas vt moueatur à solo Deo,vt ab exteriori principio.

dam generali auxilio, quasdam speciali. Es. 26. Vniuersa opera nostra operatur in nobis Dominus; ratione probatur à D. Th. contra Gent. c. 88. primò, nã de lege prouidẽtiæ est vt quodlibet moueatur à causa proxima, & ꝙ superior causa, hoc ordine omisso, nil agat, ergo intellectualis substantia non potest mouere nostram voluntatem, nisi mediante bono apprehenso, antecedẽs probatur, quia omnes res creatæ continentur intra ordinem diuinæ prouidẽtiæ, ideo non possunt illius leges præterire, cõsequens probatur, nam bonum apprehensum oritur ex proxima causa q̃ mouet nostrã volũtatem, ex quo sequitur, ꝙ intellectualis substantia nõ possit mouere nostram voluntatẽ, nisi per modum persuadentis, ergo à nulla causa inferiori mouetur efficaciter nostra voluntas. Vnde sequitur, ꝙ à solo summo bono rapiat efficaciter, & trahatur: vt habetur Ex. 33. Ego ostendam tibi omne bonum, cætera verò bona à quacunque creatura demonstrata non possunt trahere efficaciter nostram voluntatem, quia in quolibet bono particulari homo potest inuenire aliquod incommodũ, vel disconueniens, quia non est vniuersale bonum. Secundò, nã nostra voluntas non sedatur, nisi in adeptione summi boni, quia intellectus noster in quolibet alio bono potest inuenire aliquod incommodum.

D. Tho. 1. 2. q. 10.

14 Voluntas quõ ferat ĩ bonũ, & an necessario, vel nõ.

Nonò notandum, quò ad modum quo voluntas nostra mouetur, ꝙ voluntas fertur naturaliter in bonum in cõmuni, & sic in omnia bona quæ conueniunt volenti secũdùm naturam suã, vt cognoscere verum, viuere, & esse; probatur, nam sic habet se vltimus finis in rebus agendis, vt primum principium in sciẽtijs, sed prima principia ĩtellectualia sunt naturaliter cognita, vt ꝙ totũ sit maius sua parte, & de huiusmodi de quibus Arist. disput. 4. Metaph. ergo principium primum voluntariorum oportet esse aliquid naturaliter volitum, ꝙ est bonum in communi, vel vltimus omnium finis; præterea quælibet potentia naturaliter in suum obiectum fertur, sed obiectum voluntatis est bonum in cõi, ergo volũtas fertur naturaliter in bonum in cõmuni, & non tantum vt natura, cum per voluntatem appetantur non solùm ea q̃ pertinet ad voluntatem, sed etiam ad singulas potentias, & ad totum hominem, ideo homo naturaliter nõ solùm vult obiectum voluntatis, sed etiam alia quę conueniũt alijs potentijs, vt cognitionem veri, esse, & viuere, quæ cõprehenduntur sub obiecto voluntatis, vt bona particularia, & ꝙ naturaliter cupiat scire demõstrat Philosophus in principio Metaph. & quod dicitur naturam inclinari ad bonum, intelligitur ꝙ talis inclinatio sit in natura voluntatis, non autem vt huiusmodi cupiditas sit naturalis voluntati, vt cupiditas auri in auaro, quia sic esset malè instituta, sed intelligitur quod id proficiscitur ex inclinatione naturali voluntatis, quia natura inclinatur ad volendum bonum, & necessario id vult quò ad specificationem, vt ignis naturaliter est calidus, & non potest frigefacere, & sic de voluntate, vel sit bonum verum, vel apparens, vt supra; licet volũtas non semper sit in appetitione boni actuali.

Non tamen voluntas necessario quò ad exercitium actus mouetur à suo obiecto, quia potest quis de nullo obiecto cogitare, & sic illud nũ velle, quo tamen ad specificationem actus, quæ est ex obiecto, ab aliquo obiecto mouetur necessario, ab alio non, quia si proponitur aliquod bonum vniuersale, & secundùm omnes partes, & considerationem boni, tunc id necessario voluntas appetit, sicut visus ex omni parte coloratum, non potest non videre nisi visum auertat; si verò proponatur aliquod bonũ particulare, quatenus deficit ab aliquo bono, & sic nõ bonum in illa parte, potest à volũtate repudiari. Vnde naturale est voluntati videntis Deum, amare Deum, sicut bruto indigenti, & volenti aquam eam appetere; In hac tñ vita hmõi bonum non semper appetitur, quia contemplatio summi

B

mi boni in hac vita non ſemper acci- pitur, vt bonum, & conueniens ob no- ... imperfectionem, & impedimen ta occurrentia: vnde voluntas poteſt a- uertere animum à tali cogitatione, & ſic non amare; præterea ex errore vel certa ſcientia poteſt homo ſe auertere ab huiuſmodi boni contemplatione, & ſe conuertere ad alias res contemplan- das, in patria verò tolletur hæc imper fectio, tum quia viſio beata eſt neceſſa- ria, tum quia ibi iudicium eſt certum, id eſſe ſummum bonum, & omnia im- pedimenta remouētur, ergo beatus co gitur ad huiuſmodi bonam voluntatē inclinare. Quo verò ad paſſionem, ſi ſit ita vehemens vt perturbet omne iu- dicium rationis, tunc voluntas neceſſa riò ab illa mouetur, vt ī furioſis patet & brutis, quando verò ratio nō abſor- betur à paſſione, ſed aliqualiter obte- nebratur manente quò ad aliquid libe ro iudicio rationis, tunc voluntas reſi- ſtere poteſt; vnde ſi homo eſt ſui com- pos nulla neceſſitate paſſionē ſequitur. Et de amentibus, & dormientibus eſt clarum, ijs enim ideo etiam homici- dium non imputatur. clemen. vnica. de homicid. præterea priuatis vſus ratio- nis oritur ex læſione, vel imperfectio- ne partis ſenſitiuæ, maximè ſenſuum interiorū, & hæc ſola cauſa poteſt deſi gnari in pueris, quia libertas oritur ex intellectu, intellectus verò in hac vi- ta ſine miniſterio ſenſuum non intelli- git, vnde perturbatis ſenſibus, perturba tur iudicium rationis, ſed hæc pertur- batio ſæpius oritur ex vehemētiſſimis paſſionibus, libidinis, iræ, vel timoris, quia prædictæ paſſiones immutāt cor- pus, & inde immutant ſenſus, qui cor- porei ſunt, & inde lædunt phantaſiam, qua lęſa & perturbata, perturbatur in- tellectus, & fit delirium; vnde amen- tes, brutis comparantur, pueri verò ca- rent iudicio rationis ob imperfectionē ſenſuum, qui à nimia humiditate ſuf- focati intellectum offuſcant ne poſſint bonum, & verum dignoſcere, vt inquit Ariſt. 3. de anima, vel vt d. Plato in Ti- mæo, quia anima tunc occupatur ī cor- pore hominis forma... relinquit in- tellectum deſtitutum iudicio rationis, ſed melior eſt Ariſtotelis ratio.

Quā verò paſſiones non omnino ab- ſorbent iudicium rationis, huiuſmodi paſſiones appetitus ſenſitiui non aufe- runt libertatē voluntatis, vt patet Gen. 4 ſubter te erit, ſcilicet appetitus ſenſi tiuus. & Rom. 7. Galat. 5. 1. Io. c. 2. Iob 1. in actione voluntatis enim eſt vt no lit concupiſcere, nec conſentiat concu piſcentiæ, vt monet ſcriptura Eccl. 18. poſt concupiſcentias tuas non eas. Ro- man. 6. & D. Chriſo. hom. 13. in ep. ad Rom. d. aliud eſſe concupiſcere, aliud velle concupiſcere, quia concupiſcere eſt paſſionis, velle verò arbitrij eſt, quia ſæpe quando volumus concupi- ſcimus: & explicat Aug. ſerm. 43. de verbis domini. & Orig. hom. 27. in Nu mer. poteſt tamen quandoque ita vehe mens eſſe paſſio vt opus ſit auxilio ſpe- ciali Dei ad illam vincendam, ꝙ ad mi raculum tamen non eſt referendū, ſed ad diuinam prouidentiam ad quā ſpe- ctat afflictis, & cum ſuis affectibus pu gnantibus opem ferre, peccatū tamen inde ſequutum imputatur ex libertate arbitrij, & voluntatis.

15 Voluntas an moueatur neceſſariò à Deo.

Ex prędictis ſequitur, ꝙ à Deo vt ab exteriori principio voluntas non mo- uetur neceſſariò, probatur, nam Deus omnibus naturam ſuam conſeruat, vt d. Dion. 4. de diui. nom. & ſecūdùm eo- rum conditionem mouet, vnde ex cau ſis neceſſarijs effectus neceſſarij ſequū tur ex contingentibus cōtingentes, vo- luntas verò eſt actiuum principiū non determinatum ad vnum, ſed indifferē- ter ſe habens ad plura, ergo fieri non poteſt, vt Deus neceſſariò eā moueat; Præterea diuina voluntas non ſolùm ſe extendit, vt aliquid fiat, ſed etiam ꝙ fiat eo modo quo congruit naturæ voluntatis quam mouet, & eo modo quo ſtatuit & voluit, ſed Deus ſtatuit & voluit vt voluntas noſtra liberè mo ueatur, & quidam effectus neceſſariò alij contingenter prodirent, ergo repu gnat diuinæ motioni ſi voluntas neceſ ſariò moueatur, vnde ad efficaciam di

uinæ motionis spectat, vt voluntas nostra liberè moueatur. Et ita ex prædictis patet stat libertas arbitrij cũ motione diuina, vt d. D. Th. 1. p. q. 83. art. 1. ad tertium. ꝙ posito Dei concursu, non est impossibile, ꝙ homo non moueatur, sed simpliciter & absolutè pōt non moueri, quia stat Deum concurrere mecum, & mouere meam voluntatem, & meam voluntatem nō moueri, quia concurrit mecum ad volendum, & ego possum non velle, quia sic concurrit cum causis secundis, vt non destruat earum naturas, sed libertas est de natura voluntatis, ergo.

D. Tho. 1. 2. q. 11.

16 Fruitio quid sit, cuius rei, & quorũ.

Decimò notandum, ꝙ fruitio est actus appetitiuæ potentiæ, probatur, nã fruitio nomen sumpsit à fructibus, qui vt vltimi ex arbore expectãtur, & cum suauitate percipiuntur. Vnde fruitio pertinet ad amorẽ, vel delectationem, quã aliquis habet de vltimo bono expectato, & quia finis, & bonum est obiectum volũtatis, fruitio est actus appetitiuæ potentiæ: vnde d. Aug. lib. 10. de Tr. c. 10. & 11. ciu. c. 25. & lib. 1. de doctr. Chr. c. 4. & 33. & 12. de Gen. ad literam. c. 26. ꝙ frui est inhærere alicui rei propter seipsam, & sic pertinet ad voluntatẽ, sic tamen, vt ibi sit actio intellectus, nam sicut in delectatione duo sunt, s. perceptio conuenientis, quæ pertinet ad potentiam apprehensiuam, & complacentia in eo ꝙ offertur, ꝙ pertinet ad appetitiuam, in qua delectationis ratio cōpletur, sic in fruitione præsupponitur apprehensio intellectus, sed essentiale est complacentia voluntatis, quæ quietatur, & quiescit in aliud nō ordinando. Vnde sequitur, ꝙ in brutis propriè nō est fruitio, quia ad fruitionem pertinet finem imperare, ꝙ non conuenit brutis, quæ per naturalem instinctum feruntur in suos fines, & minus in cognitione carentibus, quando consequuntur suos fines, vt leue sursum, graue deorsum, quia licet ibi sit potentia pertingẽs ad finem per modum exequentis, non tamẽ per modum imperantis, sed in aliquo superiori qui mouet vniuersam naturã per imperium. Et sic rationales creaturæ secundùm rationem perfectam feruntur, quia non solùm cognoscũt finem, & bonum, sed etiam rationem vniuersalis finis & boni, quæ nullo modo est in brutis, differunt enim quies, delectatio, gaudium, quia quies excludit inquietudinem in ijs quæ finis adepta sunt, delectatio est communis etiã brutis ex conueniẽtis perceptione, gaudiũ verò propriè conuenit tantũ rationali creaturæ, vt & lætitia, quæ vltra gaudium importat redundãtiam exterius patefactam in corporis gestu, & motu. Ex prædictis etiam sequitur, ꝙ fruitio propriè est tantũ vltimi finis, qui propter se non propter aliud appetitur, vnde cum quadam delectatione appetitũ quietat, sic vt nil aliud desideretur, & hoc tãtum Deus, vnde solùm voluptas illa nomen fruitionis meretur, quàm de summi boni visione, acquisitione, & possessione, accipimus, & sic intelligitur id Psalm. torrente voluptatis tuæ potabis eos, & id Hier. quo comparat mundana cisternis dissipatis, & Io. 16. gaudium vestrum nemo tollet à vobis, cum nil aliud à Deo sit vltimũ simpliciter, nec possit quietare appetitum hominis, & oĩa sint ordinabilia in ipsum, & ipse in aliud non sit ordinabilis cum eo dignius nō inueniatur, & quia intellectus, qui est velut manus apprehendens bonum potest melius cogitare quocunq; creato, vnde volũtas quæ est vt stomachus qui fruitur bono adepto, non potest quiescere in eo quo melius inuenitur, tum quia quodcunque potest intellectus intelligere, potest voluntas appetere, sed intellectus potest cogitare semper maius bono creato, donec perueniat ad Deũ in quo est status, ita & voluntas dicta ratione nō potest quiescere in bono creato cũ eo melius inueniri possit, sed tantũ in increato quo melius non inuenitur, tum etiã quia creata omnia non carent imperfectione, ideo vt talia, & in ea parte nō bona non sedant appetitum voluntatis nostræ. Hæc autem fruitio vitæ beatæ habet pro obiecto ipsum Deũ, non au-

tem visionem beatificã, seu beatitudinem creatam, quia hmôi sunt media perueniendi ad Deum, sicut delectãtes ex rebus amenis, non delectãtur immediate ex ipsa visione, quia visio non est amena, nec virens, nec florens, sed ex rebus amenis, vt & audientes cum voluptate musicam, non delectantur immediate ex ipsa auditione, sed ex musica, & vocum consonantia, ipsa verò visio vel auditio sunt velut instrumentariæ actiones, quibus potentiæ consequuntur quod desiderant, est enim differentia inter rem desiderabilem, & rationem desiderandi, vel delectandi, & effectum inde sequutum, vt in ęgro res desiderata est sanitas, ratio desiderãdi est bonitas, effectus inde sequutus est possessio, vel delectatio, sic res quæ beatos in patria lætificat est ipse Deus, ratio delectationis, & fruitionis est summa bonitas, visio verò diuinitatis est huius summi boni possessio, ex qua sequitur delectatio, quæ est immediatè de summo bono, ꝙ in vita hac desideratur. Ex prædictis etiam consequitur, ꝙ fruitio perfecta est finis in re, quia tunc appetitus perfectè saturatur, fruitio verò imperfecta est finis habiti in spe, quia fruitio ex adeptione finis optati oritur, vnde quãdo finis re habet perfectè habetur fruitio, quãdo in spe tantum imperfectè habetur. Quo verò ad personas diuinas, in via potest quis frui vna persona sine alia, & essentia sine personis, quia potest cogitare de vna persona, nõ de alia, vt de verbo incarnato, & ex memoria passionis latæ causa nostri amoris & ei adhærere, vel cogitare Deũ vt vnũ è ductu luminis naturalis, sine distinctione personarũ. In patria verò nõ põt, vnde vna psona sine alia, nec essentia sine personis frui licet quia visio est notitia ĩtuitiua qua Deus videtur vt est 1. Io. 2. ergo fertur in rem prout est à parte rei, vnde cum Deus sit in tribus personis videbitur necessariò in tribus: & sic sentit Henr. quodlib. 2. q. 7. D. Th. 2. 2. q. 2. art. 8. ad tertium. idque de lege ordinaria.

Vndecimò notandum circa intentionem, quæ est actus voluntatis, quòd intentio est actus voluntatis, intentio enim est in aliud tendere, sed voluntatis est in aliud tendere, quia mouet omnes alias animæ vires ad finem, ergo intentio est voluntatis, & significat ꝓpositum consequendi aliquid per certa media, vnde qui desiderat episcopatum non intendit illum, sed qui vult illum cõsequi per certa, & statuta media, potest enim considerari finis tripliciter; primò absolutè, quatenus est amabilis, vt cum volumus sanitatem, & secundùm hoc actus volũtatis dicitur voluntas; secundò, prout in fine quiescitur, & sic dicitur fruitio; tertiò consideratur finis prout est terminus alicui⁹, ꝙ in ipsum ordinatur, & sic intẽtio respicit finem, nõ enim solum ex hoc intenditur sanitas, quia eam quis velit, sed quia ad eam vult per aliud, vt medicinam peruenire: vt d. D. Th. 1. 2. q. 12. art. 1. ad quartum. & de veritate q. 22. art. 13. Et licet intentio sit finis, nõ tamen est semper vltimi finis, qui est beatitudo, cum intentiones hominum diuersæ sint, & ratio etiã de medijs potest ordinare. Hac ratione quia ratio plura ordinat in vnũ, ideo licet homo plura per modum plurium non possit intendere, potest tamẽ volũtas ad plura subordinata, & per intellectum ad vnum ordinata simul intendere, quia intentio est finis, & medij, simul verò quis intendit finem proximum, & vltimum, vt confectionem medicinæ, & sanitatem, & etiam si non sint ad inui[illegible] ordinata, vt ex studio literarum [illegible] quis intendere simul scire, & ditari, & ratio differentiæ est inter intellectum, & voluntatem, quia intellectus cognoscit res prout sunt in ipso intellectu, in ipso verò sunt per species vnitas & ordinatas, voluntas verò fertur in res prout sunt à parte rei, & ordinantur ad vnum, in se tamen sunt diuersæ, & differentes, vnde intellectus plura simul non intendit, voluntas verò sic. Quando verò voluntas fertur in finem seorsum, & seorsum vult media non eodem actu vult finem & media, & sic

D. Tho. 1. 2 q. 12.

17 Intentio quid sit, cuius rei, & qũo.

& sic erunt duo motus vel actus, & non vnus, quando verò voluntas vult medium propter finẽ, eodem actu fertur in medium & in finem: probatur, nam finis est ratio volendi id quod est ad finem, vt cum quis vult medicinam propter sanitatem est vnus motus, quia idẽ motus cadit super obiectum, & super rationem obiecti. Vnde intẽtio, & electio distinguitur, quia intentio est circa finem, electio circa media: secundò, nam intentio est velut descensus de fine ad media, electio verò vt descensus de medijs ad finem. Tertiò, nam intentio primò fertur in finem, secundò in media, electio èconuerso. Et cum intentio importet ordinationem alicuius in finem, ꝙ est proprium rationis, sequitur quòd bruta quæ carent ratione, non possunt propriè intendere finem, nec habere intentionem, licet agant propter finem, vt mota ab alio, sicut sagitta à sagittante, quę intendit finẽ non intentione existente in se, sed in sagittante. Vnde intentio dicitur lumen Eph. 5. quia manifesta est intendenti, & de hac d. Bern. de serm. 36. & 40. in Cant. ꝙ est oculus animæ, vel facies eius, d. ꝙ intendere nõ in Deum, sed in seculum secularis animæ est, intendere autem quasi in Deum, sed non propter Deum, hippocritæ animæ esse, intendere verò in Deum ob necessaria vitæ præsentis pusillanimi esse, intẽdere autem in aliud quàm in Deũ, sed propter Deum, opus Marthæ esse, intendere demum in Deum propter ipsum solum, esse eius de qua dicitur pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, &c.

D. Tho. 1. 2. q. 13.

18 Electio quid sit, quibus insit, & quarum rerũ sit, vel nõ, & qũo.

Duodecimò notandum, ꝙ electio est actus volũtatis circa media, postquam supra egit de actibus voluntatis circa finem, & est cum voluntas inter duo vel plura vnum præaccipit, vt mediũ perueniendi ad finem, alio dimisso. Importat tamen electio aliquid pertinens ad rationem, & aliquid pertinens ad volũtatem, & ꝙ pertinet ad rationem est velut formale respectu eius, ꝙ pertinet ad voluntatem, ꝙ se habet vt materiale, quia quando concurrunt ad vnum constituendum vnum se habet vt formale respectu alterius, & quia actus animæ recipiunt formam, & speciem à superiori potentia, vel habitu, ideo voluntatem præcedit, & ordinat actum eius cũ voluntas tendat in suum obiectum à ratione præsentatum secundùm ordinem eius, quia voluntas sequitur eã tanquã regulam deliberatã intellectus, qui confert media inter se, & in ordine ad finẽ, quæ collatio habet per consiliũ: substãtialiter tamen electio est actus voluntatis, præsupponens consilium, quia electio est appetitus præconsiliati, & desiderium eorum quæ nobis in sunt, idest humanorum actuum. 3. Eth. & perficitur in motu quodam ad bonum ꝙ eligitur, ꝙ fit per considerationem, quia electio fit per consultationem, & deliberationem inter multa, quæ si nõ adest, volitio erit, sed non electio. Ex quo fit vt in brutis non sit electio, quia electio est præacceptio vnius præ alio per collationem eorum inuicem, quod non cadit in brutis quorum appetitus sensitiuus secũdùm ordinem naturæ determinatur ad bonum particulare, voluntas verò determinata est ad bonum vniuersale, sed indeterminata respectu bonorũ particularium, est tamen in eis quędam sagacitas, quatenus habet ordinationẽ naturalem ad quosdam ordinatissimos processus, vt à summa arte ordinatos, in ijs tamen non est aliqua ratio, vel deliberatio, quia omnia eiusdem naturæ similiter operantur, vt patet in auibus nidificantibus, prout à se mouentur. Et sic differentia est inter voluntatẽ, & sensum, licet in aliquibus conueniant, conueniunt .n. in hoc ꝙ sicut voluntas nõ fertur, nisi in bonum propositũ per intellectum, ita appetitus sensitiuus bruti nõ fertur, nisi in bonum apprehensum per sensum, secundò, nam vtraq; potentia est indifferẽs ad plura, vt oculus potest plures colores videre, sed in exercitio, & actu appetendi differunt; primò, quia voluntas potest in cõmuni ferri in bonum in actu exercito absq; determinatione ad aliquod particulare bonũ, vt optare esse fęlices, sed appetitus sensitiuus bruti nõ potest ferri nisi in bonũ singulare. Secundò, nam voluntas proposito ei bono per intellectum potest

in illud nō ferri, quia potest intellectus inuenire aliquam rationem, & circunstantiam ob quam bonum non sit ferri in tale obiectum, sed appetitus sensitiuus bruti ꝓposito aliquo bono per sensum non potest non ferri in illud, vnde ouis lupum non potest nō fugere, quia æstimatiua bruti est determinata ad vnum. Tertiò, nam voluntas duobus bonis ei propositis per intellectum potest vni adhærere altero omisso, sed appetitus sensitiuus bruti necessariò fertur in bonum delectabile, quod vel propinquius fuerit, vel quod sensus præsentauerit vt conuenientius. Est autem electio mediorum, & non finis, probatur, nam electio sequitur iudicium, vel sententiam quo aliquid reputatur melius, vel deterius per comparationem ad finem, vnde electiio est eorum quæ sunt ad finem, & sic vltimus finis vitæ humanæ non cadit sub electione, finis tamen medius, vt est quoddam medium ad vlteriorem finē, cadit sub electione. De fine tamen vltimo qui est beatitudo nostra potest esse deliberatio, vel consultatio, & sic electio. Deuter. 26. en Dominū elegisti hodie; ratione probatur, nam non constat nobis euidēter an Dei visio sit noster vltimus finis, sed id diuina reuelatione habetur, & sic deliberatur, & consultatur an his reuelationibus sit assentiendum, postquam enim vltimus finis est constitutus de eo non deliberatur, ꝙ si vltimus finis accipitur in cōi, vt esse beatos, & fœlices sic de eo non cadit deliberatio, nec electio. Est etiam electio eorū tantum, quæ per nos agūtur, probatur 3. Eth. ratione, nā nemo mentis compos eligit nisi ea quæ in eius potestate sita sunt, non auté quæ per alios sunt agenda, ergo. Et sic patet ꝙ differt electio à voluntate, nā voluntas est etiam impossibilium electio nō, secundò, voluntas est finis potius, electio eorum quæ sunt ad finem. Ex prædictis sequitur etiam, ꝙ electio est tantum possibilium, nam electio est eorum quæ in nostra potestate sunt & per nos aguntur, ergo non est impossibilium, præterea electio est mediorū, vt nos ducunt in finem, per impossibile verò non possumus consequi finem, ergo non est impossibilium vlterius quādo homines consultando perueniunt ad id quod est impossibile vlterius nō procedunt, præterea finis nō est possibilis, nisi id quod est ad finem fuerit possibile, ad impossibile enim nullus mouet, ergo. Ex ignorantia tamen potest quis eligere ꝙ impossibile est putans esse possibile. Voluntas tñ est impossibilium ex supppsitione, vnde qui recolit peccata, & vellet non peccasse rectè facit, & tamen id est impossibile non peccasse, sed voluntas efficax quæ dicitur electio non est impossibiliū. In electione verò homo non necessariò, sed liberè eligit, in electione tamen mediorū habet libertatem contradictionis; at bonum perfectum vbi nil apprehendi potest sub ratione mali, non vult sub electione, sed necessariò id vult; probatur primum, nam in electione mediorum potest voluntas velle & non, agere & non, hoc vel illud, ergo liberè eligit, antecedens, probatur, nam quicquid ratio pōt apprehendere, vt bonum, in hoc ipsum volūtas tendere potest, potest verò apprehendere bonū nō solùm hoc ꝙ est velle vel agere, sed etiā hoc ꝙ est non velle, non agere, quia potest in quolibet particulari considerare defectum alicuius boni, & sic in ea parte malum, & sic quodlibet considerare, vel vt eligibile, vel vt refutabile. Vnde in electione mediorum voluntas habet libertatem contradictionis, quia potest velle & non, & libertatē contrarietatis, quia potest velle vnū & refutare, & contrarium eligere; circa verò beatitudinē habet libertatem contradictionis, quia eam potest velle & non, non autem contrarietatis, quia non potest eam refutare. Vbi notandum circa electionē mediorum, ꝙ nullum medium, licet necessariū non necessitat voluntatem necessitate absoluta; probatur, nam mediū nō mouet efficacius voluntatem, quàm finis, sed finis in hac vita nō necessitatem ponit voluntati, ergo, nec medium. Et licet medium sit necessarium ad finē potest quis velle finem absque eo ꝙ eligat talem medium; probatur, nam volūtas, vt velit requirit iudicium intellectus, nil

nil enim incognitum est volitum; si verò quis efficaciter vult finem, & iudicat medium esse necessarium ad finem, tūc volūtas cogitur, vt tale medium eligat, sed tamē liberè eligit, prima pars patet, secunda probatur, nam hæc necessitas si volo finem necessariū est ꝙ velim medium necessarium est necessitas conditionalis, vt ista si curro moueor, quæ nō aufert libertatem, ergo, præterea licet voluntas efficaciter velit finem, adhuc est in facultate humanæ libertatis desistere ab hac volitione, ergo non necessitatur in huiusmodi volitione, & sic electione. Quòd si intellectus proponat voluntati duo bona, regula est ꝙ electio est de meliori bono in moralibus, ꝙ si præsentet duo æqualiter bona, oportet ꝙ intellectus iudicet practicè vnum esse alio præstantius, & sic vt tale præsentet id voluntati quæ ab intellectu suasa vnum alteri præponat, vel potest esse ꝙ intellectus de vno tantum illorum cogitet alio omisso, & sic id voluntati eligēdum proponat, quia sit propinquius vel facilius ex parte rei, quandoq; ex libertate voluntatis, quæ mouet intellectum ad exercitium circa vnum obiectum, & non aliud; vnde voluntas sæpe eligit ꝙ iudicet esse peius quodam iudicio speculatiuo, practico verò semper ꝙ iudicat melius. Quòd si intellectus duo æqualia bona proponat voluntati, & imperium intellectus sit æquale, ita vt nō perpendat magis in vnam, quàm aliam partem, nunquam volūtas mouebitur, eget enim voluntas ope intellectus, vt moueatur, ꝙ est non solùm iudiciū, sed imperium efficax, ꝙ si imperium intellectus sit inæquale, potest voluntas vnū eligere, & alterum respuere, quia iam habet imperiū intellectus à quo determinatur magis ad vnum, ꝙ̄ ad alium. Notandum etiam, vt d. Philosophus 3. Eth. ꝙ electio non est idem conuertibiliter cum voluntario, quia volūtarium in plus se habet & est magis commune, vnde bruta, & pueri participant voluntatem, non autem eligunt; secundò, nō est idem cum concupiscentia, quia illa reperitur in brutis, vt patet in cibis, & venereis, & cum electio, quæ est cū deliberatione rationis; Differt etiam ab ira quia q̄ ex ira fiunt repente, & cū furore fiunt, sed quæ fiunt per electionem post consultationem, & deliberationem rationis fiunt. Differt etiam à voluntate, quia potest esse impossibilium, vt velle volare in cœlum, non autem electio, vt supra. Differt etiam ab opinione, quia possumus opinari tam possibilia, quàm impossibilia, electio verò propriè tantū est de contingentibus, & possibilibus fieri à nobis, aliter esset vana electio, præterea opinio potest esse de singularibus, & vniuersalibus, electio tantum singularium, quia est de operabilibus, quæ sunt singularia. vlterius opinio distinguitur in veram & falsam, electio in bonam & malam; præterea secūdùm quòd eligimus facere bona, vel mala sumus moraliter boni, vel mali, secūdùm verò ꝙ opinamur bona, vel mala, non sumus boni, vel mali.

Decimotertiò, circa consilium, quòd præcedit electionem. Notandum, quòd consilium est inquisitio quædam & ad voluntatem pertinet, sed principaliter ad rationem, probatur, nam electio sequitur iudicium rationis de agēdis, sed in rebus agendis multa incertitudo inuenitur, cum actiones sint circa particularia contingentia, quæ ob sui varietatē incerta sunt, sed in rebus incertis ratio non fert iudicium sine inquisitione præcedenti, ideo ante agenda est necessaria inquisitio rationis, quæ dicitur consilium, vnde electio dicitur appetitus pręconsiliati. 3. Eth. & consilium est voluntatis, quia est de eligendis, sed principaliter rationis, quia est inquisitio, & dicitur consilium quasi consediū, quia plures cōuenire debeant ad rationes expendendas, & rem determinandam. Vnde & Cicero 1. de inuentione d. ꝙ consiliū est alicuius rei faciendæ, vel non excogitata ratio, qn̄ verò respondetur interroganti, & dubitanti quid agere debeat, non est inquisitio, sed sententia, vel determinatio, & hoc pacto ad Eph. 1. & 1. Cor. 7. hr̄ de Virginib. præceptū non habeo, sed consilium tm̄. Multa sunt autē quæ non cadunt sub consilio, primò æterna, quia sunt immutabilia, vnde nemo

D, Tho. 1. 2. q. 14.

19 Cōsilium quid sit, quis consulat, quis eius finis, effectus, & modus.

mo consiliatur an cras erit Deus; secundò, nec de his quæ fiunt à natura, vt si æstas erit calida, vel humida, quia consilium est de his quę cadunt sub potestate nostra, & possumus immutare, potest tamen homo consiliari quomodo se regat in tempore calido, & huiusmodi, tertiò, nec de his quæ fiunt à fortuna: quartò, nec de his quæ fiunt per vniuersum orbem, quintò, nec de his quæ arte sunt determinata, vt d. Philosophus 3. Ethic. Nec de fine in rebus agendis, cum in illis habeat rationem principij, sed in omni quæstione principium supponitur, ergo de fine non est consilium, vel deliberatio, non enim medicus consiliatur si debet sanare infirmum; quando verò id quod est finis respectu quorundã ordinatur ad alium finē, tunc vir probus consiliari potest, consiliari an expediat perdere salutem corporis, vt saluti animæ consulat. Est verò consilium de his quæ à nobis, vel nobis cõiunctis agunt, & de ijs quæ ad operationes nostras ptinent, nam cõsilium importat collationem inter plures habitam, sed in particularibus contingentibus, vt quid certũ cognoscatur, oporter plures cõditiones vel circunstantias considerare, quæ ab vno non est facile considerari, sed à pluribus certius percipiuntur, quia ꝙ vnus considerat, alij nõ semper occurrit, sed in necessarijs, & vniuersalibus est simplicior, & absolutior consideratio, itaq; ad huiusmodi consideratione vnus magis potest sufficere per se, ideo cõsilium propriè pertinet ad contingentia singularia, circa quæ actiones sunt, & cognitio huiusmodi operatur secũdùm ꝙ est vtile ad operationes, cum non sit quid magnum, vt per se sit appetibilis, vt cognitio vniuersalium, & necessariorum, ideo cum actiones sint circa singularia, cõsilium propriè est circa ea quæ aguntur à nobis, & sic consilium est de bono vtili, & etiam honesto, licet cõsilium sit propriè de ducentibus ad finē, vnde qñ cõsulitur de virtutibus id fit vt de ducētibus ad beatitudinem, quæ est finis noster, quando verò in laudibus virtutum versamur ꝙ pertinet ad genus demonstratiuum, tum earum laudes enumerantur, vt de bonis præclarissimis. Non tamen consilium est de rebus parui momenti, quia vt parum cõducentia ad finem non veniunt in consultationem. Procedit autem consilium ordine resolutorio. Nam cũ in omni inquisitione ab aliquo principio incipere oporteat, si & prius in esse, vt in cognitione, dicitur processus compositiuus, quia procedere à causis in effectus est processus cõpositiuus, cũ causæ sint simpliciores effectu, ꝙ si id ꝙ est prius in cognitione sit posterius in esse, est processus resolutorius, vt cum de effectibus apertis iudicatur, resoluendo in causas simplices, sed principium in inquisitione consilij est finis, qui est prior in intentione, posterior tamen in esse, & secundùm hoc oportet ꝙ inquisitio consilij sit resolutoria, incipiendo scilicet ab eo ꝙ in futuro intēditur donec perueniatur ad id ꝙ statim agendum est, & prius quærendum est quid conueniat ad ducendum ad finem. Vnde cum consilium sit de operibus, & ratio operum accipiatur ex fine, debet in eo procedi ordine resolutiuo in ordine ad finē. Non tamen consilium procedit se in infinitum, licet in potentia possit esse infinitum. Ratio primi, nam ꝙ à parte, ante, & parte post, est terminatum id est finitum, in huiusmodi est consilium, ergo, prima patet, secunda probatur, nam in inquisitione consilij id à quo, vel est finis, de quo nõ est consiliũ, sed pręsupponitur consilio, vel est aliquid per sensum acceptũ, ꝙ inducit ad cõsiliandũ, vt si de hoc ferro consiliũ sit, vel de scientia speculatiua, vel practica in vniuersali cognita, vt ꝙ mœchari à Deo prohibet, vel homo nõ pōt viuere, nisi nutritur, & de his non est consiliũ, quia supponuntur, vnde nõ proceditur in cõsilio in infinitum; Nec à parte post quia terminus conclusionis est id ꝙ est statim in potestate nostra vt faciamus, quia sicut finis habet rationē principij, ita ꝙ agitur propter finem habet rationem conclusionis, vnde id ꝙ primo agendum occurrit habet rationē vltimæ cõclusionis ad quam inquisitio terminatur. Consilium tamen potest in potentia esse infinitum, prout in infinitum

tum

tum possunt aliqua occurrere consilio inquirenda.

Quo vero ad consilium, vt est sententia data interroganti, nunquam licet peccatum consulere, quia est malum, & fraudulentum. Prou. 12. & explicat Aug. in Ps. 56.

Licet tamen consulere minus malum ad cauendum maius conditionaliter, verbi gratia, si quis decreuit libidinem explere, potest rogari, vt ab adulterio saltem desistat, vt d. Gaiet. in opus. 17. respõsione 13. dubio. 3. tom. 3 Adr. quodl. 9. Sot. lib. 6. de Iust. q. 1. ar. 5. Chris. hom. 26. ad pop. & habetur in c. nerui. 13. dist. in c. si quod 33. q. 2. is. n. non inducit ad peccatũ; licet contrariũ sentiat Silu. verbo matrimonium 7. §. 5. ad fi. sed à maiori malo reuocat, non valens ab omni, confessarius tamen non posset id consulere, vt suo loco dixi tract. de pœnit. effectus vel executio consilij est operari vel desistere ab operando in acquirendo fine proposito, si enim id vltimum in quo terminatur inquisitio & debet esse primum in operando, occurrat vt possibile haberi, tunc qui accipit consilium incipit operari, alias si occurrit vt impossibile, desistit ab operari desperãs peruenire ad finem propositũ, vt si deficiat ei pecunia quę necessaria sit ad inimicum debellandum. xiiii.

20 D. Tho. 1. 2. q. 15. consensus quid sit, de quibus rebus quotuplex, & quomodo in eo processus fiat, & peccatũ cõmittat, vel non.

notandum circa consensum eorum quæ sunt ad finem; quòd consensus est actus appetitiuæ virtutis, cum consensus importet applicationem sensus in aliquid, proprium vero sensus est, vt sit cognoscitiuus rerum præsentium, quia vis imaginatiua est apprehensiua rerum corporalium et rebus absentibus quarum sunt similitudines, intellectus vero est apprehẽsiuus vniuersalium rationũ, quas potest apprehẽdere indifferẽter absentibus, vel præsentibus singularibus. Et quia actus appetitiuæ virtutis est quædam inclinatio ad rem ipsam secundum quandam similitudinem, ideo ipsa applicatio virtutis appetitiuæ ad rem secundum quam ei inhæret accipit nomen sensus, quasi experientiam quandam sumens de re cui inhęret, quatenus complacet sibi in ea, & ideo ex hac complacentia dicitur esse appetitiuæ virtutis. Vnde sapiens d. 1. Sap. sẽtite de domino in bonitate, & sic accipitur Rom. 1. 1. Cor. 7. Rom. 12. quia proprium voluntatis est applicari ad opus & ferri ad res prout sunt à parte rei, vnde illa approbatio & complacentia mediorum voluntatis consensus appellatur. Ex quo fit vt brutis consensus non conueniat, nam cuius applicare est appetitiuum motum ad aliquid, in eius potestate est appetitiuus motus, sicut tangere lapidem conuenit quidem baculo, sed applicare baculum ad tactum est tantum eius ad quem spectat mouere baculum, ideo bruta cum non habeant in potestate appetitiuum motum, sed talis motus sit in eis ex instinctu naturæ, sequitur quòd ad ea non pertinet proprie consentire, quia consensus importat applicationem, & determinationẽ appetitus non solum passiuam, sed etiam actiuam, & licet quædam animalia faciant executionem operis, non tamen faciunt ex consensu, sed ex impetuoso impetu ex instinctu naturæ causato.

Est autem consensus proprie nõ de fine, sed de his quę sunt ad finem, vt & consilium, quia si consensus est de vltimo fine in quem naturaliter tendit appetitus dicitur voluntas, vnde consensus proprie dicitur de his, quæ sunt ad finem; præterea consensus est applicatio appetitiui motus ad aliquid pręexistens in potestate applicantis, sed in ordine agibilium apprehenditur primo finis, deinde appetitus finis, tum consilium eorum, quę sunt ad finem, tum appetitus eorum quę sunt ad finem, sed appetitus in finem tendit naturaliter, vnde & applicatio motus appetitiui in finẽ apprehensũ, non habet rationẽ consensus, sed simplicis voluntatis. De his vero, quæ sũt ad vltimum finem, quatenus sunt ad finem consilium cadit, & sic de eis potest

test, esse consensus, quatenus appetitiuus motus applicatur ad id quod ex consilio iudicatum est, motus vero appetitiuus in finem non applicatur consilio; sed magis consilium ipsi, nam consilium præsupponit appetitum finis, sed appetitus eorũ quæ sunt ad finem præsupponit determinationem consilij, ideo applicatio appetitiui motus ad determinationem consilij proprie est consensus, & cum consilium sit de his tantum, quę sunt ad finem, sic & consensus proprie loquendo. Et differt ab electione, quia electio supra consensum addit quandam relationem respectu eius cui aliquid præeligitur, quia contingere potest, quòd per consilium inueniantur plura ducentia ad finem, quorum dum quodlibet placet, consentitur in quolibet eorum, ex multis vero quę placent, dum vnum præ alijs eligitur electio est, & etiam differt ab vsu qui sequitur consensum & electionẽ, quia applicatur potentia, & res electa ad operationem, vt perueniatur ad finẽ.

Est autem consensus duplex, quidam formalis vel explicitus & expressus, quidam interpretatiuus & implicitus, videlicet quando ratio sufficienter aduertit de aliquo, & non contradicit; & consensus in actum pertinet solum ad superiorem animæ partem; probatur nam finalis sententia semper pertinet ad eum qui superior est, ad quẽ pertinet de alijs iudicare, quandiu enim iudicãdum restat, quòd proponitur nondum datur finalis sententia, sed patet quòd superior ratio habet de omnibus iudicare, quia de sensibilibus per rationem iudicatur. De his vero, quæ ad rationes humanas pertinẽt iudicatur secundum rationes Diuinas, quæ pertinẽt ad rationem superiorem, ideo dum incertum est an secundum rationes Diuinas resistatur, vel non, nullum iudicium rationis habet rationem finalis sententiæ, finalis vero sententia de agendis est consensus in actum, ideo consensus in actum pertinet ad rationem superiorem, secundum tamen, quòd in ratione voluntas includitur vnde D. Aug. 12. de Tr. c. 14. d. non posse peccatum perpetrari, donec illa mentis intentio, penes quam potestas est mẽbra in opus mouendi, vel cohibendi, malæ actioni nõ seruiat. pro intelligentia autem prædictorum notandum est ex D. Aug. 12. de Tri. c. 14. quòd in quolibet peccato tria inueniuntur, vt in peccato primorum parentum, fuit serpens, mulier, & vir, sensualitas quæ nos ad malum affectum suadet habet locum serpentis, ratio inferior locum mulieris, ratio superior viri, sẽsualitas enim est distincta potentia à ratione, cum sit appetitus sensitiuus, quatenus anteuertit rationem deliberantem, ratio vero est eadem potẽtia cum intellectu, sed differt quia is assentitur primis principijs per se notis, ratio vero ex primis principijs per ratiocinationem, vel discursum deducit conclusiones, & licet ratio superior & inferior non sint distinctę potentiæ, tamen diuiduntur ex diuersa consideratione, quia superior ratio dicitur, quæ considerat res vel regulas Diuinas, vel inspiciendo, vel consulendo de eis secundum res agendas, inspiciendo videlicet illas prout in seipsis sunt, consulendo, quatenus ex regulis Diuinis iudicat quid agendum sit in humanis, & pręcipit inferiori portioni, vt secundum illa agat, vt inquit Aug. loco pręallegato Altissiod. 2. sen. dist. 16. & D. Bon. dist. 23. ar. 2. q. 2. Differt etiam ratio superior ab inferiori, quia ad rationem superiorem pertinet vltimum Iudiciũ, vel finalis sententia, ad rationem inferiorem pertinet vltimum iudiciũ imperfectum, & indeliberatum. Vnde quãdo delectatio culpabilis incipit habet locum serpentis, quia suo inordinato motu sollicitat ad peccandum, tum ratio inferior considerans rationes humanas, scilicet commodum, vel incommodum illius actus, quòd suggerit delectatio, & ad vltimum se non extendens, paululum immoratur in rebus iudicandis, est vt Eua quæ à serpente

pente suasa cœpit edere de ligno, sed peccatum non est consummatum, sed tantum veniale si obiectum sit de re mortali, vt adulterio & huiusmodi, sed quando ratio superior, cuius est vltima sententia consentit, est consummatum peccatum mortale, & similatur Adę, qui peccatum perpetrauit. Vnde consensus in mortale peccatum semper pertinet ad rationem superiorem, saltem negatiue & interpretatiue, quia ad iudicem superiorē pertinet reuocare sententiam inferioris si iniusta est aliter culpa in iudicē superiorem reducenda est; Vnde quando cogitatio, & delectatio consequens est circa obiectum malum, vt adulterij, & huiusmodi, vel est tantum speculatiua & nullo modo practica non inclinans ad opus, sed solum ad cognitionem veritatis, vt ad docendum per prædicationem vel considerationē turpitudinis peccati, tūc consensus in illā cogitationem, vel delectationem consequentem illam cogitationem speculatiuam non est malus, sed bonus, qñque venialis, si inutiliter vel nimis curiose speculetur, quandoque mortalis si tempore quo ratio tenetur circa alia occupari, vt tempore orationis, & diuinorum, quæ sint in præcepto illa contemplatur, & ab oratione distrahitur; si vero illa cogitatio sit practica inclinans ad adulterium, &c. tunc si sit motus primo primus, & naturalis quantumcunque duret, non est peccatum cum ratio id pręuenire nō possit, sed præueniatur à sensualitate, vt supra, si vero sit motus secundo primus, ita vt ratio incipiat vel incipere possit cogitare de repellenda passione, sed præualente impetu passionis non plene aduertit nec repudiat, quia non habuit sufficiens tempus ad cogitandum de illa, tunc illa cogitatio, vel consensus in cogitationem, & delectationem consequentem est venialis, ꝙ si ratio est plene libera & cognouit illud iudicium practicum inclinans ad peccatum mortale, & voluntas potest non solum non consentire, & complacere, sed etiam resistere positiue per nolitionem, & imperare intellectui, vt circa alia aduertat, & tamen negligit, tunc est consensus interpretatiuus, vel implicitus vt supra, & tunc illa cogitatio dicitur morosa, non à mora temporis, sed à more, quia potest, & esse in instanti, & est peccatum mortale ob periculū cōsentiēdi sprętū Ecclesiast. 3. qui amat periculū peribit in illo, quòd intelligitur de eo, qui facit rem quam dubitat esse peccatum mortale tunc enim mortaliter peccat, vel si facit aliquid dubitans probabiliter se inde sumpturum occasionem peccandi mortaliter; Quod si ad illam cogitationē morosam sequitur complacentia in voluntate ad quam sequitur delectatio, quæ est de malo apprehenso, est consensus formalis in illam cogitationem, & sic in illam delectationem, & est mortale grauius quàm consensus interpretatiuus in solā cogitationem etiam absque voluntate exequendi actum cogitatum; si vero etiā consentit in actus cogitati executionem grauius peccat, & cum peccatum perpetrat, tunc peccatū consummatum est grauius. Et consentire in peccatum pertinet ad rationem superiorem, quia ad inferiorem rationē non spectat consentire in peccatum, nisi quatenus participat aliquid rationis superioris, quatenus ratione superiori regulatur, vel non cum possit regulari, vt d. D. Th. 1. 2. q. 74. art. 8. ad 1. licet delectatio prout præcedit peccatū possit ptinere ad rationē inferiorem. Dicitur autem ratio inferior, quæ procedit ex aliquo principio, vel humano, vel temporali, non deliberando cum l. Diuina, vel sit naturalis, vel supernaturalis, siue id principium iudicetur conueniens propter sensualitatem, vel propter honorem, vel vtilitatem temporalem, vt cum occurrit inimicus, ratio inferior. d. bonum est superare malum sibi, quia oritur ex proprio commodo, sed rō superior occurrit dicens, melius est obedire Deo, sed occidendo inimicum offenditur Deus, ergo non

est occidendus; ratio vero superior est quando consulitur ratio æterna circa agenda, & ideo si ratio superior consentit actui peccati mortalis est peccatum mortale, prædicta exemplificari possunt, in nuncio misso ad mulierem corrumpendam cum munere gemmæ pretiosæ, ponendo quinque mulieres, prima aspicit gemmam & nil cogitat malũ, ideo non peccat, hic est motus primus, secunda aspicit & respuit munus & nuntium, quæ meretur, tertia aspicit munus, & aliquo modo delectatur licet suspicetur tamen quòd malo fine mittatur, & ideo quando bene considerauit respuit munus, hic est motus secũdo primus, quarta respicit munus & ei placet, sed quia videt quòd sine infamia non posset id accipere, respuit, hæc significat illos qui interpretatiue consentiunt cogitationi, & non consentiunt in actum exteriorẽ, quinta aspicit munus illi placet, promittitque explere libidinem mittentis, hæc significat eos qui formaliter consentiunt in actum peccati.

Vnde cauendum est valde à cogitationibus perniciosis, cum separent à Deo Sap. 1. Ex. 20. Matth. 5. & etiam à cogitationibus conditionatis, vt si essem coniugatus, Rex vel episcopus facerem hoc vel illud, quia paulatim inducunt ad cogitationem malã, ambitionem libidinem præsumptionẽ sui, & huiusmodi xv. notãdum est circa vsum in comparationẽ eorum, quę sunt ad finẽ, ꝙ vsus est actus voluntatis primo, & principaliter tanquam primo mouẽtis, intellectus tanquàm dirigentis; aliarum vero potentiarum tanquàm exequentium suas operationes, probatur, nam vsus alicuius rei importat applicationem rei illius ad aliquã operationem, vnde & operatio ad quã applicatur res aliqua dicitur vsus eius, vt equitare est vsus equi, ad operationem vero applicantur, & principia interiora agendi, scilicet potentiæ animæ, vel membra corporis, vt intellectus ad intelligẽdũ, oculus ad vidẽdũ, & res exteriores, vt baculus ad percutiendum, sed res exteriores non applicãtur ad operationem nisi per aliqua principia intrinseca, quę sunt potentię animæ vel habitus potẽtiarum, vel organa, quæ sunt corporis membra, sed voluntas mouet potentias animæ ad suos actus, vt supra, & id est applicare eas ad operationem, & sic vti primo, & principaliter est voluntatis, vt mouentis primo, rationis vero vt dirigentis, sed aliarum potentiarũ, vt exequentium, quæ comparantur ad voluntatem à qua applicãtur ad agendum, vt instrumenta ad principale agens, sed actio non tribuitur proprie instrumento, sed principali agenti, vt ędificatio ędificatori, & non alijs proprie, ergo est actus voluntatis, vbi notandum, ꝙ vti est applicare, vsus vero ipsa applicatio, & sic vsus est duplex vnus actiuus, quòd continetur vocabulo, vti, & sic est voluntatis, quę habet applicare omnes potentias ad suas operationes, vsus passiuus est actus voluntatis elicitus tamen ab alijs potentijs, vt vsus intellectus est intelligere, vsus calami scribere.

21 D. Tho. 1. 2 q. 16. Vsus quid sit, quarũ rerum, ad quos pertineat, & qualiter.

Ex his colligitur, quòd vsus nõ pertinet ad bruta, probatur; nam vti est applicare potentias ad operandum, id vero est tantum eius, qui scit referre vnum in alterum, & habet super illud arbitrium, quòd ad rationẽ pertinet, Vnde sequitur quòd sola natura rationalis consentiat & vtatur, vnde nulla res præter naturam rationalem, vel intellectualem proprie dominium rerũ habet, quia dominium est facultas vtẽdi re pro arbitrio domini, quòd non cõuenit brutis, vt supra. Est etiam vsus eorum, quę sunt ad finem, fruitio vero finis, probatur nam cum vsus importet applicationẽ alicuius ad aliquid, quòd ad aliquid applicatur se habet in ratione eius, ꝙ est ad finem, ergo, vnde & quæ ad finem accommoda sunt dicũtur vtilia, & quandoque ipsa vtilitas vsus dicitur; vltimus vero finis sumitur dupliciter, primo simpliciter, secundo quo ad aliquem finem, quia finis quandoque dicitur res ipsa, qñq; ade-

adeptio ei⁹ vel possessio, vt auaro finis est pecunia vel eius possessio, simpliciter vero loquendo finis est ipsa res, quia possessio pecunię nõ est bona nisi ob bonum pecuniæ, & sic proprie homo dicitur pecunia frui, quando in ea vltimum finem constituit, sed quatenus eã refert ad possessionem dicitur ea vti. Qui tamen peccatum mortale committunt dicũtur abusiue frui vtendis, quia in creatura constituunt vltimum finem, & plus diligunt creaturã quàm Deum, vt D. Aug. li. 1. de doctr. chr. c. 33. quòd summa est peruersitas, vt d. ibi Aug. vti fruendis, & libr. 83. q. q. 30. Non tamen quis vtitur Deo, quia referatur ad alium finem, hoc enim est hæreticum, sed bene fieri potest, vt quis diligat Deum, nõ propter se tantũ; sed propter commodum, quòd inde deriuatur, & sic intelligitur dictum Aug. 6. de Tr. cap. 10. & Hilar. 2. de Tr. quòd Deo quis quandoque vtitur.

Vsus demum quandoque præcedit electionem quandoque sequitur, præcedit quatenus voluntas applicat intellectum ad consultandum, & deliberãdũm ex quo sequitur electio, subsequitur prout applicat potentias ad executionem operis præelecti, verbi gratia æger primo vult salutem, quæ est simplex uolitio finis, secundo vult eam acquirere per media, & hęc est intentio finis, tertio intellectus cõsultat de medijs conuenientibus quarto voluntas eligit vnũ medium præ altero in quo completur ratio electionis, quinto est imperium efficax intellectus qui dicit, fac hoc, ex quo sequitur vsus volũtatis, vnde cum hic progressus rationis sit in rebus agendis, constat ꝙ vsus differt ab electione, & quando voluntas

22 consequitur finem præ optatum, dicitur, fruitio. xvj. notãdum, quòd humani actus dicũtur imperari ab imperio, Est autem imperium in moralibus, actus rationis mouentis, & ordinantis, ac necessitãtis voluntatem ad aliquod particulare faciendum, supposito actu ipsius voluntatis, scilicet consensu, vel electione efficaci, in cuius virtute intellectus mouet per imperiũ voluntatẽ ad exercitiũ actus, sed cum hęc motio fiat ab ĩtellectu nõ virtute ꝓpria, sed uirtute voluntatis, proprie loquendo voluntas mouet & necessitat seipsam quò ad exercitium, Vnde imperare proprie non est mouere quocumq; modo, sed cum quadam intimatione denuntiatiua, & motione effectiua; & est principaliter actus rationis præsupposito tamen actu voluntatis notandũ enim, ꝙ actus voluntatis & intellectus supra se inuicẽ possunt ferri, quia intellectus ratiocinatur de volendo, & volũtas vult intellectũ ratiocinari de actu suo, & quandoque contingit, quòd actus rationis, vel intellectus præuenit actum voluntatis, vt cum ostendit & præsentat ei finem, quandoque actus intellectus pręuenit actum voluntatis scilicet cum ostenso fine voluntati, voluntas mouet intellectum ad quærenda media, & consiliandum de illis, in illa vero præuẽtione actus, virtus prioris actus remanet in sequenti, & sic ex ostensione finis quem intellectus proponit voluntati, remanet in voluntate virtus ad mouendum intellectum ad quærẽda media, quibus pręsentatis, si non est nisi vnum, voluntas consentit, si duo volũtas eligit, & ex vi illius consensus, vel electionis si sit efficax, intellectus mouetur à volũtate ad intimandum, vel denuntiandum ei, hoc est tibi faciendum ergo fac, & ille actus vocatur imperiũ, & pertinet ad intellectũ, quia imperans ordinat aliquem ad aliquid agendum, & ordinare per modũ intimationis est rationis, pręsupposito tamen actu volũtatis, quę est primum mouẽns ad exercitium in viribus animæ, vt supra. Vnde imperare non pertinet ad bruta, sed agere per impetum, quia imperare est ordinare aliquẽ ad aliquid agendum cum quadam intimatione denuntiatiua, ordinare vero est actus rationis proprie, quòd in brutis non inuenitur, secũdum probatur, nam quòd cõueniẽti, vel disconueniẽti apprehẽso statim mouetur ex instinctu naturæ tantum ad prosecutionem, vel

D.Tho. 1. 2. q. 17.

Imperiũ quid sit, quę actus imperari possint in animæ potentijs, vel non, ad quos pertineat, & quomõ.



vel fugam, id dicitur agere cum imperiu, sed bruta sunt huiusmodi, quia rationalia faciunt ingressum operis per ordinationem rationis, ergo, vnde & imperare pertinet ad intellectum, quod probatur ex Arist. 6. eth. c. 8. ad 12. qui d. quòd tres virtutes sunt necessariæ ex parte, intellectus primo bona consultatio de medijs, quæ dicitur eubolia, secunda sinesin quę est quędam sagacitas & solertia ad iudicādum, quod medium sit magis accommodum ad consequendum finem intentum, vnde multi recte consultant de medijs, sed semper peiori sententię adhęrent, quia hac solertia carēt, tertio requiritur prudētia cuius munus est imperare, vt id quòd est deliberatum executioni mandetur, vnde multi recte consultant, & recte iudicant quid facto opus sit, qui tamen difficultate rei perterriti non imperant operis executionem, sed prudentia residet in intellectu ergo īperare est actus rationis, & sic intellectus supposito actu voluntatis. Imperium autem, electio, consilium, & vsus hoc ordine se habent, nam vsus quo voluntas applicat intellectum ad consultandum, & deliberādum de medijs præcedit imperiū, vsus tamen vlterius necessario sequitur ex imperio intellectus efficaci, nam imperium efficax est id ad quòd sequitur necessario opus nisi impedimentū adhibeatur, præterea ex volitione efficaci sequitur opus, sed imperium sequitur ad volitionem efficacem, ergo ex imperio efficaci oportet, quòd opus sequatur, vlterius ex imperio & volitione efficaci sequitur motio membrorum, & potentiarum exequētium nisi sit impedimentū in ijs, quia huiusmodi non habent libertatem, vt cōtradicere possint, sed vsus voluntatis impediri nō potest ergo ex efficaci imperio necessario sequitur vsus & applicatio potentiarū, vt sentit etiam. Aug. 8. conf. c. 9. Vsus tamen voluntatis qui sequitur ex imperio efficaci habet suū meritū, quia prędictus est liber, quia illa necessitas est cōditionalis, & ex suppositione, quę nō tollit libertatē. Vsus tñ exteriorū mēbrorū qui sequitur ex imperio nō habet laudē secūdū se, quia non est liber, vt supra. Imperium vero quandoque præcedit electionem, nō enim & prudentia potest imperare voluntati, vt eligat hic & nūc & tale mediū, vt religionem, & huiusmodi imperiū clarū est, quod præcedit electionē, pōt ēt imperare volūtati, vt applicet vires aīæ ad exequendū opus, & huiusmodi imperiū sequitur electionē quia post quàm est deliberatum de medio, & voluntas eligit huiusmodi mediū, sequitur imperium quo applicantur potentię ad opus: electio vero necessario sequitur ex imperio efficaci intellectus, & tamen electio potest esse meritoria, quia huiusmodi necessitas est conditionalis, & ex suppositione, quę nō tollit libertatem, vt supra.

Sunt autem imperium, & actus imperatus vnus actus humanus, vt vnum totum compositum ex illis, sunt tamē diuersi, vt partes totius, probatur, nam imperium, & actus imperatus simpliciter, & secundum substantiam suam non sunt vnus actus, sed plures, prout imperium præcedit actum imperatū, & quandoque prius est eo in tempore, sed imperium & actus imperatus secūdum quòd sunt vnus actus humanus sunt sicut quoddam totum, quia actus inferioris potentię materialiter se habet ad actum superioris, quatenus inferior potentia agit in virtute superioris mouentis ipsam, sic & actus mouentis primi formaliter se habet ad actum instrumenti, vnde quādo vna potentia est mouens alteram, tunc actus earum sunt quodammodo vnus, quia idē actus est mouentis, & moti. 3. phis. c. 3. & ideo in materia morali dicūtur vnus actus humanus quia non habent duas malitias, vel duas bonitates, sed vnam, sicut reserare seras, frangere fores, rapere aurum pro vno peccato reputatur, ergo sunt vnus actus, modo supra dicto.

Actus, etiam voluntatis potest esse imperatus, quatenus ordinatur à ratione: Nā cum imperium sit actus rationis ordi-

ordinantis cum quadam motione aliquid ad agendũ, patet, quòd ratio potest ordinare actum voluntatis, nam sicut pōt iudicare, quòd bonum sit aliquid velle, ita potest ordinare imperando, quòd homo velit, & sic actus voluntatis, scilicet velle erit à ratione ordinatus, vt si iudicet bonum dare eleemosinā, & hoc ipsum velit etiam fieri, & vt exequatur id voluntas imperādo manui, vt illam det, ergo actus voluntatis potest imperari; notandum tñ q in imperio duo sunt; dirigere & ordinare actum voluntatis circa id q est agendum, secũdo eam mouere ad tale exercitium, primum officium habet ratio circa actus voluntarios, secũdum habet voluntas, nā voluntas mouet intellectum ad imperandum, & econuerso intellectus mouet voluntatem regendo, & dirigendo, & quatenus ordinatur ad exercitium, nō tamē efficienter ratio mouet voluntatem ad exercitium, nisi quatenus intellectus mouet à voluntate ad imperandum, & dirigendum & ab ea accipit efficaciam, & sic vis huius motionis tandem ad voluntatem refertur, vt ad primum motorem; Nō tamen primus actus voluntatis in bonum in vniuersali imperatur, cum sit ex instinctu naturæ, vel superioris causę. Et cum ratio reflectatur super se, sequitur, quòd sicut potest ordinare actus aliarum potētiarũ ita etiā possit ordinare de actibus suis, Vnde actus rationis cadit sub imperio ipsius rationis, & quo ad exercitiũ qui libet actus rationis semper potest imperari, quia de quocunq; actu rationis potest ratio ordinare quãdo sit efficiēdus, vel non, vt cum dicitur alicui, vt attendat & ratione vtatur; Sed quo ad obiectum est aliquis actus tũ rationis tum voluntatis qui imperari non pōt, duo enim sunt actus intellectus circa obiectum, primo, vt veritatē circa aliquid apprehendat, & quia hoc nō est in ptāte nostra, sed obtinet vi luminis alicuius naturalis, vel supernaturalis, ideo vt sic actus rationis non potest imperari; secundo dum his, quę apprehēdit assentit, & si sint talia apprehensa qbus intellectus naturaliter assentiat, vt prima principia, assensus taliũ, vel dissensus nō est in ptāte nostra, sed in ordinatione naturæ, & sic à ratione nō imperatur, sed est in ordinatione naturę, & ei subiacet. Alia sunt apprehensa, quæ adeo non conuincunt intellectum quin possit assentire, vel dissentire, vel saltem assensum vel dissensum suspendere ob aliquam causam, & huiusmodi assensus, vel dissensus est in potestate nostra, & sub imperio cadit; & generaliter, quæ sunt in potestate nostra, & libera sunt, vt possimus ea operari vel non, sic vel aliter, subiacēt imperio rationis, quia ratio potest de his ordinare & modũ præscribere; quę vero non sunt in potestate nostra, vel quia veniāt, ex necessitate naturæ, vel a principio extraneo, nō subiacent imperio rationis; prudētia vero & ratio directrix humanorum actuum, & sibi & alijs in agendo modum prescribit, exceptis prędictis, quę proueniunt ex necessitate naturę, vel à principio externo.

Actus vero appetitus sensitiui ex parte potentiæ imperatur, ex parte altera vero impeditur ne totaliter subdatur imperio rationis, probatur, nam aliquis actus catenus imperatur quatenus est in ptāte nostra; Notandũ ergo quòd appetitus sensitiuus in hoc differt ab intellectiuo qui dicitur voluntas, quòd sensitiuus est virtus organi corporei non autem voluntas, sed omnis actus virtutis vtentis organo corporeo pendet non solum ex potētia animæ, sed etiā ex corporalis organi dispositione, vt visio ex potentia visiua, & qualitate oculi ex qua impeditur, vel iuuatur; sed quòd est ex parte potentiæ animæ sequitur apprehēsionē, apprehensio vero imaginationis cum sit particularis regulatur ab apprehensione rationis, quæ est vniuersalis, vt virtus actiua particularis à virtute actiua vniuersali, & ideo ex hac parte actus appetitus sensitiui subiacet imperio rationis. Sed quia est virtus orga

nica, quæ sequitur & dispositionē corporis, ex hac parte quandoque impeditur quin motus appetitus sensitiui totaliter subdatur imperio rationis, quandoque etiam motus appetitus sensitiui subito concitatur ad apprehensionē imaginationis, vel sensus, & tunc is motus est præter imperium rationis, licet potuisset impedire si præuidisset, vnde phil. 1. Polit. cap. 3. d. quòd præest ratio irascibili, & concupiscibili principatu non despotico qui est ad seruos, sed regali qui est ad liberos, qui totaliter non subduntur imperio. Et ita motus appetitus sensitiui subiacet imperio rationis ea parte qua est particularis virtus, quæ subditur rationi, vt vniuersali rectori, & in summa concupiscere non omnino subiacet imperio rationis, & volūtatis, quia ipsa apprehensio & cogitatio ob dispositionē organi corporalis qui turbatur ex aliquo interiori non omnino subiacet imperio rationis, sed consentire cōcupiscentijs, vel nō consentire subiacet imperio rationis; & etiam imaginatio, & cogitatio non quorumcunque, sed consideratorum à ratione subditur imperio rationis ex parte animæ, quia ratio pōt præcipere imaginationi, vt repræsentet tristia, & pœnas damnatorum vt à malo mens reuocetur, & voluntas, ex parte tamen corporis potest esse, rationibus prædictis, quòd imaginatio nō subdatur imperio rationis, sublatis tamen impedimentis corporis in potestate nostra est excludere imaginationes turpes ne surgant, & sumere alias meliores ob perfectum imperium rationis, in negligentibus tamen cōtingit illas imaginationes turpes remanere ob torporem eas excludendi.

Actus vero animæ vegetabilis non imperantur; probatur, nam actuū quidam procedunt ex appetitu naturali, quidam ex animali, vel intellectuali, nam omne agens naturaliter appetit finem, sed appetitus naturalis nō consequitur aliquam apprehensionem, vt appetitus animalis, & intellectualis, sed ratio imperat per modum apprehensiuæ virtutis, ideo actus procedentes ab appetitu animali, vel ītellectuali possunt imperari à ratione non autem qui procedunt ex appetitu naturali, quia homo non crescit quantum vult, nec nutritur vt vult, vnde Greg. Niss. lib. 4. cap. 15. d. quòd id quòd non persuadetur à ratione est nutritiuum, & generatiuum præterea ea quorum non habemus dominium, & quę non sunt in potestate nostra rationis imperio nō subdūtur, vt supra, sed nutritio digestio augmentatio sunt opera naturę, quę non sequitur cognitionem, nec sunt in potestate nostra, ideo ratio non magis animæ vegetabili īperat quàm lapidi, qui omnis cognitionis est expers.

Actus demum exteriorum mēbrorum, quæ mouētur à potentijs sensitiuis quandoque sequitur imperium rationis quandoque non. Nam motus membrorum qui cōsequitur vires animæ vegetabilis non subditur imperio rationis, probatur vtraq; conclusio, nā membra sunt organa potentiarum animę, ergo illa membra obediūt rationi, quæ sunt potentiarum obediētium rationi, illa vero nō obediunt, quę sūt potentiarum non obedientium rationi: membrum ergo genitale ex pœna peccati nō obedit rationi, vt d. Aug. 14. ciu. c. 16. 20. vt in illo membro pœnam inobedientiæ patiatur homo, per quod peccatum originale traducitur ad posteros, Vnde & phil. li. de causis. d. motus cordis, & genitalium esse inuolūtarios, quia hæc membra ex aliqua apprehensione commutātur quatenus intellectus, & phantasia repræsentant aliqua ex quibus sequūtur passiones animę, ad quas sequitur motus horum membrorum, non mouentur autem secūdum iussum rationis, quia ad motum horum membrorum requiritur aliqua alteratio naturalis, scilicet caliditas, vel frigiditas, quę alteratio non subiacet imperio rationis, Et specialiter id accidit in his duobus mēbris, cum vtrumq; eorum sit velut ani

mal

mal quoddam separatum, quatenus est principium vitę, quia principium est totum virtualiter, & semen in virtute est animal, vnde naturaliter habent proprios motus, quia principia oportet esse naturalia, ratio tamen ijs motibus potest dissentire. Ex prędictis colligitur, quòd illa subdūtur imperio rationis, quę sunt in potestate nostra & quorum imperium habemus, & quę ratione regi possunt, voluntas si quidem ratione regitur, intellectus subditur imperio rationis, & prudentia, appetitus sensitiuus ratione compescitur, membra corporis sequūtur ducatum rationis, vires vero anima vegetabilis ratione gubernari non possunt; Ex his sequitur, ꝙ quæ imperio rationis subdūtur si recte gubernantur laudem afferre, sint secus peccatum, quę vero rationi non subduntur nec laudem nec vituperationem afferunt, vt sunt naturalia, 2. eth. nisi quatenus ratio ea compescere potest per abstinentias, & huiusmodi.

Colligitur etiam ordine hęc ita se habere, vt prius quis velit finem quàm intendat, intendat quàm consultet, consultet quàm cōsentiat & eligat, electio vero sequatur imperium, & imperium efficax sequatur vsus, & rei executio. Hęc late traduntur per philosophum. 2. 3. & 6. eth. & lib. de anima. & ibidem commentatores, & D. Th. 1. 2. à q. 8. ad 18. vbi optime Bartholomeus Medina Viguer. & alij de his agunt.

23 D. Th. 1. 2 q. 17. potentia quid sit. xvi. notandum quòd potentia est facultas quędam vel virtus operatiua per quam subiectum dicitur esse potens ad aliquid operandum, verbi gratia per potentiam visiuam dicitur animal potens videre, & si careret potentia visiua non esset potens videre, & ex hoc dicitur potentia quia facit subiectum potens, Vnde potentia non est id quòd operatur, sed id per quod subiectum operatur, vnde potentia est principium operationis secundū substantiā scilicet elicit ipsam operationem. verbi gratia potentia visiua elicit actum videndi, & sic de alijs potentijs.

24 Moueri qualiter xvij. notandum, quòd illa quę habēt principiū aliquod intrinsecū per quod operentur sunt in duplici genere, quędam enim dicuntur mouere seipsa ad suas operationes, aliqua vero dicuntur moueri tantum, & non mouere se, Vt autē aliquid dicatur se mouere ad operandum necessario requiritur cognitio aliqua per quam cognitionem cognoscat finem, & aliquod sibi bonum, quo cognito ordinet se ad consequendū illū finē & bonū, vnde mouere est, cognito & apprehenso aliquo fine, ordinare se & tēdere in illum finem, vnde illa, quæ non habent cognitionem non dicuntur mouere se sed moueri ab aliquo, quo modo mouentur oīa inanimata, & animata sola anima vegetatiua, vt plantę, sola vero animalia mouent se. Mouere vero se ex cognitione finis ad ipsum finem consequenndū idem est, quòd voluntarie se mouere, Vnde fit vt illa sola operatio fit voluntaria, quam exercet animal cum cognitione finis ad consecutionem ipsius; Ex quo fit vt sicut est duplex cognitio finis; & duplex potentia cognoscitiua, ita etiam duplex est potentia appetitiua, vel volitiua, & duplex voluntarium; Altera cognitio per quam cognoscitur quidem id ꝙ est finis, sed nō cognoscitur in eo ratio finis, nec proportio mediorum ad finem, & ideo id quòd secundum hanc cognitionem mouetur ad finem, mouetur ad illum sine vlla deliberatione, talis cognitio est cognitio habita per sensum & extimationem, quę inuenitur tam in homine quàm in oībus animalibus; ideo in his vt est cognitio imperfecta ita voluntarium imperfectum, & voluntas imperfecta, quę magis proprie vocatur appetitus quàm voluntas, cognitio perfecta est ea qua non solum cognoscitur finis, sed etiam ipsa ratio finis, & conuenientia mediorū ad finem consequēdum; Ex hac cognitione nascitur alius appetitus perfectus qui proprie dicitur voluntas, & consequenter potentię quę est perfecte cognoscitiua respondet potētia quę est perfecte appetitiua, & hęc proprie appellatur voluntas, illę intellectus. Rursum potentia appetitiuā non semper perfecte cognoscit, & potentia appetitiua non semper perfecte appe- dicat aliquid vel moueri in operādo, & quę moueantur, vel moueant.

 sit,

tit, & cōmuniter defectus qui contingit in operatione potentię appetitiuæ nasci tur ex defectu qui contingit ex defectu contingente in potentia cognoscitiua. Adhoc autem, quòd appetitiua potentia perfecte appetat, requiritur, vt postquàm cognouit finem, & media, deliberet circa ipsa media, & iudicet q̄ nam medium sit magis proportionatū fini, & illud medium cæteris anteponat. Vnde sequitur quòd ille actus est actus verè volūtarius qui procedit à volūtate rationali mediāte deliberatione. Et quia deliberatio potest esse magis, vel minus perfecta, pōt etiam actus esse magis, vel minus voluntarius, & perfectissime voluntarius est qui habet perfectam deliberationem. Vnde sequitur ad hoc vt aliquis actus dicatur proprie voluntarius, requiri præcipue tria, primo cognitionem, cuius defectu, vt infra dicetur, ignorantia facit inuoluntarium, & si sit ignorantia inuincibilis, facit actum in totum inuoluntarium, & consequenter non esse peccatū, secundo requiritur deliberatio, cuius defectu mot⁹ qui vocātur primo primi sunt omnino inuoluntarij, quia carent deliberatione, & pręueniunt actum rationis, vt supra, alij primi motus sunt ex parte voluntarij, vt dictum est supra vbi de cōsensu est actū, vnde & faciūt peccatū veniale, tertio requiritur consensus voluntatis in actum ipsius voluntatis quo vult, & appetit rem, cuius defectu si uim inferente, malum coacte quis operetur, non imputatur ad peccatum, nec est actus voluntarius, vt si virgo violetur sine vllo consensu suæ voluntatis coacte, de quo infra.

25 xviij. notandum quòd potentię rationales, quæ sunt in anima humana sunt duæ, intellectus & voluntas, intellectus est potētia qua intelligūtur non solum res corporeæ, & sensibiles, sed etiam res incorporeæ, scilicet Deus Angelus, intellectu etiam cognoscitur virtutis pulchritudo turpitudo vitiorum, & huiusmodi, quæ nullo sensu percipi possunt.

potentiæ diuidūtur in intellectum, & voluntatē, intellect⁹ vero diuiditur in practicū speculatiuum.

Voluntas est potētia qua appetimus ea, quæ ab intellectu iudicātur esse nobis bona & conuenientia, & repellimus ea quæ ab intellectu iudicātur esse mala & non conuenientia, & licet voluntate appetantur ea quandoque, quæ sunt mala, tamen non appetūtur sub ratione mali, sed quatenus ab intellectu iudicātur conuenientia vt supra dictum est, intellectus enim quandoque decipitur à sensu attractus, vnde iudicat esse conueniens id quòd sensui est conueniens, rationi tamen est valde inconueniens, pari ratione etiam voluntas sepè trahitur ab appetitu sensitiuo vt supra dictū est.

Diuiditur autem intellectus in practicum & speculatiuū, munus intellectus speculatiui est considerare res propter se sine vllo ordine ad operationem alterius potētię, munus practici est considerare res in ordine ad operationem alterius potentiæ; Ex quo fit vt in intellectu speculatiuo non possit esse peccatū nisi forte ratione nimiæ curiositatis, quia eius cognitio non tendit ad aliquid operandum. 26

Intellect⁹ diuiditur in practicū, & speculatiuū, & in quo constet rō peccati.

Vnde tota ratio peccati consistit in intellectu practico, & consequenter omnes operationes morales & voluntariæ pertinent ad voluntatem, & intellectum practicum.

Ratio vero & intellectus sunt eadem potentia, quia per eandem potentiam intelligimus, & ratiocinamur, nam ratiocinari est procedere per discursum ab vno intellecto ad agnitionem aliorū intelligibilium ad veritatem cognoscēdam, intelligere vero est veritatem simpliciter apprehendere sine discursu; de qua re supra latius est actum. 27

Ratio & intellect⁹ an sint eadem potētia.

xix. notandum, quòd tam intellectus practicus quàm speculatiuus habet aliquam determinatam operationē circa finem, voluntas enim est potentia quædam cęca, & ideo nil operatur nisi præcedat aliqua operatio intellectus, quia non potest aliquid velle, vel nolle nisi cognoscat id esse conueniens, vel disconueniens. Vnde ante operationem voluntatis circa moralia, & agibilia debet præcedere aliquis actus intellectus practici. 28

Intellect⁹ practicus, & speculatiuus qui dicantur, & quòd officiū practici.

Proprius autē actus intellectus practici circa finem est quidam assensus principiorum practicorum, quę sunt

prima

prima principia practica, quæ principia sunt veluti quidam fines iuxta quos regulandæ sunt omnes aliæ propositiones practicæ.

Prima vero principia practica sunt quædam propositiones practicę quibus intellectus statim assentitur, vt appetendam esse beatitudinem, iustitiam sectandam, meliora anteponenda esse deterioribus, sempiterna temporalibus, & huiusmodi. Horum principiorum dicitur esse in nobis quidam habitus qui vocatur à Teologis sinderesis, à D. Aug. li. 2. de lib. arb. c. 10. semen omnium virtutum, & nil aliud est quàm instigatio quędam ad bonum, & accusatio de malo. Dicitur autem iste habitus sinderesis, eo quòd per istum habitum ita faciles sumus ad assentiendum bono, & remordemur de malo, & assentimur istis principijs practicis, ac si diu essemus in hoc habituati; Est autem aduertendum, quòd omnibus alijs propositionibus moralibus homo assentitur sub ratione alicuius principij practici, & pari ratione sinderesis semp inclinat ad hũc assensũ, vel retrahit aut accusat de hoc assensu, & quandiu non inuenit aliquã rationem alicuius primi principij non inclinat. D. Tho. 1. p. q. 79. ar. 12.

Aduertendum etiam hanc sinderesim posse à nobis obtenebrari, & obtundi malis habitibus, dum homo assuescit facere contra stimulum huius sinderesis, sed nunquàm omnino potest extingui, Vnde non potest dari homo tam pessimæ vitę, qui non appetat beatitudinem & non iudicet appetendam.

Actus vero volũtatis circa eadem prima principia practica, quæ sunt fines quidam, vt supra; est inclinatio quędam ipsius voluntatis in ista principia, quę proprie vocatur voluntas, volũtas enim vt sumitur pro ipso actu voluntatis est eius inclinatio in finem. Vnde licet omnis actus voluntatis possit vocari voluntas, tamen si distinguantur ipsi actus inter se, iste actus proprie vocatur voluntas, alij vero actus alijs nominibus appellantur. tres enim sunt actus voluntatis circa finem, primus dicitur voluntas, secundus intentio, tertius fruitio. de quibus supra.

22. notandum, quòd præter prędicta principia intrinseca operationum, sunt etiam aliqua alia principia extrinseca operationum, quę sunt principia quędam moralia ipsarum operationum, & moraliter eliciunt operationes, & sunt Deus, Angelus bonus, & malus, & homo; Hi vocantur principia nostrarum operationum quatenus consilio interiori, vel exteriori, auxilio, adhortatione, & exemplo nos mouent ad aliquid operandum, Hoc etiam modo ipsi libri possunt nos mouere ad operandum bene si sunt libri boni, & si mali ad male operandum. 29 principia operationum, quæ alia sint.

Ex prædictis colligitur, quæ sunt principia tam intrinseca quàm extrinseca operationum humanarum quatenus sunt voluntariæ, quæ solę dicuntur operationes humanę.

Quibus sic constitutis. Prima sit propositio; Voluntarium est operatio appetitus cum cognitione finis, vnde in actibus humanis inuenitur voluntarium. Nam quicunque actus est à principio motus intrinseco cum cognitione finis, est voluntarius, sed actus humanus est huiusmodi, ergo, maior probatur, nã voluntarium est cuius principium est intra cum additione scientiæ, secunda probatur, nam quorũdam actuum principium est in agẽte, vel in eo quod mouetur, quorundam est extra, vt cum lapis sursum mouetur principium huius motionis est extra lapidẽ. At ex ijs quæ mouentur à principio intrinseco quædam mouent seipsa quędam non, nam cum omne agens agat propter finem, illa perfecte mouentur à principio intrinseco in quibus est aliqđ principium intrinsecum non solum, vt moueãtur, sed & vt moueantur in finẽ, sed vt quid fiat ob finem requiritur aliqua cognitio finis, quòd ergo sic agit, mouetur à principio intrinseco, quòd habet aliquam notitiam finis, & habet in se principium sui actus, non solum vt agat, sed etiam, vt agat propter finem, quòd vero non cognoscit finem, licet in eo sit principium motus, eius tamen agere non est principium in ipso, sed in alio 30 D. Tho. 1. 2. q. 6. Voluntariũ, quid sit, & quomodo intelligatur

alio à quo imprimitur ei principium suæ motionis in finem, & huiusmodi non dicũtur se mouere, sed moueri; at quæ habent notitiam finis dicuntur se mouere, quia in eis est principium non solum vt agãt sed etiam, quòd propter finem, ideo cum vtrumq; sit à principio intrinseco, scilicet quòd agunt, & propter finem, horum motus dicũtur voluntarij, vnde cum homo maxime cognoscat finem sui operis, & moueat seipsum, in eo maxime inuenitur voluntarium, vt inquit D. Tho. 1.2.q. 6.ar.1. Et ita voluntarium dicitur quod est vltroneũ, vel spontaneum, nec fit ab extrinseca violẽtia, sed cuius principium est intrinsecum cum cognitione finis, siue id fiat ex ratione recta, siuè ex libidine, vel ex animo & libenter, aut metu & tristitia, vt cum mercator proijcit merces in mare, vt se saluet vt d. phil. 3. eth. capit. 1. vnde motus naturalis differt à voluntario; quia voluntarius requirit cognitionem in agente, naturalis vero non, vt patet in motu lapidis qui ab alio cognoscẽte in finem dirigatur, distinguitur etiam voluntarium à libero, quia non conuertuntur, vt si duo sint in extrema necessitate, & ego alteri eorum subueniam, mors alterius cui non subuenio, est mihi libera, sed non voluntaria, vt obseruat Medina, d. art. 1.

Ex prædictis colligitur, quòd voluntas nostra est libera formaliter.i.illi inest libertas, non equè intellectui, nam voluntas potest velle & nõ, eligere hoc medium, vel refutare, agere & non agere, vt experientia patet, illa enim potentia est libera, quæ habet potestatem ad opposita, & quæ positis omnibus requisitis ad operãdum potest operari & nõ; libertatem tamen voluntatis anteuertit ex parte intellectus cognitio, qua cognoscitur ratio finis, idest qua cognoscitur finem esse dignum ob quem debeamus operari, vt cognitio bonitatis sanitatis, libertatem etiam voluntatis præcedit ex parte intellectus cognitio qua cognoscitur proportio mediorum ad finem, æger.n.non sumeret medicinã nisi ex intellectu cognosceret esse mediũ ducens ad sanitatem, sic tamen libertatem voluntatis antecedit cognitio intellectus, vt ibi sit indeterminatio & indifferẽtia iudicij ex parte intellectus, quia appetitio sequitur cognitionem, vnde si iudicium non sit in facultate iudicantis, sed determinatum ex instinctu naturæ, appetitio sequens non erit libera & indifferens, sed determinata ad vnũ, vt ouis non potest non fugere lupum, quia id sibi est insitum à natura. Et ita libertas est formaliter in voluntate, in intellectu in radice ratione cognitionis quam affert voluntati, intellectus vero determinatur quandoque ab authore naturæ quandoque per discursum, quandoque per sensum, & sæpissime per ipsam voluntatem, & ita ad libertatem requiritur indifferentia iudicij ex parte intellectus, & post deliberationem, facultas eligendi vel refutandi, vt d.Med.d.q.ar.2.

Colligitur etiam, quòd in brutis inuenitur voluntarium imperfectè, & per participationem, non tamen impropriè; probatur, nam voluntariũ est cuius principium est intra cum cognitione finis, sed brutis inest imperfecta cognitio finis, quæ consistit in sola apprehensione sine eo quòd cognoscatur ratio finis & proportio mediorum ad finem sine aliqua deliberatione de his quæ sunt ad finem, sed per subitum motum in ipsis, bruta enim cognoscũt per sensum & extimatiuam naturalem cibum esse bonum & conuenientem, sed non cognoscunt ad quem finem dirigatur, & ordinetur, ideo in brutis imperfecta ratio voluntarij inuenitur, sed natura rationalis, vel intellectualis perfectè cognoscit finem & eius rationem, & proportionem mediorum ad finem, ideo perfectè se mouet in finem, perfectè ordinat media ad finem, & in ea secundum perfectam rationem voluntarium inuenitur vt inquit. D. Thom.d. q.artic.2.

Voluntarium autem directè non potest esse absque omni actu, quia voluntarium directè est, quòd procedit à voluntate directè, vt ab agente, sed nil potest esse à voluntate tanquàm ab agen-

ve fine aliquo actu saltem ipsius voluntatis, ergo voluntarium directè non potest esse sine actu; Indirectè tamen voluntarium potest esse sine actu, quando que sine actu exteriori cum actu interiori, vt cum voluntas non vult agere, aliquando etiam sine actu interiori, vt cum non vult, probatur nam submersio nauis dicitur esse à gubernatore quatenus desistit à gubernando, ergo hoc quod dicitur non velle vel non agere dicitur voluntarium, & à volũtate prodire, quatenus voluntas desistit ab actu, vel interiori, vel exteriori.

Hoc vero desistere ab actu, vt sit voluntarium, tres conditiones postulat, quod possit voluntas, & debeat, & non agat, nam nõ semper, quòd deuenitur ad defectum actionis, deducitur sicut in causam in agens, ex eo quòd non agit, sed solum tunc quando potest, & debet agere, quia si gubernator nõ possit nauem dirigere, vel nõ esset ei commissa illius gubernatio non imputaretur ipsi nauis submersio, quæ per eius absentiam contingeret. Vnde quia voluntas volendo potest hoc impedire, quòd est non velle & non agere, & agere, imputatur ei id quasi ab ipsa existens. Vnde sic ad omissiones voluntarias tenetur, quę ad culpam imputãtur, tertio requiritur quod quis possit, teneatur, & non faciat, verbi gratia si quis duos videt simul dimicantes, quos non potest sine periculo dirimere, hoc nõ est sibi voluntarium quia non tenetur ad id cum tanto periculo, erit tamen voluntarium respectu prędictorum qui ad id ex officio tenentur, & sic de similibus ita. D. Th. d.q.6.art.3. præterea qui omittit aliquid quòd non tenetur agere non est causa moralis illius operis, ergo non peccat & sic nec laudem nec vituperationem meretur sicut nec qui ex ignorantia operatur, vt d. philosophus 3. eth. c. 1.

31 Voluntati à possit in ferri violentia, & qualiter indire &c.

Secunda propositio, voluntati quo ad actus imperatos potest inferri violentia; dicuntur autem actus imperati, qui imperantur à voluntate, & mediãte alia potentia exercentur, vt ambulare loqui imperantur à voluntate mediante potentia motiua; Quo ergo ad actus imperatos potest inferri violẽtia voluntati, quia per violentiam exteriora mẽbra impediri possunt, vt non exequãtur imperium voluntatis, & possunt nobis inuitis moueri, vel impediri. Quo vero ad actus elicitos ab ipsa, voluntati non potest inferri violentia; Dicuntur autẽ actus eliciti voluntatis, velle, amare, &c. quia actus voluntatis est quædam inclinatio procedens ab interiori principio cognoscente, vnde contra rationem voluntatis est quòd sit coacta, de ratione.n.eius est quòd procedat ab interiori principio cum cognitione finis, sed quòd est coactum, vel violentum est ab exteriori principio. Et ita repugnat, quòd sit actus voluntatis, & sit coactus vel violentus quia si est violentus & coactus est cõtra voluntatem si vero est actus voluntatis ergo est à voluntate D. Tho. d.q.6.art. 4. Vbi notandum, vt ibi d. Medina, quòd violẽtum est quòd procedit à principio extrinseco, passo non conferente uim, quòd intelligitur passo repugnante, vel virtuali, vel actuali inclinatione ad oppositũ, vnde si quis dormientem pręcipitet, infert violentiam, sed patiens actu nõ repugnat, sed potius naturaliter mouetur ob corporis grauitatem, secundũ vero voluntatẽ est inclinatus ad oppositum; violentia vero latior est quàm coactio, quia cogi possunt solum animalia, violentia fertur etiam inanimis, vt d. Dur. 2. d. 25. q. 4. Notandum etiam, quòd non omne, quòd necessitatur ad agendum, cogitur. Duplex enim est necessitas vna naturalis inclinationis altera coactionis, vt lapis cogitur ad descendendum naturali pondere, & inclinatione, & ad superiorem locum ex coactione cogitur vt d. D. Thom. de Verit. q. 22. ar. 2 ex Aug. 5. de ciu. Dei. c. 10. Motus vero sensualitatis anteuertens omnem deliberationem & assensum voluntatis non est violentus, quia voluntas non repugnat, nec est voluntarius, nisi quatenus voluntarium inuenitur in brutis, quia non procedit à voluntate cum cognitione finis, sed tãtũ ab appetitu sensitiuo, sed si perseuerat is motus sensualitatis contradicente voluntate, is motus

tus est violentus, quia est à principio extrinseco respectu voluntatis, non enim est à principio intrinseco hominis vt homo est, quia huiusmodi principium est voluntas, vel ratio, sed dicitur potius violentus, quia volũtas vel ratio virtualiter contradicit, licet actualiter non contradicat, & etiam, quia motus appetitus sensitiui, natus est vt obediat rationi & aptus, quòd si non obediat erit violentus, quomodo vero in hoc imputetur peccatum, vel non, dictum est supra vbi de consensu est actum.

Respectu vero Dei, voluntas potest quãdoque necessitari in operationibus suis elicitis, vt velit, vt amet, patet quia beati necessario amant Deum.

Secundo Deus potest impedire volũtatem ne vnquàm exeat in actum ad quẽ sua natura inclinatur, quia Deus potest subtrahere influentiam, & concursum generalem, ita vt voluntas non possit amare, imo sic à creatura potest cogi, puta subtrahendo obiectum.

Tertio, non obstante quacunque dilectione, & volitione voluntatis, potest Deus infundere in sensum odium loco illius. & econuerso. Prou. 21. Cor regis in manu domini est & his modis voluntas ipsa aliquo modo cogitur, tribus .n. modis aliquid violentiã patitur, primo cum habet motum contra naturalem inclinationem, vt lapis sursum, secundo quando impeditur à propria & naturali inclinatione, & operatione, vt cum lapis tenetur sursum, tertio quando mouetur motu naturali, sed vehementius, quã natura postulat licet respectu actionis Dei dici possit, quòd nil sit contra naturam vt d. Aug. 26. con. Fau. c. 2. & D. Thom. de pot. q. 4. ar. 1. ad 20.

Quo tamen ad actus elicitos voluntas non potest cogi, hoc est non potest voluntas cogi in actibus quos elicit, vel à creatura, vel à Deo ordinarie & ex sui natura, quia est contradictio, quòd voluntas inuita habeat actum suum, quia operatio voluntatis est volitio boni, vel mali secundum propriam inclinationẽ ergo non possunt esse violentę; quia si voluntas vult non est contra voluntatem vt inferius dicetur, & cum Deus eam mutat, ipsa etiam concurrit in illa mutatione, & uolitione à Deo adiuta.

Quarto intellectus visus, & cæteræ potentiæ possunt cogi: Differt enim voluntas à cęteris potentijs, quòd illæ feruntur in propria obiecta, in vtilitates proprias & particulares, voluntas vero non tantum fertur in bonum suum, sed in bonum totius hominis; vnde cum ad violentum satis sit, quòd sit contra inclinationem naturalem, licet non sit disconueniens, ideo aliæ potentiæ possunt cogi, vt cum oculis apertis quis cogitur cernere, dicitur cogi quia id est contra inclinationẽ totius hominis, & non tantum tunc homo cogitur, sed ipse visus, quia potẽtię inclinantur in bonum totius suppositi, vnde quòd est contra inclinationẽ totius est contra inclinationem potentiarum, quæ in bonum totius sunt institutæ. vnde D. Tho. 3. d. 17. q. 1. ar. 3. d. quòd omnes alię potentiæ cogũtur à suis obiectis pręter voluntatem & de Verit. q. 22. ar. 5.

Quinto voluntas potest cogi in actibus imperatis, nõ in actu imperato qui pendet à voluntate, sed quando membra exteriora detinentur contra imperium voluntatis.

Tertia propositio. Violentia vel violentum simpliciter est, quòd procedit à principio extrinseco, nullo modo conferẽte vim passo, i. non adiuuante & consentiente, sed resistente & repugnante, & est simpliciter inuoluntarium, probatur; nam violentia directè opponitur voluntario, vt & motui naturali, commune enim est voluntario, & naturali vt sit à principio intrinseco, & ideo sicut in carentibus cognitione violentia aliquid facit contra naturam sic in rebus cognoscibilibus facit quid, esse contra voluntatem, sed quòd est contra naturã dicitur esse innaturale, sic quòd est contra voluntatem dicitur inuoluntarium & sic violentum, & simpliciter inuoluntarium, vt si quis vi detineatur. vt d. philosophus 3. eth. c. 1. si quis tamẽ potest resistere, & tenetur & non facit, non facit actum inuoluntarium, vt si puellę inferatur stuprum, quæ repugnet voluntate, sed tamen non moueat membra ad tute-

32 Violentia vel violentum simpliciter qd sit, & causet inuoluntarium, & quomõ.

tutelam sui, eo casu stuprum est voluntarium puellę, quia tenebatur resistere, & poterat & nõ fecit, & similiter si quis cogitur adorare Idola, & non restitit, ei etiam est voluntariũ id; quòd si mors ei minabatur si clamaret, vel se defenderet, tunc est id ei violentum & inuoluntarium, qui vero adorat Idola si ponit operationem exteriorem valens eã non ponere, & resistere, peccat mortaliter, etiam si interius non cõsentiat, quia tenebatur resistere etiam cum periculo vitę, quòd si manus eius cogitur externè, vt turificet Idolum ab alijs apprehensa, tunc esset simpliciter violentum D.Th.d.q.ar.5.

33 Metus an causet inuoluntarium, q̃n & sic excuset à peccato.

Quarta propositio, mętus causat inuoluntariũ secũdũ quid, simpliciter tamen est voluntarium; probatur nam commissa ex metu mixta sunt ex voluntario, & non id enim in se cõsideratum non est voluntarium, sed fit voluntariũ in casu, scilicet ad vitandum malum q̃ timetur, vt d.Greg. rectè tamen considerando huiusmodi magis sunt voluntaria quàm non, quia sunt volũtaria simpliciter, inuoluntaria secundum quid, quòdlibet autem dicitur simpliciter esse secundum, quòd est in actu, secũdum autem, quòd est in sola apprehensione dicitur secun dũ quid, at actum per metum secundũ hoc est in actu, cum enim actus sit in singularibus, singulare vero vt huiusmodi sit hic & nunc, secundum hoc id quòd fit est in actu secundum q̃ est hic, & nunc, & sub alijs conditionibus indiuidualibus; sic autem factum per metum est voluntarium quatenus est hic & nunc, vt scilicet in hoc casu est impeditiuum maioris mali quòd timebatur, vt proiectio mercium in mari in procella sit voluntarium ob timorem periculi, quia principium eius est intra, sed secundum quòd accipitur id quòd fit per metum, vt extra hunc casum existens, prout repugnat voluntati .i. secundum rationem tantum; ideo est voluntarium secundum quid vt scilicet consideretur, vt extra hunc casum existens. D.Th.d.q.ar.6. pro quorum intelligentia notandum est, metum esse leuem & grauem, leuem quo turbatur homo timidus, grauis quo perturbatur homo constans, & fortis, & in vtroque est voluntarium & non vt d. philosophus. 3. eth.c. 1. agunt enim sponte quia expetunt cum agunt, & finis actionis in ipsa temporis actione consistit, & in ipsis est principium mouendi, ergo sponte agunt, vnde & ex his laudantur, vel vituperantur, inuiti, quia extra hunc casum non agerent, vt quando mercator proijcit merces in mari, vt se saluet; simpliciter tamen est volũtarium quia potest proijcere, & non, & voluntas efficax est ex qua efficaciter sequitur opus, membra enim corporis non mouẽtur nisi ex absoluta volitione, vnde is simpliciter est voluntarius, vnde & coacta voluntas dicitur voluntas. l. si mulier. ff. de eo quòd met. causa. & in cap. merito. 15. quęst. 1.

Notandum etiam ex philosopho. d. c. 1. quòd in metu est triplex gradus, primus eius qui sustinet aliquod turpe, vel dolorosum ob magnum bonũ sibi, vel Reipublicę acquirendum, aut malum vitandum, & is meretur laudem, secus si pro paruo bono, vt pro bolo pingui nõ perdendo, quis in foro sustineat probra, is enim vituperationem meretur, secundus gradus eius qui ex operatione metu facta nec laudem nec vituperationem meretur, sed quandam veniam, vt non multum vituperetur, & apud bonos & prudẽtes sit excusatus, vt qui mẽdacium iocosum dicit ad vitandũ adustionẽ ignis, vel non operetur conueniẽtia secundum statum suum, est enim ei indulgendum, tertius quando operationes metu factę sunt adeo malæ, vt homo potius debeat mortem pati, quàm huiusmodi agere, & tunc peccat, qui ea facit metu.

Ex his, ad dignoscẽdũ metu facta an excusent, & quando; prima sit regula, ea quę sunt intrinsece mala, vt adulterium homicidium periurium, & huiusmodi, quocunque metu fiant sun. mortalia, quia facta metu simpliciter sunt voluntaria, ergo, secunda, quę fiunt metu cadẽti in constantem virum contra. l. Diuinã positiuum, non imputãtur ad culpam, vt si quis die dominica necessitate

tate victus astrictus laboret. nam. l. Diuina positiua non obligat quando huiusmodi casus incidit. tum l. de vita tutanda quæ est naturalis eo casu ei præponderet nec continetur sub l. Diuina vt patet. 1. Reg. 21. 1. Mac. 1. Iosue. cap. 5. Matth. 12.

Tertia regula, ea quæ prohibētur iure humanæ l. positiuo non obligant cū periculo vitæ, vt si metu mortis quis comedat carnes feria. 6. vel communicet cum excommunicatis, non peccat, quia in tali casu non militat contra. l. nec est probabile. l. positiuam velle obligare ad sui obseruationem cum tanto periculo nisi sic cogatur in contemptum fidei, vel religionis, & si id agat, scandalum oriatur quòd l. humana non sit bona, sic enim est seruanda etiam cum periculo vitę, modo quo tr. de lege habetur. Vota tamen in naufragio facta tenēt, quia iure Diuino obligant, & idem de iuramēto metu facto. c. ad aures. c. cum dilectus. de his quę vi met. ve causa. De his late dicam in tractatu matr. in impedimento vis vel metus, vt cum quis in infirmitate positus vouet, quia id procedit à principio intrinseco, secus si ab extrinseco metus grauis incuteretur, vt voueret, vt dixi loco cit. vbi tetigi quando metus annullet actum vel non, & tract. de voto.

34 Quinta propositio, cōcupiscentia nō causat inuolūtarium, sed magis auget; probatur, nam voluntas fertur in id quod vult, per concupiscentiam vero inclinatur ad volendum quòd concupiscit, vnde magis facit voluntarium, Nec est eadem ratio de timore & metu, qui respicit malum, & de concupiscentia, quę respicit bonum, quia potissime allicitur, voluntas ad optandum. D. Tho. d. q. ar. 7. vbi notandum primo quòd concupiscentia hoc loco dicitur non pro potentia, quæ dicitur concupiscibilis, nec pro passione sensus appetitiui, sed pro quacunque animi affectione, vel sit voluntatis vel sensus appetitiui qua inclinemur ad aliquid faciendum, vel non faciendum metu excluso, qui est potius refugitiuus. Notandū etiam, quod affectus animi nostri potest dupliciter comparari ad liberum arbitrium, antecedēter & consequenter, antecedens est cum passio inclinat animum ad aliquid faciendum vel fugiendum, consequens quando ex deliberatione, & efficaci ac ardenti voluntate oritur affectus in appetitu sensitiuo, vt iudex quando vult forti & efficaci animo punire malefactores, excitat in se affectum iræ, & quem panitet valde peccatorum excitat in se mærorē & tristitiam vt melius resipiscat, quibus not. dicitur primo, quòd affect[us] animi nostri sequens deliberationem rationis, & voluntatis assensum, auget voluntariū, quia cum volūtarium sit cū cognitione finis, hic affectus est in causa, quòd voluntas ex inclinatione in bonū cōcupiscibile feratur in illud cū perfecta cognitione finis, ergo auget voluntarium; Vnde & passio excitata in appetitu sensitiuo est iuditium apertum, quod motus voluntatis sit ardēs, quia in hac vita non potest esse ardens motus voluntatis quòd non sequatur affectio in appetitu sensitiuo, Vnde D. August. 14. de ciu. Dei. c. 5. nos d. dum in hac vita sumus, si non habemus animi passionem, nō recte viuere, quod intelligit modo posito scilicet quādo exurgit voluntatis ardor in amorem Dei, vel post rationē vel actum virtutis oriri etiam passionem, vel affectionem in appetitu sensitiuo, de quo locus est alibi dicendi, quando. n. excitatur is motus in appetitu sensitiuo, homo post deliberationem rationis idē melius exequitur vt d. philosophus. 3. eth. c. 8. adducens ad id versum homeri, virtuti immite furorem; & ita concupiscentia auget voluntarium, & peccatum est grauius ex maiori concupiscentia contractum, secundo dicitur quòd concupiscentia, quæ anteuertit iudiciū rationis & consensum voluntatis auget voluntatem, vt d. philosophus. 3. eth. c. 1. & 2. quia voluntariū est id quòd procedit ex inclinatione voluntatis, vnde magis est voluntarium id in quod magis voluntas inclinatur, quia concupiscentia facit quòd magis voluntas inclinatur in rem desideratam, cum excitet etiam appetitum sensitiuum, & facit rē videri magis pulchrā & iocūdam, quo

Concupiscentia an causet inuoluntarium, vel non.

fit

sit vt voluntas magis accēdatur. Tertio dicitur quòd hęc cōcupiscentia minuit liberum, quia libertas oritur ex libero iudicio vt supra, at concupiscentia perturbat iudicium rationis, ergo minuit libertatem, vnde animi affectus aliquo modo excusant à peccato vel minuunt, quia minuunt liberum, licet non voluntarium. Quarto dicitur quòd etiam habitus animi augent voluntarium rationibus prædictis, tum quia hi habitus inclinant maxime voluntatem ad prosequendum quòd cupiunt, & etiam operantur per modum naturæ quia consuetudo est conuersa in naturam, habitus tamen prauus excusat à peccato ex parte vel etiam omnino, quando scilicet homo pęnituit verè, & statuit de cętero recte viuere, tūc enim habitus censetur inuoluntarius & est de eo iudicandum ac de passione antecedente iudiciū rationis. Habit⁹ vero boni licet minuāt libertatem ad malum, non tamen omnino eam minuunt, quia posse peccare est imperfectio liberi arbitrij, sed habitus studiosi perficiunt liberum arbitriū & illustrant iudicium rationis, vt possit excogitare plura media ad consequendam vitam beatam, in cuius adeptione libertas nostra potissime consistit ita Med.d.art.

35 Ignorātia an causet inuoluntariū vel nō, & quo modo, ac qn̄, & sic excuset à peccato, vel non.

Sexta propositio, ignorantia quandoque causat inuoluntarium & excusat, quandoque non, pro quo notandum, quòd ignorātia est triplex, concomitās, consequens, & antecedens. Concomitās est de eo quòd agitur tamen si sciretur, etiam ageretur & huiusmodi ignorantia nō inducit ad volendum vt hoc fiat, sed accidit simul esse factum & ignoratum, vt si putans occidere feram, occidit inimicum quem occidisset si sciuisset, hæc non excusat, quia non facit aliquid repugnās voluntatis, consequēs est voluntaria quando quis vult ignorare, vt excusetur à peccato, secundo quando potest scire & debet, quia sic non agere & non velle & non scire sunt inuolūtaria indirectè. Antecedēs vero est qn̄ non est voluntaria, sed est causa volendi quòd alias non vellet, vt cum quis ignorat aliquam circumstātiam actus quam non tenebatur scire, ex quo aliquid facit, quòd non faceret, si sciret, vt cum quis diligentia adhibita vibrās sagittam interficit transeuntem quem nescit transire, His not. dicitur, quòd ignorantia consequens non causat inuoluntarium, sed efficit secundum quid voluntarium quia cum ignorātia sit voluntaria, id quòd ex ignorantia sequitur voluntarium dicitur, & ad peccatum imputatur, efficit tamen inuoluntarium secundum quid, quatenus præcedit actum voluntatis ad aliquid agēdū, quod actū non esset scientia præsente. Ignorantia vero antecedens causat inuolūtarium simpliciter quando est causa actus, quia cum ignorantia sit inuoluntaria simpliciter id quòd ex ea ignorantia sequitur est omnino inuoluntarium. Et ita inuoluntarium simpliciter contingit tantum duobus modis; primo per violentiam, & ignorantiam antecedentem. D.Th.d.q.ar.11. Vbi notandū, quòd ignorantia quæ est volita, & consequens vel est volita directe vel indirecte, Directe volita est quæ actu voluntatis est volita, quando scilicet homo d. nolo scire, vt d.Is.38. noluerunt intelligere vt bene agerent, & hęc ignorantia dicitur affectata & auget peccatum, vt d.D.Tho.1.2.q.76.ar.4. quia auget voluntarium & oritur ex actu voluntatis valde intenso circa peccatum. Quandoque hæc ignorantia est volita indirecte, & hoc dupliciter, primo quando quis non considerat id quòd potest & debet considerare, vel omissa consideratione operatur siue ex passione vel habitu vel alia causa inclinemur ad operandū, & hæc dicitur ignorantia prauæ electionis ex.D.Th.1.2.q.6.ar.8. hęc ignorantia dicitur volita, quia homo poterat, & debebat considerare, vnde si non potuisset, vel non debuisset, non esset volita.

Secundo est volita indirecte quando ex negligentia discendi homo ignorat id quòd potest & tenetur discere, & dicitur ignorantia iuris, quæ est voluntaria quia potest & tenet᷑ scire, hæ duæ ignorantiæ minuūt potius aliquantū quàm augeant peccatum, quia minuunt volūtarium

tarium quia non est ita voluntarius hic actus qui procedit ab ignorãtia quàm ille qui procedit à scientia, vel ignorantia affectata.

Ignorantia antecedens aut poterat & debebat uinci, aut non, si poterat & debebat vinci, & non est victa per acquisitionem scientiæ, non est proprie antecedens, sed consequens, & indirecte volita, & ideo licet aliquantum excuset à peccato, vt supra non tamen tollit totã rationem peccati, vel non poterat vel nõ debebat vinci, & hęc est ꝓprie ignorantia antecedens, & sic omnino inuoluntaria, quia nec est volita directe, nec indirecte, & sic facit actum omnino inuoluntarium, & totum id quòd ex tali ignorantia procedit excusatur omnino à ratione peccati, quę ignorantia vocatur à Teologis inuincibilis, à iuristis probabilis.

Aduertendum tamen; quòd aliquando tota operatio & secundum substantiam, & secundum circunstantiam procedit ex hac ignorãtia & tunc tota operatio excusatur omnino à ratione peccati, quandoque substantia actus, vel aliqua pars, vel conditio est scita, vel ignorata inuincibiliter, & tunc pro ea parte qua est ignorantia inuincibiliter, excusatur, & si aliqua & circunstantia ignorata est, mutat speciem & excusatur a deformitate illius speciei, vt percutiens hominẽ ignorans probabiliter esse clericum, licet non excusetur à peccato percussionis, excusatur tamen ab excommunicatione, vt dixi late in tractatu excommunicationis.

Ad hoc autem quòd hæc ignorantia sit inuincibilis sat est adhibere aliquam moralem & mediocrem diligẽtiam ad illam vincendam. l. nec supina. & l. regula. §. sed facti. ff. de iur. & fact. ignor. vt patet in Iacob ingresso ad Liam, putante esse Rachelem, qui excusatur à Doctoribus, & tamen non adhibuit omnẽ possibilẽ diligẽtiam ad vincendum hãc ignorãtiã quia si iussisset lucernam accendi illam cognouisset, quę quidem diligentia debet esse maior quãdo maior habetur suspitio, maxima quando maxima habeť suspitio, minor quando nulla vel leuis suspitio habetur.

Quando vero est ignorãtia iuris, tũc in rebus leuioribus sat est cõsulere vnũ, vel alterum virum doctum, in grauioribus oportet consulere plures, & quo res erit grauior eo cum pluribus est conferenda; Si sit ignorantia iuris noui, pro prælatis maioribus sat est habere Romæ procuratorem, vel amicum qui cũ certum faciat diligẽter de nouis constitutionibus quæ à Sede Apostolica emanant.

In reliquo populo, sat est quòd id ius nouum non sit illi promulgatum, & intimatum, si tamẽ aliquis de populo audiret aliquem rumorẽ de iure nouo cõdito, tunc ad vincendum ignorantiam teneretur inquirere de illo iure, & si absque præuia inquisitione id transgreditur non excusatur à peccato, quia ignorantia tunc non est inuincibilis. In rebus vero grauissimis tenerentur prælati, & populus ad vincendam ignorantiã recurrere ad orationes, ieiunia eleemosinas, & huiusmodi, vt in causa schismatis, quando simul essent plures Pontifices, & dubium essẽt quis esset verus.

Potest autem ignorantia esse inuincibilis, primo de quocunque facto etiam ad longum tempus, secundo de quocunque iure humano viro indocto & populari. tertio de illis conclusionibus quæ deducuntur ex præceptis decalogi, vel iure naturali, per multos discursus, potest esse ignorantia inuincibilis ad longum tempus, vt de multis contractibus inuincibiliter ignorari potest an sint liciti vel ne. quarto de ipsis conclusionibus quę expresse continẽtur in decalogo saltem de aliquibus potest esse ignorantia inuincibilis ad breue tempus, de primis vero principijs practicis nullo modo potest haberi ignorantia inuincibilis.

Et ita ignorantia alia est positiua, quę habet errorem positiuum, alia priuatiua, cum quis non scit quòd scire tenetur. Alia inuincibilis quando adhibita morali diligẽtia adhuc ignoratur, vincibilis quãdo adhibita diligentia potest vinci nec fit. Alia est voluntaria directe. vt Iob. 21. recede à nobis viã scientiarum

tiarum tuarū nolumus. & dicitur affectata, alia indirecta cum quis nescit quod scire potest, & tenetur. Alia est antecedēs alia consequens, alia cōcomitans, antecedēs excusat quando est causa uolendi, quod alias quis non vellet, nisi illa adesset, consequens quę sequitur actum vel negligentiam voluntatis concomitans proprie non causat voluntarium, vel inuoluntarium, sed sinit actū in statu suo, vt ignoranter occidens inimicum putans feram, hęc ignorātia est causa actus, & nil augetur quia iam habebat animum occidendi inimicum, qui tamen ex ignorantia est occisus. Alia iuris alia facti, de quibus etiam late dixi in Codice de casibus reseru. sub casu excom. n. 4. successiuè. fol. 23. vbi late prædicta tractaui.

Huc reduci potest; act⁹ illicitus quē quis inaduertenter peragit, si enim inaduertentia sit naturalis, quia aliud cogitans, vel non reflectens cogitationem super rem quam agit, facit rem illicitā, verbi gratia, si comedit carnes in die ieiunij, non aduertens talem diem esse, quem si sciret, sic non comederet, si talis inaduertentia est mere naturalis, nō peccat sic agendo, quòd inde deprehenditur talis esse quando post actum perpetratum, id cognoscens tristatur & dolet quòd praec. ptum oblitus sit, quādo vero est cum culpa, verbi gratia quādo quis est assuetus iurare, & iurat falsum inaduertenter, non caret culpa, quia iurando ex consuetudine se exponit periculo peierandi, vel si fuit negligens in petendo an esset dies ieiunij illa hebdomada aliquis.

Simili modo si omnino ratio absorbetur à passione insurgenti, vt fit in furiosis, dormientibus & infantibus, peccatum non imputatur, clem. vn. de homic. si vero quis sit semidormiens ita vt eius ratio non sit libera omnino ad peccandum mortaliter, non peccat etiā venialiter, semiebrius tamen non excusatur à peccato sequenti, si ebrietas ex culpa præcessit, vt ait lopez. in instruct. c. 2. quia semidormiens intentus est similitudinibus phātasmatum, ideo excusatur à culpa, non vero sic semiebrius, qui cum non sit intentus similitudinibus phantasmatum, non sic decipitur, & ideo potest resistere, vt ibi, d. maxime vbi culpa præcessit, & etiam vbi non præcessit, & remanet iudicium rationis aptum ad resistendum, vt ibi d. de qua re latius agetur in tr. de peccato, & tr. de Ebrietate.

SVMMARIVM.

1 Circunstantia quid sit.
2 Circunstantia quotuplex sit.
3 Circunstantię quomodo causentur.
4 Circunstantię quot sint, & quę.

DE CIRCVNSTANTIIS humanorum actuum. Cap. II.

Notandum, quòd circunstātia non est obiectum principale à quo act⁹ sumit speciem, sed est conditio obiecti, verbi gratia, furari alienum, alienum illud non est circūstantia quid, quia est obiectum quod cōfert speciem actui, sed furari magnam quantitatem vel paruam, rem sacram vel non, est circunstantia quia obiecto furti est accidētarium quòd sit res parua vel magna vel sacra. 1 D. Tho. 1. 2. q. 7. Circūstantia qd sit.

Secundo notandum quòd circunstantiarum quædam sunt quæ non variant qualitatem operis, vt occidere hominē ante vel post prandium, etenim circunstantię sunt actus humani in genere naturæ non autem in genere moris. Aliæ variant qualitatem operis mutando vel genus vel speciem, vt locus sacer, respectu furti &c. Aliæ variant qualitatem operis vel augendo vel minuendo intra eandem speciem, vt furari rem pretiosam & vilem. 2 Circūstantia quotuplex sit.

Tertio notandum, quòd circunstantia est accidens humanorum actuum, nam circunstantię dicuntur omnes conditiones quæ sunt extra substantiam actus & tamen attingunt actum humanū aliquo modo qd sic deriuatū est ab his quæ in loco sunt, & inde translatum ad actus humanos, nam in his quę sunt 3 Circūstantię quomodo causentur.

in loco dicitur aliquid circũstare, quod est extrinsecum à re, tamẽ attingit ipsam, vel ei appropinquat ad locum, vnde & circũstantia dicitur appendix quædam operationi humanæ, & semper circunstantiæ ẽt quę mutant speciem, & transferunt actiones humanas ad aliud genus moris, sunt & manent circunstantiæ a quibus actiones humanæ habent suas species, sed accidentales, vnde semper circunstantia est accidens actionis humanæ, sed sicut est accidens ita tribuit actioni humanæ speciẽ accidẽtariã non essentialẽ, sicut homo à rationali anima habet speciem substantialem, ab albedine accidentariam, nam actio humana ab obiecto immediato habet speciẽ essentialem & inuariabilem, quæ ab actione nunquàm separatur nec separari potest, ab alijs vero habet rationẽ & speciem variabilem & accidẽtariam, nam licet naturales res non accipiant speciẽ ex forma accidẽtaria, sed ex forma substantiali semper, quia natura est determinata ad vnum, nec potest esse processus naturæ in infinitum, quia oportet deuenire ad aliquam formam ex qua sumatur differentia specifica, actus tñ morales sumunt speciem ex formis accidentalibus, quia sumunt speciem ex formis prout sunt à ratione conceptæ, vnde illa circunstantia tribuit speciem actui humano quæ respicit specialem ordinem rationis, pro vel contra, quia tunc consideratur, vt principalis conditio obiecti & vt quædam differentia specifica per ordinem ad rationem, vt furari in loco sacro ex circunstantia loci habet distinctam & specialem repugnantiam ad rationem, quæ vero circunstantiæ non conferunt nouam conformitatem vel deformitatem non tribuunt speciem actui humano, vt furari in magna vel parua quantitate vt d. D. Tho. 1.2.q.18.ar. 10.eo tamen casu d.Gaiet. d.q.ar.4.quòd furti in loco sacro circũstantia respectu actus interioris non sit circunstantia sed transeat in rationem obiecti, sed si referatur ad actionem exteriorem, quòd sit circũstantia, quia obiectum voluntatis est id quòd est præcipue volitum, & habet specialẽ conformitatem vel deformitatem ad rationẽ, quia præterquàm, quòd est furtũ est, & sacrilegium, ergo transit in rationem obiecti, Medina vero d.q.art. 3. tenet quod eo casu circunstantię illæ non transeãt in rationem obiecti, sed maneant circũstantiæ rationibus supra relatis. Ad argumentum respondet quòd non omne volitum est obiectum voluntatis, sed id quòd est volitum propter se, hic vero res aliena est illa quæ quæritur, quòd vero sit in loco sacro est accidens, & hæc opinio videtur probabilior ex doctrina D.Th.d.q.ar.10.supra relata.

Vnde merito à Teologo cõsideratio circunstantiæ est consideranda, primo quia considerat actus humanos, prout per eos homo ad beatitudinem ordinatur, sed quòd ordinatur ad finem debet esse proportionatum fini secundum commensurationem quandam, id vero fit in actibus humanis si habeant debitas circunstantias, secundo quia considerat actus humanos prout in eis inuenitur bonum vel malum melius & peius quòd variatur secundum circunstantias, tertio, quia considerat actus humanos prout sunt meritorij vel demeritorij, quòd conuenit actibus humanis ad quòd requiritur quòd sint actus voluntarij, actus vero humani iudicãtur voluntarij vel inuoluntarij quandoque secundum conditionem vel ignorantiam circunstantiarum. D.Th.1.2.q. 7. ar. 2. & de his habetur in Conc. Trid. sess. 14. c. 5. & per Bas. de Bapt. serm. 2. c. 5. qui eas elicit ex scripturis, non tamen omnes circunstantiæ considerãtur à Teologo, quia possunt variari in infinitũ, sed tantum, quæ pertinent ad bonitatem vel malitiam, pręmium vel supplicium, laudem vel vituperium. His ita notatis.

4 Circunstãtiæ quot sint, & q̃.

Prima sit propositio; circunstantiæ humanorum actuum recte numerãtur à philosopho. 3. eth. quod sint, quis, quid, vbi, quibus auxilijs cur, quõ, quando; probatur, nam processus rationis nõ est determinatus ad vnum, vt res naturales, sed dato quolibet potest vlterius procedere, ideo quòd in vno actu accipitur vt circunstantia superaddita obiecto, quod de-

determinat speciem actus, sicut tollere rem alienam habet speciem furti ex ratione alieni, si super hoc addatur, ratio loci vel temporis se habebit in ratione circunstantię, nam ratio de loco & tempore & huiusmodi ordinare potest; ideo contingit conditionem loci circa obiectum accipi, vt contrariam ordini rationis, vt quia ratio dictet non esse iniuriam faciendam loco sacro vel tempori, quia licet circunstantia sit extra substantiam actus, ipsum tamen aliquo modo attingit, sicut ergo diuersificatur talis attingentia, sic diuersificantur & circunstantiæ. Vel ergo hęc attingentia est quò ad causam actus, vel quo ad, ipsum actum, vel vt attingit effectum ipsum actum attingit vel per modum mẽsuræ, & sic est tempus & locus, vel per modum qualitatis actus, sicut modus agendi, vel quomodo; Ex parte vero effectus, vt cum cõsideratur quid aliquis fecerit. Ex parte vero causæ actus, quo ad causam finalem, vt cum consideratur propter quid sic fecerit, vel quare, Ex parte vero causæ materialis, vel ex parte obiecti consideratur circa quid fecerit; Ex parte vero causæ agẽtis principalis accipitur quis fecerit; Ex parte vero causæ instrumentalis cõsideratur quibus auxilijs. D. Th. d. q. 7. art. 3. Vbi notãdum quòd quis non est agens principalis qui requiritur ad operationem, sed conditio vel appendix addita operãti, vt quòd sit sacerdos episcopus, & huiusmodi, & sic de alijs, vt finis, non est finis actui intrinsecus sed, accidentarius, vt ob vanam gloriam & huiusmodi. De circunstantia loci licet augeat peccatũ non tamen mutat speciem nisi committãtur peccata quæ directe aduersantur sanctitati loci, vt si sanguis vel semen effundatur in ecclesia, vel homo indevi extrahatur & huiusmodi, quæ speciali. l. ibi fienda prohibita sunt, de quo dicã infra sub tractatu pęnitentiæ sub. c. de circunst. pecc. circunstãtia temporis nõ est necessario confitenda, nisi magna sit irreuerentia, vt peccatum graue commissum in die parasceue paschatis, & huiusmodi ob magnam impudentiam, & irreuerentiam.

Ex prædictis circunstantijs principalis est circunstantia finis, quia actus humani dicũtur qui sunt voluntarij, obiectum vero voluntatis est finis, & ex eo agens mouetur ad agendum, secundo circunstantiarũ quæ attingunt substantiam actus, scilicet quid, aliæ sunt magis vel minus principales, prout magis vel minus appropinquant ad istas. vt d. D. Tho. d. q. ar. 4. quia sicut obiectum est materia exterioris actus, ita & finis interioris actus est obiectum, & ideo in his duobus scilicet materia vel quid, & fine nollet quis per ignorantiam peccare, vt d. philosophus. 3. eth. vnde istę sũt magis principales.

SVMMARIVM.

1 Actio humana est bona vel mala, & quæ sic dicatur.
2 Bonitas vel malitia actus humani interioris vnde dependeat.
3 Bonitas vel malitia actus humani exterioris an sit magis ex interiori actu, ꝙ vel exteriori, & quis is sit.
4 Actus humanus est bonus, vel malus laudabilis vel vituperabilis, meritorius vel demeritorius.

DE BONITATE, ET malitia humanorum actuum. Cap. III.

Rima propositio omnis actio humana, vel quælibet operatio humana in particulari est bona vel mala moraliter, & nulla prorsus datur operatio humana, quę non sit bona vel mala. D. Tho. 1. 2. q. 18. art. 1. probatur ex scriptura quæ passim actiones malas hominum reprehendit, & bonas laudat vt Gen. 4. Rom. 2.

1 D. Tho. 1. 2. q. 18. Actio humana est bona vel mala & ꝙ sic dicat.

Dicitur autem actio humana ea quę est voluntaria, quia vel est actus elicitus voluntatis vel aliarum potentiarum est actus imperatus à voluntate, omnis vero talis actus, vt supra, est actus liber voluntarius & humanus, humana. n. operatio dicitur quæ est libera, Dicitur particu-

ticularis, vt sit sermo de illa operatione indiuidua & particulari vel singulari, quæ exercetur in actu, talis enim est bona semper vel mala moraliter. Eadem enim si abstrahatur à singulari, & consideretur in se iuxta naturam & speciē suam potest esse indifferens, & non esse bona nec mala, vt ambulare, is tamen actus secundum indiuiduū erit bonus vel malus, quia actus morales non solū habent bonitatem ab obiecto à quo sumunt speciem, sed etiam à circunstantijs, vnde oportet quòd omnis actus indiuidualis trahatur ad bonum vel malum saltem ex intentione finis; nam cū rationis sit ordinare, actus à ratione deliberatiua procedens, si non sit ad debitum finem ordinatus ex hoc repugnat rationi & habet rationem mali, sed si ordinetur ad debitum finem conuenit cum ordine rationis, & sic habet rationem boni, vnde oportet quòd omnis actus ordinetur ad bonum vel malū quatenus procedit à ratione deliberatiua, si vero pendet ex imaginatione, vt cum quis fricat barbam, talis actus non est humanus proprie, cum non sit voluntarius, & sic extra genus moralium erit indifferens, vt inquit D. Th. 1.2.q.18. ar.8.& philosophus 3.eth. vbi D. Tho. & Iau.c.1.Ver. quantū ad 4.actus enim moralis dicitur qui procedit à ratione & voluntate, vt d.Cic.lib. de fato Aug. lib.8.ciu.c.4.& 8.

Illa ergo actio dicitur esse bona, quę est circa obiectum bonū, aut habet omnes circunstantias requisitas ad bonitatem, cum bonum sit ex integra causa malū vero ex singulis defectibus vt inqt Dion.4.de Diu.nom.& philosophus. lib.3.eth. & ratio bonitatis & malitiæ moralis in eo consistit, vt nulla perfectio desit illi actioni, & sit consentanea rectę rationi, quę per pręceptum legis regulatur, & econuerso mala si desit ei perfectio aliqua prout homo vtitur ratione & voluntate in agendo, ex quo sequitur vt omnis operatio particularis si non est bona sit mala, & eco uerso, si.n. deest aliqua circunstātia ei necessaria est mala, si adsunt omnes circunstantię est bona. In quacūque ergo operatione, vt supra præcipue potest attendi circunstantia finis, Vnde quicquid homo operatur si nō ponat in operatione aliquā circunstantiam finis, mala est operatio, quod est diligēter notandum quia non excusatur operatio si quis dicat se non fecisse ad malum finem, quia ad malitiam operationis satis est quòd non ponatur aliquis finis bonus, hinc non solum opera ociosa, sed verba etiā ociosa mala sunt, & cogitationes etiam ociosę malæ sunt, ociosum enim est quòd non est ordinatum in aliquem bonum finē, nec habet malum finem, vnde scriptura quandoque reprehendit aliqua opera ob solum defectum alicuius circunstantiæ vt finis, personæ, temporis &c. vt patet in sacrificio quod perperā obtulit Saul.1.Reg. 13.15.& in Conc.Tr. sess.14.c.5.statuitur circunstantias, quę mutant speciem peccati esse necessario confitendas.

Bonitas ergo actus sumitur ex obiecto, ex circunstantijs, maxime vero ex fine ob quem aliquid fit D.Tho. 1.2.q. 18.ar. 4. & probatur Matth.6.si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuū lucidum erit, vbi oculi nomine intelligitur intentio finis, vt ait Aug.lib.4.contra Iul.c.3.li.De de serm.domini in mōte c.21.Vnde cum bonum sit ex integra causa, ille actus erit bonus qui est circa obiectum bonum, & in bonum finem, & cum debitis circunstantijs omnibus. Nam vt inquit D.Th. 1.2.q.18.ar.3.sicut in rebus naturalibus nō desumitur tota bonitas & perfectio & forma, sed præcipue quidem perfectio est à forma, completur tamen ista perfectio ab alijs accidentibus, sic in moralibus præcipue quidem bonitas sumitur ex obiecto non tamen tota, quia complementum bonitatis ipsius actus moralis pendet ex omnibus etiā circunstantijs.

Notandum autem quòd ille actus dicitur esse bonus ex obiecto qui est circa obiectum bonum, malus ex obiecto qui est circa obiectum malum, vnde actus qui sunt circa obiectum indifferens nō sunt boni nec mali ex obiecto sed indifferētes secundum speciem suam, qui tñ in indiuiduo sunt boni vel mali, boni si

ordi-

ordinentur ad bonum finem, mali si ad malum, si enim actus sit sine consideratione non est proprie actus humanus, vt fricare barbam sine consideratione D. Thom. d. q. 18. ar. 9. & Valentia 1. 2. disp. 2. q. 13. puncto. 6. qa omnis actus à ratione deliberata procedens oportet vt habeat rectum finem, & omnes alias debitas circunstantias, vel ijs careat, si habet, erit in indiuiduo bonus, si caret in indiuiduo malus, vt ibi. d.

Licet autem actus sit ex obiecto bonus, potest tamen ex circunstantijs esse malus, vt si eleemosina detur ad gloriã humanam, similiter aliquis actus ex obiecto malus, potest esse ex circunstantijs bonus, dicitur aliquis, quia potest inueniri duplex malitia in obiecto altera intrinseca quæ est inseparabilis ab obiecto per quam obiectum est per se malum, & tunc talis actus circa hoc obiectũ ex nulla circunstantia potest prorsus fieri bonus, quo pacto omnia quæ sunt prohibita in l. Diuina in Decalogo sunt per se mala, Alia vero est malitia obiecti accidentalis & extrinseca, qua obiectũ ex se indifferens est & non malũ, sed efficitur malum propter prohibitionẽ superioris, siue hæc prohibitio sit facta per legem vniuersalem, siue per legem particularem, & actus qui est circa istud obiectum ex circunstantijs, potest fieri bonus, verbi gratia si succurratur extremè egenti à filiofamilias, cum alias non possit.

Obiectum autem dicitur malum, quod est disconueniens rationi, bonum quòd est conforme rationi, indifferens quòd ex se nec est conforme rationi, nec difforme; ratio vero regulatur vel lege diuina, & naturali vel humana, & alijs de quibus infra.

Vnde sequitur quòd in actibus indifferentibus non inueniatur malitia vel bonitas ex obiecto, sed ex circunstantijs solum.

2 Bonitas quoque & malitia actus interioris pendet ab obiecto vt d. D. Tho. 1. 2. q. 19. ar. 1. & etiam bonitas actus interioris pendet ex ratione recta quatenus cum ea conformari debet, probatur Rom. 2. 12. vt sit rationabile obsequium vestrũ. & probat. D. Aug. li. 1. de serm. domini in monte. c. 8. d. pacem filiorum Dei in eo consistere, quòd oẽs animi sui motus componentes, & subijcientes rationi, fiunt Dei regnum & ẽt bonitas actus interioris pẽdet ex l. æterna, quia est causa prima, ratio vero humana causa secunda D. Th. d. q. ar. 4. & etiam voluntas discordans à ratione recta vel errante est mala. D. Th. ibi ar. 5. de quo infra c. de conscientia. & si voluntas concordat cum ratione errante voluntaria ex ignorantia vincibili eius veritatis quam quis scire potest, & tenetur, est mala & sic peccatum, si vero ratio erret inuincibiliter & ita inuoluntarie, cum quis non potuit scire veritatem, tunc voluntas concordans cum ratione sic errante excusatur à peccato. D. Tho. d. art. 6. Bonitas vero & malitia actus interioris circa ea quæ sunt ad finem pendet ex intentione finis præcedenti ipsam, scilicet ab ea intẽtione per quam talis actus volũtatis ordinatur in finem, non dependet tamen ex intentione finis subsequente ipsum, vt si quis prius velit aliquid & postea referat in Deum, hic actus bonitatis non accipit bonitatem ex hac intentione finis, nisi iterum repetatur & referatur in eum finem D. Th. d. q. ar. 7. 8. Debet etiam voluntas nostra conformari cum voluntate Diuina vt actus sit bonus; debet. n. voluntas nostra conformari cum voluntate Diuina ex parte finis, vt scilicet referatur in summum bonum, quòd est Deus, actualiter vel virtualiter scilicet in volito formali qui est Deus non tamen in volito materiali idest in particulare bono quòd habetur pro obiecto, vt si bonus filius patrem vult viuere, quẽ Deus bona volũtate vult mori, sic enim quandoque bona voluntate vult homo quod Deus non vult vt inquit Augus. in Ench c. 101. vt & vxor latronis potest velle suum virum uiuere, ob bonum familiæ, quem tamen Deus ob commune bonum vult mori. Debemus etiam velle quicquid Deus velle nos vult voluntate sua quę per pręceptum aliquod innotescat, non tenemur tamen ei conformari in eo quòd vult ex consilio. D. Th. d. q. ar.

D. Tho. 1. 2. q. 19. Bonitas, vel malitia actus humani interioris vnde dependeat.

q. artic. 9. 10. Valentia. 1. 2. disp. 2. quęst. 14. per tot.

Aduertendum autem, quòd quando actus ex obiecto est bonus, & ex malo fine est malus, quòd tunc in actu est tantum vna malitia finis, similiter quando obiectum ex sua natura est indifferens, & ex malo fine fit malus, vnam tãtum habet malitiam scilicet finis, quando vero obiectum est ex se malũ, & actus ordinatur adhuc in alium finem malũ, tunc in actu est duplex malitia, altera ex obiecto, altera ex fine, vt cum quis furatur ob męchiam est fur & męchus, sed quia finis est principalior, est magis męchus quàm fur.

Notãdum quoque quòd aliæ etiam circunstantiæ pręter finem possunt facere actum qui ex obiecto est bonus vel indifferens, aut etiam ex fine, vt sit vere actus malus, & similiter actum ex obiecto & fine malũ possunt facere magis malum, vt si religiosus ludat publice.

Et etiam circunstantiæ actum ex genere malum possunt mutare in aliam speciem mali, verbi gratia fornicatio ex obiecto est mala, quia est cum non sua, fornicatio cum virgine ex hac circunstantia traducitur in speciẽ stupri, si persona quæ fornicatur sit sacra traducitur in sacrilegium. Quando vero hæ circunstantiæ speciem actus mutant, transeunt in conditionem obiecti principalem, vel in rationem obiecti secundum opinionem Gaiet. quę tamen supra est reprobata, ex alijs, scilicet Medina, &c.

3 D. Tho. 1. 2. q. 20. Bonitas, vel malitia actus humani exterioris an sit magis ex interiori actu vel ex teriori, & quis sit is.

Quo vero ad bonitatem & malitiam actuum humanorum exteriorum, aduertendum nomine actus exterioris intelligi omnem actum qui non elicitur à voluntate, sed imperatur tantum, & sic etiam intellectus dicitur actus exterior quia est extrinsecus ipsi voluntati. Nomine vero actus interioris intelligitur qui versatur circa finem vel media. His stantibus dicitur primo quòd bonitas vel malitia quæ sumitur ex fine posterius conuenit actui exteriori, quam ei interiori qui est circa finem, quia actus exterior non est bonus ex fine, nisi quatenus per actum interiorem bonũ refertur in finem, secũdo dicitur quòd bonitas & malitia sumpta ex obiecto, & circunstantijs, prius conuenit actui exteriori quàm illi interiori qui pro obiecto suo habet ipsum actum exteriorem, quia talis actus interior ideo bonus est, quia de tali actu exteriori bono est, ergo bonitas huiusmodi actus interioris est posterior quàm bonitas exterior, quia ab hac pendet, vt ab obiecto. tertio dicitur, quòd si cõsideratur actus exterior quatenus in esse moris est effectus quidam actus interioris, sic bonitas actus exterioris simpliciter posterior est bonitate actus interioris etiam illius qui habet exteriorẽ pro obiecto, quia actus exterior sic consideratus pẽdet ab interiori, vt a causa efficiente. quarto dicitur quòd bonitas quam habet actus exterior ex fine, tota pẽdet ab illo actu interiori qui est circa finẽ, bonitas vero quam habet ex obiecto & circunstantijs, non pendet ab actu interiori, sed potius bonitas act⁹ interioris qui habet exteriorem pro obiecto, pẽdet ab ipso exteriori, vt supra, quinto dicitur ꝙ bonitas vel malitia quam habet actus exterior ex fine, est eadem cum bonitate vel malitia actus interioris circa finẽ quia pendet ex interiori, sexto, quòd bonitas vel malitia quam habet actus exterior ex obiecto & circunstantijs, est alia à bonitate vel malitia actus interioris circa finem, septimo, bonitas vel malitia quam habet actus interior ex actu exteriori, tanquàm ab obiecto suo, nõ est alia à bonitate vel malitia quam ipse actus exterior secundum se habet.

Notãdum etiam quòd licet actus sit bonus malus aut indifferẽs ex obiecto, tamẽ nõ est bonus nec malus moraliter nisi ex relatione & ordine quem habet ad actum interiorem, scilicet quatenus est volit⁹ actu interiori, Vnde ex se nullam habet moralem bonitatem aut malitiam, sed tota eius malitia vel bonitas est ex actu interiori. Vnde sequitur, ꝙ vt actus interior malus sit, exterior sine interiori non sit bonus vel malus, quæ intelligũtur modo actus interior sit voluntarius & bene regulatus ratione, licet enim bonum habeat finem, tamẽ si vna circunstantia deficiat vel sit praua,

facit

facit totum actum malum cum bonum sit ex integra causa, malum vero ex singulis defectibus ex Dion. c. 4. de Diu. nom. nisi circunstantia sit modici momenti, vt dare eleemosinam tantũ tempore non debito, ex hoc enim solo probabile est, quòd actus, nõ sit malus moraliter. 8. bonitas vel malitia quam habet actus exterior ex fine nihil addit ad bonitatem, vel malitiam actus interioris circa eundem finem per se loquendo, per accidens vero actus exterior potest reddere huiusmodi actum interiorem meliorẽ vel peiorem tripliciter, primo si accedente actu exteriori repetatur iterum actus interior, secundo, si actus interior vsque ad complementum actus exterioris continuetur, tertio si ex delectatione quę capitur ex actu exteriori, intenditur actus interior, ergo bonitas vel malitia quam habet actus exterior secundum se, aliquid addit ad bonitatem vel malitiam eius actus interioris, cuius exterior est obiectũ, quia interior respicit exteriorem vt suum terminum, Nono, si voluntas interior sine opere sit perfecta & efficax, ita vt ob solum defectum possibilitatis opus dimittatur, tunc tantundem præmij vel pœnæ voluntas huiusmodi consequit quãtum etiam si ad opus progredereretur: vel sit intentus directe vel indirecte, vt potuerit scilicet impedire, nec actũ sit quia tũc defectus operis est omnino inuolũtarius, & ꝓbatur ex scriptura quę omnem laudem vel vituperationem in actionibus, solet ascribere voluntati. Gen. 22. quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me, benedicam tibi &c. & tamen ibi actio non est opere secuta Matth. 5. qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Idẽ habent sctĩ patres. Cipr. lib. 3. ad Quirinu. c. 2. Amb. lib. 1. offic. 30. Aug. ep. 49. ad Deo gratias. q. 4. lib. 1. de lib. arb. c. 3. Cassia. lib. 2. de instit. cęnob. c. 19. Greg. in Ps. 55. decimo si effectus vel euẽtus sequens præcogitatus fuerit, tunc actus exterior aliquid addit ad bonitatem, vel malitiam eius actus exterioris, vtcunq; euentus sequatur, vel per se, vel per accidens, quia voluntas eius qui cũ præuideat euentũ malum ex opere suo secuturum, tamen opus id exercens, eo magis est inordinata, & econuerso in bono est laudabilior voluntas eius qui cum præuideat euẽtum bonum ex suo opere sequuturum, illud exequitur. Si vero euentus non sit præcogitatus directe vel indirecte, si sequitur per se ex opere, aliquid addit ad bonitatẽ vel malitiam eius, si vero per accidens, nihil addit. D. Th. 1. 2. q. 20. per tot. & ibi late Valentia. disp. 2. q. 14. per tot. ex quibus sequitur, vt idem actus exterior in genere moris non possit esse bonus simul & malus, secus in genere naturæ, vt si quis accessit aliquo ob bonum finem, & postea mutet intentionem, vt ibi d. puncto 6.

Grauius tamen peccat qui peccatum exterius committit quàm qui solum interius. primo quia ipse actus exterior est interius volitus, secũdo aggrauat peccatum interius ex opere exteriori propter damnum, quòd infert sibi vel proximo, vel propter scandalum, promptitudinem ad peccandum, & his similia; & etiam casus sequens si est præcogitatus, vel esse debuit, habet malitiam annexam.

Ex his sequitur, quòd actus human⁹ in quãtum est bonus vel malus, habeat rationem rectitudinis, vel peccati, & sic laudabilis, vel culpabilis, & ꝓinde meriti vel demeriti apud Deum. D. Th. 1. 2. q. 21. per tot. vbi Valentia. disp. 2. q. 13. 14. 15. 16. ea latissime, & eruditissime explicat. 4

4 D. Tho. 1. 2. q. 21. Actus humanus est bonus vel malus laudabilis, vel culpabilis, meritorius vel demeritorius.

SVMMARIVM.

1 Regulæ humanorum actuum quot sint, & quæ.
2 Conscientia quid sit.
3 Conscientiæ actus qui sint.
4 Conscientia quotuplex sit.
5 Conscientia qualiter obliget.
6 Conscientia erronea an excuset.
7 Scrupulus quid sit, vnde causetur, & vt in eo agendum.
8 Conscientia bona quæ sit, & quæ eius conditiones.

De Regulis humanorum actuum. Cap. IIII.

Cum nulla ars sit difficilior arte bene viuendi, inde fit vt sicut omnes aliæ artes indigent aliquibus regulis à quibus dirigantur, vt recte se habeant maxime ars bene viuendi indiget regulis per quas homo discat
1 quomodo regere, & regulare debeat
Regulæ humanorũ actuũ quot sint, & quæ. omnes suas operationes, vnde acto in præcedentibus de principijs humanorũ actuum, & ipsorum actuum bonitate, & malitia, mõ agendum est de regulis quibus nostras operationes regulantes bonas faciamus, à quibus regulis deficere peccatum est, vnde tractando de his regulis tractabitur etiam de peccato. Sunt autem duæ regulæ in vniuersum humanorum actuum, vna intrinseca & in nobis, & dicitur conscientia, altera extrinseca, & dicitur lex, de qua infra suo loco agitur.

De Conscientia.

2
D.Tho.1.p.q.79.ar.13. Conscientia qd sit. Notandum quòd conscientia est actualis applicatio sciẽtiæ ad cognoscendum aliquem actũ, an illum fecerimus vel non, recte vel male, vel an ipsum facere debeamus. vt d. D. Tho. prima p. q. 79. arti. 13. & Silu. verbo. conscientia. §. 1. D. Ant. prima p. c. 10. Nau. in sum. c. 27. nu. 277. cum seq.

Cum autẽ dicitur, conscientia, actualis applicatio scientiæ, accipitur nomen scientiæ vel pro scientia proprie dicta, quæ est cognitio certa & euidens, vel pro cognitione certa licet non euidenti quæ est fides, vel pro cognitione probabili & dubia, quæ est opinio, vel pro cognitione nata ex leuibus coniecturis, quæ vocatur scrupulus & suspitio.

In proposito tamen conscientia non est vlla ex his cognitionibus per se considerata, sed est quæcunque istarum cognitionum applicata actualiter ad cognoscendum & iudicandum de aliqua nostra operatione. Vnde non tam est scientia, quàm applicatio ipsius scientiæ. Vnde dicitur conscientia, vt inquit. D. Tho. quasi simul cum alio scientia, vel ex D. Ant. & Silu. vbi supra, cõscientia, idest concludens scientia, quia conscientia est ipsa cõclusio sillogismi practici circa agibilia, quæ cõclusio infert aliquid esse factum vel non, bene, vel male, faciendum ne sit vel non.

Notãdum secundo, quòd ista actualis applicatio scientiæ ad cognoscendũ, & iudicãdum de operationibus nostris tribus modis fit, vt supra, vel enim applicamus scientiam ad cognoscendum nũ aliquid fecerimus nec ne, vel secundo num recte vel male fecerimus, vel tertio verum in futurum facere debeamus vel non.

Hinc nascitur triplex actus scientię, primus est testificari de operatione præterita an illam fecerimus vel ne, vt d. orig. quòd conscientia est spiritus corrector, & pædagogus animæ sociatus, quo separatur quis a malis, & adhęret bonis, vt refert. D. Th. 2. 2. q. 79. ar. 13. & habetur Eccl. 7. & in Gen. 43. non est in conscientia nostra quis posuerit pecuniam in marsupijs nostris Eccles. 13. bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia 2. Cor. 1. hæc est gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ.

Secundus actus est reprehendere vel accusare de male factis, vt d. Damasc. lib. 2. de fid. cap. 12. & habetur Sap. 17. præoccupant pessima, redarguente conscientia, & Aug. lib. contra sec. Manich. c. 1. senti de Augustino quodlibet, sola me conscientia in oculis Dei non accuset, & isti duo actus sũt circa operationes præteritas. 3 Conscientiæ actus quid sit.

Tertius actus est ligare vel soluere, dicit obligare nos ad aliquid faciendũ quòd scilicet facere tenemur, vel nõ faciendum id quòd tenemur vitare; soluere, idest dare nobis libertatẽ aliquid faciendi vel non faciendi, scilicet quòd non tenemur vllo præcepto facere nec vitare, vnde & dicitur hoc pacto naturale iudicatorium, à Basilio in principio prouerbiorum.

Cum,

Cum ergo isti tres sint actus conscie̅
tiæ, conscientia proprie est regula ra-
tione huius tertij actus. Vnde tenemur
facere illa omnia ad quæ putamus nos
esse obligatos, & ea ad quæ cognosci-
mus nos non teneri, possumus facere
vel non facere ex nostra voluntate.

4 Tertio. Notandum quòd conscientia
in vniuersum triplex constitui potest.
Alia est vera, alia falsa & erronea, alia
scrupolosa.

Conscientia quotuplex sit.

Conscientia vera est conclusio sillo-
gismi practici de operabilibus nata ex
principijs veris, & necessario ex illis
consequens, verbi gratia quando ex eo,
quòd furtu̅ cognoscimus esse diuina le
ge prohibitum, conscientia remordet
in præterito quòd factum sit, & male fe
cisse furando, vel in futurum, ergo non
est furandum.

Conscientia erronea dicitur conclu-
sio falsa, quę nascitur vel ex aliquo prin
cipio falso, vel ex principijs veris, sed
male applicatis. Ex principio falso in
operationibus moralibus co̅muniter in
fertur falsa conclusio ex hoc quòd pro
positio minor est falsa in sillogismo
isto, verbi gratia Gentiles qui perseque-
bantur apostolos, & christianos sic ar-
gumentabantur, bonum est honorare
Deos, & præstare Dijs obsequium, sed
occidere apostolos & alios Christianos
est præstare obsequium Deo, ergo oc-
cidendi sunt.

Ex propositionibus veris, sed male
applicatis contingit error etiam in con
scientia, vt si quis dicat, tenemur dili-
gere Deum super omnia ergo nil aliud
est licitum diligere, conscientia scrupo-
losa est conclusio sillogismi practici,
quę oritur ex coniecturis leuibus & in-
sufficientibus. His not.

5 Prima sit propositio. Co̅scientia qua-
tenus est regula humanorum actuum,
& obligat ad aliquid facie̅dum vel no̅,
non obligat vnquàm ex se præcisè, sed
obligat ratione alicuius præcepti & le-
gis, scilicet quatenus putamus & appre
hendimus id ad quòd conscientia nos
inclinat, nobis esse iniunctum aliquo
præcepto. Vnde vis obligatiua conscien
tiæ est ex eo, quòd quis putat hoc sibi

Conscientia qualiter obliget.

esse prohibitum vel non. Ex quo fit, vt
semper non solum conscientia vera sed
etiam scrupolosa & erronea obliget, vt
d. D. Th. 1. 2. q. 19. ar. 5. nam etiam Con
scientia erronea dictat hoc esse facien-
dum quia est à Deo præceptum. Vnde
licet id falsum sit, tamen dum putatur
ita esse, tenetur quis illud facere, quia
velle malum, est malum, sed quando ra
tio dictat aliquid esse facie̅dum ex præ
cepto, & non fit est malum, quia discor
dat à ratione, ergo id velle & non fa-
cere, etiam si erretur in tali volito, est
malum, quòd tamen non est fiendum
si sit iure prohibitum.

Secunda propositio, non semper eo-
dem modo conscientia dictat aliquid
esse faciendum. Vnde fit vt sit grauius
vel leuius faciendo contra conscientia̅;
Aliquando enim conscientia dictat ali-
quid esse faciendum tanquàm præce-
ptum aliqua Diuina vel humana l. &
esse præceptum rigorosum, quòd obli-
get, vel aliquid vitandum ex aliquo di-
uino & rigoroso præcepto, & tunc fa-
cere contra conscie̅tiam erroneam sem
per est peccatum mortale. Aliquando
conscientia dictat aliquid esse facien-
dum vel vitandum, non tanquàm veti-
tum, vel præceptum directe, sed solum
indirecte, vel vt præceptum non nimis
rigorosum, & sic co̅muniter facere con
tra conscientiam est peccatum veniale.
Aliquando conscientia dictat aliquid
esse faciendum vt melius & maius bo-
num, & tunc facere contra conscientia̅
communiter nullum est peccatu̅, quia
opera perfectionis non cadunt sub præ
cepto, sed tantu̅ sub consilio. vt d. Nau.
in Man. prælud. 9. num. 9. Valentia. 1. 2.
disp. 2. q. 14. puncto 4. qui & d. discorda
re à conscientia dubia, idest facere ali-
quid de quo quis in particulari dubitat
an sibi liceat, vel ne, esse peccatum, & q̄
tunc satis est eligere aliquam opinione̅
probabilem, vt est illa quam aliquis do
ctus & probus vir suaderet, in foro con-
scientiæ. vt d. Nau. c. 27. nu. 286. & Va- 6
lentia loco cit.

Conscientia erronea an excuset.

Tertia propositio, Id quòd fit ex con
scientia erronea contra aliquod præce-
ptum non excusat à peccato, nisi quan
do

do conscientia ignorantię erat inuincibilis, Vnde si ignorantia esset crassa vel supina ita vt faciat opus directe vel indirecte volitum etiam interpretatiue qꝰ peccatum sit, id opus quòd fit ex conscientiæ errore, est vel mortale vel veniale pro qualitate operis.

Causatur autem error conscientiæ, ex D. Ant. vbi supra. §. 3. ex. 7. præcipue capitibus. Primo ex ignorantia, secundo ex negligentia, tertio ex inordinato amore sui, quarto ex cordis pusillanimitate, quinto ex superbia, sexto ex perplexitate animi, septimo ex humilitate, & puritate cordis. Sex primæ radices semper sunt malæ, & raro excusabiles, septima vero potest esse bona quia vt inquit Aug. & habetur. in c. ad eius dist. 5 bonarum mentium est ibi culpam agnoscere vbi culpa non est. nemo vero ex hoc debet accipere libertatem errandi, quia ex isto septimo capite sæpe generatur conscientia scrupolosa, quæ postea solet multum obesse.

7 Scrupulꝰ quid sit, vnde causetur & vt in eo agẽdum.

Quarta propositio ex D. Ant. vbi supra, & Nau. in Man. c. 27. nu. 281. scrupulus communiter oritur ex timore, timor vero qui scrupulum gignit oritur pręcipue ex quinque causis.

Primo ex naturali complexione frigida & melancholica, qualis communiter solet esse in vetulis, & personis melancholicis, frigus enim natura sua constrictiuum est, vnde natura frigida & melancholica constringit cor, & generat timorem, & iuxta constrictionem mouetur etiam imaginatio vt de omnibus etiã leuissimis rebus timeant, & sic timeant fere oĩa opera sua esse peccata.

Secundo nascitur ex melancholia etiam accidentali.

Tertiò ex tentatione demonis, qui aliquando commouet etiam in ipso corpore humores melancolicos, per quorum commotionem perturbatur etiam imaginatio & incipit quis timere.

Quarto ex indiscretione regiminis corporis per nimias orationes, & nimia ieiunia.

Quinto ex societate & familiaritate scrupulosorum. Addi potest sexta causa quæ est nimia sui confidentia, sæpe. n. dum homo putat se multa posse, & postea aduertit se in multis deficere, incipit tristari & timere, & paulatim agitari scrupulis, & aliquando venire vsq; ad desperationem.

Quinta propositio. Conscientia scrupulosa est valde perniciosa, hæc enim mala secum adfert. primo enim generat inconstantiam mentis. secundo animi paruitatem, & simul prauitatem, auget enim sępissime peccata & ex venialibus facit mortalia, imo sepe ex bonis operibus facit peccata mortalia, pręterea gignit in intellectu nebulas ita vt nõ possit de vlla fere re bene iudicare, gignit tędiũ & accidiam. Addit. D. Ant. vbi supra quòd malo exemplo minuit animum & audaciam bonorum ad bona opera, demum instar tempestatis illius quæ descendit in Aegiptũ consumit quicquid reperit viride in anima nostra, omnia bona desideria, omnes bonas cogitationes, omnes bonos habitus, & tandem quicquid boni in anima nostra est. Aliquando eo vsque deducit vt trahat hominem in amentiam vel in desperationẽ & occisionem sui ipsius.

Sexta propositio, ad eradicãdos scrupulos hęc remedia communiter solent recenseri valde vtilia, de quibus D. Ant. & Nau. locis citatis.

Primum remedium & maximũ est Deus per gratiam intus inhabitans in anima, & exterius assistens & remouens ea quæ possunt causare pusillanimitatem & melancoliam.

Secundum præparatio ex parte nostri per orationes & preces, per frequentiam sacramentorum, & obseruantiam diuinorum mandatorum.

Tertium auersio totalis cogitationis ab ipsis scrupulis & rebus scrupulosis.

Quartum pharmacum contra melancoliam.

Quintum vt in omnibus submittat se homo aliorum iudicio, & præsertim eligat vnum tantum virum doctum & pium, & illius consilijs omnino acquiescat, intelligitur autem de docto & pio mediocriter saltem iudicio aliorum.

Sextum contrauentio scrupuli ex electione.

Septi-

Septimum interpretari omnia præcepta diuina & humana secundum pietatem & æquitatem.

Octauum recte intelligere illud cōmune dictum, de quo supra, bonarum mētium esse ibi culpam timere vbi culpa non est, intelligitur enim bonum signum esse timoratæ conscientiæ putare se in multis culpabilem, & si non cognoscat se in aliquo deliquisse, non autem intelligitur vt in omnibus & singulis bonis operibus timeamus peccare mortaliter.

Nonum recte intelligere id dictum, in dubijs, partem tutiorem esse eligendam, intelligitur enim de ijs quę sunt vere dubia, & non de ijs quę sunt manifeste bona vel mala.

Decimum eligere ex varijs opinionibus & inter se contrarijs vnam ex illis cum quiete animi, & licet quando omnes opiniones habent graues authores & probabiles rationes, possit licite quis eligere quamcunque vult, tamen ne facile eligat eam quæ est scrupulosior, deberet eligere etiam quę est conformior aut consuetudini, vel quę conformior iuri naturali diuino, vel ecclesiastico, sępè tutius est eligere eam quæ habet plures aut grauiores authores, vel difficiliores rationes solutu, postremo eam quę est fauorabilior aut voto aut iuramento religioni, pietati, aut bonis moribus, aut saluti spirituali proximorum. Vltimum remedium est considerando se nihil posse ex seipso, ex se ipso omnino de se diffidere, & totā suā spem collocare in suo creatore, & magnam spem in eo habere. maximè autē conferret homini scrupuloso imaginari & depingere in seipso Deum vultu clementissimo & humanissimo aspectu suauissimo ita vt quasi videat Deum cō patientem suæ infirmitati, & amplectētem deosculantem & dirigentem ipsum, ad quòd confert habere etiam aliquod huiusmodi imaginis Christi, vt Christum depictum forma parui pueri, vel lauantem pedes apostolorū, condonantem peccata latroni in cruce, Petro lugenti, Magdalenæ riganti pedes eius &c. & demum se committere non proprio iudicio & cogitationi, sed credere sapientibus, & probis viris maxime à quibus aliquis regitur, vt d. Valentia. loco cit. in fi.

8 Vltima propositio, conscientia recta & optima est conscientia timorata, quę timet in omnibus Deum offendere, sed timet sine inquietudine sine anxietate, & perturbatione, ita vt hoc timore non solum non retardetur ab operibus bonis, sed magis inflammetur.

Conscientia bona quę sit, & quæ eius conditiones.

Habet vero hęc conscientia timorata præcipue. 4. conditiones, prima quòd est pura & sine vllo peccato. Vnde quotiescunque dubitat vera dubietate, non operatur nisi post diligentem discursū, secunda, quòd est bona quantum ad affectionem, quia non est inordinate affecta, nec erga seipsum, nec erga proprium commodū, nec aliam creaturā. tertia quòd est simplex quo ad intentionem, vt in omnibus nihil aliud quęrat quàm honorem Dei, & salutē propriā & proximorum, vltimo tranquilla & serena ita vt nullos patiatur remorsus, nullis stimulis agitetur; Hęc conscientia gignit in nobis gaudium & lętitiam in spiritu sancto, talem conscientiā habebat apostolus qui in ea gloriabatur, 2. Cor. 1. cum dicebat, gloria nostra hæc est, testimonium conscientię nostræ.

Contra vero, mala conscientia habet has conditiones, prima, quòd est coinquinata peccato de qua apostolus ad Tit. 1. 2. est cauteriata idest vsta igne cō cupiscentiæ & passionum, de qua apostolus prima Tim. 4. tertio duplex in intentione, nunquàm enim aliquid operatur sincere propter Deum, quin semper opera sua vitiet aliqua intētione praua, postremo perturbata & inquieta ꝓpter remorsum, qui etiā si aliquando in hac vita sopitur propter malum habitum, excitabitur tamen in inferno & affliget iniquos iuxta id prophetæ, uermis eorū non morietur. Es. 66. De lege vero, infra dicetur, loco proprio.

SVMMARIVM.

1 Passio quid sit, & quot modis sumatur.

TRA-

TRACTATVS DE passionibus, vel affectionibus animę. Cap. I.

1 D.Tho.1.2.q.22.a3 Passio quid sit,& quot modis sumatur.

NOtandum ex Med. in præfatione tract. de passionibus, primo quòd nomen passionis significat id est quòd quis patitur, vel in subiecti perniciem, vel ad eius vtilitatem & perfectionem spectet & sic sentire & intelligere passiones nũcupantur, huic respondet actio vel operatio à nobis dicta, secundo accipitur pro receptione cum alterius expulsione & iactura, quòd dupliciter contingit, quãdoque enim abijcitur id quòd in subiecti damnum erat vt cum quis cum morbi expulsione sanitatem nãciscitur, quandoque contra amittitur quòd in subiecti salutẽ erat, & sic ęgrotare passio dicitur, & hic est modus propriissime passionis, & hę passiones quæ fiunt cũ transmutatione corporali conueniũt animæ, quatenus est corpori coniuncta, & passio proprie dicitur quando transmutatio fit in deterius, non ita proprie si in melius, tertio notandum passionem sumi non solum pro affectibus immoderatis, sed quandoque & pro recte compositis. quarto, quòd differũt passio & propassio, quòd passio dicitur quando perfecte rationi dominatur, pro passio quãdo est inchoata in appetitu sensitiuo, nec vlterius progreditur, vt testatur Hier. Matth. 5. in id qui viderit & D. Th. 3. par. q. 15. ar. 4. Notandum quarto quòd passio in genere est inclinatio quædam relicta ab agente in passo, vel inclinatio & impetus quo agens trahit ad se passum, vt ignis ignem gignens relinquit calorem & leuitatem in genito, quibus qualitatibus is impetu quodam in supernũ locum tendit vbi globus igneus adest, & dum ibi est quiescit, dum vero illuc tendit impetu naturæ ducitur, & odit locum inferum vt sibi minime conuenientem, sic homo aliquod bonum cupiens. si id iã est adeptus lętatur, & in eo quiescit, sin minus, id cupit, ac inimicitia contrarium prosequitur & si quãdo illi approximat tristatur & dolet. Et hę sunt animi passiones quę inclinationes, vel melius affectus dicuntur, Notandũ enim omnem passionem vel inclinationem cognitionem aliquam sequi, vel coniunctam, vt in rebus cognitione vigentibus, vel separatam, vt in cognitione carentibus contingit, habet enim vniuersa natura licet cognitionis incapax suas inclinationes naturales à primo agente & authore naturę Deo ei impressas, quibus in vltimũ finem per proximos & immediatos fines ducitur, quæ inclinatio naturalis dicitur, modo impetus naturalis, modo pondus naturæ quandoque instinctus, & nonnunquam naturę lex, vt testatur Cic. l. 1. de finibus. quæ non est accidens, sed naturam ipsam consequitur, passio vero quę coniunctam cognitionem sequitur in natura tantummodo cognoscẽte reperitur, quæ sic diffinitur, quòd sit inclinatio, vel motus ex alicuius conuenientis vel inconuenientis cognitione procedens, & diuiditur in passionem naturalẽ, animalem rationalẽ & Diuinam. Nam hic motus si naturam consequitur non cognitionem dicitur naturalis passio, si cognitionem sequitur sensitiuam, animalis passio, si cognitionem rationis deliberantis, rationalis, si cognitionem supernaturalem vel fidei vel diuine sapiẽtię, passio diuina dicitur.

Vel passio, vt d. Valentia. disp. 3. in 1. 2. q. 1. puncto 1. dicitur motus animę, vt d. Aug. li. 9. ciu. c. 4. qui pati gręce dicitur. Et potest diffiniri ex Damasc. lib. 2. de fid. c. 22. quòd est motus virtutis appetitiuę sensibilis ob imaginationẽ boni vel mali & addi potest vel irascibilis.

SVMMARIVM.

1 Passio an reperiatur in anima, & quæ.

2 Passio in qua portione animę sit.

De subiecto passionum animæ. Cap. II.

Prima propositio. In anima nostra reperitur passio improprie passionis nomine 1 Passio an reperiatur in anima, & quę.

nomine sumpto. passio tamē proprie dicta non reperitur in anima, nisi respectu corporalis transmutationis, probatur nam pati aliquid dicitur tripliciter, primo cum aliquid recipitur etiā si nil abijcitur, vt cum aer illuminatur dicitur pati magis tamē perfectiuè quàm passiue, secundo dicitur pati proprie cū aliquid recipitur cum alterius abiectione & hoc dupliciter, primo cum abijcitur id quòd non est conueniens rei, vt cum corpus animalis sanatur, dicitur pati, quia recipitur sanitas infirmitate abiecta, secundo quādo ecōuerso sanitas abijcitur ęgritudine accepta, & hic est proprijssimus modus passionis, & his tribus modis cōtingit passionem in anima esse, nam secundum receptionē tātum dicitur quòd sentire & intelligere est pati, passio vero cum abiectione non est sine trāsmutatione corporali, vnde passio proprie dicta nō potest competere animæ nisi per accidens, quatenus scilicet compositum patitur & quando huiusmodi transmutatio fit in deterius magis proprie habet rationem passionis quàm quando fit in melius, & sic tristitia magis proprie est passio quàm lętitia, sicut quando ex ignobiliori generatur nobilius est gñatio simpliciter & corruptio secundum quid econuerso vero quando ex nobiliori generat̃ ignobilius vt d. philosophus lib. 1. de gen. t. 8. & sic passio est proprie quando recipitur disconueniens, & abijcitur conueniens, vt de ęgritudine est dictum. D. Th. 1. 2. q. 22. art. 1.

Secunda propositio. passio potius est in parte appetitiua quàm apprehēsiua, probatur authore Aug. lib. 9. ciu. c. 4. d. quòd passio est motus animi, à græcis dictum pathos, à nostris affectus vel affectiones, sed huiusmodi ꝑtinet ad partem appetitiuam ergo, ratione probatur nā nomine passionis importatur, quòd patiens trahatur ad id quòd est agentis propos. pręcedēti, sed anima magis trahitur ad rem scd̃m vim appetitiuam q̄ apprehensiuam, nam per vim appetitiuā anima habet ordinē ad res prout in seipsis sunt, vnde & metaph. 7. dicitur, quòd bonum & malum quæ sunt obiectū appetitiuæ potentię sunt in ipsis rebus vis vero apprehensiua non trahitur ad rem secūdum quòd in seipsa est, sed cognoscit eam secundum intentionem rei quā in se habet, vel recipit scd̃m proprium modum, vnde verum & falsum, quæ pertinent ad cognitionem nō sunt in rebus sed in mente, vt ibi dicitur, & ita ratio passionis inuenitur magis in appetitiua quàm apprehensiua, cū per illam anima plus trahatur ad rem, & nomine passionis importetur quòd patiens trahatur ad rem, vt inquit philos. 2. eth. & D. Th. d. q. art. 2. vel clarius, passio de qua est sermo trahitur ad obiectū non habitum, sed pars cognoscitiua nō mouetur ad obiectum cognoscibile, sed est in ea vt cognitum in cognoscēte, vel per speciē vel per essentia 3. de anima, ex quo dici solet, quod in cognitione mouetur res ad animam, sed in appetitione mouetur anima ad rem appetitā, vel vt d. Gaiet. d. q. ar. 2. pars apprehensiua trahitur ab agente ad hoc vt sit ipsū secundum esse intentionale pars vero appetitiua trahitur ab agente ad hoc vt iungatur sibi secundum esse naturale.

2 Passio in qua portione animæ sit.

Tertia propositio, magis est passio in appetitu sensitiuo quàm intellectiuo qui est voluntas, probatur authoritate Damasc. li. 2. c. 22. d. quòd passio est motus appetitiuæ virtutis sēsibilis in imaginatione boni vel mali, ratione ꝓbatur. Nā passio proprie est cū trāsmutātur organi corporei, & maxime cordis. 1. de anima, ad omnes enim passiones sequitur delectatio vel tristitia corporalis, delectatio si consequimur bonum concupitum, tristitia si non acquiritur & respectu mali est oppositum, quia delectamur si fugimus malum superueniens, tristamur si fugere non possumus, delectatio vero corporalis nō fit sine dilatatione cordis quasi id bonum in se suscipere velit, & tristitia cum constrictione quasi ab eo cor fugiat, & in ira feruescit, in timore frigescit. voluntas vero vel intellectus non est alligata organo corporeo 3. de anima, ergo passio magis inuenitur in appetitu sēsitiuo quàm intellectiuo vt inquit philosoph᷒ 2. eth. & D. Th. d. q. ar. 3. Ex prædictis colligitur

tur, quòd si recipere est quoddam pati, sic intelligere est passio quia recipitur in intellectu à quo oritur, & sic loquitur philo. 3. de anima. c. 4. & Areop. c. 2. de Diu. nom. & sic etiam velle, est quoddam pati, & omnis actio immanens dicitur passio quia recipitur in agente à quo producitur, si passio vero sumitur pro receptione vnius cum abiectione alterius sic est ꝓprie in intellectu, abiecto errore, per scientię receptionem, ꝙ si accipitur pro inclinatione qua quis in proprium commodum tendit, sic inuenitur passio in qualibet re etiā cognitione carente. Quod si passio accipitur pro passione animali ex cognitione conuenientis vel disconueniētis prouenien te cum quadam corporis transmutatione, sic est solum in parte sensitiua rationibus supra dictis, anima enim compatitur corpore patiente, ob vnionem quā habet ad corpus, quia cum sit ipsius forma, debilitato corpore debilitatur vnio animę ad corpus, & sic ipsa anima, & ꝑ consequens etiā potentia rationalis quę radicatur in essentia animę, praeterea lęso organo perturbātur & facultates potentiarum, quę à tali organo pendent, & inde per accidens lęditur facultas rationalis quatenus recipit auxilia à potentijs quae vtuntur organo corporeo, nil enim est in intellectu quin prius fuerit in sensu, & intelligens oportet, vt phantasmata speculetur, tertio de anima, lęsa erga parte sensitiua lęditur intellectus & sequitur delirium, praeterea est quoddam genus passionis, quòd principium sumit ab anima & finitur in corpore quę dicitur passio animalis quia oritur ex apprehensione & appetitione animalis ad quam sequitur perturbatio corporis, vnde ex varijs animalis affectionibus oriūtur varię perturbationes in corpore, in laetitia enim cor dilatatur vt supra, hoc vero genus passionis non potest locari in parte rationali quia non utitur organo corporis vt supra. Vlterius hoc genus passionis non potest locari in nutritiua vel vegetatiua, quia haec facultas tantum in materiam exteriorem agit. Nec etiam in apprehensiua sensitiua, aut ex apprehensione facultatis sensitiuę ad quam sequitur corporis perturbatio, nisi ratione appetitionis, quae est velut primus motus, licet enim estimemus mortem terribilem, tamen nunquàm fugimus, & timemus nisi adsit appetitus qui ad illam rem se habeat vt terribilissimam, & ita tantum in parte sensitiua appetitiua passio proprie collocatur. In rationali tamen parte sunt quaedam inclinationes quae iure passiones dici possunt, sunt enim quattuor principia in homine quibus dirigitur & ordinatur, sensus, ratio fides, & spiritus sancti extraordinaria motio, primum est commune cum brutis, secundum homines facit, tertium christianos cōstituit, quartum constituit homines diuinos, primum se extendit vsque ad sensibilia, & si in eorum perceptione fallitur à ratione corrigitur, ratio se extendit vsque ad veritates humanas & si in ijs erret à fide corrigitur quae intellectum captiuat in obsequium Christi, & se extendit cū quarto vsque ad diuina & naturaliter ignota. Sed quia hoc principium imperfecte à nobis participatur, oportet vt à Deo homo varijs illuminationibus instruat, & sic oportet ponere quartū principiū, scilicet diuinam inspirationem. Rom. 8. Vnde sicut ex cognitione sensitiua oritur inclinatio ad bonum sensibile quae passio dicitur, ita ex cognitione rationis humanae oritur inclinatio purior qua natura trahimur ad beatitudinem appetendam, Deum super omnia diligendum & omne genus virtutis, vnde virtutes in nobis sunt secūdū naturā vitia contra vt d. Basil. in astericis ca. 2. Ex cognitione fidei oritur affectus in nobis amoris diuini de quo sponsa. d. amore langueo. Ex quarto oritur spiritussancti impetus quo ducimur in operibus nostris de quo ap. Rom. 8. Hoc impulsu cognoscimus nos habere fidem supernaturalem vt d. D. Th. 2. Cor. vlt. de alijs impulsibus quibus anima nostra à spiritussancto mouetur nō potest nobis certo cōstare an à spiritu sancto sint nisi per reuelationē, cū id occultum sit. Io. 3. spūs vbi vult spirat. & Iob. 4. si venerit ad me non videbo eum. Vnde in

huius-

huiusmodi homo debet esse cautissimus quia dæmon hominem aggreditur impulsu violento, vt in Iob. & fraudolose se transfigurans in Angelum lucis, & maligne, spiritus tamen non sunt reprobandi temere 1. Thes. 5. 1. Io. 4. Cognoscitur autem an à Deo sint primo per doctrinam scripturarum, secundo per inspirationem internam, tertio per donum spiritussancti, quarto per exercitium virtutum, quinto ex operibus. Medin. ibidem.

SVMMARIVM.

1 Passiones quomodo differant.
2 Passiones concupiscibilis quot sint, & quo ordine locentur.
3 Passiones in irascibili quot sint, & quo ordine ponantur.

De differentia passionum ad inuicem. Cap. III.

1 Passiones quomodo differant. Otandum, quòd passiones differunt ex subiecto quia earum quædam in concupiscibili, quædam in irascibili locantur, & diuersarũ potẽtiarum diuersi sunt actus; præterea passiones diuersarum potẽtiarum in diuersa tendunt, nam passio fertur in obiectum suæ potentiæ, passiones vero obiecto differẽtes specie ẽt distinguũtur vt amor & odium, & etiã genere, vt videre audire, velle intelligere, præcipua tamẽ ratio differentiæ ex obiecto sumitur, nã omnis animæ affectio actio quædã est, actio vero à principio agente speciem sumit ut à calore calefactio, præterea omnis animæ affectio est quædam passio, passio vero ex obiecto & fine speciẽ sortitur obiectũ enim appetitus nostri est bonum sensibile & sic ratio mouens appetitum ipsum.

Secundò notãdum, quòd cum prædictum sit passiones reperiri in appetitu sensitiuo, quòd appetitus sensitiuus distinguitur per irascibilem & concupiscibilẽ. Nam appetitus importat inclinationem sequentem formam vel naturalem vel apprehensam sub ratione boni, si formam naturalem dicitur appetitus naturalis, si apprehensam dicitur appetitus sẽsitiuus vel intellectiuus, in naturalibus vero ad formam naturalem non solum sequitur inclinatio ad prosequendũ bonum rei conueniens, & fugiendum malum disconueniens, sed etiã ad resistẽdũ impedientibus consecutionem boni conuenientis, vnde in igne est inclinatio per leuitatem ad consequendũ locũ sursum, vt conuenientem & conseruatiuũ, & recedendum à loco deorsum vt inconuenienti & destructiuo, & est caliditas per quam resistit contrarijs impedientibus ne acquirat locũ sursum, sic ad formam apprehensam ab animali sub ratione boni sequitur inclinatio ad consequendum bonum apprehensum & fugiendum malum oppositum, & etiam ad resistendum impediẽtibus consecutionem boni apprehensi, & inducentibus malum apprehensum; Appetitus quo inclinamur ad ꝓsequendum bonum apprehensum & fugiendũ malũ dicitur concupiscibilis, cuius obiectum est bonum sensibile absolute, appetitus vero quo mouemur ad resistendum contrarijs, & impedientibus conuenientiam boni, & inducentibus malum dicitur irascibilis, cuius obiectum est bonum non absolute, sed difficile ad consequendum, vt est victoria quæ apprehenditur sub ratione difficilis.

His ita not. prima sit propositio, in concupiscibili sex sunt passiones tres respectu boni, & tres respectu mali, Nam bonum delectabile, quòd est obiectum concupiscibilis trahit quemlibet appetitum ad se, & discõuenientẽ repellit illũ à se, Vnde delectabile bonum sub ratione conuenientis appetitiui allicit illũ, & in amorem sui trahit, ac ei ad tale bonum consequendum inclinationem cõcedit, & hęc est prior passio appetitus, quæ dicitur amor. Ex quo vero bonum apprehensum causauit in appetitu sui complacentiam vel amorem, mouetur & incitatur appetitus ad consequendũ illud qui motus dicitur desideriũ, & hęc est secunda passio, respectu boni, quę dicitur desideriũ, quòd si appetitiuus motus motu desiderij consequitur bonum — 2 Passiones cõcupiscibilis quot sint, & quo ordine locentur.

genere diuersi, actus vero vel passiones respecientes diuersa obiecta specialia comprehensa sub vno communi obiecto vnius potentiæ differunt, vt species illius generis, ad cognoscendum ergo quæ passiones sint in concupiscibili, & irascibili oportet assumere obiecta vtriusq; potentiæ, quia obiectum concupiscibilis est bonum vel malum sensibile simpliciter acceptum, quòd est delectabile vel dolorosum, sed quia anima quandoque habet difficultatem ad consequendum huiusmodi bonum, vel fugiendum malum, quatenus scilicet est eleuatum supra facilem potestatem animalis, ideo ipsum bonum vel malum sedm quòd est arduum, vel difficile est obiectum irascibilis D.Tho. 1. 2. q.23. ar.1. præterea idem secundum, idem & ad idem contrarium simul pati non potest, sed appetere & contemnere allicere & depellere sunt contraria, ergo non possunt ad idem pertinere secundũ idẽ, vt inquit Plato. 4. de Repub. Hęc autem contrarietas est per accessum & recessum in irascibili, in concupiscibili vero per accessum tantum absolute licet per accidens sit ibi etiam recessus vt supra probatum.

Quarta propositio sub aliquibus dictarum passionum continẽtur aliæ magis speciales, quæ sunt istæ concupiscentia, gaudium, lętitia, exultatio, inuidia zelus, misericordia, concupiscentia continetur sub desiderio quia est desideriũ delectandi corporis, scilicet inuenere & gula. gaudium lętitia, & exultatio continentur sub delectatione, quia sunt respectu boni adepti vel sperati adeptu. Inuidia, zelus, misericordia continẽtur sub tristitia differenter tamen, inuidia enim est tristitia de bono alterius, zelus est tristitia de defectu boni proprij, ex quo homo deficit in bonis quæ alij habent, quandoque cõtinetur sub amore, & sic est amor intensus cum indignatione contrarij consortem nõ ferens in amato. Misericordia est tristitia quæ dicitur compassio de malo alterius.

SVMMARIVM.

1 In passionibus animæ an sit bonum vel malum.
2 Inclinatio naturalis est bona, & quomodo.
3 Passiones animæ moderatę ratione bonæ sunt.
4 Passiones animæ meritorię sunt, vel demeritoriæ.
5 Passio an augeat bonitatem actus moralis.

De Bono & malo in animę passionibus. Cap. IIII.

Rima sit propositio. bonum & malum morale non inuenitur in passionibus animæ secundum se, secus prout subijciũtur rationi, pbatur, nam si secundum se considerentur prout scilicet sunt quidam motus irrationalis appetitus, sic non est in eis bonum vel malum morale, quòd pendet à ratione, passiones enim pendent ab appetitu sensitiuo quòd de se est irrationale, præterea bonum & malum est esse secũdum rationem vel præter vt d. Dion. 4. de Diuin. nom. sed passiones non collocantur in ratione, sed in appetitu sensitiuo. præterea ex passionibus naturalibus nec laudamur nec vituperamur, vt huiusmodi 2. eth. ergo. Si vero considerentur vt subijciuntur imperio rationis & volũtatis sic in eis inuenitur bonum, & malũ morale, nam appetitus sensitiuus est propinquior rõni & voluntati quàm membra exteriora, quorum tamẽ actus sunt boni vel mali moraliter, prout sũt voluntarij, & sic passiones dicũtur bonę vel malæ moraliter, quæ sunt voluntarię, quæ sic sunt, vel quia à voluntate imperantur, vel à voluntate non prohibentur. D.Th. 1. 2. q. 24. ar. 1.

D.Tho. 1. 2. q. 24. 25 26.

Secũda propositio, omnis inclinatio naturalis cuiusque creaturę est bona, nec inclinat in malum, nec rationi aduersatur probatur Iacob. 1. Deus intẽtator malorum est Sap. 8. disponit omnia suauiter, quòd nõ esset si induceret ad malum. & Gen. 1. ratione probatur, nam inclinatio naturæ est à Deo ergo nõ inclinat ad malum, maior probatur nam cum Deus sit author naturæ consequen-

1 In passionibus animæ an sit bonum & malum.

ſequenter etiam eorum quæ naturam conſequuntur, conſequentia probatur, nam actus naturalis etiam qui ab inclinatione naturæ procedit authori naturæ tribuitur 8. phiſ. vnde ſi peccatum eſſet igni tendere ſurſum authori naturę tribueretur, ſic ſi peccatum eſſet hominem beatitudinem appetere in authorem naturæ referretur, præterea Deus non poteſt producere in anima habitum inclinātem ad peccatū quia id eius bonitati repugnat, vt inducat ad peccatum. ergo nec inclinationem naturalem ad malum, non enim minus eſt cauſa actus vitioſi inclinatio naturalis quàm habitus vitioſus. Et licet appetitus ſenſitiuus inclinet ad malum non tamen eſt malus malitia moral, niſi ratio & voluntas conſentiat, præterea huiuſmodi inclinatio non eſt inſtituta à Deo qui fecit hominem rectum, ſed ipſe eā ſibi inclinationem conſtituit peccando.

2 Inclinatio naturalis eſt bona, & quomō.

3 Paſſiones animę moderatę ratione bonę ſunt.

Tertia propoſitio. paſſiones animæ noſtræ ſi ſint moderatæ & rationi ſubiectæ laudabiles ſunt, contra ſtoicos dicētes omnes paſſiones eſſe malas nec cadere in ſapientē probatur ex Amb. de Inc. Domini. c. 7. & in luc. li. 10. & ſen. lib. 1. ep. 26. d. amor vitæ non eſt abijciendus ſed minuēdus, exēplo Chriſti, qui cępit pauere, & tedere, & ſic ēt Chriſtiani q timent gehennā, cupiunt cęlorum gloriam, dolent de dilatione glorię, vel malo proximi aut proprio, iraſcuntur peccatis, & huiuſmodi, laudabiles ſunt, ꝙ & expreſſe docet Aug. lib. 9. ciu. c. 5. d. in noſtra diſciplina non tam quęritur vtrum pius animus iraſcatur, nec vtrū ſit triſtis, ſed vnde triſtetur, nec vtrum timeat, ſed quid timeat, nam iraſci peccanti vt corrigatur, contriſtari pro afflicto vt liberet, timere periclitāti ne pereat, neſcio vtrum quiſque ſana conſideratione reprehēdat. Ratione ꝓbatur nam omnis virtus eſt productiua rectę affectionis, nō eſt autem iuſtus qui iuſta operando non delectatur & ſic de alijs, ergo virtus non excludit animi paſſiones, pręterea virtus non excludit ſuū obiectum obiectū vero virtutis circa ꝙ operatur ſunt animę paſſiones quas moderatur ergo, pręterea virtus moralis q̄ eſt circa paſſiones abſque paſſionibus eſſe non poteſt aliter faceret appetitum ſenſitiuū ocioſum, rationi vero nō conuenit, vt ea quę rationi ſubſunt, à ſuis operationibus deſiſtant, ſed vt exequantur ſua officia ex imperio rationis ergo ſicut virtus mouet corporis mēbra ad actus ſuos debitos, ſic etiam mouet appetitum ſenſitiuum ad actus ordinatos ſecundum rationem.

4 Paſſiones animę meritorię sūt vel demeritorię.

Quarta propoſitio, animę noſtrę paſſiones ſunt meritorię, vel demeritorię, probatur nam actus membrorum noſtrorum ſunt meritorij ſi ſunt voluntarij ergo ſi affectus hominis eſt voluntarius erit meritorius vel demeritorius, quandò appetitus ſenſitiuus habet libertatem quandam participatam, notandum enim paſſionem ſe habere ad volūtatem tripliciter, primo vt obiectum, & ſic paſſiones ſunt meritorię vel contra vt volitę, ſecundo vt principium: quia quandoque paſſio appetitus ſenſitiui excitat voluntatem vt cum quis ex concupiſcentia trahitur ad conſentiendum eidem concupiſcentię, tertio ex effectu, quia quandoque ex efficaci voluntate excitatur paſſio in appetitu ſenſitiuo, vt cum quis volūtate deteſtatur turpitudinem peccati, oritur ſtatim in appetitu verecundia, & his omnibus modis paſſiones animę ſunt meritorię, vel demeritorię, ſed maxime tertio.

5 Paſſio an augeat bonitatē actus moralis.

Quinta propoſitio paſſio non ſemper facit minorem bonitatem actus moralis, ſed quandoque ei bonitatem maiorem tribuit, probatur nam cum bonum hominis conſiſtat in ratione vt in radice, eo id bonum perfectius eſt, quo ad plura deriuari poteſt quę homini conueniunt, ergo ad bonum moralis boni pertinet quòd actus exteriorum membrorum per rationis regulam dirigantur, vnde cum appetitus ſenſitiuus poſſit obedire rationi, vt q. 17. ſupra art. 7. ad perfectionem moralis, vel humani boni pertinet quòd etiam paſſiones animę ſint regulatę per rationem, ſicut ergo melius eſt vt homo velit bonum, & faciat exteriori actu, ſic etiam ad perfectionē boni moralis pertinet, quòd homo ad bonum moueatur non ſolum ſecundum

cundum volũtatem, ſed etiam ſecundũ appetitum ſenſitiuum in quo ſunt paſſiones, vñ appetitu intellectiuo & ſenſitiuo Deo eſt ſeruiẽdum. D. Tho. d. q. 24. ar. 3. licet tamen paſſiones non ſint malæ ex ſe, ſed bonæ & neceſſariæ ad plurimarũ virtutum adeptionem, vt patientiæ, &c. attamen mortificandæ ſunt vt facilius imperio rationis ſubſint, vt d. ſen. loco cit. & Aug. lib. 1. de ſerm. domini in monte. Caſſia. collat. 1. c. 7. Clem. de diſcret. c. 36. Bern. ſerm. 30. ſuper cãt. d. genus martirii eſt ſpiritu facta carnis mortificare, & Baſil. ſerm. de abdic. rerum vitę huius. d. ſi tibi in animo eſt rapere regnum Dei, violentiæ te dato, ceruices tuas Chriſti ſeruitutis iugo ſubmitte, & Caſſia. li. 4. de inſt. c. 43. mortificatione marceſcunt vitia vniuerſa, expulſione vitiorum virtutes fructificant atque ſubereſcunt. Aduertendũ præterea quòd paſſiones, poſſunt eſſe actus morales, ſecundo ꝙ poſſunt eſſe bonę vel malę moraliter, & per conſequens meritorię, vel demeritorię, vel etiam indifferentes ſecundum ſpeciem licet non ſecundum indiuiduum, cum appetitus ſenſitiuus in homine ſit ſubiectus rationi & voluntati, vnde paſſiones huiuſmodi poſſunt eſſe actus morales cum indirectè vel directè fuerint voluntariæ, hoc eſt enim eſſe actum moralem procedere ſcilicet à ratione & voluntate ſaltem imperãte. Ex quo ſequitur quòd ſicut alij actus morales, ſic ẽt paſſiones poſſunt eſſe bonæ, vel malæ moraliter, bonæ cum ſunt moderatæ à ratione, malæ ſi ab ea exorbitent, vt probat Aug. lib. 9. ciu. c. 45. & lib. 19. c. 4. & Niſſ. li. de reſurr. & anima, ante med. d. pathi. 1. affectus & motus animi, nõ mali alicuius cauſa humanæ naturæ tributi ſunt (nam alioqui creatori, cauſa malorum aſſignari poſſet) ſed certo vſu volũtatis & arbitrij, vel virtutis vel vitij, inſtrumenta tales motus animi exiſtũt. Idem Auguſt. lib. 14. ciu. c. 6. 7. 9. Aul. Gell. li. 19. noct. Att. c. 1. Sen. lib. de conſolat. c. 37. numquàm ego à te, ne ex toto mœreas exigam. &c. & Plut. lib. de virt. morũ in ratione nõ eſt conſilium, motiones animi & affectus ſtirpitus euellere, neque enim poteſt, nec opus eſt, nec expedit, ſed terminum quendam & ordinem eis præſcribere, moraleſq; virtutes cõſtituere, quæ ſine affectione motuque non ſunt, ſed ſimmetrię eorum, & mediocritates, & infra neque enim ꝙ temulentiam verẽtur vinum effundũt, nec affectum, qui perturbationes timẽt, euellunt, ſed ei adhibent modum.

SVMMARIVM.

1 Paſſiones quomodo inter ſe ordinentur.

Paſſiones principales quæ ſint, & quæ aliæ. nu. 1. 2. 3.

De ordine paſſionum ad inuicem. Cap. V.

Otandum quòd origo prima paſſionum animę eſt amor, qui eſt animalis quædam inclinatio ex boni apprehenſione conſurgens, & in bonum tendens; cum ergo bonum ſit prius malo, quia malum non dicitur niſi priuatio boni, ſequitur vt omnes paſſiones quæ in bonum tendunt præcedant eas quæ in malum vergunt, vel in concupiſcibili vel in iraſcibili ſint. Inter eas vero quæ in bonum tendunt, vt ſunt delectatio, deſiderium ſpes, deſperatio, amor tenet primum locum, vt qui abſolute in bonũ fertur. Ex his colligitur, quòd inter paſſiones concupiſcibilis priores ſunt quę tendunt in bonũ, quàm quæ fugiunt malum, nam paſſiones ordinatur ſecundum obiecta ſed habitus eſt prior priuatione & bonum naturaliter malo, & ſic amor eſt prior odio, gaudium triſtitia, deſiderium fuga. D. Th. 1. 2. q. 25. art. 2. 1 Paſſiones quomodo inter ſe ordinentur.

Secundo notandum quòd concupiſcibilis eſt prior origine & dignitate iraſcibili, origine nam amor qui eſt potentię concupiſcibilis prior eſt & antiquior ꝙ operatio vel affectio iraſcibilis, dignitate, nam iraſcibilis cum ſuis affectibus inſtituta eſt propter cõcupiſcibilem, vt fruatur bono optato; præterea paſſiones concupiſcibilis in plus ſe habent quàm

illæ irascibilis, quia in his inuenitur aliquid pertinens ad motum vt desideriũ ad quietem, & gaudium & tristitia, sed in passionibus irascibilis nil inuenitur quòd tendat ad quietem, sed solum ad motũ, id enim in quo quiescitur nõ habet rationem ardui, quòd est obiectum irascibilis, sed quies cũ sit prior motu, est prior in intentione, & posterior in executione. His not. prima sit propositio, spes est prima inter passiones irascibilis, nam spes dicit motum in bonum secundum rationẽ boni, q̃ sua natura est attractiuum, ideo est motus in bonum per se, desperatio vero est recessus à bono qui non competit bono secundũ quòd est bonum, sed secundum aliquid aliud, vnde est quasi per accidens, & eadem ratione timor qui est recessus à malo est prior quàm audatia, spes vero & desperatio sũt naturaliter priores q̃ audatia, quia vt appetitus est ratio vt vitetur malum, ita spes & desperatio sunt ratio timori, & spei, quia audatia sequitur spem victoriç, & timor desperationem vincendi, ira vero consequitur audaciam, quia nullus irascitur vindictã appetens nisi audeat vindicare, alias oritur tristitia; In via autem generationis primo occurrit amor & odium, secũdo desiderium & fuga quç sunt concupiscibilis & præsupponuntur in irascibili vt supra, tertio spes & desperatio, quarto timor & audatia, quinto ira, sexto gaudium & tristitia quæ consequuntur ad oẽs passiones. 2. eth. sic tamen, amor est prior odio, spes disperatione, desiderium fuga, timor audacia, gaudium tristitia. D. Tho. d. q. art. 3.

2 Pasiones principales q̃ sint.

Secunda propositio. istç sunt. 4. principales passiones gaudium, tristitia spes timor, nam gaudium & tristitia dicuntur principales quia sunt completiuç respectu omnium & ad omnes passiones consequuntur 2. eth. Timor vero & spes dicuntur principales non quia sint completiuæ simpliciter, sed quia sunt completiuæ in genere motus ad aliquid q̃a respectu boni incipit motus in amore, & p̃cedit in desiderium & terminatur in spe, respectu mali incipit ab odio, p̃cedit ad fugam & terminatur in timore, & sic harum passionum numerus accipitur secundum differentiam præsentis & futuri, quia mçtus respicit futurũ, quies est in aliquo præsenti. Et ita de bono præsenti est gaudium, de malo tristitia de bono futuro spes, de malo timor, & omnes aliæ passiones ad has completiuè reducuntur. D. Th. d. q. art. 4. Tristitia vero quæ est concupiscibilis est media inter duas passiones irascibilis, quia sequitur timorem, & præcedit motum iræ, ira enim surgit ad auferendum tristitiam præcedentem. D. Th. d. q. ar. 1. Ad huiusmodi vero melius intelligenda subijcitur infrascripta tabula.

Passionum aliæ sunt priores, scilicet concupiscibilis, quæ aut sunt priores secundum intentionem, videlicet gaudiũ importans quietẽ in bono, aut sunt priores secundum executionem, scilicet amor & desiderium, quæ dicunt motum ad bonum, in irascibili, spes & desperatio.

Aliæ sunt posteriores, scilicet concupiscibilis, odium, fuga, tristitia, & irascibilis, audatia, timor, ira.

Aliæ sunt præcipuç, scilicet inconcupiscibili, gaudium, si bonum adest, tristitia si malum: irascibilis, spes quæ est de bono futuro, & timor qui est de malo futuro.

SVMMARIVM.

1 Amor vnde dicatur.
2 Amor quid sit.
3 Amor quotuplex sit.
4 Amor, amicitia, charitas, dilectio, an idem sint vel differant.
5 Amor concupiscentiç & amicitiç, vt differant.

De passionibus in speciali & primo de Amore. Cap. VI.

Otãdum quòd amor grçce dicitur Eros, quòd significat desiderium pulchri, sic enim diffinitur apud Plat. in conuiuio; vt ibi exponit Marf. quæ pulchritudo est gratia ex plurium concinnitate cõsurgẽs, ex pluribus

1 D. Tho. 1. 2. q. 26. Amor vnde dicat.

tibus virtutibus in animo, ex plurium colorum & linearum concordia, in corporibus, in ſonis ex plurium vocũ conſonantia, ſic dictus, quia cor amantis p̃deditur, vel vinciat, ab hebreis dicitur ab Nahaba quòd eſt amor, apud latinos dicitur ab amo quòd ſignificat vehemẽter amare, alij deducunt hoc à fortitudine eo quòd amor omniũ fortiſſimus ſit cũ Angelus homo & ẽt Deus amore teneatur, vt inquit Marſ. loco p̃dicto, & quia amor vt ibi d. homines fortes & audaces reddit, & ad magnifica ſemper inducit vt explicat phedrus in conuiuio, exemplo amoris Elceſte erga Elmetem patrocli ad Achillem.

2 Amor q̃d ſit. Secundo notandum, quòd amor eſt complacẽtia quæ manat viſa aliqua re delectabili amor enim vt inquit Aug. 8. de Tr. eſt principium omniũ noſtrorum affectuum, & habet gubernaculũ noſtræ voluntatis, qua de cauſa apud Mercurium & Orpheum dicitur antiquiſſimus Deorum, & apud Platonem in conuiuio in principio ex chaos eductus dicitur, eſt enim immutatio prima quæ in animo noſtro imprimitur ex re appetibili & deſiderabili, q̃ attrahit ad ſe deſiderium noſtrum, & cauſat ſui complacentiam, & gignit in animo noſtro deſiderium apud Platonem hymeres dictum, quia impetu ſuo impellit animum vt ad bonum optatum feratur, & fertur in bonum abſens, amor vero in præſens & abſens.

3 Amor quotuplex ſit. Tertio notãdum, q̀ amor eſt triplex naturalis, ſenſitiuus, & intelligibilis, primus eſt naturalis inclinatio ad id q̀ eſt conueniens ſecundum naturam quo pacto lapis fertur in locum deorſum, ſecundus eſt inclinatio in id quòd ſenſus iudicat eſſe bonum, tertius ſequitur rationis iuditium.

Differunt aũt amor naturalis, & animalis, qui diuiditur per ſenſitiuum, & intellectiuum, primo nã naturalis conuenit omnibus rebus, animalis tantum cognitionem habentibus, ſecundo, nam naturalis ſequitur formam naturalem ab authore naturæ ſibi inditam, animalis, formam præcõceptam & præcognitam, nil enim amatur incognitum, vt d. Aug. 8. de tr. tertio, nam amor naturalis in actum procedit ſine actuali cognitione, vel apprehenſione ſed per ſolam naturam, animalis vero nõ niſi cognitione præuia, quarto nam amor naturalis non eſt operatio vel actus elicitus, grauitas enim lapidis dicitur eius amor, amor vero animalis eſt actus elicitus & operatio à voluntate progrediẽs, ſexto, nam amor naturalis eſt ad vnum determinatus & eodem modo ſemper ſe habens & neceſſarius, animalis vero in homine maxime eſt liber quia ſequitur ex conſultatione rationis, quia naturalis ſequitur naturã quæ eſt determinata ad vnum, animalis vero cognitionem quæ eſt varia, in brutis tamen non eſt liber quia carent ratione licet appetant modo hãc herbam modo illam id enim eſt ex inſtinctu naturæ 7. naturalis eſt ab extrinſeco, ſcilicet ab authore naturę, animalis vero ab intrinſeco animalis, vltimo nam naturalis eſt potentia reſpectu rei ſibi conuenientis animalis vero rei conuenientis toti compoſito, vt d. D. Thom. q. 26. artic. 1. & Med. His not.

Prima ſit propoſitio. amor eſt paſſio, probatur nam amor eſt effectus agentis in patiente, agens enim naturale in patiente primo dat formã, ſecundo dat motum conuenientẽ formæ, vt generãs dat corpori grauitatem & motum conſequentem illam, grauitas enim quæ eſt principium motus ad locum connaturalem, ob grauitatẽ poteſt dici quaſi amor naturalis. Sic appetibile primo dat appetitiui quandam coaptationem ad ipſum, quę eſt quędam complacẽtia appetibilis ex qua ſequitur motus ad appetibile quia motus appetitiuus quodã circulo agitur tertio de anima: t. 55. quia appetibile mouet appetitũ, faciens in eo eius intentionem quodammodo, & appetitus tendit in appetibile naturaliter conſequendum, vt ibi ſit finis motus vbi fuit eius principium, prima ergo immutatio appetitus ab appetibili dicitur amor qui eſt complacentia quædam appetibilis, ex quo ſequitur motus in ipſum qui eſt deſiderium, & vltimo quies qui eſt gaudium, cum ergo 4 Amor eſt paſſio.

go amor immutetur ab appetibili, proprie est passio secũdum quòd est in concupiscibili, communiter vero secũdum quòd est in voluntate D. Tho. d. quęst. 26. artic. 2.

5 Secunda propositio, amor dilectio, charitas amicitia ad idem tendunt, nã illa omnia significat complacentiã appetitus in appetibili. Est tamen inter ea differentia, nam amicitia est quasi habitus, amor & dilectio significat̃ p modum actus vel passionis, charitas tamen accipitur vtroque mõ, actus tamen differenter significat̃ per hęc tria, amor.n. est communius inter ea, nam omnis amor est dilectio vel charitas, non econuerso, dilectio enim addit supra amorẽ electionem praecedentem, vt nomen sonat, vnde dilectio non est in concupiscibili, sed in voluntate tantum, & in rationali natura, charitas vero addit supra amorem perfectionem quandam amoris, quatenus id quòd amatur magni p̃cij est, vt nomen significat D. Th. art. 3. praeterea dilectio sumitur in bona & mala parte in scripturis teste Aug. 14. ciu. c. 7. ex 5. 10. Io. & 1. Io. 2. sic & amor Io. 21. & 2. Tim. 3. vnde patres volentes vitare hanc ambiguitatem amorem honestum charitatem dixere vt d. Orig. 1. in Cant. quae habetur tom. 7. operum. D. Hier. quos Plato in conuiuio coelestem, & vulgarem dicit.

Amor, amicitia, charitas, dilectio an idem sint, vel differant.

6 Tertia propositio. Amor amicitiae & concupiscentiae differunt, probatur nã amare est alicui velle bonum, & sic motus amoris in duo tendit, scilicet in bonum, quòd quis alicui vult, vel sibi vel alij, & in id cui vult bonum, ad illud ergo bonum quòd quis vult sibi habetur amor concupiscentię ad id vero cui aliquis vult bonum dicitur amor amicitię quae diuisio habetur per prius & posterius, nam quòd amatur amore amicitię simpliciter & per se amatur; quòd vero amatur amore concupiscentiae non simpliciter & secũdum se amatur, sed amatur alteri, & sic amor quo amatur aliquid vt sibi sit bonum dicitur amor simpliciter, amor vero quo amatur aliquid vt sit bonum alterius est amor secundũ quid, quia primum amatur propter se secundum, non propter se sed propter aliud, & is dicitur proprie amicus cui aliquid bonum volumus, id dicitur concupisci, quòd volumus nobis. D. Tho. d. q. art. 4. & in resp. ad 2. Et ita amor concupiscentiae dicitur cum amamus aliquid propter nos, & in nostrum bonum referimus, non quòd sit concupiscentia quia sic est habitus, sed amor ad similitudinem concupiscentiae amor amicitiae dicitur cum bona amato cupimus, & procuramus propter se ipsum & non pp nos. & huiusmodi est amor Dei erga nos, & noster erga ipsius gloriã esse debet. Vnde amor sui secundum partem irrationalem & sensitiuam vituperationem meretur quia plus iusto appetit bona terrena, & id dicitur philantia vel philargia à gręcis quòd est principium omnium malorum, amor vero sui secũdum rationem & partem intellectiuam laudem meretur, vt qui cupit in bonis animae intellectualibus, vel virtutibus excellere ad Dei gloriam, quia quo magis ea excellunt prosunt, nec vnquàm obsunt.

Amor concupiscẽtiae & amicitiae vt differant.

SVMMARIVM.

1 Amoris causa est bonum.
2 Amoris causa est pulchrum, & quomodo.
3 Amor causatur à cognitione.
4 Amor causatur à similitudine, & vt non.
5 Amor ex quibus alijs causetur.

De causa amoris. Cap. VII.

1 PRima propositio bonũ est causa amoris. probatur auth. Aug. 8. de Tr. ca. 3. & 4. ratione sic, nam amor ad appetitiuã potentiam pertinet quae est vis passiua, vnde obiectum cõparatur ad ipsum sicut causa motus vel actus ipsius, oportet ergo quòd id sit causa amoris quòd est amoris obiectũ, sed proprium obiectum amoris est bonum, cũ amor importet quandam connaturalitatẽ vel complacentiam amantis ad amatum, quodlibet vero est bonũ

D. Tho. 1. 2. q. 27.

Amoris causa est bonum.

vni-

vnicuique quòd est sibi connaturale, & proportionatum, ergo bonum est causa amoris, non autem malum nisi sub ratione boni. D.Th.1.2.q.27.ar.1.praeterea Deus vniuersis rebus suas inclinationes & leges distribuit, vt intellectui inclinationem ad cognoscendum veritatem, voluntati cuius actus potissimus est amor, vt pulchrum & bonum amet, vnde sicut obiectum visus est color, sonus auditus, sic obiectum voluntatis est bonum quòd allicit cum quadam congruētia & connaturalitate, ita vt aliud non possit voluntas velle praeter bonū, quòd si quandoque malum & peccatū eligit, id agit sub specie pulchri & boni. Vnde bene officio suo functi erga Deū patriam parentes, & amicos, diligūtur, quia boni sunt, & perfecti.

2 **Amoris causa pulchrum.** Secūda propositio. pulchrum etiam est causa amoris. probatur authoritate Dion.4.de diu.nom.c.4.ratione probatur nam pulchrum est idem bono sola ratione differens, cum enim bonum sit quod omnia appetunt, de ratione boni est quòd in eo appetitus quietetur, sed ad rationem pulchri pertinet, quòd in eius aspectu vel cognitione appetitus quietetur, vnde & illi sensus praecipue respiciunt pulchrū qui maxime cognoscitiui sunt, scilicet visus & auditus rationi deseruientes, dicuntur enim pulchra visibilia & pulchri soni, & sic pulchrum addit supra bonum ordinem ad vim cognoscitiuam, vt bonum dicatur quòd simpliciter complacet appetitui, pulchrum id cuius ipsa apprehensio placet.D.Th.d.ar.1.ad 3.praeterea pulchritudo est velut radius illius summę pulchritudinis ideo eā admiramur & pro bono magno ducitur praeterea pulchritudo corporum pulchritudinē animorum demōstrat interior.n. perfectio exteriorē gignit, illa bonitas dicitur, hęc pulchritudo quae est velut flos quidam bonitatis cuius floris illecebris, vt hesca quadam latens interius bonitas allicit intuentes, participans summam diuinā pulchritudinem quae ad se omnia rapit vt inquit Plato in conuiuio. Ex quibus sequitur quòd bonum & pulchrum causent sui amorem non solum per modū causae finalis sed etiam efficienter, vt d. Gaiet.d.ar.1. Nam bonum vt imprimit voluntati inclinationem, ad se mouet efficienter, vt vero voluntas sic affecta tendit ad boni cōsecutionem mouetur per modum causae finalis.

Causa tamen prima nostri amoris, est Deus, quia dedit hanc inclinationē nostrae voluntati vt bonitatem amet, & animis nostris cōgenita est, vnde parentes filios naturaliter amant, & econuerso maxime vero ex pulchritudine & bonitate aspecta statim gignitur amor, quod in aliud nisi in authorem naturę referri potest, quod dignoscitur etiam ex varijs inclinationibus quas homines à natiuitate habent vt alij ad musicam, alij ad arma, & huiusmodi procliues sint, quòd inde etiam dignoscitur quòd homines in nulla requiescere possunt, nisi in illo qui huiusmodi inclinationē dedit, vt d.Aug.lib.1.conf.cap. 1.fecisti nos domine ad te, & ideo inquietum est cor nostrū, donec quiescamus in te.vnde & Plato in conuiuio.d.quòd Deus in omnibus sui desiderium creauit, quo rapit mundum, & mūdus rapitur in ipsum, cum nullum corpus sit pulchrum omnino si enim in vna parte formosū est in alia deforme hodie pulchrū cras deforme ergo corporis pulchritudo prima pulchritudo esse non potest vnde vera & prima pulchritudo est Deus, & cū pulchritudo ametur, vt flos bonitatis cuius floris illecebris, vt esca quadam latens interius bonitas allicit intuentes, necessario omnes ad primum pulchrū, & bonum naturaliter tēdunt, vt inquit Plato in conuiuio.

3 **Amor causatur a cognitione.** Tertia propositio. Cognitio est causa amoris, probatur authoritate Aug. 10. de Tr. in principio vbi d. nullum amare incognitum. Ratione sic, nā bonum est causa amoris per modum obiecti vt supra, sed bonum non est obiectum appetitus nisi vt apprehensum, ideo amor requirit aliquam apprehensionem boni quòd amatur vnde 8. eth. c.5. & 12. dicitur quòd visio corporis est causa amoris sensitiui, vel principium & contēplatio spiritualis pulchritudinis vel bonitatis est principiū amoris spiritualis,

quia bonum non potest amari nisi cognitum, ergo cognitio est causa amoris. D. Th. d. q. ar. 2. Et cognitio est causa præcipua amoris & non per accidēs, vt d. ibi Med. Vnde cū amor ex iudicio boni oriatur in manu nostra est, eum non admittere, nil enim in creaturis est tam excellens bonum quin aliquod malum mixtum habeat, quòd nobis potest displicere.

4 Amor causatur à similitudine, & vt non.

Quarta propositio, similitudo est causa amoris. probatur Eccl. 3. & ex Platone in conuiuio. ratione probatur, nam ex quo aliqui sunt similes quasi habentes vnam formam, sunt quodammodo vnum in forma illa, vt duo homines sūt vnum in specie humanitatis & duo albi in albedine, & ideo affectus vnius tendit in alterum, vt in vnum sibi, & vult sibi bonum vt & sibi, & sic similitudo actualis est causa amoris amicitiæ, concupiscētię vero similitudo potentialis, probatur nam cuilibet existenti in potentia, vt huiusmodi inest appetitus sui actus, & in eius consecutione delectatur, si sit sentiens & cognoscens, sed in amore concupiscentiæ amans proprie amat seipsum potius quàm alium, quia vnus est sibi in substantia alteri in similitudine alicuius formæ, ideo si ex eo q̄ est sibi similis in participatione formæ, impediatur ipsemet à consecutione boni quòd amat, efficitur ei odiosus, non vt est similis, sed vt est impeditiuus proprij boni, & sic inter mercatores est rixa quia se impediūt in cōsecutione proprij boni, inter superbos D. Thom. d. q. art. 3. q̄ etiam similitudo sit causa amoris, ꝓbatur ex Platone in conuiuio, quia simile idem quodammodo efficit, & cū homo amet se, amat etiam sibi simile, maxime vero facit animorum similitudo, vt idē Plato. d. & infra dicetur cum de effectibus amoris erit sermo.

5 Amor ex quibus alijs causetur.

Quinta propositio. alia passio animæ non est causa amoris vniuersalis, licet particularis esse possit. probatur nā nulla alia passio est quæ nō supponat amorē, quia omnis alia passio animæ importat motum ad aliquid, vel quietem in aliquo, sed omnis motus vel quies in aliquo procedit ex quadam cōnaturalitate quæ pertinet ad passionem amoris, vnde nulla alia passio animæ vniuersaliter potest esse causa amoris, potest tamē esse causa alicuius amoris vt vnū bonum est causa alterius. D. Thom. d. quæst. art. 4.

Plato tamen in conuiuio. vt ibi exponit Marsil. assignat alias causas amoris particularis d. facile fœminas viros capere & eo facilius quæ masculam indolem induunt, & maxime eos viros qui similiores sunt viris quàm fœminis, & habent sanguinem lucidiorem subtiliorem calidiorem, in quibus cōsistit amatoria illaqueatio. Ex maribus eos facile mulieres capere qui sanguinei sūt potissimum & quadam parte colerici, oculos amplos habent glaucos, & nitentes, maxime si caste viuunt; Irretiūtur etiam cito qui eadem complexione sunt præditi, flegmatici in quibus dominat pituita, nunquàm melācolici in quibus atra bilis dominatur vix capiūtur, capti nūquàm fere liberant, quādo sanguineus vincit sanguineum, leue iugū est, quia similis cōplexio mutuū creat amorem, si colericus colericum durior est seruitus, vt d. Mars. in conu. c. 9. sed quia voluntatis actus est in hominis potestate, ideo has inclinationes naturales vitare potest rationis & diuinæ legis, & gratiæ auxilio.

SVMMARIVM.

1 Amor causat vnionem.
2 Amoris effectus est mutua adhæsio, & quomodo.
3 Amare amantem est naturale.
4 Amor an faciat extasim, & qūo.
5 Amor causat zelum, & quomodo.
6 Amor boni conuenientis non lędit amantem disconuenientis sic.
7 Amor est causa omnium quæ homo agit, & quomodo.

De effectibus amoris. Cap. VIII.

1 D. Tho. 1. 2. q. 28.

Rima propositio. Amor causat effectiuè vnionem realem, eā vero quæ, est secundum affectum ipse amor dicitur facere formaliter. ꝓbatur ex Dion. c. 4. de Diu. nom. d. quòd

amor

amor est virtus vnitiua in homine, probatur nam duplex est vnio amantis ad amatum, vna secundum rem quando præsens est amans amato realiter, alia secundum affectum quæ consideratur ex apprehensione præcedente, motus.n. appetitiuus sequitur apprehensionem, sed cum sit duplex amor concupiscentiæ & amicitiæ, vterq; procedit ex quadā apphensione vnitatis amantis ad amatū, nā cum quis aliquid amat apprehendit id tanquam pertinens ad suum bene esse, similiter cum quis amat aliquem amore amicitiæ vult ei bonum, vt & sibi, vnde amicus dicitur alter ipse, primam ergo vnionem facit amor effectiue, quia mouet ad desiderium & quærendum præsentiam amati, vt sibi conuenientis secūdum facit formaliter, quia ipse amor est talis vnio vel nexus, vnde à d.Aug.8.de Tr. c.10.dicit amor iunctura quædam duo copulans, vel copulare incendens. D.Th.q.28.ar.1. quæ iunctura est & corporum, qua corporaliter vult quis iūgi amato, & animorū, vt sit in duobus corporibus animus vnus, vnde vulgatum est id, amicorum esse idem velle & nolle, & quòd amicus alter ipse est vt d. Plato. li.6. de legibus, vnde Aug. lib.4.cōf. c.6. vocat amicum dimidium animæ suæ, vnde prouenit & id pitagoricum, amicorum omnia esse communia, preterea differentia est inter intellectum & voluntatem, quòd cognitio perficitur per hoc ꝙ res vnitur cognoscēti secundum suam similitudinem vnde cum intellectus res intellegit efficit eas sibi simillimas ita vt res corporales faciat spirituales, voluntas vero quando rem amat fertur ad rem, in eam se transformat, eam amplectendo & illi se copulando, quæ transformatio amantis in amatum spiritualis est, & totus extra se fit, totus in amato est, & amans paulatim moritur in se, viuit autem in amato, vnde Plato in conuiuio d. quòd amantis animus in proprio corpore mortuus est in alieno viuit, dicit vero mori qui amat, quia eius cogitatio sui oblita semper in amato versatur si de se non cogitat, nec in seipso operatur; cum præcipua animi operatio sit cogitatio qui in se non operatur, nec in seipso est, quia se comitantur esse & operari, si in se non est non etiam viuit in seipso, qui non viuit mortuus est, vnde in se mortuus est qui amat; Et vbi amatus non amat amantem ibi omnino mortuus est, quia vt supra, non viuit in se, nec in amato, cum ab eo reijciatur, nec reuiuiscit, nisi indignatio eū suscitet, ita Plato loco prędicto præterea cum voluntas sit animi nostri rectrix quocumque se vergit omnia secū trahit, & ideo in amato est per intellectum voluntatem & omnes potentias.

1 Amor causat vnionem.

Secunda propositio; mutua adhesio est effectus amoris secundum cognitiuam & appetitiuam potentiam, & redamationem primo modo, quia amatum immoratur in apprehensione amantis, & amans dicitur esse in amato secundū apprehensionem quatenus amans non est contentus superficiali apprehensione amati, sed nititur singula ad amatū pertinentia intrinsecus inquirere, & sic ad interiora eius ingreditur. Quo ad vim appetitiuam amatum dicitur esse in amante prout est per quandam complacentiam in eius effectu, vel vt delectatur in eo, aut in bonis eius per p̄sentiā, & si abest quòd per desiderium tēdat in ipsum amatum amore concupiscentiæ, vel in bona quæ vult amato si sit amor amicitiæ. Econuerso amans est in amato, aliter per amorem concupiscentiæ aliter amicitię, quia amor concupiscentiæ non quiescit in qualibet extrinseca, & superficiali adeptione, vel fruitione rei amatę, sed quærit eā p̄fecte habere quasi ad intima eius perueniens, sed in amore amicitiæ amās est in amato, quatenus reputat bona vel mala amici, vt sua, & voluntatem amici vt suam, vt in amico videatur quasi eadem velle & pati, quòd proprium amicorum est 9.eth. quasi idem factus amato, & quatenus agit propter amicum vt propter se, sic amatum est in amāte, tertio mutua adhesio inuenitur in amore amicitiæ secundum viam redamationis, quatenus amici seipsos mutuo amant, & sibi inuicem bona volunt & operātur. D. Th. d.q.art. 2. Et vbi duo se mutuo amant,

2 Amoris effectus est mutua adhesio, & quomō.

iste in illo ille in isto viuit, vicissim huiusmodi homines se commutant, & se vterque alij tribuit vt accipiat alterū, sed quomodo quis alterum habet cum se non habeat? habet se vterque & alterum, iste se habet sed in illo, ille se possidet, sed in isto, nam qui amat se amantem, in eo de se cogitantem se reperit, & se negligentia sua amissum recuperat: Idem & alter facit; mirum & id apparet, nam si quis se amisit, si per alium se redimat, per alium se habet, si per alium se habet, alterum prius ac magis habet quàm se, cum se non aliter quàm per alterum medium inueniat; in hoc enim vis cupidinis à Martis dissidet violentia, imperium enim & amor sic differunt, imperator per se alios possidet, amator per alium se complectitur, & vterque amantium longior à se fit, propinquior alteri, & in se mortuus est, in alio reuiuiscit, vna vero in amore mutuo mors est, reuiuiscentia duplex, quia moritur qui amat in se semel cū se negligit, reuiuiscit in amato statim ac cū ardenter reamat, item reuiuiscit cum in amato se recognoscit, & amatum se
3 scit, ita Plato in conuenio & ibi Mars.

Amare amantem est naturale.

Ex his colligitur quòd amare redamantem naturale est, & aliter faciens vituperatione est dignus prima probatur nam qui aliquem amat, ab amato bonus vir æstimatur vnde vt bonus, quod obiectum est amoris, merito redamatur, vel vt d. Platonici, amoris mater est similitudo, ergo quæ te inducit vt me ames, eadem me ad te redamādum adducit; præterea amans amati faciem, & imaginem in animo suo sculpit, quo fit vt amantis animus speculum quoddam reddatur in quo relucet forma amati cū ergo amatus in animo amantis se intuetur & recognoscit, amare illum compellitur, vt & infantes imagines suas in speculis osculātur, præterea amans se amato dat, & sibi se aufert, hunc ergo amatus, vt rem suam caram habere curat, secundum probatur, nam amor est id quo voluntas amantis amato conceditur quo dono nil maius esse potest sic enim omnia sua ei tradit, cum voluntatis propriæ cum dominum faciat, quæ omnium bonorū suorum rationem habet; nil nisi de illo cogitans, nil nisi quòd amatus vult volēs, & se ei omnino tradit, qui ergo sic alterius voluntatem retinet, nisi redamet vituperatione est dignus, sicut enim si videns aliquem sui causa honore vita, vel diuitijs spoliari & ei opem non ferat, nota est dignus, sic videns aliquem extra se positum, & in seipso transfusū indignum est non redamare. Vlterius vt cum Platonicis loquar. Iustitia est, in mutuo amore non reddito vindicta, homicida est morte puniendus, at homicida est qui amatur, cum animā ab amante se separet, is item moritur, debita ergo restitutio hęc est, quando hic illi, & ille huic reddit animam quam accepit, vterq; amando suam tradit, & redamando per suam restituit alienā. Vnde iure qui amatur & qui amantem non amat, homicidij est reus, imo fur, homicida, sacrilegus, pecunia à corpore possidetur corpus ab anima, qui ergo animā accipit, à qua corpus & pecuniæ possidētur, animā corpus, & pecuniam accipit, vnde triplici morti est obnoxius, nisi redamet amantem. Hęc autē intelligunt de amore amicitiæ, nō concupiscentiæ quę est fascinatio quædam
apud Platonicos etiam. 4

Amor an faciat extasim, & quomō.

Tertia propositio. amor dispositiuę facit eam extasim, quæ dicitur apprehensiuæ potentię, directe, & simpliciter extasim facit amor amicitiæ, & secundum quid amor concupiscentiæ, probatur authoritate Dion. c. 4. de diu. nom. d. quòd diuinus amor extasim facit, & cum omnis amor sit similitudo participata diuini amoris, ideo extasim facere dicitur. Ratione probatur nam extasim pati dicitur quis cum extra se ponitur, quòd contingit & secundum vim apprehensiuam, & appetitiuam, primo modo, quando quis ponitur extra cognitionē sibi propriam, vel quia ad superiorem subleuatus homo eleuatur ad comprehendendum aliqua quæ sunt supra sensum & rationem, quia ponitur extra connaturalem apprehēsionem rationis & sensus, vel quia ad inferiora deprimitur vt cum quis in furiam cadit: secun-

dum

dum uim appetitiuam qn̄ appetitus alicuius in alterum fertur existens quodammodo extra seipsum, primam exstasim facit amor dispositiue, quatenus scilicet facit meditari de amato, vt supra quia intenta meditatio vnius abstrahit ab alijs, secundam extasim facit amor directè scilicet appetitiuam simpliciter amor amicitiæ, secundum quid amor concupiscentiæ quia in amore concupiscentiæ amans fertur extra se, quatenus scilicet non contentus amare ꝙ habet, quærit frui quòd extra se est, sed quia id bonum extrinsecè quærit sibi habere, ideo simpliciter non exit extra se, in amore autē amicitiæ affectus alicuius simpliciter exit extra se, quia vult amico bonum, & ei operatur quasi curam ipsius habens. D. Tho. d.q. art. 3. Vnde extasis duobus modis cōtigit, vel timore terrenorum, vel mente rapta ad superna & inferiorum oblita.

Raptus tamen addit supra extasim violentiam quandam, vt d. D. Th. 2. 2. quæst. 175. articul. 1. & 2. quia extasis significat simpliciter excessum à seipso non per violentiam aliquam, sed per quandam inclinationem volūtatis cui nulla uis inferri potest raptus vero addit supra extasim violentiam quandam, id enim dicitur violentum cuius principium est extra nihil conferente vim passo. 3. eth. vnde qui rapitur oportet, quòd ab aliquo exteriori rapiatur in aliquod quòd est diuersum ab eo in ꝙ eius inclinatio tendit, vel quo ad finem, vt si lapis sursum feratur vel quo ad modum, vt cum velocius projicitur quàm sit eius motus naturalis. sic anima primo dicitur rapi quando rapitur ad pęnas; secundo quo ad modum homini connaturalem, qui est vt per sensibilia intelligat veritatem, & ideo quando abstrahitur à sensibilium apprehensione dicitur rapi etiam si eleuetur ad ea ad quæ naturaliter ordinatur modo id non fiat ex propria intentione, vt contingit in somno; Hæc vero abstractio ad quæcunque fiat, potest contingere, vel propter infirmitatem secūdū, quam aliqui alienationem patiuntur; vel dęmonis vi vt patet in arreptitijs, vel virtute diuina, vel ex vehementia amoris, & hic est sermò de raptu cum quis eleuatur ad aliqua super naturalia cū abstractione à sensibilibus, et maxime qn̄ corpus à terra eleuatur tunc enim tanta fortitudine Deus animā ad se trahit vt etiam corpus deferat, vt sole terra vapores trahit, cui tractioni anima non potest resistere licet tractus ille dulcissime fiat, & corpus velut mortuum manet, & calore destitutum, & sic eleuatus homo a terra secreta Dei intuetur quæ nemo recensere valet nisi expertus, & inde terrena omnia ei vilescunt.

Hæc extasis etiam in Deo inuenitur, vt docet Dion. ca. 4. de Diu. nom. non ꝙ in summa illa sapientia aliqua mentis alienatio inueniatur nec quòd aliquid sine præuia consideratione peragat, sed quia diuina virtus & bonitas ad varios effectus deriuatur per creaturarum gubernationem & suauem omnium rerū dispositionem accipiēdo sic zelum pro feruenti amore Dei erga nos, & sic est in eo, ita accipitur. Ex 20. ego Deus zelotes. Cant. vlt. fortis est vt mors dilectio, ita vt nec morte superetur. Ex hac extasi varij etiam alij in amantibus effectus sequuntur cum enim in perpetua sint amati cogitatione & cura, calor à ventriculo auocatur ad cerebrum, vnde oritur cruditas & sanguinis exhaustio, in ore pallor, anhelitus, compressio, ex animi intensione suspiria, maxime ad intentionem vel mentionem rei amatę, quasi sic graui onere leuentur, & qn̄que lachrimę exeunt, nam ex calore illo capitis liquescit humor à cerebro distillans per oculos, canunt quandoque ad recreandum animum defessum, intentissime rem amatam expectant, nec alio cogitationem oculos ve vertūt, mō frigent modo feruent, nec sciunt loco cōsistere, frigent quia à calore proprio deseruntur, hoc sequitur timor, calent si Deum diligūt, cum superni radij fulgoribus accendantur, calorem audatia sequitur, ideo timidi & audaces sunt, ex timore ad opera grandia insurgunt quę vires & ingenium excedunt, res magni animi aggrediuntur pericula subeunt, & etiam auari patrimonia fundunt superbi

perbi se demittunt, & fortissimi timent amati aspectum, suspirant etiam quòd seipsos perdunt, gaudẽt quòd in melius quoddam se transferunt & quid agant ignorant vel quærũt, Deum enim ignorant, cuius sapor occultus odorem quẽdam sui dulcissimum operibus suis inseruit, vt inquit Plato in conuen. & ibi Marsil.

5 Amor causat zelum, & quõ.

Quarta propositio. zelus ex amoris intentione causatur, aliter tamen in amore amicitiæ, quàm concupiscentiæ primum probatur, nam quanto aliqua virtus intẽsius tendit in aliquid, fortius repellit omne contrarium cum ergo amor sit quidam motus in amatum, intensius amor quærit repellere omne sibi repugnans, secundum probatur nam in amore concupiscentiæ qui intensè aliquid concupiscit, mouetur contra id quod repugnat quietæ fruitioni eius ꝙ amatur, & sic viri dicuntur zelare vxores, ne per consortium aliorum impediatur singularitas quam in vxore quęrunt, sic qui quærunt excellentiã mouentur contra omnes qui excellere videntur qui est zelus inuidiæ, sed amor amicitiæ quærit bonum amici, vnde qñ est intensus facit moueri contra omne id quòd repugnat bono amici, & sic dicitur quis zelare pro amico, quando repellere studet quæ contra eum fiunt, sic etiam quis zelat pro Deo, quando secundum posse conatur ea repellere quę sunt contra honorem Dei. vt 3. reg. 19. zelatus sum pro domino exercituum. zelus domus tuę comedit me & Nu. 25. D. Th. d. q. art. 4.

Notandum autem, vt ibi d. Gaiet. ꝙ zelus sumitur dupliciter, primo causaliter pro feruẽti dilectione, & formaliter pro tristitia deficiẽtium sibi vel amicis, vt d. Arist. 2. Rhet. cap. 1. & hoc secundo modo dic sumit D. Th. pro metu vel tristitia ne aliqd desit sibi in amore concupiscentię vel amicis in amore amicitię.

Notandum esse bonum, quòd quis amat vel perfectum quòd potest à multis simul possideri, vt cognitio veritatis & de huiusmodi non est zelus, quia nemo inuidet alij cognitionem veritatis, nisi quatenus is ex hoc præ alijs honoratur, aliud bonum imperfectum, vt honores & delectationes, & sic ex amore talis boni quãdo est inordinatus gñatur zelus. Notãdum etiam quòd differt zelus à zelotipia nam secundum est zelus de forma aliqua quam quis concupierit. zelus vero est nomen commune, & significat tristitiam quæ causatur ex eo quòd quis potitur bono ꝙ alius cupit. 6

Amor boni conuenientis nõ lędit amã tẽ, disconuenientis sic.

Quinta propositio, amor boni conuenientis non lędit amantem, disconuenientis sic, & etiã ex parte materiali potest esse læsiuus. probatur primum ex Dion. 4. de Diu. nom. d. quòd singula se amant contentiue, idest conseruatiuè. Ratione probatur nam amor significat quandam coaptationem appetitiuæ virtutis ad aliquod bonum, vt supra sed nil quòd coaptatur ad aliquid quod est sibi cõueniẽs, hoc ipsum lędit, sed magis melioratur. Ratio secundi, nam quod coaptatur ad id quòd sibi non conuenit lęditur, vnde homo maxime melioratur per amorem Dei, deterioratur vero per amorẽ peccati, & id intelligitur de amore quo ad id quòd est formale in ipso, quo vero ad id quòd est materiale in passione amoris, quòd est aliqua immutatio corporalis, potest esse ꝙ amor sit læsiuus ob excessum immutationis, vt cõtingit de sensu & de omni actu virtutis animæ, qui exercẽtur ꝑ aliquam immutationem organi corporalis. Vnde amori tribui possunt. 4. effectus proximi. s. liquefactio, fruitio, languor, & feruor. liquefactio opponitur congelationi, quæ enim congelata sunt in seipsis constricta sunt, vt non possint de facili subintrationem alterius pati, ad amorem vero pertinet quòd appetitus coaptetur ad receptionem boni amati, prout amatum est in amante, vnde cordis congelatio vel duritia est dispositio maxime amori repugnans, liquefactio vero importat quandam cordis mollificationem qua exhibet se cor habile, vt amatum in ipsum subintret, si ergo amatum fuerit præsens, & habitum causatur delectatio vel fruitio, si vero fuerit absens consequuntur duæ passiones scilicet tristitia de absentia quæ significatur per languorem, vnde Tullius. 3. Tusc.

Tusc. Tristitiam ægritudinem vocat, sequitur etiam ex absentia amati, desiderium intensum de consecutione amati, quòd significatur per feruorē. D. Th. d. q. 28. ar. 5. in corp. & ad primum. Et de languore loquitur sponsa Cant. 2. stipate me malis quia amare langueo, & Cant. 5. qui effectus ex amore oritur quando enim amatum ab amante longius recedit, amans desiderio naturali ac cogitatione rem amatam prosequitur & ideo minus corpori suo communicat, & ideo corpus vel de relinquit vel languidum ita ac infirmum reddit, vt id apertis signis perspicuum appareat, quia vt vulgo dicitur, ibi anima magis est vbi amat quàm vbi animat. vnde ꝓuenit pallor faciei, cordis subiti motus, & huiusmodi.

7 Amor est causa omnium quę homo agit, & quo modo.

Sexta propositio. amor est causa omnium quæ homo agit ꝓbatur ex Dion. c. 4. de Diu. nom. d. quòd propter amorem boni omnia agunt quæcunq; agūt, ratione probatur nam omne agens agit ob aliquem finem, finis vero est bonum amatum & desideratum vnicuique nemo enim intendens ad malum operatur, vnde patet quòd omne agens, agit quamcunque actionem ex aliquo amore. D. Th. d. q. ar. 6. Et de hoc est actum supra in principio. Hæc de amore.

SVMMARIVM.

1 Amor qualiter secundum sacros & philosophos curetur, spiritualiter & corporaliter.

2 Amor, secūdum medicos, vnde causetur, quomodo cognoscatur amans, & vt curetur.

De curatione amoris. Cap. IX.

1 Amor qualiter secū dū sacros & philosophos curetur.

Curatur autem amor concupiscentiæ multis modis primo, modo naturali per tēporis internallum. sicut & alij morbi, vt enim in vita pituitus manet, dum in venis tabifidi sanguinis fex remanet, vel salsedo dum pituita viget in membris, sic fascinatio amantium cordi infixa, à corde in venas ab his in membra pertransit, quæ purgata amantium cessat inquietudo, quòd in omnibus longum spatium exigit. at in melancolicis lōgissimum; Addenda est huic purgationi naturali diligens artis industria, & præcipue cauendum ne lumina luminibus iungantur, sanguis enim in adolescētia subtilis est & clarus calidus & dulcis, qui similes sibi radios per oculos ceu vitreas fenestras emittit, radius ab oculis emissus vaporem spiritualem secum trahit, & hic vapor sanguinem, vnde lippos oculos habentes radij sui emissione sibi proximos simili morbo laborare cogunt, virulentus enim aculeus oculi in aliquē intentus, sanguineum vaporem illum, qui spiritus, dicitur intendit, & transuerberat oculos, & cum à corde percutientis mittatur, hominis percussi præcordia, vt regionem propriā repetit, cor vulnerat, & in eius duriori dorso hebescit & redit in sanguinē, peregrinus hic sanguis à saucij hominis velut natura alienus sanguinem eius proprium inficit, infectus sanguis ęgrotat, & sic aspectus adolescentis fascinat seniorem, contra non ita, nisi cor eius ob infantiā sit mollissimum, vnde fascinatur senior & clamat sanguinem suum repetens in adolescente manētem, vt de lisia & phedro Plato in conuiuio tradit.

Vlterius animus pluribus grauibus negotijs applicandus, sæpe sanguis minuendus, vino claro vtendum, sæpe etiā multum bibendum, vt veteri sanguini venenato nouus accedat, exercitatione vsque ad sudorem vti præstat, & ea adhibenda quæ ad cordis & cerebri præsidium phisici adhibent & peccata confitendo frequēter, cum detur gratia, qua resistitur tētationibus, curatur & amor sensus auocando à re, & cogitationem, peruerse amata, ex visu eius concupiscentia fit ardentior. Gen. 3. proderit ēt. considerare defectus qui sunt in re amata, & mala quæ affert amor peruersus, scilicet iniurias, inimicitias, bella & c. vt d. Cic. 4. Tuscul. proderit etiam animum vt supra in alijs occupare, cum amor sit otiosorum negotiū, teste Diog. lib. 6. & ad vere amabilia, Deū scilicet

cou-

conuertẽdns, vt d. etiam Cic. 4. Tuscul. & infra habetur considerando etiam amorẽ peruersum vitam breuiorem reddere cum ex vsu frequẽti venereorum calor naturalis minuatur & humidum exsiccetur vnde mors aduenit.

Hęc curatio est corporalis. Spiritualiter vero curatur amor, cũ Platonicis loquẽdo, ex cõsideratione diffinitionis quę est, quòd sit pulchritudinis desiderium, at pulchritudò nã est corporeum quiddam sed spirituale, nam vt corpus sit pulchrum, oportet vt membra corporis suo loco sint sita, & paribus interuallis oculi naso sint proximi, paribus aures distẽt ab oculis, requiritur etiam partium modus, vt tres nasi in longum dispositi totius vultus impleant magnitudinem aurium vtrarumque semicirculi iuncti oris aperti circulum faciãt, & idem coniunctio superciliorum efficiat, lõgitudo nasi longitudinem labri compleat, & auris similiter, duo oculorum orbes, vnum oris ęquent hiatum, octo capita corporis proceritatem comprehendant & eandem monstrent brachiorum in latus extensio, & crurum similiter ac pedum, & vt linearum attractus & colorum sint artificiosi, quæ omnia licet sint in materia tamẽ vlla pars corporis esse non possunt, ordo. n. membrorum nil est, cum sit decens partium interuallum, distãtia vel nil est, vel inane, vel tractus linearum, lineæ cum careant latitudine & profunditate corpora esse non possunt, ergo, præterea corpora nulla omni ex parte formosa, ergo, vlterius placet animo alicuius personæ species, non vt est in materia sed vt eius imago per visum ab animo capitur imago illa in visu & animo cũ sint incorporei, corpus esse non potest, vlterius pulchritudo de corpore simpliciter dici non potest, cum dicatur de sono ergo, præterea pulchritudo corporis est simulachrum participatum diuinæ pulchritudinis in diuina excellentia existentis, qui ergo corpus intuetur si ferino id appetitu conspicit, feram induit, si tantummodo species & lineamenta contemplatur obtusus est, ergo oportet vt simulachrum ad prototipum referat & in eo diuinam pulchritudinem admiretur suspiciat & amet, quo amore accensus cum sponsa langueat, & in extasim prorumpat.

Quòd si hæc sacra & philosophica monita non sufficiunt, ad medica est recurrendum, nam etsi voluntas non mouetur necessario ab appetitu sensitiuo, cum sit domina sui actus, & proinde sit domina suæ volitionis, & sic possit repellere malas cogitationes, nec eis assẽtire & proinde rationi subijcere appetitum sensitiuum, vt inquit D. Tho. 1. 2. q. 9. art. 2. & q. 17. art. 7. si tamen passio sit vehemens, quo ad inclinationem potest turbare voluntatis imperium vt supra est dictum, & probat. D. Th. 2. 2. q. 95. & 1. 2. q. 71. art. 2. ad 3. q. 75. art. 2. ad primum q. 77. art. 1. licet vires sensitiuæ obediant rationi. 1. de anima. t. 42. 47. & 1. eth. c. vlt. D. Th. ibi, & motus appetitus sensitiui non sit peccatum, nisi volũtas ei assentiat. ex Conc. Trid. sess. 5. & probat Valentia. 1. 2. disp. 6. quęs. 4. puncto. 2. & sequitur etiam Galenus, qui cum in lib. quòd mores animi temperaturã corporis sequantur, dixisset, mores sequi naturam corporis temperaturę, postea tamen li. artis Medicinalis, ca. 36. d. intelligi tantum quo ad naturam, & inclinationem, non aũt quo ad ea quæ ex philosophia comparãtur, & sic quo ad ea quę pertinent ad voluntatem, ideo optimum est adhibere medica remedia ad moderandas passiones sensitiuas, quæ sunt actus corporei organi prout facit ecclesia ieiunia iniungendo, vigilias, & huiusmodi ad carnem domandam, vt per ea caro maceretur, & per huiusmodi actus pœnitentiæ homo mereatur donum castitatis à Deo impetrare, & à carnis impugnatione liberati. vt inquit. Cassia. collat. 12. c. 4. 2 Amor secundum medicos, vnde causetur, qũo cognoscatur amãs, vnde causetur, & vt curetur.

Hæc autem vt aptius intelligantur, notandum in proposito, de amore cum medicis & poetis loquendo, quòd amor est quidam affectus animi, cum intensa cogitatione desiderio & sollicitudine ad aliquam rem placitam obtinẽdam. vt d. Gal. de simpl. med. lib. 3. c. 16. & vocatur à poetis dulcis & amarus, quia initio blanditijs delectationem & tran-

quilli

qualitatem magnam promittit, sed ie-ctis eo acerbam vitam ducere facit: vt dicit Virgilius.

Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem,

Durus amor, nempe abruptis turbata procellis

Nocte natat cœca secus freta, &c.

Et discordias gignit, ob quod fabulosè dicit Aristophon cum de cœlo detrusum, eo quòd discordias inter Deos sereret: & idem hominem reddit ratione orbatum, ob quòd Poetæ finxerunt Iouem in taurum animal lasciuum, & furibundum esse conuersum, & ex eo bella, euersiones regnorum, & ciuitatum, incendia, & alia innumera mala oriuntur: vt inquit Euripides pingitur etiam arciferus, alatus, celer, vt inquit Orpheus in himnis,

Iucundum, magnum, gratum cantamus amorem,

Arciferum, alatum, celerem, flammisque potentem.

Describitur etiam puer sine veste, cæcus, quòd homines amentes reddat, & cæcos ĩ via rationis: vt inquit Marulus:

Quis puer hic? Veneris plenæ quæ causa pharetræ;

Non benè prouisus certaq; arma mouet.

Cur sine veste Deus? simplex puer odit opertum.

Vnde puer? pueros ꝙ facit ille senes:

Quis pennas humeris dedit? inconstantia, quare

Nulla Deo frōs est? signa inimica facit.

Quæ sors eripuit lucem? immoderata libido;

Cur macies? vigilis curæ dolorq; facit.

Quis cæcum præit? ebrietas, sopor, otia, luxus.

Qui comites? Rixæ, bella, odium, opprobrium, vt casus Leandri, & Heros, Helenæ raptus, Didonis calamitas, Medeæ impietas, Aegisti & Clitemnestræ funestus euentus, & Pirami ac Tisbes, & aliorum innumerorum, ostendunt. Vel alatus fingitur ad notandum inconstantiam hominum Amantium in rebus bonis eligendis, Sagittæ illi tribuuntur, ob supplicia quæ insani amantes patiuntur; cæcus describitur ob turpitudines quæ ab hominibus suæ dignitatis, oblitis committuntur; cæcus ad explicandam turpitudinem libidinosorum.

Sed vt hæc poetica relinquamus, ad medica est faciendus recursus. Amor habet sedem in hepate, qui est officina sanguinis, vnde sanguinei magis ad amorem sunt proni, & magis viri, quàm mulieres, hæ tamen amore captæ, difficilius sanantur, quia post amissam honestatem solo desiderio aguntur, & appetitu.

Causæ amoris procatarcticæ sunt, otium, lasciuia, nimiæ delitiæ, solitudo, lectiones amatoriæ, sermones blandi, ioci, soni musicales, cantilenæ, choreæ, mundities, habitus corporis comptus, pulchritudo visa, vel audita laudari, risus iuuenilis, intuitus lasciuus, adulationes, ebrietas, crapula, munuscula, & huiusmodi: vt dicit Ouidius lib. de remedio amoris.

Otia si tollas, periere cupidinis arcus, & alius.

Vina, lauacra, venus mortalia corpora frangunt.

Causæ antecedentes sunt obiectum delectabile imprimens suam speciem in virtute imaginatiua, & æstimatiua; secundò, ventriculus cerebri in quo viget æstimatiua; tertiò, assidua cogitatio de obiecto placito, & delectabili; quartò, fœlicitas quam patiens sibi proponit si obiecto illo vti liceat.

Causa coniuncta est mala complexio melancolica à dictis causis inducta & confirmata, per quam facultas imaginatiua malè imaginatur, & cogitatiua malè cogitat, & sine ordine rationis iudicat, faciendo quæ amentes faciunt pernoctando ante fores amatæ, algorem, frigus, æstum, & sitim patiendo, & bona sua dilapidando, & huiusmodi mala patiendo.

Signa huiusmodi affectus sunt, color citrinus, profunditas oculorum, eorum siccitas, & priuatio lachrimarum, motus assiduus palpebrarum risibilis, quasi aspiciat rem delectabilem, vel audiat cantilenas ob animum fixum cir-

ea amasiam, anhelitus multæ intersectionis cum suspirijs, cum anima sit abstracta in cogitatione rei amatæ. Audiens cantilenas disponitur ad risum, & lætitiam, si de recenti habet gratum nuntium munus vel simbolum amoris amatæ, vel ad fletum, & tristitiam si certus est se repudiari, & alium ei præponi, omnia eius membra ob assiduas meditationes arefiunt, & marasmo afficiuntur, præter oculos qui graues magni & turgidi fiunt, graues ex humoribus melancholicis ad eos defluentibus, & resolutionem spirituum ob multas vigilias, magni ob continuum motum attrahentem, nullum etiam in suis gestibus ordinem seruat, nec decorem, nunc manus agitando, nunc pedes, nunc sedendo, nunc surgendo, modo se prosternendo, vel attollendo oculos, vel humi deprimendo, & insulsa loquendo, & si in suis cogitationibus profundatur, actio animæ & corporis corrumpuntur, quia animam sequitur corpus in suis actionibus, anima verò imitatur corpus in suis passionibus cum mores animi sequantur temperaturam corporis naturaliter; vnde anima secundùm temperaturam corporis biliosam mouetur ad iram, secundùm sanguineam ad gaudium, &c. secundùm tamen mores, & habitus acquisitos per philosophiam, vel bonam educationem, anima non sequitur temperiem corporis, sed disciplinam. Ex pulsu etiam dignoscitur si quis amat, vnde si medicus illum tangendo, & memorando nomen, cognomen, artem, ætatem, &c. eius de qua suspicatur, ad nomen eius fiet pulsus diuersus: vt dicit Galenus ad Posthumum, cap. 6. & intersectus, & patiens in faciem mutabitur ad diuersum colorem.

Qui hanc verò speciem melancholiæ patiuntur, nisi citò eis succurratur, maniaci fiunt, & marasma consumpti moriuntur.

Cura porrò his hæc est adhibenda, primò studendo ne patiens assiduis cogitationibus immergatur, & ideò adsint amici dilecti, & eloquentes, qui verbis mellifluis læniant ægrum, & ad lætitiam inducant, spatietur æger per hortos amenos floribus refertos, & propè fontes claros, & flumina, & soni ac cantus adhibeantur: cibi sint humectantes, nisi affectus sit ex retentione spermatis, tunc enim ieiunium conferre potest. Vinum odorum sit & temperatum, adhibeatur & balneum paruæ moræ ex aqua dulci tepida, in qua flores maluarum, & violarum decocti sint, cauendo sudorem nimis exiccantem, somnus etiam confert, & vigilans occupetur ruri circa arborum insitiones, & hortos, venationes & aucupia, vt dicit Horatius:

Amite leui rara tendat retia,
Turdis edacibus dolos,
Pauidumq; leporem, & aduenam laqueo gruem,
Iucunda captet præmia.

Quis non malorum quas amor curas habet, hæc inter obliuiscitur? in vrbe assiduo occupetur in sedandis litibus, magistratibus exercendis, vel in re familiari, otium vitando: vt dicit Ouid.

Otia si tollas, periere cupidinis arcus; &c.

Iuuat porrò summopere pergere ad regiones longinquas vbi varia cõspiciat: vt monet Ouidius,

Cum semel exierit cẽtum solatia vitæ,
Et rus, & comites, & via longa dabunt.

Prodest etiam adhibere vetulam prudentem quæ amasiam in re aliqua leui carpat, quæ vera sit, absque eius tamen infamia, vel suorum, & aliam magis laudet, quæ mereatur, quæ si non prosunt, coniungatur matrimonij vinculo cum amata, si per leges licet, aliter vt insipiens verberetur ab habente potestatem, patre scilicet, vt corrigatur cum debito moderamine.

Quod si ex amore mania aduenerit, curetur, vt infra cap. de tristitia, in sermone de cura melancholiæ ex mania, habetur.

SVMMARIVM.

1 Odium quid sit, vnde causetur, & vt diuidatur.
2 Odium causatur ex amore, & quomodo.
3 Odio an quis se habeat.
4 Odio bonum an possit haberi, & qualiter, & quid non.
5 Odio haberi an possit Deus ab homine.
6 Odium circa quid sit.

De Odio. *Cap. X.*

D. Tho. 1. 2. q. 29.

PRænotandum est, quòd odiũ est dissonantia quædam appetitus ad id quòd apprehenditur, vt repugnans & nociuum, quo pactò ouis odit lupum, vt sibi nociuum.

1 Odiũ qd sit, & vnde causetur, & vt diuidatur.

Secundò, notandum, quòd odium diuiditur in odium concupiscentiæ, & inimicitiæ; primum dicitur offensio, vt repugnans, & sic odio habentur flagella, fames, sitis, &c. Secundum dicitur, quo optatur malum alicui, vt nociuo, & inimico, & non solùm ipsa odio habetur afflictio, sed etiam ipse affligens; in priori verò casu sola afflictio, & odium concupiscentiæ comparatur amori concupiscentiæ, quo quis cupit ex alio bonum sibi, & ei opponitur; odium verò inimicitiæ amori amicitiæ quo quis cupit bonum amico non ob se, sed ob illum, & ei opponitur, & ideò cum quis auersatur detestatur, & fugit; quibus notat.

Prima sit propositio. Causa, & obiectum odij est malum; probatur, nam vt bonum est causa amoris, sic contra malum odij. Secundò, vt amor est consonantia quædam appetitus in id quòd vt conueniens apprehenditur, sic odium est dissonantia appetitus erga id quòd vt malum, & nociuum apprehenditur: vnde vt id quòd conueniens iudicatur boni rationem habere dicitur, sic quòd videtur dissonum habet mali rationem, ergo vt bonum est obiectum amoris, sic malum odij. Dicitur malum esse causam odij, non malum simpliciter, sed vt malum huic, & non vt ens, sed vt tale ens, verbi gratia, percutiens non est odio percussio, vt ens, sed vt tale ens, scilicet lædens. Et vt conuenientia est causa amoris, vt supra est dictum, sic dissonantia odij; vnde vt in corpore conuenientia humorum est causa sanitatis, sic dissonantia ægritudinis, & vt sic odio habetur, sensus ipsi oderunt quæ sibi repugnant, vt nimium sensibile, & huiusmodi, de quibus Tomo secundo Tractatu de anima. Sensus etiam interiores, maximè imaginatio mali causat odium, & vt veritas amatur, sic mendacium odio habetur, nisi lepide sit compositum, conuersationis etiam dissonantia causat odium, ita vt pauci reperiantur qui simul versando in aliquo non lædantur, nisi ratione & prudentia moderetur, maximè verò voluntaria offensio grauius odium parit, cum & intimius penetret, vt dicit hic Medina.

Secunda propositio. Odium causatur ex amore, probatur ex August. lib. 14. ciuit. cap. 7. & 9. d omnes affectiones causari ex amore. 2 Odiũ causatur ex amore, & quomodo

Ratione, nam odium consistit in dissonantia, vt amor in conuenientia, oportet verò in quolibet prius considerare quid ei conuenit quàm quòd repugnet vt corruptiuum, & sic amor est prius odio, & sic nil odio habet nisi per hoc contrariatur conuenienti, quòd amatur, & secundùm hoc omne odium causatur ex amore. Non tamen odium est fortius amore, quia malum non agit, nisi in virtute boni, ex Dionis. cap. quarto de diuinis nominibus. & etiam quia effectus non potest esse fortior sua causa, sed recessus à malo ordinatur ad bonum, vt ad finem; quandoque tamen odium est fortius, tum quia est magis sensibile, cum magis immutet sensum, vnde & amor magis sentitur in absentia amati, ex August. libro decimo de Trinitate, capitulo duode-

cimo; vnde repugnantia eius quod oditur est magis sensibilis, quàm conuenientia quæ ex amore oritur, tum quia secundùm diuersitatem bonorum est diuersitas amorum in magnitudine, & paruitate, vnde odium quod correspondet maiori amori magis mouet quàm minor amor: vt dicit hic Diuus Thomas articulo tertio.

3 Odio an quis se habeat.

Tertia propositio. Nemo per se loquendo potest se odio habere, per accidens tamen id potest; primum probatur Ephes. quinto dicente: Nemo carnem suam odio habet.

Ratio primi, nam quisque appetit id quòd bonum sibi iudicat, & nil nisi sub ratione boni potest appetere, vt dicit Dionisius quarto capitulo de diuinis nominibus; ergo quisque amat se, quia id iudicat bonum.

Ratio secundi, nam quis potest sibi optare malum sub ratione boni, licet in se sit malum. Secundò, nam multi homines odiunt se secundùm quòd sunt, idest, secundùm mentem, & rationem, dum peccant, & amant tantum secundùm corpus. Ex quibus sequitur, quòd homo non potest desiderare non esse per se, & absolutè, etiam si sit damnatus, quia non habet rationem boni, & sic non est eligibile. Secundò considerari potest non esse, idest, habere remedium per quod à miseria liberatur, & sic optatur non esse; & sic intelligitur id Hieremiæ vigesimo. Maledicta dies in qua natus sum, & Iob cap. tertio. Pereat dies in qua natus sum.

4 Odio bonũ an possit haberi, & qualiter, & qđ non.

Quarta propositio. Bonum in vniuersali, nec in particulari potest odio haberi, si enim in particulari odium boni surgit est ob malum mixtum; nec ens, nec verũm, potest odio haberi in vniuersali, in particulari tamen ens & verum potest odio haberi per accidens.

Primum, probatur ex Dionisio quarto cap. de diuinis nominibus dicente: Nil amari nisi sub ratione boni; Secundum probatur, dissonantia est causa odij, conuenientia verò amoris, in ente autem & verò omnes conueniunt. Tertium, probatur, nam ens vel verum potest contrariari voluntati, vel bono amato: primò, vt veritas est in rebus, quia homo nollet eam ibi esse; secundò, vt veritas est in ipso homine qui nollet scire vt liberius peccaret, & sic odio habetur; tertiò, quatenus veritas est in intellectu alterius, dum quis odit quòd aliquis sibi dicat veritatem, & eum reprehendat.

5 Odio haberi ã possit D.^s ab homine.

Quinta propositio. Deus non potest ab homine odio haberi secundùm suam essentiam apprehensus, secus si apprehenditur per effectus voluntati suæ contrarios.

Ratio primi, probatur ex Dionisio capitulo quarto de diuinis nominibus dicente: Omnibus amabile est primum bonum, & pulchrum, at Deus est talis, ergo. Secundò, nam Deus per suam essentiam est ipsa bonitas, quam nullus odio habere potest. Tertiò, nam in Deo nulla est ratio imperfectionis, vel odij, ergo, & certum est quòd si homo facialiter videt Deum, vt beati, non potest exire in actum odij Dei, quia tunc obiectum, quòd mouet voluntatem est vndique bonum, & ratio summi boni apertè videtur, & nullus est timor nocumenti.

Ratio secundi, nam prout Deus punit aliquem, sic ratione effectus quandoque odio habetur, & etiam vt author terminatiuè talis effectus.

E conuersò, odium in Deo cadit erga peccatores, quatenus vult malos perire, & eis vult malum sub ratione mali, quòd tamen odium non est ex maleuolentia, vel indignatione, sed ob bonum iustitiæ.

6 Odiũ circa quos sit.

Sexta propositio. Vniuersale abstractum, vt nociuum potest à sensitiua parte odio haberi, vt nociuum, & malum, vt ouis lupum, & quisque furem, & calumniatorem; vt dicit Aristot.

stot. 2. Rhetor. Ira verò est semper circa particularem, & iniuriantem: quo verò ad partem intellectiuam, potest odium in ea esse & in vniuersali, cum intellectiua pars sit comprehensiua vniuersalium.

SVMMARIVM.

1 Odium quomodo curetur, & rationes ad id.

De remedijs odij. Cap. XI.

1 Odiū qūo curetur. CVM odium ex duplici capite ortum habeat, concupiscentiæ, vel inimicitiæ, vt supra est dictum; primo capiti remedia adhibeantur cogitando infirmitates, & huiusmodi prouenire ex peccato primi parentis, vt radice, & ideò æquo animo ferenda, cum culpa propria non proueniant, & si quandoque huiusmodi ex peccato oritur personali, æquanimiter tolerandum pœnitendo de peccato, quòd pro malo citò transituro perpetua inferni mala sint vitanda, & etiam purgatorij, cum flagella huius vitæ prosint ad satisfaciendum Deo pro peccatis, vt abundè habetur Tomo 4. Tract. de Pœnitent. cap. de satisfactione, si tamen patienter tolerentur, aliàs hic nocent & in futurum, & commemorentur bonā quæ ex flagellis aduersitate proueniunt, vt quæ cōuertunt homines ad Deum; vnde Nabuchodonosor flagellis doctus dixit. Scio, quòd sit Deus; & èconuersò, prosperitates à Deo auertunt, vt Dauid, qui dum Saulis persecutiones fugiebat, Deum timebat, at post quam pacificè regno est potitus, & adulterium, & homicidium cōmisit. 2. Reg. 11.

Consideretur etiam Deum iniustè afflictos sæpè visitare, & è malis eruere; sic Danielem è lacu leonum eripuit. Daniel quartodecimo. Populum Israelis de manu Pharaonis, Loth de Sodomis. Genes. vigesimo. Tobiam de cæcitate. Tob. vndecimo. vt inde cognoscat qui tribulatione vexatur, eam esse medicinam, quæ nos Deo gratos reddit, qui & vbi opportunum existit, ex ea tribulatione homines sæpè eripit, & ex alijs quæ de hac re Tract. de patientia habentur.

Quò ad alterum caput consideretur inimicum non esse odio habendum, ex Domini præcepto. Matt. 5. Diligite inimicos vestros, tum quia eiusdem nobiscū sint naturæ, ijsdem sacramētis refecti, eandem expectantes beatitudinem, vbi summa est pax tranquillitas, & animorum cōmunio, & quia inimici nobis nocere non possunt, cum ea quæ sunt hominis bona vera, animi scilicet virtutem, qua rectè sentitur de Deo, & rectè inter homines agitur nobis auferre non possint, cum & inimici nobis vtiles sint, quia nos cautos reddant, vt à peccatis caueamus, ne ab ijs accusemur, quòd nobis patientiam impertiant virtutem tam insignem

Tum quòd nil eueniat sine Dei permissu. Amos tertio. quòd ad malum attinet pœnæ; vt ergo non est quòd irascamur medico qui potionibus amaris nos sanat, sic nec inimicis qui vt Dei instrumentum nos perficiunt, & à malis culpæ purgant.

SVMMARIVM.

1 Concupiscentia quid sit, & quid eius nomine veniat.
2 Concupiscentia quomodo diuidatur.
3 Concupiscentia est solùm in vi concupiscibili, & in appetitu sensitiuo.
4 Concupiscentia est passio specialis.
5 Concupiscentia alia est naturalis, alia præter naturam.
6 Concupiscentia an sit infinita.

De Concupiscentia. Cap. XII.

OBseruandum est nomine concupiscentiæ intelligi, primò vim concupiscendi, quæ concupiscibilis D.Tho. 1. 2. q. 30.

 bilis

1 Concupiscētia qd sit, & qd eius noīe veniat.

lis dicitur, & est præcipua portio appetitus sensitiui, & distinguitur ab irascibili. Secundò, intelligit fomes, vel praua inclinatio naturæ corruptæ in malum, quæ dicitur lex peccati, vel lex mēbrorum, repugnans legi mentis, de quo Rom. 7. Tertiò, intelligitur praua affectio, vel eius actus, quo caro cōcupiscit aduersus diuina præcepta, quæ rēs, quæ sunt carnis non Dei, ex qua peccatū oritur, de quo Iacob. 1. Concupiscentia cū conceperit parit peccatū. & 1. Io. 2. Omne ꝙ est in mundo, vel est concupiscentia carnis, vel oculorū, vel superbia vitæ. In hoc verò loco accipit, primo modo pro vi concupiscibili appetitus sensitiui, quæ est communis cum brutis, & fertur in bonum verum, vel apparens, nec semper est peccatum, & diffinitur ꝙ sit appetitio boni secundùm sensum, ꝙ conducibile videtur, vel vt id sensus assequatur, & differt ab amore, nam amor est prima inclinatio in bonum, ex qua oritur desiderium, vel concupiscentia; & postea spes consequendi, & demū delectatio cū adest, & hæc concupiscentia ex peccato est, sed sine peccato post baptismum, quando non adhibetur cōsensus cordis vt regnet, nec membra quibus velut armis impleatur, quòd iubet, vt obseruat Aug. de nupt. & concupiscentia. c. 22. & c. 27. & est pœna peccati, vt idem d. in Ps. 70. Conc. 2. vbi verò simpliciter in sacris literis sermo est de concupiscentia, & tacetur quid concupiscatur, intelligitur de mala, vt idē obseruat in Ps. 118. conc. 8. in vers. Concupiuit anima mea, vbi & d. aliam esse bonam concupiscentiam, quæ concupiscit domini iustificationes aduersus carnem, & aliam malā, qua caro concupiscit aduersus spiritum, voluntate consentiente. mala qua diuitiæ, & voluptates optantur; bona qua Deus concupiscitur: vt idem d. Ps. 61. vers. Nolite sperare super iniquitatem, & mala concupiscentia frenanda & cogenda seruire spiritui: vt idem d. lib. 15. ciu. c. 7. propè fin. & concupiscentia spiritus prosequitur bona spiritus, & animi; cōcupiscentia carnis bona corporis caduca & incerta.

Vlterius diuiditur concupiscentia in naturalem, & præter naturam: naturalis qua appetuntur necessaria vitæ tuendæ, vt cibus, potus, vestimētum, domus, medicina, & huiusmodi; secūda qua appetuntur apprehensa, vt conducibilia, præter id quod est necessarium naturæ, vt cibus lautus, & potus exquisitus, ornatus superfluus, nobilitas, decus, fama, dignitas, gloria, & huiusmodi, & hoc modo homo res omnes magis quā bruta appetit, nisi ratione moderetur, vt d. Plin. lib. 11. hist. nat. His notat. 2 Concupiscētia qūo diuidatur

Prima sit propositio. Concupiscētia est tantū in appetitu sensitiuo, & vi concupiscibili; probatur ex Dam. li. 2. c. 12. 3 Concupiscentia est solū in vi cōcupiscibili, & appetitu sensitiuo.

Ratione probatur, nam concupiscentia est appetitus delectabilis, duplex verò est delectatio voluntatis, & alia boni secundùm sensum, prima est animæ tantum, & ea appetuntur spiritualia, secunda est animæ & corporis, vnde & dicitur concupiscentia, quasi simul capere, ꝙ scilicet anima & corpus simul capiunt; corpus verò appetit per vim animæ deriuantem in sensum, ergo concupiscentia est in appetitu sensitiuo, & ea bona sensibilia quis prosequitur.

Secunda propositio. Concupiscentia est passio specialis. 4 Concupiscentia est passio specialis.

Ratione probatur, nam mouet appetitum bonum sensibile, dum est absens speciali modo per affectum, vt tendat in ipsum, si enim sit præsens facit appetitum in eo quiescere, & delectari.

Tertia propositio. Cōncupiscentia diuiditur in naturalem, & præter naturā, probatur 4. Ethic. c. 11. & 1. Rhet. c. 11. apud Arist. 5 Concupiscentia est alia naturalis, alia præter naturam.

Ratio, nam naturalis est quæ conueniens est naturæ, vt cibus, potus, & huiusmodi, & est communis omnibus hominibus, & etiam brutis; non naturalis quæ est propria homini, & dicitur cupiditas, cum excogitatur, & apprehenditur aliquid vt bonū, præter id quod natura requirit.

Mouetur verò appetitus venereus in pudendis ex semine, qui in ijs congestus, primò pruritum, & titillationem inuehit, quæ sensum, mox interiorē sentiendi facultatem mouet, nō solùm vigilan-

gilantibus, ſed & dormientibus ſæpè, & in conſideratione rei delectabilis, vt appetitus impulſus fuerit, libido paritur, niſi ratio ei reſiſtat.

4 Quarta propoſitio. Concupiſcentia naturalis non eſt infinita, concupiſcentia non naturalis eſt infinita, concupiſcentia etiam finis eſt infinita.

Concupiſcētia an ſit īfinita.

Primum probatur, nam concupiſcentia naturalis eſt eius, ꝙ natura requirit, at natura ſemper tēdit in certum & finitum, vnde homo in infinitum cibum, vel potum non appetit, talis tamen concupiſcentia poteſt eſſe infinita per ſucceſſionem, vt ſcilicet poſt cibum ſumptum, iterum quis idem appetat alia vice, quia huiuſmodi bona corporalia cum adueniunt non perpetuò manent, ſed deficiūt. Secundum probatur, nam concupiſcentia non naturalis ſequitur rationem quæ in infinitū procedere poteſt; vnde diuitias ſine termino quis cōcupiſcit, quia ꝙ quis ſibi fingit conducibile non habet terminum, vt nec talis cogitatio ex parte obiecti. Tertium probatur, nam finis per ſe appetitur vt ſanitas, & quiſq; eam appetit ſine termino, licet à natura habeat terminū; concupiſcentia tamen eorum quæ ſunt ad finem, non eſt infinita, cum appetantur ſecundùm illam menſuram, quæ conuenit fini, vnde ſi quis appetat diuitias ad honeſtè viuendum, ſufficientes ad id cupit, ſecus ſi in illis finem conſtituat, quia ſic in infinitum eas appetit; homines tamen cupiunt alij alia, vnde iuuenes voluptates, viri dignitates, ægri ſanitatem, principes gloriam expetūt, ex parte etiam ſubiecti variantur cupiditates, calidi acutas eas habēt, quas ſtatim vellent implere, ſed varias; frigidi pauciores, & ſegnes, ſed pertinaces in electa, quibus etiam eſt paruus ſanguis circa cor anxij ſunt, ne deſit, auari cum vino incaleſcunt, fiunt liberales, adoleſcentes, & quibus eſt feruidus ſanguis circa cor cupiditatibus non anguntur, vt nec animoſi: vt d. hic Medina.

SVMMARIVM.

1 Concupiſcentia quomodo curetur, ſpiritualiter & corporaliter.

De remedijs concupiſcentiæ. *Cap. XIII.*

CVM concupiſcentia, vel fomes, licet ex peccato ſit, nō tamē ſit peccatum, tametſi ad peccatum inclinet, niſi ei aſſentiatur, & relictus ſit poſt baptiſmum ad agonem, vt diffinitur in Conc. Tr. ſeſſ. 5. de peccato orig. ad fi. & concupiſcentia in renatis tranſeat reatu, licet maneat actu, vt d. Aug. de pecc. mer. c. 28. ideò moderanda ratione ne ad peccatum inducat, & ideò cum bonum per ſenſum acceptū, tranſmittatur ad ſenſum cōmunem, & inde ad phantaſiam, & cogitatiuā, vnde concupiſcibilis ſurgit, ideò ratio quæ eſt velut rex in arce animæ, attentè cognoſcere debet, an cōcupiſcentia illa ſit bona, vel non, & ſi eſt naturalis, cōſideret etiam tempus, an ſit tempus, quo ieiunio eſt vacandum, & ſic præcipiat manui ne concupiſcentiæ aſſentiat, ſed à cibo abſtineat, vt Dei, vel eccleſiæ præcepta ſeruet, vel carnem inedia affligat ad tempus, vt caro ſpiritui ſubijciatur, ꝙ ſi eſt concupiſcentia non naturalis, eam moderetur ratio, conſiderans naturam paucis eſſe contentam, bona huius mundi eſſe caduca, & citò tranſitura, illa appetenda, quæ perpetuò felices reddunt, non quæ carnem delectāt, cum ſpiritus afflictione, & ſine fine optantur, conſideret an id ſit bonum verum, vel tantum apparens, & ſi illicitū videt, voluntas ei moderetur, nec ſe ſinat velut rotam maiorem & reginam, à concupiſcibili, vel iraſcibili ſuperari, vinci & excæcari penè, & regimen animæ amittere. Vnde concupiſcentia eſt frenanda, & cogenda ſpiritui ſeruire: vnde Ap. Rom. 8. d. Fratres: Debitores ſumus non carni, vt ſecundùm carnem viuamus, ſi enim ſecundùm carnem vi-

1 Concupiſcētia qūo curetur.

xeritis moriemini: & alibi ad Galat.5. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & cōcupiscentijs suis. & Cassia.lib.5.c.16.de const.d. Non merebimur mentis robore cōquisito, grauiores pugnas nequitiarū scelestium superare, qui carnem fragilē resistentem spiritui nostro subiugare nequiuimus, & idem eo.c.16.li.5.illud est cunctorum luctaminum veluti quoddā solidissimum fundamentum, vt primitus carnalium desideriorum incentiua perimantur, vt & dixi supra, in princ. & vigilandū, vt concupiscentia nobis subdatur, nec opinio verisimilis, vel bonū apparens nos fallat, vt d. Aug. lib.22. ciu.c.23. & à principio tollenda est concupiscentia, dum paruula est ne robur accipiat, & rationem attrahat: vt d. Augu.in Ps.136.propè fi. orationibus, vigilijs, fidei, ac bonis operibus vacando: vt d.Greg.lib.3.Mor.c.4.& fugiendo aspectum facierum, quæ ad concupiscentiā incitare possunt: vt d.Chris.in 5.Matt. hom.17. vbi id latè prosequitur, & ratio etiam est in promptu, nam cum obiectum delectabile visui præsentatur per oculos transmittitur eius species ad sensum communem, inde ad phantasiā vbi species eius, vt delectabilis formaᵗ, quam considerans cogitatiua, eam æstimat bonam; vnde cum concupiscibilis in bonum apparēs feratur ad illam inclinatur, & appetit, & quandoque tam est vehemens passio concupiscibilis, qđ peruertit iudicium rationis, & eam ad se trahit. & volūtatem, vt rota inferior superiorem; vnde peccatum mentis perficitur; & inde actus procuratur & perficitur; quo circa qui primum vitat nēpe aspectum periculo refertum, facilè alia vitabit, Dei gratia iuuante; præterea cum militia sit hominis vita, vt in expugnatione vrbis deuenitur ad obsidionem, aggressiones, virium hostium diuersionem, murorū euersiones, minas igneas; & demum ad impedienda omnia auxilia; sic animus noster est obsidendus, ne prauis motibus assentiat. Rom. oppugnanda vitia contrarijs virtutum actibus; diuertendi praui motus ne dominentur, alia & bona agendo, & cogitando; expugnandum corpus disciplinis, & abstinentijs, vt spiritui caro subdatur; minæ igneæ, orationes ignitæ adhibendæ, vires aduersarij diuertēdæ, sensus nostros custodiendo.

Proderit etiam ex officina medicorū medicamenta depromere, ad humores huiusmodi eruendos ex quibus appetitus sensitiuus intenditur, à calidis nempe abstinendo, & ea remedia adhibendo, quæ supra in cap. de amore medice sunt dicta.

Proderit etiā vitare ea quæ supra in remedijs amoris sunt dicta, & vlterius proderit vigilare, ne motus hic diuturnitate roboretur, sed vt initio compescatur. Sen.ep.86.testante, ꝙ est facilius initia affectuum prohibere, quàm impetū regere, ꝙ est allidere paruulos ad petram, de quo Ps.136. curandum etiam ꝙ d.Sen.lib.de tranquil.animi. c.11. ne aut quæ non possumus consequi concupiscamus, aut non licet, ne labor sit sine effectu, vel effectus labore indignus, ferè enim ex his tristitia sequitur, si aut non successit, aut successus pudet; proderit etiam mortem cogitare, & huius vitæ miserias; sic enim nil humile cogitabitur, nec quicquam impensè cupietur: vt inquit Epictetus. c.28. considerando etiam voluptates transeuntes esse, & pœnitentiæ plenas: vt inquit Valer.Max.lib.7.c.7.

SVMMARIVM.

1 Delectatio quid sit, in quo cōsistat, & vbi sedem habeat.
2 Delectatio est passio & quomodo.
3 Delectatio an sit in tempore.
4 Delectatio vt differat à gaudio.
5 Delectatio est in appetitu sensitiuo.
6 Delectationes ītelligibiles sunt maiores sensibilibus, & quomodo.
7 Delectationes, quæ sunt communes brutis, & quomodo.
8 Delectationes humanæ an sint naturales.
9 Delectatio vna an possit alteri esse contraria.

De

De delectatione. Cap. XIIII.

D.Tho.1. 2.q.31.

1 Delectatio qd sit, & in quo cõsistat, & vbi sedem habeat.

Obseruandum est ꝙ delectatio est quies in bono congruenti adepto, quam sensus cum voluptate sentit, dicitur quies in bono congruenti, vt est terminus appetitus sensitiui, dicitur quã sensus &c. vt sic differat à quiete rerum inanimarum, vt lapidum quæ quiescunt in centro, & tamen non sentiunt hanc quietẽ, sed instinctu naturæ, vel pondere illuc feruntur, animal verò id sentit, & inde voluptatem percipit, dicitur adepto, quia in termino delectatio sentitur, ex Arist.7.Eth.c.12.& 10.c.3. vnde ad delectationem requiritur adeptio boni congruentis, quod ve tale existimatur. Secundò, ꝙ id bonum sit congruens, ita vt sit cõuenientia inter facultatem animæ & obiectum; vnde nimia lux affert molestiã. Tertiò, requiritur, vt adeptio boni, & eius congruentia etiam cognoscatur: vltimò, requiritur, immutatio appetitus cum quadam suauitate quę est delectationis essentia.

Secundò, obseruandum est ꝙ voluptas, & delectatio sedem habent in appetitu, vtraque enim habet pro obiecto bonum congruens, ad quod appetitus tendit, cumq; duplex sit appetitus intellectiuus qui dicitur voluntas, & sensitiuus, primus gaudet de bonis secundùm rationem, & dicitur charitas, vel eam sequitur; secundus de bonis, quæ secundùm sensum percipiunt, & si sint perniciosa sequuntur cupiditatem malam, vt obseruat Aug. in Ps.9. in id, Infixæ sunt gentes in corruptionem; prætereà delectatio sensibilis est cum transmutatione corporali ex cordis dilatatione, in tãtum vt si vehemẽs sit, & repẽtina, mors quandoq; inde sequatur; delectatio verò voluntatis est simplex motus voluntatis quo animus hilaris fit, & sic bifariam voluptatem diuidit etiam Dam. lib.2. c.13. in voluptatem scilicet, quæ est circa cõsiderationem, & scientiam, & corporis, & animæ secũdùm sensum, & hanc bifariam diuidit in eã quæ consistit circa necessaria naturę, vt cibum, potum, vsum legitimum coitus ad sobolem propagandam, quæ licita est, nisi pro tempore aliquo prohibeatur, & eã quæ nec naturalis, nec necessaria est, vt ebrietas, libido, &c. q̃ semper est mala.

Tertiò, obseruandum differre gaudium, lętitiam, delectationem; nam delectatio sequitur quamcunq; cognitionem, gaudium verò tantum intellectualem, gaudium etiam differt à lætitia, nã gaudium dicitur cum ad mensuram rationis animus hilaris fit, lætitia cum ẽt ea lætitia in vultu apparet: vt d. Cic.4. Tusculana; in sacris verò literis lætitia cœlestis, dicitur quandoque delectatio. Ps. Delectationes in dextera tua vsq; in finem, & quandoq; lætitia. Ps.15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.

Quartò, obseruandum, ꝙ delectatio voluntatis propriè non dicitur passio, cum passio fiat semper cum transmutatione corporali, scilicet dilatatiõne organi, vel cõstrictione, si sit de malo, sed est à voluntate, & in volũtate; nam omnis motus volũtatis est ab intellectu bonum proponente, & voluntate exercente, vel refutante, ergo omnis motus voluntatis causatur à voluntate, quò ad exercitium, & ab intellectu quò ad specificationem, vel apprehensionem: vt d. hic Medina. His notat.

Prima sit propositio. Delectatio est passio, probatur ex Aug. lib.14. ciuit.c. 7.8.& 9. 2 Delectatio est passio, & qũo

Ratione probatur, nam est motus in animali sensus apprehensionem consequens, & vt res naturales cum suas perfectiones consequũtur, quiescunt, licet id non sentiant, sic animalia cum constituuntur in eo ꝙ eis conuenit secundùm naturam id sentiunt, ex quo sensu causatur motus animæ in appetitu sensitiuo, qui motus delectatio dicitur, & est passio, cum fiat cum quadam transmutatione corporali, scilicet hilaritate & dilatatione cordis.

Secunda propositio. Delectatio secũdùm se non est in tempore per accidẽs sic tamen est, quando verò bonum adeptum est omnino intransmutabile, huiusmodi delectatio, nec per se, nec per accidens est in tpe, probat 10.Eth. c.3. 3 Delectatio an sit i tempore.

Ratio

Ratio primi, nam consistit in bono adepto q̃ est velut terminus motus.

Ratio secundi, nam si illa delectatio subiacet trāsmutationi per accidēs erit in tempore, quia in tempore ea dicuntur esse, quorum esse est successiuum, vt motus, quies, locutio, & huiusmodi: per accidēs verò id est in tempore, de cuius ratione non est successio, sed tantum alicui successioni subiacet, vt esse hominē ex se non habet successionem, cum non sit motus, sed terminus generationis ipsius, sed quia humanū esse subiacet causis transmutabilibus, hoc pacto contingit hominem esse in tempore, & idem de delectatione est dicendum.

Ratio tertij, quia sic nulla ratione subiacet tempori.

4 Delectatio vt differat à gaudio. Tertia propositio. Gaudium differt à delectatione; nā delectationes quæ sequuntur sensum, & sunt naturales, & communes cum brutis, & hæ dicuntur delectationes, quæ verò sunt animales, & rationem sequuntur dicuntur gaudium, vnde si quis delectatur secūdùm corpus, non verò secundùm rationē est delectatio, sed non gaudiū; vnde ibi nō est peccatum, si ratio resistit, & diuertit sensum in quantum potest à tali delectatione.

5 Delectatio est in appetitu sensitiuo. Quarta propositio. Duplex est delectatio in appetitu sensitiuo, & intellectiuo, probatur Ps. 36. delectare in dño.

Ratio, nam ad apprehensionem non solùm mouet appetitus sensitiuus per applicationem ad aliquid particulare, sed etiā voluntas, in qua est gaudiū, delectatio tamen sensitiua fit cum dilatatione cordis, delectatio verò voluntatis ex simplici motu voluntatis, quæ sic sumpta est in Deo, & in Angelis: vt d. Aug. 4. ciu. c. 6. & 8.

6 Delectationes intelligibiles sūt maiores sensibilibus, & quomodo. Quinta propositio. Delectationes intelligibiles sunt maiores sensibilibus, si comparatio fiat quò ad medium quo vtræq; fiunt, & simpliciter loquēdo spirituales sunt maiores carnalibus. Carnales tamen quò ad nos sunt magis vehementes; primum, & secūdum probatur. Ps. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua sup mel ori meo, & ex Philoso. ho 10. Eth. c. 7. & 8. d. q̃ maxima delectatio est quę est secundùm operationem sapientiæ. & ex Aug. de verbis Ap. serm. 17. t. 10. d. suauiorem lucidiorem esse iustitiam, quàm suauitas peccati.

Ratio primi, nam si cōsideratur delectatio in cognitione intellectus, & in cognitione sensus, magis homo delectatur de eo q̃ cognoscit intelligēdo, nam perfectior est cognitio intellectualis, & magis reflectitur supra actum suum, q̃ sensus, & est etiam magis delectabilis, nullus enim vellet carere cognitione intellectuali magis quàm visu corporeo, quia primo modo esset vt bestia.

Secundum probatur, nam bonum spirituale est maius, & magis dilectum, vnde à maximis voluptatibus abstinēt homines ne perdant honorem, q̃ est bonū intelligibile, & nobilior est cognitio intellectiua, & intimior, quàm sensitiua, cum sensitiua versetur circa exteriora accidentia, intellectus verò penetret vsque ad rei essentiam, & est etiam perfectior cum cognitioni sensitiuæ adiūgatur motus qui est imperfectus, nec huiusmodi delectationes sint totæ simul, sed in eis aliquid trāseat, & aliquid maneat consummandum, vt patet in delectatione ciborum, & venereorū, at delectationes intelligibiles sunt totę simul, & sine motu, sunt etiam firmiores, cum delectatio corporea citò trāseat, & deficiat; bona verò spiritualia sūt incorruptibilia, licet peccatoribus hæc nō videantur ita clara cum velamine peccati obruantur, quo sublato, sit se rem habere clarè perspiciēt. Ratio tertij, nam nobis sunt magis cognita bona delectabilia cum nobiscum versentur, & coalescant; præterea bonū delectabile continuò gustatur, & obiectum præsens magis mouet. Tertiò, nam homines egent delectationibus, vt medicinis contra tristitias; vnde cū plures non possint pertingere ad delectationes spirituales, declinant ad carnales; præterea homines terreni incipiunt suam perfectionem à bono sensus, & cōsummant illam in bona spiritus, & cum plures sint inchoantes, quàm consummantes, plures sunt qui delectationes sensus sequuntur.

Sexta

7 Delectationes quæ sint cōes brutis, & quæ non.

Sexta propositio. Delectatio corporalis, quæ est secundùm sensum, & vtilitatem est communis brutis, quę secundùm cognitionem hominis tantum, & quæ est secundùm cognitionem prout intellectui seruit, maior est secundùm visum, quàm secundùm alium sensum, vt & delectatio intelligibilis est maior sensibili. Delectatio verò sensus quæ est ratione vtilitatis, maior est secundùm tactum.

Ratio vltimi, nam alia patent, vtilitas enim sensibilium attenditur secundùm ordinem ad conseruationem naturæ animalis, ad quam propinquius se habent sensibilia tactus; vnde Leo non delectatur visu Cerui, sed commestione, & sic tactu, & sic delectatio secundùm tactum est maxima simpliciter, quia quod est naturale in quolibet est potissimum.

8 Delectationes humanæ an sint naturales.

Septima propositio. Delectationes hominis quandoq; sunt naturales, quandoque non naturales, probatur quò ad secundum 7. Eth. c. 12. & vlt.

Ratio, nam quæ conueniunt homini secundùm naturam rationalē, vt delectatio in actibus virtutum, & contemplatione veritatis, sunt propriæ eius cū per rationalem naturam homo in specie constituatur, quæ verò pertinent ad cōseruationem hominis, vel secundùm speciem, vt vsus venereorū, vel secundū indiuiduum, vt cibus, & potus, quandoque causant delectationes naturales, quandoq; non naturales; naturales quando sunt aptæ ad conseruationem corporis, quæ autem sunt contra naturam corporis, vel quò ad conseruationem, vel contra rationem, fiunt cōnaturales, vel ob corruptionem naturæ in aliquo existentem, vt ægro dulce vr amarum, vel ex complexione mala, vt in his qui delectātur comedere carnes murium, vel ex parte animæ, vt in his qui ex commistione comedunt homines, coeunt cum brutis, vel maribus cum in aliquo indiuiduo corrumpatur principium aliquod naturale speciei, vnde id quòd est contra naturam speciei, per consequēs fit naturale huic indiuiduo.

Octaua propositio. Vna delectatio potest esse alteri contraria.

9 Delectatio vna an alteri possit esse cōtraria.

Ratio, nam delectatio comparatur quieti corporum naturalium, sed contrariæ quietes sunt in contrarijs terminis, scilicet sursum & deorsum, quod tamē in bono virtutis esse non potest, cum bonum tale non capiatur, nisi per conuenientiam ad aliquid vnum, in alijs nil prohibet duo bona esse contraria, vt calidum est bonum igni, frigidum aquæ.

SVMMARIVM.

1 Delectatio maximè consistit in cōtemplatione, & virtute.
2 Delectationis causa est motus, & quomodo.
3 Delectatio consequitur operationem, vel ex ea causatur.
4 Delectationis causa motus est, & quomodo.
5 Delectatio causatur ex spe, & memoria.
6 Delectatio an causetur ex tristitia quandoque, & quomodo.
7 Delectatio an possit causari ex aliorum actionibus, & quomodo.
8 Delectatio oritur alijs benefaciendo, & quomodo.
9 Delectationis causa est similitudo, & quomodo.
10 Delectatio causatur ex admiratione, & quomodo.

De causa delectationis, & in quo consistat. Cap. XV.

Obseruandum est hoc loco non agi de beatitudine hominis, quæ est perfectissima eiusdem operatio, de ea enim habetur tomo 4. ad fi. Tract. de beatitudine, vbi abundè tractatur in quo consistat vel non, & quo pacto, sed hic agi de delectatione, prout est passio, vel habet quandam rationem passionis, etiam si sit intelligibilis, licet non sit propriè passio, vt supra est dictum, inter quas præcipua est quæ in mente consistit, & maximè in contemplatione: vt d. Arist. 10. Ethic. c. 5. & con- D. Tho. 1. 2. q. 32.

1 Delectatio maximè consistit in contemplatione, & virtute.

& contingit homini studioso, & secundùm virtutem viuenti, & præsertim diuinam sapientiam, & diuinas res contemplanti, & potissimum qui Deo est sic charitate adstrictus, vt dicere possit, Mihi adhærere Deo bonũ est cũ Ps. 72. & cum B. Iobc. 29. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies, qua delectatione impinguatus nil solatij extra requirit, cum illi intus copuletur qui est torrens, & pelagus inestimabilium voluptatum, & exuberans plenitudo omnium quæ pulchra, amena, suauia, præcellentia, & desiderabilia sunt, & cordi humano placere possunt. His notatis.

2 Delectatio consequitur operationẽ vel ex ea causatur.

Prima sit propositio. Delectatio consequitur operationem, vel ex ea causatur, probatur ex Philosopho 7. Eth. cap. 12. & 13. & 10. c. 4. & 5.

Ratio, nam ad delectationem duo requiruntur, scilicet consecutio boni conuenientis, & cognitio cõsecutionis, quorum vtrunq; in quadã operatione consistit; cognitio enim actualis est quædã operatio, & bonum adipiscimur per aliquam operationem, & sic requiruntur duo ad delectationem consecutio boni conuenientis, & eius cognitio; bonum enim causat delectationem ratione bonitatis, & non ratione relationis conuenientiæ, vel inconuenientiæ actu exercito; vnde beati delectantur non de relatione, sed de pulchritudine, & bonitate diuinitatis, in quo verò ratio boni cõsistat, dixi To. 1. c. de Dei bonitate. Similiter cognitio requiritur talis boni ad delectationem, vnde si mel ponatur in ore dormientis non delectatur.

3 Delectationis causa motus est, & quõ

Secunda propositio. Motus est causa delectationis, probatur ex Aug. 8. confess. c. 3.

Ratio, nam ad delectationem tria requiruntur bonum delectabile, coniunctio ad illud, & cõiunctionis cognitio; naturæ verò nostræ motus est conueniens, & ex parte nostra transmutatio fit delectabilis, ita ꝙ nunc aliquid conuenit, vt calefieri hieme, ꝙ nõ alio tempore, vt æstate, ex parte etiam boni delectabilis, quòd coniungitur nobis; hac enim via fit delectabilis transmutatio, actio enim continuata alicuius agentis auget effectum, nam quãto diutius aliquis appropinquat igni, eo magis calefit, naturalis verò habitudo in quadam mensura consistit, vnde si actio excedit mensurã, delectabile transiret, & labor sequeretur, & sic remotio fieret delectabilis. Ex parte etiam cognitionis id patet, nam homo cupit cognoscere totum aliquod & perfectum, ꝙ cum totum simul apprehendi non potest, delectat in his transmutatio, vt vnum transeat, & aliud succedat, & sic totum sentiatur; & sic motus est causa delectationis.

4 Delectatio causat ex spe & memoria.

Tertia propositio. Spes & memoria sunt causa delectationis, probatur Roman. 12. Spe gaudẽtes. & Psal. 76. Memor fui Dei, & delectatus sum.

Ratio, nã delectatio causatur ex coniunctione ad bonum conueniens, prout sentitur, vel aliquo modo percipit, at aliquid est præsens nobis, vel secundùm cognitionem, dum cognitũ est in cognoscente secundùm similitudinem, vel secundùm rem prout vnũ alteri cõiungitur actu, vel potẽtia, sed quia maior est cõiunctio secundùm rem quàm secundùm similitudinem, quæ est coniunctio cognitionis, & maior cõiunctio etiam est rei in actu, quàm in potentia, ideò maxima est delectatio, quæ fit per sensum, quæ requirit præsentiã rei sensibilis. Secũdum gradum tenet delectatio spei, in qua est non solùm delectabilis coniunctio secundùm apprehensionem, sed etiam secundùm facultatem, vel possibilitatem adipiscendi bonum ꝙ delectat. Tertium gradum tenet delectatio memoriæ, quæ habet solum coniunctionem apprehensionis.

5 Delectatio an causet ex tristitia quã-qj, & quõ.

Quarta propositio. Tristitia per accidens potest esse causa delectationis, ꝓbatur Psal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte. & ex Aug. lib. 22. ciu. c. 11. & 8. confess. c. 1.

Ratio, nam quatenus homo recordatur se euasisse ab aliquibus tristibus accrescit ei materia gaudij, prout verò tristitia est actu facit delectationem, quatenus facit memoriam rei dilectæ, de cuius absentia aliquis tristatur, & tñ de sola eius apprehensione delectatur.

Quinta

6 Quinta propositio. Actiones aliorum possunt nobis esse causa delectationis, probatur Can. 2. Ratio, primò enim id contingit cum per alicuius operationẽ aliquod bonum consequimur; secundò cum per aliorum operationem causatur in nobis aliqua cognitio, vel aliqua æstimatio proprij boni; vnde homines delectantur dum laudantur, vel honorantur ab alijs, maximè à sapientibus. Tertiò, vt aliorum operationes bonæ æstimantur vt propriæ, ob vim amoris, qui facit æstimari amicum quasi eundem sibi.

Delectatio an possit causari ex aliorũ actionib⁹, & quõ.

7 Sexta propositio. Benefacere alteri est causa delectationis, probatur 5. Polit. c. 9. vbi dicitur largiri, & auxiliari amicis, & extraneis esse delectabilissimum.

Delectatio oritur alijs bene faciendo.

Ratione probatur, primò propter vnionem amoris, quo bonũ alterius putamus vt proprium, & alijs benefaciendo speramus à Deo, vel ab hominibus nobis bonum consequi, & spes est causa delectationis, vt supra est dictũ. Secundò, quia sic fit imaginatio in nobis boni abundantis in nobis existẽtis, ex quo alijs communicare possumus, ex qua imaginatione delectamur; vnde liberaliter alijs tribuimus, maximè amicis cum amor sit causa delectationis.

8 Septima propositio. Similitudo est causa delectationis, per accidens tamẽ contra fit.

Delectationis causa est similitudo, & quomodo

Ratio, nam similitudo est causa amoris, vt aliàs est dictum, amor est causa delectationis, ergo similitudo est causa delectationis. Secundò, nam similitudo est quædam vnitas, & quodlibet sic est delectabile, vt amabile, & si id quòd est simile bonum proprium non corrumpit, simpliciter est delectabile, si verò corrumpit per accidens contristat, non quatenus est simile, & vnum, sed quatenus proprium bonum corrumpit, vno modo per excessum, vt accidit in superabundantibus cibis, qui fastidium generant. Secũdò, per directam contrarietatem ad ipsum bonum proprium, prout vnus figulus alium odit, non vt figulus est, sed vt per alium amittit propriam excellentiam, vel proprium lucrum.

Octaua propositio. Admiratio est causa delectationis, probatur ex Philosopho 1. Rhet. c. 11. 9

Delectatio est causata ex admiratione & quõ.

Ratio, nam admiratio habet coniunctam spem consequendi id cuius cognitionem, quis scire desiderat, vnde admirabilia sunt delectabilia, quatenus sunt rara, & quis cupit scire causam cũ videt effectum, & causam ignorat; vnde non ex ignorantia habet delectationem, sed vt admirans nouũ aliquid addiscit; anima enim gaudet in collatione vnius ad alterum, cum hic sit proprius actus, & connaturalis rationis.

SVMMARIVM.

1 Delectatio dilatat cor.
2 Delectatio quietat si est perfecta.
3 Delectationes corporales impediũt vsum rationis, & quomodo.
4 Delectatio perficit opus.

De effectibus delectationis. *Cap. XVI.*

Prima sit propositio. Delectatio dilatat cor, probatur Isa. 60. Videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.

D. Tho. 1. 2. q. 33.

1 Delectatio dilatat cor.

Ratio, nam delectatio significat motum ad latitudinem, quę cum sit dimẽsio magnitudinis corporalis, metaphoricè sumitur in affectibus animæ latitudo, nam ex parte virtutis apprehensiuæ apprehendit homo ob coniunctionem boni congruentis, perfectionem quandam se esse adeptum, quæ est spiritualis magnitudo, & hoc pacto dicitur animus magnificari, vel dilatari ꝑ delectationem. Secundò, ex parte etiã virtutis appetitiuæ, quæ assentitur rei delectabili, & in ea quiescit, præbens se ei interius ad eam capiendã, hominis affectus per delectationem dilatatur, ex qua cordis dilatatione, & exultatione risus surgit, cum pectus cor suum coercere non potest, & ex exultatione risus emanat, qui est actus exterior ab interiori exiens, & inde facies extenditur, maximè

maximè circa os, oculos, & totum vultum, licet eius sedes interior sit in præcordijs; & maximè homo ridet ex nouis, quia sic plus delectant, quàm vetera; sapientes verò minus rident, q̃ alij, tum ob intentas cogitationes in contéplationem, tum quia parum curant res terrenas, tum quia complexio in ijs ad atram bilẽ inclinat: & qui molles sunt corde facilè mœrorem, & delectationem suscipiunt, vt sigillum in cera, qui duro & calido sunt lętitiã citò capiunt, & diu retinent, qui verò duro & frigido, mœrorem, vt in atra bili, cum mœror sit affectus terrestris aridus, & frigidus; lætitia verò calidus humidus; vnde in pueris hæc iuuenibusq́;, & benè valentibus nascuntur, & inter animantes solus homo ridet, quia solus faciem dilatare potest, licet & bruta voce inconcinna signa exultationis foris edant: vt dicit hic Medina.

2 Secunda propositio. Cum delectatio est perfecta habet omnimodam quietem; omnes verò delectationes corporales ferè sitim, & desiderium excitãt; & spirituales delectationes contrarium pariunt effectum, ac corporales; quòd si consideretur delectatio, prout est in memoria quandoq; causat sitim, quandoq; non; probatur, quò ad delectationes corporeas. Io.4. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum, per aquam verò August. Tr.11.in Io. intelligit delectationem corporalem.

Delectatio quietat si est perfecta.

Ratio primi, quia tũc delectatio nullum habet motum, vel desiderium tendens in non habitum, cum nil supersit desiderãdum, vnde beati videntes Deũ, & voluptatem ex Dei visione perpetuã capientes, satietate tamen non afficiuntur: vt d. Greg. hom. 36. in Euang. & August. in Ps. 85. nam visio diuinæ substantiæ non corrumpit, sed perficit intellectum, nec ibi exercetur actus per organa corporis, ꝙ fastidium afferre possit; præterea oritur eo ꝙ res prius visa mutationem faciat in re, corrumpẽdo, vel debilitando virtutem ipsius, vt fit in operatione sensitiua, & intellectiua in hac vita, quæ sine potentijs organicis compleri nõ possunt, & quæ lassantur, Deus verò semper cum admiratione videtur, cum nullus intellectus creatus illum comprehendat, & visio etiam illa beatifica continet in se omne bonum, & est status omnium bonorum aggregatione perfectus, ergo ibi non potest esse fastidium: vt d. D. Th. 3. cont. gent. c. 62. 63. & dixi de hoc supra Tomo 1. cap. de Dei cognitione, & habetur Tomo 4. Tract. de beatitudine.

Ratio secundi, nam sic cõtingit rem non perfectè habere, quia res habita non est tota simul quando recipitur sed successiuè, vt contingit in delectationibus sensus.

Ratio tertij, nam delectationes corporales & naturales per excrescentiam naturalis habitudinis efficiunt fastidiosæ, vt patet in delectatione ciborum, & venereorum, sed spirituales non superexcrescunt naturalem habitudinẽ animi nostri, imò perficiunt naturam, vnde cum peruenitur ad consummationẽ in ipsis fiunt plus delectabiles, nisi per accidens operationi contemplatiuę adiungantur aliquæ operationes virtutũ corporalium, quæ per assiduitatem lassentur, & sic intelligitur id Eccles. 24. Qui bibit me, adhuc sitiet.

Ratio quarti, nam vt cõsideratur delectatio, vt est in memoria, & non in actu, causat sitim & desiderium, quando homo redit ad illam dispositionem in qua erat sibi delectabile, ꝙ præterijt, si verò sit immutatus ab ea dispositione, memoria nõ causat delectationem, sed fastidium, vt pleno cibis, memoria cibi generat fastidium.

Tertia propositio. Delectationes corporales impediunt vsum rationis, probatur 6. Eth. c. 1. 3

Delectationes corporales ĩpediunt vsum rationis, & qũo

Ratio, nam delectiones propriæ augent operationes, extraneæ impediunt. Vnde vna est delectatio, quę habetur de ipso actu rationis, vt cum quis delectatur in contemplando, vel ratiocinãdo, & talis delectatio non impedit vsum rationis, sed adiuuat, quia id attentius operamur in quo delectamur, attẽtio verò adiuuat operationem. Delectationes verò corporales impediunt vsum rationis: primò ratione distractionis, cum

enim

enim intentio fortiter inhæret alicui rei, debilitatur circa alias res, vel ab ijs reuocatur, cum potentiæ animæ aliquæ si extenduntur, aliæ remittantur, vnde si intenditur appetitiua sensitiua, intellectiua remittitur ob nimiam adhæsionem sensitiuæ, & intentionem circa obiectum, ergo. Secundò, ratione contrarietatis, nam aliquæ delectationes, maximè superexcedentes sunt contra ordinem rationis: vt d. Arist. 6. Eth. c. 1. Delectationes corporales corrumpere æstimationem prudentiæ, non autem æstimationem speculatiuam cui non contrariãtur, vt quod triangulus habet tres angulos, secundùm verò primum modum vtranque & speculatiuam, & practicam impediunt. Tertiò, quatenus ad delectationes corporales sequitur quædã trãsmutatio corporalis maior quàm in alijs passionibus, quo magis appetitus afficitur ad rem præsentem, quàm ad absentem, & tales perturbationes impediunt vsum rationis, vt patet in vinolentis, qui vsum rationis ligatum habent.

4 Quarta propositio. Delectatio perficit operationem, probatur ex Arist. loco citato.

Delectatio perficit opus.

Ratio, primò, per modum finis, secũdùm quod omne bonũ completiuè superueniens potest dici finis, nam super hoc bonum quod est operatio, superuenit aliud bonum quod est delectatio importãs quietationem appetitus in bono adepto. Secundò, perficit etiam indirectè, quatenus agens delectatus in sua operatione vehementius attendit ad illam, & sic diligentius operatur illam.

SVMMARIVM.

1 Delectatio quæ bona, & quæ mala sit, & an sit peccatum cogitare de copula cum vxore futura, vel mortua cum delectatione.
2 Delectatio omnis non est bona.
3 Delectatio aliqua optimum bonũ humanum dici potest.
4 Delectatio voluntatis est regula boni, & mali moralis, & quid de delectatione sensitiua.

De bonitate, & malitia delectationum. Cap. XVII.

D. Tho. 1. 2. q. 34.

1 Delectatio quæ bona, & quæ mala, & an sit peccatũ cogitare de copula cum vxore futura, vel mortua cum delectatione.

PRima sit propositio. Aliqua delectatio est bona, aliqua mala, & non omnes malæ contra Stoicos, quos recenset Arist. 10. Eth. c. 1. & 3. probatur secundum Ps. 36. Delectare in dño.

Ratio secũdi, nam nemo est qui possit viuere sine aliqua delectatione corporali, & sensibili. Vnde cum delectatio sit quies appetitiuæ potentiæ in aliquo bono, & consequens aliquam operationem, sequitur aliquas delectationes esse bonas secundùm quod rectæ rationi, & legi Dei cõsonant, aliquas esse malas secundùm quod à prædictis discordãt. Et vt in naturalibus id dicitur naturale quod conuenit naturę, innaturale quod naturæ disconuenit, idem est ex parte operationum, quarum quædam sunt bonæ, quædam malæ, sed operationibus sunt coniunctæ delectationes, ergo bonarum actionum delectationes bonæ sunt, malarum malæ, quæ intelligũtur meo iudicio, quò ad statũ præsens, quo quis delectatur, secundùm quem statũ & tempus debet iudicari earum actionum bonitas, vel malitia: vnde nõ licet delectari in actu illicito commisso per ignorantiã inuincibilem, quia cũ nunc id sciat, cessat ignorantia, & non est quod in eo delectetur, vt nec in actu lege Dei prohibito cum conditione si non esset prohibitus, quia cum sciat illũ esse prohibitum, non est quod cogitet de eo etiam sub conditione, quàm scit nõ futuram, vt nec in actu coniugali alicuius mulieris de futuro, cum delectatio sit pręsens & matrimonium futurum, vnde desiderio, vel delectatione non potest quis tendere in id quod nondum sibi licet, poterit tamen eo casu cogitare de consummando matrimonio, cum sibi licebit, in eo tamen ex supra dictis delectari non poterit; vt nec vidua in actu cõiugali pręterito, cum actus concessus præterierit, & delectatio sit pręsens, & sic feratur in id quod sibi amplius non licet, secus si non surgat nũc delectatio sensualis in ea cogitatione

gitatione quia sic est sola memoria preteriti quod non est illicitum. Cauendum tamen est ab huiusmodi cogitationibus: vt & peccatorum dimissorum per pœnitentiam, ne quis nunc in ijs delectetur.

2 Delectatio omnis nō est bona. Secunda propositio. Omnis delectatio non est bona contra Epicureos, probatur Prou. 2. vbi reprehenduntur, qui lætantur cum malefecerint.

Ratio, nam cum delectatio sit quies in bono, si id in quo quiescit appetitus est simpliciter bonū, delectatio erit bona, sed si sit bonum secundùm quid vt conueniens sensui, sed contrarium rationi, erit delectatio bona secundùm quid. i. sensui, sed mala simpliciter, licet apparens bona, vt fornicatio.

Quando verò delectatio in cogitatione actus prohibiti sit mortale, vel non, dixi supra.

3 Delectatio aliqua potest optimū bonū humanū dici. Tertia propositio. Aliqua delectatio potest dici optimum inter bona humana, probatur Ps. 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.

Ratio, nam quicquid in rebus humanis est vltimus finis, hoc est optimum in eisdem, sed quædā delectatio est huiusmodi, ergo, primum probatur, nam optimum in quaq; re est vltimus finis · secunda probatur de fruitione, quæ est in summo bono, scilicet Deo, nam vltimus finis hominis potest dici, vel ipse Deus, qui est summum bonum simpliciter, vel ipsius fruitio, quæ importat quandā delectationem in vltimo fine, & sic illa fruitio est optimum in rebus humanis, non per hoc tamen dicit D. Tho. fruitionem esse potiorem visione diuinæ essentiæ, cum alibi contrarium asseueret, sed intendit quod delectatio non sit quid extraneū ab operatione, & sic nec fruitio à visione, sed idem bonum reputari videre diuinam essentiam, & delectari de visione diuinæ essentiæ: vt dicit hic Medina.

4 Delectatio voluntatis est regula boni & mali moralis, & qd de delectatione sensitiua. Quarta propositio. Delectatio voluntatis est regula boni, & mali moralis; delectationes verò appetitus sensitiui non sunt regula, & mensura bonitatis, vel malitiæ moralis; probatur ex Aug. in Ps. 7. d. quod finis veri, & cognitionis est delectatio ad quam quis nititur peruenire, & Arist. 7. Eth. c. 12. d. quod finis architectorum est delectatio.

Ratio primi, nam bonitas, vel malitia boni moralis in bonitate consistit, bonitas vel malitia voluntatis præcipuè ex fine cognoscitur, id verò habetur pro fine in quo voluntas quiescit, at quies voluntatis in bono est delectatio, vnde secundùm delectationem humanæ voluntatis homo iudicatur bonus, vel malus moraliter, vnde est bonus si gaudet in bonis virtutum, malus qui in operibus malis.

Ratio secundi, nam delectationes appetitus sensitiui non sunt regula bonitatis, vel malitiæ moralis, nam cibus communiter delectabilis est secundùm appetitum sensitiuum bonis, & malis, sed voluntas bonorum delectatur in eis secundùm cōuenientiam rationis, quam non curat voluntas malorum.

SVMMARIVM.

1 Delectatio quotuplex sit.
2 Delectatio mala fugienda, & quare, cum huius rei remedijs.

De remedijs delectationis malæ. Cap. XVIII.

1 Delectatio quotuplex. CVM duplex sit delectatio intellectiua, & appetitiua, & intellectiua, vt causet bonum actum debeat esse conformis rationi, ideò vt remedium adhibeatur delectationi illicitæ: considerandum est quanta mala afferat voluptas sensus, quæ meritò esca oīum malorū est, vt d. Seneca in quæst. & Antisthenes lib. 7. apophr. 3. d. insanire se malle, quàm voluptate deliniri, & Aristot. 1. Eth. c. 1. d. vitam voluptuosam esse vitam pecudum, & Solon d. voluptatem fuge ipsa namq; postremò dolorē parit quod concordat cum Salom. Pro. 28. est namq; voluptas sensus vita pecudū, cum nil aliud petāt bruta, quàm quòd sensum delectēt, & maiores dolores homini affert quam suauitates: vt d. Aug. in Ps.

2 Delectatio mala fugienda, & quare, & hui' rei remedia.

in Ps.131. in id si custodierint filij tui &c.& delectatio occidit, & transit, miserum facit,& relinquit,& vno momento delectationis amittitur gratia: vt dicit Aug.de Temp. serm.7.serm.3.in natali domini.& serm.5. quærenda proinde spiritualis delectatio, quæ delectat, & nutrit, veras affert consolationes, & abijcit omnem immundam delectationem, gustato si quidem spiritu desipit omnis caro, delectatio sit in domino in quo omne bonum est situm, extra quē nil est q quæratur, bonis veris hærendum, apparentia fallacia, & mendacia fugienda, sensus proinde cohibendi, ne illicita percipiant,& delectentur: appetitus sensitiuus frenandus: caro domanda ieiunijs,& macerationibus, vt spiritui inseruiat, vt prauos motus non pariat,& illa remedia adhibenda, quæ supra concupiscentiæ esse adhibenda est dictū. Considerando quoq; rem ipsam, & deliberationē sumendo: sic enim dignoscetur prauum esse quod delectat, & voluptatem emptā dolore nocere, vt inquit Horatius, & Epictetus in Ench. c.56. Vnde sapientes mundi voluptates docent aspernandas, vt Arist. lib.2.Eth. c.vlt.in omnibus à iocunditate, & voluptate maximè cauendum est: & Cic.li. de senectute, Nullam d. capitaliorem pestem, quàm corporis voluptatem hominibus à natura datā, testimonio Architæ Tarentini; cum voluptates quoque prudentiæ sint impedimēto. 7.Eth. cap.11.& Antisthenes dicebat,se malle insanire, quàm voluptate affici, cum insaniam auferat medicus, voluptas verò cum mentem eripiat vix sanabile malum sit: vt d.Laert.lib.6.c.1. quod probatur,& Lucę 8.2.Tim.3.& docet Nissen. hom.2.in Eccl. & Aug.lib.5. ciuit. cap.20.

SVMMARIVM.

1 Dolor quotuplex, & quid sit, & quid tristitia.
2 Dolor est passio animæ.
3 Dolor quomodo differat à tristitia.
4 Dolor est contrarius delectationi.
5 Dolor, & tristitia quomodo conueniant, vel disconueniant.
6 Tristitia an quandoque contrarietur delectationi.
7 Delectationis appetitus an sit fortior, quàm fuga tristitiæ.
8 Dolor interior est maior, quàm exterior, & quomodo.
9 Tristitiæ species quæ sint.

De dolore, vel tristitia, & primò secundùm se. Cap. XIX.

Obseruandum est in vniuersum, quòd dolor est animi, vel corporis cruciatus, sic dictus à dolendo, quia corpora dolore minuuntur, vt lætitia augentur, vel dolor est ægritudo crucians: vt dicit Cicero 4.Tuscul. vel quidam sensus diuisionis, vel corruptionis impatiens: vt dicit Aug.lib.3.de lib.arbitr.c.24. vel motus appetitus sensitiui, vel intellectiui, de malo præsenti, vel q iam habet pro præsenti, vnde sicut delectatio est quies de bono conuenienti, quæ sensu, vel cognitione percipitur: sic dolor ei contrarius est apprehensio discōuenientis per sensum, vel intellectum, & primus dicitur dolor, secundus tristitia, quæ differunt q primus fit semper cum transmutatione corporali.i.corporis constrictione, tristitia nō semper, vt in Angelis malis,& animabus separatis; præterea dolor corporis cum fiat per corpus, licet deriuetur ab anima, est de malo tātum præsenti; tristitia verò quia fit per apprehensionem potest esse de malo præterito, præsenti, & futuro: vt dicit D. Th.art.1.& 2. D.Th.1. 2.q.35. 1 Dolor quotuplex, & quid,& qd tristitia.

Secundò, obseruandum est, q dolor corporis sic dicit, dolor verò animi tristitia dicitur, vt d.Aug.in Ps.42.& dolor corporis est repentina eius corruptio: dolor verò animi est carentia rebus quibus quis fruebatur, vel frui posse sperabat: vt d. Aug.de vera relig.lib. vno.cap.12. Vel dici potest, quòd dolor corporis est læsio eiusdem, cum sensu læsionis, qui sensus venit ab anima sentiente vel sensum causante, vnde dolor

 cor-

corporis ad animam pertinet: vt dicit Aug. lib. 14. ciu. cap. 15. nec dolere corpus sine anima potest, è conuerso tamen potest, vt d. Aug. in Ps. 87. in id, quoniã repleta est malis anima mea. His notat.

2 Dolor est passio aĩæ. Prima sit propositio. Inter animæ passiones dolor propriè commemoratur cuius obiectum est malũ. Qui quidem dolor in appetitu subiectatur, primum probatur ex Aug. 14. ciu. c. 8.

Ratio, nam omnis motus appetitus sensitiui maximè in defectum sonans est passio eiusdem, sed dolor in parte sensitiua existens est huiusmodi, ergo, prima probatur, ex dictis supra; secunda probatur, ad dolorem enim concurrunt coniunctio mali, & perceptio eius coniunctionis, sicut ad delectationem coniunctio boni, & eius cognitio, vel perceptio, huiusmodi verò afficiunt partem appetitiuam, vnde secundùm quòd dolor est sensus præsentis mali in appetitu sensitiuo, habet maximè rationem passionis, vt & molestiæ corporales passiones dicuntur, & etiam quia fit cum transmutatione corporali, motus verò doloris semper est in anima, dicitur verò esse in corpore, quia eius causa est in corpore cum aliquid nociuum patimur, quomodo verò spiritus, vel animæ dolorem sentiãt, dictum est supra, Tomo 2. cap. de pœnis dæmonum, & c. de anima separata, & Tomo 4. Tract. de Inferno. Dolor etiam corporis dicitur licet sit appetitus sensitiui, cũ licet sit ab anima, tamen fit cum corporis transmutatione, dolor verò appetitus intellectiui dicitur tristitia, vel dolor animi, quia potest sine corpore esse.

3 Dolor qũo differat à tristitia. Secunda propositio. Dolor latius patet quàm tristitia, omnis enim dolor tristitia est, non omnis tristitia dolor est, probatur Rom. 9.

Ratio, nam tristitia ex interiori apprehensione causatur, vt & gaudium; dolor verò causari potest, vel ex exteriori apprehensione sensus, vel apprehensione intellectus, vel imaginatione, licet nomine doloris in corporalibus soleamus vti, cum sint nobis magis noti, quàm spirituales dolores; præterea dolor qui sequitur apprehensionem sensus est tantum de malo præsenti; tristitia verò cum apprehensione percipiatur est de præterito, præsenti, & futuro, & sic tristitia est species doloris.

Tertia propositio. Dolor est contrarius delectationi, probatur ex August. 14. ciuit. cap. 7. 4 Dolor est cõtrarius delectationi.

Ratio, nam contrarietas est differentia secundùm formam 10. Metaph. tex. 13. 14. forma verò, vel species passionis sumitur ex obiecto, vel termino, vnde cum obiecta delectationis, & tristitiæ, vel doloris sint contraria, scilicet bonum præsens, & malum præsens sequitur, quòd dolor, & delectatio sint contraria, nec obstat, quòd tristitia sit causa delectationis, vt tristari de ludo pro peccatis, vel gaudere de dolore pro peccatis, est enim per accidens, ob amorem gratiæ, quam habet quis, vel cupit amissam recuperare per pœnitentiam.

Quarta propositio. Delectatio, & tristitia quandoque contrariæ sunt, quandoque disparatæ, quandoque conueniunt in affinitate.

Ratio primi, quando enim delectatio, & tristitia de eodem sunt, tunc habent oppositionem, sed quandoque ita sunt, ergo, prima probatur nam vnum pertinet ad sequelam; scilicet delectatio, alterum ad fugam circa idem, quæ sunt contraria; secunda probatur, vt delectari in studio literarum, & in eodem tristari. 5 Dolor, & tristitia qũo conueniant, vel disconueniant.

Ratio secundi, nam quando delectatio, & tristitia sunt de diuersis, quæ non sunt opposita, sed disparata, tunc similiter sunt disparatæ, vt tristari de morte amici, & delectari de contemplationẽ.

Ratio tertij, nam per accidens vnum contrarium potest esse causa alterius, vnde ex magno desiderio non recusat quis ferre laborem, vt ad delectationẽ perueniat, sic luctus, & similia ad gloriam perducunt.

Quinta propositio. Contemplationis delectationi aliquando aliqua tristitia est contraria, quandoque non, nisi per accidens. 6 Tristitia ã qñq; contrarie cõtẽplationi.

Ratio primi, nam si contemplatio capitur pro causa contemplationis potest habere tristitiam contrariã, quia sic delectatio

lectatio non est de ipsa cõtemplatione, sed de re contemplata, contingit enim contemplari aliquod nociuum contristans, vt & conueniens, & delectans.

Ratio secundi, nam si accipitur delectatio contemplationis, vt cum contemplatio est eius obiectum, vt cũ quis delectatur hoc ipso ꝙ contemplatur, tunc contemplationi nõ opponit̃ tristitia aliqua per se, nec habet aliam tristitiã annexam, cũ per se sit delectabilis, & perfecta operatio, per accidens verò tristitia admiscetur, primò ex parte organi partis sensitiuæ qui lassatur, alio modo ex impedimento apprehensionis.

7 Appetitus delectationis an sit fortior, q̃ fuga tristitiæ.

Sexta propositio. Fortior est appetitus delectationis, quàm fuga tristitiæ, vnde magis fugiendus, per accidens tamen contra fit, probatur ex Dion. 4. c. de diuin. nomin. d. ꝙ fortius est bonum, quàm malum.

Ratio primi, nam causa delectationis est bonum conueniens, causa verò doloris est malum & disconueniens, ꝙ malum non potest esse totaliter absq; omni conuenientia, bonum verò contingit absq; omni dissonantia, vnde delectatio potest esse perfecta, tristitia verò secundùm partẽ semper, ꝙ intelligitur quò ad præsens, nã in inferno est totalis tristitia, licet & ibi non sit sine bono iustitiæ, vnde ex prædictis sequitur naturaliter esse maiorem appetitũ delectationis, quàm fugam tristitiæ, quia obiectũ delectationis, quod est bonum, per seipsum appetitur, malũ verò vitatur, quia est priuatio boni. Ratio, nam per accidens contingit aliquẽ fugere magis tristitiam, quàm sequi delectationem. Primò, ex parte apprehensionis cum ex indigentia amati oritur tristitia, quia ex illa amistione magis sentitur amor. Secundò, etiã ex parte causæ contristantis, vel dolorẽ inferentis, quæ repugnat bono magis amato quàm sit id bonũ in quo delectamur, vt magis amatur consistentia corporis, quàm delectatio cibi. Tertiò, etiã ex parte effectus, quatenus tristitia impedit omnes delectationes.

8 Dolor interior est maior, quàm exterior, & quõ.

Septima propositio. Maior est dolor interior, quàm exterior, probatur Eccles. 25. d. Omnis plaga tristitia cordis est, & in tristitia cordis omnem plagam exteriorem excedit.

Ratio, nam causa doloris est malum coniunctum, ꝙ repugnat corpori, & sequitur apprehẽsionem sensus maximè tactus, causa verò doloris interioris est malum cõiunctum appetitui, & sequitur apprehensionem interiorem imaginationis, vel rationis; vnde si considerẽtur causæ illæ quæ pertinent ad dolorẽ interiorẽ per se sunt, quia appetitui repugnant, illæ verò doloris exterioris, quia corpori repugnant per aliud sunt, sed id ꝙ est per se est prius, & potius, co ꝙ est per aliud; præterea id patet ex parte apprehensionis rationis, & imaginationis, quæ est altior apprehensione tactus, vnde quis voluntariè suscipit exteriores dolores, vt vitet interiorẽ, & exterior est quodãmodo iucundus ob interius gaudiũ, vt fuit in Martiribus. Qñque verò exterior dolor est cum interiori, & tũc est grauior, vnde quicquid repugnat corpori potest repugnare interiori appetitui, & quicquid apprehẽditur sensu potest apprehendi imaginatione, & ratione, sed non èconuerso.

9 Tristitiæ species q̃ sunt.

Octaua propositio. Quatuor sunt tãtum species tristitiæ, misericordia, inuidia, anxietas, & accidia, probatur ex Damasc. lib. 2. cap. 14.

Ratio, nã misericordia est alienæ miseriæ in nostro corde cõpassio, cui si possimus subuenire cõpellimur, æstimantes alienum malum vt propriũ, & licet Arist. dicat nos tãtum misereri eos, qui indignè in miseriam incidunt, tamen Christiana charitas etiã in alijs extenditur, & maximè in eos qui in repentinam miseriam incurrerunt, & similes, nil enim æquè est secundùm naturam, q̃ afflictis misereri, & nil magis hominem, quàm misericordia commendat: vt d. Ambros. & Cicero, & Valer. Max. quos recenset Cõment. in d. c. 14. Dam.

Secunda species est inuidia, quæ est tristitia de bono alterius, vt æstimatur damnũ vel malum propriũ, & est filia superbiæ, & est plena stultitia, velle scilicet minui, de eo quo alius augetur: vt d. Hieron. & Prosper, quos ibi recenset Cassianus, & est vitium diabolicum qui

primo homini inuidit, & eius inuidia peccatum intrauit in mundum; & est etiam res abiecta, vnde nemo patitur se inuidum nominari, & etiam nunquam parcit, cum nec beneficijs, nec alijs rebus mitigetur.

Tertia species est anxietas, qua affligitur animus, & qua hominibus nõ est peius malum. Ps. 41. Quare tristis es anima mea. & Prou. 15. In mœrore animi deijcitur spiritus, & Eccl. 30. Melior est mors, quàm vita amara.

Quarta species est accidia, qua aggrauat animus, vt nil boni ei agere liceat, & tędium animi, & torporem bene operandi, ac sui deiectionem affert, quæ est radix desperationis, vt d. Chris. contra quam multa profert scriptura. Prouer. 6. 21. & Eccles. cap. 33.

SVMMARIVM.

1 Dolor magis causatur ex malo coniuncto, quàm bono amisso.

2 Tristitiæ causa est concupiscentia, & quomodo.

3 Dolor causat ex desiderio vnitatis.

4 Doloris causa est tristitia cui non potest resisti.

De causis doloris, vel tristitiæ. Cap. XX.

D.Th. 1. 2. q. 36.

1 Dolor magis causat ex malo cõiuncto, q̃ bono amisso.

Prima sit propositio. Doloris causa est magis malum coniunctum, quàm bonum amissum, probatur ex Dam. lib. 2. c. 12. d. ꝙ malum futurum timorem incutit, præsens tristitiam, licet amor qui est causa tristitiæ, respectu boni sit & delectationis.

Ratio, nam in operibus animæ, sic se habet motus appetitus animalis, vt in rebus naturalibus motus naturalis, sed si in rebus naturalib. accipitur accessus, & recessus: accessus per se respicit id ꝙ est cõueniens naturæ: recessus verò per se id ꝙ est contrarium naturæ, vt graue per se recedit à loco superiori, & accedit ad inferiorem. Sed si accipiatur causa vtriusq; motus. s. grauitas, per prius inclinat ad locum deorsum, q̃ retrahat à loco superiori, vt tendat deorsum, sic & cum tristitia in appetitiuis se habeat per modũ fugæ, delectatio verò per modum accessus, vt delectatio prius respicit bonum adeptum; sic tristitia respicit malum coniunctũ, ꝙ detestatur, causa tñ delectationis, & tristitię. s. amor, pri⁹ respicit bonum q̃ malũ; eo ergo modo quo obiectum est causa passionis, sic eo magis causa tristitię est malum coniunctum, q̃ bonum amissum. Et sic primò dolor nascitur ex malo præsenti & coniuncto, ꝙ maximè cruciat, deinde ex boni amissione, & ẽt ex boni absentia, vt amic⁹ ex recessu amici, & aliqui post delitias tristãtur, & ẽt ex inquietudine dum aliquid requiritur, nã ex tristitia atra bilis gignitur, ex qua sine alia mali opinione gignitur tristitia vt accidit in melãcolicis, qui sæpè tristitiæ causã reddere nesciunt ob malã complexionem, nec ob id obstat, ꝙ appetitus non tendat in malũ sub ratione mali, quia tristitia tendit in id vt fugiendum.

Secunda propositio. Concupiscentia secundùm suã naturã est causa tristitię, non tñ in vniuersali, qñq; tñ est delectabilis, probatur ex Aug. ĩ Ench. ad Laur.

2 Tristitiæ cã est concupiscẽtia, & qũo.

Ratio primi, concupiscentia enim est causa tristitiæ, quatenus, vel ex ablatione, vel retardatione boni quis tristat.

Ratio secundi, nã magis dolemus de subtractione bonorũ præsentiũ in quibus delectamur, quàm futurorum, quæ concupiscimus, quandoq; tamen ponitur concupiscentia pro amore.

Ratio tertij, nam dum manet spes adipiscendi, quod concupiscitur, concupiscentia est delectabilis.

Tertia propositio. Appetitio vnitatis est causa doloris, probatur ex Aug. lib. 3. de libe. arbit. c. 21.

3 Dolor causat ex desiderio vnitatis.

Ratio, nam bonũ cuiusq; in quadam vnitate consistit, prout quæq; res habet illa coniuncta ex quibus perfectio eius cõsistit, vnde naturaliter appetitur vnitas, vt & bonitas, vnde sicut amor, vel appetitus boni est causa doloris, sic etiã appetitio vnitatis. Causatur ẽt tristitia ex dilatione assecutionis boni, ꝙ expectatur. Prou. 13. Spes, quæ differtur affligit animam, vt si quis bonum, ꝙ expectat non assequit, vel ꝙ habuit amittit vel ma

vel malum incurrit, ꝙ timuit: vnde Aug. 14. ciu. c. 7. d. Amorē boni esse causam tristitiæ. & in Ench. c. 24. d. Concupiscentiam noxiā esse causam tristitiæ, causat etiam tristitiam ira cum quis nō potest opere complere appetitum vindictæ, vel desperat se assecuturum ꝙ sperauerat: vt d. Cass. lib. 9. de insti. cœnob. c. 4. & etiā causatur ex cogitatione peccati præteriti, & quādoq; ex nullis causis præcedentibus: vt d. Cass. d. c. 4.

4 Doloris cā ē potestas cui nō potest resisti.

Quarta propositio. Potestas maior cui resisti non potest est causa doloris, probatur ex Aug. lib. de natura boni. c. 20.

Ratio, nam per eam, quis cogitur ad faciendum ea quæ propriæ voluntati repugnant, ꝙ verò aduenit contra inclinationem alicuius non est nisi per actionē alicuius superioris, & fortioris, ergo, sed si fortior potestas tantum inualescat ꝙ contrariam opinionem mutet in propriam, non erit aliqua repugnantia, vt si fortius agēs corrumperet aliquod corpus graue, tūc ferri sursum non esset rei violentum, sed connaturale, si ergo maior potestas ita inualescat, ꝙ auferat inclinationem voluntatis, vel appetitus sensitiui, non sequitur dolor, sed tunc solum quando remanet inclinatio in contrarium.

Organum tristitiæ est os ventris, ꝙ in tristitijs mordicationes sentit, vnde tristantibus non parum choleræ rubræ in ventrem diffluit, ꝙ mordicationem facit, nec quiescit donec euomita cholera sit: vt d. Niss. li. 4. philosophię c. 14.

SVMMARIVM.

1 Dolor obtenebrat spiritus.
2 Dolor magnus aufert facultatem addiscendi.
3 Tristitia aggrauat animum.
4 Dolor debilitat oēm operationem.

De effectibus doloris, vel tristitiæ. Cap. XXI.

D. Tho. 1. 2. q. 37.

OBseruādum est, ꝙ doloris est obtenebrare spiritus, vnde animo adimitur sua alacritas, & ex ea etiam causa obscuratur ingenium, & cerebro refrigerato ex tristitia, inducitur somnus, & odiū sui & omnium rerum, idq; maximè euenit in meticulosis, qui longè suspitiones mittunt; corpus etiā tristitia exsiccatur, & cor contrahitur. Hęc affectio est frigida, & sicca, ideò inualescit in frigidis temporibus, & locis, & quæ habent dispositionē melancolicam, vt autumno hieme, tempore nubilo, & nocte, & etiam tristitia festinat mortem. Eccl. 38. & abducit hominem ab ijs quæ consolari possunt. His notatis.

1 Dolor obtenebrat spiritus.

2 Dolor magn⁹ aufert facultatē addiscēdi.

Prima sit propositio. Dolor aufert facultatem addiscendi si magnus sit, probatur ex Aug. 1. soliloquiorum. c. 18.

Ratio, nam cum potentiæ animæ in vna eius essentia radicentur, quādo eius intensio vehementer trahitur ad operationem vnius potentiæ retrahitur ab operatione alterius, vnde si quid ad se trahat totam animæ intentionem, vel magnam eius partem, non compatitur secum aliquid quod magnam intentionem requirat, ideò si dolor fuerit intensus, impeditur homo à discendo. Dolor verò & tristitia per accidens si erit moderata, ita vt cordis euagationē non patiatur, poterit conferre ad doctrinā capescendam.

3 Tristitia aggrauat animum.

Secunda propositio. Tristitia aggrauat animum, probatur ex Dam. lib. 2. c. 14. Niss. lib. 4. c. 12.

Ratio, nā motus animales sunt similes inclinationibus appetitus naturalis, vnde qnque effectus passionum animæ vocatur secundùm sensibilia, vnde feruor tribuitur amori, dilatatio delectationi, aggrauatio tristitiæ, quia grauatur homo aliquo pondere quo impeditur à proprio motu; tristitia enim contingit ex malo præsenti, ꝙ cum repugnat motui volūtatis grauat animum, quatenus impedit eū ne operetur quod vult, & eo fruatur; si verò non sit tanta vis mali contristantis, vt auferatur spes euadendi, licet grauetur, remanet spes ad repellendum nociuum contristans, si verò spes euasionis excludatur, tunc impeditur simpliciter interior motus animi angustiati, & etiam quando-

que exterior corporis motus, ita vt homo stupidns in se maneat.

4 Dolor debilitat omnem operationem.

Tertia propositio. Dolor debilitat omnem operationem, probatur 10. Eth. cap. 4.

Ratio, nam cũ tristitia nemo sic benè operatur, vt cum delectatione, quia voluntas est causa operationis, quæ mouetur maximè ex bono & delectabili; si verò cõparatur operatio ad tristitiã, vt ad primũ principium, & causam, sic augetur operatio ex tristitia, quia quo magis quis tristat de aliquo, eo magis conatur ad tristitiam pellendã, quæ impedit, si remanet spes, aliter nullus motus, vel operatio ex tristitia causatur.

Quarta propositio. Tristitia magis nocet corpori, quàm aliæ passiones, probatur Prou. 17.

Ratio, nam illa repugnant vitali motioni, quæ important motum appetitus cum fuga, non solùm quò ad quantitatem, & mensuram, sed etiam secundùm speciem motus, vt timor & desperatio, & maximè tristitia quæ grauat animũ ex malo præsenti magis, quàm futuro, sed passiones animæ quæ importãt motum animi ad prosequendum aliquid, non repugnant vitali motioni secũdùm speciẽ, possunt tamen repugnare secundùm quantitatem, vnde gaudium, desiderium, amor secundùm speciem iuuãt naturam corporis, ob excessum tamen possunt nocere. Vnde magis nocet tristitia, quàm aliæ passiones. Eccl. 38.

SVMMARIVM.

1 Dolor per delectationes mitigatur.
2 Dolor ex fletu mitigatur.
3 Dolor ex compassione mitigatur.
4 Dolor mitigatur ex contemplatione veritatis.
5 Dolor ex somno & balneis minuitur.
6 Tristitia mitigatur malo sublato, vel bono amisso reddito.
7 Tristitia, vel melancolia, vt medice cognoscatur, eius mala quæ sint, & vt curetur.

De remedijs tristitiæ, vel doloris. Cap. XXII.

D. Tho. 1. 2. q. 38.

1 Dolor per delectationes mitigatur.

Prima sit propositio. Quælibet delectatio remediũ est ad mitigandum dolorem, probatur 7. Eth. c. vlt.

Ratio, nam delectatio est quies in bono conuenienti, tristitia verò oritur ex malo ꝙ repugnat appetitui, vnde ita se habet delectatio ad tristitiam vt quies corporis ad fatigationem, quæ contingit ex aliqua transmutatione innaturali, quia & ipsa tristitia importat quãdam fatigationem, vel infirmitatem animæ, vt ergo quælibet quies corporis remedium affert fatigationi ex innaturali causa prouenientẽ, sic quælibet delectatio remedium affert ad mitigandam quamlibet tristitiã vndecunq; procedat, cum quælibet delectatio contrarietur omni tristitiæ secundùm genus ex parte dispositionis subiecti, licet non secundùm speciem.

2 Dolor ex fletu mitigatur.

Secunda propositio. Fletus mitigat dolorem, probatur ex Aug. 4. conf. c. 4.

Ratio, nam omne nociuũ intus clausum magis affligit, cum intẽtio animæ circa illud multiplicetur, quando verò ad exteriora diffunditur, quodammodo dispergitur, & dolor interior minuitur; preterea fletus cõuenit dolentibus, & operatio conueniens homini pro dispositione in qua inuenitur delectabilis est, ꝓcedit verò fletus vel lachrimæ, ex humefactione cerebri distillãtis per oculos, vt in ebrijs contingit pueris & mulieribus, qui id molle habent, & etiã ex fumo vento, vel alia re aduersa, ex amore, & desiderio fruendi aliqua re, & maximè ex miseratione, & datæ sunt homini lachrimæ ad testandũ eius dolorem, vt sic alij ei misereantur, qui verò habent cerebrum exiccatum lachrimas non fundunt.

3 Dolor ex cõpassione mitigatur.

Tertia propositio. Compassio amicorum mitigat dolorem, probatur 9. Eth. cap. 11.

Ratio, nam sic in affecto tristitia fit imaginatio, ꝙ amici cum ipso ferunt onus tristitiæ, & quia sic se percipit amari,

mari, quòd est delectabile.

4 Quarta propositio. Veritatis contemplatio mitigat dolorem, probatur ex Aug. 1. soliloquiorum.

Dolor mitigatur ex cõtemplatione veritatis.

Ratio, nam in cõtemplatione est maxima delectatio præcipuè in sapientiæ amatoribus: vnde in cõtemplatione futuræ beatitudinis maximè gaudemus: vt dicebat Tiburtius Martir, sibi videri incedere super flores roseos in martirio.

5 Quinta propositio. Somnium & balnea mitigant dolorem, probatur ex August. 9. conf. c. 12.

Dolor ex somno, & balneis mitigatur.

Ratio, nam quæ reformant naturam corporalem in debitũ statum repugnãt tristitiæ, & eã mitigant, quæ secundùm se vitali motioni repugnat, per hæc ergo remedia natura reducitur ad debitum statum, ex quibus causatur delectatio, quæ tristitiam dissipat.

6 Sexta propositio. Mitigatur, vel aufertur tristitia malo sublato, vel reddito bono amisso, vel maiori bono, quàm esset amissum. Negotijs etiam & sermonibus iucundis, cogitando etiã non esse tantum malum vt æstimatur, maiori alios pressos fuisse, afflictione plus amitti quàm acquiri, ex patientia, & mali ꝑpessione multa bona expectari posse, bonorum, dignitatis, gloriæ, & huiusmodi, minuitur etiam tristitia cibis calidis, & humectantibus vino pręsertim. oblectetur etiam maximè visus, vel auditus, vt cœlo aperto, amenis pratis, fontibus, & huiusmodi, & musica, licet & musica quandoq; eam augeat, vt & aliena gaudia, nisi ratio charitatis habeat. Et in summa tristitia aufertur si consideretur huius mundi vanitas, afflictiones huius mundi citò transire, & bona perpetua patienter mala ferentes, Dei vel virtutis amore expectare, aduersitates non nocere, sed prodesse, cum nos cautos reddant ab illicitis dimoueant, ad Deum, & nosipsos adducãt, infirmitatis humanæ conscios nos reddant, & proinde in ijs tantum quę vera sunt bona, omnem spem esse locãdam, abiecto omni timore malorum præsentis vitæ, quæ si patienter ferantur Deo nos caros reddãt, & transactorum criminum pœnas tollendi vim habent.

Tristitia mitigatur malo sublato, vel bono amisso reddito, & vt aliter & medice.

Proderit etiam ad tristitiam tollendam, cogitare eius causam nõ tam esse malum, ꝙ vrget, quàm opinionẽ quandam & æstimationem nostram illius, ꝗ opinio cum sita sit in nostra potestate, non est difficilè adhibere remediũ, cũ in nostra potestate sit opinio, appetitio, auersatio, & quælibet nostræ actiones, vt ait Epict. cap. 1. & ꝙ opinio mali sit causa tristitiæ, probat ibi Epict. c. 10. d. homines perturbantur nõ rebus, sed ijs quas de rebus habent opinionibus; & Plut. lib. de exilio. Cic. q. 3. Tuscul. & latè Chris. ser. ꝙ nemo læditur, nisi à seipso.

Proderit etiam præmeditari mala omnia posse euenire, si enim sic eueniunt non ita premunt: vt d. Sen. ep. 77. præcogitati mali mollis ictus venit, ideò sapiens assuescit futuris malis, & quę alij diu patiendo læuia faciunt, hic læuia facit diu cogitando, idem Plutar. lib. de tranquill. animi. Cic. 3. Tuscul.

Proderit etiam tristitiæ euacuandæ, adhibere medicamẽta ad atram bilem tollendam, si in causa tristitiæ existit, & alia de quibus supra est dictum.

In particulari verò ad repellendam tristitiam noxiam, quia quæ suscipitur, ꝑpter Deum, vt ob peccata. 2. Cor. 7. vel ex dilatione fruendi Deo non est dimittenda, vel ob exiguos profectus quos quis in virtutibus facit.

Aliæ verò tristitiæ moderari poterũt remedijs, & considerationibus supra enumeratis, & etiam cogitãdo mala inflicta esse occasionem exercendi patientiam, & magnanimitatem, quarũ vsus in tribulationibns summe Deo placet. Ps. 24. Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres, cũ in varias tribulationes incideritis. &c. 2. Tim. 2. Si sustinemus, & conregnabimus; & alibi cum ipso sum in tribulatione. & Sen. lib. de tranquill. animi. cap. 9. d. Calamitates interdum in remedium cessere, & breuioribus incommodis grauiora sanata sunt, & ep. 85. Demetrius noster vitam securam, & sine vllis fortunæ incursionibus, mare mortuum vocat. & lib. de prouid. nihil

mihi videtur infœlicius eo cui nihil vnquam euenit aduersi, non licuit enim illi se experiri. Vlterius auocanda est cogitatio à malo præsenti, & conuertenda ad ea bona quæ quis iã obtinet, vel se obtenturum sperat, sic enim animi ægritudo leuatur, & maximè recogitãdo futuram beatitudinem. Eccl. 11. In die malorum ne immemor sis bonorũ, & docet Cassia. lib. 9. de instit. cœnob. c. 13. & Plutar. in Moralib. inquit. Vt muscæ à leuibus locis veluti speculis dilabuntur, asperis autem & cauis insidẽt, sic quidam bonorum obliti tristiũ memoriam vrgent ac premunt; præterea considerandum humana esse quæ acciderunt, & ideò tolerabilia, quæ & tulerint, & ferant cæteri: vt inquit Cic. q. 3. Tuscul. vt sic homo moneatur, se esse hominem, nec cum Deo pugnandum; præterea considerandum eum qui mœret, non ideò malum minuere, vel tollere, sed augere: vt ibi d. Cic. Vlterius patiens tribulationes rememoret se alias perpessum, & ab illis erutum, vt ita bonam concipiat spem se à præsenti liberari. Heb. 10.

7 Tristitia, vel melancolia vt medice cognoscatur eius mala, & vt curetur.

Remedia præterea medica, vbi philosophica non sufficiunt, huic morbo tollendo sunt adhibenda, ex quibus melancoliæ, vnde vt plurimum tristitia oritur, medela affertur.

Vt autẽ prædicta apertius dignoscantur aduertendum est melancoliam esse mentis quandam alienationem sine febre, ex melancolico maximè humore nascentem qui mentis sedem occupauerit, aliàs cerebro ipso per se ægrotante, aliàs totius corporis sensu immutato: vt Galenus lib. 3. de locis affectis, multa huius rei exempla commemorat, ita vt quidam se non habere caput putarint, alijs caput plenũ esse videatur, alijs leue & vacuum, alij putant dæmones ab inimicorum præstigijs sibi immissos, alij suspicantur se venenũ hausisse, alius amicos timet, alius omnes odio prosequitur, alius timet vinum, vel oleum, & huiusmodi, quorum ratio à medicis non benè assignari posse dicitur fortè ob diuersitatem humoris melancolici conflati ex victu præcedenti. Timor verò, & tristitia communes sunt melancolicis, cum nil ita cernãt vt tenebras, at atra bilis velut tenebræ rationis locum obumbrat, & timores efficit: vt inquit Galenus de causis sympt. 2. c. 7.

Melancolia porrò quædam est per propriam essentiam in cerebro, quãque per cõsensum in reliquo corpore, & tũc vel à toto, vel à partibus, vt à corde, vel à ventriculo, ab hepate, vel à liene, ab hyppocundrijs, vel hemorroidibus suppressis, vel à spermate retẽto, vel à mensibus, quædam materialis, quædam immaterialis, quędam fit per propriã originem, quædam alij succedit ægritudini, quædam continua, quædam interpollata.

Ad melancoliam aũt dispositi sunt: vt d. Galen. d. lib. 3. de locis affectis, homines macri, hirsuti, in quibusve latæ venæ apparent, vel qui prærubro sunt colore, flaui, educati cum vigilijs, laboribus, & tenui victu, qui habent cor calidum, & cerebrum humidum, quia caliditas cordis excedens adurit humores, à quibus humores atri eleuãtur, qui suscipiuntur à cerebro humido, & in eo imprimuntur. Balbi etiam ad eam sunt dispositi, qui literam T, & L malè proferunt, & vnam sillabam sæpè repetũt, qui velociter loquuntur, & qui habent oculos mobiles, & paruos, & labia crassa; & magis viri, quàm mulieres, licet quæ mulieribus accidit, sit deterior; ab ea verò alieni qui corporis habitum obesum, album, & pituitosum habent.

Causatur autem melãcolia in primis ex aere turbido, frigido, & sicco, vel calido, & sicco adurente, vt est aer canicularium dierum, autumnus ad hanc est magis dispositus, hiems non nisi per cõgelationem, nec ver, licet tunc detegatur. Cibaria etiam quæ sanguinem melancholicum generant, eam ferunt, vt caro bubula, taurina, hircina, caprina, vulpina, canina, leporum, cuniculorũ, & magis aprorum, lumaces frequentatæ, carnes salitæ animantiũ terrestriũ, aquatilium carnes, vt hunni, balenæ, vituli marini, delphini, cani, & cætorum omnium, brassica, arborũ germina, quæ aceto, & sale condiuntur, vt terebinthi,

lentisci,

lentisci, rubi, lẽtes, panis furfuraceus, ex panico, milio, faba, sagina, vel vitiatis seminibus factus, vinum crassum, & nigrum, caseus vetus in corpore calefactus, nimiæ exercitationes corporis humidum substantiale exsiccãtes, ieiunia crebra, & vigiliæ, nimia quies & otiũ, nimia cogitatio, memoria, ratio, inuestigatio rerum impossibilium, suspitio, spes, imaginatio. Dæmones etiam talẽ humorem possunt concitare, vt patet in obsessis, qui mira dicunt, morbi chronici, febres humores adurẽtes, nimius veneris vsus. Causa antecedens est mala complessio melancolica, vel humor naturalis melancolicus in cerebro, vel ipsi ab alijs membris cõmunicatus, nondum actu corrumpens virtutem cogitatiuam, & imaginatiuam, dispositus tamen vt ex breui impulsu id possit.

Causa coniuncta est idem humor melancolicus in actu corrumpẽs tales virtutes, vel sit in cerebro, vel ei communicetur à corde, ventriculo, hepate, splene, matrice, hyppocundrijs, vel à toto, vel mala complexione frigida, & sicca sine materia, quæ permutat temperiem cerebri, & spiritus animalis, & excludẽdo ab eis partes tenues calidas luminosas, reddit eorum substantiam tenebrosam, quod facit & mala complexio calida & sicca, quæ adurendo denigrat.

Signa autem melancoliæ incipiẽtis, vel primi gradus, sunt malæ cogitationes, timor tristitia absque causa, desiderium solitudinis, somni parui, diuulsi, insomnia turbulenta, vt videndo videre dæmones se, vel alios distrahentes, vel verberantes, mortuos squalidos ipsis instantes, inimicos, vel lictores persequentes, vibrationes corporis, vertigines capitis, sonitus flatuum circa aures.

Signa melancoliç in secundo gradu, vel augmento, sunt cũ patiens solus loquitur quod mente concipit, vel verba fatua sine connexione.

Signa confirmatæ, vel tertij gradus, sunt timor & tristitia diu perseuerans, operando quod mente erat & ore prolatum, mouendo inordinatè manus, pedes, oculos, si quis timet non timenda, & odio habet amicos, & monitores, & cogitat quæ esse non possunt.

Signa eiusdem per propriam essentiã in cerebro, sunt assiduæ cogitationes à quibus remoueri non potest, intentè aliquod obiectum inspicere, noctes insomnes præcedentes.

Signa per consensum eiusdem à toto, sunt morbi chronici, febres quartanæ præcedentes, exsiccatio corporis à fame, sole, vel nimio labore, vsus ciborum, quæ generant atram bilem, retentio superfluitatum consuetarum purgari à ventriculo, splene, matrice, vel hemorroidibus.

Signa per consensum eiusdem à splene, dolor, inflatio ventriculi, splenis intestinorum, malus color, concoctio corrupta, vomitus acetosus, excreationum copia, appetitus ferè caninus, & quandoque talis, ob multitudinem humoris melancolici acidi regurgitantis à splene ad os ventriculi, & huiusmodi appetitum excitantis, ventris lenitas ob flatum stimulantem ad excernendum, vbi si materia putrescit, aderit febris quartana.

Signa eiusdem per consensum à ventriculo, cum sumpto cibo concoctu maximè difficili, sputus humus, & multus sequitur, ructus acidus, flatus, æstus in hyppocundrijs, fluctuatio cum retinuerint, quandoq; graues dolores, qui nõnullis vsque ad dorsum procedunt, tum concoctis cibis quiescunt, & alijs ingestis, eadem reuertuntur accidentia; quæ quandoq; ieiunos, quãdoq; à cœna molestãt, & euomũt crudos cibos, & phlegmata sub amara, calida, & acida, ita vt dentes torpedine afficiantur: vt d. Gal. d. lib. 3. de locis affectis, cap. 7.

Signa eiusdem hyppocundriacç, sunt præter mœstitiam, & metum, ostensio, & ventositas inflatiua, grauitas circa hyppocundria, & præcordiorũ sursum attractio, quandoq; eructant acidam & melancolicam humiditatem, quandoque sentiunt vertiginem, & capitis grauitatem, & adest nausea si melancolia sit cum caliditate, si cum frigiditate quandoq; caninus appetitus, quandoq; nausea, & etiam ventris siccitas, sæpè ad venerem prouocantur ob cõtinuum flatum,

flatum, & si alleuiatur vomitu, eructatione, & ægestione, certius est hyppocundriaca, & inflatiua melancolia.

Signa melancoliæ à sanguine, sunt, linguæ grauitas, ita vt vix patiens loqui possit, rubedo oculorum, & faciei, eminentia venarum, imaginatio q sanguis fluat à naribus, risus assiduus, delectatio locorum amenorum, musica, fuga solitudinis, pulsus mollis, & plenus, vrina spissa, & subrubea, habitus corporis carnosus.

Signa melancoliæ à bile, sunt patientis agitatio, saltus, motus inordinatus, clamor, audacia, ira, color ferè citrin⁹, pulsus durus, velox, vrina citrina, vel subruffa, & tenuis.

Signa eiusdem à pituita, sunt color faciei, & corporis albus, vel pallidus, pigritia, somnus profundus, obliuio, nullus risus, vrina alba, spissa, subpallida, pulsus paruus, & mollis.

Signa eiusdẽ ab atra bile per adustionem, sunt habitus corporis niger, cutis aspera, scabie, vlceribus, pustulis scatẽs, odium tenax, fletus, timor, mœstitia, plusquam in alijs speciebus melancoliæ, pulsus paruus, durus, vrina pallida, & tenuis, & si fuerit sanguini humor mixtus, adest risus.

Signa eiusdem à causis primitiuis, sunt ipsæ causæ.

Signa eiusdẽ à dæmone, sunt si quis dicat, quæ ante ignorabat.

Prognostica.

Melancolici, vt plurimum comitiali morbo afficiuntur, & contra, si in corpus infirmitas cœpit fiunt epileptici, si in mentem melancolici, & si melancolicus spumam per os eijcit septem diebus moritur. Si sæpè vomit, vel nauseabundus q sumit, malè concoquit, exiccatus moritur; humor verò melancolicus si supra modum exustus vertatur ad substãtiam & membranas cerebri, furorem parit, si ad ventriculos apoplexiam, si ad originem neruorum, cõuulsionem, si ad oculos cæcitatem.

Melancolia confirmata est incurabilis, recens & per consensum sæpè curatur; & euacuatio per vomitum & secessum in ijs spem sanitatis affert, & vitiligines, & hæmorroides, elephantia, varices superuenientes, eam soluunt, & desipientiæ quæ sunt cum risu, sunt securiores. Hippocr. 6. aphor. 21. 53. 56.

Cura.

Primo loco succurrendum est ægro antequã in malis imaginationibus confirmetur, vbi enim cerebri substantia omnino melancoliã possedit, sanari non potest; quia medicis æger non credit, nec obedit, nec siccitas firmata ab humiditate superuenienti remoueri potest. Curatur melancolia per diætam, pharmatiam, & chirurgiam, quæ sunt omnia medicinæ instrumẽta. Circa diætam debet æger prohiberi ab omnibus supra relatis, quæ hunc humorem causare possunt. Aer conueniens sit, clarus, lucidus, vergẽs ad humidum & calidũ, adsint odores grati, & inspiciantur res delectabiles, picturæ, formæ pulchræ, prata viridia, audiantur cantus, concentus musicales, & fabulæ iocosę, corpus, depositis ante alui excremẽtis, exercendus, moderatè tempore cõuenienti, per loca amena propè flumina lenia in cursu: & clara, vel æquitando, vel ambulando cum amicis caris, nunc aucupando, nunc piscando.

Cibi sint humectantes, & parum calefacientes, cauendo salsa, acria, & vrinam excitantes, cum sic tenue in materia euaporet, & pars crassior remaneat, sed cibi sint boni succi humectantes, & parum calefacientes, concoctu faciles; non flatuosi, eos variando iuxta ægri dispositionem; panis sit ex optima farina bene coctus, carnes nõ virosæ, nec multum pingues, nec duræ substãtiæ, sed feriabiles, vt agnorum, hædorum, veruecis, gallinarum, caponum, pullorũ, perdicum, phasianorum, sternarum iuuenum maximè, & turturum. Pisces saxatiles sint molles carne, cocti ĩ iure cũ oleo, anetho, porro, parum salis, & vini odoriferi, hærinacij marini, gammari, & cãcri fluuiales cocti in aqua hordei, vel ciceris oua sorbilia recentia, lac recoctum,

coctum, seri, borago, buglossa, lactuca, endiuia, intybus, spinatia, atriplex, malua, bliscum, portulaca mellissophylon, cucurbita, pepo, cucumeres, ficus sicus in principio mensæ ad leniendum aluum, vuæ maturæ recentes, vuæ passulæ, prunæ, mora nigra matura, pira dulcia, cerasa, mala punica dulcia, amygdalæ, zizypha, pistacia, condita cũ melle, vel saccaro, placentæ ex amygdalis, vel seminibus melonum, & saccaro, amygdalæ, saccaro incrustatæ, & nuchi pinei.

Ad cogitationes malas amouendas, & cordis debilitatẽ. Recipe carnis vervecci anniculi lib. 1. scidatur minutim, & coquatur cum cepis, & coriandro recenti, & aqua rosa. in olla, & dum coquitur addatur mellissophilli amaraci ana m. 1. folia mali citri, num. 10. & herbæ ac folia simul ligentur, & post leuem coctură abijciantur, post addantur cinnamomi, cariophilorũ, nucis moschatæ, ana scru. 1. vini maluatici parũ, moschi gr. 5. dicitur etiam ꝙ caro lupi, & maximè cor in cibo sumptus liberat à cogitationibus melancolicis; potus sit vinum tenue, album, odorum, bene dilutum, moderatè sumptum, fugiendo nigrum, crassum, nouum, nimis antiquum; & si cibus in ventriculo corrumpitur vomitu educi debet, maximè vbi acetositatem præsentit quis; post vomitum nil exhibeatur, sed os ventriculi rectificet electuarijs aromaticis ad bonam concoctionem facientibus, venus omnino fugiatur in omni specie melancoliæ, nisi in ea quæ est à spermate retento, vel vaporib. ab eo retento, & corrupto eleuatis, vel ab ea quæ dr̃ amor, modo iuxta leges diuinas, & ecclesiasticas in matrimonio legitimo id fiat, aliàs nũquam id licet. Somnus sit potius longior quàm longæ vigiliæ, hæc de diæta vel victus ratione.

Circa pharmaca, aliqua digerunt & præparant materiam, alia euacuant, alia corroborant membra affecta.

Ad præparandum, adhibendi syrupi de pomis, succo boraginis, vel buglossæ, fumo terræ, lupulis, epythimo, corticibus citri bizantijs, violis, cum aquis vel decoctis melissophilli, buglossi, polipodij, epithimi, senæ, fumi terræ, ellebori, violarum, vel cum sero caprino. Recipe aquę endiuię lib. 2. mellissophilli lib. 5. infundantur in ea per horas viginti quatuor, folliculorum senæ vnc. 1. cinnamomi, seminis anisorum, ana dr. 2. croci drã. 5. bulliant ad consumptionem tertiæ partis, tum forti expressione colentur, & decocto addatur saccari lib. 2. & simul parum bulliant, & fiat syrup⁹, cuius dosis vnc. 2. cũ sero caprino.

Ad idem, recipe buglossis, boraginis, capillorum veneris, hemionitidis, endiuiæ, in tibi, ana m. 1. radicum asparagi, rusci, ana vnc. 5. santalorum rubeorum, violarum ana dr. 2. pruna damascena num. 10. poma odorifera, vt apianu. 4. croci dr. 5. bulliant, & fiat syrupus cum saccaro, cuius dosis vnc. 2. cum sero caprino.

Ad idem, recipe florum buglossi, boraginis, violarum, ana m. 1. passulorum vnc. 1. itimionitidis, fumo terræ, ana m. 5. corticum radicis capparum, miricæ ana dr. 2. radicum fęniculi, polipodij, petroselini, gliciurhisæ singulorum vnc. 1. thimi, epithimi, ana vnc. 5. coquantur in tribus libris aquæ ad consummationem tertiæ partis, in fine flores addantur, inde colentur, cuius decocti, recipe singula vice vnc. 4. syrupi de fumo terræ, de pomis ana vnc. 5. misce, & in aurora detur patienti.

In melancolia ex succo melancolico naturali. Recipe radicis ruscis vnc. 1. amaraci, ocini, buglossæ, boraginis, melissæ, cuscutæ, chamædrios, chamæpitios, calaminthæ, rosmarini, scolopendriæ, capillorum veneris, violarũ, corticum citri, ana m. 1. croci, gallæ moschatæ ana dr. 5. coquantur in succo boraginis, & fiat syrupus cum saccaro.

In melancolia per consensum à splene, syrupus. Recipe radicum fœniculi apij, asparagi, rusci, petroselini, cicoreæ, corticis radicum capparũ ana vnc. 1. foliorum senę, epithimi, cassiuthę ana vnc. 5. capillorum veneris, florum rosarum, rosmarini ana dr. 2. scolopendrię, chamędrios, chamępitios, mellissophilli, amaraci, betonicæ, ana m. 1. calami

mi aromatici, squinanthi, santalorum rubeorum, & alborum, seminum portulacæ, endiuię, lactucę, anisorum, carui, amaraci ana dr. 3. quę omnia bulliant in succo boraginis, & pomorum dulcium, ana libr. 2. ad consummationem tertię partis, inde colentur, & ius colatum cum saccaro quantum sufficit, formam syrupi accipiat, & vt odoratum fiat addatur parum croci, gallę moschatæ, & cinnamomi, dosis vnc. 2. cum aqua hemionitidis.

In melancolia hyppocondriaca, recipe radicum cicorij, fœniculi, rusci, asparagi, polipodij, ana vn. 1. epithimi, cassuthę, senę, hemionitidis ana vnc. 5. hissopi, amaraci, pulegij, serpilli, mellissophilli, capillorum veneris, absinthij, fumi terrę ana m. 1. florũ camęmeli, centaurij minoris ana drã. 2. chamędrios, chamępitios, iunci odorati, spice, ana dr. 1. dauci, ammios, seminis fęniculi, anisorum, carui, assari ana dr. 1. passularum vn. 1. bulliant omnia in s. q. aquę ad tertias; cuius decocti colati accipiantur libræ 4. succi pomorum dulciũ, succi boraginis ana lib. 5. misce, & iterum bulliant ad quintę partis consumptionem, & ad bonum odorem excitandũ, addatur cinnamomi, nucis moschatę, ligni aloes, croci ana scr. 1. dosis sit vnc. 2. in iure pulli, vel in decocto mellissophilli, & boraginis exhiberi potest.

In melancolia per consensum à matrice addatur supradictis ingrediẽtibus matricarię m. 1. si fuerit per consensum ab hepate addatur trium santalorum dr. 2. & cicorij maior quantitas, si sit per consensum à ventriculo, addatur mentę m. 1. & maior portio absynthij.

Materia concocta, vt supra, euacuari debet leui pharmaco, vt recipe iuris pulli lib. 5. senę vn. 1. bulliant parum, & ius expressum, & colatum exhibeatur.

Aliud pręseruans hominem à lepra, recipe epithimi vn. 1. anisorum dr. 2. parum bulliant in sero caprino, addatur saccari vn. 1. & per dies decẽ exhibeat.

Aliud, recipe foliorũ senę vn. 2. pruna damascena nu. 10. macerentur in sero lactis caprini, tum exprimantur, & colentur, & in aurora exhibeatur.

Aliud validius, recipe senę ellebori nigri ana dr. 2. gingiberis scrup. 1. passularum vnc. 1. bulliant in septem vncijs seri caprini, inde forti expressione colentur, & colaturæ addatur epithimi puluerizati dram. 1.

Aliud validius. Recipe florum buglossi, violarum, rosarum, singulorum m. 1. passularum, oxiphenicon, idest, tamaridorum, vtriusque vnc. 1. mirabulanorũ citrinorum, indorum, empelicorũ, chepulorum, ana vnc. 5. folliculorum senę, polipodij, ana drã. 6. pruna damascena num. 10. coquantur in aqua iustæ quantitatis ad tertias, inde colentur, & iuri colato adiecto saccaro, suauitas concilietur, de quo in aurora vnc. 4. propinabuntur.

Aliud cõferens etiam quartanæ. Recipe mirabulanorum indorum vnc. 1. 5. chepulorum vnc. 1. agarici vnc. 5. glicirtizæ, buglossæ, ana vnc. 6. stochadis, chamędrios, chamępipios, calaminthę, absynthij, anisorum, ana dr. 2. 5. epithimi, polipodij, senæ ana vnc. 2. prunorũ, iuiubarum, ana nu. 16. fumi terræ m. 1. coquantur in s. q. aquæ ad consumptionem tertiæ partis, & succus ab ijs prælo exprimatur cui adde rob. vini, saccari albi ana lib. 1. lapidis armeni nutriti secundùm artem, ellebori nigri, ana dr. 2. salis gemmæ dr. 5. diagridis dram. 1. 5. fiat electuarium, cuius dosis sit vnc. 5. vsq; ad dr. 6. in aurora, cum iure pulli, vel aqua mellissophilli calida. Laudantur etiam pillulæ Arabicæ de lapide Armeno confect. hamech. hieralogodio, vel senæ, epithimi, pillularum indarum, ana scrup. 1. gingiberis, salis gemmę, ana g. 2. aloes hepatici, fiant pillulæ 15. quæ in tribus vicibus interpollatis accipiantur.

Vbi verò quis solutiua fugit, fiat clisterium sic. Recipe cartani, polipodij, senæ, ana vnc. 1. anisorum, carui, ammios, cumini, seminis fœniculi, stechadis, ana vnc. 5. epithimi, timbræ ana m. 1. coquantur, & in decocto colato addatur hieralogodionis vnc. 1. olei chamęmilini, liliacei ana vnc. 2. salis indi dr. 2. fiat clisteriũ; post hæc adhibeantur q̃ corroborant membra affecta, lætificãt,

maximè

maximè id Mesuæ lætificans, diamoschu, diambra, pliris arcotticon, rosata magna, vel nouella Nicolai elect. de gẽmis Mesuæ, lætificans Almansoris, vel Rasis, aromaticum rosatum moschatũ, cariophillorum confectio alchermes, Mithridatum, Theriaca, lætificans Mesuæ, & canos retardãs. Recipe rosarum dr. 3. ciperi dr. 2. cariophillorum, mastices, ligni aloes, spice, assari, ana dr. 1. 5. cinnamomi, croci, mellissophilli, afflẽgemisch, idest ocimi minoris, margaritarum, folij indi, eius loco spica indica, macis cardamomi minoris, heil dictum, nucis moschatæ, corticum citri, gallæ moschatæ, zedeariæ, doronici, ocimi maioris, ana dr. 1. moschi scrup. 5. conficiatur cum melle empelicorũ, vel bellericorum, q́ sit quadruplum ad species, sumitur, vt triphera, in hieme magis conuenit.

Aliud remouens timorem, vel malã cogitationem, & reparans intellectum. Recipe mellissophilli, cariophilorum, mastices, croci, cinnamomi, nucis moschatæ, been albi, been rubri, buglossæ, boraginis, ligni aloes, ana dr. 1. moschi gr. 5. contundantur tenuiter, postea accipe mirabulanorum chepulorum nu. 30. empelicorum num. 20. coquatur in libris trib. aquæ ad consumptionẽ duarum partium, inde colentur, & iuri colato addatur mellis quantum sufficit, bulliant, donec aqua absumatur, & spuma abijciatur, species cum huiusmodi melle conficiantur. Iuuant etiam multiplicationi spirituum vnctiones odoriferæ, ex moscho, ambra, oleo rosino, pastilli etiam odorandi ex stirace, calamita, moscho, ambra, cariophilis, aqua florum mirti, vel florum mali medici, vel mali citri, & omnia quæ habent gratum odorem.

Prodest etiam balneum ex aqua dulci tepida, in quo æger per multas vices, exonerata prius aluo, ingrediatr, & maneat per spatium dimidiæ horæ ad summum, caput etiam patientis sæpè abluendum erit aqua dulci tepida, & luteis ouorum abstergendum. In hyppocundriaca prodest fouere hyppocundria ex decocto rutæ, aneti, absynthij, pulegij, seminis agni, baccarum lauri, serpilli, artemisiæ, & huiusmodi.

Ad flatum excutiendum prodest vti cucurbitulis citra scarificationem, ad phlegmonas, & duritiés, cucurbitulis cum scarificatione vtendũ, iuuat etiã à cibo vomitus, vbi hoc vitium durat, non vtendo tamen vomitorijs validis, sed excitetur aqua tepida cum oximel, vel immittendo digitos, aut pennas in os, nisi ventriculus, vel stomachus debilis sit, quia tunc à vomitu abstinẽdum, nisi spontaneum sit.

Circa chirurgiam, non adhibeatur phlebotomia, nisi melancolia sit à sanguine per adustionem, vel cum sanguine educibilis, & etiam iuuat aperire hemorroides, & menstrua, & venas pedũ in omni melancolia, vbi redundantia, vel admistio sanguinis adest, & prodest etiam in ea quæ ex vitio matricis, vel retentione sanguinis menstrui, vel hemorroidalis facta fuit. Cauterium etiã in cura desperata prodest, inurendo caput in parte anteriori super commissuram coronalem; secundò, in parte posteriori hinc & hinc, super duas nuchæ eminentias.

SVMMARIVM.

1 Tristitia est malum absolutè, & an aliquo pacto dici possit bonum.
2 Tristitia potest habere rationem boni.
3 Tristitia potest esse bonum vtile.
4 Tristitia an sit hominis summum malum, & quæ fugienda, quę nõ.

De bonitate, et malitia tristitiæ, vel doloris. Cap. XXIII.

D. Th. 1. 2. q. 39.

1 Tristitia est malum absolutè, & an aliquo pacto dici possit bonum.

PRima sit propositio. Tristitia malum est absolutè, bonum tamen dicitur ex quadã suppositione.

Ratio primi, nam malum est hominis appetitum anxiari ex malo præsenti, nã impeditur quies in bono.
2 Ratio secundi, nam supposito aliquo contristabili ad bonitatẽ pertinet quod quis

quis de malo præsenti tristetur, aliàs euenire ꝙ is vel non sentiret, vel non putaret id malum sibi repugnās, quorum vtrunq; est malum, vnde supposita præsentia mali ad bonitatem pertinet, ꝙ sequaẽ tristitia, vel dolor, & sic aliqua tristitia est bona ex suppositione, & sic potest licitè assumi, cum aliàs malum non liceat, cum ratio dictet; vt homo ꝙ homo quandoq; priuetur quietè in bono, & anxietur de malo præsenti propter Deum in criminum satisfactionẽ.

2 Secunda propositio. Tristitia potest habere rationem honesti boni, probatur Matt. 5. Beati qui lugent.

Tristitia potest hr̃e rationem boni.

Ratio, nam qua ratione tristitia potest esse bonum, potest esse & bonũ honestum, est enim tristitia bonum secundùm cognitionem, & recusationem mali, quę duo in dolore corporali attestantur bonitati naturæ ex qua prouenit, ꝙ sensus sentit cruciatum, & natura fugit læsiuum consequens dolorẽ, in interiori verò tristitia cognitió mali est quandoq; secundùm iudiciũ rationis, & recusatio mali per voluntatẽ benè dispositam detestantem, ꝙ verè est malum, omne verò bonum honestũ ex his duobus procedit, scilicet rectitudine rationis, & voluntatis, vnde tristitia potest habere rationem honesti.

3 Tertia propositio. Tristitia potest esse bonum vtile, probatur Eccl. 7.

Tristitia potest esse bonum vtile.

Ratio, nam de malo præsenti surgit vnus appetitus, quo contrariatur malo præsenti, & sic tristitia non habet vtilitatem, cum præsens aliter esse non possit, alius quo repellit contristans, & sic si sit de aliquo ꝙ est fugiendum, tristitia habet vtilitatem, est verò fugiendum aliquod propter seipsum ob contrarietatem, quam habet ad bonum, vt est peccatum, alio modo est aliquod fugiendum, quia est occasio mali, vtroq; modo tristitia habet rationem vtilis in omni malo fugiendo, quia vt delectatio de bono facit, vt bonũ auidius quæratur, ita tristitia de malo facit vt malum magis fugiatur.

4 Quarta propositio. Tristitia, vel dolor non potest esse summum hominis malum.

Tristitia an sit hoīs summum malum, & q̃ fugienda, q̃ non.

Ratio, nam culpa est maius malum quàm pœna, sed tristitia pertinet ad pœnam peccati, vt & frui rebus mutabilibus: vt d. Aug. lib. de vera relig. c. 12. vbi d. dolorem esse carere mutabilibus rebus; præterea tristitia, vel est de ero malo, vel de apparenti, quod est verè bonum: primo modo, tristitia non potest esse summum malum, aliquid enim eo est peius, vt non iudicare id esse malũ, quod verè est tale, vel nõ refutare illud: secundo modo non, quia peius esset alienari à vero bono.

Si tamẽ tristitia sit immodica, est fugienda, quia animum aggrauat, vt omnem operationem prohibeat, & maximè eam quæ est intelligentiæ & rationis, ita vt homo nequeat aliquid de nouo addiscere, vel quandoq; etiam intelligere, vnde Greg. ob tristitiam intermisit explicationem in Ezechiel, vt idem d. hom. vltiam cogor linguam ab expositione retinere, iam nullus in me sacri eloquij studium requirat, quia versa est in luctum cithara mea; & idem contigit Diuo Hier. scribenti in eũdem prophetam, vt idem d. in ep. ad Pamachiũ, quę tamẽ si modica sit, acuit potius studium eius saltẽ operationis quæ per eã suscipitur. Is. 26. In tribulatione murmuris doctrina tua eis; præterea tristitia magis nocet animo, & corpori, q̃ alia passio. Prou. 17. Spiritus tristis desiccat ossa. & c. 25. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi, ꝙ probat Cass. lib. 9. de instit. cœnob. c. 2. 3. & Bern. lib. de interiori domo. d. Tristitia omnis boni impedimentum est, vnde tristitia est depellenda. Eccl. 30. nisi sit secundùm Deum quę operatur pœnitẽtiam in salutẽ. 2. Cor. 7.

SVMMARIVM.

1 Spes, vt passio, quid sit.
2 Spes differt à desiderio, & q̃uo.
3 Spes pertinet ad vim appetitiuam, & an, & ad cognitiuam.
4 Spes est in brutis, & quomodo.
5 Spei contraria est desperatio.
6 Spes causatur ex experientia.
7 Spei magnæ sunt iuuenes, & ebrij.

Spes

8 Spes causatur ab amore, vel cõtra.
9 Spes adiuuat operationem.

De passionibus irascibilis, & primò de spe, & desperatione. Cap XXIIII.

D.Th. 1. 2.q. 40.

1 Spes quid sit, & in quibus.

Obseruandum est, ꝙ spes est boni expectatio, vel motus appetitiuæ virtutis sequẽs apprehensionẽ boni ardui futuri possibilis adipisci, & sic ad rationem spei spectat futurum bonum, aliter tamen q̃ ad desiderium, nam ad desiderium spectat simpliciter, ad spem verò vt est arduum, dicitur possibile consequi, ad spem enim non est opus euidentia scientiæ, ꝙ res sit futura, sed sufficit coniectura probabilitatis, vel opinionis, vt ꝙ sæpè simile contigerit, vel quandoq; vel pari euentu, ꝙ aliqua ratione, & causa id fieri possit, & ad spem excitandam sufficit quęcunque ratio, licet friuola, vel inepta, cum iucundissima sit spei persuasio, & homini necessaria inter tot vitę ęrumnas, aliter si spes non adesset homines non operarentur, & desperatio insurgeret; Nec in solis hominibus inest spes, sed ẽt in brutis. i. appetitus respectu futuri boni, quia licet bruta non agnoscant futura, tamẽ ex instinctu naturę mouentur ad aliquid futurum ex instinctu illis à Deo indito qui ꝓuidet futura. His not.

Spes differt à desiderio, & quomodo.

Prima sit propositio. Spes differt à desiderio.

Ratio, nam diuersarum potẽtiarum sunt diuersę passiones specie differẽtes, sed spes est in irascibili, desiderium, vel cupiditas in concupiscibili, ergo; pręterea quęcunque passiones habent distincta obiecta, sunt distinctę, sed spes, & cõcupiscentia, sic sunt, ergo prima, probatur, nã species passionis ex obiecto considerantur; secunda, probatur, nam obiectum concupiscentię est bonum futurum absolutè consideratum, obiectum verò spei est bonum arduum futurum possibile haberi, per quod ab alijs differt, de quibus supra est dictum.

Secunda propositio. Spes pertinet ad vim appetitiuam, licet ex parte apprehensionis supponat vim cognitiuam.

3 Spes pertinet ad vim appetitiuã & an, & ad cognitiuã.

Ratio, nam spes importat quandam extẽsionem appetitus in bonum, motus verò ad res pertinet propriè ad appetitũ at actio virtutis cognitiuæ perficitur secundùm ꝙ res cognitę sunt in cognoscente, & nõ secundùm motum cognoscentis ad res. Sed quia intellectus mouet appetitum reprǽsentãdo ei suũ obiectum, iuxta diuersas rationes obiecti apprehensi, ideò in appetitu sequuntur diuersi motus, alius scilicet ex apprehensione boni, alius ex apprehensione mali, & pariter alius ex apprehẽsione pręsentis, alius ex apprehẽsione futuri absoluti, & ardui, possibilis & impossibilis, & secundùm hoc spes est motus appetitiuę virtutis consequens apprehensionem boni futuri ardui, possibilis adipisci.

4 Spes est in brutis, & quomodo.

Tertia propositio. Spes est in brutis.

Ratio, nam spes est passio irascibilis, at in brutis est irascibilis, ergo & spes; pręterea interiores passiones animaliũ ex exterioribus deprehendi possunt, sed si canis videt leporem nimis distãtem, vel accipiter auem, non mouetur, quasi non sperans eam capere posse, secus si est de propinquo, tunc enim mouetur vt capiat.

5 Spei cõtraria est desperationi.

Quarta propositio. Spei contrariatur desperatio.

Ratio, nam in mutationibus reperitur duplex contrarietas, vna secundùm accessum ad contrarios terminos, & talis contrarietas solùm inuenitur in passionibus concupiscibilis, vt amor, & odium, quę contrariantur. Secundo modo per accessum, & recessum respectu eiusdem termini, & hęc cõtrarietas inuenitur in passionibus irascibilis, nam obiectum spei, ꝙ est bonum arduum habet rationem attrahendi, quatenus consideratur cum possibilitate adipiscẽdi, vt verò cum impossibilitate obtinendi, est desperatio, quę habet rationẽ repulsiui, & etiam causatur desperatio ex experientia succũbitionis, repulsæ, ex defectu spirituum, frigidi, consideratione periculorum, & ignorantia mediorum.

6 Spes causatur ex experientia. Quinta propositio. Experientia est causa spei, probatur ex Philosopho 3. Eth. cap. 8.

Ratio, nã homo per experiẽtiam accipit facultatem aliquid faciendi, vel saltem experientia facit eum iudicare aliquid esse possibile: primo modo causa spei sunt diuitiæ fortitudo, & alia q̃ augent hominis potestatem aliquid faciendi; secundo doctrina, persuasio, & experientia; ex his enim fit existimatio aliquid esse possibile, ꝙ prius reputabatur impossibile, & hoc modo ex diuersa experientia potest causari defectus spei, vnde duobus modis experientia causat spem; tertio eius defectum, magis ergo dicitur causa spei.

7 Spei magnæ sunt iuuenes, & ebrij. Sexta propositio. Iuuenes, & ebrij sunt magnæ spei, probatur 3. Eth. c. 1. & 2. Rhet. c. 12.

Ratio, primò, nã iuuenes habent multum de futuro, spesq; est de futuro. Secundò, nam ob caliditatem naturæ habent multos spiritus, vnde in eis cor ampliatur, & sic in ardua tendunt, & sunt animosi, & bonæ spei, quæ est de arduo, & quia non sunt passi repulsam in suis conatibus, nec experti impedimenta, ideò facile putant aliquod esse possibile, & spes est de possibili; sic etiã ebrij sunt magnæ spei ob caliditatem cordis ex vino, & inconsiderationem periculorum, & hac de causa etiam stulti.

8 Spes à causatur ab amore, vel contra. Septima propositio. Spes vno modo causatur ab amore, alio est causa amoris, probatur ex gl. Matt. 1.

Ratio primi, nam vt spes respicit bonum speratum causatur ab amore, cum spes sit tantum de bono amato.

Ratio secundi, nam quatenus respicit illum per quẽ nobis fit aliquod possibile est causa amoris, nam cum speramus per aliquem nobis posse prouenire bonũ, in ipsum mouemur, vt in nostrũ bonum, & amare incipimus, & ex eo ꝙ amamus per accidens ex amore causatur spes, quia credim⁹ ab eo redamari.

9 Spes adiuuat operationem. Octaua propositio. Per se spes adiuuat operationem, probatur 1. Corin. 8. Vbi arans arat in spe, & ex spe premij solatium fit labor, vt ait Publ. Mim. ꝙ luculenter probat Bas. hom. in Ps. 1.

Ratio, primò, ratione obiecti, ꝙ est arduum possibile, nam vt arduum excitat attentionem, vt possibile non retardat operationem. Secundò, ratione effectus, qui causat delectationem, delectatio verò adiuuat operationem.

Hæc de spe, vt est passio animi, nam de ea vt est virtus Theologica cadit inferius locus.

SVMMARIVM.

1 Timor quid sit, & de quibus.
2 Timor vnde causetur.
3 Timor quotuplex.
4 Timor est passio animæ.
5 Timor est specialis passio.
6 Timor est naturalis, & non naturalis.
7 Timoris species sex, & quæ.

De timore, & primò secundùm se. Cap. XXV.

Obseruandum est, ꝙ timor est affectus animi, quo imminens malũ, & maximè cum ita graue est vt vix superari possit, formidatur, vt d. Dam. in c. 15. lib. 2. de fide ortod. vel mali expectatio, vel animi ob mali expectationem contristatio, vel vt d. Arist. 2. Rhet cap. 5. perturbatio ex futuri mali molesti imaginatione, vel motus, vel immutatio appetitus irascibilis, quo mouetur, & contrahitur à malo arduo imminenti cui vix resisti potest: vt d. D. Th. vt èconuerso, spes est confidentia de bono arduo futuro possibili obtineri, dicitur imminens malum esse obiectum timoris, mala enim longinqua minus turbant etiam si sint certa, vt mors licet certa etiã in senibus considerata non angit: vt d. Arist. 2. Rhet. Dicitur arduũ, nam si resisti speratur, surgit spes, si omnino necessarium sit æstimatur vt præsens, & tales vt qui decapitantur, non timent, sed tristantur: vt d. Arist. 3. Rhet. Dicitur etiã cui vix resisti possit, vnde malũ culpæ licet grauissimum, quia per voluntatem vitari potest,

D. Th. 1. 2. q. 41.
1 Timor qd sit, & de quibus.

potest, non timetur, nec habet rationem terribilis, vnde non timet quis ꝙ sit futurus iniustus vel ignarus, potest tamen & timeri malũ culpæ, vt si quis timet ne mala societas inducat eum ad peccandum, quo tamen casu magis timet seductionem, pœnam, vel mortem inde sequentem, quàm culpam, quia si eam timeret abstineret à tali societate.

2 Timor vnde causet.

Secundò, obseruãdum, ꝙ quis timet non solùm malum, ꝙ formidat sibi euenturum, sed etiam timor oritur ex opinione amittendi bonum aliquod, vel bonum speratum non consequendi, vnde ij simul & sperant & timent quandoque.

3 Timor quotuplex.

Tertiò, obseruandum timorem diuidi in naturalem, & non naturalem, naturalis dicitur, non ꝙ totus sit à natura, vt ligni ferri deorsum, cum sit non sine apprehensione apprehensiuæ virtutis, sed dicitur naturale quia natura ad id inclinat, licet perficiatur per apprehensionem cum motus virtutis cognitiua, & apprehensiuæ reducãtur in naturam, vt in primum principiũ, & talis timor est de malo corruptiuo, ꝙ natura fugit ob naturale desideriũ essendi; secundus dicitur non naturalis, cũ malum ꝙ timetur nõ est corruptiuum, sed contristatiuum, quia scilicet non repugnat naturę, sed desiderio appetitus. Vnde ꝙ remouet phantasiam futuri mali, remouet & timorẽ, & sic distantia non timentur. Et cum timor oriatur ex periculi consideratione, qui plus considerant plus timent, vt prudentes, sobrij, experti. His notatis.

4 Timor est passio animæ.

Prima sit propositio. Timor est passio animæ, probatur ex Aug. 14. ciuit. cap. 7. 8. & 9.

Ratio, nam ad rationem passionis requiritur primò, ꝙ sit motus passiuæ virtutis ad quam cõparetur suum obiectũ per modum actiui mouẽtis, quia passio est effectus agẽtis, & sic sentire & intelligere pati dicuntur. Vel magis propriè passio dicitur motus appetitus habentis organũ corporeũ qui fit cũ aliqua transmutatione corporali, proprijssimè verò passiones dicuntur, quæ incommodum afferũt, timor etiã est passio, quia est de malo, & bonum ac malum ad appetitũ pertinent, & fit cũ transmutatione corporali .s. contractione, vnde est passio de malo futuro, ꝙ nõ ita mouet vt præsens, quale est in tristitia.

Secunda propositio. Timor est specialis passio, probatur ex Dam. c. 15. lib. 2. 5 Timor est specialis passio.

Ratio, nam passiones recipiunt speciẽ ex obiecto, vnde specialis passio est quæ habet speciale obiectum, sed obiectum timoris est speciale, scilicet malum futurum cui difficilè resistatur, vt obiectum spei est bonum futurum arduum adipisci, ergo.

Tertia propositio. Duplex est timor naturalis, & non naturalis. 6 Timor est naturalis & non naturalis.

Ratio est allegata supra in notandis, quia scilicet naturalis est de malo ꝙ repugnat naturæ, & corpori, non naturalis, quòd repugnat tantum desiderio appetitus.

Quarta propositio. Sex sunt species timoris, segnities, erubescentia, verecundia, admiratio, stupor, agonia, probatur ex Dam. lib. 2. cap. 15. & Niss. lib. 4. cap. 14. philosophiæ. 7 Timoris species sex & quæ.

Ratio, nam timor est de malo futuro cui vix resisti potest, tale verò malum, vel est in operatione hominis, vel in rebus exterioribus: primo modo duplex malum esse potest, primò labor grauãs naturã, & sic causatur segnities, vel cunctatio, qua quis timet operari ob timorem excedentis laboris. Secundò, turpitudo lædens opinionem, quæ si timetur in actu committendo erit erubescẽtia, si de actu turpi facto, erit verecundia. malum verò tripliciter potest excedere possibilitatem hoĩs: primò, ratione magnitudinis, quatenus quis cõsiderat magnum malum, cuius exitum perspicere non sufficit, & sic est admiratio. Secundò, ex desuetudine, quia aliquod malũ nostræ cõsiderationi offertur, ꝙ nostræ imaginationi est malũ magnũ, ex qua insolita imaginatione causatur stupor. Tertiò, cum aliqua ex improuiso accidunt, quæ præuideri non possunt, vt futura infortunia timentur, qui timor dicitur agonia. Ex ijs timoribus, erubescentia est bona quia ea quis retrahitur à malo perpetrando ob dedecus secutu-

rum,& maximè in adolescẽtibus,& comes est continentiæ, erubescentia, non est sine spe salutis, ea enim post malum actũ quis erubescit, ne sciatur, & inducit ad pœnitẽtiam, & denuo id malum non perpetrandum, vt d.Cass.in d.cap. 15.Dam. citans ibi D. Hier. Bern. Arist. & Catonem in commendationem erubescentiæ. Diuidi etiam potest timor in rationalem, & irrationalem, ad rationalem pertinent illæ sex species timoris supra relatæ.

SVMMARIVM.

1 Timor quid respiciat.
2 Timor esse potest de malo naturæ.
3 Timor an sit de malo culpæ.
4 Timor ipse timeri potest.
5 Timentur magis repentina.
6 Timentur magisq̃ carent remedio.

De obiecto timoris. Cap. XXVI.

D.Tho.1.2.q.41.

1 Timor quid respiciat.

PRima propositio. Timor per se primò respicit malum, deinde id quo quis timet priuari ab eo amato, probatur quò ad primum ex supra relatis. & Aug.li.83.qq.q.33.d. Nullum metũ esse, nisi futuri & imminentis mali.

Ratio primi, nam timor est fuga, fugitur verò ꝙ malum existimatur.

Ratio secundi, nam cum amor sit boni, sequitur ꝙ priuatiuum, & corruptiuum boni sit malum, ergo timor est de malo. Timentur etiam ij qui possunt infligere malum, vt potestas hominis, maximè quando est læsiua vel iniusta, cum in promptu habeat nocumentum inferre. Ex his sequitur, ꝙ Deus per se non potest timeri, cum sit summa bonitas, secus quatenus infert pœnam. Hier. 10.Malach. 1.vt d.hic Medina.

2 Timor esse potest de malo naturæ.

Secunda propositio. Timor esse potest de malo naturæ, probaẽ 3.Eth. c.6. vbi mors ponitur super omnia terribilia.

Ratio, nam timor prouenit ex phantasia futuri mali corruptiui, vel contristatiui, vt d. Arist. 2.Rhet. c.1. Vt verò contristatiuum est malum quia cõtrariatur appetitui, sic corruptiuũ est malum quia cõtrariatur naturæ, sed mors est malum naturæ; ꝙ tamen excludit phantasiam futuri mali, excludit & timorem, sed ꝙ malum futurum non appareat contingit, vel quia sit remotum valdè, ꝙ æstimatur proinde non futurum, vt d.ibi Arist. ꝙ licet omnes sciant se morituros, non timent, quia nõ propè est. Secundò, quando futurum nõ putatur vt futurum, sed vt præsens; & tũc non incutit timorem, sed tristitiam, vt in ijs qui decapitantur, vt ibi d. Arist. quia vt sit timor oportet, vt adsit spes euadendi, aliter est tristitia. Ex his etiam sequitur, ꝙ in beatis non est timor cum solicitudine, ibi tamẽ est timor filialis: vt d. hic Medina, post D.Th.

Tertia propositio. Timor propriè nõ est de malo culpę, probatur 2.Rhet.c.5. 3 Timor an sit de malo culpæ.

Ratio, nam ꝙ voluntati nostræ subiacet non habet rationem terribilis, sed malum culpæ sic est, ergo de malo culpæ non est timor, sed quia voluntas ab aliquo exteriori potest inclinari ad peccandum, si id inclinãs habeat magnam vim ad inclinandum, sic poterit esse timor de malo culpæ, vt est à causa exteriori, vt si quis timeat in societate malorum permanere, ne ab ijs ad peccatum inducatur, quamuis hoc magis sit timere seductionem, quàm culpam secundùm propriam rationem, vt est voluntaria.

Quarta propositio. Timor ipse timeri potest. 4 Timor ipse timeri potest.

Ratio, nam id habet rationem terribilis, quod ex causa extrinseca prouenit, & non quod ex nostra voluntate, sed timor est passio consequens phantasiam mali imminentis ex causa extrinseca, ergo timor timeri potest quando imminet necessitas timendi ob ingruentiam alicuius mali excellentis, sed vt appetitus interior obedit rationi, & homo potest timorem repellere, sic timor timeri non potest.

Quinta propositio. Repentina magis timentur, probatur ex Aug.lib.2. conf. cap.6. post medium. 5 Timẽtur magis repentina.

Ratio, nam malum imminens sic maius apparet, omnia enim corporalia bona & mala quo magis cõsiderantur minora

nora apparent,& ideò vt dolor præsentis mali mitigatur ob diuturnitatem, sic etiam ex præmeditatione minuitur futuri mali; præterea cum quid est insolitum & repentinum, facit ad debilitatem timentis, quatenus subtrahit remedia quæ homo potest præparare ad repellēdum malum futurum, quæ præparare non potest, cum ex improuiso malum occurrerit.

6 Timētur magis q̄ carent remedio. Sexta propositio. Quæ non habent remedium magis timentur, probatur 2. Rhet. cap. 5.

Ratio, nam cum malum sit obiectū timoris, quòd auget malum auget timorem, sed diuturnitas mali auget malum, quòd patet, nam si pati malū tanto tempore est malum, pati in duplicato tempore est malum duplicatum, & secundùm hanc rationem pati in infinito tempore erit quodammodo infinitum malum, sed irremediabilia quorū non inuenitur auxilium, accipiuntur vt perpetua, ergo.

SVMMARIVM.

1 Timoris causa an sit amor.
2 Timoris causa est defectus, & qui timidi sint.
3 Timidi sunt peccatores.

De causis timoris. Cap. XXVII.

D.Tho. 1. 2. q. 43.

1 Timoris causa an sit amor. Prima propositio. Causa timoris est amor quò ad dispositionem, licet eius obiectum sit malum, probatur ex August. lib. 83. qq. q. 13. vbi d. Causam timoris esse amorem ne adeptum amittamus, vel speratum non consequamur.

Ratio, nam ex eo quòd quis aliquod amat bonum, sequitur quòd priuans cū tali bono sit ei malum, & vt malum timeatur, & ex eo etiā patet, quia amor est principium, & origo omnium passionum, vt sæpè est dictum.

2 Timoris cā est defectus, & q̄ timidi sunt. Secunda propositio. Causa timoris est defectus, probatur à contrario 2. Rhet. c. 5. ante medium. vbi diuitiæ, robur, potestas, multitudo amicorum dicuntur excludere timorem, ergo defectus horum illum adducit.

Ratio, nam contrariorum sunt contrariæ causæ, sed diuitiæ, robur, multitudo amicorum, potestas excludunt timorem. 2. Rhet. cap. 5. ergo à contrario defectus horum bonorum causat timorem; præterea obiectum timoris est malum, quòd de facili vitari nō potest, sed ex defectu virtutis contingit, quòd aliquis non possit repellere malum iam propinquum, & imminens, ergo ex defectu virtutis nascitur timor.

3 Timidi sunt peccatores. Ex quo sequitur, quòd ij sunt timidi qui non habent bonam conscientiam, vt Iob dicitur c. 15. sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. & Sap. 17. cum sit enim timida nequitia dat testimonium condemnationis. & Sen. ep. 98. ipsas tenebras nequitia timet. & Plut. de sera. num. vind. improbitas ex seipsa supplicium sibi ipsi struit, formidines innumeras, passionesq́; molestissimas, pœnitentias ac indesinentes in se cōtinens perturbationes. & Cicero pro Milone, magna est vis conscientiæ, & magna in vtranque partem, vt neque timeant, qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos versari putent qui peccauerint.

SVMMARIVM.

1 Timor contrahit, & quare, vnde frig⁹, & tremor, pallor, &c. & quare.
2 Timor an faciat consiliatiuos, & quomodo.
3 Timor causat tremorem, & impedit operationem. & nu. 4.

De effectibus timoris. C. XXVIII.

D.Tho. 1. 2. q. 44.

1 Timor cōtrahit. Prima propositio. Timor facit contractionem quandā, probatur ex Dam. lib. 3. c. 23.

Ratio, nam timor prouenit ex phantasia mali imminentis cui de facili resisti non potest, quæ difficultas ex debilitate virtutis oritur: vnde quo est debilior ad pauciora se extendere potest, vnde ex imaginatio-

ne causante timorem, sequitur contractio in appetitu, vt patet in morientibus in quibus ob debilitatem virtutis natura ad interiora retrahitur, vt & ciues obsessi ad interiora se retrahũt, qui motus non est idem in timentibus, & iratis, nam in iratis ob calorem, & subtilitatem spirituum prouenientium ex appetitu vindictæ, interius fit motus spirituum ab inferioribus ad superiora, & ideò congregantur spiritus & calor fit circa cor, vnde irati audaces redduntur ad inuadendum, sed in timentibus ob frigiditatem incrassantem, spiritus mouentur à superioribus ad inferiora, quæ frigiditas oritur ex imaginatione defectus virtutis, & sic non multiplicantur calor, & spiritus circa cor, imò magis à corde refugiunt, vnde timentes ex hoc non promptè inuadunt, ex quo etiam latent & tremunt, quia fit motus caloris, & spirituum à corde ad inferiores partes, & sic contrariatur formationi vocis, quæ fit per emissionẽ spirituum ad superiora per os, vnde dicitur ꝙ timidis animus ad calcanea descendit, hi etiam frigent, tremunt, cum corpus sequatur motũ cordis, qui contrahitur, & debilitatur, & inde etiã pallor euenit, cum spiritus relinquant corpus externum, & reuocantur ad cor vbi est principium vitæ, quasi ad arcem, vt corpus defendat, ex quo pallida facies efficitur, & etiam lingua titubans, & exilis, pili etiam rigescunt, quia ex timore meatus obstruũtur, & sic calor naturalis ex corde descendit, deserto corde, & inde etiam aluus soluitur.

2 Secunda propositio Timor facit cõsiliatiuos, non tamen facit bene consiliatiuos, probatur ex Philosopho 2. Rhet. c. 1. post medium.

Timor an faciat cõsiliatiuos, & quõ.

Ratio primi, nam homines in timoribus maximè quęrunt bene consiliari, nam quæ timorem incutiunt apprehenduntur, vt mala, quæ cum difficultate vix repelli possunt, & quasi iam imminentia, vnde consiliari oportet ex parte solicitudinis.

Ratio secundi, nam ex parte facultatis, nec timor, nec alia passio facit bene consiliatiuos, imò turbat, homini enim affecto secundùm aliquam passionẽ videtur esse maius, vel minus aliquid quã re vera sit, vt amanti quæ amat vidẽtur meliora, & timenti terribiliora: Magis tamẽ pertinet ad consiliũ timor qu àm spes, quia spes est de bono possibili, timor de malo vt vix potest repelli, vnde timor magis respicit rationem difficilis quàm spes, in difficilibus verò in quibus nobis nõ confidimus, consiliamur; vnde aliqui in periculis magna adinuenerunt & plena sapientia.

Tertia propositio. Timor causat tremorem, probatur ex Cicero. 4. Tuscul. lib. 4. fol. 4. 3

Timor causat tremorem.

Ratio, nam in timore fit contractio ab exterioribus ad interiora, ideò exteriora frigida manent, vnde ibi accidit tremor, qui causatur ex debilitate virtutis cõtinentis membra, quam debilitatem maximè facit defectus caloris, qui est instrumentum quo anima mouet. 2. de Anima tex. 50.

Quarta propositio. Timor impedit operationem, probatũr Philip. 2. ex accidenti tamen secus. 4

Timor impedit operationem

Ratio, nã operatio hominis exterior causatur ab anima, vt à primo motore, sed à mẽbris corporis, vt ab instrumento, operatio verò contingit, ꝙ impediatur, vel ob defectũ instrumenti, vel defectum principalis mouentis, nã timor ꝙ ad se est, ex parte instrumentorũ corporalium, semper natus est impedire operationẽ exteriorem ob defectum caloris, qui ex timore accidit in membris exterioribus; sed ex parte animæ si timor sit moderatus nõ turbans multum rationem, confert ad bene operandum, quia causat solicitudinẽ, & facit attentius considerare, & operari, sed si eatenus crescat, vt turbet rationem, impedit operationem etiam ex parte animæ. Vnde ex timore prouenit etiam demissio sui ipsius, adulatio, suspitiones etiã in animis firmis, in infirmis verò exurgit consternatio, perturbatio, eximanitio, pigritia, desperatio.

SVMMARIVM.

1 Timor malus sedandus, & quomodo curetur.

De remedijs timoris. Cap. XXIX.

1 Timor malus, vt sedandus.

Timor qui ex bono procedit, vt verecundia, vel fuga peccati, non est vitandus, sed qui impedit operationem, sedãdus est: primò, attentè inspiciendo ne malum apprehensum sit falsum ex cogitatiuæ falsa æstimatione, quæ iudicat quandoque aliquod malum, vel inimicum qui non est, ideò ratione cogitatiua est moderãda. Tum cogitandum mala huius vitæ non esse verè mala, vt quæ sint sæpè instrumenta salutis, non esse fugienda, & sic nec timenda, vt dixi supra in calce, cap. de tristitia, & odio. Remedia præterea medica adhibenda ad timorem pellendum, maximè atrã bilem euacuando, cor corroborando, calidis vtendo, & huiusmodi, quæ conducunt ad frigus externum pellendum. De timore verò vt est donum Sp. S. infra cadit materia.

Remedia etiã timori applicari possunt, quæ & tristitiæ, quia qui forti animo est, vt malum præsens, quod est obiectum tristitiæ non ægre fert, ita nec ex consideratione mali futuri, ꝙ est obiectum timoris commouebitur, vt cõtra qui animi dolore angitur, necesse est vt metu agitetur, quia quorum malorum præsentium est anxietudo, eorũ est imminentium metus: vt d. Aug. lib. 83. qq. q. 3. & Cic 4. Tuscul.

Proderit etiam ad timorem pellendum, cõsiderare dignitatẽ virtutis, quæ lucet in ijs qui fortes in malis sunt: vt d. Cic. 4. Tuscul. d. qui moderatione, & constantia quietus animo est, sibiq; ipse placatus, vt neq; tabescat molestijs, neque frangatur timore, nec sitienter quid appetens ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat, is est sapiens &c.

Proderit etiam sibi persuadere malũ id fortè non euenturum, vel non esse re vera malum, nec tantum vt æstimatur, vnde Sen. ep. 13. d. Plura sunt quæ nos terrent, quàm quæ premunt, & sæpius opinione quàm re laboramus. & ep. 24. ꝙ accidit pueris, hoc quoq; nobis maiusculis pueris euenit, illi quos amant, quibus assuerunt, cum quibus ludunt, si personatos vident, expauescunt, non autem hominibus tantũ, sed & rebus demenda persona est, & reddenda sua facies, quid mihi gladios, & ignes ostẽdis, & turbam carnificum circum te frementem? tolle istam pompã sub qua latitas, & stultos territas, Mors est quam nuper seruus meus, quam ancilla mea contempsit, pauper fiam? inter plures ero, exul fiam? ibi me natum putabo quo mittar &c. Moriar? desinam ægrotare posse, cum & malum futurum antequam eueniat, non sit animo reuoluẽdum, & sufficiat diei malitia sua. Matt. 6. & explicat Sen. ep. 24. 75. iungendo simul coniunctionem suam Deo, & fiduciam in illum. Ps. 6. 124. & animum ad delectabilia honesta applicando.

SVMMARIVM.

1 Audacia quid sit.
2 Audacia contrariatur timori.
3 Audacia consequitur spem.
4 Audacia an ex defectu causetur, & ex quibus alijs.
5 Audaciæ effectus quis, quod ij sunt promptiores in principio periculi quàm in fine, fortes contra.
6 Audaces sunt qui sunt boni.

De audacia. Cap. XXX.

Obseruandum est, ꝙ audacia est securitas qua quis malum nec futurũ expectat, nec præsens timet, vel & melius, confidentia in periculis aduersus mala apparentia depellenda, vel bona ardua consequenda, vel fiducia, aut securitas qua quis aliquid audet etiã cum periculo, vel vt dicit D. Tho. passio irascibilis potentiæ, qua ad repellenda mala ardua, & bona prosequenda animus erigitur. Ex audacia siquidem & animus, & vires corporis augentur, vt contra timore, & magis desperatione retunduntur: vt inquit Aug. de quant. animæ. cap. 22. & inde dicitur audacia ab audè agendo, eo ꝙ audaces

1 Audacia quid sit.

auidè aggreditur periculum imminẽs propter spem victoriæ supra periculum ipsum: vt d. Arist. 2. Rhet. c. 1. post med. & sic audacia respicit mala, non motu fugæ, sed motu ꝓsecutiuo, vt destruat, & superet mala, vel eadem bona ardua consequatur; & surgit audacia ex eo quod quis existimat insurgentẽ esse minorem se, vel æqualem. His notat.

2 Audacia contrariatˀ timori.

Prima sit propositio. Audacia contrariatur timori, probatur ex Philosopho 2. Rhet. c. 1.

Ratio, nam contraria dicuntur quæ à se maximè distant. 10. Metaph. t. 13. audacia verò lõgè distat à timore, nam timor fugit nocumentum futurum ob victoriam eius supra ipsum timentem, sed audacia aggreditur periculum imminens ob victoriam sui supra periculum, ergo.

3 Audacia consequitˀ spem.

Secunda propositio. Audacia consequitur spem, probatur 3. Eth. cap. 8. post medium.

Ratio, nam audacter quis aggreditur periculum, quia sperat id superare, vt èconuerso ad timorem sequitur desperatio, ideo enim quis desperat quia timet difficultatem, quæ est circa bonũ sperandum, omnis enim motus appetitiuus reducitur ad prosecutionem, vel fugam, quæ sunt vel alicuius per se, vel per accidens, per se, prosecutio boni est quæ ad spem pertinet, per se fuga mali ad timorem: per accidens prosecutio mali esse potest ob aliquod bonum adiunctum, ꝙ ad audaciam spectat, fuga verò boni ad desperationẽ ob aliquod malum adiunctum.

4 Audacia ĩ ex defectu causeˀ, & quib. alijs

Tertia propositio. Ex nullo defectu per se causatur audacia, per accidens tamen secus, probatur 2. Rhet. cap. 5. post medium.

Ratio, nam cum audacia consequatur spem consequitur prouocationem spei, & quia est contraria timori excludit timorem, quorum vtrunq; ex parte motus appetitus, & mutationis corporalis est perfectionis, ergo, nam causatur ex defectu diuitiarum, potẽtiæ, &c. præterea spes causatur ex parte appetitiui motus, ꝙ sequitur apprehẽsionem cogitatiuæ per ea quæ faciũt, ꝙ sit possibile adipisci victoriam, vt est fortitudo corporis, experiẽtia in periculis, multitudo amicorum, aliorum auxilium, & maximè diuitum: vt d. Arist. 2. Rhet. c. 5. propè fi. Vlterius causatur audacia per exclusionem timoris, & per remotionem terribilium appropinquãtium, quia nulli nocuit, vel non habet inimicos; præterea ex parte transmutationis corporalis causatur ex ijs quæ conferunt ad spem, & exclusionem timoris, maximè quæ faciunt caliditatem circa cor, vnde habentes paruum cor sunt audaciores, quia calor naturalis citius id calefacit, & etiam habentes magnum pulmonem sanguineum sunt audaciores ob caliditatem, ergo non ex defectu boni, vel virtutis causatur audacia.

Ratio secundi, nam defectus virtutis per accidẽs causat audaciam, quatenus iunctam habet aliquam excellentiam veram, vel æstimatã ex parte alterius, vel ex parte sui, vnde ebrietas causat audaciam, non vt est defectus, sed vt facit existimationem cuiusdam magnitudinis. 5

Audaciæ effectus.

Quarta propositio. Audaces ex parte motus appetitus sensitiui, qui sequitur apprehensionem sensitiuæ virtutis promptiores sunt in principio periculi, quàm in fine, fortes contra, probatur 3. Eth. c. 7. post medium.

Ratio primi, nam cũ audacia sit motus appetitus sensitiui, sequitur apprehensionem virtutis sensitiuæ, virtus verò sensitiua non est inquisitiua, nec collatiua singulorum, quæ circunstant rẽ, sed habet subitum iudicium, contingit verò quandoq; secundùm subitam apprehensionem nõ cognosci omnia quæ difficultatem habẽt, vnde surgit motus audaciæ ad aggrediendum periculum, in quo existentes maiorem sentiũt difficultatem, quam existimabant, & ideò in fine deficiunt.

Ratio secundi, nam fortes, quia ex iudicio rationis aggrediũtur pericula, quãdo oportet, vt oportet, & qua de causa oportet, in principio videntur remissi, quia non ex passione, sed cum deliberatione debita pericula aggredientes, in principio videntur remissi, sed cum ipsi non

non experiantur aliquod improuisum, sed quandoque minus periculum eo q͏̄ præcogitarunt, ideò in fine magis persistunt, vel etiam quia aggrediuntur pericula ob bonum virtutis, & sic in eis perseuerat boni voluntas.

6 Audaces sunt boni. Audaces etiam redduntur qui se rectè habent erga diuina, vt d. Arist. lib. 2. Rhet. c. 5. quia Deus iniuria vexatis opitulari creditur, vt ibi d. & Ps. 6. dicitur: Dominus protector vitæ meę, à quo trepidabo? Ps. 17. in Deo meo transgrediar murum, ad Philip. 4. Omnia possum in eo qui me confortat.

SVMMARIVM.

1 Ira quid sit, vt est passio.
2 Iræ species quæ.
3 Ira vt differat ab odio.
4 Ira an sit specialis passio.
5 Ira quæ respiciat, scilicet bonum, & malum.
6 Ira est in irascibili potentia.
7 Ira est quodammodo cum ratione, & quomodo.
8 Ira an sit naturalior, quàm concupiscentia.
9 Odium est peius ira.
10 Ira ad quos spectet.
11 Iræ species quæ.

De Ira, & primò secundùm se. Cap. XXXI.

D.Th. 1. 2. q. 46. 1 Ira quid sit, vt est passio. OBseruandum est, q͏̄ ira est feruor sanguinis circa cor ex euaporatione, vel suscitatione bilis proueniens, vnde & biliosa dicit̃, vt d. Dam. lib. 2. c. 16. vel ex turbatione fellis, vnde & fellea dicitur facta, vt d. Niss. lib. 4. philosophiæ. c. 13. vel est appetitus vindictæ, iniuriati enim, vel id putantes irascuntur, est enim ira mentis apparitor, satelles cogitationis, & vindex cõcupiscentiæ, vt inquiunt prędicti: cum enim aliquam rem concupiscimus, à qua prohibemur, quasi iniuria affecti irascimur, ratione ferẽte sententiam iure vindictæ in tales, vt ibi d. Niss. quòd intelligitur quò ad ius concupiscibilis, non autem rationis intellectiuæ, & tunc passio est mixta ex concupiscentia, & ira, vt ibi idem d. Vel est appetitus puniendi eum à quo iniuria affecti sumus, vel concitatio animæ acerba ex contemptu sibi facto oriens, cum appetitu vindictæ coniuncta. Vnde & dicitur ira q͏̄ faciat extra se ire, irascẽs enim à se recedit, & iram dimittens ad se redit. Vel est vlciscendi libido: vt d. Aug. lib. 14. ciu. c. 15. vel turbulentus appetitus auferendi ea quę facilitatem actionis impediunt, ex abundantia fellis proueniens, vt idem d. ep. 115.

Secundò, obseruandum est, q͏̄ species iræ sunt tres: ira quæ dicitur bilis, & biliosa, iracundia, & infensio, bilis dicitur, quæ principium habet, & citò transit. Iracundia ex recordatione mali oriens, vnde & dicitur menis à manendo memoriæ. Infensio est ira tempus in vindicta obseruans, vnde & coto dicitur à iacendo, vt d. Dam. d. c. 16. 2 Irę species quæ.

Tertiò, obseruãdum est, q͏̄ ira differt ab odio, tum q͏̄ ira est in irascibili, vel animosa potentia, odiũ est in cõcupiscibili. Secundò, nam ira se habet per modum prosecutionis, & aggressionis, odiũ verò vt est passio se habet per modũ auersionis, & fugæ; præterea ira est feruor tãtum animi, odium vt vitiũ est liuor animi erga proximũ, licet & ira si manet fiat odiũ, non tamen est de se, nam & pater irascitur quandoq; filio, sed non eum odit, præterea ira est festuca, odium trabes: vt d. Aug. lib. 51. homil. hom. 5. præterea ira est cõditio bonorum, & malorum: vt d. Aug. ad fratres in heremo. serm. 6. odium malorũ tãtum; præterea ira est quandoq; bona ex causa cum disciplinam causet, quæ nõ datur nisi aliquantulũ irascendo, & indignando, sed tamen non datur disciplina nisi amando, vt d. Aug. de verb. domini, in Euang. serm. 16. circa princip. q͏̄ intelligitur de ira quæ sequitur iudicium rationis, quæ bona est cum sit ministra fortitudinis, & disciplinæ, non autem de ea quæ præcedit, quia sic est non sine liuore q͏̄ malum est; præterea odium crescit tẽpore ira minuitur, de- 3 Ira vt differat ab odio.

ponitur ira cũ ex vindicta sumit vltio, odij est malè facere, & valdè nocere. Ira vult sentiri suam vindictam, odium id non curat dummodo malè faciat, vnde mortem inimico affert, vel truncatione membrorum, vel carcere, vel egestate, vel alia quacunq; via. Ira respicit duo obiecta, vindictam, & hominem sibi noxium, de quo vult vindictam sumere; odium quandoq; vnum tantum obiectum, scilicet eum quem odit viuũ. Ira respicit vnum obiectum secundùm rationem boni, scilicet vindictam quã appetit, & aliud secundùm rationẽ mali, scilicet hominem noxium, de quo vult se vlcisci: odium verò ex omni parte respicit malum, vult enim malum alicui quem æstimat malum, & sibi incommodũ; præterea iratus appetit malum eius contra quem irascitur, non vt est malum, sed vt habet quandam boni rationem, prout id æstimat iustum esse quatenus est vindicatiuum: odiens verò appetit malum inimico quatenus est ei malum, & sic ira per applicationem boni ad malum: odium verò per applicationem mali ad malum prouenit. Ira habet mẽsuram, odium est insatiabile, quia odiens appetit malum alterius secundùm se, quæ verò appetuntur secundùm se, appetuntur sine mensura. 1. Polit. c. 6. Eccl. 12. sed ira appetit malum sub ratione iusti vindicatiui, vnde quando malum excedit mensuram iustitiæ, secundùm iudicium irascentis miseretur: odiens nullo modo. 2. Rhet. cap. 4. Et ira est cum appetitur malum sub ratione vindictæ, si simpliciter appetitur alicui, erit odium. His not.

4 Prima sit propositio. Ira specialis est passio quodammodo, quodam nõ, probatur ex Dam. lib. 2. c. 15.

Ira an sit specialis passio.

Ratio, nam si sumitur generale pro eo ꝙ est generale secundùm prædicationem, vt animal dicitur generale ad omnia animalia, ira non est passio generalis, nam ira condiuiditur alijs passionibus, & non est ad eas communis, & sic est specialis passio: si etiam generale sumitur in causando, vt sol respectu inferiorum, ira non est generalis passio, passionum enim generalis causa est amor: vt d. Aug. lib. 14 ciu. cap. 7. & 8. & sic est specialis passio, vt d. Dam. lib. 2. c. 16. & Cic. 4. Tuscul. Si verò generale sumitur pro eo ꝙ ex multis causis in actu procedit, ira potest dici passio generalis, nam vt causa quæ multos producit effectus dicitur generalis, sic effectus, qui à multis causis in actu existentibus prouenit, potest etiam dici generalis, nam ira à multis passionibus inducitur, cum motus iræ non surgat nisi adsit tristitia ab alio illata, & etiam desiderium, & spes vlciscendi.

Secunda propositio. Ira respicit semper duo obiecta bonum, & malum, probatur 2. Rhet. c. 2. 5

Ira quæ respiciat.

Ratio, nam ira tendit in vindictam, & in illum de quo vindicari desiderat, in vindictam vt in bonum, eam enim vt bonum appetit, & sperat, & delectatur, in eum verò de quo vindictam quærit, vt in malum contrarium, & noxium: amor verò, & odium quandoque vnum tantum obiectum respiciunt, vt supra est dictum.

Tertia propositio. Ira est in irascibili, non in concupiscibili. 6

Ira est in irascibili potentia.

Ratio, nam passiones concupiscibilis ab illis quæ sunt in irascibili hoc præsertim distinguuntur, ꝙ primarũ obiectum sit bonum, vel malũ sub ratione absoluta: secundarũ bonũ, vel malum vt habet rationẽ ardui, & difficilis, sed ira respicit bonum, & malum, non solùm absolutè, sed etiam sub ratione ardui, nam habet pro obiecto vindictam, & eum de quo vindicari quærit, q̃ duo habent rationem ardui respectu iræ, illa enim quæ nil sunt modicave, non æstimantur, vt d. Philosophus 2. Rhet. c. 2. ergo ira ad irascibilem non concupiscibilem pertinet,

Quarta propositio. Ira est quodammodo cum ratione, probatur 7. Eth. c. 6. 7

Ira an sit cum ratione.

Ratio, nam ira est appetitus vindictæ, talis verò appetitus importat quandam collationem pœnæ infligendæ, & etiam vt iustæ æstimatæ pro nocumento, & damno illato, at cum talis collatio ad rationem pertineat, sequitur ꝙ ira cum ratione esse dicatur.

Quinta propositio. Ex parte obiecti concu-

8 Ira an sit naturalior q̃ concupiscentia.

concupiscẽtia est naturalior quàm ira, ex parte subiecti secus, probatur 7. Ethicorum cap. 6.

Ratio primi, nam obiectum concupiscentiæ maximè ciborum, & venereorũ est naturalius homini obiecto iræ, naturale verò dicitur, ꝙ à natura causatur 2. Phis. tex. 4.

Ratio secundi, nam quæcunq; res potest considerari secundùm rationem generis, & speciei, & indiuidui, vt homo consideratur vt animal, vt homo, & vt habet conditiones indiuiduãtes; primo modo est sibi naturalior concupiscentia, nam ex natura communi habet inclinationem, qua appetit ea quæ vitam conseruare possunt; secundo modo, vt homo, vel rationalis si consideretur ira est ei naturalior, cum ira sit cum ratione non concupiscentia. 4. Eth. c. 5. Tertio modo naturalior etiam ei est ira, nã ira facilius sequitur habitudinem naturalem ad irascendum, quę est ex aliqua peculiari complexione, quàm concupiscentia habitudinem ad cõcupiscendũ, nam cholera, per quam homo est dispositus ad irascendum citius mouetur, vnde & igni similatur.

9 Odium est peius ira.

Sexta propositio. Odium est peius & grauius, quàm ira, probatur ex Augu. in regula. cap. 37.

Ratio, nam quando malum appetitur sub ratione mali est grauius, quàm cum sub ratione iusti, sed odiens appetit malũ inimici sub ratione mali, irascens verò sub ratione boni appetit malum ei contra quem irascitur, vt scilicet id æstimat iustum quatenus est vindicatiuum, ergo.

10 Ira ad quos spectet.

Septima propositio. Ad eosdem pertinet ira ad quos pertinet iustitia, & iniustitia, probatur 2. Rhet. c. 2. 3. 4.

Ratio, nam inferre vindictam pertinet ad iustitiam, & lædere aliquẽ pertinet ad iniustitiam, vnde & ex parte causæ quæ est illata læsio ab alio, & ex parte vindictæ, quam quis de alio sumere cupit, ira pertinet ad eos ad quos pertinet iustitia, & iniustitia.

11 Iræ species quæ.

Octaua propositio. Tres sunt species, iræ, fel, mania, infensio, vel furor, probatur ex Dam. lib. 2. c. 16. & Niss. lib. 4. c. 13. & Philosopho 4. Eth. c. 5. vbi irascentes quosdam dicit acutos, quia citò irascuntur, alios amaros quia diu iram retinent, & alios difficiles, quia non quiescunt donec vlciscantur & puniant, vt supra est explicatum in Notandis.

SVMMARIVM.

1 Ira oritur ex aliquo acto cõtra irascentem.
2 Ira ex paruipensione causatur.
3 Ira ex excellentia irascentis causatur, & quomodo.
4 Ira an causetur ex defectu eius contra quem quis irascitur.

De causa effectiua iræ, & remedijs eius. Cap. XXXII.

PRima sit propositio. Motiuum iræ est semper aliquid factũ cõtra eum qui irascitur, probatur 2. Rhet. c. 4. D. Th. 1. 2. q. 47.

1 Ira vnde causetur.

Ratio, nam quæcunq; passio est appetitus nocendi alteri sub ratione iusti vindicatiui, hæc irrogatur ob aliquod malum contra se factũ, sed ira est huiusmodi passio, ergo, prima probatur, nam vindicta locum non habet, nisi vbi præcessit iniuria, nec iniuria ad vindictam prouocat, nisi pertineat ad eum qui appetit vindictam, iniuria verò non pertinet ad aliquem, nisi iniurians fecerit aliquid ꝙ aliquo modo sit contra ipsum, hoc verò habet rationem mali, ergo, secunda patet ex dictis sup.

2 Ira ex paruipensione causatur.

Secunda propositio. Omnes causæ q̃ iram facere dicuntur, ad paruipensionem, vt ad per se motiuum iræ reducũtur, probatur ex Plutar. lib. de ira cohibenda. post medium. d. alij alijs de causis in iram incidunt, quibus omnibus hæc accidit opinio, vt se contemni, negligique credant.

Ratio, nam ꝙ prouocat appetitum in nocumentum alterius sub ratione iusti vindicatiui, id reducitur ad aliquã paruipensionẽ, sed omnis causa iræ est huiusmodi, ergo, prima probatur, nã vindicta eatenus quæritur quatenus videtur

tur iusta, iusta verò videtur, cum quis ei iniuriam irrogat ex electione, scilicet eum despiciendo, vel contumeliando, vel voluntatem eius impediendo, &c. secunda patet ex dictis supra; præterea, ꝙ derogat excellentiæ videtur pertinere ad paruipensionem, sed omnis causa iræ derogat excellentiæ, ergo, prima probatur, nam paruipensio, & excellentia opponuntur: secunda patet, nam ex omnibus bonis nostris pro quorum ablatione irascimur, quærimus excellentiam, ergo.

3 Ira ex excellentia irascentis causatur, & quō.

Tertia propositio. Excellentia irascẽtis ad iram facilius prouocat ex parte motiui. Defectus tamen etiam iram facilius prouocat ex parte dispositionis irascentis, probatur primum 2. Rhet. c. 9. d. ꝙ homines propter excellentiã indignantur: secũdum probatur 2. Rhet. c. 2. d. ægrotantes, pauperes, amantes, sitientes, & vniuersaliter cupientes, & nõ assequentes iracundi sunt, ac facilè accenduntur, & Plut. lib. de cohib. iracun. mulieres iracundiores sunt viris, ægroti sanis, senes ætate vigentibus, & infœlices fœlicibus, quia vbi maior est animi imbecillitas, ibi magis iracundia elicitur, vt ibi d.

Ratio primi, nam ꝙ facit paruipensionem alicuius iniustiorem, hoc ex parte motiui, iræ est causa ꝙ aliquis facilius irascatur, sed excellentia est huiusmodi, ergo, prima probatur, nam paruipensio est motiuum iræ, vt supra est dictum. Secunda probatur, nam quantò maior excellẽtia est in aliquo eo iniustius contemnitur.

Ratio secundi, nam ꝙ facit aliquem facilius contristari, hoc causans iram facit aliquem ex parte dispositionis in eo ex motiuo iræ remanentis facilius irasci, sed defectus est huiusmodi, ergo, prima probatur, nã ira causatur ex nociuo contristante: secunda probatur, qa ad defectum pertinentia maximè sunt contristantia, vt patet, ergo.

4 Ira an causetur ex defectu eius cõtra quẽ qs irascitur.

Quarta propositio. Defectus vel paruitas eius contra quem irascimur iram auget, quatenus auget indignam despectionem. Defectus tamen eius contra quem irascimur, iram minuit quando minuit indignam despectionem, probatur 2. Rhet. c. 2.

Ratio primi, nam ꝙ auget rationem paruipẽsionis, hoc facilius facit irasci, sed defectus qui est in alio est huiusmodi, ergo, prima probatur, nam indigna despectio, vel paruipensio est maximè prouocatiua ad iram, & vt indignior eo magis. Secunda, probatur, nam quantò aliquis est minor eo indignius despicit, vt si seruus despiciat dominum facilius irascitur dominus, vt patet.

Ratio secundi, nam ꝙ minuit causam iræ, & ipsam minuit, sed defectus in aliquo quandoque est huiusmodi, ergo, vt si seruus offendens veniam petat, &c. & ira consurgit non ex qualibet paruipensione æstimata, sed tantum contra se & sua, cum extraneæ iniuriæ non cõsiderẽtur magnopere, & oportet etiam ꝙ paruipensio putetur iniusta, quæ enim iustè quis pati putat, non quærit vindicare, vt patet in iudicijs, & oportet etiam ꝙ sit singularis persona quæ iniuriam infert, vt ira surgat quia singularium est paruipendere; & etiam ꝙ adsit spes puniẽdi, vnde ad potentes ꝑsonas quas non sperat quis punire, non est ira, sed tristitia, nisi quatenus sperat cum adiutorio diuino illam posse punire, cum sic quis non dicatur amplius potens ad Deum comparatus.

SVMMARIVM.

1. Iræ remedia sacra, & philosophica quæ.
2. Iræ remedia medica quæ.

De remedijs Iræ. Cap. XXXIII.

CVM omnis causa iræ sit opinio iniuriæ vel contemptus, vt supra est dictũ, ideò vniuersale remediũ ad irã tollendam erit huiusmodi persuasionẽ tollere, vnde minuitur ira minuta opinione contemptus, & omnino sedatur, ea opinione sedata; similiter ira deferuescit, vel ex obliuione, vel ex auersione cogitationis ab iniuria accepta, vnde confert se ad læta transferre, & lo- 1 Iræ remedia quæ sacra & philosophica.

& locum mutare. Cessat etiā ira si declaretur non fuisse contemptū qui credebatur: vt inquit Sen.lib.3.de ira.cap. 29.30.31.humilitate verò animi maximè omnino iræ sedatur, verè enim humiles putant se à nullo iniuriam pati, vel contemptum. Dandum etiā est spatium iræ. Rom.12. nedū iram alterius intempestiuè volumus extinguere, illā augeamus,& quasi ventilemus: vt inquit Ambr.lib.1.de offi.c.21.& Sen.lib.3.de ira.c.39. vt & iratus non debet dum ira feruet etiam iustitiam exequi, vel seruum proprijs manibus cædere, vt docet Galenus lib.1.de animis morbi dign.atque cur. vnde & Athenedor dixit Cæsari Augusto, cum te ira Cæsar cœperit, nil prius dicas, vel facias quàm viginti quatuor elementa literarum Græcarū ipse tecum percurreris, vt concitatio illa, quæ momentosa est, mente alio traducta emollita relanguescat, considerando nihil fortè esse id pro quo quis irascitur, quod mente sedata cognosceret, vt quod seruus mensam subuerterit, & huiusmodi, vt d.Plut. lib.de cohib. ira. circa medium.

Prodest etiam ad iram sedandam lenis sermo ira sedata. Prouer.15. Mollis enim responsio frangit iram, vt & si lædentem pœniteat facti, & deprecetur veniam humiliter. 2.Rhet.c.3. vbi Aristot. d. irā cessare in eos quos pœnitet, & fatentur, & qui humiliter se gerunt, nec contradicunt iratis, & rogāt ac deprecantur, quod & Plut.lib. de ira cohiben. fatetur, quod & Gen.16.habetur dictum ab Angelo, reuertere ad dominā tuam, & humiliare sub manu illius; Considerandum etiam iniuriam non tam nobis, quàm ei qui illam intulit turpem & pernitiosam esse, vt ita quis misericordia erga inferentem moueatur, vt inquit Plut.d.loco, post medium. & inde illum magis contemnat, quàm putet se contemni qui per imbecillitatem, aut errorem, aut præcipitantiam, aut incogitantiam, aut ob seruile ingenium, aut ob senium, aut ob iuuentutē deliquit, vt ibi d. & Chris.homil.47.in Ioan. neq; laboranti, neq; timido quisque irascitur, sed his morbis affecti sui misericordiam, & lachrimas commouent, certè neq; iniuriam facienti irasci, sed compati conuenit, cum sit huius animus miserabilior, vtpotè multò magis æger. Cogitandum quoq; vindictā non amoueri malum, sed magis cumulari, vnde vincendum in bono malum. Rom.12. Minuitur etiam ira si homo paucis contentus esse assuescat, cum ita eius materiā subtrahat, vt inquit Plut. lib.de ira, post med. & à curiositate vacet, vt d.Sen.lib.3.de ira.c.11.

Proderit etiam ad iram amouendam vitare consortium iracundorum, qui ad iram excitat. Prou.21.22.& Eccl.8.non litiges cum homine linguato. & Chris. hom.29.ad pop.Antioch. feræ potius q̄ homini iracūdo est cohabitandū, nam illa cum semel māsuefacta reddita fuerit, suam seruat legem, hunc autē quotiescunq; mitigaueris, rursus efferatur.

Considerare etiā proderit vim mansuetudinis, quæ facilius alterum deprimat quàm iracundia. Rom.12.si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit, potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius.

Proderit etiam considerare exempla eorum qui mansueti fuere, & iniurias patienter tulere, quę congregat. Plut.li. de cohib.irac. ꝙ cū vxor Socratis mensam subuertisset, ipse amico dixit, nuper gallina idem domi tuæ fecit, & tamen nemo succensuit, & Sen.lib.3. de ira.c.12.exemplum proponit Platonis, qui cum vellet seruum cædere, cognoscens se irasci, manum retinuit,& in se iram conuertit, ꝙ in visu, & actibus se deformem præberet, & iussit Speusippo, vt seruum obiurgaret, quia ipse iratus esset. Sic Dauid erga Saulē vitæ suæ insidiantem mitissimus fuit; & Ioseph erga fratres qui eum læserant, beneficentiam exhibuit, maximè verò Dominus Saluator summæ omnibus patientiæ exemplum reliquit, qui cum malediceretur non maledicebat; cum pateretur non comminabatur. 1. Petr.2. & tanquam agnus coram tondente se obmutuit. Is.53.

Proderit etiam iræ turpitudinē considerare, ꝙ animi sit insania, vt d Cic. 4.Tusc.

4. Tusc. an est quidquam similius insaniæ, quàm ira? quàm bene Ennius initium dixit insaniæ, color, vox, oculi, spiritus, impotentia dictorum, atq; factorum, quàm partem habet sanitatis? & infra; itaque iratos propriè dicimus exijsse de potestate, idest de consilio, de ratione, de mente. & Sen. lib. 2. de ira, c. 36. quamobrem quibusdam iratis profuit aspexisse speculum, perturbauit illos tãta mutatio sui, veluti in rem præsentem adducti non agnouerunt se.

Proderit etiam si cõsideretur Deum non admittere orationes eorum qui odio fratrem prosequũtur, nisi prius ijs reconcilientur: vt inquit Cassia. lib. 8. de instit. cœnob. c. 12.

Quòd si ira oritur, ex alijs passionib. vt amore, concupiscentia, tristitia, illa ei etiam remedia sunt adhibenda, quæ illis adhiberi supra est dictum: vt dicit hic Valentia.

2 Iræ remedia medica quæ. Si porrò hæc philosophica, & Theologica documenta nõ sufficiunt, ad medica est recurrendum, somno vtendo, quietè, rebus refrigerantibus, & humectantibus, &c. & magis si ipsi adusti, & squallidi sunt, vt endiuijs, intubis, maluis, violis, cucurbitis, saccaris rosaceis, & violaceis, acro cedri, & huiusmo di iuxta medicorum consilium, sic tamen vt stomachi cura habeatur, ne torpor, vel socordia exoriatur, quòd est eius extremum.

SVMMARIVM.

1 Ira an causet delectationẽ, & qũo.
2 Ira causat feruorem in corde.
3 Ira aufert vsum rationis.
4 Ira causat quandoq; taciturnitatẽ.
5 Passiones animę an obediant rationi, & quomodo.
6 Aetatum mores qui, & quomodo.
7 Studiorum mores varij qui.
8 Nobilium diuitum, & pauperum mores qui.
9 Incolarum variorum mores qui.
10 Phisiognomica recitantur, & reprobantur.
11 Passiones prauæ sunt superandæ, & quare.

De effectibus iræ. Cap. XXXIIII.

Prima sit propositio. Ira causat delectationem, ob speratam, vel cogitatam vindicationem, quòd si vindicta actu præsens fuerit iram quietat; D. Th. 1. 2. q. 48. 1 Ira an causet delectationem, & quomodo.

Ratio primi, nam quæcunque passio medetur tristitiæ causat delectationẽ, sed ira per dictos modos medetur tristitiæ, ergo, prima probatur, nam ad expulsionem morbi sequitur delectatio; tristitia verò se habet vt morbus animæ, & delectatio, maximè sensibilis, vt eius medicina. 7. Eth. c. 12. secunda probatur, nam motus iræ surgit ex iniuria contristante, cui vindicta remedium affert, vnde iratus sperans vindictam, vel de ea cum desiderio cogitãs delectatur, & vindicta illata tristitiam excludit, & sic sedatur motus iræ, vnde & secunda patet.

Secunda propositio. Ira causat feruorem in corde, licet & illum causet amor. 2 Ira causat feruorem in corde.

Ratio primi, nam ex qua passione sequitur magna vehementia, & impetuositas per modum cuiusdam insecutionis, illa dicitur causare feruorem, sed ira est huiusmodi, ergo, prima probatur, nam hæc nominant quendam feruorem appetitus; secunda probatur, nã ira tendit ad repellẽdam iniuriam per appetitum vindictæ, ex quo fit magna vehementia in motu eiusdem, vnde sequitur quædam transmutatio in corpore causatiua cuiusdam feruoris sanguinis, & spirituum circa cor, qui feruor est cum quadam amaritudine ad consumendum ad modum ignis, vnde differt à feruore amoris qui est cum quadam dulcedine ad demulcendum, vt supra est dictum, ꝙ probat & Damasc. li. 2. fid. c. 16. d. iram ex euaporatione fellis procedere, & felleam nominari.

Tertia propositio. Ira inter alias passiones manifestius vsum rationis impedit, probatur 4. Eth. c. 3. vbi d. Arist. irã non esse insidiosam, vt cõcupiscentiam, sed palam agere, cum & in visu cernat, cum ea cor palpitet, corpus tremat, lingua se præpediat, facies ignescat oculi exaspe- 3 Ira aufert vsum rationis.

exasperentur, & noti non cognoscãtur: vt inquit Greg.lib.1.Mor.c.31.&Chrys. hom.3.in Ioan. Sen.lib.2.de ira. c.35.

Ratio, nam quæ passio præcipuè est effectiua feruoris,& perturbationis corporalis circa cor, illa apertius rationẽ in suo iudicio impedit,sed ira inter passiones animæ est huiusmodi, ergo, prima probatur, nam licet ratio sit potentia non affixa organo corporeo, tamen in actu suo eget potentijs organicis, vt phantasia &c.quæ impediuntur corpore perturbato,& per consequens ipsa ratio;secunda patet ex præcedenti propositione, dicitur tamen esse cum ratione non quò ad vsum ipsa ira, sed quò ad manifestationem iniuriæ illatæ, quæ manifestatio fit cum discursu, qui non est sine ratione.

4 Ira quãque causat taciturnitatem. Quarta propositio. Ira quandoque causat taciturnitatem, probatur ex Gregor.5.Mor.c.11.quæ & tunc vehementius æstuat,vt ibi d.

Ratio,nam si ira est tẽperata sic vt ratio adhuc vigeat, tunc iratus ex iudicio rationis sibi silentium indicere potest; ꝙ si passio est vehemens, membra exteriora, maximè ea in quibus cordis vestigium relucet,impedit, quibus impeditis vsus loquendi impediri potest, & sic ira dicitur causare taciturnitatem.

5 Passiones animæ an obediant rationi,& quomodo Hæc de passionibus animæ,quę sunt per se irrationales, quatenus sequũtur inclinationem sensus, qui per se fertur ad obiectum boni sensibilis iuxta vim concupiscibilem,vel irascibilem, & indifferenter feruntur in bonum, vel malum non considerato id vt bonum, vel malum moraliter, sed vt bonum sensibile,& sunt communes cum brutis, natæ sunt tamẽ obedire rationi, vt inquit Niss.lib.4.philosophię.Arist.1.Pol.c.3. se habet enim medio modo appetitus sensitiuus inter potentias vegetatiuas, & membra exteriora,sed membra exteriora obedientia seruili,vt famulus, vel baculus, aut penicillus in manu pictoris, obediũt rationi, quia mouentur ad nutũ rationis,potẽtiæ verò vegetatiuæ nullo modo, non enim augetur homo, vel nutritur vt vult,appetitus verò sensitiuus obedit rationi sic ꝙ ratio potest non consentire appetitui sensitiuo, & etiam præcipere membris corporis ne capiant cibum tempore ieiunij,non tamen omnino,quia motus appetitus sensitiui quandoq; subitò concitantur, & ad apprehensionem imaginationis, vel sensus, qui motus est præter imperium rationis,quæ si pręsciuisset potuisset impedire talem motũ; præterea is motus est ex organo interiori corporali, qui turbatur ex aliquo humore superabundanti, qui sit in iecore, vel hepate, qui est cõcupiscibilis, vel corde, qui est irascibilis, sed non consentire huiusmodi motibus est in potestate rationis, licet quandoq;, volens tamen, superetur.

De affectionibus nationum diuersarũ, ætatum,studiosorum, &c.

Hæ sunt animi humani passiones, vel affectiones, quæ vniuersim humanam naturam, iuxta sensibilem portionem quæ communis cum brutis est, peccato deprauatam consequi solent, quibus tamen ratio modum imponere, & sub virtutis norma redigere valet; vt supra expositum est.

Quæ tametsi ita se habeant vniuersim, mundi tamen sapientes, & rerum vsu compertum est, in aliquibus easdẽ remissiores, vel intensiores esse, & aliquos vni non alijs, vel nullis addictos, iuxta varios ætatis,educationis,loci,studij,complexionis, & id genus, status.

Quocirca pueros aiunt ludis deditos,& facilè irasci,facilè etiam placari, vt ait Horatius; gestis paribus colludere, & iram colligit ac ponit temere, & mutatur in horas: adolescentes verò ob sanguinis feruorem maximè cupiditatibus æstuare dicunt: vt d.Cic.orat.pro Cœlio. natura ipsa profudit adolescentiæ cupiditates, quæ & facilè in ijs extinguuntur,vt d.Horatius: amata relinquere pernix, ob alterius rei cupiditatem,qui & solent maximè excandescere, tum ob ambitionem, cũ pati nolint se negligi, tum ob sanguinis calorem, qui & simplices sunt & aperti, & credunt facilè quia non sunt decepti, & verecũdi sunt, ꝙ probæ in solis est signũ, & ad misericordiam sunt proni,& liberales,& amicis gaudẽt, & se putant omnia 6 Aetatum mores q. & quo.

nia intelligere ob inexperientiam, nec se faciles domitoribus præbent: vt dicit Horatius, imberbis iuuenis &c. Mediæ ætatis homines fortes sunt, honores amicitias, & diuitias quærunt: vt dicit Horatius, quærit opes, & amicitias, inseruit honori. Senes aiunt omnia cũ titubatione ferè dicere d. Fortè, vt & omnia in peiorem partem interpretantur ob experientiam. Secundò, suspitione laborare solent, cũ sint decepti, qui parui, & angusti sunt animi, & diuitijs cumulandis intendunt, cum videant se viribus destitui, & ob id diuitijs se muniunt, qui nec ideò vereenndi sunt, cum vtilitatem tantum quærere soleant, & vitæ longæ sunt cupidi, qui & difficiles sunt & morosi, nec quicquam valdè diligunt odiove prosequuntur, præterita laudant, & loquaces sunt, & alios facilè reprehendunt, qui tamen prudentes esse solent, misericordes &c. de quibus alibi.

Sanguineos dicunt voluptatibus, & amoribus deditos esse, fortes, acutos, misericordes, & hilares. Bili infestatos, impetuosos esse dicunt subitos, & temerarios, & cibum appetere: vt Arist. d. lib. de somno, & vig. cap. 4. & Probl. 29. pituitosos, tardos esse aiunt, & timidos, ac misericordes, ac modestos. Melancolicos aiunt solere esse graues, parum ridere, studiosos, & voluptatibus deditos, quia cum melancolico humore affligãtur, quærunt voluptates quibus gaudeant, & dolorem sedent.

7 Studiosorũ mores varij qui. Milites dicunt, ꝙ ad studia attinet, esse iracundos, & inexorabiles, vt dicit Horatius, Impiger, iracundus, inexorabilis, acer, & ijs fidem non esse, vt idem dicit: Rethores, & Oratores gloriosos esse, & laudis auidos, vt d. Horat. ep. 16. Gaude, ꝙ spectãt oculi te mille loquentem, philosophos liberos esse, & corporis cultũ negligere, & misericordes esse, ꝙ videãt hominis naturam innumeris telis, & passionibus obnoxiam, quibus resistere est tantum virtute præstantis, & cogitabundos esse quòd res omnes speculentur sapientiæ lumine, nec faciles esse ad iram, ꝙ agnoscant hominem iratum parum à brutis dissidere.

Grammaticos aiunt iracũdos esse, & in minutulis rebus occupatos. Medicos loquaces esse. Poetas esse cogitabundos, & melancolicos. Iurisconsultos graues, sed ambitiosos, Pictores tacitos esse, Agricolas superstitiosos, Nautas temerarios, Mercatores mendaces, Senatores Reipublicæ amantes, & ob eam suspitiosos, & vigiles, Sacerdotes pios & compositos.

Nobiles, ꝙ ad bona externa attinet, honores appetere dicunt, vt d. Cic. orat. pro l. Manil. & alios solere contemnere. 2. Rhet. apud Arist. qui & ibi d. diuites solere esse cõtumeliosos, & superbos, & delicatos: vt d. Plato. lib. 4. de Republ. & desidiosos, & inaniter se efferentes. Pauperes putant esse illiberales, & seditiosos, ob æs alienum contractũ: vt d. ibi Plato. & anteferre vtilitatem honestati, vt contra nobiles. Medios verò ĩter diuites, & pauperes optimos putãt. 8 Nobiliũ diuitum, & pauperum mores qui.

Ex loci etiam qualitate dicit mores variari. Hippocr. lib. de aere, & aquis, & Galen. li. ꝙ mores animi temp. corp. seq. vnde Montes incolẽtes ingeniosos, & acutos esse dicunt ob aeris tenuitatem: vt d. Arist. probl. 14. & hos plurimum viuere, ꝙ aer ibi multum moueatur, & ꝙ mouetur difficulter putrescat. Cãpestres superbos esse, & luxui deditos: vt d. Cic. in 2. agrar. Insulares, & littorales solere esse acutos, & calidos ob aduenarum frequentiam. Steriles locos d. ferre solare ĩgenia præclara. Pingues hebetes, & cupiditatibus deditos. Feruida loca incolentes timidos esse solere. Frigida fortes. Aristot. sect. 14. probl. 8. eos verò qui medio modo se habent sapientes esse. In particulari verò Italos rerum nouarum cupidos dicunt, literis deditos, acutos, industriosos, prudentes, magnanimos: vt d. Virg. 4. Aeneid. Liu. lib. 2. Colum. lib. 4. c. 4. Siculos, calidos, versutos, cupidos, facetos, loquaces. Sardos maximis esse viribus moribus tamen duris, & asperis. Corsicos agrestes, & optimos milites. Hispanos gloriosos esse, & in amores propensos, literis deditos, ad religionem propensos, ac pios, de se tamen magnificè loquentes, & optimos esse milites. Gallos 9 Incolarũ variorum mores q.

dicunt

dicunt iactabundos petulãtes, in victu profusos, lætos, hilares, mobiles tamen, rerum nouarum auidos, loquaces & effœminatos. Germanos gulę, & potui deditos, audaces, acutos in rebus inueniendis. Subaudios, & Allobrages feroces aiunt. Brithones sagaces, & leuioris fidei. Belgas, & Cymbrios in cõuiuijs profusos. Incolas insularum glacialium feros esse, & immites, nec ad religionem propensos, à literis alienos. Anglos dicunt arrogantes esse & seditiosos, hospitales verò in consilijs tardos, in bello fortes, sed citò in laboribus deficere, in literis proficere. Vngaros, & Boemos fortes aiunt, sed prædones. Polonos optimos dicunt. Græcos subdolos, bibaces, voluptuosos, & eloquentes. Turcas feroces, truculentos, voluptuosos, nullius ferè religionis peritos, & vino deditos. Arabes molles, & superstitiosos. Afros calidos esse, mendaces, & nullius fidei. Indos à Columbo inuentos nihil humani habere, nec obscena agnoscere. Orientales verò nobis similes esse Molucarum incolas pacis esse studiosos, & zelotipos. Trapobranam incolentes inhumanos esse.

10 Phisiognomica recitatur, & reprobãt. Maximè verò cuiusque inclinatio dignoscitur, si de aliqua re frequenter cogitat, vt dicit S. Fulg serm. de Sanct. cõfess. & si vnico aspectu alicuius rei, vt mulieris, valdè commouetur: vt dicit D. Tho. 1.2.q.22. art.3. ad secundum. Putat & Arist. variari hominum mores ex varia corporis constitutione. lib. 1. de hist. anim. cap. 8. 9. & 10. quòd animus ex corporis mutatione mutetur, vt in phreneticis patet, ex eodem libro, qui Phisiognomica inscribitur, quòd sequitur & Hippocr. lib. 2. Epid. segm. 5. in princ. & Galenus loco citat. Vnde Arist. d. lib. 1. cap. 8. de hist. anim. dicit, eos quibus frons est lata, segnes esse, quibus parua, mobiles, rotunda, iracundos, & supercilia in rectum porrecta mollem, iuxta nasum inflexa, austerum, iuxta tempora inflexa derisorem, & dissimulatorem, in totum demissa inuidum significare. Oculos iusto longiores morem maleficum, carnosos malitiam præseferre, & quibus nigrũ oculi caprinũ est, optimorum morum inditium esse, & idem de his qui mediocriter conniuent, qui nimium inconstantiam, qui parum impudentiam notare, aures mediocres notam bonorum morum esse, magnas, & arrectas vltra modum stultitiæ, vel loquacitatis. & Hippocr. loco cit. dicit: Rubros naso acuto, paruis oculis malos esse, naribus simis magnis oculis optimos, eos qui hudos habent oculos gratiosos esse, magnos, caluos, blæsos, vocis exilis optimos; quæ & alia permulta prosequitur Arist. lib. Phisiogn. & videtur etiam D. Tho. aliquid tribuere corporis complexioni quò ad inclinationem 2.2. quæst. 158. art. 1. ad primum. quòd videtur intelligi posse respectu humorum, de quibus supra, quia id quòd dicitur de qualitate membrorum nõ admitterem, cum ea certa non sint, & vt plurimum fallacia, & ecclesia id non approbet.

Quæ verò dicta sunt, intelliguntur, vt supra, quò ad inclinationem sensualitatis, cui tamen ratio frenum imponere valet, & voluntas prauis affectibus dissentire, & ea etiam sopire, vel saltem minuere, Dei gratia iuuante, sacramentorum frequentia, orationibus, frequentia vigiliarum, remotione occasionum, consideratione turpitudinis, voluptatum, & demum optima educatione, quæ in naturam versa, efficit vt passiones non obsint, sed prosint, vt colluctando & militando, ac vincendo prauos affectus, à Christi gratia in cœlis coronemur. 11 Passiones prauæ vt superãdę.

Quod faxit ille qui viuit, & regnat in secula.

DE

DE HABITIBVS.

SVMMARIVM.

De Habitibus secundùm se. Cap. I.

D.Tho.1. 2.q.49.

1 Habitus quot modis sumatur.

OBSERVANDVM est, ꝙ habitus multis sumitur modis, teste Aug. lib. 83. qq. q. 37. primò pro habitu animi, in quo sensu sumitur disciplinæ perceptio vsu firmata. Secundò, pro habitu corporis, quo pacto alius dicitur alio magis sanus, & validior, vel pro habitu corpori extrinsecus adhibito, vt sic dicatur aliquis indutus, armatus, &c. & dicitur habitus ab habendo, quia potest quis id & non habere, vt potest carere scientia, robore sanitate, indumentis, & huiusmodi, accipitur etiam habitus ꝓ figura: vt Phil. 2. In similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo, quia scilicet nobiscum sit conuersatus passibilis, vt & ceteri homines, vt ibi rectè dicit Ambr. vel ꝙ habitu fuit homo quia habuit verè corpus humanum, & animam hominis, sed non personam, quia persona verbi fuit suppositum vtriusq; naturæ diuinæ, & humanæ, vt dixi to. 1. Tract. de Christo, vel de Incarnatione verbi. Sumitur etiã nomen habitus pro post prædicamento, vt habere amicum, albedinem, aliquando pro vltimo prædicamẽto, vt esse indutum, armatũ &c. quandoq; pro qualitate, vel dispositione, qua bene maleve disponimur, & sic dicitur habitus scientiæ qualitas, qua disponimur ad rerum cognitionem, & in hoc sensu agitur de habitibus hic.

Secundò, obseruandum, ꝙ habitus est dispositio perfecti ad optimum, i. dispositio perfecti subiecti, & perfectæ naturæ ad optimam operationem, vt d. Aristot. 7. Phis. tex. 17. Vel vt idem d. 5. Metaph. tex. 25. habitus est dispositio qua benè, vel malè disponimur in ordine ad nos, vel ad alios. Vel habitus est quo benè vel malè possumus: vt idem dicit 2. Eth. cap. 5. & 6. 2 Habitus quid sit.

Obseruandum hic agi de principijs humanorum actuũ, vel diuinitus infusis, vel nostris actibus acquisitis. i. de habitibus infusis, vel acquisitis. His not.

Prima sit propositio. Habitus est qualitas, probatur ex Philosopho in prædicamento quantitatis, d. ꝙ habitus est qualitas de difficili mobilis. 3 Habitus est qualitas.

Ratio, nam cum habitus ab habendo dicatur, duobus modis sumi potest, vt & ipsum habere: primò, vt homo aliave res dicitur aliquid habere: secũdò, prout quæcunq; res habet seipsam, vel ad aliquid aliud, primo modo, habere est commune ad varia genera, licet si inter habens, & id ꝙ habet, aliquid per modum actionis, & passionis mediet, constituat vnum peculiare genus rerum, ꝙ prædicamẽtum habitus dicitur, de quo d. Arist. 5. Metaph. t. 25. cum inquit inter habentem indumentũ, & indumentum ipsum, esse habitum medium; si secundo modo sumitur habere, prout res se habet in se, vel erga aliud, cũ hic modus habendi sit secundùm aliquã qualitatem hac ratione habitus quædam qualitas est, de quo loquitur Philosophus 5. Metaph. tex. 25. dum d. habitum esse dispositionem secundùm quàm benè, vel malè disponimur vel secundùm se, vel ad aliud, & cum hoc modo de habitu sit sermo, dicendum est habitũ esse qualitatem.

Secunda propositio. Habitus est determinata species qualitatis, probatur ex Philosopho in prædicamento qualitatis. 4 Habitus est determinata species qualitatis.

Ratio, nam qualitas est modus quidam substantiæ, vnde quot modis poterit substantia modificari, tot erũt qualitatis species; substantia verò quatuor modis potest modificari, primò, ratione quan-

ne quantitatis, & sic est quarta species qualitatis, quę est figura vel forma quę quantitatem sequitur, secundò, quò ad obiecta operationum, & ad principia operationum, secundùm quam ratione attenditur secũda, & tertia species qualitatis, demum potest substantia modificari quò ad bonam, vel malam operationem in ordine ad naturam rei, secundùm quam rationem constituitur prima species qualitatis, & sic est habitus, ergo est determinata species qualitatis.

5 Habitus oĩs an habeãt ratione m ad actum

Tertia propositio. Omnis habitus secundùm rationem habitus habet ordinem ad actum, aliqui tamen ex ijs peculiarius, probatur ex Aug. lib. de bon. coniug. c. 21. vbi d. habitum esse quo aliquid agitur cum opus est.

Ratio primi, nam de ratione habitus est vt importet habitudinem quandam in ordine ad naturam rei secundùm ꝙ conuenit, vel non: natura verò rei ordinatur vlterius ad alium finẽ qui est vel operatio, vel aliquid operatũ, ad quod quis per operationẽ peruenit, ergo habitus importat etiam ordinem ad operationem, quatenus est finis naturæ, vel perducens ad finem, ꝙ probatur ex Arist. 5. Metaph. t. 20. d. habitum esse dispositionem secundùm quam benè, vel malè disponitur subiectum, vel secundùm se .i. in ordine ad naturam suam, vel ad aliud, idest in ordine ad finem.

Ratio secũdi, nam aliqui habitus ex parte subiecti primò, & pręcipuè important ordinem ad actum, vt qui sunt in potentijs operatiuis, quia habitus primo, & per se importat ordinem ad naturam rei, si igitur natura rei consistit in ordine ad actum, habitus præcipuè importabit ordinem ad actum, talis verò est natura potentiarum, vnde habitus qui sunt in illis, præcipuè dicunt, & important ordinem ad actum.

Ex quibus colligitur, ꝙ habitus sunt causa efficiens, & principium operationum simul cum potentia, vt probat hic Medina, nam habitus generatur ex actibus, & iam genitus producit similes, & meliores operationes. 2. Eth. cap. 1. & vt virtus corporis facit hominem laboris patientem, sic virtus animæ facit vt homo studiosus opera ardua aggrediatur, & vincat. ibidem cap. 2. & habitus facit vt homo in opere cum delectatione operetur, quando iam est generatus, & promptè vt ibi dicit cap. 3. præterea habitus infusi sunt operatiui, ergo & acquisiti.

Quarta propositio. Necessarium est esse habitum: probatur, nam habitus sunt quædam perfectiones potentiæ, perfectio verò est necessaria, ergo. 6 Habitus esse est necessarium & quõ.

Ratio, nam multæ res sunt ad quarum naturas, & operationes oportet plura concurrere, quæ diuersis modis cõmensurari possunt, consequentia probatur, nam habitus est dispositio in ordine ad naturam rei, & operationem, vel finem eius. At vt aliquid ad aliud disponatur tria requiruntur: primò, vt id quòd disponitur sit aliud ab eo ad quod disponitur, ita vt se habeat ad ipsum vt potentia ad actum, vnde quod non est capax potẽtiæ, & actus simul, vt Deus, non habet habitum. Secundò, vt id quòd est in potentia ad alterum pluribus modis possit determinari, & ad diuersa: vnde quòd ad vnum est determinatum non eget habitu, quia natura sua habet debitam habitudinem ad suum actum. Tertiò, vt plura concurrant ad disponendum subiectum ad vnum eorum ad quæ est in potentia, quæ diuersis modis commensurari possunt, vt sic disponatur benè vel malè ad formam, vel operationem: vnde qualitates elementorum quæ secundùm vnũ modum determinatum naturis elementorum conueniunt, non dicuntur habitus vel dispositiones, sed simplices qualitates, dicuntur verò habitus vel dispositiones, sanitas, pulchritudo, & huiusmodi, quæ important quandam commensurationem plurium quæ diuersis modis commensurari possunt. Et quidem si sermo sit de habitu in generali, sumpto pro qualitate, quæ est in potentia necessaria ad operandum, clarum est quòd sunt habitus, vnde in potentia visiua sunt species intentionales, sine quibus visus non constat, & in intellectu, & memoria sunt similitudines rerum, sine quibus potentia operari non

potest; & sic de alijs multis, de quibus August. lib. 10. confess. cap. 8. 9. & 10. Si etiam accipitur habitus pro dispositione, qua afficimur ad benè vel malè operandum, prout sumitur in proposito, clarum est quòd sunt habitus, nam artifices post longam consuetudinem ordinatè exercent artes quas à principio inordinatè exercebant, & idem est de moralibus habitibus, quos longa cōsuetudine nobis acquirimus: vt dicit Arist. 2. Eth. c. 1. Vlterius potentia quæ est indifferens ad bonum, vel malum, eget aliquo determinante ad bonum, vt intellectus in homine est indeterminatus ad verum & falsum, & voluntas etiam & appetitus sensitiuus indifferenter se habent ad boni, vel mali appetitionem, ergo tales potentiæ egent aliquo determinante, hoc facit habitus bonus, ergo oportet cōstituere habitus bonos. Præterea omnis potentia, quæ in suo actu patitur difficultatem, eget aliquo facilitante ipsam ad actum, hanc facilitatem & promptitudinem præstat habitus, ergo oportet ponere habitus, maior probatur, nam plures potentiæ in homine sunt quæ patiuntur difficultatem in suis actibus, vnde Arist. 7. Eth. lib. d. de continente, ꝙ cum magna difficultate opus virtutis prosequitur imminente passione, minor patet. Nec ex hoc ꝙ sint habitus ad bonum disponentes, minuitur meritum, imò enim augetur cum augeatur voluntarium, & promptitudo ac delectatio in operibus bonis perficiendis.

SVMMARIVM.

1 Habitus an sint in corpore, vel anima.
2 Habitus in qua portione sit.
3 Habitus an sint in potentijs sensitiuis.
4 Habitus aliquis est in intellectu.
5 Habitus aliquis est in voluntate.
6 Habitus an sint in Angelis.

De subiecto habituum. Cap. II.

Prima sit propositio. Nullus habitus operatiuus est principaliter in corpore, vt in subiecto, habitus tamen qui nō ordinatur ad operandum, vt sanitas, & pulchritudo possunt esse in corpore, probatur secundum ex Philosopho in prædicamento qualitatis. D.Tho. 1. 2. q. 50. 1 Habitus ī sint ī corpore, vel anima.

Ratio primi, nam omnis operatio corporis, vel est à naturali qualitate corporis, vel ab anima mouente corpus, sed quò ad operationes quæ sunt à natura non disponitur corpus per aliquem habitum, quia virtutes naturales sunt determinatæ ad vnum, operationes verò quæ sunt ab anima per corpus, præcipuè sunt animæ secundario corporis, vnde & habitus qui de talibus operationibus generantur, præcipuè sunt in anima, secundò in corpore, quatenus scilicet corpus redditur habile vt promptè deseruiat operationibus animæ; præterea habitus est dispositio operantis, principium verò harum operationum est anima non corpus, intellectus enim mouet ad scribendum, pingendum, &c. & voluntas mouet membra exteriora ad ea operandum, ergo. Præterea est in membris corporis tantum motus localis, ergo in ijs non requiritur habitus, vt nec in penicillo quem artifex mouet.

Ratio secundi, nam Arist. in prædicam. qualit. dicit, sanitatem corporis, vel infirmitatem dici habitum, quæ tamen qualitates propriè non dicuntur habitus, quia causæ eorum de sua natura sunt facilè transmutabiles, & sunt in toto composito ratione corporis.

Secunda propositio. Habitus quidam sunt in corpore in ordine ad animā, alij in essentia animæ, alij in potentijs, probatur 1. Eth. c. vlt. 2 Habitus ī qua portione sint.

Ratio, nam habitus importat dispositionem in ordine ad naturam, vel ad operationem, qua verò ratione dicit ordinem ad naturam humanam, sic aliquis habitus in corpore, eo modo quo præcedenti propositione est dictum, sed si dicit ordinem ad naturam, quatenus homo

mo potest esse particeps alicuius naturæ superioris, iuxta id 2. Pet. 1. vt simus consortes diuinæ naturæ, quod est per gratiam gratum facientem, sic habitus est in essentia animæ, cũ non dicat semper habitus ordinem ad actum, vt hic, sed si consideretur habitus vt habet ordinem ad operationes, habitus est in potentijs animæ, cum anima sit principium operationis per suas potentias.

3 Habitus ñ sint in potẽtijs sensitiuis. Tertia propositio. Habitus non sunt in potentijs sensitiuis, quatenus ex instinctu naturæ feruntur in suum obiectum, secus qua ratione potentiæ sensitiuæ subduntur imperio rationis, probatur 3. Eth. c. 10.

Ratio primi, nã si operatur potentia sensitiua ex instinctu naturæ erit determinata ad vnum, vt & ipsa natura; vnde sicut ĩ potẽtijs naturalib. nõ sunt aliqui habitus, sic nec hoc pacto in sensitiuis.

Ratio secundi, nam eo pacto potentiæ sensitiuæ possunt determinari ad diuersa, ergo egent habitibus quibus disponantur, confirmatur ex Arist. 3. Eth. c. 10. d. aliquas virtutes .s. temperantiam, & fortitudinem esse irrationabiliũ partium. Confirmatur, nam appetitus sensitiuus mediat inter potentias vegetatiuas, & membra exteriora, nã potentiæ vegetatiuæ, vt nutritiua non sequuntur modum rationis, non enim augetur homo vt vult, ideò ibi nõ est habitus, èconstra membra exteriora necessariò, & seruitute seruili mouẽtur ratione, vt & calamus, vel penicillus, & sic determinantur ad vnum, vnde ibi habitus non constituũtur, appetitus verò sensitiuus obedit rationi obediẽtia politica & regali, sic quod resistere valet, vt d. Ari. 1. Pol. c. 3. cum ergo, sit indifferens ad obediendũ rationi eget habitu per quem determinatur, vt imperio rationis rectè subdat; præterea in appetitu sensitiuo sunt grauissima peccata, si mouetur à volũtate, ergo est capax vitij, & virtutis: vnde eget habitu quo disponatur ad se determinandum ad alterum.

4 Habitus aliquis est in intellectu. Quarta propositio. In intellectu est aliquis habitus, probatur 6. Eth. cap. 1. 2. 6. & 7.

Ratio, nam quidam habitus ponẽdi sunt in parte rationali per essentiam .s. qui sunt virtutes intellectuales .s. scientia, sapientia, & intellectus. 6. Eth. c. fin. sed vires sensitiuæ non sunt rationales per essentiam, sed per participationem. 1. Eth. c. vlt. ergo in intellectu habitus sunt ponendi: præterea sicut eius est potentia cuius est operatio, ita eius est habitus cuius est operatio, intelligere verò & cõsiderare est propria operatio intellectus, ergo habitus quo intelligim⁹ erit etiam in ipso intellectu. Notãdum verò species ordinatas ad cognoscendũ non esse scientiã, sed ijs informatus est, vt sciẽs in habitu, sic etiã aduertendum, quod in intellectu agente nullus est habitus, nam eius est habitus cuius est & operatio, sed intellectus agens non intelligit, non habet actum elicitum, sed tãtum illustrat phantasmata, ergo, sed in intellectu possibili, qui perficitur ex habitu, & hẽt facultatẽ ad rectè operandum, persuadendum, disserendum, &c.

Quinta propositio. In voluntate est aliquis habitus, probatur, nã iustitia est in voluntate, & ea est habitus ex Arist. 5. Eth. cap. 1. ergo. 5 Habitus aliquis est in voluntate.

Ratio, nam natura voluntatis cum sit potentia rationalis potest diuersè ordinari ad agendũ, at omnis potentia quæ diuersimodè ordinatur ad agendũ, eget habitu quo determinetur, ergo. Idẽ probatur ex natura habitus, qui habet quẽdam principalẽ ordinem ad voluntatẽ, prout habitus est quo quis vtitur cũ voluerit, ergo. Notandum tñ, quod voluntas nõ eget habitu, ad ea ad quę natura sua inclinatur, vt ad bonum in cõi, ad consequendum vltimũ finem, ad volẽdum esse sapiens viuere, vel intelligere, cum ad hæc sua natura sufficiẽter sit inclinata; ad ea verò ad quæ natura sua nõ est sufficienter inclinata est constituendus habitus, vt ad amandum Deum & proximum, & restituendum alienum, quod fit per habitum iustitiæ, cum ad aliena nõ sufficienter sit inclinata, quid tamen sit de Deo, dicetur in Tract. de gratia.

Sexta propositio. In Angelis sunt habitus operatiui, & ijs sunt etiam necessarij habitus ad attingẽdum Deum per intellectum, & voluntatem, non tamen 6 Habitus ñ sint in Angelis.

ad ea quæ sunt naturalia, probatur ex Dion.c. 7.cœlest.hierarch.

Ratio primi, nā licet in Angelis non sit potentia materiæ, est tamē in eis aliqua potentia, cum solus Deus sit purus actus, vt ergo sunt in potētia ad aliquid intelligendum, egent perfici habitualiter per aliquas species intelligibiles ad propriam operationem, quatenus verò actu intelligunt, non egent habitu.

Ratio secundi, nullus enim Angelus attingit ad Dei perfectionē, imò ab ea distat in infinitū, ergo ad intelligendū Deum per intellectum, & voluntatem egent aliquibus habitibus tanquam in potentia existentes illius puri actus.

Ratio tertij, nam habitus qui sunt dispositiones ad esse naturale, non sunt in Angelis, vt sanitas, pulchritudo, &c. cum sint immateriales. Vnde in Angelis etiam non sunt virtutes morales acquisitæ, cum sint creati in beatitudine naturali: vt d.D.Th.1.p.q.62.art.1. ergo & cum virtutibus, quæ sunt necessariæ ad beatitudinem: vt d.hic Medina.

SVMMARIVM.

1 Habitus quis dicatur naturalis, & quomodo.
2 Habitus aliquis causatur ex actib.
3 Habitus an vnico actu generentur, & quomodo.
4 Habitus aliqui à Deo infundūtur.

De causa habituum, quò ad illorum generationem. Cap. III.

D. Th. 1. 2.q.51.

1 Habitus quis dicatur naturalis, & quomodo

HAbitus, qui dicit dispositionem ad naturam multipliciter est naturalis, sed & habitus qui dicit dispositionem ad opus sæpè dicitur talis, probatur 6.Eth.c.6.

Ratio primi, nā si naturale sumitur secundùm naturā speciei, vel indiuidui, vel quia sit totū à natura, vel partim à natura, partim ab exteriori agente, vt sanitas acquisita per artem medicinæ, habitus qui est dispositio in ordine ad naturam, vel formam est omnino naturalis, nam est quædam naturalis speciei quæ debetur soli speciei, vt risibile homini, quo verò ad dispositionē, quæ debetur naturæ indiuidui, prędictæ dispositiones possunt esse omnino à natura, & ēt partim à natura, partim ab arte, vt Platoni esse sanatiuum, vel ægrotatiuū.

Ratio secundi, nā habitus qui est dispositio ad operationem, cuius subiectū est potētia animæ, potest esse naturalis tam respectu speciei, q̄ indiuidui, sed in hominibus, non omnino prouenit à natura, prima pars probatur, nam is habitus ea parte qua se tenet ex parte animę est naturalis speciei, q a anima est principium specificū, vt verò se tenet ex parte corporis, ꝙ est materiale principiū, est naturalis indiuidui. Secūda pars confirmatur, nam habitus operatiui in homine existentes partim sunt à natura, partim ab exteriori principio, nā in apprehensiuis potentijs sunt habitus naturales secundùm inchoationem tam secundùm naturam speciei, q̄ secundùm naturam indiuidui, nā ex ipsa natura, postquā homo cognouit quid sit totum & quid pars, statim cognoscit totū esse maius sua parte, sed quid sit totū quid pars nō cognoscit, nisi ab exteriori principio, per species .s. à phantasmatibus acceptas, vnde in potentijs apprehensiuis habitus non sunt omnino à natura. In potētijs verò appetitiuis, licet ex parte animæ nō sit aliquis habitus naturalis secundùm inchoationem, cum inclinatio earum in propria obiecta, non sit inclinatio ab habitu, sed ex ratione ipsarum potentiarum, tñ ex parte corporis secundùm naturā indiuidui sunt aliqui habitus appetitiui secūdùm inchoationes naturales, aliqui enim ex ꝓpria complexione sunt dispositi ad castitatē, alij ad mansuetudinem, & huiusmodi. Et ita habitus primorum principiorū operatiui practici, sunt à natura vt sinderesis, ī intellectu practico, habitus verò primorum principiorū speculatiuus est partim à natura, partim ab arte, & hic non est intellectus agens, sed vel intellectus possibilis illustratus lumine intellectus agentis, & receptione specierum, vel lumine naturali distinctū ab intellectu, & hi habitus naturales præstant promptitudinem naturalē ad operandum: vt d. hic Medina,

Secunda

2 Habitus aliquis causatur ex actibus.

Secunda propositio. Aliquis habitus causatur ex actibus, probatur ex Arist. 2. Eth. c. 1. & 2. d. habitus virtutum, & vitiorum ex actibus causari.

Ratio. Nam in agente in quo est solum actiuum principium sui actus, non causatur habitus ex proprio actu, vnde res naturales non possunt quid consuescere, vel dissuescere, ex Arist. 2. Eth. in princ. quando verò agẽs est tale in quo est principium actiuum, & passiuũ sui actus, ex talibus actibus possunt in agentibus aliqui habitus effici, & ita ex multiplicatis actibus generatur quidã habitus in potẽtia passiua, sicut habitus virtutum moraliũ causantur in potentijs appetitiuis secundùm ꝙ à ratione mouentur, & habitus scientiarum causantur in intellectu secundùm ꝙ mouentur à primis propositionibus.

3 Habitus ã vnico actu generent, & quot.

Tertia propositio. Habitus qui ponuntur in potentijs appetitiuis non generãtur vnico actu, sed multis, intellectus verò etiam vnico actu potest sibi acquirere habitum scientiæ, non tamen opinionis, probatur, nam vna hirundo non facit ver, vt inquit Arist. 1. Eth. c. 7.

Ratio primi, nam habitus generantur per actus quatenus potentia passiua mouetur ab aliquo principio actiuo, vt verò aliqua qualitas generetur in passiuo principio oportet vt actiuum vincat passiuum, at principium actiuum, ꝙ est ratio, nõ potest vnico actu omnino vincere appetitiuam potentiam, quia talis potentia se habet diuersimodè ad multa, & non potest fieri vnico actu, vt feratur in vnum & idem per modum naturæ, vt ratio habitus postulat, ergo tales actus vnico actu non generantur.

Ratio secundi, nã potest esse aliquod actiuum ꝙ vno actu vincat potentiam sui passiui, vt vna propositio per se nota conuincit intellectum ad assentiendum conclusioni absque formidine, id verò non habet propositio probabilis, quia vna ratio probabilis nõ conuincit potẽtiam intellectus. Habitus verò qui sunt in potentijs sensitiuis apprehensiuis nõ generantur vnico actu, quia oportet actus sæpè iterari, vt aliquid firmiter memoriæ imprimatur; vnde meditatio confirmat memoriã: vt d. Arist. lib. de memor. & reminisc. c. 2. Habitus verò corporales possunt vnico actu causari si actiuum fuerit magnæ virtutis, vt quandoque medicina fortis inducit sanitatẽ. Et qñ vnus actus non sufficit ad producendum habitum, priores actus disponunt potentiam vt vltimus actus ratione præcedentium generet habitum, vt in guttis lapidem excauantibus, vltima ratione præcedentium id facit.

Si verò quæratur quot actibus habitus appetitiui generentur, crediderim certam ad id regulam tradi non posse, signum tamen actus generati esse, cum quis promptè faciliter, & cum delectatione actum virtutis vel vitij, quòd ante non faciebat, agit.

Quarta propositio. Habitus aliqui infunduntur à Deo hominibus, probatur Eccl. 7. & in cl. vnica. de sum. Trin. & Trid. Conc. sess. 6. c. 7. 4 Habitus aliqui à Deo infũduntur.

Ratio, nam aliqui habitus sunt quibus homo disponitur ad finem excedentem facultatem humanæ naturæ. s. beatitudinem, ergo tales habitus vires naturales excedũt, ergo oportet eos infundi à Deo, oportet enim habitus esse proportionatos ei ad ꝙ homo disponitur per ipsos. Quandoque tamen Deus infundit hominibus habitus qui per vires naturæ cõparari possunt, quia Deus potest producere effectus secundarum causarum sine ipsis causis, vt quandoq; producit sanitatem sine causa naturali, quæ tamen per naturam effici posset, vt & in apostolis causauit scientiam scripturarum, quam sine infusione consequi poterant. Et ex his habitibus primi dicuntur infusi per se, secundi per accidens: vt dicit hic Caiet.

Nec solùm dantur habitus infusi, sed etiam virtutes morales infusæ, vt dicit hic D. Th. & infra q. 63. art. 3. & probatur in cl. vnica. de sum. Trin. vbi Conc. Vien. amplectitur opinionem dicentiũ virtutes infusas infundi in baptismo. & in Conc. Mileu. c. 4. per actus verò virtutum infusarum nõ generantur habitus similes infusis, sed intenditur, & perficitur prior infusus, vt dicit hic Medina post D. Tho. & alios.

SVMMARIVM.

1 Habitus an augeātur, & quomodo.
2 Habitus an augeantur per additionem.
3 Habitus ex quibus actib' augeant.

De augmento habituum. Cap. IIII.

D.Tho.1. 2.q.52.

1 Habitus ā augeātur, & qūo.

HAbitus augeri possunt & secundùm se, & secūdùm participationem subiecti, vel secundùm ꝙ à subiecto participantur, probatur Lucæ 7. d Adauge nobis fidem, & īfra, vt charitas nostra magis, ac magis abundet. & ex Aug. tract. 51. in Ioannē.

Ratio, nā perfectio formæ potest dupliciter cōsiderari, & secundùm ipsam formam, & secūdùm ꝙ subiectum participat formam. Vnde qualitates & formæ accidentariæ, quæ in se habent speciem, & sumunt eam ab aliquo extrinseco, non possunt in se augeri, ꝙ enim sortitur speciem, est fixum & stans est, vnde augeri non possunt, quæ verò sumunt speciem ex aliquo extrinseco, in se augeri possunt, immota vnitate specifica quam habent ex vnitate eius ad ꝙ ordinantur, vt motus est intensior, & remissior secundùm se, & tamē manet eadem species ob vnitatem termini à quo recipit speciem; ꝙ si qualitates considerātur in ordine ad subiectum, quædam earum augentur, suscipientes magis & minus, quædam non, substantia enim nō suscipit magis & minus, quia est ens per se, quantitas verò est propinqua substantiæ, & quātitatem sequitur figura, ideò in figuris non est magis & minus, aliæ verò qualitates magis distant à substantia, & coniunguntur actionibus, & passionibus, ideò recipiunt magis, & minus. Habitus verò & secundùm se, & in ordine ad subiectum augeri possunt: primo modo nā sunt formæ, quæ sumunt speciem ab obiecto, & sic ab extrinseco, ergo, secundo modo ex parte etiam subiecti, nam scientia vel sanitas magis participantur ab vno quàm ab alio secundùm diuersam aptitudinem, quæ in eis reperitur,

Hæc verò intensio fit per maiorem radicationē formę in subiecto, vel quia à subiecto magis participatur, vel quia forma illa dat perfectius esse subiecto, vt habitus scientiæ angescit intensiuè quando magis perficitur circa eandem conclusionem, extensiuè verò quando ad plures conclusiones se extendit. Habitus verò infusi augētur per nostra opera meritoria nō efficienter, quia ijs qui benè vtūtur habitibus infusis, Deus præstat augmentum, vt d. hic Medina.

2 Habitus ā augeātur per additionem.

Secunda propositio. Habitus considerati in ordine ad subiectum non augentur per additionem, sed ex eo quia subiectum magis participat habitum. Aliqui tamen habitus secundùm se augentur per additionem, non tamen habitus corporales, probatur ex Aristot. 4. Phisicorum tex. 84.

Ratio primi, nam vt per agens quòd est actu fit aliquid actu calidum, quasi de nouo incipiēs participare formam, ita per actionem intensam ipsius agentis efficitur magis calidū vt perfectius participans formam, non quia formæ aliquid addatur.

Ratio secundi, nam quis potest plures conclusiones scire quas ante non sciebat.

Ratio tertij, animal enim nō dicitur sanum vel pulchrum, nisi secundùm omnes suas partes sit tale, ergo.

3 Actus qui augeant habitum.

Tertia propositio. Actus intensiores & perfectiores augent habitum, æquales verò disponunt tantum ad augmentum habitus. Actus verò imperfectiores non augent habitum, sed disponunt ad eius diminutionem.

Ratio primi, nā vt quodlibet alimentum assumptū actu non auget animal, nec gutta vna cauat lapidem, sed multiplicato alimento tandem fit augmentum, sic est de habitibus etiam dicēdū, ꝙ non quilibet actus auget habitum, & sic non quilibet actus charitatis auget charitatem, quę est habitus operatiuus, sed per intēsiorem, & perfectiorem, secundum probatur ex Arist. d. 5. Phisic. tex. 25. aliquos actus ab habitu procedentes minuere ipsum habitum, vt cum negligenter fiunt.

SVMMARIVM.

1 Habitus an corrumpantur, & quo.
2 Habitus quot modis diminuantur.
3 Habitus per solam cessationem ab opere corrumpũtur, & quomodo.

De corruptione, & diminutione habituum. Cap. V.

D.Tho.1.2.q.53.

1 Habitus ã corrũpantur, & quõ

PRima sit propositio. Habitus quorum subiectum est corruptibile, & quorum causa habet contrarium, possunt corrumpi per se, & per accidens; qui verò sunt ĩ subiecto incorruptibili non corrumpuntur per accidẽs; aliqui tamen habitus qui nõ possunt corrumpi per accidens ratione subiecti primarij, possunt corrumpi per accidens ratione subiecti in quo secũdario residẽt. Habitus verò qui habent contrarium, vel ex parte sua, vel suæ causæ, possunt per se corrumpi, qui verò non habent non possunt per se corrumpi. Habitus verò qui sunt in voluntate, & in appetitu sensitiuo, per se possunt corrumpi, probatur 2.Eth.c.3.

Ratio primi, nam duobus modis aliqua forma dicitur corrumpi per se, & per accidens, per se cum corrumpitur à contrario, per accidens cum corrumpitur ad corruptionem subiecti; vnde habitus qui sunt in corruptibili subiecto, & quorum causa habet contrarium potuerunt corrumpi ad corruptionem subiecti, & sic per se, & per accidens.

Ratio secundi, nam cum subiectum non possit corrumpi, non possunt corrumpi ad corruptionem subiecti.

Ratio tertij, nam habitus scientiæ est in intellectu, vt in subiecto primario, in viribus verò sensitiuis, vt in secundario, ideò hic habitus non potest primo modo corrumpi, cum subiectum sit incorruptibile, corrumpitur tamen ad corruptionem subiecti secundarij.

Ratio quarti, nam species intelligibiles, & habitus naturales, vt sinderesis & intellectus primorũ principiorũ per se corrumpi non possunt, quia nec in se, nec in sua causa habent contrarium; habitus verò sciẽtiæ opinionis, & artis per se possunt corrumpi, quia habent tale contrarium.

Ratio quinti, nam tales habitus efficiuntur ex hoc ꝙ ratio nata est appetitiuam partẽ mouere, vnde per iudiciũ rõnis in contrariũ mouẽtis, vel ignorãtia passione aut electione pñt corrũpi. Notandum verò, vt d. hic Medina, ꝙ habitus contrarij possunt esse simul in eodem in gradibus remissis, vt habitus scientiæ & opinionis in gradu remisso, vt & in aqua tepida est caliditas, & frigiditas in gradibus remissis; secundò, notandum, ꝙ actus primo, & per se, & efficienter destruit habitum oppositum, vt actus temperãtiæ destruit habitum oppositum, quia destruit eius formam; tertiò, ꝙ habitus oppositi mutuo se expellunt ab eodem subiecto, vt & albedo nigredinem; & sic habitus continentiæ superueniens destruet oppositum; quartò, ꝙ actus remissus remittit habitum oppositum validũ, vt & ignis paruus applicatus gelu, remittit aliquantum de frigore.

Secunda propositio. Habitus possunt diminui dupliciter, vt & augentur. 2 Habitus quot modis diminuantur.

Ratio, nam diminui possunt per se à contrario si id habeant, per accidens verò ratione subiecti, quia qua via augentur, & generãtur, eadem minui possunt. Notandum tamen, ꝙ non omnes habitus minui possunt, vt est de habitibus naturalibus, vt nec natura minui põt. Nec ex parte hominis charitas minui potest, licet ex parte Dei habeat latitudinem, quia per peccatum veniale quò ad essentiam non minuitur charitas cũ semper sit æquè Dei amicus illam habens, licet eius feruor minuatur, quia nõ ita intensè tendit in Deum, per mortale verò non minuitur charitas, sed omnino tollitur.

Tertia propositio. Habitus corrumpuntur vel minuuntur per solam cessationem ab opere per accidens, probatur ex Aristot. lib. de longit. & breu. vitæ. & 8.Eth.cap.5. 3 Habitus per solam cessationẽ ab opere corrũpuntur, & quõ

Ratio, nam vt cessante exercitio operum remouetur actus, qui prohibebat causas

causas minuentes, vel corrumpētes habitum, & vt habitus corrūpitur ex contrario agente per se, cuius effectus tollitur per actum ab habitu prouenientem, sic si cessatur à tali opere contrarius agitur habitus, & primus corrumpitur, vel minuitur, ꝙ patet in habitibus moralibus, & intellectualibus. Nam cum quis non vtitur habitu virtutis ad moderandas passiones, surgunt multæ passiones, & operationes ex inclinatione appetitus sensitiui, vel aliorum quæ exterius mouent, ex quibus minuitur vel corrumpitur habitus virtutum; sic cum homo cessat ab vsu habitus intellectualis surgunt imaginationes extraneæ, & quandoq; ad contrarium ducētes, quibus homo ineptus redditur ad rectè iudicandum, & quandoque totaliter ad contrarium disponitur, vt d. Arist. lib. de longit. & breu. vitæ. c. 2. & 8. Eth. c. 5. Et sic per cessationem ab opere solā destruitur habitus modo surgant contraria, aliàs non, vt d. hic Medina.

SVMMARIVM.

1 Habitus plures an sint in vno subiecto.
2 Habitus quomodo distinguantur.
3 Habitus distinguuntur specie, & quomodo.
4 Habitus operatiui an constituantur ex multis habitibus.
5 Habitus boni ab adolescentia sunt induendi, & quare.

De distinctione habituum. Cap. VI.

D. Tho. 1. 2. q. 54.
1 Habitus plures an sint ī vno subiecto.

PRima sit propositio. Habitus qui sunt dispositiones ad naturam possunt plures esse in vno subiecto. Et qui propriè ad potentias pertinent, possunt esse plures in vna potentia.

Ratio primi, nam vnius subiecti partes variè accipi possunt, secundùm quarum diuersam dispositionē diuersi habitus efficiuntur, nā si partes, quæ sunt humores in corpore humano accipiantur prout disponitur secundùm naturā humanam est habitus sanitatis, siu accipiantur partes similes, vt ossa, neruī, caro, earum dispositio est fortitudo, vt dispositio partium dissimilium cōgrua, vt manus, brachij, capitis, &c. est pulchritudo.

Ratio secundi, nam potest vna potentia moueri ab obiectis diuersis specie, ergo potest talis potentia respectu corū obiectorum habere actus diuersos specie, ergo & poterunt esse habitus distincti specie, quia habitus sunt formæ inhærentes potētiæ, quibus inclinatur potentia ad determinationem actus secūdùm speciem. Non tamen sequitur ex his ꝙ licet potentia feratur in obiectū, & item habitus, quòd sint tot potentiæ quot habitus: nam potentia appetitiua fertur in obiectum, vt est in se: potentia verò cognitiua fertur in obiectum, vt est in cognoscente, habitus verò qui constituitur in vna potentia, non constituitur ex generali ratione immutandi, sed ex diuersa ratione obiectorum, vt scientiæ quæ in intellectu omnes tendunt in verum, vt est in intellectu, & nō distinguūtur varia ratione tendendi in obiectum, sed ex diuersa ratione veri, vel scibilis.

Secunda propositio. Habitus distinguuntur secundùm principia actiua, secundùm naturam, & secundùm obiecta specie differentia. 2 Habitus quomodo distinguātur.

Ratio, nam habitus habet duo, est. n. forma quædam, & habitus. Vt habitus sunt formæ distinguuntur ad modum aliarum formarum ex distinctione agentium, nam cum agens agat sibi simile, diuersi agentes diuersitates formarum faciūt. Vt verò consideratur secundùm rationem habitus, dicūt ordinem ad aliquid, & sic distinguitur ad distinctionem eorum ad quæ ordinatur. Habitus verò ordinatur ad duo, quia est dispositio ad naturam, & ad operationē naturam consequentem, ergo habitus habent distinctionem ex natura, & ex operatione quę specificatur ex obiecto.

Tertia propositio. Habitus distinguūtur specie, qa vnus est bonus, alius malus. Habitus etiam infusi & acquisiti differunt specie. 3 Habitus distinguūtur specie, & quō.

Ratio primi, nam habitus bonus malo

lo est contrarius, contraria verò specie sunt diuersa; præterea habitus distinguitur specie in ordine ad naturam, habitus verò bonus dicitur, qui disponit ad actum conuenientem naturæ agentis, qui est secundùm rationem, malus verò qui disponit ad actum non conuenientem naturæ, ergo secundùm differentiam boni, & mali habitus specie distinguuntur.

Ratio secundi, nam licet ambo rectè disponant, tamen acquisitus disponit naturam in ordine ad actũ conuenientem naturæ inferiori, habitus verò infusus disponit ad actum conuenientem naturæ superiori.

4 Quarta propositio. Habitus operatiui, de quibus præcipuè hic est sermo, non cõstituuntur ex multis habitibus, sed sunt vna simplex qualitas.

Habitus operatiui an constituãtur ex multis habitibus.

Ratio, nã habitus est forma simplex, quia est quædam qualitas, at nullũ simplex constituitur ex pluribus, ergo vnus habitus non constituitur ex pluribus habitibus. Preterea omnis perfectio ꝓportionatur suo perfectibili, sed habitus sunt perfectiones potentiarũ, oportet ergo, vt potentijs proportionentur, potentia verò vna cum sit se extẽdit ad multa, prout conueniunt in vna obiecti ratione, ergo etiam habitus ad multa se extendit, secundùm ꝙ habent ordinem ad aliquod vnum, scilicet ad vnã peculiarem rationem obiecti, vel ad vnam naturam, vel ad vnum principiũ, licet ergo in habitu, consideratis his ad quæ se extendit, inueniatur multiplicitas, quia tamen illa multiplicitas ordinatur ad aliquid vnum, ad quod præcipuè habitus respicit, habitus dicit̃ qualitas simplex nõ constituta ex pluribus habitibus. Et sic non sunt tot habitus scientifici quot cõclusiones, nec tot virtutes, quot in vna sunt materiæ circa quas versantur, vt alia temperantia sit quæ versatur circa oua, alia quæ circa carnes, id enim est falsum, vt probat hic Caietan.

Et sic habitus, alius est naturalis, vt primorũ principiorũ, alius infusus, vt fidei, spei, charitatis, alius acquisitus, vt scientiæ, & aliarum virtutũ. Alius item bonus scilicet virtutis, alius malus scilicet vitij. Alius disponit ad naturã, vt benè, malevè se habeat, vt sanitas in corporalibus, & virtus in spiritualibus. Alius disponit ad operandum, vt habitus scientiarum, & virtutum.

5 Vnde cum habens habitum operetur per modũ naturæ, facilè scilicet promptè, & delectabiliter, infusi à Deo humiliter sunt petendi, & habiti fideliter, & diligentissimè custodiendi, naturales si quoquo modo ad malum inclinent ratione moderandi, & cõtrarijs actibus corrumpendi, boni frequentibus actibus augendi, mali verò contrarijs actibus virtutum, prorsus destruendi, ne in naturam, & consuetudinem vertantur, & inde desperatio, ꝙ Deus auertat inducatur, quasi homo desperet se posse naturam mutare, nã Deus gratiam rogatus præstabit, qui non vult mortem peccatoris, vt auferãtur, sed mutentur, si & homo ope suæ diuinæ gratiæ non resistit, sed cum ea concurrit, vt dicetur in Tract. de gratia.

Habitus boni sunt sumendi, & quare.

Ex prædictis etiam dignosci potest, quàm præstet bonos induere habitus maximè in adolescentia, & prima ætate: vnde & Plato 2. lib. de Repub. d. in vnaquaq; re maximum quid esse principium, præsertim iuueni, & tenero cuiq;. & Arist. 2. Eth. cap. 1. non parum refert quemadmodum ab adolescentia assuescat aliquis, sed quamplurimum, imò totũ in eo consistit. & propheta Thren. 3. Bo[num] est viro cum portauerit iugũ ab adolescentia sua. Prou. 22. Adolescẽs iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea, & Chris. hom. 9. in 1. ad Timoth. Maior nobis possessionum cura est, quàm eorum quorum gratia illæ comparantur, ꝙ profectò absurdissimum, atque stolidissimum est, extruamus igitur ad virtutem, & pietatẽ molles filiorum animos, cætera omnia secundo loco quæramus. & Quint. lib. 1. c. 3. Tum vel maximè ætas formanda est, cum simulandi nescia est, & præcipientibus facilè cedit, frangas enim citius, quàm corrigas quæ in prauum indurauerunt. Eccl 30. curua ceruicẽ m in iuuentute, & tunde latera eius dum infans

fans est, ne fortè induret & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. & Vlpian. in l. præcipiunt. ff. de ædil. ed. d. mancipia, quæ rudia sunt esse simpliciora, & ad ministeria aptiora, & dociliora, veterana verò difficilè esse reformare, & ad mores suos formare, vt & ceris mollibus sigilla facilè imprimuntur. & nouella planta facilè in quamuis formam aptatur, vetus non ita.

Maximè verò à venereis est abstinendum, quod etiam eorũ continuatio accelerat senectutem, & per consequens mortem, cum per actum illum corpus exsiccetur, & calor naturalis minuatur, in quo vita consistit: vt d. Arist. in paruis naturalibus. lib. de vita & morte. & lib. de vitæ longit. & breuit. Tum quia sic assuetis difficilè fit, secundùm carnem, ab amplexibus abstinere, vt fatetur D. Aug. lib. 6. conf. c. 15. licet id facilè sit volenti, diuina gratia accedente, vt d. Aug. loco cit. nõ autem vi propriarum virium, vt ibi dicit, tametsi & propria accedente voluntate, & Arist. d. ab adolescentia in vtraque venere assuetus poros quandoq; aperiri, & illos contrectationis consuetæ desiderio teneri.

Hæc de principijs humanorum actuũ ad laudem Dei Optimi Maximi.

DE VIRTVTIBVS.

SVMMARIVM.

1 Virtus vnde dicatur.
2 Virtus quot modis accipiatur.
3 Virtus vt diuidatur.
4 Virtus quid sit cũ eius expositione.
5 Virtus est amplectenda, & quare cum eius encomijs.
6 Virtus humana est habitus.
7 Virtus est habitus bene operatiuus.
8 Virtus est habitus bonus.
9 Virtutis diffinitio.

De virtutibus in generali, & primò quò ad suas essentias. Cap. I.

OBSERVANDVM est in vniuersum pro clariori intelligẽtia dicendorum, primo loco quod virtus à viro dicitur, quia in eo maior sit vis quàm in fœmina, vt d. Isid. Orig. lib. 11. vel quasi virum tuens, & seruans, vt d. Gerson lib. 5. in fi. principij, vel quasi vis intus, quia homo virtute sibi vim faciat, ardua aggrediẽdo, mala patienter sustinendo. Act. 14. & à delectationibus illicitis abstinendo, ad quod vis requiritur, cum sensus hominis ad malum sit pronus. Gen. 8. præsertim abstinendo à delectationibus gulæ & luxuriæ, quæ vehementissimæ sunt: vt d. Philosophus 7. Eth. qua ratione & violenti, idest vim sibi facientes, dicuntur rapere cœlum. Matth. 11. D.Th. 1. 2. q. 55. 1 Vir tus vnde dicat.

Secundò, obseruandum, quod virtus qñque sumitur pro virtute naturali, & hoc sentit Arist. 7. Eth. d. quod virtus est dispositio perfecti ad optimum, quæ tamen impropriè dicitur virtus, sed quoddam semen, & inchoatio virtutis, cum naturalibus non mereamur, nec demereamur. 2. Eth. quod secus virtute fit, qua meremur, nisi quatenus naturalia ad finem debitum diriguntur, quia sic possunt ad virtutem consequendam conducere; quandoq; sumitur pro actu virtutis, vt Marci 6. nõ potuit ibi virtutem aliquam 2 Virtus quot modis sumatur.

aliquam facere .i. opus miraculosum, & magnæ virtutis, quandoq; pro potestate, vt Rom.1. virtus enim Dei est in salutem omni credenti, idest potentia, vltimo pro perfectione potentiæ, quæ ipsam rectè affectam reddit, ad benè, faciliter, & cum delectatione operãdum opus bonum, & sic accipitur hic, & in hoc sensu Cic.1. de oratore. d. ꝙ virtus est in se perfecta, & ad summum producta natura, & hoc modo varijs nominibus exaltatur, dicitur enim sanitas spiritualis, & decor animæ, quia eam optimè dispositam, & ornatam reddit, vt d.Gul.Paris.de virtutib.c.6.& 7. & medicamentum animæ, sicut contra vitiũ dicitur vulnus animæ: vt d.Gregor.32. Mor.c.11. & quoddam altum regale, sicut contra vitium vile, & imbecille: vt d.Sen.de beata vita. c.7. & varietatibus huius vitæ non cedit, vt d. Chrisost. hom.23.in c.3.Gen.& per se admirabilis est, vt ibi d.& ei nil par est: vt idem d. hom.8. in fi.in c.10. Gen. & sola virtus sufficit ad beatam vitã, vt d.Sen. ep.85. & quę in tempestate quieta est, & lucet in tenebris, & Deo similes facit, vt dicit Ambr.lib.4. Exam. & hinc emigrantibus comitem se adiungit, vt d. Chrisf.d. hom.23. & donum est, ac beatitudo ad pugnandum contra vitia, vt d.Gul.Paris.loco cit.c.11.& 12.

3 Virtus vt diuidatur

Tertiò, notandum, ꝙ virtutes diuiduntur in Intellectuales, Morales, & Theologicales: Intellectuales sũt quinque, Sapientia, scientia, ars, intellectus, & prudentia, quia sunt in intellectu, vt in subiecto. Morales sunt quatuor: Prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia, quæ alias sub se habent, & hæ sunt vel infusæ à Deo, vel acquisitæ ex actibus humanis frequentatis, & hæ etiam officiales dicũtur: vt d.Ambr.lib.1.de offi.c.25. quia ex ijs oriuntur officiorũ genera quibus vita instituitur. Theologicæ tres: Fides, Spes, Charitas, quę habent Deum pro obiecto.

Ex his primæ minus propriè dicuntur virtutes, quia non rectificant voluntatem, licet intellectum, excepta prudentia, quæ licet quò ad essentiã sit intellectualis, quia est in intellectu, est tamen & moralis, quatenus dirigit actiones humanas. Secundæ magis propriè, quia habent vsum bonum, & cum facilitate faciunt opera: vt d.hic D.Thom. q.57. art.2. Tertio modo proprijssimè cum referantur ad Deum, nec sint virtutes, nisi referantur ad Deum, & nisi vbi est vera religio, vt d.Aug.lib.19.ciu. cap.25. & morales possint esse etiam in infidelibus, & peccatoribus, quatenus sunt acquisitæ ex actibus frequentatis, licet sic sint imperfectæ.

4 Virtus q[uid] sit, cũ eius expositione.

Quartò, notandum, ꝙ virtus est habitus qui habentẽ perficit, & opus eius bonũ reddit, 2.Eth.c.6. Vel habitus electiuus in medio consistens recta determinatus ratione prout sapiens determinabit: & sic diffinitur virtus moralis, & sic loquitur Aug.lib.4. contra Pelagiũ. Vel est bona qualitas mentis, qua bene viuitur, qua nemo malè vtitur, & quã Deus in nobis sine nobis operatur, vt d. Aug.lib.2.de lib. arbit.c.18.& 19.& sic principaliter diffinitur virtus Theologica. Vel est habitus bonus modo & ratione, naturæ consentaneus: vt d.Aug. lib.83. qq. q.31. vel dispositio perfecti ad optimum, idest ad rectam & absolutam operationem iuxta naturã potentiarum, & formalem rationem vniuscuiusque obiecti.7.Phis.tex.17. Vel habitus afficiens benè potentiã hominis aliquo modo rationalem ad eliciẽdam operationem naturæ hominis cõsentaneam, & rectam: vt d.Valentia.1.2.disput.5.q.1. puncto 1. Vel virtus est bonus vsus liberi arbitrij, vt inquit Aug. d.lib.2.de lib.arbit.c.19.& proinde vnicuique toto animo est amplectenda ex supra dictis, cũ & virtus sit animæ perfectio, & infirmitatis medicamentum, & perfecta ac ad summũ producta natura, & bonum rationis contra impetus passionum conseruet, rationis imperio eas subdendo, quæ & lucet in tenebris, & pulsa loco manet, & hæret in patria, & splẽdit per se semper, nec alienis vnquam sordibus obsolescit, nullaq; possessio, nulla vis auri, & argenti ei comparari potest. Vnde & Stoici dicebant, nullum aliud præter virtutẽ boni, nec mali præter vitium adesse, tametsi iuxta

5 Virtus est amplectẽda & quare, cũ eius encomijs

ta Christianorũ sententia virtus non sit vltimus finis, sed mediũ ad eũ assequendum; & Pitagoras aiebat: colũnas marmoreas tutas non esse, & his minus gloriam, formamq; viresve corporis, honores; præterea & magistratus viribus carere prudentiam verò iustitiam, & cęteras virtutes ancoras esse constantes, quæ nulla vi tempestatis euelli possint, ꝙ hæc sit diuini numinis lex, vt sola virtus sit potẽs & firma, cætera verò vanitates esse, cum virtutis nitor sit cõstans & sincerus, & gloria quam pollicetur solida & sempiterna, nullo vnquam casu eripienda, nec vllus temporis tractus tam longus sit qui obliuionem inducere, vel tenebras offundere rectè factis possit, imò increscat quotidiè, & virescat benè actorum memoria, quæ enim cũ virtute coniuncta sunt, pullulant, & vetustate ipsa florescunt. Virtus si quidẽ est solum propriè & verum animæ bonum ꝙ nullo casu eripi potest, & eius hic possessorem fœlicem reddit efficiẽs vt in quocunq; vitæ statu contentus viuat, & quietus; sedatisque animi prauis affectibus omnibus rebus huius vitæ, Taletis testimonio, benè vtatur, & aduersa omnia paruipendat, & in difficili consistens, palmæ more, quo magis difficultatibus premitur, eo magis resistit, & in altum, omnibus superatis, consurgit, calamitates huius seculi æquè sustinens voluptates, diuitias, & gloriã contemnens vt diuinæ voluntati obsequatur, nec à bono virtutis recedat eiusdẽ possessor, valens eundem in hac vita ex seipsa beatũ & fœlicem reddere, vt Cic. in Paradox. & 5 Tusculana testatur, & pluribus probat, quæ & nulli rei comparari valet, quippe quæ omnia superet, aliaq; si ipsi comparentur, vt atomus, Socrate teste, tantum existant, qua ratione Stilpo Philosophus Megarensis, eius patria à Demetrio Macedonum Rege direpta, ab eo interrogatus an aliquid sui amiserit, nil inquit, cum bellũ virtutis prædam facere nõ valeat, quippe quæ hominem Deo coniunctũ prudentem, sapientem, constantem, temperatum, & bonum, ac honore dignũ efficiat; sic etiã rogatus Socrates an quendam Regem fęlicem existimaret, ignoro, inquit, quomodo virtutis, & sapientiæ sit diues, ex illa indicans fœlicitatẽ præsentem pendere; sic alius interpellatus an Lampem Aeginetã fœlicem, ac beatum prædicaret, ꝙ diuitias ingentes & plurima nauigia haberet, non dixit, ꝙ è funibus hominis fœlicitas non penderet, sic indicans quę incendio perire, naufragio submergi, hostium incursu eripi, ruina prosterni, & cæteris huiusmodi amitti possunt; bona vel fœlicia non esse putanda, cum ꝙ verè bonum fœlix beatumque sit, nullo casu aboleri, nulla iniuria, vel humana vi deleri, aut abstrahi ab homine inuito possint, sed, vti anima ipsa, immortale sit, ac nobiscum perpetuò maneat, & sola sit quæ verè hominem honore dignum faciat. Hinc Alexander Macedo magni nomen est adeptus ob experientiam in armis, magnanimitatem, liberalitatẽ, temperantiam, fortitudinem, continentiam, quibus virtutibus munitus plures sibi voluntate quàm armis subditos fecit, quas & Darius tanti fecit, vt cum agnouisset eum ipsius vxorem bello captam intactam reliquisse, & mortuam regio sumptu sepulturæ tradidisse; Persæ, inquit, turbari nõ debent, nec animo concidere, ꝙ à tam insigni aduersario deuicti sint, nec ob aliam rem à Deo victoriam postulo, quàm vt Alexandrum in beneficentiæ virtute superẽ, & si vinci debeo, eundem deprecor, ne alium ꝗ ipsum Alexandrum Ciri regno potiri permittat. Huius virtutis amore captus Filocles Dux Atheniensium captus ab hostibus, vestibus splendidis indutus, & lætus, ac si ad conuiuium pergeret, constanter morti se obtulit, cum vt Plautus inquit, Is non pereat, qui propter virtutem moritur, & Calicratides Dux Lacedęmonum prælium initurus, oraculum cõsuluit, & cum accepit exercitum victoriam potiturum, Ducem verò interemptũ iri, id credens d. Sparta non ita vni homini debitrix est, vt eius causa seipsam perdat, quo dicto prælium ingressus est & occisus, tametsi peccarit oraculum consulens; sic Anacarsis fratri natu minori Scithiæ regnũ

reliq uit

reliquit, virtutis amore adductus, vt Greciam adiret sapientiam adepturus, vbi ita profecit, vt in septem sapientum numerum locari meruerit: & alij multi idem egere, de quibus passim suis infra locis dicetur, & maximè sub Tract. person. tract. de ciue. sub cap. de virtutibus ciuis. His ita not.

6 Virtus humana est habitus. Prima sit propositio. Virtus humana est habitus, probatur ex Philosopho lib. prædicam. in prædicam. qualit. propè princip. & ex Aug. lib. 1. de morib. eccl. c. 6. vbi indicat virtutem nil aliud esse essentialiter, nisi habitum, & sapientis animæ qualitatem.

Ratio, nam virtus dicit quandam potentię perfectionem, quia perfectio maximè attenditur in ordine ad suum finem, finis verò potentiæ est actus, vnde potentia dicitur perfecta secundùm quod determinatur ad suum actum, sed quędam potentiæ secundùm se sunt determinatæ ad suos actus, vt potentiæ naturales actiuæ: vnde huiusmodi potentiæ naturales actiuæ secundùm se ipsas dicuntur virtutes: potentiæ verò rationales quæ sunt propriæ hominis non sunt determinatę ad vnum, sed se habent indeterminatè ad multa, determinantur verò ad actus per habitus vt supra q. 49. art. 1. vnde virtutes humanæ habitus sunt.

7 Virtus est habit⁹ benè operatiuus. Secunda propositio. Virtus humana est habitus benè operatiuus, probatur ex Philosopho 2. Eth. c. 6.

Ratio, quia cum virtus dicatur potentiæ perfectio, articulo præterito, & potentia sit duplex ad esse, & ad agere, vtriusq; potétiæ perfectio virtus dicitur, sed potétia ad esse se tenet ex parte materiæ, quæ est ens in potentia, at potentia ad agere se tenet ex parte formæ, quæ est principium agendi; quia quodlibet agit vt est actu, sed in constitutione hominis corpus se tenet vt materia, anima vt forma, quò ad corpus homo communicat cum brutis, & etiam quò ad vires, quæ sunt animæ & corpori cõmunes, & solæ virtutes illæ quæ sunt propriæ animæ, scilicet rationales sunt hominis tantum, ideò virtus humana, de qua est sermo, nó potest pertinere ad corpus, sed tantum ad id, quod est proprium animæ: vnde virtus humana nó importat ordinem ad esse, sed magis ad agere, ideò de ratione virtutis humanæ est quòd sit habitus operatiuus.

Tertia propositio. Virtus est habitus bonus, probatur ex Aug. lib. 2. de mor. eccl. c. 6. & 2. Eth. c. 6. 8 Virtus est habitus bonus.

Ratio, nam virtus dicit perfectionem potentiæ, vnde virtus cuiuslibet rei determinatur ad vltimum in quod res est 1. de cœlo, sed vltimũ in quod quęlibet potentia potest, oportet quod sit bonum, quia omne malum defectum quendam importat. d. Dion. 4. de diu. nom. omne malum esse infirmum, ideò oportet quod virtus cuiuslibet rei dicatur in ordine ad bonum, vnde virtus humana quæ est habitus operatiuus, est bonus habitus, & boni operatiuus. Præterea virtus est dispositio perfecti ad optimum, & bonum facit habentem, & eius opus bonũ reddit. d. cap. 6. ergo est habitus bonus. Præterea temperantia, & omnis virtus inclinat ad similes operationes ex quibus est genita. 2. Eth. c. 1. sed temperantia gignitur ex actibus temperantiæ, ergo & eius habitus est bonus, & inclinat in similes actus. Præterea virtus, & vitium differũt ex obiectis, ergo inuicem transire non possunt, vt ergo vitium est habitus malus, sic virtus habitus operatiuus bonus; Præterea virtus est radix omnium bonorum vsuum, ergo nullũ malum sui vsum sustinet, quia sic virtute quis peccaret, quòd est impossibile; vlterius cum omnis virtus sit bonitas, & rectitudo, nihil aliud videretur quàm ex virtute malum vsum elicere; & sic ex bonitate malè agere, & ex rectitudine distortè, malè verò agere, est malũ esse, & sic virtute malè vti esset ex bonitate, malum esse & rectitudine distortum. Nec obst. quod quis malè vtatur arte citharizandi quandoque, & sic virtute intellectuali, vel morali, aut charitatis, dum ob vanamgloriã dat eleemosinã. Respondetur enim quò ad primum, quod vsus prędictus est bonus si referatur ad artem, malus verò si ad voluntatis malitiã, virtutes enim intellectuales perficere habent intellectũ, & non voluntatem,

tatem, vnde earum vsus potest esse bonus in ordine ad intellectum, malus in ordine ad voluntatē, & si arte quis malè vtitur id est contra artem, non autem opus artis, ad aliud, dicitur ꝙ dare eleemosinam ob vanamgloriam non est opus misericordiæ, & sic virtus qua vera virtus dat eleemosinā quando quantum, & vt oportet secundùm regulam prudentiæ.

9 Virtutis diffinitio. Quarta propositio. Virtus conuenienter diffinitur, quòd est bona qualitas mentis, qua benè viuitur, qua nemo malè vtitur, & quam Deus in nobis sine nobis operatur, probatur ex August. de libe. arbit. lib. 2. cap. 18. & 19. qui sic eam diffinit, quæ diffinitio competit etiam virtutibus intellectualibus, & moralibus.

Ratio, nā perfecta ratio cuiuslibet rei colligitur ex omnibus eius causis, sed debita diffinitio comprehendit omnes causas virtutis, quia causa est formalis, vt & cuiuslibet rei accipitur ex genere, & differentia, cum dicitur bona qualitas, genus virtutis est qualitas, differentia bonum, causa materialis non est in virtute sicut nec in alijs accidētibus, sed habet materiā circa quam, & materiam in qua scilicet subiectū, à materia verò circa quā est obiectum virtutis, ꝙ non potuit poni in dicta diffinitione, qa per obiectum virtus determinatur ad speciem, & hic ponitur diffinitio virtutis in communi, vnde ponitur subiectū loco causæ materialis, vnde dicitur bona qualitas mentis. Finis verò virtutis cum sit operatiuus est ipsa operatio. Aduertendum tamen, ꝙ habituum operatiuorū quidā sunt semper ad malū, vt vitiosi, quidam quādoq; ad malum, quandoque ad bonum, vt opinio se habet ad verum, & falsum, virtus verò est habitus semper se habens ad bonū, ideò vt discernatur ab his q̄ semper se habēt ad malum, dicitur, qua rectè viuitur, & vt discernatur ab his quæ se habent ab vtrunque dicitur qua nullus malè vtitur. Causa verò efficiens virtutis infusæ Deus est, vnde dicitur quam Deus in nobis, sine nobis operatur, quæ particula si tollatur, reliquū diffinitionis cōc est omnibus virtutibus, & melius diceretur habitus, quam qualitas, quia habitus est genus propinquum. Præterea hæc diffinitio corroborari potest ex dictis in præcedenti propositione, & licet in ea non fiat mentio de lege, prout requiritur cum virtus debeat conformari ad legem traditam. 1. Rhet. c. 9. & 2. Ethico. tamen subintelligitur, quia bona qualitas mentis est, quæ conformatur rectæ rationi, & recta ratio conformatur legi traditæ, de re de qua agitur, ꝙ dicitur quam Deus operatur in nobis, sine nobis, intelligitur sine nobis operantibus, non tamen sine nobis cooperantibus, cum requiratur etiam concursus voluntatis nostræ, sicut sol illuminat domum sine homine operante, qui non dat lucem soli, non tamen sine eo cooperante, dum aperit fenestram, & ꝙ dicitur sine nobis, intelligitur non solū de virtute Theologica, quæ desuper infunditur, sed etiam de morali acquisita, quia homo nullum opus bonum morale agere potest sine gratia Dei, vt dicetur in tract. de gratia.

SVMMARIVM.

1 Virtus est in potētia, vt in subiecto.
2 Virtus vna an possit esse in pluribus potentijs.
3 Virtutis subiectū an sit intellectus, & quomodo.
4 Virtutis subiectum an sit concupiscibilis, & irascibilis, & quomodo.
5 Virtutis subiectum an esse possint vires sensitiuæ apprehensiuæ.
6 Virtutis subiectum potissimum est voluntas, & quarum sola sit subiectum.

De subiecto virtutis. Cap. II.

Notandum, ꝙ subiectum virtutis, oportet primò, vt sit potentia animæ, secundò, vt sit rationalis aliquo modo, tertiò, vt habeat actum consummatum, qui scilicet non ordinetur in actum alterius potentiæ, vt in terminum suum, vnde corpus, vel potētiæ D. Th. 1. 2. q. 56.

tiæ vegetatiuæ non sunt subiectum virtutis, cum huiusmodi potentiæ non habeant indifferentiam ad bonum & malum, vt requiritur in virtute, & sic subiectum virtutis est intellectus, voluntas concupiscibilis, & irascibilis.

1 Virtus est in potẽtia vt in subiecto.

Prima sit propositio. Virtus est in potentia animę, vt in subiecto, quia virtus est vltimum potentiæ. 1. de cœlo t. 161. sed vltimum est in eo cuius est vltimũ, ergo virtus est in potentia animæ.

Ratio, primò ex ipsa ratione virtutis, quæ importat perfectionem potentiæ, sed pfectio est in eo cuius est perfectio. Secundò, quia est habitus operatiuus supra q. præced. art. 2. sed omnis operatio est ab anima per aliquam potentiam. Tertiò, quia disponit ad optimum, sed optimum est finis, qui est vel operatio rei, vel quid consecutum per operationem à potentia egredientem, & ita virtus humana est in potentia animæ, vt in subiecto; liberalitas tamẽ, & magnificentia requirunt duos habitus, alterũ qui constituitur in voluntate ad elargitiones faciendas, vt & quando oportet, & animo libenti, & vt sic est in potentia animę, alterum qui constituatur in appetitu sensitiuo ad moderandã nimiam pecuniæ cupiditatem, & vt sic earum subiectum est appetitus sensitiuus: vt d. hic Medina.

2 Virt⁹ vna ã possit esse in pluribus potentijs æqualiter.

Secunda propositio. Vna virtus non potest esse in pluribus potentijs æqualiter, potest tamen ad plures pertinere per ordinem, sic tamen quòd in vna sit principaliter.

Ratio. Aliquid enim in duobus esse contingit, primò, quòd ex æquo sit in vtroque, & sic est impossibile vnam virtutem esse in duabus potentijs, quia diuersitas potentiarum attenditur secundùm generales conditiones obiectorũ; diuersitas verò habituũ secundùm speciales: vnde vbi est diuersitas potentiarum, est diuersitas habituum, sed non e conuerso. Secundò, quid esse potest in duobus, vel pluribus, non ex æquo, sed ordine quodam, & sic vna virtus potest pertinere ad plures potentias, ita quòd in vna sit principaliter, & se extendat ad alias per modum effusionis, vel dispositionis, secundùm quòd vna potentia accipit ab alia.

Tertia propositio. Intellectus potest esse subiectum virtutis secundùm quid absq; ordine ad voluntatem, vt autem mouetur à voluntate non potest simpliciter esse subiectum virtutis, vt verò habet ordinem ad voluntatẽ potest esse subiectum virtutis simpliciter, vt intellectus speculatiuus est subiectum fidei, & practicus prudentiæ: probatur, nam licet sit de ratione virtutis, vt actum potentiæ reddat bonum, verum tamen est bonum intellectus, & nõ est opus vt virtus versetur circa bonum formaliter, vt bonum est, sed sat est, vt id sit re vera bonum. i. conueniens potentiæ, vt d. hic D. Tho. ad secundum. notando etiam q intellectus mouet, primò voluntatem, quò ad specificationem dirigẽdo illam & proponendo ei obiectum, & etiã intellectus ponit leges, & imperiũ voluntati cui voluntas obedire tenetur, vt cõformiter ad rectam rationem velit cum nil sit volitum, nisi præuisum ab intellectu, voluntas verò mouet intellectum, quò ad exercitium applicãdo illum ad operandum practicè, vel speculandum aliquid. 3 Virtutis subiectũ ã sit intellect⁹, & qũo

Ratio primi, nam in quacunque potentia, scientia, & artes sunt in hac sunt virtutes dictæ secundùm quid, sed in intellectu sunt scientiæ, & artes, ergo, prima probatur, nam virtutes secũdùm quid dicuntur per quas acquiritur facultas ad bonum opus, sed non rectus vsus, vt sunt scientiæ, & artes, quia per habitum Grammatices homo habet facultatem rectè loquendi, non tñ Grammatica facit, vt homo semper rectè loquatur, quia Grammaticus potest barbarizare, vel solecismum facere. Secunda probatur 6. Eth. vbi virtutes intellectuales, scilicet scientia, ars, &c. ponuntur in intellectu.

Ratio secundi, nam quæcunq; potentia habet ordinẽ ad voluntatem illa potest esse subiectum virtutis etiã simpliciter dictæ, sed intellectus à voluntate motus est huiusmodi, ergo, prima probatur, quia illa virtus non facit solùm facultatem benè agendi, sed etiam facit

quòd

quòd aliquis rectè facultate vtatur, vt iustitia facit, non solùm quòd homo sit prompta voluntatis ad iustè operandũ, sed etiam facit vt iustè operetur, & quia bonum vt & ens non dicitur simpliciter, vt est in potentia, sed vt est actu, ideò ab huiusmodi habitu homo dicit simpliciter bonum operari, & esse bonus, vt quia iustus est, vel temperatus; & quia virtus est quæ facit bonum habentem, & opus eius bonũ, ideò huiusmodi habitus simpliciter dicuntur virtutes, quia reddunt bonũ opus in actu, & simpliciter bonum faciunt habentẽ; primi verò habitus intellectuales non simpliciter dicuntur virtutes, quia non reddunt bonum opus, nisi in quadam facultate, nec simpliciter bonũ faciunt habentem, bonus enim est non simpliciter sciens, sed cum additione, & secundùm quid, vt bonus Grammaticus, iustus verò dicitur simpliciter bonus, & sic subiectum virtutis secundùm quid est intellectus practicus, & etiam speculatiuus sine ordine ad voluntatem. Subiectum verò habitus ꝙ dicitur simpliciter virtus, non est nisi voluntas, vel aliqua potentia, vt mota à voluntate, quia voluntas mouet omnes alias potentias, quæ aliqualiter sunt rationales ad suos actus, ideò ꝙ homo actu benè agat, contingit, quia habet bonam voluntaẽ; sed intellectus quandoq; mouetur à voluntate, vt & aliæ potentiæ, quia quis considerat actu, quia vult, ideò intellectus secundùm quòd habet ordinem ad voluntatem potest esse subiectum virtutis simpliciter dictæ, & sic intellectus speculatiuus, vel ratio est subiectum fidei, quia intellectus mouetur ad assentiendum his, q̃ sunt fidei ex imperio voluntatis: intellectus verò practicus est subiectum prudentiæ, quæ est recta ratio agibilium, ideò oportet ꝙ homo benè se habeat ad principia huius rationis agẽdorum, quæ sunt fines, ad quos homo benè se habet, per rectitudinem voluntatis, vt ad principia speculabilium per naturale lumen intellectus agẽtis, ideò subiectum scientiæ, quæ est recta ratio speculabilium est intellectus speculatiuus in ordine ad intellectum agentem, sic subiectum prudentiæ est intellectus practicus in ordine ad voluntatẽ rectã. Et sic virtus intellectualis perficit intellectum, sed non sanat voluntatem, sed sola virtus moralis, vnde qui volũtariè agit contra artem in virtutibus intellectualibus, non meretur reprehendi, secus qui in moralibus voluntariè facit actum defectuosum. 6. Eth. c. 5. & vt opera quæ procedunt ex virtute intellectuali sint pfecta, sufficit, ꝙ in se perfecta sint absq; relatione ad rectitudinẽ voluntatis, quæ verò procedunt ex virtute morali, vt bona sint, oportet vt habeant omnes circunstantias bonas, vnde virtutibus intellectualibus non est multum fidendum, intellectus tamen qui mouetur à recta voluntate est simpliciter subiectum habitus, qui dicitur virtus, vnde in intellectu speculatiuo ponitur fides, & in practico prudentia, quibus habitibus nemo potest malè vti, vt d. hic Medina id pluribus probans.

Quarta propositio. Concupiscibilis, & irascibilis sunt subiectum virtutis, non vt tales, sed vt sunt rationales participatiuè. i. aptæ obedire rationi. 4 Virtutis subiectũ an sit concupiscibilis & irascibilis, & quomodo

Ratio primi, nam quatenus sunt partes appetitus sensitiui non competit eis esse subiectum virtutis, quia huiusmodi sunt communes nobis, & brutis.

Ratio secundi, nam consideratæ vt natæ sunt obedire rationi sunt principiũ humani actus, quatenus participat rationem, nam actus qui progreditur ab vna potentia secundùm ꝙ est ab alia mota non potest esse perfectus, nisi vtraque potentia sit benè disposita ad actũ, vt actus artificis non potest esse congruus, nisi etiam artifex sit benè dispositus ad agendũ, & etiam ipsum instrumentum, in his ergo circa quæ operantur irascibilis, & concupiscibilis secundùm ꝙ à ratione sunt motæ, oportet vt aliquis habitus perficiens ad benè agendum sit nõ solùm in ratione, sed etiam in irascibili, & concupiscibili, & quia bona dispositio potentiæ motæ attenditur secundùm conformitatem ad potentiam mouentem, ideò virtus quæ est in irascibili, & concupiscibili, est q̃dam conformitas harum potentiarum ad ra-

ad rationem: & sic in appetitu sensitiuo collocantur habitus boni, & mali, vt supra alibi est dictũ: & in particulari fortitudo, & temperantia collocantur in appetitu sensitiuo, & non in voluntate, ex Philosopho 1. Eth. c. vlt. & 3. cap. 11. nam virtus versatur circa difficile, sed tota difficultas in materia temperantiæ, & fortitudinis prouenit ab appetitu sensitiuo renuente, & eius passionibus, ergo hę passiones ad appetitum sensitiuum sunt referendæ, illum frenando, vt Galat. 5. dicitur: Caro concupiscit aduersus spiritum, & Arist. 2. Eth. c. 3. d. virtutem notabilem debere esse circa voluptates, & dolores, moderandos scilicet, & hæ sunt veræ virtutes, sicut & in appetitu sensitiuo est verè vitium luxuriæ, & pusillanimitatis, vt dicit hic Medina, & huiusmodi, habitus boni in appetitu sensitiuo habent veram rationem virtutis, cum appetitus sit potentia rationalis participatiuè, & cũ quadam indifferentia rationi obediat, vnde nil deest quin sit subiectum veræ virtutis humanæ.

5 Quinta propositio. Vires apprehensiuæ sensitiuæ interiores subiectum virtutis esse non possunt; in ijs tamen est aliquis habitus non per se, sed intellectualibus habitibus connexum.

Virtutis subiectũ anesse possint vires sensitiuæ apprehensiuæ.

Ratio, nam in viribus apprehensiuis interius ponuntur aliqui habitus, vnde Philosophus lib. de memoria. c. 1. d. ꝙ in memorando vnum post aliud operatur consuetudo, quæ est quasi quædam natura, habitus verò cõsuetudinalis est habitudo acquisita per consuetudinem, quæ est in modum naturæ, in homine verò id ꝙ acquiritur ex consuetudine in memoria, & in alijs viribus apprehensiuis sensitiuis, vt imaginatione, vel phantasia, aut sensu communi, non est habitus per se, sed aliquid annexum habitibus intellectiuæ partis supra art. 2. & quæst. 50. art. 4. ad tertium. habitus tamen in huiusmodi viribus virtutes dici non possunt, quia virtus est habitus perfectus, quo non contingit nisi benè operari, vnde oportet ꝙ virtus sit in illa potentia, quæ est consummatiua boni operis, sed cognitio veri non consummatur in viribus apprehensiuis sensitiuis, sed huiusmodi vires sunt quasi præparatoriæ ad cognitionem intellectiuam, & ideò in huiusmodi viribus non sunt virtutes in quibus cognoscitur verum, sed magis in intellectu, vel ratione, nec obstat, quòd vires sensitiuæ appetitiuæ possint esse subiectum virtutis. Respondetur enim, ꝙ hæ vires se habent ad voluntatem, quæ est appetitus rationalis, vt motæ ab ipsa, & non vt mouentes, vnde in ipsis consummari potest opus virtutis appetitiuæ, vires verò apprehensiuæ sensitiuæ, se magis habẽt vt mouentes respectu intellectus, ita enim se habent phantasmata ad intellectum, vt colores ad visum, & sic opus intellectionis ad intellectũ terminatur.

Sexta propositio. Voluntas subiectum virtutis potissimum est, probatur, nam propter ꝙ vnumquodque tale, & illud magis tale, sed vires sensitiuæ appetitiuæ sunt subiectum virtutis, vt supra, quatenus mouentur à voluntate, & vt sic aptæ sunt obedire rationi, ergo magis ipsa voluntas. Præterea sola voluntas est libera, & est primum principium omnium humanorum affectuũ, & operationum, & mouet cæteras potentias, sic vt ei resistere non possint, ergo ex voluntate omne bonum, & malum procedit, ergo ipsa virtutibus maximè est perficienda, vnde Prouer. 4. dicitur, ex corde vita procedere, & Matthæ. 5. dicuntur bona, & mala ex corde procedere. Vnde colligitur, quòd omne bonum nostrum est amor bonus, & è conuerso, malum malus amor, vel malè amorem collocasse, & ꝙ omnis virtus est amor boni, & vitium amor mali, & ꝙ nullum peccatum est, nisi voluntas consentiat, nec virtus nisi eadem illam admittat. Et virtutes sunt constituendæ in voluntate, in ordine ad bonum proprium quando est excedens, & difficile, quia bonum hominis est viuere secundùm rationem: vt dicit Dion. de diuinis nominibus, cap. 4. vt verè iustitia, sed quia ad hoc bonum voluntas non est satis determinata, ideò eget virtute iustitiæ, quæ ad actus iustitiæ inducat. Voluntas tamen non eget 6

Virtutis subiectũ potissimũ est voluntas.

 virtute

virtute in ordine ad bonum proprium minimè arduum, & sibi proportionatum, vt quòd quis se diligat, vt dicit August. lib. I. de doctr. Chr. cap. 23. Amabile enim cuique est proprium. Quo verò ad habitum virtutis infusæ, vel eius actum, non est in voluntate naturalis inclinatio ad illos, cum is habitus vel actus per vires naturæ haberi non possit, est tamen in ea aptitudo ad recipiendum huiusmodi habitus, & ijs vtendū ex virtute Dei supernaturali, quæ dicitur potentia obedientialis ad gratiā charitatem &c. Est tamen in voluntate inclinatio naturalis ad omne obiectum bonum secundùm rationem in quacunque materia virtutis, non tamen perfecta inclinatio, sed initiatiua, ita quòd voluntas potest initiare propria inclinatione benè agere iuxta rectam rationē in qualibet materia. Voluntas verò ad benè operādum, idest promptè, & cum delectatione non est naturaliter inclinata circa quodcunq; obiectum bonū secundùm rectam rationem, sed circa id tantum, cuius ratio specifica nullam addit difficultatem respectu volūtatis, sicut addit in temperantia, & fortitudine, tunc enim eget habitu virtutis, vt promptè, & delectabiliter operetur, & idem de actu iustitię ad quem voluntas non est immediatè inclinata, sed cum difficultate ad id fertur, cum sit bonum alterius, ideò eget habitu virtutis ad id inclinante, vt d. hic Medina.

Notandum etiam quòd virtutes, quæ versantur circa bonum diuinū sunt tantum in voluntate, quia huiusmodi bonum in vniuersali, vel particulari attingi nō potest ab appetitu sensitiuo, quia in hac vita potentia cognitiua non potest ex aliquibus circunstantijs particularibus colligere notionem quandam distinctam, & particularem ipsius boni diuini in se, quia oporteret vt à cogitatiua excitari posset huiusmodi appetitus circa tale obiectum. Iustitia etiam, & virtutes, quæ sunt ad alterum, prout est ad alterum, sunt tantum in voluntate, quia appetitus sensitiuus versatur tantum circa bonum proprium, & si æstimatiua cogitat bonū alicuius in particulari vt proprium, non erit difficultas ad illud in appetitu ex naturali inclinatione, & sic non requiritur in appetitu ad id peculiaris virtus præter eas quæ moderantur passiones aliquando contrarias, quin velimus bonum proximi, & probabilius est asserere in voluntate esse etiam virtutes, quæ versantur circa bonum propriū, licet magis propriè sint in appetitu sensitiuo, quia obiectum voluntatis est nō solùm bonum honestum, sed etiam vtile, vel delectabile quandoque repugnans rationi, vnde voluntas eget virtute, ad prosequendum bonum honestum, postposito bono vtili, vel delectabili, quòd vt bonum quoddam est obiectum voluntatis.

SVMMARIVM.

1 Virtutes intellectuales quotuplices sint.
2 Intellectuales habitus speculatiui an sint simpliciter virtutes.
3 Intellectuales habitus speculatiui tres sunt: sapientia, scientia, & intellectus.
4 Ars habitus intellectus an sit virtus speculatiua.
5 Prudentia est vera virtus, & cōnumerat inter habitus ītellectuales.
6 Prudentia est virtus homini necessaria ad benè viuendum, & quare.
7 Prudentiæ adiungūtur Eubelia, Synesis, & Gnomen, & quare.

De distinctione virtutum intellectualium. Cap. III.

D. Tho. I. 2. q. 57.

1 Virtutes ītellectuales quotuplices sint

NOtandum, q; virtutes intellectuales, aliæ sunt speculatiuæ, quæ consistunt in sola cognitione veritatis, & ad praxim non destinantur, vt sapientia, scientia, intellectus, & practicæ, quæ ad praxim ordināur, & in intellectu practico cōsistunt, vt ars, & prudentia. Ars est recta ratio factibilium, quæ transeunt in externam materiam, vt domus, &c. prudentia est recta ratio actuum humanorū in nobis immanēs.

Prima

2 Intellectualis habitus speculatiui ã sint simpliciter virtutes.

Prima propositio: Habitus intellectuales speculatiui nõ sunt simpliciter virtutes, quasi bonũ vsum conferentes; sed facultatem boni operis facientes.

Ratio, nam cum omnis virtus dicatur in ordine ad bonum sup. q. 53. art. 3. habitus duplici ratione dicitur virtus: primò, quia dat facultatem benè agendi: secũdò, quia facit bonũ vsum sup. q. 55. art. 3. ꝙ pertinet solũ ad illos habitus q̃ respiciũt partem apprehensiuam, quia vis apprehensiua animæ est q̃ facit vti oĩbus potentijs, & habitibus supr. q. 55. art. 5. cũ ergo habitus intellectuales speculatiui non perficiant partem apprehensiuam, nec ipsam respiciant, sed solùm intellectiuã, possunt dici virtutes, quatenus faciunt facultatem bonæ operationis, quæ est consideratio veri, quia hoc bonũ est opus intellectus, quia ex quo quis habet habitum scientię speculatiuæ non inclinatur ad vtendũ, sed fit potens speculari verum in his, quorum habet scientiã; sed ꝙ vtat' scĩẽtia habita id fit mouente voluntate, ideò virtus q̃ perficit voluntatem, vt charitas, vel iustitia facit etiã benè vti huiusmodi speculatiuis habitibus, & secundùm hoc ẽt in actibus horum habituum potest esse meritum si ex charitate fiant, quia contemplatiua est maioris meriti, quàm actiua, secundum Gregorium; & sic virtutes intellectuales nõ sunt simpliciter virtutes, quia non faciunt bonum moraliter habentem, sed tãtum scientem; præterea virtutes dant facultatem benè operãdi, & rectum vsum, at virtutes intellectuales speculatiuæ dant facultatẽ benè operandi, sed nõ rectũ vsum, quia scientia non inclinat voluntatem, vt operetur, quãdo, & vt oportet, imò licet adiuuet voluntatem ad benè operandũ, cum doceat ꝙ verè bonum est, tamen impediunt opus bonum si nimis speculationi intendatur, quia cum anima nostra sit finita, quo magis vna potentia, vt intellectiua intenditur in intellectione, remittitur appetitiua in amore.

3 Intellectuales habitus speculatiui tres sunt: sapientia, sciẽtia, & intellectus.

Secunda propositio. Habitus intellectuales speculatiui tres tãtum sunt: sapientia, scientia, & intellectus; probatur 6. Eth. cap. 3. 6. & 7.

Ratio, nã virtus intellectualis speculatiua est per quã intellectus perficitur ad considerandum verum, quia hoc est bonũ opus eius, sed verũ dupliciter est considerabile, primò, vt per se notum, secundò, vt notũ per aliud, sed ꝙ est per se notum se habet, vt principium, & statim percipitur ab intellectu, ideò habitus perficiens intellectũ ad huiusmodi veri considerationẽ dicitur intellectus, qui est habitus principiorũ, sed verum quod per aliud est notũ non statim percipitur ab intellectu, sed per inquisitionem rationis; & se habet in ratione termini, vel vt sit vltimũ in aliquo genere, vel vt sit vltimũ respectu totius cognitionis humanæ, & quia q̃ posterius sunt nota secũdùm nos, sunt prima, & magis nota secundùm naturam. 1. Phis. 3. Metaph. ideò quod est vltimũ respectu cognitionis humanæ, est primũ, & maximum cognoscibibile secundùm naturam, & circa huiusmodi est sapientia q̃ considerat altissimas causas. 1. Metaph. vnde conuenienter iudicat, & ordinat de omnibus, quia iudicium perfectum, & vniuersale haberi non potest, nisi per resolutionem ad primas causas: scientia verò perficit intellectum, ad id ꝙ est cognoscibile in hoc, vel illo genere, ideo secundũ diuersa genera scibiliũ sunt diuersi habitus scientiarũ, cum tñ sapiẽtia sit, nisi vna. Notandũ verò, ꝙ sapientia apud Philosophũ 1. Metaph. est metaphisica, quia per altissimas causas, & cõia principia iudicat de cõibus, quia cõsiderat ens vt ens, & prima principia, vnde nostra Theologia est verissima, quia considerat Deum, vt Deus est, nec solùm q̃ de eo per lumen naturale, sed & supernaturale cognosci possũt, & ad hanc scientiam pertinet corrigere oẽs scientias particulares, & etiã Metaphisicam. 1. Cor. 11. 2. Cor. 10.

4 Ars habitus intellectus, an sit virtus speculatiua.

Tertia propositio. Habitus intellectualis, qui est ars, est virtus, sed nõ speculatiua, in aliquo tamen cum speculatiua conuenit, cũ ipsa sit operatiua, probatur ex Philosopho 6. Eth. c. 1. & 4. qui ponit artem esse virtutem.

Ratio, nam ars est ratio recta aliquorum faciendorum, quorum bonũ consi

stit in eo, si bonum opus sit, & non si sit bona volũtas facientis, sic ergo ars, propriè est habitus operatiuus, & tñ in aliquo cõuenit cũ habitibus speculatiuis, quia etiã ad ipsos habitus speculatiuos pertinet, qualiter se habeat res, quam considerant, sed nõ quatenus se habeat appetitus humanus ad illam, si enim Geometra verũ referat, nil refert quomodo se habeat secũdùm partem appetitiuam, an lætus, vel iratus, ideò, eo modo ars habet rationem virtutis, & habitus speculatiui, quatenus, scilicet nec ars, nec habitus speculatiuus facit opus bonum quò ad vsum, id enim est proprium virtutis perficientis appetitum, sed solùm quò ad facultatem benè agendi. Notandum verò esse differentiã inter opus artis, & virtutis moralis, quia opus artis, vt rectum est, sat est vt sit consonum rationi artis, licet voluntas sit deprauata, secus in virtute morali, quia licet virtus intellectualis det facultatem benè operandi, nõ tamen causat rectum vsum operis.

5 Quarta propositio. Prudentia est vera virtus distincta ab arte, & cõmemoratur inter habitus intellectuales; probatur 6. Eth. cap. 3.

Prudẽtia ẽ vera virtus, & connumerat inter habitus ĩtellectuales.

Ratio, nam virtus distinguitur vbi est diuersa ratio earum, sed ars facit solùm facultatẽ boni operis, quia non respicit appetitum, prudentia verò bonum facit etiam vsum, quia respicit appetitum vt præsupponens rectitudnem eius, nã ars est recta ratio factibilium, prudẽtia recta ratio agibilium, differt verò agere, & facere, quia facere est actus transiens in exteriorem materiã, vt secare, & huiusmodi: agere verò est actus manens in agente, vt videre velle, & hmõi 9. Met. prudentia verò se habet ad actus humanos, qui sunt vsus potentiarum, & habituũ, vt ars ad exteriores factiones, quia vtraq; est perfecta non respectu eorum ad quæ cõparatur, sed perfectio, & rectitudo rationis in speculatiuis pendet ex principijs ex quibus ratio sillogizat, vnde scientia pendet ab intellectu qui est habitus principiorũ, & supponit ipsum, sed in actibus humanis fines se habent, vt principia in speculatiuis 7. Ethic. ideò ad prudentiam requiritur ꝙ homo sit benè dispositus circa fines, qd est per appetitum rectum, ad prudentiam ergo requiritur moralis virtus per quam appetitus fit rectus, ars verò non præsupponit appetitum rectum, quia bonum artificialium, non est bonum appetitus humani, sed ipsorum operum, vnde magis laudatur artifex, qui volens peccat, quã nolens, secus in prudentia quia rectitudo voluntatis est de ratione prudentiæ, non autem de ratione artis. Præterea, probatur prudentiam esse virtutem, nam virtus dirigit ad operandum secundùm rectam rationem, sed prudentia est ipsa recta ratio, 2. Eth. ergo, præterea prudentia laudatur in scripr. Sap. 8. sed nil est laude dignum, nisi virtus, ergo, vlterius virtus facit bonum habentem, & eius opus bonum reddit, prudentia est talis, ergo. Et constituitur in intellectu practico, quia fit recta ratio agẽdorum, & tractare de rebus agendis pertinet ad intellectum practicum, & prudentia semper dicit verum, nec vnquam decipit, quia cum sit virtus intellectualis disponit intellectum ad bonum, bonum verò intellectus est verum. Præterea est recta ratio agendorum, sed recta ratio nunquam decipit in agente, quia veritas intellectus practici est cõformitas ad rectum appetitum, vnde fallere nõ potest, quia debet cõformari eius operatio illi rei; quam vir bonus probauerit.

6 Quinta propositio. Prudentia est virtus necessaria homini ad benè viuendum, probatur, nam licet virtus intellectualis det facultatem ad benè operandum, sed non rectum vsum: prudentia tamen dat rectum vsum, cũ sit conformitas ad rectam rationẽ, secundùm ꝙ vir bonus probauerit.

Prudentia est virtus hoĩ necessaria ad benè viuẽdũ, & quare.

Ratio, nam rectè viuere consistit in benè operari, sed vt quis benè operetur requiritur nedum quid faciat, sed quomodo, vt secundùm electionem certam operetur, nõ ex impetu, vel passione, sed cum electio sit eorũ, quæ sunt ad finẽ, rectitudo electionis requirit debitũ finem, & id quod conuenienter ordinatur ad eũ, sed ad debitum finem homo conue-

conuenienter disponitur per virtutem, quæ perficit partem animæ appetitiuæ cuius obiectum est bonum, & finis, at ad id quod conuenienter in finem debitum ordinatur, oportet quod homo directè disponatur per habitũ rationis, quia consiliari, & eligere quæ sunt eorum, quæ sunt ad finem, sunt actus rationis, ideò oportet in ratione esse aliquam virtutẽ intellectualem per quã perficiatur ratio, vt cõuenienter se habeat ad ea, quæ sunt ad finem, quę virtus est prudentia, vnde est necessaria ad benè viuendum.

7 Quinta propositio. Eubelia, Synesis, & Gnomen sunt virtutes adiunctę prudẽtiæ, vt principali, ex philosophia morali, probatur 6. Eth. c. 9. 10. & 11.

Prudẽtiæ adiungun tur Eubelia, Synesis, & Gnomen, & quare.

Ratio, nam in omnibus potentijs ordinatis illa est principalior, quæ ad principaliorem actum ordinatur, sed circa agibilia tres actus rationis inueniũtur, consiliari, iudicare, & præcipere, primi duo respondẽt actibus intellectus speculatiui, qui sunt ĩquirere, & iudicare, quia consilium est quædam inquisitio, sed tertius actus propriè est intellectus practici, quatenus est operatiuus, ratio enim non præcipit ea quæ per hominẽ fieri non possunt; sed in his quæ per hominem fiunt principalis actus est præcipere, ad quem alij ordinãtur, ideò virtuti, quæ est benè præceptiua scilicet prudentiæ iunguntur principaliori, vt secundariæ Eubulia, quæ est benè consiliatiua, & Synesis, & Gnomi quæ sunt partes iudicatiuæ, & licet gnomi iudicet de ijs quę raro contingunt est tamẽ virtus, quia illa sunt in potentia vt occurrant, sicut & pauper studiosus potest esse magnificus non in actu simpliciter cum non habeat magnas diuitias quas expendat, est tamen magnificus in potentia propinqua. s. in præparatione animi cum virtutes sint cõnexæ, vnde gnomi iudicat benè quandoque depositum non reddendum, licet aliàs iustitia id vetet, quia deponens sit inuasor Reipublicæ, quod bonum publicum priuato alicuius sit anteferendum, sic modestia docet modestè se habendum, & tamen Dauid. 1. Reg. 22. Iudicio gnomi bonũ iudicauit se habere vt amentem coram Rege Achis ad vitam seruãdam, cum bonũ vitæ sit bono recti gressus, vt maius bonum, præponendum.

S V M M A R I V M.

1 Virtus moralis quæ dicatur.
2 Virtus moralis distinguitur ab intellectuali.
3 Virtus diuiditur in moralem, & intellectualem, idq; sufficienter.
4 Virtus moralis sine quibus intellectualibus esse possit, & sine quibus non.
5 Virtus prudentiæ non potest esse sine virtute morali, aliæ verò virtutes intellectuales possunt esse sine morali.

De distinctione virtutum moralium ab intellectualibus.
Cap. IIII.

PRima propositio. Non omnis virtus est moralis, sed solùm quæ in vi appetitiua collocantur, probatur ex Philosopho in lib. 1. Eth. in fi. lib. vbi dicit, quod præter virtutes morales dantur etiam intellectuales.

D. Tho. 1. 2. q. 58.

1 Virt⁹ moralis quæ dicatur.

Ratio, nam mos, quandoque significat consuetudinem Act. 15. Nisi circuncidamini secundùm morem Mosi &c. quandoq; significat inclinationẽ quandam naturalem, vel quasi ad aliquid agendum, vnde Psal. 67. qui habitare facit vnius moris in domo. Dicitur etiam virtus moralis à more secundùm quòd mos significat quãdam inclinationem naturalem, vel quasi ad quid agẽdum, cui significationi moris propinqua est alia significatio, quæ significat consuetudinem, quia consuetudo quodammodo vertitur in naturam, & facit inclinationem similẽ naturali, sed inclinatio ad actum proprium conuenit propriè appetitiuæ virtuti, cuius est mouere omnes potentias ad agendũ sup. q. 9. art. 1. ideò non omnis virtus dicitur moralis, sed solùm quæ est in vi appetitiua. Idẽ præterea probatur ex dictis supra quibus

bus probatum est virtutes esse in triplici differentia.

2 Virt' moralis distinguitur ab intellectuali.

Secunda propositio. Virtus moralis distinguitur ab intellectuali, probatur 1. Eth. c. vlt. nec omnis virtus est scientia, aut prudentia.

Ratio, nam omnium humanorum operum principium primum est ratio, & omnia alia principia humanorũ operum rationi obediunt, diuersè tamen, quia quædam obediunt rationi ad nutũ sine cõtradictione, vt corporis membra si sint in sua naturali consistentia, quia ad imperium rationis statim mouetur pes, manus, vnde rõ regit corpus principatu despotico.i. sicut dominus seruũ, qui non potest contradicere. 1. Pol. c. 5. pars autẽ appetitiua obedit rationi non ad nutum, sed cum aliqua contradictione, & ratio ei imperat principatu politico, quo. s. quis præest liberis, qui in aliquo habent ius contradicendi. 1. Polit. c. 5. & secundùm Aug. quandoq; præcedit intellectus, & sequit' tardus, vel nullus affectus, ita ꝙ quãdoq; passionibus, vel habitibus appetitiuæ partis vsus rationis in particulari impediatur. Vt ergo homo bonũ agat requiritur, ꝙ non solùm ratio sit benè disposita per habitum virtutis intellectualis, sed etiam ꝙ vis appetitiua sit benè disposita per habitum virtutis moralis, sicut ergo appetitus distinguit' à ratione, sic virtus moralis ab intellectuali: vnde sicut appetitus est principium humani actus secundùm ꝙ aliqualiter participat rationem sic habitus moralis habet rationem virtutis humanæ, quatenus rationi conformatur, ꝙ verò non omnis virtus sit scientia, vel prudẽtia, probatur, nam licet Angelus, vel alia creatura habeat omnem scientiam rerum diuinarum, vel humanarum peccare potest ob inconsiderationem multarum circunstantiarũ quas oportet considerare, & quia sciẽtia non necessitat voluntatem, nisi tantum in beatitudine, & quia potest superbire de scientia. Idem de prudentia dicendũ, ꝙ licet Angelus, vel alia creatura habeat exactissimam prudentiam omniũ negotiorum, & circunstantiarum, & omnia rectissima iudicia, tamen peccare potest, quia prudentia nõ necessitat voluntatem, sed liberè inclinat vt vtamur ea quando & vt libuerit, si tamen efficax sit imperium intellectus, voluntas cogitur, liberè tamen, vt obediat rationi imperanti; virtutes tamen sunt necessariæ ex parte appetitus tam intellectiui, quàm sensitiui, vt ratio rectè imperet, quia voluntas difficulter obedit rationi circa bona aliena, vt in diligendo bono proximi, Deo plus se, ergo eget virtute dirigente, & inclinãte, & appetitus sensitiuus perturbatus passionibus turbat iudicium, & imperium rationis, & facit vt ratio victa quandoq; succumbat, ergo, vt ratio vincat, oportet passiones sedare, ꝙ fit per virtutem.

3 Virtus diuiditur in moralem & intellectualem, idq; sufficienter.

Tertia propositio. Virtus sufficienter diuiditur in moralem, & intellectualẽ, probatur ex Philosopho 3. Eth. c. 1. qui virtutem sic diuidit.

Ratio, nam virtus humana est quidã habitus perficiens hominẽ ad benè operandum, sed principium humanorum actuum in homine, est tm̃ intellectus, vel ratio, & appetitus, hæc .n. sunt duo mouentia in homine 3. de Anima. vnde omnis virtus humana oportet ꝙ sit perfectiua aliquorum horũ principiorũ; si est perfectiua intellectus speculatiui, vel practici ad bonum hominis actum erit virtus intellectualis, si verò sit perfectiua partis appetitiuæ erit virtus moralis, ergo est vel intellectualis, vel moralis, omnis virtus humana.

4 Virt' moralis sine quibus intellectualibus esse possit, & sine quib. non.

Quarta propositio. Virtus moralis potest esse sine aliquibus intellectualibus, vt sapientia, scientia, & arte, non autem sine intellectu, vt prudentia, probatur ex Greg. 2. Moral. c. 1. d. cæteras virtutes, nisi ea quæ appetunt, prudenter agunt, virtutes esse non possunt.

Ratio, quia virtus moralis est habitus electiuus. i. faciens bonam electionem, sed vt electio sit bona duo requiruntur: primò, vt sit debita intentio finis, quòd fit per virtutem moralem, quæ vim appetitiuam inclinat ad bonũ conueniens rationi, qui est finis debitus. Secundò, vt homo accipiat rectè ea, quæ sunt ad finem, ꝙ est per rationem rectè consiliantem, iudicantem, & præcipientem, ꝙ perti-

pertinet ad prudentiam, & virtutes sibi annexas supra q. 57. artic. 4. vnde virtus moralis sine prudentia esse non potest, & per consequens nec sine intellectu, quia per intellectum cognoscũtur principia naturaliter nota tam in speculatiuis, quàm in operatiuis, vnde sicut rẽcta ratio in speculatiuis, quatenus procedit ex principijs naturaliter cognitis præsupponit intellectum principiorũ, sic etiam prudentia quæ est recta ratio agibilium. Præterea, ꝙ sine prudentia non possit esse virtus moralis: probatur, quia virtus moralis est habitus electiuus in medio consistens, prout sapiens iudicabit; Præterea virtus est habitus electiuus, electio verò est appetitus deliberatiuus ex deliberatione, & consultatione procedens, ergo vt electio sit bona, oportet rationem, & appetitum esse rectum, ꝙ facit prudẽtia; vnde homo si opera virtutis suo tempore non exerceat. i. sine prudentia non meretur nomen studiosi, & prudentia præstituit finem virtutibus moralibus, illuminando & dirigendo ac tollendo errores intellectus, & faciendo ꝙ virtus moralis constituat medium in suis operationibus, ꝙ est finis virtutis moralis, & demum applicando efficaciter media sine quib. appetitus finis nõ potest esse perfectus. Econuerso, virtutes morales præstituũ finem prudentiæ, eam afficiendo ad rectum finem, & remouendo passiones, quę si sint immodicę turbant iudicium rationis: vt d. hic Medina.

5 Quinta propositio. Prudentia nõ potest esse sine virtute morali, aliæ verò virtutes intellectuales possunt esse sine morali; probatur 3. Eth. c. 1. vbi dicitur omnis malus ignorans, & Prou. 14. errant qui malè operantur: & Luc. 11. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus lucidum erit, vbi oculus dicitur recta intentio finis, & recta voluntas, ergo prudentia ad rectè iudicandum requirit voluntatis rectitudinẽ, & sic virtutes morales, & idem probatur 3. Eth. cap. 5. & 6. Eth. cap. 5.

Prudẽtia ẽ vera virtus & cõnumeratᶠ ĩter habitus ĩtellectuales.

Ratio, quia prudentia est recta ratio agibilium, non solùm in vniuersali, sed & in particulari, in quibus sunt actiones, sed recta ratio præexigit principia ex quibus ratio procedit, sed oportet rationẽ circa particularia procedere non solùm ex principijs vniuersalibus, sed etiam particularibus, circa principia vniuersalia agibiliũ homo rectè se habet per naturalem intellectum principiorum, per quem cognoscit nullũ malum esse agẽdum, vel etiam per aliquã scientiam practicam, id verò non sufficit ad rectè ratiocinandum circa particularia, quia quandoq; contingit ꝙ huiusmodi vniuersale principium cognitum per intellectum, vel scientiam corrumpatur in particulari per aliquã passionem, vt concupiscenti quando concupiscentia vincit, videtur esse bonum ꝙ cupit, licet sit contra vniuersale iudicium rationis, ideò sicut homo rectè se disponit ad se habendum circa principia vniuersalia per intellectum naturalem, vel habitum scientiæ, sicut rectè se habeat circa principia particularia agibilium qui sunt fines, oportet ꝙ perficiatur per aliquos habitus secundùm quos fiat velut connaturale homini iudicare de fine, ꝙ fit per virtutem moralem, quia virtuosus rectè iudicat de fine virtutis, quia vt quisq; est, talis finis videtur ei. 3. Eth. ideò ad rectam rationem agibilium, quæ est prudentia, requiritur, quòd homo habeat virtutem moralem.

SVMMARIVM.

1 Virtus moralis non est passio, sed habitus.
2 Virtus moralis an possit esse cum passionibus, & quomodo.
3 Virtus moralis potest esse cum tristitia, & quomodo.
4 Virtus moralis non est semper circa passiones moderandas, sed aliqua circa operationes moderandas, scilicet iustitia.
5 Virtus an sit cum passionibus, vel sine, & quomodo.

De distinctione virtutum Moralium secundùm relationem ad passiones. Cap. V.

D.Tho.1. 2.q.59.

1 Virt' moralis nõ ẽ passio, sed habitus.

PRima propositio. Virtus moralis non est passio, sed habitus, probatur ex Philosopho 2.Eth.c.5. vbi virtutem vocat habitum, ꝙ intelligitur de habitu quo benè disponimur ad actus, & ita de habitu bono operatiuo. & ex Aug.lib.1. de morib.eccl. c.6. vbi indicat virtutem nil aliud esse essentialiter, quàm habitum.

Ratio, primò, nam passio est quidam motus appetitus sensitiui sup.q.22.ar.1. sed virtus moralis non est aliquis motus, sed magis principiũ appetitiui motus habitu quodam existens. Secundò, quia passiones secundùm se non habent rationem boni, vel mali, quia bonum, vel malum hominis est secundùm rationem. & passiones se habent ad bonũ, & malum, secũdum ꝙ passioni possunt conuenire, vel non, nil verò huiusmodi potest esse virtus, quia virtus solùm se habet ad bonum, supra quæst.55.art.3. Tertiò, dato, ꝙ aliqua passio se habeat ad bonum solùm, vel malum solùm secundùm aliquem modum, tamen motus passionis, quatenus huiusmodi principium habet in appetitu, & terminum in ratione in cuius conformitatem appetitus tendit, motus verò virtutis è conuerso principiũ habet in ratione, & terminum in appetitu, secundùm ꝙ à ratione mouetur: vnde virtus dicitur habitus esse electiuus in medietate consistens determinata ratione, prout sapiẽs determinabit. 2.Ethic.cap.6. Præterea, nam habitus bonus operatiuus est qualitas durabilis benè disponens potentiã ad operationem; sed perfectio illa superaddita virtuti potẽtiæ rationalis ad benè operandum est essentialiter talis qualitas durabilis benè disponens potentiam ad operationẽ, ergo virtus moralis est habitus bonus operatiuus moderans passiones, quia rectè afficit potentiam, & sic ipsum hominem. Vnde Medina hic colligit prudentiã nõ posse esse sine virtute morali, ex Philosopho 6.Eth. cap.5. de quo alibi cadit sermo.

Secunda propositio. Virtus moralis potest esse cum passionibus si passiones accipiuntur pro quolibet motu appetitus sensitiui, prout sunt in viro studioso & ratione ordinantur, vel moderantur: non autem si passiones accipiuntur pro inordinatis affectionibus, quia sic non possunt esse in viro studioso, ita vt post deliberationem eis consentiat, probatur ex Aug.14.ciu.c.9. 2

2 Virt' moralis an possit esse cum passionibus, & quõ.

Ratio, nam distinguendũ est inter volũtatem qui est appetitus intellectiuus, & inter appetitum sensitiuum, qui per irascibilem, & concupiscibilem diuiditur, ideò passiones animæ distinguũtur ab alijs affectionibus humanis, nã passiones animæ sunt motus appetitus sensitiui: aliæ verò affectiones, quę nõ sunt passiones animæ sunt motus appetitus intellectiui, qui dicitur volũtas, si ergo passiones dicantur inordinatæ affectiones non possunt esse in virtuoso, ita ꝙ post deliberationem eis consentiat; si verò passiones dicantur quilibet motus appetitus sensitiui, sic possunt esse in virtuoso, secundùm ꝙ sunt à ratione ordinati, vt si in virtuoso subito oriantur, quia animi visa, q̃ Stoici dicunt phantasias, nõ sunt in potestate nostra, verum aliquando incidant in animo, & cũ veniunt ex terribilibus rebus, oportet vt sapientis animum moueant, ita vt paulisper, vel metu pauescat, vel tristitia cõtrahatur, tanquam his passionibus pręuenientibus rationis officium, nec tamen hęc approbant, vel consentiunt secundùm eosdem, & refert D.Aug.li.9. de ciuit.Dei.c.4. vnde virtutes sunt quietæ à passionibus, vt oportet, & quando oportet 2.Eth. Et ita passiones sumũtur vel secundùm se, & sic nõ merentur laudem, vel vituperium cum sint naturales, & consequantur motum appetitus sensitiui, vel vt subduntur rationi, & sic merentur laudem, vel vituperium, quia vt actus membrorum exteriorum sunt boni vel mali quando sunt voluntarij, sic motus appetitus sensitiui, prout subdunt rationi vel nõ, sunt boni vel mali. Præterea passiones nostri animi si subduntur rationi merentur laudem apud Deum, Christus enim sine peccato ve-

ros habuit affectus, vt aliàs dixi, & probat Ambr. de Incarn. domini. c. 7. Aug. de ciuit. lib. 14. c. 9. & subduntur rationi, quia ratio aduertens illos motus potest imaginatione alio auertere, licet non possit impedire quin surgant semper, licet quandoq; sic, ratione imperãte appetitui sensitiuo ne surgant, ideò possunt esse boni, vel mali, & sunt præterea exercitationes ad virtutes, ergo malæ ex se non sunt.

3 Virt⁹ moralis põt esse cũ tristitia, & quomodo

Tertia propositio. Virtus moralis potest esse cum tristitia, probatur Mat. 26. vbi tristitia fuit in Christo, in quo tamẽ fuit summa virtus.

Ratio, nam qui potest dolere de malo in illo potest esse tristitia, sed cum homo sit compositus ex anima, & corpore bonum hoĩs non est maximũ, quia potest eo malè vti, vnde & malũ huic bono contrarium in sapiente esse potest, & tristitiam moderatam inducere. Secundò, nullus inuenitur, qui sine leuib. peccatis viuat. 1. Ioã. 1. & si quis peccatum non habet qñq; fortè habuit, & de hoc laudabiliter virtuosus dolet. 2. Cor. 3. potest etiam laudabiliter dolere de peccato alterius, vnde sicut virtus moralis compatitur alias passiones ratione moderatas, sic etiam tristitiã; præterea malum aliquod virtuoso potest esse præsens ꝙ ratio detestetur art. preced. vnde appetitus sensitiuus in hoc sequitur iudicium rationis, ꝙ de huiusmodi malo tristatur moderatè tamen secundùm iudicium rationis, id verò pertinet ad virtuosum, vt appetitus sensitiuus rationi conformetur supra art. 1. vnde ad virtuosum pertinet, ꝙ moderatè tristetur vbi tristandum est, tristitia tamẽ de his quæ conueniunt virtuti non potest esse simul cum virtute, quia virtus in proprio delectatur, sed de his, quæ quocunque modo repugnãt virtuti, virtus moderatè tristatur.

4 Virt⁹ moralis non ẽ semper circa passiones moderandas.

Quarta propositio. Non omnis virtus moralis est circa passiones moderãdas, sed aliqua circa operationes rectè operandas, probatur 5. Eth. c. 6. vbi iustitia, quæ est virtus moralis, nõ est circa passiones proprias moderandas, sed versatur circa operationes ad alterum.

Ratio, nã virtus moralis perficit appetitiuam partem animæ ordinãdo ipsam in bonum rationis, nam est bonum rationis id, ꝙ est secundùm rationem moderatum, vel ordinatum: vnde circa id omne, ꝙ contingit ratione ordinari, & moderari, contingit esse virtutẽ moralem, sed ratio ordinat non solùm passiones appetitus sensitiui, sed etiã ordinat operationes appetitus ĩtellectiui, qui est voluntas, quæ nõ est subiectum passionis. sup. q. 23. art. 1. ideò non omnis virtus moralis est circa passiones, sed quædam circa passiones, quædam circa operationes. sed aliqua circa operationes moderandas .s. iustitia.

5 Virtus an sit cũ passionib. vel sine, & quomodo

Quinta propositio. Si passiones sumuntur pro inordinatis affectionibus, virtus perfecta est sine passione, si verò sumuntur pro motibus appetitus sensitiui, quos passio moderatur, sic virtutes morales non possunt esse sine passione.

Ratio primi, sic enim sequeretur, ꝙ virtus moralis faceret appetitum sensitiuum omnino otiosum, sed ad virtutem non pertinet, ꝙ ea quæ subduntur rationi à proprijs actibus vacẽt, sed ꝙ exequantur imperium rationis proprios actus agendo; vnde vt virtus ordinat membra corporis ad actus interiores debitos, sic appetitum sensitiuũ ad motus proprios ordinatos, sed virtutes morales, q̃ non sunt circa passiones, sed circa operationes possunt esse sine passionibus, vt iustitia, quia volũtas per eã applicatur ad propriũ actũ, qui non est passio, sed ad actũ iustitiæ ad minus sequitur gaudium, ꝙ sic nõ est passio, & si id gaudiũ multiplicatˀ per iustitiæ perfectionem facit gaudij redundantiã, vsq; ad appetitum sensitiuum secundùm ꝙ vires inferiores sequuntur motum superiorum sup. q. 17. art. 7. & ita per redundantiam huiusmodi quo fuerit perfectior eo magis causat passionem.

Et ita colligitur, ꝙ passiones nõ sunt malæ si subduntur rationi, & virtus illas moderatur, vnde sancti homines timent pœnam æternam, cupiũt gloriã, dolent in re aduersa, gemunt expectantes redemptionem corporis sui, gaudẽt ob spem futurorũ, vt d. Aug. lib. 14. ciu. c. 8. & 9. quæ non sunt sine motu appe-

titus

titus sensitiui, & sunt bona quatenus imperantur à ratione vt moueatur, vel ei pareāt, ijdem etiam pugnant Rom. 7. non enim ꝙ volo bonum, hoc ago, sed ꝙ odi malum, quia cum difficultate isti motus subduntur rationi, vnde & 1. Pol. c. 3. dicitur appetitum subdi rationi, vt imperanti imperio ciuili, vel regio cui quandoque ciues contradicunt: & 1. Eth. cap. vlt. obedientiam appetitus sensitiui erga rationem comparat Philosophus motui membri paralitici, qui sæpè præter hominis voluntatem mouentur, qui tamen subduntur rationi, vt supra, quatenus ratio potest imperare ne illi motus surgant quando ex imaginatione proueniunt, alio imaginationē auertens, si enim ex corporis dispositione, & nō sola imaginatione surgunt, nō potest illos motus auertere ne surgant, potest tamen eis non consentire, & alio cogitationem auertere, nisi vehemētia passionis, & sic alteratio corporis tanta sit, vt priuet vsu rationis.

SVMMARIVM.

1 Virtus moralis non est vna tantum.
2 Virtus moralis, quæ versatur circa passiones an distinguat ab ea quæ est circa operationes.
3 Virtutes omnes quę sunt circa operationes an conueniant simul.
4 Virtus multiplex est circa passiones appetitus sensitiui, & quomodo.
5 Virtutes morales distinguūtur iuxta diuersa obiecta passionum, quæ decem sunt, & quæ.

De virtutum Moralium ab inuicem distinctione. Cap. V I.

D. Tho. 1. 2. q. 60.

1 Vir.⁹ moralis nō ē vna tm̄.

PRima propositio. Virtus moralis non est vna tātum, probatur, quia subiectum virtutum nō est vnum tantum, sed multa, vt intellectus, volūtas, appetitusque sensitiuus, tam irascibilis, quàm concupiscibilis, sed in diuersis subiectis non potest esse vna, & eadem virtus specie vel genere, ergo.

Ratio, nam virtutes morales sunt habitus appetitiuæ partis sup. q. 58. art. 1. sed habitus ratione differunt secundùm speciales differentias obiectorum sup. q. 54. art. 2. sed species obiecti appetibilis, vt & cuiuslibet rei attenditur secūdùm formam specificam, quæ est ab agente, aduertendum autem ꝙ materia patientis se habet ad agens dupliciter: primò, quia quandoq; recipit formam agentis secundùm eādem rationem, vt est in agente, & in omnibus agentibus vniuocis, ꝙ si agens est vnum specie oportet ꝙ materia recipiat formā vnius speciei, vt ab igne vniuocè nō generatur aliquid nisi in specie ignis existens: qūque materia recipit formam non secundùm eam rationem quæ est in agente, vt patet in generantibus non vniuocis, vt aīal generatur à sole, & tunc formæ receptæ in materia ab codē agente non sunt vnius speciei, sed diuersificanť secūdùm diuersam proportionē materiæ ad recipiendum influxum agentis, vt ab vna actione solis generātur diuersa animalia ex putredine secundùm speciem, secundùm diuersam proportionem materiæ. Sed in moralibus ratio est, vt imperans & mouens, vis verò appetitiua, vt imperata, & mota, sed appetitus non recipit impressionem rationis quasi vniuocè, quia nō fit rationale per essentiā, sed per participationem. 1. Eth. vnde appetibilia secundùm motionem rationis constituuntur in diuersis speciebus, secundùm quod diuersè se habēt ad rationem, & sic sequitur ꝙ virtutes morales diuersæ sunt secundùm speciē. Non tamen per hoc sequitur, quod licet virtus moralis non sit vna tantum, ꝙ tot sint prudentiæ, quot virtutes morales, quia ab omnibus enumerātur tantum quatuor virtutes Cardinales, & vna prudentia tantū, & certum est, ꝙ prudentia infusa est vna tantum. Sap. 8. Præterea cū virtus sit circa difficile, vbi nō est noua difficultas, non est noua virtus, sed qui scit consultare, ꝙ est prudentiæ in materia temperantiæ, id scit & in materia iustitiæ, quia in ijs eadem est ratio consultandi, puta per cōsiderationem legis diuinæ, rationes naturales, & exempla

Sau-

Sanctorum, ergo, vt hic probat Medina post Caiet.

2 Secunda propositio. Virtutes morales quę versantur circa passiones nõ distinguuntur ab ijs quæ versantur circa operationes, si attendatur earum effectus, cum omnis virtus moralis habeat operationes bonas quas producit, & habeat aliquam delectationem, vel tristitiam quæ passiones sunt, secus si consideretur materia circa quã versantur.

Virt⁹ moralis q̃ versatur circa passiones an distinguatur ab ea q̃ ẽ circa operationes.

Ratio primi, nam si operatio, & passio comparatæ sint ad virtutem vt effectus eius, sic omnis virtus moralis habet aliquas operationes bonas, quarum est productiua, & delectationẽ aliquã, vel tristitiam, quæ sunt passiones supra q. 58. art. 4. ad primum.

Ratio secundi, quoniã operatio comparatur ad virtutem, vt materia circa quam est, sic aliæ virtutes morales sunt circa passiones, aliæ circa operationes, quia bonum, & malum in quibusdam operationibus attenditur secundùm seipsas, quocunq; modo homo afficiatur ad eas, quatenus .s. bonum, & malum in eis accipitur secundùm rationẽ commensurationis ad alterum, & in homine oportet quòd sit aliqua virtus directiua operationum secũdùm seipsas, vt emptio, & venditio, & huiusmodi operationes in quibus cõsideratur ratio debiti, vel indebiti ad alterum, ideò iustitia, & partes eius propriè sunt circa operationes, vt propriam materiam, in aliquibus verò actionibus attẽditur bonum, & malum solùm secundùm commensurationem ad operantem, ideò in his bonum, & malum consideratur secundùm ꝙ homo benè, vel malè afficitur circa huiusmodi, ideò oportet ꝙ virtus in his principaliter sit circa interiores affectiones, quæ dicũtur animæ passiones, vt patet de temperantia, fortitudine, & huiusmodi. In operationibus verò quæ sunt ad alterum quandoq; prętermittitur bonum virtutis ob inordinatam animi passionem, & tunc quatenus corrumpitur commensuratio exterioris operationis, corrũpitur iustitia, quatenus verò corrumpitur commensuratio interiorum affectionũ est corruptio alterius virtutis, vt cum ex ira quis, aliũ percutit ex indebita percussione corrũpitur iustitia, in immoderãtia verò iræ corrũpitur mansuetudo, & huiusmodi. An verò omnis virtus moralis versetur circa passiones, & operationes, vt circa proprium obiectum. Resp. ꝙ virtutes morales maximè Cardinales sibi auxilium præbent, vt iustitia tribuit cuique quòd suum est, in quo exequendo iuuatur à prudentia, quæ tollit errorem, & ignorantiam, & iuuatur etiam à temperantia, fortitudine, & mansuetudine, q̃ tollũt auaritiam, & timorem, & iram, quibus iustitia à suo officio impeditur, differenter tñ, nam virtus moralis ex se tollit impedimẽta q̃ intra suũ obiectũ, & regimen continentur, vt iustitia tollit difficultatem, quæ est in volũtate ad restituendum alienum; alia verò impedimenta extrinseca, vt irã, auaritiã, &c. remouet per virtutes auxiliares, & omnis etiam virtus moralis, quò ad effectũ versatur circa operationes, & passiones, quia virtus moralis versatur circa delectationes, & tristitias, quatenus delectatur de bono virtutis, & dolet de contrario. Iustitia verò primò, & per se versatur circa operationes ad alterum, & nõ in ordine ad operantem, aliæ verò virtutes primò, & per se versant circa passiones moderandas, quæ surgũt ex motione appetitus sensitiui, cum transmutatione corporali, & constituunt mediũ rationis, & prudentiæ in eis, ita vt non excedatur, vel minuatur, ꝙ debetur sibi: iustitia verò versatur circa medium rei, vt si centum restituantur ea habere debenti, ibi adest mediũ rei. i. æqualitas.

Tertia propositio. Omnes virtutes, q̃ sunt circa operationes, conueniunt in vna generali ratione iustitiæ, quæ attenditur secundùm ordinem ad alterum, variæ tamen sunt secundùm varias rationes debiti; probatur, nam religio est alia à pietate, quarum tamen vtraq; est circa operationes. 3

Virtutes oẽs q̃ sunt circa operationes ã conueniãt simul.

Ratio, nam omnes virtutes morales cõueniunt in quadam generali ratione iustitiæ, quæ attenditur secundùm debitum ad alterum, distinguuntur verò secundùm diuersas speciales rationes, nam

nam in operationibus exteriorib⁹ ordo rationis instituitur, vt supra art. præced. non secundùm proportionē ad affectionem hominis, sed secundùm conueniētiam rei in seipsa, secundùm quam conuenientiam accipit̃ ratio debiti, ex quo constituitur ratio iustitiæ, quia ad iustitiam pertinet vt quis debitum reddat, vnde omnes huiusmodi virtutes, quæ sunt circa operationes dicunt aliquo modo rationē iustitiæ, sed debitum non est vnius rationis in omnibus, quia aliquid aliter debetur æquali, aliter superiori, aliter inferiori, aliter ex pacto, vel beneficio suscepto, aliter ex promisso, & secundùm has diuersas rationes debiti sumuntur diuersæ virtutes, vt religio, per quam redditur debitum Deo, pietas, per quam redditur debitū patriæ, vel parentibus, gratia per quam redditur debitum benefactoribus, & huiusmodi. Notandum verò, ꝙ virtutum quæ versantur circa operationes decem species enumerantur: primò, iustitia, q̃ reddit cuiq; ius suum: secundò, religio quæ reddit debitum Deo cultū: tertiò, pietas q̃ officia debita patriæ, & parentibus impendit: quartò, obseruantia, reuerentiam præstans personis, dignitate præstantibus, veritas, vel fides, aut fidelitas, quæ veritatem verbis, & factis significat, & promissa seruat: sexta, gratitudo, quæ beneficium gratia agēda, vel referenda compensat: septima, vindicatio, vel iustitia vindicatiua, quæ culpam vel iniuriam, prout ratio dictat, vlciscitur: octaua, liberalitas, quæ officia in aliorum vtilitatē erogat maximè pecuniarum largitate: nona, magnificentia, q̃ versatur in magnis sumptibus aliorū gratia factis: decima, amicitia, vel affabilitas, quæ officijs varijs amico seruit: vt d. hic Valentia. ex D. Tho. 2. 2. q. 80. art. vnico. ex quibus virtutibus multæ habent varias partes subiectiuas, vel potentiales, quæ sint earum species, vel aliqua similitudine ad eas reuocentur, de quibus latē D. Tho. 2. 2. per tot. Notandum demum ex Medina hic, nō aduersari ꝙ d. hic D. Th. virtutes quæ versantur circa operationes respicere debitum ad alterum, & tamē in liberalitate, magnificentia, & misericordia, q̃ sunt virtutes ad alterum, non adsit debitū, cum liberaliter dentur. Resp. ibi adesse debitum de honestate ad virtutem exercendam quæ suadet, vt detur quibus quando, & quomodo oportet &c. licet ibi nō adsit debitum particulare de rigore iustitiæ distributiuæ, vel commutatiuę, vt hic sentit Medina quoque, tametsi non ita se explicet.

Quarta propositio. Virtus non vna, sed multiplex est circa passiones diuersas appetitus sensitiui, alię si quidē sunt in irascibili, aliæ in concupiscibili, vt & appetitus sensitiuus sic variatur, non tñ quælibet diuersitas passionū, constituit diuersas virtutes, vt fortitudo est circa audacias, & timores, & in irascibili sunt diuersæ virtutes, quia ī ea diuersæ sunt passiones; probatur ex Philosopho 3. Ethic. c. 6. & 10. & lib. 4. c. 4. & 5. vbi ponit fortitudinē circa timores, & audacias, temperantiam circa concupiscentiam, & mansuetudinem circa iras. 4 Virt⁹ multiplex est circa passiones appetit⁹ sensitiui, & quomodo

Ratio, nam sunt quædam passiones ad diuersas potentias pertinentes, quia aliæ pertinent ad irascibilē, aliæ ad cōcupiscibilem sup. q. 23. art. 8. non tamē omnis diuersitas passionum sufficit ad morales diuersitates, quia quædā passio sibi opponitur secundùm contrarietatem: vt gaudiū, & tristitia: timor, & audacia, & huiusmodi passiones sic oppositas oportet esse vnam, & eandem virtutem, quia cum virtus moralis in medietate consistat, medium in contrarias passiones secundùm eandem rationem instituitur, vt & in naturalibus idē est medium inter contraria, vt inter albū, & nigrum. Secundò, quia diuersæ passiones inueniuntur eodem numero rationi repugnantes, & secundùm impulsum ad id ꝙ est cōtra rationem, vel retractationem, ab eo ꝙ est secundùm rationem, ideò diuersæ passiones concupiscibiles non pertinent ad diuersas virtutes morales, quia earum motus secundùm quendam ordinem se consequuntur, vt ad idem ordinatæ, s. ad consequēdum bonum, vel fugiendum malum, vt ex amore procedit cōcupiscentia, & ex concupiscentia peruenitur ad delectationem,

sionem, & eadem ratio est de oppositis, nam ex odio sequitur fuga, quæ ducit ad tristitiā, sed passiones irascibilis non sunt vnius ordinis, sed ad diuersa ordinant, quia audacia, & timor ordinātur ad aliquod magnum periculum, spes, & desperatio ad aliquod bonum arduum, ira ad superandum contrarium q nocumentum intulit, ideò circa has passiones diuersæ virtutes ordinantur, temperantia circa passiones concupiscipibilis, fortitudo circa timores, & audacias, magnanimitas circa spem, & desperationem, mansuetudo circa iras.

Ex prædictis colligitur, & dictis per D.Tho. Medinam, & Valentiam hic, q virtutes circa passiones nō sunt tot quot passiones, quia passiones nō sunt omnes actus vnius potentiæ, vnde vt vna virtus non potest esse in diuersis potentijs, vt in irascibili, & concupiscibili, sic eadem virtus non potest moderari omnes passiones, quarum aliquæ in irascibili, aliæ in concupiscibili sunt, cum opus sit virtutem in ea esse potentia cuius actum perficit. Colligitur etiam q virtutes circa passiones, quæ sumuntur pro diuersitate notabili, quam habet appetitus in diuersis passionibus rectè exercendis, & pro diuersitate notabili qua obiecta variarum passionum consentanea sunt rationi, vt vsurpantur ab homine, decē sunt, de quibus sequenti propositione.

5 Quinta propositio. Virtutes morales distinguūtur iuxta diuersa obiecta passionum, vt hic d. D.Th. vbi eleganter enumerat virtutes morales animi nostri.

Virtute morales distinguūtur iuxta diuersa obiecta passionum.

Ratio, nam perfectio virtutis ex ratione depēdet perfectio passionis ex appetitu sensitiuo, vnde oportet q virtus diuersificetur secundùm ordinem obiectorum passionum ad rationem comparatum, obiecta enim passionum secundùm quòd diuersè ordinantur ad appetitum sensitiuum causant diuersas passionum species, secundùm autem quòd comparantur ad rationem causant diuersas virtutum species, sed nō est idem motus rationis, & appetitus sensitiui, vnde aliqua differentia obiectorum potest causare diuersitatem passionum, & non diuersitatem virtutum, & èconuerso, cum circa vnam passionem, vt delectationem diuersæ virtutes ponantur, & quia diuersę passiones ad diuersas potentias pertinētes, semper pertinent ad diuersas virtutes, ideò diuersitas obiectorum, quæ respiciunt diuersitatē potentiarum, semper diuersificat species virtutum; bonum ergo hominis q est obiectū amoris, vel concupiscentiæ, vel delectationis, si consideratur, vt per sensum tactus apprehensum, & ad consistentiam humanæ vitæ pertinens in indiuiduo, vel in specie, vt sunt delectabilia ciborum, & venereorum, erit pertinens ad virtutem temperantiæ, delectationesve aliorum sensuum, cum nō sint vehementes non præstāt difficultatem, ideò nō ponitur circa ea aliqua virtus, quæ est circa difficile, vt & ars 2. Ethic. Bonum verò non sensu, sed interiori apprehensione apprehēsum ad hominem pertinens, vt pecunia, & honor, quorū primum ordinatur ad bonū corporis, secundum animæ apprehensioni circa bonū pecuniæ, est liberalitas, circa idē cum arduitate sumptum, vt est obiectum spei est magnificentia: circa bonū q est honor si absolutè sumitur, sic est philotomia, q est amor honoris, si consideratur cum arduitate, vt est obiectū spei, sic est magnanimitas: & sic liberalitas, & philotomia sunt in cōcupiscibili, magnificentia, & magnanimitas in irascibili; bonum in ordine ad aliud nō habet arduitatem, ideò ponitur in concupiscibili, vt absolutè sumptum, & si id bonum sit in serijs prout quis decentibus verbis, & factis se alteri præbet delectabilem sic dicitur eius virtus amicitia 4. Eth. vel affabilitas, q si quis præbeat se alteri manifestum per dicta, & facta sic dicitur veritas. Circa delectationes ludorum ponitur eutrapelia, & sic sunt vndecim virtutes morales, circa passiones, fortitudo, temperantia, liberalitas, magnificentia, magnanimitas, philotomia, mansuetudo, amicitia, veritas, eutrapelia, quæ distinguuntur secundùm diuersas materias, passiones, vel obiecta, & si addatur iustitia, quæ est circa operationes, sunt vndecim. 4. Eth. cap. 8.

Et

Et in summa decem sunt virtutes, q̃ versantur circa passiones moderandas ob notabilem difficultatem in ijs temperandis, vel differentia notabili, qua obiecta passionum consona sunt rationi prout ab homine vsurpantur, de ijs .n. quæ versantur circa operationes supra est dictum. Prima est temperantia moderans passiones concupiscibilis secundùm tactum, & gustum: secunda liberalitas, moderans amorem, & concupiscentiam, circa pecunias, tribuẽs vt homo ijs moderatè vtatur maximè in largitionibus, quę duæ sunt in concupiscibili. Tertia, philotimia temperans amorem circa dignitates, quæ percipiuntur tantùm sensu interiori cogitatiuæ, vt & amor pecuniæ. Quarta, magnificentia versans circa pecunias vt sunt bonũ arduum ad consequendum, & sic obiectũ spei, vel desperationis, quas passiones circa pecuniam virtus hæc redigit ad mediocritatẽ, & est in irascibili. Quinta, magnaminitas, moderans spem & desperationẽ circa honores, vt sunt bonum arduum, quæ est in irascibili. Sexta, veritas, præbens hominẽ alteri manifestum verbis, & factis, ex qua surgit delectatio in concupiscibili existens, habens pro obiecto communicationẽ sui, prout quis est sibi, cũ delectatione. Septima, amicitia, vel affabilitas præbens alteri alterum iucundũ in rebus serijs in dictis, & factis cum delectatione, & est in concupiscibili. Octaua, eutrapelia, q̃ idem facit in ludis, & iocis cuius obiectum est iocosa cõmunicatio sui, & est in concupiscibili. Nona, fortitudo suscipiens, & moderãs timores, & audacias, prout expedit ad bonum aliquod prosequendum, & est in irascibili. Decima, mansuetudo, iram regens, & est in irascibili. Et hæ partes alias habent sub se subiectiuas vel potentiales, vt inquit Valentia loco cit. sic enumerans ex Arist. 2. Eth. c. 7. & D. Th. hic. Et vt prædictæ virtutes distinguantur. In concupiscibili sunt sex, Temperantia, Liberalitas, Philotimia, vel amor honoris moderatus, Amicitia, vel affabilitas, veritas, eutrapelia, seu vrbanitas. In irascibili quatuor: Fortitudo, magnificentia, mansuetudo, magnanimitas; circa tristitiã verò moderandam non ponitur specialis virtus, quia oritur ex odio, vel fuga, & ad eandem virtutem pertinet moderari amorem alicuius boni, & tristitiã de opposito, vt temperantia moderatur amorem cibi, & odium de abstinentia, charitas gaudet de bono amici, & contristatur de contrario, ergo non fuit opus circa id ponere specialem virtutẽ: vt d. hic Medina.

SVMMARIVM.

1 Virtutes Cardinales, quæ sint, cur sic dictæ.
2 Virtutes Cardinales ponuntur inter morales, & quare.
3 Virtutes morales quatuor sunt, & quæ.
4 Virtutes Cardinales, cur sint principales, & aliæ ad has reducãtur.
5 Virtutes Cardinales respectũ materiæ, inter se distinguuntur.
6 Virtutes Cardinales, aliæ politicæ, purgatoriæ, purgati animi, & exemplares.

De virtutibus Cardinalibus. *Cap. VII.*

Notandum, q virtutes Cardinales dicuntur, quæ sunt aliarum præcipuæ, quia vt ianua ĩ cardine nectitur, sic vita humana in his virtutibus fundatur, quæ quatuor sunt: Iustitia, temperantia, fortitudo, prudentia. Sap. 8. & probat Amb. lib. 5. in Luc. c. 6. Greg. lib. 2. Mor. c. 36. & lib. 22. c. 1. Cic. lib. 2. de Inuentione, & alij. His ita not. D.Tho. 1. 2. q. 61. 1 Virtutes Cardinales q̃ sint, & quare sic dictæ.

Prima sit propositio. Inter virtutes morales ponũtur illæ meritò, quæ sunt Cardinales, vel principales, probatur ex Ambr. lib. 5. in Luc. c. 6.

Ratio, nam cum de virtute est sermo, simpliciter intelligitur de virtute humana, sed virtus secundùm perfectam eius rationem quærit rectitudinem appetitus sup. quæstq. 56. art. 1. quia huiusmodi virtus nõ solùm facit facultatem benè 2 Virtute Cardinales ponuntur inter morales,

benè agendi, sed etiam causat bonum operis vsum, imperfecta verò virtus, dr̄ quæ non requirit rectitudinem appetitus, sed perfectum est principalius imperfecto, ideò virtutes continentes rectitudinem appetitus dicuntur principales, quæ sunt virtutes morales, & inter intellectuales sola prudentia, quæ etiam velut moralis est secundùm materiam, supra q.58.art.9. ideò conuenienter inter virtutes morales ponuntur, q̄ dicuntur Cardinales, vel principales.

Præterea omnis materia virtutum moralium consideratur, vel vt est consultabilis, & deliberabilis, & sic est prudentia, vel vt perficit appetitum, & si circa operationes, sic est iustitia, si circa passiones irascibilis, fortitudo, si circa concupiscibiles, temperantia. Vlterius dicuntur Cardinales, quia in qualibet earum relucet singulare aliquid pertinēs ad rationem, & dignitatem virtutis, prima prudentia, quæ maximè habet pro obiecto bonum morale consonum rationi, cū sit in ratione, vt in proprio subiecto. Secunda, iustitia respiciens bonū rationis, ꝙ constitui potest per operationem erga alterum. Tertia, temperantia, qua assequimur bonum proprium consonum rectæ rationi, animū abstrahendo à noxijs delectationibus. Quarta, fortitudo, qua idem bonum propriū assequimur, ea amouendo quæ nos ab eo deterrēt, scilicet pericula, & labores. Præterea istæ virtutes versantur circa materiam magis præcipuā, & vitæ humanæ necessariam, ergo Cardinales dicuntur cōmodè, & quia etiam primatum tenent inter virtutes morales, vt supra, licet vt d. Gregor. 21. Moral. virtutes communicent alteri actum suum si rectæ sunt virtutes, omnis enim virtus prudens est, iusta, fortis, & temperata, vt dicetur infra cap. de connexione virtutum.

3 Virtutes Cardinales quatuor sunt, & quæ.

Secunda propositio. Quatuor sunt virtutes Cardinales, probatur ex locis cit. & Aug. lib. 1. de morib. eccl cap. 15. vbi enumerat quatuor prædictas virtutes Cardinales.

Ratio, nam numerus aliquorum sumi potest, vel secundùm principia formalia, vel secundùm obiecta, & vtroq; modo inueniūtur quatuor virtutes Cardinales, nam principiū formale de quo est sermo, est rationis bonum, ꝙ dupliciter consideratur, primò secundùm ꝙ in ipsa consideratione rationis consistit, & sic est vna virtus principalis, quæ dicitur prudentia, alio modo secūdùm ꝙ circa aliquid ponitur rationis ordo, & id vel circa operationes, & est iustitia, vel circa passiones, & sic oportet esse duas virtutes, vno modo secundùm ꝙ passio impellit ad aliquid contrariū rationi, & sic oportet ꝙ passio reprimat̃, & ab hoc denominatur temperantia, alio modo secūdùm ꝙ passio retrahit ab eo ꝙ ratio dictat, vt timor periculorū, vel laborum, & ita oportet ꝙ homo firmetur ī eo ꝙ est rationis, ne recedat ab eo à quo denominat̃ fortitudo. Secundùm etiam subiecta idem nūmerus inuenitur, quatuor enim subiecta inueniuntur huius virtutis, primò rationale per essentiam, quòd prudētia perficit, rationale per participationem quòd diuiditur in tria. i. in voluntatem, quæ est subiectum iustitiæ, & in concupiscentiā quæ est subiectū temperantiæ, & in irascibilem, quæ est subiectū fortitudinis; & hæ virtutes reperiuntur tantū in homine, non autem in Angelis, prudentia excepta, & prout sunt acquisitæ, quia morales virtutes per actus acquirūtur. 2. Eth. per totū. & 10. c. 8. & Angeli habent illos actus non otiosos, sed connaturales.

Tertia propositio. Hæ quatuor virtutes ratione materiæ circa quam versantur dicuntur magis principales, q̄ aliæ, & aliæ ad has reducuntur, licet alio titulo aliæ magis principales dici possint: probatur ex Tullio in Rhetorica lib. 2. circa med. vbi omnes virtutes morales ad has quatuor reducit. 4 Virtutes Cardinales cur sint principales, & aliæ ad has reducuntur.

Ratio, nā primo modo dicuntur principales, quasi generales ad omnes virtutes, vt quòd omnis virtus quæ facit bonum in consideratione rationis dicatur prudentia, quæ verò facit bonum recti, & debiti in operationibus dicatur iustitia, quæ cohibet passiones, & deprimit dicatur temperantia, quæ facit firmita-

tem

tem animi cõtra quaslibet passiones dicatur fortitudo, & aliæ virtutes sub his continentur. Alio modo prædictæ virtutes considerari possunt secundùm ꝙ hæ quatuor virtutes denominantur secundùm id, ꝙ est præcipuum in qualibet materia, & sic sunt speciales virtutes contra alias diuisæ, dicuntur tamen principales respectu aliarum, ob principalitatem materiæ, vt ꝙ prudentia dicatur, quæ præceptiua est, iustitia quæ est circa actiones debitas inter æquales, tẽperantia quæ reprimit concupiscibiles delectationes tactus, fortitudo quę firmat contra pericula mortis.

5 Virtutes Cardinales respectu materiæ inter se distinguuntur.

Quarta propositio. Hæ quatuor virtutes respectu materiæ inter se distinguuntur, alio non, probatur ex August. lib. 1. de morib. eccl. c. 15.

Ratio primi, nã cuilibet virtuti morali ex eo ꝙ est habitus conuenit firmitas, vt à contrario non moueatur, ꝙ dicebatur ad fortitudinẽ pertinere, & in eo ꝙ est virtus habet quod ordinatur ad bonum, in quo importatur ratio recti, vel debiti, ꝙ ad iustitiam dicebatur pertinere, ex eo verò ꝙ est virtus moralis rationem participãs, est quòd modum rationis in omnibus seruet, & vltra se non extendat, ꝙ dicebatur pertinere ad temperantiam, ꝙ verò discretionem habeat ꝙ tribuebatur prudentiæ, videtur ab alijs distingui, quatenus id est ipsius rationis per essentiã, aliæ verò importani participationẽ rationis per applicationem eius ad passiones, vel operationes, sic ergo prudentia secundùm prædicta esset distincta ab alijs tribus: aliæ verò tres ab inuicem non essent distinctæ, ideò melius hæ virtutes accipiuntur secundùm ꝙ determinantur ad materias speciales, & sunt sic diuersi habitus secundùm diuersitatem obiectorum distincti, vt supra art. præced.

6 Virtutes Cardinales; aliæ politicæ, purgatorię, purgati aĩ, & exemplares.

Quinta propositio. Virtutes Cardinales conuenienter diuiduntur in virtutes politicas, purgatorias, purgati animi, & exemplares, probatur ex Macrobio lib. 1. in somn. Scip. Plotino, & Platone ab eodem cit.

Ratio, nam quæ in aliquibus sunt diuersè, secundùm hoc diuersè nominari possunt, sed sic sunt prædictæ quatuor virtutes, nã in Deo sunt exemplariter, oportet enim vt anima aliquid sequatur, vt ei virtus possit innasci, qui est Deus, quem si sequimur benè viuimus, ergo exẽplar humanæ virtutis in Deo præexistit, vt & omnium rerũ rationes, ita ꝙ mens diuina in Deo dicatur prudentia, temperantia verò conuersio diuinæ intẽtionis ad seipsum, fortitudo Dei est eius immutabilitas, iustitia Dei est obseruatio legis æternæ in suis operibus, cum verò homo sit animal politicum, prout in eo sunt dicuntur virtutes politicæ, quia secundùm eas rectè se habet in rebus humanis gerendis; sed quia oportet vt homo se etiam ad diuina trahat in quantum potest. 10. Eth. ideò ponuntur quædã virtutes mediæ inter politicas, & diuinas; quæ virtutes distinguuntur secũdùm diuersitatẽ motus, & termini, ita ꝙ quædã sunt virtutes transeuntium, & in diuinam similitudinem tendentiũ, & dicuntur virtutes purgatoriæ, ita ꝙ prudentia omnia humana diuinorum contemplatione despiciat, & omnem animæ cogitationem in sola diuina dirigat, tẽperantia verò relinquat, quatenus natura patitur, necessaria corporis vsui, fortitudo efficiat, vt animus non terreatur ob recessum à corpore, & accessum ad superna, iustitia vt tota anima consentiat ad huius propositi viam. Quædam verò virtutes sunt iam assequentium diuinam similitudinem, quæ dicuntur virtutes iam animi purgati, vt prudentia sola diuina intueatur, temperantia terrenas cupiditates nesciat, fortitudo passiones ignoret, iustitia cũ diuina mẽte perpetuò fœdere societur eam. s. imitans secundùm Plotinũ, quæ virtutes sunt beatorum, vel aliquorum in hac vita perfectissimorum. Et ita hæ virtutes possunt considerari, vt sunt illarum ideæ, & exemplaria in perfectione diuina, quo pacto habent quoddam esse in Deo, & sic dicuntur exemplares, quæ tamen habẽt rationem formalem longè distantem ab eo ꝙ habent in nobis, nam prudentia qua Deus decernit quid sit agendũ in ipso est diuina mẽs, in nobis verò est accidentaria. Temperantia

-rantia in Deo est cõformitas diuinæ intentionis ad seipsum, vt in nobis est cõformatio appetitus cõcupiscibilis ad rectam rationem: Fortitudo in Deo, est ipsa immutabilitas, q à nobis abest qui semper sumus in motu: Iustitia in Deo est obseruatio ordinationis æternæ in diuinis operibus. Secundò, hæ virtutes possunt considerari vt virtutes reperiũtur in hominibus secundùm earũ proprias rationes, & sic dicuntur politicæ, quia homo est politicũ animal. Tertiò, vt per eas studio auctas potest homo perfecto modo quodã imitari diuinã perfectionem, vt prudentia humana oĩa præ diuinis despiciat, & animam ad diuina sola dirigat: Temperantia renunciet, prout humana natura fert, ijs rebus, q̃ ad corporis vsum pertinẽt. Fortitudine animo sic infracto sit vt non terreatur etiam morte, quia accedat proximè, q̃ fieri potest, ad perfectionem diuinæ vitæ: Iustitia sic sit affectus, vt omnes animæ vires consentiant in id propositum accedendi ad diuinã perfectionẽ, quatenus fieri possit, & sic dicuntur purgatoriæ. Quartò, considerantur, vt obtinere solent summum perfectionis gradũ in beatis, & alijs viris pfectissimis, vt prudentia diuina sola intueatur, nec multũ occupetur in inspicientia rerum humanarum. Temperantia cupiditates terrenas nesciat: Fortitudo passiones ignoret: Iustitia cum diuina mẽte perpetuò fœdere societur eam imitando, quæ dicuntur virtutes animi purgati: vt dicit hic Valentia. post D. Thom.

SVMMARIVM.

1 Virtutes aliquæ Theologicæ sunt.
2 Virtutes Theologicæ differũt à moralibus, & intellectualibus.
3 Virtutes Theologicæ tres sunt: Fides, spes, & charitas.
4 Fides an sit prior spe, vel charitate, & vt charitas prior.

De virtutibus Theologicis infusis. *Cap. VIII.*

D. Tho. 1. 2. q. 62.

PRima propositio. Aliquæ virtutes Theologicæ sunt.

1 Virtutes aliq̃ Theologicę sũt

Ratio, quia per virtutes homo perficitur ad actus, quibus in beatitudine ordinatur, sup. q. 3. art. 5. q. 55. ar. 1. sed fœlicitas hominis duplex est, vna proportionata naturæ suæ, ad quã homo peruenire potest per principia naturæ suæ, alia hominis naturam excedens, ad quã homo sola diuina virtute peruenire potest, secundùm quandã diuinitatis participationem, & quia huiusmodi beatitudo excedit proportionẽ humanæ naturæ, principia naturalia hoĩs ex quibus procedit ad benè agendũ secũdùm suam proportionem non sufficiũt ad ordinandum hominẽ in beatitudinem p̃dictam: vnde oportet, q superaddantur homini aliqua principia diuinitus per quæ ita ordinetur ad beatitudinem supernaturalem, sicut per principia naturalia ordinatur ad finem connaturalẽ, non tñ sine diuino adiutorio, & huiusmodi principia dicuntur virtutes Theologicæ, tum quia habẽt Deum pro obiecto, tũ quia à solo Deo nobis infunduntur, tũ quia sola diuina reuelatione in sacra scriptura hmõi virtutes traduntur. Præterea homo eget auxilio Dei supernaturali ad credendum, sperandum, & amandum, vt oportet. Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. 1. Corin. 12. Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. & 2. Cor. 3. & diffinitur in Conc. Arausic. Mileuit. & Afric. gratiã Dei esse necessariã ad credendũ, amandum, & sperandum, & non vt facilius id fiat, id haberi non potest de lege, sine his virtutibus, ergo, licet non negetur Deum posse sine habitibus infusis de potentia absoluta mouere hominem ad amandum, credendum, & sperãdum, de lege tamen ordinaria ad prædicta sunt necessariæ, & non solùm in generali, sed etiam ad singulos actus credendi, amandi, &c. quia gratia Dei ad singulos actus est necessaria, ex Cœlestino epist. ad omnes episcopos Galliæ. cap. 8. & 9. Conc. Arausicano. cap. 9. & 20 August. in epist. ad Vitalem Cartaginensem. c. vlt. & lib. de natura, & gratia. cap. 26. & lib. contra Cœlestinum, cap. decimoquinto: vt dicit hic Medina, ergo opus est his virtutibus infusis Theologicis,

cum aliæ etiam sint infusæ .s. morales, quædam enim virtutes immediatè respiciunt finem vltimum.s.Deum, vt est verax,& sic est fides,vel vt est beatitudo nostra, & sic est spes, vel vt summũ bonum,& sic est charitas,quibus virtutib. totius religionis summa continetur: vt d.Aug.lib.1.de doctr.Chr.c.37.38.39.40.& in Enchir.c.4.& Greg.lib.1.Mor.c.28. Aliæ verò infusæ versantur circa media, quibus finem supernaturalem adipiscimur, quę tot sunt quot morales acquisitæ, & error grauissimus est negare virtutes morales infusas, maius verò negare Theologicas, & suspitio de hæresi,vt d.hic Medina, & Valentia.

2 Virtutes Theologicę differũt à moralibus,& intellectualibus.

Secunda propositio. Virtutes Theologicæ differunt à moralibus,& intellectualibus; probatur,nam ꝙ est supra naturã hominis distinguitur ab eo ꝙ est secundùm naturã, tales sunt istæ, ergo.

Præterea, nam habitus specie distinguũtur secũdùm formalem differentiã obiectorum,supra q.54.art.1. sed obiectum virtutum Theologicarum est ipse Deus, qui est vltimus rerum finis, prout nostræ rationis cognitionẽ excedit, obiectum autem virtutum intellectualium,& moralium est aliquid quòd humana ratione comprehendi potest; vnde virtutes Theologicæ specie distinguuntur à prædictis. Nec solùm virtutes Theologicæ differunt à moralibus, sed etiam à virtute acquisita de misterijs nostræ religionis, vt si hæreticus fide acquisita credit Deum esse Trinum, vel Christum adesse in Eucharistia,&c. quia vt sit virtus Theologica oportet vt versetur erga Deum, non vtcunque, sed vt est obiectum supernaturale. Secundò, oportet vt virtus, quæ producit illũ effectum sit supernaturalis, cum enim effectus sit supernaturalis, ergo & causa,tertiò,oportet,vt sit diuinitus infusa, quartò, quòd regula huius virtutis sit simpliciter diuina, & supernaturalis, quæ ratione humana comprehendi nõ possit. Et sic patet differre virtutem supernaturalem Theologicã ab acquisita,quia primæ obiectum materiale, & formale est supernaturale ratione humana non comprehensibile: secundæ, naturale, ꝙ ratione humana comprehendi potest. Secundò,Christianus prima credit misterijs diuinis, quia Deus reuelauit: secundo modo hæreticus ob authoritatẽ sui prçceptoris Lutheri &c. vel ob suam opinationem;præterea prima attingit efficaciter finem supernaturalem:secunda non, quia imperfectè amat Deũ, cum careat charitate infusa, vlterius prima innititᵘ infallibili fundamento primæ veritatis reuelantis,secũda fallibili,ꝙ fallere, vel decipi potest, nec hæreticus fide acquisita credit ea firmitate,qua Christianus credit,& sperat vt d.hic Medina,& hi actus fidei infusæ, & acquisitæ, vel aliarum virtutũ Theologicarũ, differunt ab actibus acquisitis, differunt & in genere moris, quia nil prodest hæretico sic credere, sed etiam probabiliter in genere naturæ secundùm substãtiam,quia alij procedunt supernaturaliter, alij naturaliter, vt ibi dicit.

Tertia propositio. Conuenienter ponuntur tres virtutes Theologicæ fides, spes, & charitas;probatur 1.Cor.13. & ex testimonijs supra citat. 3 Virtutes Theologicæ tres sũt: fides, spes, & charitas.

Ratio,quia per eas homo dirigitur in finem supernaturalem, sicut per naturalem inclinationem dirigitur in finẽ sibi connaturalem, ꝙ contingit secundùm duo, primò secundùm rationem, vel intellectum, quatenus contingit prima principia vniuersalia cognita nobis per naturalem lumen intellectus ex quibus procedit ratio tam in speculandis,quàm in agẽdis. Secundò,per rectitudinem voluntatis naturaliter tendentis in bonum rationis,quæ duo deficiũt ab ordine beatitudinis supernaturalis. 1.Cor.2.oculus nõ vidit,vnde oportuit, quò ad vtrunque quod aliquid homini superadderetur ad ordinandum ipsum in finem supernaturalẽ, & primò, quò ad intellectum adduntur homini quædam principia supernaturalia, quæ diuino lumine capiuntur, & hæc sunt credibilia, de quibus est fides. Secundò,est voluntas, quæ ordinatur in illum finẽ, & quantũ ad motum intentionis in ipsum tendentẽ,prout possibile est consequi quod pertinet ad spem, & quò ad

vnionem

vnionem quãdam spiritualem per quã trãsformamur quodammodo in illum finem, ꝙ fit per charitatem, quia appetitus cuiusq; rei naturaliter tẽdit in finem sibi connaturalem, qui motus prouenit ex quadam conformitate rei ad suum finẽ. Et ꝙ hæ virtutes inter se distinguantur, patet loco cit. vbi Apost. d. si fide trãsferat montes, charitate verò careat, nil sibi prodesse. & Mat. 7. vbi nõ sufficit in nomine dñi prophetasse sine charitate. Præterea fides respicit Deum, vt est prima veritas, quæ nec falli, nec fallere potest; spes, vt est bonum nostrũ proprium expectando ab illo propriam beatitudinẽ, secundùm ꝙ est amor concupiscentiæ, vt d. hic Medina; charitas, vt est bonum simpliciter in se, & infinitum etiam si nil ab eo speraretur, & sic amor amicitiæ ibi adest, quia diligitur propter se sine aliquo respectu diligentis. Vel differũt, vt alio modo supra expositum est.

4 Quarta propositio. Ordine creationis fides est prior spe, & spes charitate; ordine verò perfectionis charitas est prior fide, & spe; prima pars probatur, nam non potest quis diligere, quòd esse non credit: vt d. Aug. lib. 1. de doct. Chr. c. 37. & 38. vbi d. si credẽdo diligimus, quod nondum videmus, quantò magis cũ videre cœperimus? &c. secunda pars probatur 1. Cor. 13. maior autem horũ est charitas. & Col. 3. super omnia hæc charitatem habete, quòd est vinculum perfectionis, quo verò ad executionem simul sunt, quia simul infunduntur.

Fides â sic prior spe, vel charitate, & vt charitas prior ijs.

Ratio, nam ordine generationis, materia est prior forma, imperfectũ perfecto, sic fides spem, spes charitatẽ, secundùm actus, quia habitus simul infundũtur, quia motus appetitiuus non potest tendere in aliquid sperando, vel amando, nisi quòd est apprehẽsum sensu, vel intellectu; fides verò apprehendit intellectu quæ sperat, & amat, & sic fides alias p̃cedit via generationis; similiter quis amat aliquid ꝙ apprehendit, vt bonum suũ, sed ex quo quis sperat ab aliquo se bonum cõsequi posse, reputat ipsum in quo spem habet quodã bonum suum, vnde ex hoc ipso quod homo sperat de aliquo procedit ad amandum ipsum, & cũ ordine cognitionis secũdùm actus, spes p̃cedit charitatem: ordine verò perfectionis charitas præcedet alias, quia tam fides, quàm spes per charitatẽ formatur, & perfectionẽ virtutis acquirit, sic enim charitas est omnium virtutum mater, & radix, quatenus oĩum est forma. Et ꝙ dictum est has virtutes simul infundi intelligit᷑ per se, & ex natura horum habituũ, quia per accidens ob aliquod impedimentũ ex parte subiecti. s. hominis euenire potest, vt simul non infundantur, nec simul maneãt in eodem homine, vt si adultus baptizet᷑, cum habet affectum ad aliquod peccatum mortale, tunc enim infunditur fides, & spes sine charitate. Vel cũ is qui per baptismum est assecutus fidẽ, spem, & charitatẽ, amittit charitatem per peccatum mortale, sed nõ fidem, vel spem: vt d. hic Valentia. ex se tamen oẽs istæ tres virtutes simul infundũtur, vt habetur in cap. maiores. de bapt. quem enim Deus sanat perfectè sanat. Io. 5. & 9. Et ꝙ d. D. Th. ꝙ charitas est forma fidei, & aliarũ virtutũ, intellegitur quò ad hoc vt sint virtutes diuinæ, & euãgelicæ relatę in Deum summe dilectum, aliàs. n. est vera fides etiã sine charitate, ex Concil Trid. sess. 6. c. 15. & can. 28. sed est fides informis. 1. Cor. 13. 1. Tim. cap. vlt. vt benè explicat hic Medina.

SVMMARIVM.

1 Virtus an insit nobis à natura.
2 Virtutes quomodo acquirantur.
3 Virtutes morales aliquãdo sunt in nobis per infusionem.
4 Virtus acquisita non est eiusdẽ speciei cum virtute infusa.

De causa virtutum. Cap. IX.

Prima propositio. Virtus est in nobis à natura secundùm inchoationem, & aptitudinẽ, non autem secundùm perfectionem, quia aptitudo est in nobis naturalis ex natura speciei, vel indiuidui naturalis, & virtutes partim

D. Tho. 1. 2. q. 63.

1 Virtus an insit nobis à natura.

in nobis sunt à natura, partim ex labore comparantur. Virtutes tamen Theologicæ totaliter sunt ab extrinseco; ꝓbatur 2. Eth. cap. 1. vbi Philosophus sub initium d. Cum idonei ad virtutes suscipiẽdas natura simus assuetione perficimur. & Ps. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui. i. quò ad virtutũ, & diuinæ cognitionis participationem, vt ibi exponunt Doctores: & Io. 1. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem: & id ꝓbat Aug. in Ps. 57. in princ. & Hier. in Es. c. 24. ꝙ verò in nobis nõ sint à natura secũdùm perfectionẽ; probatur 2. Eth. c. 1. nam inclinatio naturalis est ea quæ nulla cõsuetudine potest opprimi, sed huiusmodi inclinationes ad operandum promptè, rectè, & cũ delectatione circa quędam obiecta, cõtraria consuetudine, & actionibus vincunt, & opprimuntur, vt experiẽtia patet, qua aliqui assuescunt vitijs ita, vt minus delectabiliter, & promptè exerceant virtutes contrarias, ergo, cũ alioqui si esset naturalis oĩno illa inclinatio non posset mutari, vt lapis nũquam mutat inclinationem tendẽdi deorsum, vt ibi d. Philosophus. De virtutibus verò infusis certum est, ꝙ veniunt ab extrinseco, vt infra dicetur.

Ratio, aliquid enim dicitur naturale alicui, vel ex natura speciei, vel indiuidui, & quia quodlibet habet speciem secundùm suam formam, sed indiuiduatur secundùm materiam: forma verò hominis est anima, materia corpus, ideò quod conuenit homini secundùm animam rationalem, conuenit ei secundùm rationẽ speciei naturaliter: ꝙ verò ei est naturale secundùm determinatam corporis complexionem est ei naturale secundùm naturam indiuidui, quia quod est naturale homini secundùm corpus, secundùm speciem refertur ad animam, quatenus scilicet tale corpus, tali animæ est proportionatũ, & vtroq; modo virtus est homini naturalis secundùm quandam inchoationẽ, secundùm naturam speciei, prout in homine sunt secũdùm rationem quædam principia naturaliter cognita tam scibilium, quàm agẽdorum, quæ sunt quædam seminaria intellectualium virtutum, & moralium, & quatenus in voluntate inest quidã naturalis appetitus boni, quod est secundùm rationem: secundùm naturã indiuidui: quatenus secundùm corporis dispositionẽ, aliqui sunt dispositi melius, vel peius ad quasdam virtutes, prout scilicet vires sensitiuæ aliquæ sunt actus quarundam partium corporis ex quarum dispositione adiuuantur, vel impediuntur huiusmodi vires in suis actib. & sic vires rationales, quibus huiusmodi sensitiuę vires deseruiunt, & hoc modo vnus homo habet naturalem aptitudinem ad scientiam, alius ad fortitudinem, vel temperantiã, & hoc modo virtutes, & scientiæ insunt nobis naturaliter secundùm inchoationem, non autem perfectionem, quia natura determinatur ad vnũ, consummatio verò huiusmodi virtutum nõ est secundùm vnum modum actionis, sed diuersè secundũ diuersas materias, in quibus virtutes operantur, & secundùm diuersas circunstantias, in his verò non enumerantur virtutes Theologicæ, quæ omnino sunt ab extrinseco, & cum sint donum supernaturale ad eas homo naturalem inclinationem habere non potest, cum natura supra naturalia nequaquã feratur, & huiusmodi virtutes gratia Spiritus sancti diuidit cuique prout vult. 1. Cor. 12. ergo & secundùm propriam cuiuscunq; dispositionem, & cooperationem. sess. 6. in Tr. Conc. c. 7. nec in nobis est aliqua potentia naturalis, aut aptitudo ad eas, nec possunt esse cõnaturales vlli creaturæ, vt d. hic Medi. verum est tamen oportere concurrere nostram cooperationem, dum diuinæ inspirationi assentimur, & eam recipimus, & fidem ex auditu concipientes liberè mouemur in Deum credentes vera esse quæ diuinitus reuelata sunt. dicta sess. 6. c. 5. & 6. & can. 4.

Secunda propositio. Virtutes q̃ sunt secundùm rationem naturalẽ, & facultatem hominis acquiruntur exercitio operum, quæ verò ordinãtur ad finem supernaturalem, ex infusione Dei sunt, probatur ex Dion. 4. c. de diuin. nom. 2 Virtutes quomodo acquirant

Ratio, nam virtus hominis perficit eum in bono, sed ratio boni consistit in modo,

modo, spécie, & ordine, secúdùm Aug. vel in numero, põdere, & mensura 11. Sap. ergo oportet, ꝙ bonũ hominis secundùm aliquam regulã considéretur, q̃ duplex est .s.ratio humana, & lex diuina, & quia lex diuina est superior regula, ideò ad plura se extẽdit, sic quòd id quòd regulatur ratione humana, regulatur etiã lege diuina, sed non èconuerso, virtus ergo hominis ordinata ad bonum secundùm regulam rationis humanę potest ex actibus humanis causari, quatenus huiusmodi actus procedunt à ratione, sub cuius potestate, & regula huiusmodi bonum consistit: virtus verò ordinãs hominem ad bonũ secundùm ꝙ modificatur per legem diuinam, & nõ per rationem humanam, non potest causari per actus humanos, quorum principium est ratio, sed causatur in nobis solùm per operationem diuinam: vnde dicitur in diffinitione, quã Deus ĩ nobis sine nobis operatur, & ex huiusmodi virtute, etiam ratio procedit; licet autẽ fides, & spes manere possint in peccatore secundùm veram rationem habitus infusi, vt determinatur in Conc. Trid. sess. 6. de iustific. cap. 15. quolibet peccato mortali amitti gratiam, sed non fidem, secus tamen est in ratione virtutis, quia virtus infusa sequitur ex gratia infusa: vnde ex parte principij peccatum mortale non stat simul cũ virtute infusa, quæ est gratia, & ideò vt homo per peccatum mortale amittit gratiam, non quia effectiuè corrumpat gratiam, sed demeritoriè, ita etiam amittit omnes habitus virtutum infusarum quantum est ex parte peccati demeritorij, quia sic meretur homo quòd Deus ab illo auferat omnes habitus infusos etiã fidei, & spei, nisi Deus sua misericordia voluisset seruare in homine habitum fidei, & spei infusę, vt facilius conuertatur, non negando tamen quin habitus fidei infusæ et in peccatore maneat, & infundatur.

3 Virtutes aliq̃ morales ĩ nobis sunt ꝑ infusionẽ.

Tertia propositio. Aliquæ virtutes morales in nobis sunt per infusionem diuinam, ita vt per solam diuinam infusionẽ haberi possint, nec acquiri nostris actibus, cum aliàs certum sit virtutes morales q̃ studio acquiri possuntq̃. à Deo etiã infundi valeãt: probatur, nã in scripturis habetur mẽtem hominis, quam Deus inhabitat ornari virtutib. vnde & dicitur Deus virtutũ Ps. 23. Dominus virtutũ ipse est Deus. Ps. 45. 79. Sap. 7. Venerunt oĩa bona mihi pariter cum illa. Gal. 3. Col. 1. & Patres dicunt hoĩem in Dei gratia cõstitutum ornari omnibus virtutib. Amb. in Exam. lib. 6. c. 7. d. illa anima à Deo pingitur, quæ habet in se virtutum gratiã renitẽtem. Hier. præfat. in lament. Hier. Aug. tr. 8. in ep. 1. Ioan. Greg. homil. 7. in Ezech.

Ratio, nam oportet effectus suis causis, & principijs esse proportionatos, sed omnes virtutes morales, & intellectuales, quę ex nostris actibus acquirũtur, procedunt ex quibusdam naturalibus principijs in nobis præexistentibus supra art. 1. loco quorum naturalium principiorum conferuntur nobis à Deo virtutes Theologicæ, quib⁹ ordinamur ad finem supra naturalem supra q. 62. art. 1. vnde oportet, ꝙ his etiam virtutibus Theologicis proportionaliter respõdeant alij habitus diuinitus causati in nobis qui ita se habeãt ad virtutes Theologicas, sicut se habẽt virtutes morales, intellectualesq́; ad principia naturalia virtutum. Præterea sicut forma naturalis præbet homini esse naturale, sic gratia diuina eum constituit in esse supernaturali, & diuino, quo fit particeps diuinæ naturæ. 2. Pet. 2. & fit noua creatura. 2. Cor. 5 Gal. 6. Ioan. 3. Sed vt homo sit rectè dispositus naturaliter circa vltimum finem, qui est beatitudo, oportet vt adiuuetᷣ synderesi, & appetitu naturali fœlicitatis, & circa media per alias virtutes, ergo vt perficiatᷣ supernaturaliter, debet non modo perpoliri virtutibus Theologicis circa finẽ supernaturalem, sed etiã virtutibus moralibus circa alias materias, prout conducunt ad finem supernaturalẽ. Pręterea materia temperantiæ, & aliarũ virtutum moralium, vt põt diuinę regulæ conformari, & sic conducere ad finẽ supernaturalem, habet peculiarẽ rõnem obiecti formaliter distinctã ab obiecto harũ virtutum, vt cõformanᷣ regulæ rectæ rõnis,

& acquiritur actibus nostris, ergo assignandæ sunt huiusmodi virtutes infusæ, quæ circa illam peculiarem rationem obiecti formalem versentur, verbi gratia. Temperantia acquisita versatur in materia delectabili, prout est conformis regulæ rationis humanæ, & etiam regulæ diuinæ, vt Deus est author naturæ. Temperantia verò infusa versatur in materia delectabili, prout conuenit ad assequendam beatitudinem supernaturalem, & sic est conformis regulæ diuinæ, quæ nobis per fidem manifestatur, & continetur dictamine rationis diuinæ, prout Deus est author supernaturalis, vt cum corpus castigatur spe gloriæ cœlestis consequendæ: vt d. hic Valentia post Caiet. præterea, temperãtia acquisita eligit tẽperatè comedere ad tuendã sanitatem, infusa vt corpus subdatur spiritui ob regnum cœlorum: sic alia ratione sunt fortes philosophi, alia Christiani: vt d. Cipr. serm. de cœna domini, non terreant crucifixi hæredes mortis supplicia, sed potius pascant, & per virtutes acquisitas homo operatur, vt homo huius seculi, per infusas, vt filius alterius seculi, & ideò sæpè eius actus videntur stultitia seculo, quæ stultitia est propter Christum. 2. Cor. 11. vt abijcere temporalia, amare se contemni propter Christum, & huiusmodi; pœnitentia etiam est virtus moralis, & tamen sine diuina infusione, & auxilio haberi non potest, probabile est etiã sapientiam esse virtutem infusam. Iac. 1. qui indiget sapientia, postulet à Deo: & religio. Rom. 8. & continentia. Sap. 8. nemo potest esse continens, nisi tu dederis, & probabile est etiam temperantiam, & fortitudinẽ infusam esse in voluntate, & non in appetitu sensitiuo, vt d. hic Medina.

4 Quarta propositio. Virtus acquisita non est eiusdẽ speciei cũ virtute infusa.

Virtus acquisita nõ est eiusdẽ speciei cũ virtute infusa.

Ratio, nam habitus specie dupliciter distinguitur: primò, secũdùm speciales, & formales rationes obiectorum supra q. 54. art. 2. quia obiectũ cuiuslibet virtutis est bonũ consideratum in materia propria, vt obiectũ tẽperantiæ est bonũ delectabiliũ in concupiscentijs tactus, cuius obiecti formalis ratio est à ratione, quæ instituit modum in his cõcupiscentijs; materiale est id ꝙ est ex parte concupiscentiarum, sed clarum est ꝙ alterius rationis est modus, qui imponitur in huiusmodi concupiscentijs secundùm regulam rationis humanæ, & secundùm regulam diuinam, vt in sumptione ciborũ ratione humana modus imponitur, vt non noceat valetudini corporis, nec impediat rationis actum, sed secundùm regulam diuinam requiritur ꝙ homo castiget corpus suũ, & in seruitutem redigat per abstinentiam cibi, potus, & huiusmodi. Vnde patet ꝙ tẽperantia infusa, & acquisita differunt specie, & sic de alijs virtutibus. Secundo modo habitus distinguitur specie secundùm ea, ad quæ ordinatur, quia non est eadẽ sanitas hominis, & equi ob diuersas naturas, ad quas ordinantur, & etiã sunt diuersæ virtutes ciuium secũdùm ꝙ benè se habent ad diuersas politias, 3. Polit. c. 3. & hoc etiam modo differũt specie virtutes morales infusę, per quas homines benè se habent in hoc ꝙ sunt ciues sanctorum, & domestici Dei, & aliæ virtutes acquisitæ secundùm quas homo benè se habet ad res humanas.

An verò id fit per actus elicitos à virtutib. infusis, non solùm per modũ meriti, sed etiã vt à causa efficiente. Medina hic d. primò non esse errorem asserere hominem efficienter concurrere mediantibus actibus liberi arbitrij ad gratiam, & virtutes producendas, & augendas, quia in Conc. Tr. sess. 6. c. 5. habet hominem iustificari assentiendo liberè gratiæ Dei mouentis, & sic aliquid agere hominem recipiendo diuinam inspirationem per liberum arbitrij consensum, nec merè passiuè se habere ad iustificationem, sed oportere, vt homo se disponat per liberum arbitrium ad gratiam suscipiendam, vt diffinitur can. 4. eiusdem sessionis, non potest tamẽ sine temeritate asseri nos concurrere efficienter ad productionem virtutum super naturalium, quia virtus huiusmodi infunditur in nobis sine nobis, ex diffinitione Aug. supra relata, non est tamen temerarium dicere augmẽtum harum

virtutum esse à nobis; & per diuinã potentiam actus humani assumi possunt, vt instrumenta effectiua gratiæ virtutũ & augmenti ipsarum, id tamẽ de facto Deus vniuersaliter non assumit, vt etiã vel Angelus non potest esse causa principalis effectiua gratię, & virtutum, nec concurrere ad augmentum gratiæ, & virtutum, vt causa principalis, vt d. Medina. Et licet virtutes morales eædem sint quò ad habentem, variantur tamen in ordine ad diuersas politias, vt & alia est ars gubernãdi nauem, alia ciuitatẽ.

SVMMARIVM.

1 Virtutes sunt in medio.
2 Virtutis moralis mediũ est mediũ rationis, & quomodo, dempta iustitia vbi est medium rei etiam.
3 Virtutis intellectualis speculatiuæ medium in quo consistat, & in quo practicæ.
4 Virtutes Theologicæ an habeant medium, & quomodo.

De medio virtutum. Cap. X.

D.Tho.1.2,q.64. 1 Virtutes sunt ĩ medio.

PRima propositio. Virtutes morales, & omnes etiam in medio versan͂t; probatur 2. Eth. c.6. Dicuntur verò versari in medio, quatenus attingunt obiectum suum, ita conuenienter regulæ rectitudinis suæ, vt nec illam excedant, nec ab ea deficiant, & ꝙ omnes generaliter virtutes consistant in medio; probatur Deut.5. non declinabitis, neque ad dexteram, neq; ad sinistram, & idem Prou.4. Is.30. Rom.12. Ex patrib. idem Niss. hom.8. in Cant. Naz. oratione de seipso, vbi d. citra, vel vltra Dei mandatum sagittam non mittendam, vt virtutis scopus tangatur. Amb. lib.1. de offic. c.46. Isid. lib.2. de summo bono c.3. Idem philosophus 2. Eth. c.7. Plut. lib. de lib. educ.

Ratio, nam virtus de sui natura ordinat hominem ad bonum, moralis verò virtus propriè est perfectiua appetitiuæ partis animæ circa aliquam determinatam materiam, mensura verò, & regula appetitiui motus circa appetibilia est ipsa ratio, bonum verò cuiusq; in hoc debet mensurari quòd cõformetur suæ regulæ velut bonum in artificiatis est, vt sequatur regulam artis, malũ verò per cõsequens est ex eo, ꝙ discordat à sua regula, vel mensura, ꝙ contingit, vel quia excedit mensuram, vel deficit ab ea, vt patet in omnibus mensuratis, & sic virtutis moralis bonũ consistit in adæquatione ad mẽsuram rationis, sed inter excessum, & defectum mediũ est æqualitas, & sic virtus moralis in medio consistit. Præterea idem probatur per virtutes discurrẽdo: primò enim virtutum intellectualium regula, quatenus ferunt iudicium de re, est res ipsa cognita, à qua regula deficitur cum aliquid de ipsa re non iudicatur, ꝙ esset iudicandum, exceditur verò cum aliquid de re iudicatur, ꝙ non congruit ei, & tunc tangit verum virtus intellectualis cum apprehendit rem sicuti est; prudentiæ regula, prout hæc virtus vltra iudicium habet etiam imperium appetitus recti exceditur, cum ratio dictat esse agendum, ꝙ agendum non est, deficitur verò ab ea, cum ratio non imperat id ꝙ esset imperandũ, vt appetitui recto conforme, & versatur in medio, cũ conformatur suæ regulæ. Artis medium est, cũ veritas illius conformatur appetitui recto secundùm artem, vt suæ regulæ, excedit cum efficit aliquid dissonũ à determinatione appetitus secundùm artẽ, deficit cum non efficit id ꝙ secundùm determinationem appetitus secundùm artem est cõstitutum. Regula virtutum moralium est rectum prudentiæ, quæ exceditur cum materia moralis vsurpatur, vt non debet, vel quò ad obiectum, vel aliquã circunstantiã, vt quid, quantum, quomodo, &c. deficitur verò, cum materia moralis non vsurpat͂, vt debet, & ideò in hominib⁹, vt in pluribus, malum contingit, quia bona sensus magis alliciunt, & afferunt voluptatem præsentem, & voluptas nobiscum crescit: vt d. hic Medi. licet contrariũ esset fiendũ.

2 Virtutis moralis mediũ, est

Secunda propositio. Medium virtutis moralis, est medium rationis causaliter, & effectiuè, quatenus hoc mediũ præ-

mediũ rationis.

præscribitur à ratione, & non essentialiter quasi actus rationis ad mediũ reducatur, in iustitia tamen medium est medium rei, & rationis, in virtutibus, quæ ponuntur verò in appetitu sensitiuo medium est medium rationis ad passiones moderandas, probatur 2. Ethicorum cap.6.

Ratio, nam medium rationis dupliciter intelligitur: primò, secundùm ꝙ medium in ipso actu rationis existit, quasi ipse actus rationis ad medium reducatur, & sic quia virtus moralis non perficit actum rationis, sed appetitiuæ partis, medium virtutis moralis non est medium rationis. Secundò, medium rationis dicitur id, ꝙ sumitur à ratione in aliqua materia, & sic omne medium virtutis moralis est medium rationis, quia virtus moralis consistit in medio per conformitatem ad rationem rectã, quandoq; tamen contingit ꝙ medium rationis est medium rei ẽt, & tunc oportet, ꝙ virtutis moralis medium sit etiã medium rei, vt est in iustitia, quandoq; medium rationis non est medium rei, sed accipitur per comparationẽ ad nos, & sic est medium in omnibus alijs virtutibus moralibus, quia iustitia est circa operationes, quæ consistunt in rebus exterioribus, in quibus rectum institui debet simpliciter, & secundùm se, supra q.60.art.2. ideò medium rationis in iustitia, est idẽ ꝙ mediũ rei, quatenus iustitia dat cuilibet ꝙ debet, nec plus, vel minus. Aliæ verò virtutes morales consistunt circa passiones interiores in quibus rectum non potest institui eodẽ modo, quia homines diuersè se habent ad passiones, ideò oportet ꝙ rectitudo rationis in passionibus instituatur per respectũ ad nos, qui afficimur secundùm passiones. Et ita aliter est mediũ in virtutibus, quæ versantur circa passiones, quia in his medium attenditur in recta habitudine ad ipsum operantem, vt & rectitudo virtutum circa passiones consistit in habitudine, & commensuratione quadam ad ipsum operantem, quòd dicitur medium rationis, quia ratio dictat & præcipit quando, quomodo, & quantum & c. sit agendum, tametsi etiã medium in huiusmodi passionibus consistat in rebus quandoque vt temperantiæ in cibo, &c. non tamen dicitur medium rei, quia non præscribitur, nec cognoscitur præcisè ex conditione, vel qualitate rei, quæ vsurpatur, sed ex habitudine eius ad operantem, consideratis varijs circunstantijs, quòd mediũ etiam variari potest, vt libra panis, vt seruetur temperantia, multum erit vni, & parum alteri ex varietate qualitatis personarum. Medium verò iustitiæ, & sic virtutum circa operationes, est medium rei, & rationis, quia in ea oportet, vt res data rei acceptæ æquetur, & hoc medium est indiuisibile per commensurationem rei vnius ad rem alterius, & determinatum à natura, vt si quis debet centum, totidem debet restituere, sic tamen, vt & ibi sit medium rationis, idest consentaneum rectæ rationi, si enim restituatur alicui debitũ, iuncta circunstantia praua, seruatur æqualitas iustitiæ, sed non prudentia, vel alia virtus.

3 Virtutis intellectualis speculatiuæ mediũ, ĩ quo consistat, & in quo practicæ.

Tertia propositio. Medium virtutis intellectualis speculatiuæ consistit in cõformitate intellectus ad rem ipsam, medium virtutis intellectualis practicæ, vt est prudentia, si consideretur, vt est habitus cognoscitiuus, idem est, si verò practicè, vt ducit ad studiosam operationem, nõ sumitur ex rebus ipsis, imò ipsum iudicium practicum est regula operationis studiosæ, ad quam studiosa operatio dirigitur, & regulatur; probatur 2.Eth. c.3. & 4.

Ratio, nam bonum alicuius rei consistit in medio secundùm ꝙ conformatur regulæ, quam contingit excedere, vel ab ea deficere supra art.1. sed virtus intellectualis ordinatur ad bonum, vt & moralis, supra quæst.56. art.3. vnde sicut bonũ virtutis intellectualis se habet ad mensuram, sic se habet ad medij rationem: bonum verò intellectiuæ virtutis est verũ absolutè in speculatiua, practicè secundùm conformitatem ad appetitum rectum.6.Eth. sed verum intellectus nostri absolutè consideratum est, vt mensuratũ à re, quia res est mensura intellectus nostri. 10. Metaph. quia

ex quo res est vel non, veritas est in opinione, & ratione, & medium intellectualis virtutis consistit in medio per cõformitatem ad rem, secundùm quòd dicit esse ꝙ est, & èconuerso excessus est secundùm affirmationem falsam, qua dicitur esse ꝙ non est: defectus accipitur secundùm negationem falsam, per quam dicitur non esse ꝙ est: sed verum virtutis intellectualis practicæ comparatum ad rem habet rationem mensurati, & sic eo modo accipitur medium per conformitatem ad rem in virtutib. practicis, vt in speculatiuis, sed respectu appetitus habet rationẽ regulæ, & mensuræ: vnde idem medium quòd est virtutis moralis est etiã prudentię, scilicet rectitudo rationis, sed prudentiæ est id medium, vt regulantis, & mensurantis, virtutis moralis, vt mensuratæ, & regulatæ, & sic excessus, & defectus accipitur diuersè vtrobique.

4 Quarta propositio. Virtutes Theologicæ si considerentur in ordine ad suam regulam infinitam, & increatam non habent medium, nec in eo consistunt: in ordine verò ad nos habent medium.

Virtutes Theologicę an habeant medium, & quomodo

Ratio, nam medium virtutis accipitur per cõformitatem ad suam regulã, vt supra, sed virtutis Theologicæ duplex accipi potest mensura: primò, secundùm rationem virtutis, & sic mensura eius est Deus, quia fides nostra regulatur secundùm veritatem diuinam: charitas, secũdùm bonitatem eius: spes, secundùm magnitudinem omnipotentiæ, & pietatis eius, & hæc mẽsura excedit omnem facultatem humanam: vnde nemo potest diligere Deum, vt debet, nec ita credere, vel sperare in ipsum, vt debet: & sic ibi non est excessus, ideò bonum huius virtutis non consistit in medio, sed eo melior est quo accedit ad summũ. Alia regula, vel mensura virtutis Theologicæ est ex parte nostra, qui & si non possumus ferri in Deum quantum debemus, debemus tamen ferri in ipsum, credendo, sperando, & amando secundùm mensuram nostræ conditionis: vnde per accidens potest in virtute Theologica considerari medium, & extrema ex parte nostra, vt patet de spe existente inter præsumptionem, & desperationem. Et ita in virtutibus Theologicis duplex regula consideratur: prima, obiectum earum qui est Deus, prout quæq; harum pro ratione sua attingit ipsum conuenienter, & hæc regula nunquam exceditur, nemo enim vnquam nimis credit, vel amat Deum: vt dicit Ecclesi. 43. benedicentes exaltate illum quantum potestis, maior enim est omni laude, & Bernar. lib. de diligendo Deo, in principio, inquit, modus diligendi Deum est sine modo diligere. Secunda regula est dictamen sapientiæ diuinæ, quo attenta conditione nostra, ac omnibus circunstantijs, definitur quid, & quantum credendum, sperandum, & diligendum sit, & sic nõ receditur à medio, & ita hæ virtutes habent mediũ, vt fides, cum nec leuiter credit, nec cum pertinacia negat quòd est credendum, nec minus, nec plus, quàm opus sit: receditur verò per defectum ab hac regula, vt credere personas diuinas non distingui proprietatibus, per excessum si credatur eas distingui essentia, in charitate deficitur, cum non diligitur Deus quãdo oportet, per excessum cum quis conatur diligere Deum, & is conatus ob aliquam circunstãtiam noceret valdè corpori, nec vrgeret aliquod præceptum diligendi Deum: vt dicit hic Valentia. Vel vt dicit hic Medina, virtutes Theologicę considerantur, vt & aliæ, vel secundùm limitationem suę essentię, & sic habent medium, quia consistunt in certo genere, & in certa specie, vel secundùm determinationem circunstantiarum, & sic etiam habent mediũ, quia operantur quando, & vt oportet iuxta regulas prudentię infusę, vel secundùm obiectũ, & sic non habent medium, rationibus de quibus supra: quo verò ad virtutes morales infusas, regula earum dimittitur eo ferè modo quo regula moralium acquisitarũ, quia vt acquisitarũ regula est dictamen rationis humanę, sic harum sapientię diuinę dictamẽ, quo pscribitur quomodo materię virtutum moralium sint sumendę

ad

ad consequendum finem supernaturalem, quæ regula exceditur, cum in materia morali sumitur ob finem, qui non debet, deficitur verò ab ea, si omittatur fieri ꝙ ob eum finem oportet, cum ipsa in medio consistat extrema vitando.

SVMMARIVM.

1 Virtutes morales imperfectæ non sunt connexæ simul, perfectæ sic.
2 Virtutes morales acquisitæ possunt esse sine charitate, infusæ non.
3 Charitas non potest esse sine alijs virtutibus.
3 Fides, & spes an possint esse sine charitate, charitas non potest esse sine fide, & spe.

De connexione virtutum. Cap. XI.

D.Tho. 1. 2. q. 65.

1 Virtutes morales imperfectæ non sunt connexæ, perfectę sic.

PRima propositio. Virtutes morales imperfectæ nõ sunt connexæ, quæ sunt inclinatio q̃dam ad bonũ faciendũ, perfectæ verò acquisitæ, quæ sunt habitus inclinantes ad bonum agendũ connexæ sunt, probatur primum, nam ex naturali complexione, vel assuetione aliquis est promptus ad opera liberalitatis, & non castitatis. Secundũ probatur ex Amb. lib. 1. de offic. c. 17. d. Cognatas sibi esse virtutes. & lib. 5. in Luc. in c. 6. connexas sibi esse virtutes. & August. lib. 6. de Trin. c. 4. d. virtutes, quæ sunt in animo nõ separari ab inuicem. idem ep. 28. asserens oĩbus Patribus id placere. Idem Hier. in ep. ad Fabiolam, circa mansionem. 38. Greg. lib. 1. Mor. c. 39 & lib. 22. c. 1. Arist. 6. Eth. c. 12. 13.

Ratio primi, nam aliquis ex naturali complexione, vel consuetudine est prõptus ad opera liberalitatis, & non castitatis, ergo non sunt connexæ.

Ratio secundi, prout virtus non solũ est inclinatio ad aliquid de genere boni faciendum, & sic imperfectè, sed etiã est habitus inclinãs ad bonum opus benè agendum, sic sunt connexæ, nam virtutes distinguũtur secundùm generales conditiones earum, vt ꝙ discretio pertineat ad prudentiam, rectitudo ad iustitiam, moderantia ad temperantiam, firmitas animi ad fortitudinem, in quacunque materia hæc considerentur, & similiter patet, eas esse annexas, quia firmitas non meretur laudari, vt virtus, si careat moderatione, vel rectitudo, discretione, & huiusmodi, nec prudentia vera est quæ iusta temperans, & fortis non sit, & sic de alijs: si verò virtutes distinguuntur secundùm materias, sic patet esse connexas. 6. Eth. c. vlt. quia nulla virtus moralis potest sine prudentia haberi supra q. 58. art. 4. quia virtutis moralis est facere electionem rectã, cum sit habitus electiuus, sed ad rectam electionem non solùm requiritur inclinatio in debitum finem, ꝙ est virtutis moralis, sed etiã ꝙ quis directè eligat ea, quæ sunt ad finem ꝙ fit per prudentiam, quæ est consiliatiua, iudicatiua, & præceptiua eorum, quæ sunt ad finem, sic nec prudẽtia põt esse sine virtutibus moralibus, cum sit recta ratio agibiliũ, quę velut ex principijs procedit & finibus agibilium, ad quos, quis rectè se habet per virtutes morales, ergo sunt connexæ, & in particulari temperantia inclinat ad tuendum bonum temperãtiæ quando oportet, id verò non potest effici sine alijs virtutib. vt mulier casta potest corrumpi pretio promissionib. minis, ergo vt seruet castitatem, oportet vt abijciat auaritiam, & timorem per liberalitatem, & fortitudinẽ; præterea prudentia est cũ omnibus virtutibus, quia prudens est vir bonus, bonus verò esse non potest, nisi præditus sit omnib. virtutibus moralibus, & perfecta prudentia requirit integrum iudiciũ de rebus agẽdis, ꝙ esse non posset, si desit aliqua virtus moralis, & aliqua passio perturbet, vnde prudentia non est iniusta, nõ timida, non intemperans, & sic de cæteris, ita vt virtus ob nullam difficultatẽ, vel passionẽ deficiat ab officio recto secundùm rationem formalem sui obiecti, in materia propria vel extranea, sed immutabiliter, & certo I quouis casu id exequi valeat, vt temperantia abijciat non solùm concupiscentiam, sed timorem, auaritiam, & c. in materia delebili, vnde mulier metu mortis consen-

tiens in actum turpem, peccat contra temperantiam, & fortitudinem. In gradu tamen heroico, vel summo virtutes morales non sunt connexæ, vt qui vnā habet in summo, sic alias habeat, sed tamen vt oportet. Morales verò infusæ, non sunt necessariò cum fide, & spe cōnexæ, cum charitate verò sic, & èconuerso, licet & hæc in hac vita non sit sine fide, & spe, morales tamen prædictæ ex natura sua non sunt connexæ cum fide, & spe, sed benè cum charitate cum probabiliter dentur tantum iustis, eas tamen supponens.

2 Virtutes morales acquisitæ possunt esse sine charitate, infusæ non.

Secunda propositio. Virtutes morales acquisitæ possunt esse sine charitate, infusæ non: & morales acquisitæ sunt virtutes secundū quid, infusæ simpliciter.

Ratio, nam prout virtutes morales sunt operatiuæ boni in ordine ad finē, qui non excedit facultatem humanam naturalem possunt per opera hominis acquiri, & ita quæsitæ sine charitate esse possunt, & sic fuerunt in multis infidelibus, sed secundùm ꝙ habent rationem ad finem supernaturalem, sic infunduntur à Deo, nec sine charitate esse possunt, quia aliç virtutes morales sine prudentia esse nō possunt, sup. art. 2. nec prudentia sine virtutibus moralib. quatenus morales faciunt benè se habere ad quosdam fines, ex quibus procedit ratio prudentiæ, sed ad rectam rationem prudentiæ magis requiritur, ꝙ homo benè se habeat circa vltimum finē, ꝙ fit per charitatem, quam circa alios fines, ꝙ fit per virtutes morales, quæ sine prudentia esse non possunt. Et morales acquisitæ etiam sine gratia, & charitate sunt veræ virtutes secundùm suā essentiam, quia faciunt hominem rectè operari secundùm humanam prudentiam, & rationem rectam, & sic capitur à Philosopho, tametsi Theologus, qui omnia metitur in ordine ad finem vltimum supernaturalem, non vocet virtutes simpliciter, quæ carent gratia, nec iuuant ad finem supernaturalem fœlicitatis æternæ consequendæ, ꝙ non faciunt acquisitæ, nisi iunctæ cum charitate, iuxta Apost. 1. Cor. 13. d. si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, & vniuersam substantiam in cibos pauperum, cum charitate. s. acquisita, vel naturali inclinatione compassionis naturalis, charitatem autem non habeam, s. infusam à Deo cum gratia, nihil mihi prodest; & sic, si homo opus morale exerceat sine charitate, & sine gratia Dei decoratus, nil sibi prodest ad meritum æternæ vitæ, de quo alibi, secundùm quid tamen apud Theologum huiusmodi habitus dicuntur virtutes: vt dicit hic Caiet. post D. Tho.

Tertia propositio. Charitas non potest esse sine alijs virtutibus, quia cum charitate infunduntur omnes virtutes morales; probatur ex Aug. serm. 46. de tempore, & tract. de quatuor virtutib. vbi asserit charitatem includere in se omnes virtutes Cardinales. 3 Charitas nō potest esse sine alijs virtutibus.

Ratio, quia Deus non minus perfectè operatur in operibus gratiæ quàm naturæ, sed in natura inuenitur principium aliquorum operum in aliqua re, quando in ea inueniuntur ea, quæ sunt necessaria ad huiusmodi opera perficienda, vt in animalibus inueniuntur organa, quibus perfici possunt opera, ad quæ peragenda anima habet potestatē, sed charitas, vt ordinat hominem ad finem vltimum est principium omnium bonorum operum, quæ in finem vltimum possunt ordinari; vnde oportet ꝙ cum charitate infundantur omnes virtutes morales, quibus homo perficit singula genera bonorum operū, & sic qui amittit charitatem per peccatū mortale, amittit oēs virtutes morales infusas. Notandum autem differentiam esse inter virtutes acquisitas, & infusas, quia in acquisitis homo operatur promptè, & delectabiliter ex habitu acquisito: infusæ verò possunt stare cum aliqua passione, & difficultas proueniēs ex parte passionum non destruit rationem virtutis infusæ, sicut destrueret rationem virtutis acquisitæ, quia in acquisitis requiritur promptitudo, vt sint simpliciter virtutes, quia in rebus inferioribus multa requirūtur, vt quis sit perfectus, non sic semp in sublimioribus; vnde nō requiritur delectatio, & prōptitudo ad operādum actus virtutum infusarum,

sat enim est vt fiant voluntariè, & liberè ob finem debitum, licet cum aliqua difficultate, & passione corporea, vt si homo ieiunãdo propter Deum, sentiat corporis afflictionem, & hoc pacto est vera virtus acquisita etiam cum passione, vt si quis tormenta patitur propter virtutem, non opus est, vt promptè, & delectabiliter ea sustineat, sat enim est quòd id fortiter faciat.

4 Fides, & spes ã possit esse sine charitate.

Quarta propositio. Fides, & spes si cõderentur secundùm essentiam suã, possunt esse sine charitate, prout habẽt statũ virtutis imperfectæ, quia potest quis credere Deo, & sperare, licet ipsum ex charitate non amet, secundùm tamen statum virtutis perfectę nõ possunt stare sine charitate; probatur primũ Mat. 7. Multi dicent in illa die domine domine &c. nunquam noui vos, & Io. 12. & diffinitur in Conc. Trid. sess 6. c. 15. & can. 28. fidem esse verã sine charitate.

Ratio primi, quia cum opus fidei sit credere Deo, credere verò sit alicui propria voluntate assentire, si non debito modo velit, nõ erit opus fidei perfectũ, sed ꝙ debito modo velit est per charitatem, quæ perficit volũtatem, sic de spe, nam actus spei est expectare futurã beatitudinẽ à Deo, qui actus est perfectus, si fiat ex meritis, quæ quis habet quòd non potest esse sine charitate, qui si id speret acquirere ex meritis, quæ nõ habet, sed proponit acquirere, erit actus imperfectus, & id potest esse sine charitate; sic fides etiã est sine charitate, sed non perfecta virtus, nam ad perfectam rationem virtutis requiritur nõ solùm, ꝙ bonum sit id ꝙ fit, sed etiam ꝙ benè fiat. Spes etiam non potest stare sine fide, fides tamen potest stare sine spe, & charitate. Et Medina hic d. ꝙ actus fidei pendet à voluntate, quia nemo credit, nisi volens: vt d. Aug. tr. 11. in Ioã. 6. & Rom. 10. Corde creditur ad iustitiã. i. voluntate, & quòd fides potest esse sine spe, quia potest aliquis credere articulis fidei, & desperare propter sua peccata: vt Cain. Gen. 4. & ꝙ spes non possit ècontra stare sine fide, patet, quia fides est fundamẽtum omnium virtutũ. Hebr. 11. & habetur in Conc. Tr. sess. 6. c. 8. & probatur, nam spes supponit cognitionem eorum quæ speramus, aliàs spes non adesset, at per fidem id cognoscimus, ergo.

Quinta propositio. Charitas non potest esse sine fide, & spe, & ex illis pendet. 11. ad Heb. Rom. 8. 1. Io. 3. & diffinitur in Conc. Trid. sess. 6. c. 7. 5 Charitas nõ potest esse sine fide, & spe

Ratio, quia charitas significat nõ solùm amorem Dei, sed etiam amicitiam quandam ad ipsum, quæ super amorem addit redamationem cum quadã communicatione mutua. 8. Eth. c. 2. & 3. & 1. Io. 1. & 1. Cor. 1. vocati estis in societatẽ filij eius. Hæc societas hominis ad Deum, quæ est familiaris quædam conuersatio cũ ipso inchoatur in p̃senti per gratiam, perficietur verò in futuro per gloriam, quorum vtrumque fide, & spe tenetur: vnde quis non posset cum alio amicitiam habere, si non crederet, vel desperaret se posse habere aliquam societatẽ, vel familiarem cõuersationem cum ipso, ita aliquis non potest habere amicitiam ad Deum, quę est charitas, nisi fidem habeat, per quam credat huiusmodi societatem, & conuersationem hominis cum Deo, & speret se ad hanc societatem peruenire.

SVMMARIVM.

1 Virtutes an sint inæquales, quæ, & quomodo.
2 Virtutes specie differentes an sint æquales, & quomodo.
3 Virtutes intellectuales an sint præstantiores moralibus.
4 Iustitia est præstantissima inter morales, excepta prudentia.
5 Sapientia est maxima inter virtutes intellectuales.
6 Charitas est præcipua inter virtutes Theologicas.

De æqualitate virtutum. Cap. XII.

Notandum hic agi de virtutibus moralibus acquisitis, non autem de infusis, quia infusæ nõ comparantur cũ acquisitis cum sint alterius generis. Secũdò, ꝙ virtus vna potest esse D. Tho. 1. 2. q. 66.

se perfectior alia, vel ex parte subiecti; quia radicatur plus in vno, quàm in alio, vel ex parte obiecti circa ꝙ versat, vt scientia, quæ se extendit ad decẽ conclusiones, perfectior est quàm quæ ad quinq;, virtutes tamen morales ex parte obiecti sunt æquales, quia se extendunt ad totam latitudinem sui obiecti; quia .s. sunt in appetitu, qui est inclinatio ad obiectum suum bonum. His not.

1 Virtutes ã sint ĩęquales, quæ, & q̃uo.

Prima sit propositio. Virtutes specie differẽtes sunt inæquales in pfectione, quæ verò sunt eiusdẽ speciei in diuersis hoĩbus ex parte obiecti sunt æquales, ex parte subiecti, inæquales, & ẽt eadẽ virtus numero ex parte subiecti pōt esse perfectior seipsa pro diuersis tpibus.

Ratio primi, quarum enim virtutum vna est altera rationi propinquior, illarum vna est altera perfectior, sed sic est de virtutibus specie differentibus, ergo, prima probatur, nam ratio est causa boni virtutis, & causa est potior effectu; secunda probatur, prudentia enim perficit rationẽ, ideò præfertur alijs perficientibus vim appetitiuã, quatenus participat rationẽ, & in his, vna alia eò est melior, quo magis ad rationẽ accedit, vnde iustitia, quæ est in voluntate præfertur alijs sequentibus, & fortitudo q̃ est in irascibili præfertur temperãtiæ, quæ est in cõcupiscibili, quæ minus participat rationem. 7. Eth. c. 6.

Ratio secũdi, virtus enim secundùm seipsam ad omnia se extendit ad q̃ virtus illa vt temperantiæ potest, ꝙ de scientia, & arte non contingit, quia Grammaticus non scit omnia, quæ ad grammaticam pertinẽt, ideò virtus moralis nõ recipit magis, vel minus secundùm se, quia ratio virtutis consistit in maximo; si verò consideratur ex parte subiecti participantis, sic variatur vel secundùm diuersa tempora in eodem, vel in diuersis hominibus, quia ad attingendũ medium virtutis secundùm rationẽ rectam, vnus alio melius est dispositus, vel ob meliorem assuetionem, vel meliorem dispositionem naturæ, vel clarius iudiciũ rationis, vel maius gratiæ donum, sicut, & idem indiuisibile signũ vnus sagittans, alio melius percutit.

Verum est tamen ꝙ quælibet virtus in suo genere sic excellit, vt non sit facilè iudicare quę nam alteri sit præferenda: vt d. Seneca ep. 72. virtus non potest maior, aut minor fieri, vnius status est, & Naz. oratione de paupert. fouenda, nequaquam inuentu facilè est quæ nam ex virtutibus præcellat, vt ei palma victoriæ tribuatur.

2 Virtutes specie differẽtes an sit æquales, & q̃uo

Secũda propositio. Virtutes quæ specie differunt non sunt æquales, secundùm intẽtionem verò ex parte subiecti oẽs virtutes sunt æquales in eodem homine æqualitate proportionis, & ẽt ex parte prudẽtię, vnde sumitur ratio formalis virtutis subiecti, ex parte verò inclinationis subiecti, vnde sumitur ratio materialis virtutis, sunt inæquales; ꝓbatur ex Aug. lib. 6. de Trin. cap. 4.

Ratio secundi, nam sic ęqualiter crescunt in homine quadam proportione, sicut digiti manus inęquales sunt secundùm quantitatẽ, secus secundũ proportionem cum proportionabiliter augeantur, quæ æqualitatis ratio attenditur, vt & connexionis, quia ęqualitas est q̃dam connexio virtutũ secundùm quantitatem, sed ratio cõnexionis virtutum, vt sup. q. 65. art. 1. assumitur, vel secundùm intellectum eorum, quę intelligit per has virtutes, & conditiones earum, quatũ vna simul inuenitur cum alijs, & sic virtus nõ potest dici æqualis, nisi habeat oẽs conditiones, vel secundùm eos, qui intelligunt virtutes habere materias determinatas, & secũdùm hoc rõ cõnexionis virtutũ attenditur ex parte prudẽtię, & ex parte charitatis, quò ad virtutes infusas, nõ autem ex parte inclinationis, quę est ex parte subiecti; sic ergo ratio ęqualitatis virtutum accipitur ex parte prudentiæ, quò ad id, ꝙ est formale in oĩbus, quia existente ratione ęqualiter perfecta in vno, oportet ꝙ ꝓportionabiliter secũdũ rõnem rectã mediũ constituat in qualibet materia virtutũ: quo verò ad id ꝙ est materiale in oĩbus virtutibus moralibus. s. inclinationem ad actũ virtutis vnus homo potest esse promptior ad actum vnius virtutis, quàm alterius, vel ex dispositione naturali consuetudine, vel gratiæ dono.

Tertia

3 Tertia propositio. Virtutes intellectuales secundùm se sunt præstantiores moralibus: virtutes tamen morales in ratione virtutis sunt præstantiores.

Virtutes Intellectuales an sint præstãtiores moralibus.

Ratio, nam simpliciter quid considératur, quando consideratur secundùm propriã speciem: virtus verò habet speciem ex obiecto supra q. 59. art. 1. vnde simpliciter illa virtus est nobilior, quæ habet nobilius obiectum, sed obiectum rationis est nobilius, quam appetitus, quia rõ tendit in aliquid in vniuersali, sed appetitus tendit in res, quæ habent esse per participationem: vnde virtutes intellectuales, quę perficiunt rationem simpliciter sunt nobiliores, quàm morales, quæ perficiunt appetitum: si verò cõsideratur virtus in ordine ad actum, sic virtus moralis, quæ perficit appetitũ cuius est mouere alias potentias ad actum supra quæst. 9. art. 1. nobilior est, & quia virtus dicitur ex eo, ꝙ est principium alicuius actus, cum sit perfectio potentiæ, sequitur etiam ꝙ ratio virtutis magis competat virtutibus moralib. quàm intellectualibus, licet habitus intellectuales simpliciter sint nobiliores. Et ita virtutes ĩtellectuales ex parte obiecti sunt nobiliores, quia versant circa nobilius obiectum, & etiam quia virtutes intellectuales collocantur in intellectu, morales in appetitu. Intellectus verò est præstantior voluntate, quia intellectus est rationalis per essentiam, voluntas verò per participationem. 1. Eth. c. vlt. & perfectio voluntatis consistit in eo, vt obediat intellectui, & rationi, & ꝙ obiectum virtutum intellectualium sit nobilius, patet, quia est verum, moralium bonum, verum verò præstat bono, quia intellectus perficitur rerum cognitione, etiã ꝙ non existant in natura, appetitus verò nõ fertur in bonum, nisi vt habeat illud, ꝙ nõ est sine rei existentia, & operatio intellectualis est magis cõtinua, quàm virtutum moralium, & maiori delectatione afficit mentem, & facit magis similes Deo ob contemplationem, vt d. hic Medina.

4 Quarta propositio. Iustitia est præstantissima inter virtutes morales, excepta prudentia; probatur 5. Eth. c. 1. vbi eam præclarissimam virtutum appellat; & præclariorem hespero, & lucifero. Nomine iustitiæ hic intelligendo, tam iustitiam legalem, quàm particularem.

Iustitia ẽ pręstantissima ĩter morales, excepta prudẽtia.

Ratio primi, nam simpliciter ea virtus maior dicitur, in qua maius bonum rationis elucet, supra art. 1. & sic iustitia aliàs præcellit, vt propinquior rationi, ꝙ patet ex obiecto, & subiecto, quia est in voluntate, vt in subiecto, sed volũtas est appetitus rationalis p. p. q. 80. secundùm obiectũ, vel materiam, quia est circa operationes, quibus homo ordinatur non solùm in seipso, sed etiam ad alterum. 5. Eth.

Ratio secundi, nam in alijs virtutib. quæ sunt circa passiones in qualibet eo magis relucet rationis bonum, quo circa maiora motus appetitus subditur rationi, sed maximũ in his, quæ ad hominem pertinẽt est vita, à qua omnia alia pendent, ideò fortitudo quæ appetitiuũ motum subdit rationi in his, quæ ad vitam, & mortem pertinẽt: prima est inter virtutes morales, quæ sunt circa passiones, est tamen infra iustitiam, illa enim in bello, hæc in pace, & bello vtilis est: post fortitudinem sequitur tẽperantia, quæ subdit rationi appetitum circa ea, quę immediatè ordinãtur ad vitam, vel in eodem secundùm numerum, vel in eodem secũdùm speciem, vt in cibis, & venereis; secundùm quid autem aliqua dicitur maior virtus secundùm ꝙ adminiculum, vel ornamẽtum præbet virtuti prĩcipali, vt substãtia est dignior accidente, secundùm quid tamen accidens est dignius, quatenus perficit subiectum in esse accidentali. Præterea iustitia residet in appetitu rationali, qui est præstãtior appetitu sensitiuo, in quo aliæ virtutes resident, & sic ex parte subiecti est nobilior, & ẽt ex parte obiecti, quia virtus versat circa difficile, at difficilius est esse inclinatum ad bonũ alienum quàm proprium: & etiam ex effectu, quia iustitiæ est tueri pacẽ, & tranquillitatem Reipublicæ, aliarum virtutum benè moderari passiones hominũ.

5 Quinta propositio. Sapientia est maxima inter virtutes intellectuales; probatur in 6. Eth. c. 7. vbi sapientia ponit,

Sapientia est maxima inter

virtutes intellectuales. vt caput inter virtutes intellectuales.

Ratio, nã magnitudo virtutis secundùm speciem consideratur ex obiecto, supra art. 1. sed obiectum sapiẽtiæ præcellit obiecta aliarum virtutum intellectualium, quia considerat causam altissimam quæ Deus est. 1. Meta. & quia p causam iudicatur de effectu, & per causam superiorem de causis inferioribus, ideò sapientię est ordinare omnes virtutes intellectuales inferiores, & de eis iudicium facere, & quasi architectonica est respectu omniũ, in princip. Metaph.

6 Charitas est pcipua inter virtutes Teologicas.

Sexta propositio. Charitas præcipua est inter virtutes Theologicas; probatᷣ 1. Cor. 13. vbi ponitᷣ maior fide, & spe. & Col. 3. super omnia aũt hęc charitatem habete quæ est vinculum perfectionis.

Ratio, nam cum virtutis magnitudo secundùm speciem consideretur ex obiecto, supra art. 3. cũ tres virtutes Theologicæ respiciant Deum, vt proprium obiectũ non potest vna dici maior alia, quia sit circa maius obiectum, sed quia vna se habet propinquius ad obiectũ, quã alia, & sic charitas est maior alijs, quia aliæ in sui ratione importãt quandam distantiam ab obiecto, quia fides est de non visis: spes de non habitis: sed amor charitatis, est de eo ꝙ iam habetur, quia amatum est quodammodo in amante, & etiam amans per effectum trahitur ad vnionem amati. 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Vel, vt d. hic Valentia, perfectio virtutum potest considerari, vel secundùm essentialem perfectionẽ, vel secundùm accidentalem: secundùm essentialem virtutes intellectuales sunt perfectiores moralibus, nõ solùm in genere habitus, sed etiam in genere virtutis. Ex intellectualib. verò maxima est sapientia ob obiecti dignitatem. Ex moralibus prima iustitia, secunda fortitudo, tum mansuetudo, tum temperãtia: Infusæ verò præstant vtrisque, & in his Theologicæ maximè excellunt, quarũ prima est charitas. Quo verò ad perfectionem accidentalem, nulla virtus moralis extensiuè, si sit eiusdem speciei, in diuersis hominibus, vel in eodem diuersis temporibus est perfectior altera, quia non eget vllo alio principio ad sui vsum in appetitu, & non nisi pluribus actibus acquiritur, quibus multæ difficultates in propria materia superãtur, & quælibet virtus moralis cõpleta inclinat in omnia obiecta, quæ sub ratione formali sui obiecti continentur. Secus de virtutibus speculatiuis intellectualibus, vt scientia est, quia hæc per vnam demonstrationem acquiritur, & eget speciebus intelligibilibus, vt principijs sui vsus in intellectu, vnde non semper vndequaque completè inclinat in omnia subiecta, & sic potest esse maior & minor extensiuè. Intensiuè verò virtus moralis vnius speciei potest esse perfectior altera in diuersis hominibꝰ, & in eodem diuersis temporibus, nõ autem eodem tempore, si consideretur ea ratione, qua in obiectis proprijs illarũ vis prudentiæ elucet, quia hæc vis vno tempore est eadem, vt & ipsa prudẽtia; si verò virtutes diuersæ speciei in codẽ homine considerentur vt respiciũt propria obiecta secũdùm ꝓprias materias, in quibus diuersè participatur illa rectitudo, & vis prudentię, sic in eodẽ homine virtus vnius speciei potest intensiuè esse pfectior virtute alterius speciei, & etiã seipsa diuersis temporibus, prout quis magis se exercet, vel minus in materia vnius virtutis, quàm alterius, vel in materia eiusdem diuersis tẽporibus.

SVMMARIVM.

1 Virtutes morales ã maneãt in pria.
2 Virtutes intellectuales an maneant post hanc vitam.
3 Fides non manet post hanc vitam.
4 Spes non manet in statu gloriæ.
5 Fidei, vel spei an aliquid maneat in patria.
6 Charitas manet ĩ gloria vbi pficitᷣ.

De virtutum duratione post hanc vitam. *Cap. XIII.*

D. Tho. 1. 2. q. 67.

1 Virtutes morales ã

PRima propositio. Virtutes morales, quò ad materiale. i. moderationem passionũ non manẽt in patria, sed benè quò ad formale, quò ad modum à ra-

manceant in patria. à ratione definitum, qua scilicet ratio cuiusq; erit rectissima, circa ea quæ ad ipsum pertinent circa illum statũ, quia vis appetitiua mouebitur secundùm ordinem rationis in his, quæ ad illum statum pertinent; probatur ex Aug. libro 14. ciuit. cap. 9.

Ratio, materiale enim est in his virtutibus inclinatio quædam partis appetitiuæ ad passiones, vel operationes secundùm modum aliquem, sed quia hic modus determinat' à ratione, ideò formale in oĩbus est ipse ordo rationis, quò ad materiale non manebunt in futura vita, quia ibi non habebunt locum concupiscentiæ, & delectationes ciborum, & venereorum, nec etiã timores, & audaciæ circa pericula mortis, nec distributiones rerũ, quæ in vsum hic veniũt; quo verò ad id ꝙ est formale manebũt perfectissimè post hanc vitam, quia ratio cuiusq; perfectissima erit circa ea ꝗ ad ipsum pertinẽt secundùm illum statum, & vis appetitiua omnino mouebitur secundùm ordinem rationis in his quæ ad illum statum pertinent, vt prudentiæ sit nullum bonum Deo præponere, vel æquare, fortitudinis ei firmissimè hærere, temperantiæ nullo defectu noxio delectari, iustitiæ Deo subditum esse, quia etiam in hac vita ad iustitiam pertinet esse subditũ superiori. Vel clarius, dicendum omnes virtutes morales acquisitas, vel infusas, quò ad habitum duraturas in alia vita, sic quidem, vt quæ in voluntate existũt, vt iustitia, &c. etiam in anima à corpore seiuncta durent: quæ verò in appetitu sensitiuo sunt, manent in anima separata tantum quasi in radice, & potẽtia quadam, donec in resurrectione corporum vnà cum potentia appetitus sensitiui, actu restituentur; quo verò ad actum huiusmodi virtutes nõ habebunt tunc eandem rationem, sed solũ similitudo quędam actuum illarum cernetur: vt dicit Aug. loco cit. idest, quò ad formale non materiale, vt supra. Et ꝙ in patria maneant hæ virtutes, probatur, quia sunt ornamenta hominis studiosi, ergo manent in vita beata ad illum illustrandũ, & decorandum, quòd intelligitur, vt supra, quò ad formale, non materiale nisi vt supra prout exponit hic D. Tho.

Secunda propositio. Virtutes intellectuales, quò ad materiale .i. phantasmata, quibus in hac vita adiuuatur operatio virtutum intellectualiũ, non manent post hanc vitam, quo verò ad formale .i. species, & habitus sic, quia perseuerabunt in mente habitus ipsi, & species intelligibiles. 2 Virtutes intellectuales an maneãt post hanc vitã.

Ratio, nam intellectus possibilis est in actu, cum sit singula, sicut sciens, cum tamen sit in potentia ad considerationem in actu. 3. de Anima, tex. 8. Secundò, nam species intelligibiles recipiuntur in intellectu possibili immobiliter secundùm modum recipientis, vnde intellectus possibilis dicit' locus specierum, quasi species intelligibiles conseruans, sed phantasmata, ad quæ inspiciendo homo intelligit in hac vita, applicando ad ipsa species intelligibiles, vt in p. p. q. 85. art. 1. 2. corrupto corpore corrumpuntur, vnde quò ad phantasmata, quæ sunt vt materialia in virtutibus intellectualib⁹, virtutes intellectuales destruuntur destructo corpore, sed quò ad species intelligibiles, quæ sunt in intellectu possibili, virtutes intellectuales manent, quia se habent in virtutibus intellectualibus, vt formales, vnde virtutes huiusmodi manent quò ad id, ꝙ est in eis formale tantum.

Tertia propositio. Fides non manet post hanc vitam, probatur 2. Cor. 5. 3 Fides non mãet post hanc vitã.

Ratio, nam de ratione fidei est cognitionis imperfectio, cũ sit substantia rerum sperandarum argumentũ non apparentium, & sic ibi est cognitio imperfecta, & enigmatica, sed in patria non est cognitio imperfecta, & enigmatica, ergo nec fides ibi esse potest, prima patet ex dictis, cum fides sit de non visis, & imperfecta cognitio, quia licet excedat opinionem ex eo quia illa dubitat, hæc verò firmo inhęret, deficit tamen à scientia, quæ habet firmam inhæsionẽ cum visione intellectiua, cũ habeat certitudinem præcedentem ex intellectu principiorum, quia hæc fides nõ habet visionem ex parte subiecti, cum credẽs non videat id quòd credit.

Ratio

Ratio secundi, nam in patria, vel in beatitudine est visio clara, cũ de ratione beatitudinis sit, vt beatus videat id, quo beatificatur, sicut ergo impossibile, quòd in eodẽ subiecto ratione subiecti maneat cognitio perfecta, & imperfecta: sic impossibile est in beatis Deũ clarè videntibus manere fidẽ. Et ita error est dicere quòd actus fidei maneat cum clara visione Dei, quia fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium, ergo vbi habetur veritas, & res ipsa cessat fides, nec etiam tenendum est, ꝙ habitus fidei maneat cũ clara Dei visione, quia D. Paulus dicit, non manere fidem post hanc vitam, nõ distinguendo inter habitum & actum; præterea lumen fidei est caliginosum, ergo adueniente lumine clarissimo gloriæ dissipabitur: præterea lumen fidei exercet tantum viatores. 2. Cor. 5. ergo.

4 Quarta propositio. Spes non manet in statũ gloriæ, probatur, nam nemo sperat quod videt. Rom. 8. ergo.

Spes non manet in statu gloriæ.

Ratio, nam quòd de ratione sui importat imperfectionem subiecti non potest stare simul cum subiecto opposita perfectione perfecto, vt supra art. præced. vt patet, quòd motus in ratione sui importat imperfectionẽ subiecti, quia est actus existentis in potentia in quantum huiusmodi, vnde quando illa potentia reducitur ad actũ iam cessat motus, quod enim factum est album, adhuc non dealbatur; spes verò importat motum quendam in id quòd non habetur, supra q. 40. art. 1. & 2. ideò quando habetur id quòd speratur, scilicet diuina fruitio, iam spes esse non poterit.

5 Quinta propositio. Aliquid fidei, vel spei non manet in gloria, probatur, nam fides, & spes continent imperfectionem circa obiectum beatitudinis, scilicet Deum, quia fides caret euidentia circa illum, & spes nondum eum obtinet, & euacuabuntur cum id quòd est perfectum venerit.

Fidei, vel spei aliqd ñ maneat in gloria.

Ratio, nam fides cum visione conuenit in genere, quòd est cognitio; spes verò non conuenit cum beatitudine in genere, quia comparatur ad eam vt motus ad quietem in termino. Non tamen manet eadem fides numero in patria, quia remota differẽtia alicuius speciei non remanet substantia generis eadem numero, vt remota differentia constitutiua albedinis non remanet eadem substantia coloris in numero, vt idem color numero quandoque sit albedo, quandoque nigredo, quia non comparatur genus ad differentiam, vt materia ad formam, vt maneat substantia generis eadem numero differentia remota, sicut remanet eadem numero substantia materiæ remota forma, quia genus, & differentia non sunt partes speciei, aliter non prædicarentur de specie, sed sicut species significat totum, idest, compositum ex materia, & forma in rebus materialibus, sic differentia significat totum, & similiter genus, sed genus denominat totũ, ab eo quòd est sicut materia, differentia verò ab eo ꝙ est sicut forma, species verò ab vtroq;, vt ĩ homine sensitiua natura, materialiter se habet ad intellectiuam, animal autem dicitur ꝙ habet naturam sensitiuam, rationale ꝙ intellectiuam; homo ꝙ habet vtrunq;, & sic idem totum significatur per hæc tria, sed non ab eodem, vnde cũ differentia sit tantum designatiua generis, remota differentia non potest substantia generis eadem manere, quia nõ manet eadem animalitas, vt sit alia anima constituens animal; vnde nõ potest esse ꝙ eadem numero cognitio quę fuit ænigmatica, postea fiat visio aperta, & sic nil idem numero, vel specie, ꝙ est in fide remanet in patria, sed solùm idem genere, cum in patria, non duret visio ænigmatica quæ est fidei. Manebit tamẽ aliquid earum quò ad rationem genericam ipsarum, quatenus erit cognitio Dei in beatis, quæ communicat in ratione generica cum ratione fidei, & idem est de spe, quia in beatis erit dilectio, q̃ in ratione generica actionis voluntatis communicat cum motu spei.

Sexta propositio. Charitas manebit in gloria, & ibi perficietur; probatur 1. Cor. 15. vbi dicitur, quòd charitas nunquam excidit. 6

Charitas manet in gloria, vbi perficitur.

Ratio, nam quando imperfectio alicuius rei non est de ratione speciei ipsius,

sius, nil prohibet idem numero, ꝙ prius fuit imperfectum postea perfectū esse, vt homo per augmentum perficitur, & albedo per intensionem: charitas verò est amor, de cuius ratione nō est aliqua imperfectio, quia esse potest, & habiti, & non habiti, visi & non visi, vnde charitas non euacuatur per gloriæ perfectionem, sed remanet eadem numero.

SVMMARIVM.

1 Dona sunt habitus à virtutibus differentes, & quomodo.
2 Dona Spiritus sancti sunt necessaria ad salutem.
3 Dona Spiritus sancti sunt habitus permanentes benè disponentes homines ad opera supernaturalia.
4 Dona Spiritus sancti sunt septem, quæ, & congruè.
5 Dona Spiritus sancti sunt inuicem connexa.
6 Donorum habitus manebunt in patria.
7 Dona quæ sunt in parte intellectiua, perfectiora sunt ijs quæ sunt in parte appetitiua.
8 Virtutes Theologicæ sunt perfectiores donis.

De Donis. Cap. XIIII.

D.Tho.1. 2.q.68. Donum quid sit.

NOtandum, ꝙ nomine doni intelligitur generaliter primò, quodcunq; munus diuinitus concessum: vt Iac.1. omne datum optimum &c. & hoc modo virtus fidei dicitur donum Dei. Eph.2. Secundò, accipitur pro gratijs gratis datis, & tribuūtur aliquibus, vt commodius aliorum saluti insistere possint. 1.Cor.12. Tertiò, pro ornamentis quibusdam spiritualibus, quibus ornantur iusti, exemplo Christi, iuxta Es. 11. & requiescit super eū spiritus sapientiæ, & intellectus, &c. de quibus donis agitur hic. His notat.

1 Dona sūt habitus à virtutibus differentes, & quō.

Prima sit propositio. Dona sunt habitus à virtutibus differentes, quæ potentias animæ perficiunt ad actiones heroicas peragendas, non prout hmōi actiones eliciuntur ab ipsis potentijs, vel per vim naturalem ipsarum, vel supernaturalem ipsis additā desuper, sed qua ratione peculiariter procedunt ex quodā Sp. S. instinctu, quo mens nostra sæpè mirabiliter agi solet, & impelli ad opera præstantia, & rara, quorum ratio vix potest reddi, nec sciri, quo pacto ad ea aliquis sit impulsus, vt fecit Sanson, ꝙ cum templo est sepultus, & hostibus. Iudic.16. & Eleazarus, qui occidens bestiā suo triumpho est sepultus. 1.Mach.6. vt d.Amb.1.offi.c.40. & Salomon, qui iussit puerum diuidi, cum esset tantum annorū duodecim, vt ibi d.Hier. & ꝙ hęc dona dentur, patet Is.11. Ioā.14. Ex Patribus id sentit Ciril. Alex. in lib.2. Is. in princip. Chris. hom. de sanctis. & ad Sp. Greg lib.1. Mor.c.28.36. Aug. lib.2. de serm. domini in monte. serm.18. & etiā Arist.7.Eth.c.1.d. vltra virtutes communes esse aliquas heroicas, quæ reddunt homines, quadā ratione diuinos ad opera singularia gerenda, & lib.7. Moral. Eudem. d. eos, qui Dei instinctu impelluntur ad aliquid agendum non debere consulere rationem humanam. & Esa.50. d. Dominus aperuit mihi aurem, ego non contradico. Naz. hom. in Sancto Pentec. Bas. cont. Eun. lib.5. cap.14. Aug. lib.12. contr. Fau.c.15. Cipr. lib.1. aduer. Iud.c.20. Hilar. in Matt. cap.15. qui omnes ponunt septem dona Spiritus sancti: sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, & timorem domini.

Ratio primi, nam ratio virtutis sumitur, ꝙ disponat hominem ad benè agendum, sup.q.55. art.1. ratio autem doni sumitur secundùm comparationem ad causam à qua est, nil verò vetat, quòd id, quòd est ab alio vt donum, sit perfectiuum alicuius ad benè operandum, maximè cum quædam virtutes sint nobis infusæ à Deo, vnde secundùm hoc donum à virtute non distinguitur.

Ratio secundi, nam ad distinguendū dona à virtutibus, sequēdus est modus loquēdi scripturæ, in qua dona tradun tur non sub nomine donorum, sed magis spirituū. Is.11. Requiescet super eū spiritus sapientiæ, & intellectus, &c. vbi patet,

patet, quod hæc septem ibi enumerantur, scilicet sapientia, scientia, intellectus, consilium, fortitudo, timor, & pietas, secundùm quòd sunt in nobis ab inspiratione diuina, sed inspiratio significat quandam motionem ab exteriori, nam in homine est duplex principium mouens, vnũ interius, quòd est ratio, aliud exterius, quod est Deus, supra q.9.art.4. & 6. & Philosophus cap. de bona fortuna 7. Moral.Eud. sed omne quod mouetur oportet esse proportionatum motori, & hæc est perfectio mobilis, vt mobilis, dispositio qua disponitur ad hoc quod benè moueatur à suo motore, quantò ergo mouens est altior, tantò oportet quòd mobile perfectiori dispositione ei proportionetur, vt patet perfectius oportere discipulum esse dispositum ad hoc vt altiorem doctrinam capiat à Doctore. Sed virtutes humanæ perficiunt hominem secundùm quod natus est moueri per rationẽ in his, quæ interius, vel exterius agit, oportet ergo homini inesse altiores perfectiones secundùm quas sit dispositus ad hoc quòd diuinitus moueatur, & istæ perfectiones vocãtur dona, nõ solùm quia infunduntur à Deo, sed etiam quia secundùm ea homo disponitur, vt efficiatur promptè mobilis ab inspiratione diuina. Is.5. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, & etiam Philosophus loco prædicto dicto cap.18. quòd ijs qui mouentur per instinctum diuinum, nõ expedit consiliari secundùm rationem humanam, sed quòd sequantur interiorem instinctum, quia mouentur à meliori principio quàm sit ratio humana, vnde dona secundùm quosdam perficiunt hominem ad altiores actus, quàm sint actus virtutum. Præterea singulis virtutibus Theologicis, & Cardinalibus non respondet donum in numeratione donorum Spiritus sancti, nullum enim respondet spei, nec charitati, sed solùm fidei, scilicet donum sapientiæ, & intellectus, ergo non sunt idem cum virtutibus.

2 Dona Sp. S. sunt necessaria ad salutẽ.

Secunda propositio. Dona Spiritus sancti homini sunt necessaria ad salutem, de sapientia, probatur Sapientiæ septimo, de timore Ecclesiast. primo, & idem iudicium est de alijs.

Ratio, nam dona sunt quædam hominis perfectiones, quibus homo benè disponitur ad hoc quòd benè sequatur instinctum diuinum, vnde in his in quibus non sufficit instinctus rationis, sed est necessarius instinctus Spiritus sancti, est necessarium donum, sed ratio hominis dupliciter est perfecta à Deo, primò naturali perfectione secundùm naturale lumen rationis. Secundò, supernaturali perfectione secundum virtutes Theologicas, supra quæst.62. artic.1. & licet secunda perfectio sit maior prima hæc tamen perfectiori modo habetur ab homine quàm secunda, quia prima habetur ab homine, vt plena possessio, secunda, vt imperfecta, quia imperfectè cognoscimus, & diligimus Deum; sed patet, quòd qui habet perfectè aliquam naturalem formam, vel virtutem potest per se secundùm illam operari, non tamen exclusa operatione Dei, qui in omni natura, & voluntate operatur interius, quod verò imperfectè prædicta habet non potest per se operari, nisi ab alio moueatur, vt sol quia est perfectè lucidus per se potest illuminare, luna autem in qua est imperfectè natura lucis non illuminat nisi illuminata, sic de discipulo, & magistro. Sic ergo, quò ad ea quæ subsunt humanæ rationi in ordine ad finem connaturalem ei homo potest operari per iudicium rationis, Deo etiã in hoc adiuuante, per specialem instinctum, id erit superabundantis bonitatis, vnde non omnis qui habet virtutes morales acquisitas habet heroicas, vel diuinas secundùm Philosophos; sed in ordine ad finem supernaturalem, ad quem ratio mouet, secundùm quòd imperfectè informata est per virtutes Theologicas, non sufficit ipsa motio rationis, nisi desuper adsit motio, & instinctus Spiritus sancti. Rom. octauo: qui spiritu Dei aguntur sunt filij Dei, & Psalm.142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, quia in hæreditatem beatorum nullus potest peruenire, nisi moueatur, & deducatur

à Spiritu sancto, ideò ad illum finem consequendũ necessaria sunt dona Spiritus sancti. Præterea Deus prouidit vnicuique de medijs necessarijs ad finem consequendum: homo verò habet duos fines, naturalem, & supernaturalem: naturalis, vt viuat secundùm rationem, & intelligat naturas rerum, pro primò Deus homini dedit intellectum, & voluntatem, & euidentiam primorũ principiorum quibus omnis sciẽtia innititur, & virtutes insuper intellectuales, ac morales; pro fine supernaturali quo homo visioni, & fruitioni Dei vnitur, ac primæ veritati, non sufficiunt intellectuales, vel morales acquisitæ, quia ad finem supernaturalem media etiam supernaturalia requiruntur: vnde ei infundit fidem, spem, charitatem, quibus benè disponitur ad beatitudinem, sed quia homo hic imperfectè has virtutes participat, cum imperfectè cognoscat, & diligat Deum, ideò vt perfectius tendat in Deum intellectu & affectu, & rectius se habeat in rebus agendis, oportet, vt homo moueatur à Deo per habitus bonos supernaturales additos virtutibus Theologicis, qui dicuntur dona: aliqui enim actus sunt à Spiritu sancto, ad quos non sufficiunt virtutes infusæ, vel acquisitæ, & præterea virtutes sunt limitatæ, vt fides ad credendum contenta in sacris literis, & traditionibus apostolicis, ex auditu, sic prudentia extenditur ad operationes rectas secundùm rationẽ humanam, vnde cum quis intelligit aliquid sanè in diuinis scripturis sine auditu, vel facit opus egregium cuius ratio humana tradi non potest, vt cum quis nauigat terrã incognitã, vt homines conuertat, vel idiota intelligit misteria fidei, vt D. Antonius, teste August. dicitur moueri à Spiritu sancto, vt dicit hic Medina. & eorum necessitas, probatur Psalm. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam; & quòd dicitur dona esse necessaria, intelligitur saltem quò ad habitum, vt perueniant ad beatitudinem, quia quò ad vsum non sunt necessaria, vt in paruulis, qui sine actu proprio per Christi merita salutem consequuntur; & multi actibus tantum virtutum ordinarijs beatitudinem assequuntur.

Tertia propositio. Dona Spiritus sancti sunt habitus permanentes benè disponentes ad opera supernaturalia hominis. 33 Dona sũt habitus pmanentes

Ratio, nam dona sunt perfectiones hominis quibus disponitur, vt benè sequatur instinctum Spiritus sancti, supra artic. 1. sed virtutes morales perficiunt vim appetitiuam secundùm quòd participat aliqualiter rationem, quatenus nata est moueri per imperium rationis, supra quæstio. 58. art. 1. hoc ergo modo dona Spiritus sancti se habent ad homines in comparatione ad Spiritum sanctum, sicut virtutes morales se habent in appetitiuam in comparatione ad rationem, sed virtutes morales sunt habitus quibus vires appetitiuæ disponuntur ad promptè obediendum rationi, vnde & dona Spiritus sancti sunt quidam habitus, quibus homo perficitur ad promptè obediendum Spiritui sancto. Et ita dona cõueniunt cum virtutibus, quia sunt habitus boni, qui disponunt hominem, vt facilè moueri possit à Spiritu sancto. Differunt tamen primò, quia virtutes Theologicæ ordinant intellectum, & voluntatem ad Deum vltimum finem, intellectuales perficiunt intellectum speculatiuum, & practicum, morales partem appetitiuam vt subdatur rationi, sed dona Spiritus sancti omnes potentias, & animæ vires, vt benè homo ordinatur in Deum. Præterea virtutes humanæ benè ordinant hominem modo humano, dona modo diuino, vlterius, cum homo operatur secundùm virtutes, ipse se mouet ad benè operandum, cum verò ex donis ipse agitur à Deo. Præterea actiones virtutum humanarum regulantur ratione humana, & prudentia, opera virtutum Theologicarum regulantur ex fide, vel à Deo secundùm communes regulas, sed opera quæ ex donis fiunt, regulantur diuino instinctu, quæ communibus legibus non comprehenduntur.

Quarta propositio. Conuenienter septem

4 septem dona Spiritus sancti enumerantur, probatur Esa. 11. & alijs locis, & Patrum authoritatibus supra cit. & Amb. lib. 1. de Spiritu sancto. cap. 20. August. serm. 209. de temp. c. 4. & 17. Bern. sermo. de Spiritu sancto.

Dona Sp. S. sunt septē, quæ, & cōgruè

Ratio, nam dona Sp. S. perficiunt hominem ad obediendum promptè instinctui Sp. S. vt & virtutes morales vim appetitiuā ad obediendū rationi, sed sicut vires appetitiuæ mouentur per imperiū rationis, sic omnes vires humanæ natæ sunt moueri per instinctum Dei, vt à quadam superiori potētia, vnde in omnibus viribus humanis, quæ possunt esse principia humanorum actuum, sicut sunt virtutes, sic etiam sunt dona .s. in ratione, & in vi appetitiua, ratio autem in speculatiua, & practica, & in vtraq; consideratur apprehensio veritatis, quę pertinet ad intētionem, & iudicium de veritate; ad apprehensionem, ergo veritatis perficitur speculatiua ratio per intellectum, practica per cōsilium ad rectè iudicandum: speculatiua per sapientiam: practica per scientiā perficitur, appetitiua verò virtus in his quæ sunt ad alterum per pietatem perficitur, in his, quæ sunt ad seipsum per fortitudinem perficitur contra timorem periculorū, contra concupiscentiam verò inordinatam delectabilium per timorē. Prou. 6. Per timorem dñi declinat omnis à malo, & Ps. 118. Confige timore tuo &c. & sic hic dona extenduntur ad omnia, ad quæ se extendunt virtutes morales, & intellectuales. Præterea dona ad actiones excellentes destinanē, quæ sunt vel partis apprehensiuæ, vel appetitiuæ, si apprehensiuæ, vel eorū excellentia elucet eo, ꝙ res per illa subtiliter penetrantur, & maximè diuinæ, & hoc præstat donum intellectus, quod tā latè patet, vt virtus fidei cui respondet, vel huiusmodi præstantia consistit in recto iudicio, quo quis statuit hærere rebus diuinis, vel creatis, vt oportet; circa res creatas à dono scientiæ, cum verò particulariter concluditur ex iudicio sapientiæ, vel scientiæ, quid sit agendū, dono consilij obtinet: Quo verò ad actiones partis appetitiuæ si impenditur debitū officium cui debetur, vt Deo, sic fit à dono pietatis: vt d. Aug. lib. 10. ciu. c. 1. si verò excellit quis in bono proprio, & retrahit se à cupiditatibus noxijs id præstat donum timoris dñi. Prou. 16. Psal. 118. cum verò quis adhæret bono post habitis periculis, & difficultatibus, id perficitur à dono fortitudinis, & donum fortitudinis, & timoris sunt in irascibili, & sunt in parte appetitiua, & apprehensiua, licet non in omnibus partibus appetitiuæ, vel hęc sufficientia sumitur, quia opponuntur septem vitijs, quæ sunt in irascibili, & concupiscibili, & rationali, scilicet duritiæ, qua homo nō subuenit proximo cui opponitur pietas, timor ꝓsumptioni, qua quis plus de se æstimat, quā æquum sit, intellectus hebetudini, quæ est in parte rationali, respectu finis vltimi: sapiētia opponitur stultitiæ, qua homo retrahitur à consideratione vltimi finis: scientia opponitur ignorantię, qua nescit homo eligere media ad vltimum finem.

Quinta propositio. Dona Spiritus sancti sunt inuicem connexa; probatur ex Greg. lib. 2. Moral. c. 32. 5

Dona Sp. S. sunt inuicē connexa.

Ratio, nam vt vires appetitiuæ disponuntur per virtutes morales in comparatione ad regimen rationis, sic omnes vires animæ disponuntur per dona in comparatione ad Sp. S. mouentem, sed Sp. S. habitat in nobis per charitatem. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Sp. S. qui datus est nobis, sicut & ratio nostra perficitur per prudentiam, vnde sicut virtutes morales connectuntur adinuicem in prudentia, ita dona Sp. S. connectuntur sibi inuicem in charitate, ita ꝙ qui charitatē habet omnia dona Sp. S. habet, quorum nullum sine charitate haberi potest.

Sexta propositio. Habitus donorum permanebunt in patria; probaē ex Ambro. lib. 1. de Sp. S. c. 20. d. neque enim ciuitas illa Ierusalem meatu alicuius fluuij terrestris abluitur, sed ille ex vitæ fonte procedens Sp. S. cuius nos breui satiamur haustu, redundantius in illis cœlestibus spiritibus videtur affluere pleno septem virtutum spiritualiū feruens meatu. 6

Donorū habit⁹ manebunt in patria.

Ratio primi, nam dona Sp.S. perficiunt mentem humanam ad sequendam motionem Sp. S. ꝙ maximè erit in patria, quando Deus erit omnia in omnibus. 1. Cor. 15. & quando homo erit totaliter subditus Deo; quo verò ad materiam circa quam versantur in pręsenti, sic ibi nō habebunt operationem, & sic non manebunt in patria, vt sup. de virtutibus Cardinalibus est dictum; Vt intelligatur, ꝙ manebunt huiusmodi dona quò ad habitus, sed succedent actus non eiusdem rationis, sed alij præstantiores, qui erūt similes secundùm quandam analogiam Nam in præsenti statu donum timoris facit ne Deum, vt patrē peccato offendamus. Secundò, ne ex offensa separemur ab eo; tertiò, vt eum vt patrem reuereamur, & voluntariè ei subijciamur: & hoc tertio modo manebit in patria, nā alijs duobus modis est graue dubium, vt de hoc tertio habetur Apoc. 7. Sancti in cœlis Deum colent dicentes: Benedictio & claritas, &c. Dono pietatis beati Deum colent, & sanctos. Donum scientiæ, quo humana cognoscuntur, exactissimè ibi erit. Donū fortitudinis, quo inuictè, & constanter bono hæretur, ibi erit perfectissimè vbi inseparabiliter Deo adhærebunt ex perfectissima Dei dilectione. Donū consilij, quo animus ratione repletur, perfectissimè ibi erit. Donū intellectus, quo diuina, & spiritualia certissimè penetrantur, & ab eorum fide nullis pœnis discedit, & credulitate, ibi perfectissimè erit. Donum sapientiæ, ꝙ facit terrena vilescere. Eccl. 24. & hominum cōuersatione in cœlis esse. Phil. 3. & peccata summè abhorrere, & æterna summè diligere, ibi erit perfectissimè.

7 Dona quę sunt ĩ parte intellectiua sunt perfectiora ijs quæ sunt ĩ parte appetitiua.

Septima propositio. Dona, quæ sunt in parte intellectiua, scilicet consilij, sapientiæ, sciētiæ, & intellectus sunt perfectiora ijs quæ sunt in parte appetitiua, scilicet fortitudinis, timoris, & pietatis, & inter prima, sapientia præcellit intellectui, hic scientiæ, & hæc cōsilio. Inter alia pietas præstat fortitudini, & hæc timori, licet ex parte materiæ, fortitudo, & consilium præferantur scientiæ, & pietati, quia versantur peculiariter in arduis; probatur ex Aug. lib. 1. de serm. domini, in Monte. cap. 9.

Ratio, nam dignitas donorum dupliciter attenditur: primò, simpliciter per comparationem ad proprios actus prout procedunt à suis principijs: alio modo secūdùm quid per comparationem ad materiam; simpliciter loquendo de eis, eadem ratio comparationis est in ipsis, & in virtutib. quia dona ad omnes actus potentiarum perficiūt hominem, ad quos perficiunt virtutes, supr. art. 3. vnde sicut virtutes intellectuales præferuntur virtutibus moralibus, & in intellectualibus, contemplatiuæ præferūtur actiuis, vt sapientia intellectui, scientia prudentiæ, & arti, & intellectus sciētię; sic etiam in donis sapientia, & intellectus, scientia, & consilium præferuntur pietati, fortitudini, & timori, in quibus pietas præfertur timori, fortitudo timori, sicut iustitia fortitudini, & fortitudo temperantiæ, quo tamen ad materiam fortitudo, & consilium præferuntur scientiæ, & pietati, quia consiliū & fortitudo habent locū in arduis, pietas & scientia in communibus.

8 Virtutes Theologicę sunt pfectiores donis.

Octaua propositio. Virtutes Theologicæ sunt perfectiores donis, quia perficiunt hominem ad Deum immediatè per actionem: Dona per passionem: Dona tamen sunt perfectiora alijs virtutibus, quia perficiunt immediatè hominem ad Deum, virtutes aliæ mediatè.

Ratio, nam virtutes quædā sunt morales, intellectuales, & Theologicæ. Theologicæ sunt quibus humana mēs Deo coniungitur: intellectuales quibus vires appetitiuæ perficiuntur ad obediēdum rationi, dona Sp. S. quibus omnes vires animæ disponuntur, vt suddantur motioni diuinæ, sic ergo, ita comparantur dona ad virtutes Theologicas, sicut virtutes morales ad intellectuales: vnde sicut virtutes intellectuales præferuntur virtutibus moralibus, & regulāt eas, ita virtutes Theologicæ præferunt donis Sp. S. & regulant ea sed si dona Sp.S. comparentur ad alias virtutes morales, vel intellectuales dona præferuntur virtutibus, quia dona perficiunt vires animę in comparatione ad spiritum sanctum

sanctum mouentem: virtutes verò perficiunt vel ipsam rationem, vel alias vires in ordine ad rationem, sed ad altiorem motorem oportet mobile maiori perfectione dispositum esse, vnde dona sunt perfectiora virtutibus.

SVMMARIVM.

1 Beatitudines quid sint.
2 Beatitudines distinguuntur à virtutibus, & donis, & quomodo.
3 Beatitudinis actus an sint vel merita, vel vt præmia, vel quomodo.
4 Beatitudines quæ, & conuenienter enumerantur.
5 Beatitudinum præmia conuenienter enumerantur.

De Beatitudinibus. Cap. XV.

D.Tho.1.2.q.69.

NOtandum, quòd in quolibet actu proponuntur duo coniunctim: primò, actus virtutis, vel meritum, vel beatitudo viæ; Secundò, præmium æternæ vitæ suo merito congruens, quę beatitudo patriæ dicitur, & de primo hic agitur.

1 Beatitudines quid sint.

Secundò, notandum, quod beatitudines sunt quidam actus præstantissimi, qui non solùm à virtutibus, sed etiam à Sp. S. donis oriuntur, & eatenus dicuntur beatitudines, quatenus peculiari ratione conducunt ad adipiscendam beatitudinem, quæ continetur præmijs ijs actibus correspondentibus, & dicuntur beatitudines hi actus, quatenus afferūt spem illius beatudinis consequendæ; vnde censentur quodammodo, in spe scilicet, reddere hominem beatum, iuxta Ap. Rom. 12. d. Spe salui facti estis. Vel dicuntur beatitudines, quasi prægustatio vitæ beatę, cum hic illo quodammodo fruantur, per quas cum certa spe ad beatitudinem ferimur. Beatitudines verò probabilius dicuntur cadere sub consilio, quàm sub præcepto, quia sunt actus virtutum heroici ob difficultatē, quam in se habent sub spe futuræ retributionis, huiusmodi verò actus in summo non cadunt sub pręcepto.

Prima sit propositio. Beatitudines distinguunt à virtutibus, & donis, non sicut habitus distincti ab eis, sed sicut actus. 2 Beatitudines distinguuntur à virtutib᷒, & donis.

Ratio, nam beatitudo est finis vltimus humanæ vitæ, vnde quis iam finē habere dicitur, ob spem eius obtinendi, vnde pueri dicuntur beati ob spem. 1. Eth. & Rom. 5. spe salui facti sumus, sed spes de fine consequendo surgit ex eo quod aliquid conuenienter mouetur ad finem, & propinquat ad ipsum quod fit per aliquam actionem, ad finem verò beatitudinis, quis propinquat, & mouetur per operationes virtutum, & maximè per operationes donorum, si loquamur de beatitudine æterna, ad quā ratio non sufficit, sed in eam inducit Spiritus sanctus ad cuius obedientiam, & sequelam per dona perficimur, ideò beatitudines distinguuntur à virtutibus, & donis, nō vt habitus ab eis distincti, sed vt actus distinguunt ab habitibus, quia beatitudines se habēt ad virtutes, & dona, vt actus ad habitus. Præterea beatitudo nō consistit in habitu, sed in actu, & operatione, aliter dormiens esset fœlix, vt d. Arist. 1. & 5. Ethic. ergo, & hæ. Vlterius beatitudo in spe est moueri ad æternam per meritum, & egregiam operationem, cœlestis beatitudo non in habitu, sed in actu consistit, ergo & hęc. Vlterius beatitudo dicit, quid excellentissimum & gradum heroicum in actu virtutis, sed liberales non dicuntur beati, ergo quælibet virtus non est beatitudo, quia licet quilibet actus virtutis sit meritorius, non tamen facit certā spem beatitudinis, sed solùm actus heroicus virtutis, quem qui habet ordinariè in gratia moritur, & regulariter.

3 Beatitudinū actus an sint vt merita, vel pmia, vel qūo.

Secunda propositio. Ea, quæ in beatitudinibus ponuntur tanquam merita, sunt vt præparationes ad beatitudinem perfectam, vel inchoatā, quæ verò ponuntur vt præmia, possunt esse vel ipsa beatitudo perfecta in patria, vel aliqua inchoatio beatitudinis, vt est in viris perfectis; probatur ex Aug. lib. 1. de serm. domini in monte. c. 9.

Ratio, nam spes futuræ beatitudinis potest in nobis esse ob duo: primò, ob

aliquam dispositionem ad futurã beatitudinem, ꝙ est per modum meriti; alio modo per quandam inchoationem imperfectam futuræ beatitudinis in viris sanctis etiam in hac vita, quia aliter dicitur spes fructus arboris, dũ virescit frondibus, aliter dũ iam primordia fructuum incipiunt apparere, sic ergo ea q̃ in beatitudinibus tanguntur, vt merita sunt quædam præparationes, vel dispositiones ad beatitudinem perfectã, vel inchoatam, quę verò ponuntur, vt pręmia, possunt esse vel ipsa beatitudo perfecta, & sic pertinẽt ad futuram vitam, vel aliqua inchoatio beatitudinis, vt est in viris perfectis, & sic pręmia pertinẽt ad præsentem vitam, nam cum quis incipit proficere in actibus virtutũ, & donorũ, potest sperari de eo, ꝙ perueniet ad perfectionem viæ, & perfectionem patriæ. Vel ꝙ in hac vita beatitudines aliquo modo possidentur à perfectis, quia præmia illis correspõdentia, quorum spem faciunt, dicuntur esse aliqua bona, quæ in hac vita communicantur: vt ibi d. Aug. siue spectent partim ad bona huius vitæ, partim futuræ, vt d. Chrisost. hom. 6. ex varijs locis in Mat. quia qua parte huiusmodi ꝑmia referri possunt ad bona huius vitæ, continent maximè quadam pręstanti mentis habitudine, scilicet pace, gaudio, &c. quia perfecti in hac vita valdè imitantur habitum, & statum beatorum: vnde ipse mẽtis eorũ status, dici potest beatitudo huius vitæ, & inde actiones illæ præstãtes, quæ ad hanc beatitudinem hominẽ disponunt, dici possunt beatitudines secũdùm quandam inchoationem, & beatitudo quę in actibus consistit, est pręstãtior illa quæ ex n e atis tantum optima dispositione procedit.

4 Tertia propositio. Beatitudines conuenienter enumerantur, scilicet paupertas spiritus, mitictas, luctus, esuries, & sitis iustitiæ, misericordia, mũditia, cordis, pax, persecutionis patientia propter iustitiam, quæ sunt numero octo: & etiam optimè declarantur.

Beatitudines conuenienter enumerantur, & q̃.

Ratio, nam beatitudo est triplex, q̃dam voluptuosæ vitæ secundùm quosdam, quædam actiuæ, quædam contemplatiuæ, quæ beatitudines variè se habent ad futuram vitam; prima enim, quia falsa est remouetur ab ea, beatitudo verò actiuæ vitæ est dispositio ad futuram beatitudinẽ; beatitudo verò contemplatiua si sit ꝑfecta est essentialiter ipsa futura beatitudo, si est imperfecta est inchoatio eius, ideò Christus primò ponit beatitudines remouẽtes voluptuosam vitã, quæ consistit in affluentia bonorum, vel honorũ, à quibus homo remouetur per virtutem, vt eis moderatè vtatur, per donũ excellentiori modo, vt quis ea omnino cõtemnat, vnde prima beatitudo ponitur. Beati pauperes spiritu, ꝙ refertur ad contemptum bonorum, vel honorum per humilitatem. Secundò, vita voluptuosa consistit in sequendo proprias passiones concupiscibilis, vel irascibilis, à sequela passionũ irascibilis retrahit virtus ne homo ĩ eis superfluat, secũdùm regulam rationis, donum excellẽtius, vt homo secundùm voluntatem diuinam ab eis trãquillus reddatur, vnde dicitur secundo loco: Beati mites, à sequela passionum concupiscibilis retrahit virtus moderatè eis vtendo, donum eas omnino abijciendo si opus sit, imò voluntarium luctum assumendo, vnde tertio dicitur: Beati qui lugent. Actiua vita consistit in his maximè quæ proximis exhibẽtur, vel sub ratione debiti, vel spontanei beneficij, ad primum virtus disponit, vt quæ debentur proximis non recusentur dari quod pertinet ad iustitiam, donum verò abundantius inducit vt opera iustitiæ feruentius impleantur, vnde quarto dicitur: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Circa spontanea dona perficit virtus, vt ijs donetur, quibus ratio dictat dandũ esse, vt amicis, ꝙ pertinet ad virtutem liberalitatis, sed donum ob Dei reuerẽtiam solùm necessitatem spectat in his quibus donat, vnde pauperes, & claudi inuitantur Luc. 14. quòd est propriè misereri, vnde quinto dicitur: Beati misericordes. Quæ verò pertinent ad vitam contemplatiuam, vel est ipsa beatitudo finalis, vel eius inchoatio, ideò non ponuntur in beatitudinibus, vt merita, sed vt ꝑmia: ponuntur verò, vt merita

sita effectus actiuæ vitæ, quibus homo disponitur ad contemplationem; effectus verò actiuę vitę, quò ad virtutes, & dona, quibus homo in seipso perficitur est munditia cordis, s. vt mens hominis passionibus non inquinetur: vnde sexto dicitur: Beati mundo corde, quo verò ad virtutes, & dona, quibus homo perficitur in comparatione ad proximum effectus actiuę vitę est pax: vnde septimo dicitur: Beati pacifici. Vel aliter declarantur, prima enim beatitudo deducitur à Niss. orat. 1. de beatitudinibus, d. qui spontè sua, earum rerum omniũ, quę per vitium, & nequitiã intelliguntur, inops & egenus est, ac nihil in suis conclauibus ex diabolicis opibus recõditum habet, sed spiritu feruet, & p hoc malorum sibi paupertatem colligit, & quęrit, ille fuerit, qui in ea quæ beata dicitur à Domino egestate versari dicitur, cuius egestatis fructus est regnum cœlorum. Vel vt d. Aug. lib. 1. de serm. domini in monte. Pauperes spiritu dicuntur spiritu humiles, & timẽtes Deũ, idest, non habentes inflantem spiritum, remota omni superbia, præsumptione, & vanitate, secunda declaratur à Niss. orat. 2. de beatitudinibus. d. Iracundia procul semota, quieta, blandaque vita trãsigitur, eius finis, beatitudo atq; cœlestis terræ hæreditas est, & idem Aug. loco cit. c. 3. tertia à Niss. c. 3 ibidem sic declaratur, cum duplex sit lętitia, & duplex vita in hoc seculo, & futuro, beatificum fuerit existimandũ si quis portionem lætitiæ per vera bona in sempiternum seculum recondat; tristitię verò munus in hac breui ac tẽporaria vita expleat, non in damno ac detrimento ponens, si aliqua earum rerum priuetur, quę in hac vita suaues, ac iucundę sunt, sed si dum illis potitur, ac fruitur, meliorum ac potiorum bonorum iacturam faciat. & Aug. loco cit. cap. 4. luctus est tristitia de amissione charorũ bonorum, conuersi autem ad Deum, ea quę in mundo chara amplectebantur, amittunt, non enim gaudent his rebus quibus ante gaudebãt, & donec fiat in ijs amor æternorum nonnulla mœstitia sauciantur, consolabuntur ergo à Spiritu sancto, vt temporalia amittentes, æterna lætitia perfruantur; quarta, orat. 4. à Niss. loco cit. sic quoniã vnius generis appetitus est cibi, & potionis, diuersa verò ad vtrunque horum affectio est, vt summum nobis boni desiderium prę̨scriberet, beatos iudicat eos qui duobus his affectibus, idest vehementi desiderio ꝙ instar famis, & sitis est, ad iustitiã mouentur, cuius nomine omnis virtus intelligitur, quam esurientes, & sitientes beatos iudicat Dominus: satietatem eorum quę expetuntur, vt scilicet in summo bono omnia continentę, promittens: & Aug. loco prędicto c. 5. amatores veri, & incõcussi boni, illo cibo saturabuntur, de quo ipse Dominus dicit, Meus cibus est vt faciam voluntatẽ patris mei, ꝙ est iustitia, & ita iustitia hic intelligitur omnis virtus, quinta à Niss. ibidem. c. 5. sic declaratur, in multis locis scripturæ diuinæ nomine misericordię denominatur numen diuinum &c. si ergo misericordiæ appellatio Deum docet, ad quid aliud hic te sermo hortatur, nisi vt tu Deus fias, tanquam formatus, & insignitus propria nota Deitatis? & Aug. ibid. c. 6. beatos dicit eos qui subueniunt miseris, ꝙ eis ita rependitur, vt de miseria liberentur; sexta, declaratur ibi à Niss. c. 6. d. Deus spectaculo expositus est ijs qui cor expurgatum habuerint, &c. & Aug. ibi. c. 7. hoc est cor mundum, ꝙ est simplex cor, nec Deus videri potest, nisi mundum sit illud quo videri potest, vt nec lumen hoc nisi oculis mundis; septima, à Niss. ibi orat. 7. ꝙ is est pacificus, qui pacem alteri dat, & prius est plenus pacis bonorum. & Aug. ibi. c. 8. ꝙ in pace nil repugnat, & ideò nil in his resistit Deo: octaua, à Niss. ibi. orat. 8. quòd regnum cœlorum est prę̨mium certantium, & August. cap. 8. quòd persecutiones exterius illatæ pace intrinsecus firmata, augent gloriam, vt dicit hic Valentia.

Quarta propositio. Prę̨mia beatitudinum conuenienter enumerantur, vt primę regnum cœlorum proponatur, secundę terra, tertię consolatio, quartę saturatio, quintę misericordię consecutio, sextę visio Dei, septimę Dei filiatio, octauæ 5 Beatitudinũ pmia cõuenienter enumeratur.

octauę regnum cęlorum, quę & declarantur.

Ratio, nam primæ tres beatitudines sumuntur per retractionem à vita voluptuosa, ideò harum pręmia sumuntur secundùm ea, quę aliqui quęrũt in terrena beatitudine, quia homines in honoribus, & diuitijs quęrũt excellentiã, & abundantiam, quorum vtrunq; importat regnum cœlorum, per q homo acquirit excellentiam,& abundantiam in Deo, ideò tribuitur pauperibus spiritu; quęrunt etiam immites per bella, & litigia securitatem, inimicos destruendo, vnde promittit mitibus quieta, & secura possessio terræ viuentium, scilicet soliditas æternorum; quærunt etiã homines in cõcupiscentijs,& delectationibus habere cõsolationem cõtra labores pręsentis vitę, ideò lugentibus promittitur cõsolatio vitę; quò ad proximum aliqui recedũt à iustitia aliena rapientes,nec reddentes debitum, vt bonis impleantur, ideò saturitas promittitur esuriẽtibus iustitiam; aliqui etiam recedunt à misericordijs, ne se immisceant alienis miserijs, ideò misericordibus promittitur misericordia, ob quã ab omni miseria liberentur. Aliæ duę beatitudines pertinent ad contemplatiuam fœlicitatem, ideò secundùm conuenientiam dispositionum, quę ponuntur in merito, pręmia redduntur, quia munditia oculi disponit ad clarè videndum, vnde visio diuina promittitur mũdis corde, pacificus verò in se, vel cum alijs pacem constituens, aut inter alios, Deum imitatur, qui est Deus vnitatis, & pacis, ideò huiusmodi redditur pręmium diuinæ filiationis, quę est in perfecta coniunctione ad Deum per sapientiam consummatam.

SVMMARIVM.

1 Fructus quid sint.
2 Fructus conuenienter enumerãtur.
3 Fructus differunt à beatitudinibus.
4 Fructus Spiritus sancti congruè ab Apostolo ponuntur, & ordinãtur.
5 Fructus Spiritus sancti an contrarientur operibus carnis.

De Fructibus Spiritus sancti. Cap. XVI.

D.Tho.1.2.q.70.

1 Fructus quid sint

Notandum, q fructus Spiritus Sancti censentur quilibet actus virtutum, quatenus sunt quidam effectus hominis tum vltimi, tum per se delectabiles, qui & aliqua ratione à gratia Sp. S. vt à quodam semine proficiscuntur, iuxta id 1.Cor.3. Omnis qui est ex Deo, peccatũ non facit, quoniã semen Dei in ipso manet, vel sunt actus virtutum; qui ex habitu virtutum oriuntur, & faciunt nos vel ostendunt vt arbores frugiferas in ecclesię agro, vel sunt actus virtutum prout procedunt à gratia, vt à quodam semine,& ideò sunt tantum in iustis vt & beatitudines; & conueniunt cum beatitudinib. quòd sunt quidam actus boni, non autem habitus. Differunt tamen ab ijs, q omnis beatitudo est fructus Sp. S. sed non èconuerso, quia idem actus pręstãs qui oritur à dono,& est beatitudo si cõderetur, vt vltimus effectus hominis oriens à gratia Sp. S. est etiã fructus, sed non oĩs actus virtutis procedens à gratia aliqua ratione, qua ratione est fructus, potest dici beatitudo, quæ .s. præstanti quadam ratione cõducat ad perfectam beatitudinem; vlterius differũt nam beatitudines propriè tribuũtur donis Sp. S. Fructus verò virtutibus, licet beatitudines etiam oriantur à virtutib. & quandoque fructus à donis Sp. S. sed quia beatitudines sunt actus pręstãtes, & fructus sunt quicunque actus boni; ideò beatitudines donis Sp. S. fructus verò virtutibus tribuuntur; non negatur tamen auxilio diuino posse elici actus pręstantes ab eo qui nondum est in gratia, quę tamen beatitudines propriè, vel fructus dici non debent. His not.

Prima sit propositio. Fructus Spiritus Sancti connumerati. Gal. 5. sunt actus non habitus. 2 Fruct⁹ cõuenienter enumerãtur.

Ratio, nam fructus nomina à corporalibus ad spiritualia transferuntur, sed in corporalibus id dicit fructus qui ex planta producitur, cum ad perfectionẽ

peruenit,

peruenit, & suauitatem in se habet, qui fructus comparantur ad arborem producentem, & ad hominem illum adipiscentem; sic in spiritualibus fructus accipitur hominis quasi arboris id quod ab eo producitur. Secundò, vt dicatur fructus hominis id quod homo consequitur, non tamen omne quod homo consequitur habet rationē fructus, sed quod est vltimum delectationem habens, & secundùm hoc fructus hominis dicitur vltimus finis, quo frui debet; si ergo dicitur fructus hominis dicitur quod ex eo producitur, sic actus humani sibi fructus dicuntur, quia operatio est actus secundus operantis, & delectationē habet si sibi conueniens sit; si ergo actus hominis procedat ab eo secundùm facultatem suæ rationis, sic dicitur esse fructus rationis, si verò procedat ab eo secundùm altiorem virtutem, quæ est virtus Spiritus sancti, sic dicitur esse operatio hominis fructus Spiritus sancti, quasi cuiusdā diuini seminis. 1. Io. 3. Præterea Matt. 12. dicitur, quod omnis arbor bona fructus bonos facit, mala malos, ergo ex fructibus cognoscitur homo, idest, ex operibus suis, & sic sunt actus non habitus; sicut enim operatio hominis, quę ab eo procedit secundùm rationem dicitur fructus rationis, sic operatio quæ procedit ab homine secundùm altiorem rationem, quæ est virtus Spiritus sancti, dicitur operatio hominis, & fructus Spiritus sancti, quasi cuiusdam diuini seminis. Pręterea fructus non sunt flores, vel folia, sed vltimum quod percipitur ex arbore cum delectatione, vnde habitus virtutū producunt fructus, sed non sunt fructus: fructus enim propriè sunt operationes, & actus virtutum, qui ex habitibus cum gratia iuncti oriuntur.

3 Fructus differunt à beatitudinibus.

Secunda propositio. Fructus differūt à beatitudinibus, probat ex sup. dictis.

Ratio, nam plus requiritur ad rationem beatitudinis, quā ad rationem fructus, quia ad rationem fructus sufficit, quod sit aliquid habens rationem vltimi, & delectabilis, sed ad rationem beatitudinis, vlterius requiritur quod sit aliquid perfectum, & excellēs, vnde omnes beatitudines possunt dici fructus, sed non èconuerso, quia fructus sunt quælibet bona opera in quibus homo delectatur, sed beatitudines dicuntur solùm perfecta opera, quæ etiam ratione suæ perfectionis magis tribuuntur donis quam virtutibus, sup. q. præced. art. 1. & 3.

4 Fructus Sp. S. conuenienter enumerātur.

Tertia propositio. Fructus Spiritus sancti conuenienter enumerātur ab Apostolo. Gal. 5. Charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides in proximū, modestia, continentia, & castitas, quæ & optimè declarantur.

Ratio, ex eo enim fructus dicitur secundùm quòd ab aliquo procedi, attenditur verò distinctio horum duodecim fructuū secūdùm processum diuersum Spiritus sancti in nobis, qui processus sic attenditur: primò, vt mens in seipsa ordinetur, secundò, ad ea quæ sunt iuxta, tertiò, ad ea quæ sunt infra, mens in seipsa benè ordinatur, qn̄ se benè habet in bonis, & malis: prima verò dispositio hominis ad bonū est amor qui est prima affectio, & aliarum radix, sup. q. 2. art. 1. & 2. ideò primus fructus Spiritus sancti dicitur charitas, in qua specialiter Spiritus sanctus datur, & in propria similitudine cum & ipse sit amor. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est &c. Ad amorem charitatis consequitur necessariò gaudium, quia amans gaudet coniunctione amati, sed charitas semper p̄sentem habet Deū, quem amat. 1. Io. 4. vnde sequela amoris est gaudiū, perfectio gaudij est pax, primò, quò ad quietem ab exterioribus perturbationibus, & qui in vno habet cor paratū, ab alio nō pōt molestari, cū alia, vt nil æstimet. Psal. 118. Pax multa diligentibus &c. quia ab exterioribus non perturbātur, qui Deo fruuntur. Secundò, quò ad sedationem desiderij fluctuantis, is enim non perfectè gaudet de aliquo, cui id non sufficit quæ duo importat pax, vt nec ab exterioribus turbetur, & vt desideria quiescant in vno, vnde post gaudium tertiò sequitur pax. In malis mēs benè se habet, primò, vt non turbetur p̄ imminentiam malorum quod pertinet ad patientiam: secundò, vt non turbetur in dila-

dilatione bonorum quod pertinet ad longanimitatem, carere enim bono habet rationem mali. 5.Eth.

Quò ad proximum benè homo disponitur, primò ad voluntatem benè faciẽdi ad quod pertinet bonitas: secundò, quò ad beneficentiæ executionem, ad quod pertinet benignitas, quia bonus ignis eos feruefaciat ad proximo iuuandum. Tertiò, vt mala ab eis illata æquo tolerentur, quòd pertinet ad mansuetudinem, quæ cohibet iras. Quartò, quòd etiam per dolum eis non noceatur ad quod pertinet fides, si verò fides sumitur pro eo quo creditur in Deum, sic homo per hoc ordinatur in id quòd est supra se, vt intellectum Deo subijciat, quò ad id quòd est infra, benè homo disponitur primò, quò ad exteriores act⁹ per modestiam, quæ seruat modum in dictis, & factis, quò ad interiores concupiscentias per continentiam, & castitatem, quia continens patitur concupiscentias, sed non vincitur, castus neutrum habet.

Et ita charitas est primus fructus sine quo alij haberi non possunt. 1.Cor. 13. & omnium summus: secundus, gaudiũ præstans, vt homo spiritualis alacriter, & lætè seruiat Deo, vt summo bono: tertius pax, faciens vt in mundi procellis animi tranquillitas seruetur: quartus patientia, in duris ferendis sita: quintus longanimitas, magnitudinem animi in bonis futuris expectandis dans: sextus bonitas, nulli nocens, & benè omnibus volens: septimus, benignitas inuitans ad familiaritatem dulci eloquio, & moribus temperatis: octauus, mansuetudo, iræ motus sedans: nonus, fides in proximum, qua pactorum, & promissorum fideles obseruatores reddimur: decimus, modestia omnem fastũ, & arrogantiam excludens: vndecimus, continentia, faciens, vt non solùm à cibis, sed etiam ab omni nequitia abstineamus: duodecimus, castitas, mentem castam in corpore casto conseruans. Notando tamen, vt d. benè hic Valentia, quòd nõ omnes fructus Spiritus sancti hic enumerantur ab Apostolo, sed tantum præcipui, vt nec omnes beatitudines, sed tantum præcipuæ.

Quarta propositio. Fructus Spiritus sancti si sumantur secundùm rationem communem fructus Spiritus sancti, & etiam opera carnis sumantur in cõmuni, fructus Spiritus sancti contrariãtur operibus carnis, secundùm tamen propriam rationem fructuum, & operum carnis, non oportet singulos singulis contraponere. 5 Fructus Sp. S. an cõtrarien tur operi- b⁹ carnis.

Ratio primi, nam Spiritus sanctus mouet humanam mentem ad id quod est secundùm rationem, vel supra eam potius, appetitus verò sensitiuus trahit ad sensibilia, quæ sunt infra hominem, vnde sicut motus sursum, & deorsum contrariantur in naturalibus, sic in spiritualibus opera carnis fructibus Spiritus.

Ratio secundi, quia Apostolus non intendit enumerare singula opera spiritualia, nec omnia carnalia, secũdùm tamen quandam coaptationem opponuntur, fornicationi enim opponitur continentia, per quam anima Deo iungitur in qua est vera castitas, immunditiæ sunt perturbationes à fornicatione conceptæ, quibus gaudium tranquillitatis opponitur. Idolorum seruituti quo bellum Deo infertur opponitur pax, contra veneficia, inimicitias, animositates, emulationes, opponuntur longanimitas, ad sustentandum eorum mala, ad curandum benignitas, ad ignoscendũ bonitas, hæresibus opponitur fides, inuidiæ mansuetudo, ebrietatibus continentia.

Hæc de virtutibus, & consequentibus eas.

DE

DE PECCATO.

SVMMARIVM.

1 Peccatum, crimen, vitium, flagitium, malitia, facinus, delictum, vt differant.
2 Peccatū quibus nominibus appelletur, eius mala, & vituperatio.
3 Peccati diffinitiones, vel descriptiones variæ, cum earum expositionibus.
4 Vitium contrariatur virtuti.
5 Vitium an sit contra naturam.
6 Vitiosus habitus, vel actus peius est quàm vitium.
7 Peccatum an virtuti opponatur, & quomodo.
8 Peccatum omissionis quale peccatum sit, & an sit semper cum actu interiori, vel non.
9 Peccati diffinitio.
10 Peccatum est actus humanus moraliter malus, & voluntarius.

De peccatis secundùm se. Cap. I.

D. Tho. 1. 2. q. 71.

1 Peccatū, crimē, vitiū, malitia, facin⁹ delictum, flagitium, vt differāt

OBSERVANDVM est in vniuersum, primo loco differre, Vitium, malitiam, peccatū, crimen, facinus, flagitiū, delictum. Nam vitium sumitur pro habitu vitioso, licet quandoq; sumatur pro actu prauo, vnde equus non dicitur vitiosus, qui semel in cursu deficit, nisi defectus sit continuus, vnde Philosophus 7. Eth. c. 8. d. vitium esse simile hidropisi, quæ est infirmitas perseuerans, & homo nō dicitur vitiosus, qui semel vel iterum in peccatum est lapsus, nisi peccare ducat in consuetudinem, & in eo sit habitus firmatus de difficili mobilis. Malitia se habet ad actum & habitum; peccatum verò accipitur pro actu inordinato nō habitu, & est nomen genericum, quòd se habet ad peccatum in natura, arte, vel moribus, & dicitur peccatum in natura, vel arte, vt d. Philosophus 1. Phis. quando natura, vel ars nō consequitur finem propter quem operatur, in natura peccatum est quando genitum non consequitur debitam proportionem, & dispositionem generantis, & dicit̄ monstrum, vel id eueniat ex superabundātia membrorum, vt cum duobus capitib⁹, vel diminutione, ꝙ fit quia virtus generantis, quæ est regula generationis, non est proportionata materiæ, vel è conuerso, peccatum in arte est, quando declinatur à regula, & mensura artis, vt si faber declinet à regula artis suæ; peccatū in moribus est quando declinatur à regula rationis humanæ secūdùm quam quis homo propriè demōstratur, & est regula immediata, regula mediata verò est lex diuina, vel humana à qua qui recedit dicitur peccare; crimen à carendo dicitur, vt furtum, falsitas, &c. quòd nō occidit corpus semper, sed infamat: vt inquit Isid. lib. 5. Orig. vel vt d. Aug. in Enchir. c. 64. ꝙ omne crimen est peccatum non è conuerso, Sancti enim in hac vita sine crimine viuere possunt sine peccato non, scilicet veniali: vt ibi d. Facinus, dicitur à faciendo malum, ꝙ nocet alteri: vt ibi d. Isid. & Aelius Donat. in expos. verbi feci. Flagitium à flagitando corruptelam libidinis dicitur, ꝙ noceat sibi. Delictum quando quis non facit, quod facere debuit, vt dicit Corn. Fronto. in exposit. ver. gratiam. in princ. & idem d. Aug. q. in Exo. lib. 5. Tom. 4. ꝙ dicitur delictum quasi desertio boni, peccatum verò perpetratio mali, & dicitur delictum, quasi derelictū, is verò non delinquit, nisi qui derelinquit bonum, vt ibi dicit, quæ tamen quandoq; confunduntur.

Secundò, obseruandum est, ꝙ peccatum ob eius malitiam, & fœditatem, & innumera mala, quæ affert in sacris literis, & apud Sanctos Patres multis nominibus appellatur, varijsque rebus assimilatur: Dicitur enim tenebra animæ. 1. Ioan. 2. & tradit August. lib. 1. de bapt. con. Donat. c. 11. quia lumen gratiæ aufert, separatio à Deo. Ps. 25. & tradit Aug. Breuic. collat. cum Donat. collat. 3. diei septimi, quia separat à Dei gratia, & facit accedere ad eius iustitiā per pœnam. Febris, & ægritudo animę, quia infirmetur, & inde se odio habeat homo 2 Peccatum quibus nominib⁹ appellet̄, ei⁹ mala, & vituperiū.

homo qualis est, vt redeat qui esse vellet,& deberet, vt & æger sic se odit, vt redeat sanus: vt dicit lib.de decem chordis.cap.9.Tom.9. Immunditia ex quo erubescentia,quia animam Dei imagine insignitam dæmonis adhibita imagine deturpat. August.de verbis domini in Luc.sermo.31. in princip. cæcitas oculorum, qua Deus cerni non potest. Idem de verbis domini in Ioan. sermo. 39. Hostis animæ,vt idem dicit de tempore sermo.119.pater mortis.de temp. idem serm.141. serm.2. feriæ paschæ. Compedes animæ impediens ne ad cœlum feratur.idem de tempo.ser.175.in Ascensione domini.ser.1.in fi. Nihil in Sent.Tom.3.nu.223. d.omnia per verbum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: cũ itaq; vniuersa natura per verbum Dei facta sit, iniquitas per ipsum facta non est, quia iniquitas nulla substantia est, & peccatum non est natura, sed vitium naturæ, id appetens ꝙ non est ordinis su: affert magnum metum, & putridum facit peccatorem cõscientia accusante: vt d.Chris.hom.8.ad populum Antioch. nil eo peius, quia non solùm cõfusione replet, sed & insipientes facit, qui ante sapientes erant. idem hom.17.in Genes.nil eo immundius,d. propheta Ps.37. Putruerũt,& corruptæ sunt cicatrices meę;vt idem d.hom.51. in Ioan.& etiam corpora inficit, & breui patratur, morbi tormenta diuturna sunt; vt idem d.hom.37.in Io. Dæmone peius,quia dæmon non excludit omnino à regno cœlorũ, imò prodest modesto: peccatum verò à cœlestibus omnino excludit.idem hom.28.in epist.ad Rom. vbi & illud vocat voluntariũ dæmonem, & spontaneam insaniam,& abigit angelũ custodē ob sui graue olentiam:vt d.Bas.hom.in Ps.33.& peccans vendit animam vilissimo pretio temporalis dulcedinis diabolo. Aug.in lib.expos.quarundam propos.ex ep.ad Rom. propos.42 cõparatur romphaę bis acutæ in qua non est sanitas.Eccl.21. Grandini erga fruges,turbido sideri,erga arbores,vastitati erga armenta pestilenti, seuæ tempestati erga nauigia: vt d.Cyp. serm.de lapsis,& mortuis, qui sunt deformes,ac fœtidi, sic animę eorum qui in peccato sunt multa sunt impuritate refertæ,clausi sunt oculi ipsorũ, os constrictum,& mutum, immoti perdurant in lætitia malitiæ:vt d.Chris.hom.9.ad Thessal.& hom.12.ad Heb.& hom.41. ad pop. d.melius esse luto pollui,quàm peccatis, qui enim illic polluitur paruo tempore lauatur, & efficitur similis ei qui non cecidit, qui verò in peccatum incidit talem pollutionem contrahit,vt multo tēpore nõ aquis egeat,sed lachrimis, pœnitentia, & est similis peccator iacenti in sepulcro, & peius, quia ibi manet ad peccandum iam immobilis, hic in sepulcro malè à seipso intrusus, ingenti peccatorum mole obruitur, & si quis cadauer per ciuitatem duceret, omnes fugerent, sic qui mortuam in se portat animam ad pœnitentiam fugiat, ne iacula in ipsum immittantur. Idem homil.28.in Matth. & homil.74. & peccatum cæcat hominem, vt lumen cœli videre non possit, vt qui ebrietate, vel fumo aut stipulis oculos plenos habet. idem homil.1. de pœnit.& Ambro.lib.2.de Cain,& Abel.c.1.& pœnas affert, quia vt boni duplici honore digni sunt, ꝙ & frugi fuere,& ab improbis nil vitij extraxere, sic mali duplici pœna sunt mulctandi, ꝙ cum boni esse possent, & per vitia improbi fuere, & à bonis nil virtutis acquirere voluere.idē Chris.serm.de virtutib.& vitijs,& vt rei cũ è carceribus educuntur, catenis vincti ad patibulũ traduntur, sic oēs animæ cum hinc migrauerint varijs peccatorũ catenis circundatæ ad tremendũ aguntur tribunal.idem homil.46. & vt pestis in alios transmittit morbum,sic operarij iniquitatis in alios proximos morbum transmittunt,& simul pereunt. Basil. in Ps.1. & vt corpus tempore dissoluitur, sic anima peccatorum multitudine marcescit,flaccescit,ac de gradu deijcitur. idē Chris.hom.10.in ep.ad Rom. & vt rex à barbaris captus in eius ignominiam insignijs regis nõ solùm priuatur,sed & aquas ferre, & coquere cogitur, sic peccata omni ex parte animam cruciant, & dilaniant. Idem hom.18.in 1.Timoth. Vnde peccatum summè fugiendum,

giendum, quia vt scintilla si quid minimum accenderit, omne reliquum depascitur: sic peccato natura, posteaquam animi cogitationes nacta fuerit, nemoque sit qui extinguat, grauior in reliquum, & superatu difficilior fit per secundorum accessionem, cũ iam in maiorem contemptum peccator effertur. idem apud Maximum. serm. 26. & statim pœnitentia proinde curandũ, quia vt semel castus effect⁹, castior efficit̃ accepto castitatis fermento, sic qui paruũ peccati fermentũ in se susceperit, quotidiè seipso nequior efficitur. Orig. homil. 23. in Numeros. & peccatum graue malum est, sed non incurabile, graue retinenti, leue autẽ per pœnitẽtiam abijcienti. Cyril. Ierosо. cath. 2. mistag. & vt qui intus habent inclusam escam indigestam, aut humoris, vel phlegmatis, stomacho grauiter molestã, si vomerit, releuatur, sic qui intus peccatum occultant, propemodum suffocantur à phlegmate, sed qui peccatum cõfitetur accusando seipsum, simul euomit omne delictum, & morbi digerit causam. Orig. hom. 2. in Ps. 37. mala enim bestia est peccatum, & nisi statim prohibeatur tanto percurrit impetu, vt contineri nequeat, non secus, ac equi qui freno proiecto sessorem excutiunt, & in rupe abrupta præcipites cadũt. Chris. hom. 10. & lib. con. gentiles. vel non secus ac hidropisis, quæ homini sitim eius rei quæ illi magis nocet adauget, vnde à Crisippo vitium dicitur essentia miseriæ, cum hominem vndequaq; miserum reddat, & ipsa dominia euertit, vnde Roboam ob imprudentiam. 2. Reg. 2. Sardanapalus ob intemperãtiam, Perseus ob temeritatem, Clodoueus ob inertiam regna amisere, ob peccatũ Deus diluuiũ immisit in terras. Gen. 6. 7. Incendium in Sodomam. Gen. 19. Pharao submersus. Exo. 14. Lucifer è cœlo detrusus. Es. 14. Nabuchodonosor eiectus. Dan. 4. & alij innumeri summis plagis affecti, vt ita dignoscat̃ quãto studio cauendũ sit.

3 Tertiò, obseruandum, ꝙ peccatũ variè diffinitur, seu describitur, iuxta multiplices eius acceptiones. Peccatũ enim sumitur quandoq; pro quocunq; defectu per quẽ res desciscit ab aliqua regula, quæ illi modum necessarium præscribit, vt ad destinatum finem pertingere nequeat, & sic etiam in rebus naturalibus peccatũ fieri dicitur, vt in monstro, de quo 2. Phis. t. 82. Aliqñ & magis propriè peccatum accipitur pro dicto defectu, qui tamen sit voluntarius, & humanus: & sic Medicus malè curãs, vel Grãmaticus vitiosè loquens etiam peccare dicitur. Aliquando & proprijssimè sumitur pro huiusmodi defectu voluntario & humano, ob quem homo ad vltimum finem beatitudinis æternæ peruenire non valet.

Peccati diffinitiones, vel descriptiõẽs cũ earum exposit.

Prima diffinitio Aug. lib. 22. con. Faustum. c. 27. ꝙ est dictum, factum, vel cõcupitum contra legem æternã, quæ diffinitio nõ conuenit peccato omissionis, nisi pro dicto, & facto ponatur etiã non dictum, vel non factum: vt d. D. Tho. 1. 2. q. 71. art. 6. ad primum. non conuenit etiam peccato originali, vel transeunti peccato, à quo, transacto actu, homo dicitur peccator.

Secunda diffinitio est eiusdem. lib. de duabus animis contra Manich. cap. 11. ꝙ peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi id ꝙ iustitia vetat, & vnde liberum sit abstinere, quæ diffinitio conuenit solo peccato commissionis.

Tertia eiusdem lib. 1. de lib. arb. c. fi. ꝙ peccare nil est aliud, quàm neglectis æternis temporalia sequi, quę diffinitio conuenit peccato præcipuè omissionis.

Quarta eiusdem lib. 1. de varijs quęstionibus ad Simplicianum, quòd peccatum est hominis inordinatio, atque peruersitas.

Quinta eiusdem libro 2. de consensu Euang. cap. 2. quòd peccatum est legis transgressio.

Sexta Amb. lib. de paradiso. c. 8. quòd peccatum est diuinæ legis transgressio, & cœlestium inobedientia mandatorũ, quæ vltimæ tres diffinitiones latius patent, & omni possunt peccato accõmodari. Vel latius sic describi potest, iuxta Valẽtiam hic, ꝙ peccatum est defectus quidam voluntarius perfectionis ex diuina, & æterna lege homini debitę, quo proinde homo desciscat ab ea lege æterna

na tanquam à prima, & certissima regula determinante modum necessarium ad cõsequendum vltimum finem, idest, beatitudinem. Dicitur volũtarius, quia peccatum non est, nisi sit voluntarium: vt d. Aug. lib. de vera relig. c. 14. & lib. 4. de libe. arbit. c. 2. ꝙ procedit etiam in peccato originali, quòd dicitur voluntarium, quia ex primi hominis voluntate productum, factum est nobis quodammodo hæreditarium. vt idem d. lib. 1. retr. c. 13. vltima pars ponit differẽtiam inter peccatum, de quo agitur, & peccata artificum, quæ non deuiant à regula perueniẽdi ad beatitudinem, sed solùm à regula artis. Dicitur perfectionis debitæ, per quod intelligitur non solùm perfectio actualis, sed etiam habitualis. Dicitur quo desciscitur à lege æterna, quibus verbis includitur etiã quòd sit contra regulam rationis, vel legis naturalis, aut humanæ, quia lex diuina, & æterna statuit, vt legi etiam naturali, & humanæ obediatur, nomine verò legis æternæ hic non intelligitur quodlibet dictamen diuinæ sapientiæ, sed præceptum æternum necessitatem inducens ꝑfectionis alicuius vt perueniri valeat ad vltimum finem. Et hæc diffinitio cõuenit etiam peccato omissionis cum careat debita perfectione. Ex quo etiam colligitur, vt d. hic Valentia, ꝙ peccatũ non dicit moralem malitiam positiuã, sed tantum defectum quendam perfectionis debitæ: vt d. Dion. lib. de diu. nomin. c. 4. p. 4. quòd malum est priuatio, & defectio: & Aug. lib. de gratia Christi contra Pelag. c. 19. & tr. 1. in Ioan. D. Ans. lib. de casu diaboli. c. 15. & 16.

Sustineri tamen potest, & diffinitio prima Aug. quam sequitur Mag. 2. sen. dist. 35. in princ. D. Th. hic art. 6. Canis. de doctr. Chr. tract. de peccatis. cap. 1. Sot. de iust. & iure. lib. 1. q. 2. vt d. optimè Nau. in Man. præl. 7. dictum enim factum, vel concupitum, ponitur vt materiale in peccato, contra legem Dei, vt formale, quo comprehenditur etiam peccatum omissionis, quatenus non fit ꝙ debetur, cũ affirmatio, & negatio reducantur ad idem genus, & qui non facit ꝙ debet, dicitur facere aduersus id ꝙ tenetur glo. & Doct. in l. 2. ff. de verb. obl. & tradit D. Th. loco cit. vbi & d. cõuerti cum suo definito, & constare genere, & differentijs.

Vel vt d. Nau. præl. 9. post num. 7. ꝙ peccatum, loquendo de actuali mortali, est peccatum contra præceptum diuinum vel humanum, promulgatum, receptum, & non derogatum, æterna pœna munitum, vel contra aliquid pro tali habitum, vel an tale sit dubitatum, ꝙ ignorantia, subreptio, aut paruitas rei, aut dispensatio iusta, quò ad legem humanam, ab ea nõ excuset, vel contra diuinum consilium contemptum, vel cõtra salutem animæ proximi spretã, vel ob finem mortalem, vel in quo finis vltimus ponitur declarando eã, vt ibi per illum. §. ꝙ dicitur peccatum vt genus. Dicitur contra præceptum, quia si sit contra consilium, non est peccatum regulariter. Dicitur æterna pœna munitum, ad excludendum peccata venialia, vt mendacium iocosum.

Vel cũ author præcepti non intendit obligare ad illam pœnam, vt sunt statuta Dominicanorum, vel quæ non continent verba præcipientia, sed tantum ordinantia, vel statuentia. Dicitur vel pro tali habitum, vel dubitatum, quia conscıẽtia etiam erronea ligat. Dicitur vbi ignorantia non excusat, quæ excusat si iusta sit, vt & subreptio, & rei paruitas, vel dispensatio iusta, aut causa iusta. Dicitur contra diuinum consilium contẽptum, qui enim consilium per contemptum transgreditur peccat. Dicitur, vel ob finem mortalem, quia actus alioqui bonus, vel indifferens in eum finem relatus est mortalis. c. cum minister. 13. q. 5. D. Tho. 1. 2. q. 18. art. 4. Dicitur, vel in quo vltimus finis constituitur, quia sic est mortale. D. Th. 1. 2. q. 88. art. 4.

Vel ita demum diffiniri, aut describi potest, ꝙ peccatum est recessus voluntarius in se, vel in radice, à regula debita legis naturalis diuinæ, vel humanæ. Dicitur recessus, vt genus. Dicitur voluntarius, vt sic includat etiam peccatum Angeli, excludatq; actus brutorũ. Dicitur in se, vt sic amplectatur peccatum personale. Dicitur, vel in radice,

vt sic

vt sic concludat peccatum originale, ꝙ est voluntarium in radice, quatenus in primis parẽtibus fuit voluntarium, qui fuere nobis radix nascẽdi,& in nos traducitur per propaginem carnis. Dicitur à regula debita, ad includendum id solùm ad ꝙ quis tenetur, & ad excludenda consilia. Dicitur legis naturalis &c. ad excludendum peccata naturę,& artificum, & includenda peccata cõtra rationem naturalẽ, diuinam vel humanã legem iustam contracta. His ita not.

4 Vitiũ contrariatur virtuti.

Prima sit propositio. Vitium contrariatur virtuti, probatur ex Augu. lib. de perfect. iustitiæ circa finẽ quartę ratiocinationis, vbi d. ꝙ vitium est qualitas secundùm quam malus est animus, virtus verò qualitas quæ facit bonũ habentem, ergo sibi inuicem contrariantur.

Ratio, nam circa virtutẽ possunt considerari, vel ipsa essentia virtutis, vel id ad ꝙ est virtus. In essentia virtutis aliquid considerari potest directè, aliquid in consequenti: directè importat dispositionem alicuius conuenienter se habentis secundùm modũ suę naturę: virtus est enim dispositio perfecti ad optimum. 7. Phis. Ex consequenti sequitur ꝙ virtus sit bonitas quædam, rei enim bonitas in hoc consistit quòd conuenienter se habet secundùm modum suæ naturæ. Id verò ad quòd virtus ordinatur est bonum, supra q. 50. art. 1. secundùm hoc ergo, tria opponuntur virtuti, primum est peccatum ꝙ opponitur sibi ex parte eius ad ꝙ virtus ordinatur, quia peccatum propriè dicit actum inordinatum, vt actus virtutis est ordinatus & debitus, secundùm verò id ꝙ ad rationem virtutis consequitur, ꝙ sit bonitas quædam, opponitur virtuti malitia, sed secundùm id ꝙ directè est de ratione virtutis, opponitur virtuti vitium, quia vitiũ rei est ꝙ non sit disposita secundùm quòd conuenit suæ naturæ. Ex his sequitur, quòd habitus vitiosus qui manet in homine existente in gratia, non meretur nomẽ vitij, quia is est bonus & amicus Dei, ergo nõ est vitiosus, & ita is nõ habet vitiũ, cum habitus ẽt ille nõ faciat illum vitiosum, & sit tantum principium inclinãs ad vitiũ, cum sibi repugnent gratia etiam & vitium. Notandum ẽt virtutẽ,& vitium non opponi priuatiuè, vt opponũtur actus virtutis & vitij, sed tantũ contrariè, prout virtus perficit mentem, sic vt prosit conuenıatq; naturæ hominis, vitiũ verò sic eãdem afficiat, vt ei noceat,& repugnet per actum vitiosum: vt d. Aug. lib. 3. de libe. arb. c. 15. & probat hic Valent. post D. Th. quia hæc oppositio est secũdùm bonitatem,& malitiã., huiusmodi verò oppositio nõ est inter virtutem, & vitiũ considerata vtriusq; essentia, quia habitus vitiosus non habet intrinsecè malitiam, sed tantum in ordine ad actum, vt eius principium,& sic consequenter, & idem de virtute, ergo.

5 Vitium ã sit contra naturam.

Secunda propositio. Vitium est cõtra naturã, quatenus ei nocet, & repugnat per actum vitiosum, probatur ex Aug. lib. 3. de lib. arb. c. 13. d. omne vitium eo ipso quòd vitium est, contra naturã est.

Ratio, nam vitium virtuti contrariatur, & virtus rei cõsideratur, vt sit benè disposita secundùm cõuenientiã suæ naturæ, art. præc. vnde vitium in qualibet re dicitur id ꝙ est dispositum contra id ꝙ conuenit naturæ suæ, & inde nomen vituperationis à vitio sumitur, sed natura cuiusq; rei maximè est forma secundùm quam res speciem sortitur, homo verò speciem sortitur per animã rationalem, ideò ꝙ est contra ordinem rationis propriè, est contra naturã hominis, quatenus est homo,& èconuerso; bonũ verò hominis est secũdùm rationẽ esse, malum præter rationẽ esse: vnde virtus humana quę facit hominem bonum,& opus eius bonum, eatenus est secũdùm naturã hominis, quatenus conuenit rationi, vitium verò in tantum est contra naturam hominis, quatenus est contra ordinem rationis. Præterea homo duabus partibus constat sensu, & ratione, vt tamen homo est ratione cõstat, ergo ab ea parte denominatur à qua parte principaliter pendet, ergo eius inclinatio dicetur, prout inclinatio hominis est, & sic rationalis, non aũt prout est inclinatio appetitus sensitiui secundùm quem non dr̃ homo, ergo inclinatio naturalis hominis est secũdùm id ꝙ ratio dictat;

& sic ad bonum & virtutẽ, & per cõsequens vitium in homine est contra eius naturã, prout homo est, vt d. hic Med. & alibi cũ de passionibus ageretur probatum, hominis inclinationem esse ad bonũ, & quia vitiũ homini nocet. Et licet id verum sit, homines tñ vt in pluribus magis sequũtur sensualitatem, q̃ virtutem, quia sensibilia sunt magis nota, & sic magis mouent, vt propinquiora; & quia ex sensibilib', & voluptatib. statim hr̃ præmium.s. voluptatum: Bona verò honesta id promittunt solùm in futurũ, & in præsenti saltem in principio tristitiam afferunt, & quia voluptates à teneris nobis crescunt, adueniente verò ratione difficilè est assueta relinquere, & vt detur occasio pugnæ ad victoriam.

6 Vitiosus act' peior est, q̃ vitium.

Tertia propositio. Vitiosus actus, peior est quàm vitium, seu habitus vitiosus; probatur, nam pro habitu vitioso quis non punitur, nisi veniat ad actum, pro actu verò vitioso sic.

Ratio, nam habitus est medius inter potentiã, & actum, sed in bono, & malo actus præeminet potentiæ. 9. Met. quia melius est benè agere q̃ posse, & peius est malè agere q̃ posse, vnde habitus in bonitate, & malitia medium gradũ obtinet inter potentiã, & actũ, vt sicut habitus bonus, & malus præeminet in bonitate, & malitia potentiæ, ita ẽt subdatur actui, vnde habitus nõ dr̃ bonus, vel malus, nisi per hoc quod inclinat ad actũ, vnde ob bonitatẽ, vel malitiã actus, habitus dr̃ bonus, vel mal', & sic potior est actus in bonitate, vel malitia, q̃ habitu, quia ob ꝙ quodq; tale, & illud magis, ꝙ verò habitus sit diuturnior est ꝑ accidẽs, quia vtrunq; inuenitur in tali natura, ꝙ non põt semper agere, & cuius actus est in motu transeunte. Præterea actus vitiosus per se est peccatũ, & per se obstat homini, quominus perueniat ad vltimum finẽ, habitus verò nõ, sed extrinsecè tm̃ dicitur malus, prout est principium actus vitiosi, & inde sequitur, ꝙ peccatũ cõmissionis se habeat ad vitium propriè dictũ, cum consistat in actu malo, & vitioso, qui est vel esse potest à vitioso habitu, vt quidam eius effectus, vt virtutis actus est quidam virtutis effectus, vt dicit hic Valentia.

Quarta propositio. Cum virtus sit habitus operatiuus bonus, peccatum verò formaliter sit priuatio debitæ perfectionis, materialiter verò si est peccatũ cõmissionis, sit quidã actus, peccatum nõ cõuenit genere, vel specie cum virtute, nec illi directè opponitur, sed tm̃ indirectè ratione actus vitiosi, cui peccatum commissionis directè opponitur: si verò cõsiderent' virtutes, prout habitus sunt, vnus actus peccati nõ corrumpit virtutem, sed si considerentur virtutes, prout à Theologis cõsiderantur, vt .s. sunt informatæ charitate, & conducunt ad vitam ęternã: vnus actus peccati mortalis non põt cõsistere cũ virtute, cum gratiã expellat: vt d. Hier. præfat. in lamentat. Hiere. proph. peccatum tñ veniale non aduersat' virtutibus charitatis, nec alijs ĩfusis, aut acquisitis, cũ gratiã nõ tollat. 7 Peccatũ ã virtuti opponatur, & quõ.

Ratio, nã peccatum cõparatur ad virtutẽ, vt actus malus ad habitum bonũ, quia aliter se habet habitus ĩ anima, & forma in re naturali, quia forma naturalis necessariò producit operationem sibi conuenientẽ, vnde actus formæ cõtrariæ non potest esse simul cum forma naturali, vt cum calore actus infrigidationis, sed habitus animæ nõ necessariò producit suã operationẽ, sed homo vtit' eo cum voluerit, & ẽt potest facere contrarium actum, & sic habens virtutem potest procedere ad actũ peccati, actus verò peccati si cõparetur ad virtutem, prout est habitus quidã non põt ipsam corrumpere si sit vnus tm̃, quia per vnũ actum non generatur habitus, & sic nec corrumpitur, sup. q. 63. art. 2. ad tertiũ. sed si cõparatur actus peccati ad causã virtutum, sic per vnum actum peccati aliquæ virtutes possunt corrumpi, quia quodlibet peccatũ mortale cõtrariatur charitati, quæ est radix virtutum infusarum, vt hmõi sunt, ideò per vnũ actũ peccati mortalis, exclusa charitate, excluduntur oẽs virtutes infusę, quatenus sunt virtutes, ꝙ dicitur ob fidẽ, & spem, quarum habitus manent informes post peccatum mortale, & sic non sunt virtutes, sed peccatum veniale, ꝙ nõ contrariatur charitati, nec eam excludit, per con-

consequens non excludit alias virtutes: virtutes verò acquisitæ non tolluntur per vnum actum cuiusq; peccati. Per peccata tamen venialia virtutes exigui momenti, vt eutrapeliç, si eorum actus sint frequentes corrumpũtur, non tñ virtutes excellentiores, vt iustitia, fortitudo: de temperantia acquisita tamen dubiũ est, quia per consuetudinem gulæ quis efficitur; sic malè temperatus, ac si virtutem non acquisiuisset, & idem dicit posse teneri de alijs virtutibus acquisitis hic Medina; si earum actus sint peccata venialia, corrumpi per eos virtutẽ, ꝙ intelligi potest quò ad habitum inclinantem, quia per actus cõtrarios, licet veniales homo amittit illam promptitudinem, & facilitatem ad virtuosè operandum, dicit tamen idem Medina, si vitium ꝙ virtuti opponitur ex suo genere est mortale, vt luxuria iniustitia, tũc per peccata venialia non corrumpi virtutem acquisitã, ob paruitatem rei qua homo non dicitur iniustus, fur, &c. & proinde non vitiosus, vt in gula, etiam si id sit veniale, èconuerso, homo dicetur gulæ deditus, tenax, &c. quæ sonant in vitium.

8 Peccatum omissiõis quale peccatũ sit, & an sit cum actu interiori, vel non.

Quinta propositio. Peccatum omissionis quandoq; est sine actu, quandoque cum actu interiori solùm si consideratur id ꝙ pertinet ad rationem peccati, vt cum quis non vult ire ad ecclesiam; si verò consideretur secũdùm causas, vel occasiones omittendi, oportet in peccato omissionis esse aliquem actũ, cuius causa id omittitur ꝙ facere quis debet & potest.

Ratio, nam si in peccato omissionis intelligitur id solùm ꝙ pertinet ad rationem peccati, sic quandoque omissionis peccatum est cum actu interiori, vt cũ quis non vult ire ad ecclesiam quando tenetur, quandoque est sine omni actu interiori, vel exteriori, vt cum quis qua hora tenetur adire ecclesiam, nil cogitat de non eundo, vel eundo ad eam; si verò in peccato omissionis intelligantur etiam causæ, & occasiones omittendi, sic oportet in peccato omissionis esse aliquem actum, quia non est peccatum omissionis, nisi cum quis prætermittat quòd potest facere, & nõ, sed ꝙ quis id omittat ex aliqua causa, vel occasione coniuncta, vel præcedente, &. si causa illa non sit in potestate hominis, omissio non habet rationem peccati, vt cũ quis ob infirmitatem omittit ad ecclesiam ire, si verò ea causa, vel occasio subiaceat voluntati, habet rationem peccati omissio, & tunc illa causa, vt voluntaria oportet vt habeat aliquem actũ saltem interiorem voluntatis, qui actus quandoq; directè fertur in omissionẽ, vt cum quis omittit ire ad ecclesiam, vt vitet laborem, tunc talis actus per se ꝑtinet ad omissionem, quia voluntarium est de ratione peccati, quandoq; verò actus voluntatis directè fertur in aliud, per quòd impeditur quis ab actu debito, siue id in quod fertur voluntas sit coniunctum omissioni, vt cũ ludit quis quando ad ecclesiam ire debet, vel præcedẽs sit, vt cum quis vesperi vigilat ex quo mane nõ vadit ad matutinũ, tunc hic actus interior, vel exterior se habet per accidens ad omissionem, quia omissio sequitur præter intentionem. 2. Phis. vnde peccatum omissionis habet tunc aliquem actum coniunctum, vel præcedentem, qui per accidens se habet ad peccatum omissionis, iudicium verò de rebus est fiendum, prout est per se, non per accidens, vnde verius potest dici ꝙ aliquod peccatum potest esse absq; omni actu. Vt verò prædicta melius intelligantur, not. peccatum omissionis, vt sit peccatum, non requirere actum præcedentem, sed sat esse quòd quis negligat facere quod tenetur, quia omissio vt sit defectus voluntarius perfectionis debitæ non requirit aliquem actum, quia id potest esse voluntarium indirectè, quatenus voluntas aliquid potest & debet agere, & non agit, vel aliquid impedire, & non impedit.

An verò omissio possit esse sine omni actu, qui sit eius causa. Resp. quòd metaphisicè id potest esse, quia velle adimplere præceptum, vel velle non adimplere, vel nolle adimplere simpliciter, aut velle aliud agere non sunt contradictoria simpliciter in ipsa voluntate; præterea cum quis aduertit, vel aduer-

tere potest instare tẽpus exequẽdi praeceptum, potest id non exequi, & simul abstinere ab oĩ actu, quo aut velit non implere praeceptũ, aut velit se occupare in re incõpatibili, quo dato omissio contingit absq; omni actu qui sit causa ei⁹. Moraliter tñ loquendo iuxta experientiam, & ex conditione humana non põt omissio esse sine omni actu, nam cõmuniter tempore implẽdi praecepti, si quis id tẽpus apprehendat, vel ex aliqua pcedenti apprehensione aduertere possit, vult aut id adimplere, aut non, aut aliquid agere ꝙ sit incõpatibile cũ adimpletione praecepti, & sic omissio non est sine aliquo actu. Ex quo rursus sequit̃, ꝙ actus ille qui est causa omissionis sit peccatum, vel sit causa eius directè, vt cum quis nõ vult implere praeceptum, vel indirectè cum quis opus incompatibile praecepto etiam bonum, tunc suscipit peragendum, quia si directè est causa habet malum obiectum, si indirectè is actus depravatur ex mala circunstantia, quòd intelligitur quando actus ille, secundo casu, impletur voluntariè quãdo praeceptum esset implendum, & is actus qui est causa omissionis nõ est peccatum omissionis, sed cõmissionis, quia si directè est eius causa, habet malũ obiectũ, si indirectè caret perfectione debita, & debita circunstantia non adest. Qui verò omittit executionẽ praecepti, duplici tempore peccat, & cum exercet actum incõpatibilem praecepto, & cum postea omittit executionem praecepti; Peccatum tñ omissionis solũ exercetur cum quis erat executurus praeceptum.

9 Peccati diffinitio. Sexta propositio. Peccatum sufficienter diffinitur, quòd sit dictum, factum, concupitum, contra legem Dei, probatur ex Aug. locis supra cit.

Ratio, nam peccatum est actus humanus malus, humanus verò actus est ex voluntate, supra quęst. 5. art. 1. vel sit voluntarius quasi ab ipsa voluntate elicitus, vt velle, vel eligere, vel à voluntate imperatus, vt actus exteriores locutionis, vel operationis, actus verò humanus est malus, quia caret debita commensuratione, sed omnis commensuratio rei cuiuslibet attenditur per comparationem ad aliqnam regulam, à qua si diuertat, erit incommensurata. Regula verò humanae voluntatis est vel ipsa ratio vt propinqua. Alia est prima regula, scilicet lex aeterna, quae est quasi ratio Dei, ideò in diffinitione August. vnum ponitur pertinens ad substãtiam actus humani, ꝙ est quasi materiale in peccato cum dicit, dictum, vel factum, vel concupitum, aliud ꝙ pertinet ad rationem mali, quod est quasi formale in peccato, cũ dicit, contra legem aeternã. De hac diffinitione abundè actum est supra in tertio notando.

Ex his colligitur, ꝙ peccatum est dictum, factum, vel cõcupitum contra legem Dei; probatur authoritate Aug. li. 22. con. Faust. & refertur à glo. in c. ille rex. de pęn. dist. 3. quae diffinitio optima est, tum quia explicat veram & germanam peccati rationem, peccatum enim est transgressio legis, tum quia comprehendit omnia genera peccatorum, quae ad tria reducũtur, quorũ primũ est peccatum cordis, & ideò dicitur in diffinitione concupitum: secundum, est peccatum oris, ex abundantia. n. cordis, os loquitur: tertiũ, est peccatũ operis per qđ consumat̃, & totaliter efficit̃ ipsũ pcm̃.

Sub illis aũt verbis dictũ, factũ, & cõcupitũ, subintelligit̃ opus humanũ, vel operatio humana, vel obiectũ ipsũ, vel res ipsa, quae fit, vel concupiscitur, vt sit sensus, peccatum est dictũ. i. peccatum est sermo contra legem Dei, vel res dicta contra legem Dei, & sic de alijs.

Secundò colligit̃, ꝙ peccatũ est actus quidã humanus moraliter malus, & voluntarius: Voluntariũ verò, vt sup. est dictũ, aliud est actus ipse elicitus à voluntate, & iste dr̃ actus cordis, vel volũtatis. Aliud verò voluntariũ est actus imperatus à voluntate, vt sunt actus aliorũ mẽbrorũ, & aliarũ potentiarũ facti ex imperio, & electione volũtatis, vt sunt sermo & opus quodcũq; externũ. Hinc cõsurgit triplex peccatũ in hac diffinitione peccati, quia est actus elicitus voluntatis, cum dicitur concupitum, & peccatum, quia est actus imperatus à volũtate, & est duplex oris, & operis, ideò in diffinitione dicitur dictum, vel factum. 10 Peccatũ ẽ actus human⁹ moraliter malus, & voluntarius.

Isti

Isti autem actus habent malitiam ex hoc ꝙ sunt contra legem Dei, nam omne peccatum reducitur ad transgressionem legis diuinæ, quia omnis lex humana est participatio quædam æternæ diuinæ legis,& in quantum est obseruatio legis diuinę obligat ad transgressionem,vt dicetur infra de legibus. Vnde etiam is qui transgreditur legem humanam offendit Deum, quia non seruat subordinationē principis à Deo cōstituti. Hinc est,ꝙ omne peccatum aliquo modo dicitur esse contra legē Dei. Sed alia peccata sunt immediatè, & directè contra legem Dei,vt sunt illa omnia quæ tendunt contra præcepta legis diuinæ,vel naturalis, vel supnaturalis. Alia verò peccata sunt contra legem diuinam indirectè, & mediante lege humana,cuiusmodi sunt omnes operationes,quæ sunt contra leges humanas,siue ciuilem,siue canonicam. Præterea à lege æterna Dei est recta ratio, & deriuatur, recta autem ratio continet in se omnem legem humanam,& diuinam, & naturalem, & etiam subdit se legi diuinæ supernaturali, recta autem ratio est participatio quædam legis æternæ Dei. Hinc est ꝙ omne peccatum cū sit contra rectam rationem, est etiam contra legem Dei. Potest autem aliquid esse contra legem duobus modis,vno modo vt verè contrarietur legi, & destruat ipsam legem, & finem legis:alio modo vt contrarietur legi secundùm quid,idest,vt sit pręter legem;primo modo tollit legem, quò ad se, vt supra, & impedit consequenter ab æterna vita, & vocatur peccatum mortale id ꝙ est cōtra legem. Secundo modo non impedit ab æterna vita, sed solùm minuit feruorē charitatis,& dicitur peccatum veniale.

SVMMARIVM.

1 Peccata distinguuntur ex obiectis essentialiter,& vt aliter.
2 Peccata spiritualia, & carnalia conuenienter distinguuntur.
3 Peccata quomodo differant specie.
4 Peccatum distinguitur in peccatū, in Deū,in proximū,& in seipsum.
5 Peccatum an differat specie realiter secundùm differentiam pœnæ æternæ, & temporalis.
6 Peccatum omissionis, & commissionis an differāt specie,& quomodo.
7 Peccatum cōuenienter distinguitur in peccatum cordis, oris, & operis, & quæ sint talia.
8 Peccata an specie differant ex abundantia,& defectu.
9 Peccata an differant à specie ex solis circunstantijs, & quomodo.

De peccatorum distinctione secundùm se. Cap. II.

NOtandum, ꝙ vt in peccato aliqua vt essentialia, alia vt accidentalia possunt considerari, ita aliquæ differentiæ peccatorum sunt essentiales,aliquæ accidentales. Ad essentiā verò peccati præcipuè pertinet, vt & sit defectus volūtarius, & perfectionis debitæ;& quò ad id ꝙ sit voluntarius,nascitur illa prima differētia, & essentialis peccati naturæ,vel originalis,& peccati personalis, peccatum enim personale propria voluntate personali contrahitur; peccatum originale,ꝙ voluntate communi .s. primi parentis commissum est, quatenus eius voluntas censetur fuisse communiter voluntas omnium,qui ab ipso eiusdem rationis naturam continua successione acceperūt, de quo Ap. Rom. 5. per vnum hominē mors &c.vt de personali.Ioā.8. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Quatenus peccatū est defectus debitæ perfectionis, inde oritur alia differētia essentialis peccatorum, vt quædam sint actualia, de quibus 1.Ioā.3. Omnis qui facit peccatum nō est ex Deo, q̄dam habitualia,vel in modum habitus,de quo Esa.27.hic est omnis fructus,vt auferatur peccatum.& Psal.50.à peccato meo munda me; à quo etiam peccato in modum habitus considerato, homo verè dicitur peccator etiam post peractum opus prauum, quia per modum habitus inhæret. His ita not. D.Tho.1.2.q.72.

9 Prima sit propositio. Peccata distinguuntur specie ex obiectis, idq; essentialiter.

Peccata distinguũtur ex obiectis essẽtialiter, & vt aliter.

Ratio, nam ad rationem peccati duo requiruntur, scilicet actus voluntatis, & inordinatio eius, quod est per recessum à lege Dei, quorum vnum cõparatur ad peccantem intendẽtem exercere talem actum in tali materia, alius, scilicet inordinatio actus, per accidẽs se habet ad intentionem peccantis, quia nullus intendens ad malũ operatur: vt d. Dion. 4. c. de diuin. nom. sed quodlibet consequitur speciem secundùm id quod est per se, & non per accidens, quia quæ sunt per accidens, sunt extra rationem speciei, ideò peccata specie distinguuntur ex parte actuum voluntariorum, magis quàm ex parte inordinationis in peccato existẽtis, actus verò voluntarij distinguuntur specie secundùm obiecta, sup. q. 18. art. 2. vnde peccata distinguuntur specie propriè secundùm obiecta. Notandum verò nomine differentiæ specificæ peccatorum intelligi illã differentiam, ita notabilem, vt secundùm illam peccata aduersentur diuersis virtutibus moralibus, vel circa materiam eiusdem virtutis sic differũt, vt qui est procliuis ad vnum illorum non ita procliuis sit ad aliud, vt furtum, & detractio contrariantur eidem virtuti iustitiæ, & simonia, & periurium virtuti religionis, & tamen inter se valdè distant. Ex quo sequitur quod peccata non differunt pro diuersitate præceptorum secundùm speciem essentialiter, nec formaliter iuxta defectum rectitudinis, nec materialiter secundùm actum moralem, quia vsura non habet malitiam triplicis speciei, quia iure diuino, naturali, & humano prohibeatur. Sequitur etiã peccata commissionis non sortiri differentiam specificam essentialiter pro diuersitate pœnæ, quia est accidentalis si sit humana, nec ex diuersitate circunstantiæ, quia sunt accidentales peccato, sed specie differunt essentialiter pro diuersitate specifica virtutũ, quarum rectitudine debita carent, vnde peccatum commissionis, vt formaliter in defectu, & priuatione consistit, specie differt pro diuersitate specifica virtutum, quarum rectitudine debita caret, vt verò consistit in actu positiuo specie differt pro diuersitate obiectorum contrariorum diuersis virtutibus circa quæ committitur. Vel pro valdè diuersa ratione qua prauè attingunt eiusdem virtutis materiam, sic vt non eadem facilitas sit, moraliter loquendo, vtrunq; peccatum committendi, vt furtum, & detractionem, vt supra est dictum.

Et cum in peccato commissionis duæ sint species, vna quæ in actu positiuo consistit, vel in conuersione ad creaturam, alia priuatiua, vel in defectu qua auertit se homo à Deo, vel ratione, & recedit à regula debitæ perfectionis: species priuatiua dicitur esse præcipua in peccato, vt tale denominatur, primario enim peccati nomine, & formaliter, priuatio significatur. In genere verò moris absolutè loquendo præcipuum in peccato cõmissionis est actus positiuus peccati, quia actus ille positiuus, vel conuersio ad creaturam cadit per se in voluntate peccatoris, priuatio verò rectitudinis, & auersio non nisi per accidẽs, non quod actus ille positiuus sit per se malus, cum ens vt ens non sit malum, sed quatenus caret debita perfectione virtutis dicitur malus, & sic est in proposito quod actus ille positiuus, non vt actus est malus, sed vt caret perfectione debita virtutis. Et hæc de differentia peccatorum commissionis. Quo verò ad differentias specificas peccati omissionis, cũ huiusmodi peccatum consistat in pura priuatione, huiusmodi peccata, pro diuersitate tantum specifica perfectionis virtutum, quarum hæc peccata sunt priuationes, differunt specie, quia hæc peccata non sunt priuationes perfectionis debitæ ex hypotesi, i. dato, quod aliquis operetur, sed absolutè, ideò hæc peccata, nec formaliter, nec moraliter includũt aliquem actum vt partem sui, ex quo habeant speciem positiuam, vt habent peccata commissionis. Hactenus de peccato personali actuali. Quo demum ad peccatum personale habituale, vel permanens in modũ habitus transacto peccato actuali, quod hæret in homine donec per

per gratiam in eo penitus deleatur. Notandum, ꝙ gratia, & charitas sunt perfectiones habituales, quarũ illa peccata mortalia si sint, priuationes sunt, quia huiusmodi peccata in eo consistũt defectu qui ex sacris literis manet ĩ his qui peccarunt mortaliter, & postea in ijs per pœnitentiam omnino deletur, qui defectus in priuatione gratiæ, & charitatis consistunt, ergo ea peccata habitualia in priuatione gratiæ, & charitatis consistunt.

Vnde sequitur perfectionem gratiæ, & charitatis esse homini ex lege diuina debitam, ac necessariam non immediatè, sed mediatè, quatenus diuinitus iubemur salutem nostram operari, & ad Deum conuerti, & facere quæ in diuinis literis generaliter præcipiuntur in eum finem, vt quis gratiã, & charitatẽ procuret. Vnde licet gratia, & charitas non cadant in ꝓcepto, cũ hæc dona non sint actus aliqui, mediatè tñ cadunt, sic vt intẽtio legislatoris. s. Dei fuerit commendare hoĩbus hmõi dona, vt necessaria, & debita, ꝙ sat est vt priuatio illorũ in proposito intelligatur esse peccatũ habitualiter manẽs. Si verò sint peccata minutiora ex quibus in iustis in modũ habitus peccatũ subest, illa propriè non consistunt in priuatione gratiæ, & charitatis, nec in priuatione feruoris actualis, nec in priuatione auxiliorum necessariorum, nec extraordinariorũ, sed in priuatione cuiusdam facultatis, vel habilitatis iusti ad expeditum, & feruens, ac promptum, certa ratione, feruorem charitatis, quæ facilitas non est reipsa aliquis peculiaris habitus, sed potius consistit in quodam ordine, vel relatione ad Deum, vt amicum, secũdùm quã relationem homo iustus quando per actualia peccata minuta non præbet impedimentum familiaritati diuinæ, & vsui mutuæ amicitiæ, intelligitur peculiari ratione capax esse plurium, & peculiarium auxiliorum, & instinctuum donorum quibus ad expeditum & feruens charitatis exercitium incitetur. Vnde licet hæc facultas, phisicè, non sit habitus, sed relatio ad Deum, & remotio impedimẽti, quia tamen moraliter id est magnum, & homini vtile valdè, ideò eius priuatio dicetur quasi habitus manens à quo iustus verè peccator denominatur, donec ei remittitur secundùm id Prou. 20. quis potest dicere mũdum est cor meũ? arg. 1. Io. 1. si dixerimus, ꝙ peccatum nõ habemus ipsi nos seducimus. & explicat Naz. oratio. 2. in Iul. & Aug. lib. 4. contra duas ep. Pelag. c. 10. & Hier. in c. 3. Malachiæ.

Habitus tamen vitiosi in se non sunt peccata, peccato dimisso, quia per baptismum omnia peccata remittuntur, at per baptismum nõ constat huiusmodi habitus aboleri, imò experientia constat homines ante vitiosos post iustificationem esse procliues ad malos actus: vt d. Isid. lib. 2. de summo bono. cap. 32. Sanctos interdum toto animo, niti superare vitia, nec tamen extinguere, ergo habitus vitiosi nõ sunt verè peccata, nisi accedat delectatio, vel consensus in opus prauum, quia tunc procedunt in actum. Et hæc de differentijs essentialib. peccatorum, in sequentibus enim agitur de differentijs accidentalibus.

Secunda propositio. Peccata spũalia, & carnalia cõuenienter distinguuntur. 2 Peccata spũalia, & carnalia conueniẽter distinguuntur.

Ratio, nam peccatum recipit speciẽ ex obiectis, art. præced. omne autẽ peccatum consistit in appetitu alicuius cõmutabilis boni, quòd inordinatè appetitur, & ĩ eo habitu quis inordinatè delectatur, sed delectatio est duplex, vna animalis, quæ consumatur in apprehensione alicuius rei ad votum habitæ, quę etiam potest dici spiritualis, vt cũ quis delectatur in laude humana, & huiusmodi. Alia naturalis, vel corporalis, q̃ in tactu corporali perficitur, quæ etiam potest dici carnalis: sic ergo peccata q̃ perficiuntur in delectatione spirituali dicuntur spiritualia, quæ verò perficiũtur in delectatione carnali, dicũtur carnalia, vt gula, & luxuria. Et ita spiritualia in peccato commissionis dicuntur illa quæ cum in spirituali tantum materia versentur, internam tantum habent delectationem. i. quæ sensu tantum interno, & actu percipitur, & peragitur, vt superbia, inuidia, &c. Carnalia verò quæ in materia externa, & sen

sibili versantur secundùm propriam rationem, vt adulterium, furtum, &c. vt d.Greg.lib.31. Mor.c.31. Et hæc differentia secundùm se non est essentialis, quia conditio actus in esse naturæ ex quo illa oritur est extrinseca rõne peccati, moraliter tamẽ hæc differentia habet differentiam essentialem adiunctã, quia quodlibet peccatum spirituale differt etiam essentialiter à quouis carnali, quatenus versat circa diuersam materiam essentialiter in genere moris, & repugnat diuersæ virtuti. Vnde Greg. loco cit.d.ex septem peccatis capitalib. quinque esse spiritualia, & duo carnalia. In angelis verò peccata etiam carnalia esse possunt secũdùm reatum, dũ homines ad malum incitant, & adducunt, peccata tamen carnalia in angelis secundùm affectum esse nõ possunt, quia spiritualis creatura non afficitur ad ea quæ sunt corporis propria, & Conc. Anquiren. cap. 1. cap. episcopi. 26.q.2. damnat sententiam mulierum dicentium adduci longè vbi cũ dæmonibus indulgeant epulis,& libidinibus, iidem tamẽ dæmones in corporibus assumptis possunt cum fœminis coire: ex Aug. lib.15. ciu.c.23. & etiam generare, Deo permittente non ex semine proprio, vel ex illis corporibus producto, sed semen hominis accipiendo idq; cõseruando, & cum coeunt cum mulieribus in corporibus assumptis, in earum uas id immittendo, vt d.hic Medina, tametsi id certum non sit, & infra tract. de superstitionibus dicatur id non esse fortè verũ, vt & ibi latius agitur de mulieribus, quæ dicunt se ire cum Diana.

3 Peccata quomodo differant specie.

Tertia propositio. Peccata non differunt specie secũdùm diuersas causas actiuas, vel motiuas, sed secũdùm diuersitatem causæ finalis, quæ est obiectum voluntatis.

Ratio, nam ex quatuor generibus causarum, materialis,& formalis respiciũt subiectum rei, ideo substantiæ secũdùm formam, & materiam specie, & genere distinguũtur. Agens verò,& finis respiciunt directè motum, & operationem, ideò motus, & operationes secundùm huiusmodi causas specie distinguuntur diuersè tamen, nã principia actiua naturalia sunt determinata semper ad eosdem actus, ideò diuersæ species in actiuis naturalibus attenduntur nõ solùm secundùm obiectum, quæ sunt finis, vel termini, sed etiam secundùm principia actiua, vt calefacere, infrigidarique distinguuntur specie secundùm calidum, & frigidũ, sed principia actiua in actibus voluntatis, vt sunt actus peccatorũ non se habent ex necessitate ad vnum, ideò ex vno principio actiuo, vel motiuo possunt diuersæ spẽs peccatorũ procedere, vt ex timore potest procedere, ꝙ homo furetur, & occidat, & deserat gregem,& idem ex amore, vnde peccata non differunt specie secũdùm diuersas causas actiuas, sed solũ finales, quia finis est obiectũ voluntatis, & actus humani, ex eo speciem habent, supra q.1. art.3. quando verò motiuum ad peccandum se habet tantum efficienter, non transit in nouam speciem, secus si transit in rationem obiecti, vt si mulier peccat ex amore tantum, peccat vno tantũ peccato, sed si fornicatur cum laico, vt non perdat amicum clericum, quia id motiuum transit in rationem finis, mutatur species, & erit sacrilegium: vt dicit hic Caiet.

4 Peccatum distinguit in peccatũ, in Deũ proximũ, & seipsũ.

Quarta propositio. Peccatum conuenienter distinguitur in peccatũ, in Deũ, ꝙ scilicet aduersatur virtutibus Theologicis, & religioni, & peccatũ in proximum, ꝙ aduersatur virtuti iustitiæ, & huiusmodi, quæ ad proximum pertinent,& in seipsum, quo .s. corrumpitur rectitudo earum virtutum, quæ moderantur passiones proprias, vt sunt fortitudo, & temperantia: hæc distinctio probatur ex Beda in cap.6.ep.1. ad Corinth.& August.serm.105. in additione Louaniensi.

Ratio, nam cum peccatum sit actus inordinatus triplex ordo in homine inuenitur, primus in ordine ad regulam rationis, secundus in comparatione ad regulam legis diuinæ, & tertius in ordine ad proximũ, cum homo non sit animal solitarium, sed ciuile, & politicũ. 1.Polit. primo modo homo in seipsum peccat, quando transgreditur rationem

in seipso, vt patet in guloso, luxurioso, & prodigo: secũdo modo peccat, qui supra rationem humanam peccat, & contra legem diuinam, vt hæreticus, sacrilegus, blasphemus: tertio modo, quãdo peccat in his quibus ordinatur quis ad proximum, vt patet in fure, & homicida, sed sunt diuersa ea, quibus homo ordinatur ad Deum, proximum, & seipsum: vnde hæc distinctio peccatorũ est secundùm obiecta secũdùm quę diuersificantur species peccatorum; sic & virtutes hoc modo specie distinguunt. Virtutibus enim Theologicis homo ordinatur in Deum, temperantia, & fortitudine, in seipsum, iustitia ad proximum. Cui etiam distinctioni addi possunt peccata, quæ dicuntur in Spiritum sanctũ, quibus agitur cõtra gratiam diuinam, & spiritualia remedia, & auxilia ad vitanda peccata, quia huiusmodi peccata non sunt essentialiter diuersa ab alijs peccatis quæ aduersant certis virtutib. vt pœnitentiæ, spei, &c. vnde possunt poni in illa diuisione accidẽtali peccatorum. Neque aduersatur, ꝙ omnia peccata lædant Deum, & peccatorem, nam peccata quæ aduersantur prædictis virtutibus secundùm rationem propriam aliqua lædant Deum, aliqua proximũ, nonnulla peccatorem, vt d. hic Valent.

5 Peccata ã differant specie essẽtialiter secũdùm reatũ pœnæ ęternę & tpalis.

Quinta propositio. Peccata nõ distinguuntur essentialiter specie secundùm reatum pœnæ æternæ, & tẽporalis, sed tantum accidentaliter, & sic accidentaliter distinguitur peccatum mortale, & veniale. Mortalia enim dicuntur, quæ ita Deum grauiter offendunt, vt eũ omnino ab homine alienent, quia priuant gratia, & charitate, quæ est spiritualis animæ vita, i. principium operandi vtiliter & efficaciter ad beatitudinem consequendam, iuxta id 1. Io. 4. Qui non diligit manet in morte. & Rom. 8. si secũdùm carnem vixeritis moriemini. & de his agitur Gal. 5. quibus etiam est decreta pœna velut mors irreparabilis. Venialia verò censentur, quæ non ita grauiter Deum offendunt, vt illum omnino ab homine alienẽt, morantur & impediunt tamen communicationem charitatis mutuæ, & expeditum amicitiæ vsum inter Deum, & hominẽ, & ijs decernitur tantum pœna temporalis, nec priuant gratia, & charitate, quibus retentis facilè est iacturam spiritualem resarcire, vnde dicũtur & venialia quia facilè veniam impetrent, quippe cõtra Deum absolutè nõ sunt, sed præter eius legem, de quibus 1. Io. 1. & per Aug. lib. 3. contra duas ep. Pelag. cap. 3.

Ratio, ex differentibus enim specie quædam differentia constituit diuersitatem specierum, & huiusmodi differẽtia non inuenitur, nisi in differentibus specie, vt rationale, irrationale, animatum, non. Alia differentia consequitur diuersitatem speciei, quæ in alijs potest inueniri in alia specie; differentia ergo mortalis, & venialis non potest constituere diuersitatẽ speciei, quia qđ est per accidens non constituit speciem, quòd verò est præter intentionem agentis est per accidens. 2. Phys. sed pœna est præter intentionem peccantis, vnde per accidens se habet ad peccatũ ex parte peccantis, ordinatur tamẽ ad peccatum ex exteriori .s. ex iustitia iudicantis, vnde differẽtia, quæ est ex reatu pœnæ potest consequi diuersam speciem peccatorũ, non autem constituit diuersitatem speciei, sed differentia peccati mortalis, & venialis consequitur diuersitatem inordinationis, quæ complet rationem peccati, duplex enim est inordinatio: prima per subtractionem principij ordinis, vt in corpore animalis inordinatio complexionis, quandoque procedit vsque ad destructionem principij vitalis, ꝙ est mors; secunda inordinatio est qua saluato principio ordinis inordinatio fit circa ea quæ sunt post principiũ, vt inordinatio in humoribus, vnde fit ægritudo; principium verò actus totius ordinis in moralibus est vltimus finis, qui se habet vt principium in demonstrabile in speculatiuis. 7. Ethico. vnde quando anima per peccatum inordinatur vsq; ad auersionem ab vltimo fine, qui est Deus, cui vnimur per charitatẽ, tunc est peccatum mortale, quando verò fit deordinatio citra auersionem à Deo, tũc est veniale, & sicut in naturalibus subtracto principio vitali vita est irrepa-

irreparabilis, secus si non subtrahitur, sed inordinatio sit post principiũ, vt supra; sic in operatiuis qui auertitur peccando ab vltimo fine, ex natura peccati habet lapsum irreparabilem, ideò dicitur peccare mortaliter æternè puniendus, qui verò peccat citra auersionem à Deo, ex ratione peccati reparabiliter deordinati, dicitur peccare venialiter, quia non meretur interminabilem pœnam. Hæc tamen differentia inter mortale, & veniale est accidentalis, quia circa illum obiectum sæpè peccatur mortaliter, & venialiter, vt in magno & paruo furto, & pœnæ diuersitas non facit ea essentialiter differre, quia peccatum est aliud, q̃ obligatio ad pœnã, nam vbi quis verè dolet de peccatis, & illa confitetur delentur, nec ꝙ vnum sit dignum pœna æterna, aliud temporali, quia oportet vt quis primò peccet quàm sit dignus pœna, nec etiam ex eo ꝙ mortale sit contra finem veniale contra mediũ, quia motus indeliberatus infidelitatis est contra finem, & tamen est veniale, nec etiam distinguuntur essentialiter, quia mortale sit contra præceptum, veniale contra consilium, quia ducere vxorem est contra consilium virginitatis, & tamen non est peccatũ. Differunt tamen essentialiter peccatum mortale, & veniale penès auersionẽ à Deo, quia peccatum mortale se habet vt mors in anima, veniale, vt ægritudo, nec separat à Deo, nec est cõtra legem Dei, sed præter: vt d. hic Medina.

6 Peccatũ omissiõis, & cõmissionis an differant specie.

Sexta propositio. Peccatum commissionis, & omissionis materialiter differunt specie, videlicet secundùm diuersitatem actuum, formaliter tamen non differunt quando ad idem ordinantur, & ex eodem motiuo procedunt; probatur ex August. quæstio. 20. in Leuit. qui ponit differentiam inter peccatum omissionis, & commissionis, & Orig. homil. 5. in Leuit.

Ratio, nam peccata differunt materialiter, vel formaliter, materialiter secundùm naturalem speciem actuum peccati: formaliter secundùm ordinem ad vnum finem proprium, ꝙ est obiectum proprium; vnde aliqui actus sunt specie differentes materialiter, & tamẽ formaliter sunt in eadem specie peccati, vt in specie homicidij, iugulatio, perforatio, lapidatio, ad eandem speciem pertinent, licet materialiter differant specie secundùm rei naturam; sic peccatum omissionis, & commissionis materialiter differunt specie, largè loquendo de specie, prout priuatio, vel negatio speciẽ habere potest, formaliter tamen non differunt, quia ad idem ordinant, & ex eodem motiuo procedunt; vnde auarus ad congregandum rapit, & non dat q̃ debet, semper enim negatio fundatur super aliqua affirmatione, quæ eius est velut causa. Et quidem de peccato omissionis loquitur Iacob. cap. 4. ep. suæ de commissionis verò Eccl. c. 48. & alibi sæpè in sacris literis de eo mentio habetur, & dicitur, vt supra; peccatum omissionis defectus voluntarius perfectionis debitæ absolutè, debitæ verò nõ absolutè, sed ex suppositione posito ꝙ quis velit operari circa materiam pertinentem ad hanc vel illam virtutem, & ibi quis deficiat, dicitur peccatum commissionis, non ꝙ perfectio alicuius virtutis sit semper debita, sed dicitur debita quando præcipitur eius actus, cuius defectus dicitur peccatum commissionis, & similiter debitum est, vt virtutis actus dirigatur in vltimũ finem à Deo ꝯstitutũ, vnde si aliter dirigatur is actus diceretur peccatũ cõmissionis, ex Valẽ. Vnde hoc peccatum habet non solùm defectum in quo essentialiter consistit, sed etiam materialiter iunctum actum positiuum .i. posito ꝙ quis operetur, omissionis verò peccatum id non habet, quia sufficit vt tale dicatur, ꝙ habeat defectum absolutè, dato etiam ꝙ non operetur: sequitur etiam quòd peccatũ commissionis habeat formaliter defectum voluntatis in quo consistat, materialiter verò actum positiuum, qui est subiectum illius defectus, prout non dirigitur ad vltimum finẽ; sequitur etiã ꝙ peccatum cõmissionis propriè sit cõtra præceptum negatiuum, omissionis contra affirmatiuum, quia licet commissio aduersetur præcepto affirmatiuo, quo rectitudo virtutis redditur necessaria

cessaria ex suppositione, ꝙ operetur, quia tamen intentio Dei est per præceptum negatiuū sancire, vt absolutè exerceatur virtus magis, quàm vt caueat actus virtuti oppositus, ideò peccatum huiusmodi dr̄ potius cōtra præceptum negatiuū, quia deformitas eius magis cernitur in violatione præcepti negatiui, licet ordine originis in commissione prius videatur esse violatio præcepti affirmatiui iniungentis actum virtutis ex hypotesi, scilicet si quis operetur circa materiam virtutis, quàm negatiuum, quia lex actum virtuti contrarium vetet vt prauū, quia caret perfectione debita ex illa hypotesi, vnde illa perfectio fuit ante debita ex præcepto affirmatiuo; omissio verò dicitur cōtra præceptum affirmatiuum, quia intentio legislatoris est vt actus virtutis præceptæ obseruetur absolutè, & non tantum ex hypotesi, hoc vel illo tempore. Hæc tamen differentia peccati omissionis, & commissionis nō differt specie essentialiter, nam quandoq; vtrunq; peccatum est eiusdem speciei, quia furans peccat, dato ꝙ operetur circa ei debitum, quia id facit indebitè, & idem peccat non soluens debitum cum debet, quia id omittit non iustè, & sic vtrunque peccatum iniustitiæ opponitur.

7 Peccatū distinguit̄ ī peccata cordis, oris, & operis.

Septima propositio. Peccatum conuenienter distinguitur in peccata cordis, oris, & operis; probatur ex Hieron. in Ezech. cap. 41.

Ratio, nam aliqua dupliciter specie differunt, aliqua enim habent completam speciem, vt æquus & bos specie differunt. Secundò, sicut secundùm diuersos gradus in aliqua generatione, vel motu accipiunt̄ diuersæ species, vt ædificatio est completa generatio domus, erectio parietis, & collocatiō fundamenti sunt species incompletæ. 10. Eth. sic ergo peccatū diuiditur per peccatū oris, operis, cordis, non vt per diuersas species cōpletas, quia consummatio peccati re est in opere, & sic habet speciē cōpletam: inchoatio verò eius est in corde; secundus gradus est in ore secūdùm ꝙ quis de facili exit ad manifestādum conceptum cordis; tertius gradus est in consummatione operis, quæ tamē tria licet differant, tamen pertinēt ad vnam perfectam peccati speciem, quia iracūdus, vt cupit vindictam, primò, turbatur in corde, secundò, exit in verba contumeliosa, tertiò, procedit vsque ad verba iniuriosa, idē in luxuria, &c. Cordis peccata dicuntur, quæ cogitatione tantum consummant̄, vt odium, hęresis, oris, vt detractio, cōtumelia, cōuitiū, &c. operis, vt furtū, homicidiū, &c. & hoc pacto differunt specie, & sic non est ē essentialis differentia, sed cōiuncta cum essentiali, prout est dictum de peccato commissionis, & omissionis; possunt etiam peccata hæc considerari iuxta diuersos gradus peccati eiusdem speciei, quæ scilicet vel corde tantum, vel ore, aut opere perficiūtur, & sic nō est essentialis differentia, nec iunctam habet essentialem, sed est potius diuisio, vt totius integralis in suas partes, & ꝙ peccata sola cogitatione committi possint; patet Ps. 50. & malum coram te feci. & Isa. 1. auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.

8 Peccata ī specie diuersificentur ex abundantia, & defectu

Octaua propositio. Superabundantia & defectus diuersificant peccatorū species; probatur, nam regula debita violatur quibusdam peccatis per defectum, quibusdā per excessum, ꝙ intelligitur de peccatis commissionis tantum nō omissionis, & eorū etiam quæ opponuntur alicui virtuti, opponūtur extremè, quatenus per actum quē includunt deficiunt à medio, vel illud excedunt, vt prodigalitas, & auaritia, respectu liberalitatis, & huiusmodi.

Ratio, nā cum in peccato sint duo, ipse actus, & inordinatio eius, prout recedit ab ordine rationis, & legis diuinæ, species peccati attenditur non ex parte inordinationis, quæ est pręter intentionē, supra art. 1. sed magis ex parte actus secundùm ꝙ terminatur ad obiectum in ꝙ fertur intentio peccantis, vbi ergo est diuersum motiuum inclinans intentionem ad peccatū, ibi est diuersa species peccati, sed non est idem motiuum ad peccandum in peccatis, quæ sunt secundùm superabundātiam, & quæ sunt secundùm defectum, imò sunt contraria

motiua,

motiua, vt in peccato intemperātiæ motiuum est amor delectationū corporalium, motiuum verò in peccatis insensibilitatis est odium eorum; vnde differunt specie prædicta, & sunt contraria. Notandum verò hanc differētiam esse specificam, non ex ea parte qua ista peccata opposita extremè eidē virtuti consistunt in defectu, & priuatione rectitudinis, sed quatenus materialiter habēt etiam actum positiuum, qui in genere moris diuersæ rationis est, pro diuerso modo quo virtuti aduersatur, s. secundùm defectum, vel superabundantiam.

9 Peccata ā differant specie ex solis circū stantijs.

Nona propositio. Quando est idem motiuum peccandi circunstantiæ nō faciūt diuersitatem speciei, secus si sint diuersa motiua, quia si motiuū ad peccandum sit finis, & obiectum, tales corruptiones circunstantiarum diuersas species constituunt.

Ratio, nam vbi occurrerit aliud motiuum ad peccādum, ibi est alia species peccati art. præced. quia motiuū ad peccatum est species, & obiectum, sed quandoque in corruptionibus diuersarū circunstantiarum est idem motiuum, vt illiberalis ab eodem mouetur, ꝙ accipiat à quo nō oportet, vbi, & quādo, & plus, quàm oportet, id enim facit ob appetitum congregandæ pecuniæ, & huiusmodi corruptiones diuersarum circunstantiarum non diuersificant speciē peccati, sed ad eandem pertinent: quando verò corruptiones diuersarū circunstantiarum prouenīunt à diuersis motiuis, vt ꝙ quis præpropere comedat, potest contingere quia non potest ferre dilationem cibi ob facilem consumptionem humiditatis, ꝙ verò multum cibū appetat, potest contingere ex natura potenti ad conuertendū multos cibos, sed ꝙ quis appetat cibos delicatos cōtingit ob appetitum delectationis, quæ est in cibo, vnde in huiusmodi, diuersarū circunstantiarum corruptiones cōstituunt diuersas species peccati. Vel dicendum, ꝙ tunc circunstantiæ diuersæ, diuersas species peccati cōstituunt, si referantur ad voluntatem peccantis, vt obiectum illius, i. si considerentur vt sunt voluntariæ etiam ipsæ directè vel indirectè, & sic vt sunt voluntatis obiectū, & sic mutāt speciē, quo casu illa qualitas est necessario in confessione exprimenda: ex Conc. Trid. sess. 14. c. 5. de confessione, & tunc constituit speciem cum trāsit in obiectum, qui transitus nō intelligitur secundùm rem, quasi desinat tunc reipsa esse circunstantia, sed secundùm rationem, vt scilicet sit sensus, vt circunstantia non constituat actū in specie boni, vel mali, nisi quatenus consideratur esse voluntaria, & sic obiectū esse actus, licet ꝙ ad rē attinet, circunstantia constituens speciem actus, maneat reuera circunstantia respectu s. actus, vt specificatur à primario obiecto. Vnde non omnis circunstantia, quæ auget malitiam, vel bonitatem actus, aut minuit, est huiusmodi, vt ab illa actus sumat bonitatem, vel malitiam specificam, sed illa solùm quæ habet per se specialem ordinem ad rationem, ita vt peculiariter conueniant, vel repugnēt rectę rationi, vnde magnum & paruum furtū, quatenus accipitur inuito domino, nō distinguūtur specie. Et vt sciatur, quæ circunstantiæ mutent speciē actus, & quæ sint vt modi tantum diuersificantes, qui nō diuersificant speciem, prima sit regula. Quando per circunstantiam aliquam actus spectat ad vitiū, vel virtutem determinatam, tunc huiusmodi circunstātia constituit peculiarem speciem actus bonam vel malam, vt circunstantia gloriæ diuinæ ob quam quis erogat eleemosinam, facit vt actus is eleemosinæ sit etiam actus religionis, quam specificat gloria diuina, secūda regula. Quando circunstantia nō pręsupponit determinatam rationē virtutis alicuius, vel vitij eamq; solùm modificat, non constituit actum in peculiari specie, sed spectat solùm ad eius rationem indiuiduā, vt quantitas magna vel parua in furto. Tertia regula. circunstantia illa q̄ peccatum veniale ex genere facit mortale, constituit nouam, & peculiarem speciē, vt mendacium in damnū proximi, quia sic est cōtra iustitiam. Vel vt d. hic Medina, circunstātia si est volita transit in rationem obiecti, & constituit nouā speciem dupliciter: primò formaliter, vt

cum

cum quis dicit volo furari ĩ loco sacro; secundò, interpretatiuè, & virtualiter, vt cum quis dicit nollem furari in loco sacro, sed quia alibi non inuenio, volo furari de loco sacro. Vel cum quis vincibiliter ignorat locum esse sacrũ, quia in secundo casu, licet nolit, consideratis tamen omnibus circunstantijs absolutè vult furari de loco sacro, ergo absolutè committit sacrilegium, & idem quãdo ignorantia est vincibilis, & supina, quia talis ignorantia nõ tollit voluntarium, vt alias est dictũ, & ꝙ tale furtũ nõ constituat nouam speciẽ, quia locus sacer, qui est circunstantia, dat actui speciem sacrilegij, non vt accidit rei alienæ, & sic actui, vt est primario in specie furti, sed quatenus cadit etiam in volũtatem furantis, & sic, vt terminat etiã obiectiuè illius actum; nec est opus ꝙ circunstantia cadat simpliciter in volũtatem, sed sat est si implicitè, & indirectè, hoc ipso ꝙ actus fertur ad obiectum primarium, cum quo est coniuncta talis circunstantia, licet non tam propriè actus pertineat ad speciem illius circunstantiæ, vt pertineret si ad illam terminaretur, vt explicitè etiam volita, attamen certum est etiam si indirectè sit volita, ꝙ circunstantia constituat nouam speciem, vt omnes tenẽt. De circunstantijs verò in particulari actum est quãdo de actibus humanis est actum, & latius in tract. de pœnit. Et prædicta confessoribus scitu sunt apprime vtilia, vt sciant quæ constituant diuersam speciem peccati, & proinde in confessione aperiẽda.

SVMMARIVM.

1 Peccata an sint connexa.
2 Peccata omnia non sunt paria.
3 Peccatorum differentia, & grauitas attenditur principaliter penès obiecta.
4 Peccata differunt ex dignitate virtutum quibus opponuntur.
5 Peccata spiritualia sũt maioris culpæ, quàm carnalia hæc verò maioris ad hæsionis.
6 Peccatum an augeatur ex maiori voluntate peccandi.
7 Peccatum an aggrauetur ex circunstantia.
8 Peccatum an aggrauetur ex nocumento maiori.
9 Peccatum augetur quandoque ex persona in quam peccatur.
10 Peccatum aggrauatur ex magnitudine personæ peccantis, & quõ.

De peccatorum comparatione ad inuicem. Cap. III.

PRima propositio. Omnia peccata, nec aliqua necessariò sunt connexa, vel quò ad eorum speciem positam ex parte actus, vel quò ad priuatiuã in defectu perfectionis debitę consistentem, probatur ex philosopho 2. Eth. c. 8. d. aliqua peccata esse omnino cõtraria, & inter se pugnantia, vt quæ eidem virtuti extremè opponuntur, sed contraria simul eidem inesse nõ possunt, ergo peccata necessariò non sunt simul cõnexa. D. Tho. 1. 2. q. 73. 1 Peccata ã sunt connexa.

Ratio, nam aliter se habet intentio agentis ad sequendum virtutem secundùm rationem, aliter intentio peccãtis in diuertendo à ratione, nam intentio primi est, vt rationis regulã sequatur, ideò omnium virtutum intentio in idẽ tendit, & ob id omnes virtutes habent cõnexionem ad inuicem in ratione recta agibilium, scilicet prudentia, supra q. 65. art. 1. sed intentio peccantis nõ est ad hoc ꝙ recedat ab eo ꝙ est secundùm rationem, sed potius ꝙ tẽdat in aliquod bonum appetibile à quo speciem sortitur, huiusmodi verò bona in quæ tendit peccans à ratione recedens sunt diuersa, nullam connexionem habẽtia ad inuicem, imò quandoq; sunt contraria, cum ergo peccatum speciem habeat secundùm id ad quòd conuertitur, patet quòd peccata nõ habent connexionem secundùm id ꝙ perficit speciem peccatorum, quia peccatum non committitur in accedendo à multitudine ad vnitatem, & in virtutibus quæ sunt connexæ, sed potius in recedendo ab vnitate ad multitudinem. Neque aduersatur ꝙ dicitur Iac. 2. si quis totã legem seruet, offen-

offendat autẽ in vno, factus est omniũ reus. Id enim intelligitur vt d. Aug. ep. 29. quia qui vnum præceptum mortaliter transgreditur peccat contra charitatem, ex qua tota lex pendet, & à Deo auertitur, & damnationis reatum incurrit, quę duo ita cernuntur in vno peccato mortali, vt in omnibus, & priuantur eo homines præmio æterno.

Verum est tamen, ꝙ aliqua peccata inter se cohærent; primò, quãdo in vno actu multæ sunt deformitates, vt in adulterio vna deformitas est contra iustitiam, quia suscipitur, ꝙ est alterius, alia contra castitatem. Secundò, cum vno opere quis transgreditur diuersa ꝑcepta contra diuersas virtutes, vt si monachus fornicatur peccat contra castitatem, & contra votum religionis. Tertiò, quando vnum peccatũ trahit ad alterum, vt ex crapula, luxuria, & ex septem vitijs capitalibus, alia multa consequentia. Et est probabile habitus vitiosos, licet non quò ad essentiam, quò ad statum tamen, & perfectionem esse connexos, quia si quis inordinatè fertur in materiam alicuius passionis, facilè & in aliam fertur: & sic intelligitur Greg. lib. 31. Mor. c. 21.

2 Peccata omnia nõ sũt paria.

Secunda propositio. Omnia peccata non sunt paria, probatur Genes. 13. vbi Sodomitæ pessimi dicuntur, & Gen. 37. Ioseph accusauit fratres crimine pessimo. Deut. 25. pro mensura delicti erit & plagarum modus, & alibi sæpè. Mat. 5. 12. 1. Ioã. 5. Ex Patribus Orig. hom. 5. in Leuit. Naz. ad virgines. Hier. in c. 9. Ezech. Aug. ep. 29. vbi contrarium paradoxum vocat.

Ratio, ꝙ non, sed vnum aliud excedit in malitia contra Stoicos, qui mouebantur ex eo ꝙ putabant peccatum esse recessum à ratione, & priuationem non suscipere magis, vel minus; sed aduertẽdum, ꝙ est duplex priuationum genus, quædam simplex & pura priuatio, quæ consistit quasi in corruptũ esse, vt mors est priuatio vitæ, tenebra luminis, & huiusmodi, non recipit magis & minus, quia nil restat de habitu opposito; vnde nõ minus dicitur quis mortuus primo die, quàm post annum. Alia est priuatio non simplex, sed aliquid retinens de habitu opposito, quæ consistit in corrumpi magis quàm in corruptum esse, vt ægritudo quæ priuat debita commensuratione humorum, sic tamen quòd aliquid eius remanet, aliter non viueret animal, & huiusmodi priuationes recipiunt magis & minus ex parte eius ꝙ remanet de habitu contrario, multum enim refert ad ægritudinẽ an quis multum vel parum recedat à debita commensuratione humorum. Sic dicẽdum de peccatis, si enim nil de ordine rationis maneret non posset manere substãtia actus, vel affectio agẽtis, si enim malum sit integrum destruit seipsum. 4. Ethic. cap. 5. si verò in eis priuetur debita commensuratio rationis, vt tamen non tollatur totaliter ordo rationis, sic multum refert ad grauitatẽ peccati an multum, vel minus recedatur ab ordine rationis, & sic peccata non sunt paria.

Differentia verò peccatorum sumitur primò, ex modo quo peccata contra Deum sunt, quia vnũ magis repugnat beneplacito Dei, quàm aliud: ꝙ colligitur ex minis grauissimis vni præcepto magis, quàm alijs additis. Secũdò, differunt ex natura deuiationis, quia licet omnis deuiatio sit error à via, vno tamẽ magis modo deuiatur, quàm alio, & sic de peccatis. Tertiò, ex qualitate eius in quo peccatur, quia vnus est sacratior alio, vnum est magis necessariũ alio vsibus humanis; & vnum etiã peccatum est magis cõtra naturam, quàm aliud. Quartò, ex diuersa dispositione peccantium, alij enim ex malitia, alij ex infirmitate, & aut ignorãtia peccãt: vt d. Greg. lib. 25. Mor. c. 16. vnde & Iudas magis peccauit, quàm Pilatus, vel Iudæi. Quintò, ex diuersitate nocumenti, vnde hæresis est maximum peccatũ, scãdalum pusillorum, & innocentium, traditio Christi. Matt. 26. à Deo apostatare, vt Deus est, blasphemare Spiritum sanctum, vt sanctus est. Auersio tñ quæ est in peccatis non suscipit magis, & minus: vt d. hic Medina post D. Th.

Tertia propositio. Differentia, & grauitas peccatorum principaliter attenditur secundùm obiecta penès quæ ma- 3 Peccatorũ differẽ

gis,

tia,& grauitas principaliter attēditur penès obiecta.

gis, vel minus rationi repugnant.

Ratio, nam cum grauitas peccatorū comparetur ægritudini, vt supra, patet, ꝙ eo maior est ægritudo quando tollitur debita commensuratio humorum per commensurationem prioris principij, vt ægritudo, quæ prouenit in corde humano, ꝙ est principium vitæ, vel in parte ibi proxima periculosior est, sic peccatum est grauius quando deordinatio est circa aliquod principium, ꝙ est prius in ordine rationis, sed ratio omnia ordinat in agibilibus ex fine, ideò quāto peccatum cōtingit in actibus humanis ex altiori fine, tanto peccatū est grauius, obiecta autem actuum sunt fines eorum, supra q.72.art.1.2. ideò secundùm diuersitatem obiectorū attenditur grauitas in peccato, vt patet ꝙ res exteriores ordinātur in hominem, vt ad finem, homo verò vlterius ordinatur in Deum, vt in finem: vnde peccatum, ꝙ est circa substantiam hominis, vt homicidium, grauius est eo ꝙ est circa res temporales, vt furtū, & adhuc grauius ꝙ in Deum committitur, vt infidelitas, blasphemia, & huiusmodi, & in his ꝙ circa aliquid principali⁹, vt circa fidē, & sic grauitas peccatorum attenditur ex obiectis, & est prima differētia quasi consequens speciem. Pro quo notandū tripliciter in grauitate cōparari posse; Primò, quò ad auersionē à Deo, vt peccatum mortale, & veniale, vel quando ita augeatur, vt fiat ex veniali mortale, vel contra ita minuatur, vt è mortali fiat veniale, & de hoc hic nō agitur, sed infra alio loco. Secundò, comparari possunt peccata diuersarum specierum, vt homicidium, cū furto ex parte obiecti. Tertiò, comparari possunt quando ita grauantur, vt etiam transeant in aliam speciem, quòd est grauari in infinitum. Quartò, quando intra eādem speciem aggrauantur ex fine, & medio circa ꝙ sunt vel obiecto, prout magis vel minus repugnant huiusmodi rationi. Vel demum comparātur peccata ex varijs circunstantijs, vt furtum magnum, & paruum. His stantibus dicēdum peccata ex obiecto sumere differentiā, vnde peccata quæ sunt immediatè contra Deum sunt grauiora, cum sit principium, & finis noster, vt & infirmitates quæ sunt circa cor, quòd est vitæ principiū sunt grauiores; ex peccatis in proximū primum est homicidium, quia ad vitā omnia ordināntur: secundò, fornicatio, quia quis sic peccat in corpus suum: tertiò, furtum, quia alienum surripitur. Verum est tamen quòd peccatum grauius ex obiecto potest superari à leuiori ex obiecto ob circunstantias, vt furari totū ærariū principis est grauius quàm hominem vilem occidere, vel etiam blasphemia ex circunstantijs potest ab homicidio superari, & sic de alijs ob maius nocumentum, de quo infra.

Quarta propositio. Peccata differunt ex dignitate virtutum quarum sunt priuationes, vnde maximæ virtuti maximum contrariatur peccatum; si tamen consideratur oppositio virtutis ad peccatum secundùm quandam extensionē virtutis cohibentis peccatū, quantò virtus fuerit maior, tantò magis elongat hominem à peccato. 4

4 Peccata differunt ex dignitate virtutū, quibus opponuntur.

Ratio, nam virtuti aliquod peccatum opponitur vno modo principaliter, & directè, quòd est circa idem obiectum, & hoc modo maiori virtuti opponitur grauius peccatū, quia sicut ex obiecto attenditur grauitas peccati, sic & ex dignitate virtutis, quia vtrobiq; speciem sortitur, supra q.60.art.1. vnde oportet quòd maximę virtuti contrarietur maximum peccatum, quasi ab eo maximè distans in eodem genere. Alio modo potest cōsiderari oppositio virtutis ad peccatum secundùm quandam extensionē virtutis cohibentis peccatum, quia quo maior est virtus eo magis elōgat hominem à peccato sibi contrario, & nedum peccatum, sed omnia ad idem inducentia cohibet, & sic patet quòd quantò aliqua virtus est maior etiam minora peccata cohibet, & sic maiori virtuti minus peccatum opponitur ex parte effectus, vt sanitas maior minores etiam discrepantias humorum excludit. Vt verò hæc differentia subsistat, oportet ꝙ fiat comparatio inter maxima peccata vtriusque virtutis, sic enim inuenietur maiori virtuti maiora peccata opponi,

& id

& id intelligitur cæteris paribus, quia ex circunstātijs potest secus fieri, vt fornicatio potest esse maius peccatum, q̃ aliquod furtū, licet minori virtuti opponatur, cæteris tamen paribus regula procedit, vnde maius est peccatum prodere Rempublicam, vel regem, quàm peccare etiam contra naturam, quia iustitia maior est virtus temperātia, si tamen, vt supra; maximum peccatum tēperantiæ oppositum, vt cōtra naturam, comparatur cum mediocri iustitiæ contrario, vt furtum, maius peccatum erit, id intemperantię, & etiam quàm peccatum contra fortitudinem, quia quando ꝙ prouocat ad peccandū, est magis necessarium peccatū leuius facit, sed motiuum ad timendum est magis necessarium, quia versatur circa vitæ conseruationem, ideò ex circunstātijs peccatum timiditatis est leuius, quàm intemperātiæ, licet fortitudo sit excellentior virtus, quàm temperantia.

5 Quinta propositio. Peccata spiritualia sunt maioris culpæ, quàm carnalia, peccata verò carnalia sunt maioris adhæsionis, & sic difficilioris curationis.

Peccata spūalia sūt maioris culpæ, q̃ carnalia, hęc verò maioris adhæsionis.

Ratio primi sumitur, primò ex parte subiecti, quia peccata spiritualia pertinent ad spiritum cuius est cōuerti ad Deum, & ab eo auerti: carnalia verò consummātur in delectatione carnalis appetitus ad quē principaliter spectat ad bonum corporale conuerti, vnde peccatū carnale, vt hmōi habet plus de cōuersione, & sic est maioris adhæsionis, sed spirituale habet plus de auersione, ex qua procedit ratio culpæ, ideò spirituale vt huiusmodi est maioris culpæ. Secundò, ex parte eius in quem peccatur, quia carnale vt huiusmodi est i corpus proprium, ꝙ est minus diligendum secundùm ordinem charitatis, q̃ Deus, vel proximus in quos committūtur peccata spiritualia, ideò spiritualia, vt huiusmodi sunt maioris culpæ. Tertiò, ex parte motiui, quia quo est grauius impulsiuum ad peccandum, homo eo minus peccat, art. sequen. sed carnalia habent vehementius impulsiuum, idest, cōcupiscentiam carnis nobis innatam, ideò peccata spiritualia, vt huiusmodi sunt maioris culpæ.

Ratio secundi, nam peccata carnalia vt concupiscentiæ sunt circa illas delectationes, quæ communes sunt nobis & brutis: vnde homo per ista quodammodo brutalis efficitur. 3. Eth. c. 10. & Gregor. lib. 31. Mor. c. 31. Notandum verò cum Medina hic quosdam prorumpere in peccata spiritualia, & difficilè curari qui dæmoni assimilantur, quosdam in carnalia qui brutis assimilantur, & facilius curantur vt meretrices, & milites, quosdam in vtraq;, qui vt mōstra sunt. Notandum etiam eum qui ex maiori motiuo extrinseco peccat, leuius peccare: vnde qui à pulchra vincitur leuius peccat, ꝙ intelligitur si oculis subitò occurrit, si enim illam quærit ad peccādum, grauius peccat, quia intensius q̃rit, & magis voluptuosè peccat.

6 Sexta propositio. Vbi volūtas est maior ad peccādum, ibi grauior est culpa, ex causis tamen extrinsecis, & remotis, quandoq; peccatum augetur, quandoque minuitur, vt ignorantia, infirmitate vi, metu, & huiusmodi.

Peccatū ā augeatur ex maiori voluntate peccandi.

Ratio, nam in genere peccati, vt & in alio quodlibet duplex causa considerari potest; vna p se, & propria causa peccati, quæ est voluntas peccādi, quæ comparatur ad actū peccati, vt arbor ad fructum secundùm gl. in Mat. 7. & sic quātò maior fuit voluntas ad peccandum, eo maius erit peccatum. Aliæ causæ accipiuntur vt extrinsecæ, & remotæ ex quibus voluntas inclinatur ad peccandum. Et ex his causis quædam inducūt voluntatem ad peccandum secundùm ipsam naturam volūtatis, vt finis, ꝙ est proprium obiectum voluntatis, & ex tali causa augetur peccatū, quia grauius peccat cuius voluntas intētione peioris finis inclinatur ad peccandū. Aliæ causæ sunt quę inclināt voluntatem ad peccandum præter naturā, & ordinem voluntatis, quæ nata est moueri liberè ex seipsa secundùm iudicium rationis, vnde causæ quæ minuunt iudicium rationis, vt ignorantia, vel quæ minuunt liberum motum volūtatis, vt infirmitas, vel violentia, metus, & huiusmodi, minuunt peccatum, vt & minuunt voluntarium,

tarium, ita q; si actus sit omnino inuoluntarius non habet rationem peccati. Notãdum verò cum Medina hic quòd licet intensio augeat peccatum, non tamen est necessariò exprimenda in confessione, tum quia non benè exprimitur, tum quia non grauat notabiliter, tum quia ex alijs circunstantijs dignoscitur, vt consuetudine, occasionibus, &c. nisi tamen sic quis creaturam amaret, vt tanquam Deum haberet. Notandum etiam, quòd occidere hominem ob odium, si odium intelligatur generali ratione, prout quodlibet peccatum tale est, quòd sit in proximum, grauius est illum occidere ob furtum, quàm ob odium, si verò odium intelligatur speciali ratione, prout est contra amicitiam, & charitatem proximi, sic grauius est quàm occidere ob furtum, quia hoc odium superat omnia peccata, quæ sunt in proximum. Verum est tamen in primo casu, quòd intensius peccans magis peccat: vnde cum passio concupiscentiæ est volita, & consensus sub voluntate cadit, vbi est maior concupiscentia, est grauior culpa, vt cum quis intensè vult occidere, & in actu occisionis crescit ira, grauius peccat, si verò passio antecedit iudicium rationis minus peccat per se loquendo, quia non semper passio antecedens iudicium rationis excusat à peccato, quia potest esse in culpa homo non reprimendo huiusmodi passiones cognitas, vel non fugiendo occasiones, vbi huiusmodi passiones exardescunt, vt habetur Exodi vigesimo primo, de non recludente bouem cornupetam, qui est in culpa, & idem de passione, quæ ex negligentia oritur, & præualet.

7 peccatum an aggrauat ex circunstãtia.

Septima propositio. Circunstantia peccato accedens grauat peccatum, cum distinctione tamen.

Ratio, nam quodlibet ex eo augetur, ex quo causatur, secundo Ethicorum, sed peccatum causatur ex defectu alicuius circunstantiæ, ex hoc enim receditur ab ordine rationis, quòd in operando quis non obseruet debitas circunstantias: vnde peccatum per circunstantiam augetur, idque tripliciter: primò, vt circunstantia transfert in aliud genus peccati, vt peccatum fornicationis contrahitur, quia quis accedit ad non suam, si verò additur circunstantia, quòd illa sit alterius vxor, erit aliud genus peccati, scilicet iniustitia, quatenus quis vsurpat rem alienã, & sic adulterium est grauius fornicatione. Secundò, circunstantia non trahit in aliud genus peccati, sed multiplicat rationem peccati, vt si prodigus det cui non debet, & quantum non debet, multiplicius peccat eodem genere peccati, quàm si solùm det cui non debet, & ex hoc peccatum fit grauius, vt & ægritudo, quæ plures partes corporis inficit, vnde si patris vita violatur multa peccata peccantur, violatur enim qui genuit, qui erudiuit, qui aluit, & in sede, domo ac Republica collocauit; secundùm Cic. in Parad. 3. Circunstantia auget peccatum, quia augeat deformitatẽ prouenientem ex alia circunstantia, vt accipere alienum constituit furtum, si verò additur quòd multum surripitur, grauat peccatum. Et ita in vno peccato ex circunstantijs possunt esse duæ malitiæ, vt in adulterio, luxuria & iniustitia, & si comparetur ad genus suum, idest luxuriam, ibi non trahitur actus ad aliud genus, quia semper est luxuria: si verò comparetur ad fornicationem, illa circunstantia alienæ constituit nouã speciem, idest adulterium: si enim ibi cõsideratur iniuria facta viro, sic ibi est iniustitia, pariter raptus constituit nouam speciem ob violentiam, & grauitas eius peccati explicatur ex violentia quæ ad iustitiam spectat.

8 peccatum an augeat ex nocumento.

Octaua propositio. Nocumentum, quòd prouenit ex peccato si est præuisum, & intentum directè auget peccatum: si verò est præuisum, sed non intentum indirectè auget peccatum: quando verò neutrum concurrit, si per accidens se habet ad peccatum directè non aggrauat, sed ob negligentiam cõsiderandi nocumenta, quæ sequi possunt, imputãtur ei mala secuta præter intentionem, quando dabat operam rei illicitæ vel licitæ, & non adhibuit debitam diligentiam: si verò nocumentum per se

ſequitur ex peccato, licet non præuiſum, nec intentum, directè grauat peccatum: ſi verò ipſe peccans incurrit nocumentum non præuiſum, nec intentum quòd ſequitur ex accidenti, non augetur peccatum, & idem ſi per ſe ſequitur grauius tamē peccat fidelis peccans & ſciens pœnas inferni, quàm infidelis eas ignorans.

Ratio, nam quandoq; nocumentum prouenіens ex peccato eſt præuiſum, & intentum, vt cum quis operatur animo nocendi alteri, vt homicida vel fur, & tunc quantitas nocumenti directè auget grauitatem peccati, quia tunc nocumentum eſt per ſe obiectum peccati, quandoque nocumentum eſt præuiſum, ſed non intentum, vt cum volens fornicari tranſit per agrum, & lædit ſata, tunc nocumentum indirectè grauat peccatum; & ſimiliter quatenus ex voluntate multum inclinata ad peccandum euenit, quòd quis non omittat facere damnum ſibi, vel alij quòd ſimpliciter non vellet; quandoq; quis nec præuidet, nec intendit damnum, & ſi per accidēs ſe habeat ad peccatum non grauat directè, ob negligentiam tamen conſiderandi damna, imputantur nocumenta ſequuta, ſi dabat operam rei illicitæ: ſi verò nocumentum per ſe ſequatur ex actu peccati non intentum, nec præuiſum, directè grauat peccatum, vt ſi quis publicè fornicetur directè grauatur peccatum; ſi verò nocumentum per ſe ſequatur ad actum peccati, licet non intentum, nec præuiſum, tunc maius nocumentum non facit grauius peccatum, ſed èconuerſo, vt ſi infidelis qui nil audiuit de pœnis inferni, grauius punietur pro peccato homicidij, quàm furti, modo quo dicit Diuus Thomas. Ex his decidi poteſt illa quæſtio an homicidium ſequutum ex caſu inducat irregularitatem, & ſic licet actus is non irroget culpam, obliget tamen ad pœnam in quo dicendum non incurri irregularitatem ex tali caſu, nec directè, nec indirectè voluntario, etiam ſi is det operam rei illicitę, dummodo adhibuerit debitam diligentiam, ne caſus contingat, niſi is actus habeat periculum ſic annexum, vt ſemper, vel frequenter, vel aliquādo ſit cauſa homicidij, vt bellum, torneamentū, chirurgia, &c. de quo Couar. in clem. 1. 2. p. §. 4. num. 9. & 10. de homic. & dixi in tract. de Caſib. reſeruatis, ſub titu. de excommunicatione, & ſub tit. de irregularitate plenius, & habetur etiam latè in tractat. de irregularitate. Et quòd proximè eſt dictum, nocumētum quòd per ſe ſequitur ex actu peccati, licet nō prę uiſum, nec intentum, aggrauare peccatum directè, intelligitur regulariter, quia ex aliqua circunſtantia, quæ non pertinet ad ſpeciem peccati, indirectè aggrauat, vt ſi quis trāſeat per alienam ſegetem, vt fornicetur, indirectè grauat peccatum, licet per ſe ſequatur ex illo actu, licet etiam regulariter nocumentum, quòd incurrit ipſe peccans, non augeat peccatum: fallit tamen quando per ſe ſequitur ex actu peccati, vel per accidens, & ſit præuiſum, & quòd dicit hic Caiet. grauius peccare tentantem pudicitiam mulieris, quàm eam occidentem, intelligitur quò ad intentionem inducendi ad malum, & ob ſcandalum, ſecus quò ad nocumentum, quòd inde ſequitur, quia ſic grauius eſt occidere.

Nona propoſitio. Peccatum aggrauatur ex perſona in quā peccatur quandoque, probatur, nam in ſcriptura vituperatur ſpecialiter peccatum, quòd fit cōtra ſeruos Dei. 3. Regum 19. Altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, vel in perſonas propinquas. Mich. 7. vel contra perſonas in dignitate conſtitutas. Iob 34. 9 peccatum auget qn̄que ex pſona ī quā peccatur.

Ratio, nam perſona in quam peccatur eſt quodammodo obiectum peccati; ſed prima grauitas peccati attenditur ex parte obiecti, ſupra artic. primo. & eo maior quo obiectum eius eſt principalior finis, finis verò humanorum actuum ſunt Deus, ipſe, & proximus; ex parte Dei, cui eo magis quis coniungitur, quo eſt virtuoſior, vel Deo ſacratior, ideò iniuria huiuſmodi illata magis in Deum redundat, & ex hoc peccatum fit grauius, Zach. 1. qui vos tetigeris tangit pupillam oculi mei. Ex parte

ſui

sui ipsius grauius quis peccat quo peccat in personam sibi iunctam naturali necessitudine, beneficijs, vel quacunque coniunctione, quia videtur in seipsum magis peccare. Ex parte proximi peccatum fit grauius, quo plures tangit, ideò peccatum in personam publicam, vt Regem, vel Principem, qui curam gerit totius multitudinis est grauius, quàm commissum in personam priuatam, & similiter iniuria facta in famosam personam, quia redundat in scandalum, & tribulationem plurium. Notandum verò, quòd peccatum ex qualitate personæ in quam peccatur, quandoque mutat speciem, vt si quis occidat sacerdotem sacrilegium est, si patrem parricidium. Secundò, non mutando speciem, sed grauando, vt occidendo virum sanctum; primo modo, idest explicandum in confessione, quãdo mutatur species, necessario; secundò non, nisi sequatur inde nocumentum maximum, vt quia vir erat Reipublicæ valdè vtilis ob eius virtutes, fortè enim erit contra pietatem patriæ debitam, vt dicit hic Medina, quòd tamen non est omnino certum, cum id non transeat in rationem obiecti, vel id sumatur pro fine, tutior tamen est opinio Medinæ; in furto tamen non est exprimendum an quis surripuerit à nobili vel plebeio, clerico vel laico, nisi species mutetur, vt quia transeat in sacrilegium, quia res clerici de loco sacro auferatur.

10 Decima propositio. Magnitudo personæ peccantis grauat peccatum; probatur ex Isidoro libro secundo, de summo bono, in fine.

peccatum grauatur ex magnitudine personæ peccantis, & quomodo

Ratio, nam peccatum quoddam prouenit ex surreptione ob infirmitatem humanæ naturæ, & huiusmodi peccatum minus imputatur ei qui est in maiori virtute, quia minus negligit huiusmodi peccata reprimere, nec humana infirmitas omnino fugere sinit. Alia peccata procedunt ex deliberatione, quæ maiori magis imputatur: primò, quia excedens scientia, vel virtute facilius potest resistere huiusmodi peccato. Lucæ 12. secundò, ob ingratitudinem, quia omne bonum, quo aliquis magnificatus est, est Dei beneficium, cui homo fit ingratus peccando; tertiò, ob specialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem personæ, vt si princeps iustitiam violat, qui ponitur iustitiæ custos, & sacerdos fornicetur qui castitatem vouit. Quartò, ob exemplum, vel scandalum, quia in exemplum culpa extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur, ad plurium etiam notitiam peccata magnorum perueniunt, & ea indignè ferunt. Prædicta verò intelliguntur, quando quis ex scientia, deliberatione, vel malitia peccat, quæ verò peccata committuntur ex ignorantia, infirmitate, vel subita animi perturbatione, minus imputantur his qui in maiori dignitate sunt constituti: vt dicit hic Diuus Thomas in responsione ad primum, & hic Medina.

SVMMARIVM.

1 Peccati subiectum primum, & proximum est voluntas.
2 Peccati subiectum non est sola voluntas, sed & alia potentia, & quomodo.
3 Peccatum an sit in sensualitatis motu.
4 Peccatum in sensualitate non potest esse mortale, & quomodo.
5 Peccatum potest esse in ratione, & quomodo.
6 Peccatum morosæ delectationis vbi sit, & an sit mortale.
7 Peccati consensus an spectet ad rationem inferiorem, vel superiorem.
8 Consensus in delectationem an sit mortale, veniale, vel nullum peccatum.
9 Peccatum veniale potest esse in ratione superiori.
10 Ratio superior, quomodo feratur in suum obiectum, vel virtutum inferiorum.

De subiecto peccatorum. Cap. IIII.

D.Tho.1. 2.q.74.

1 Peccati subiectũ primũ,& proximũ est voluntas.

PRima propositio. Voluntas est subiectum peccati, primũ, & proximum; probatur ex Aug. lib.1 retr. cap.9. & lib.3. de lib. arbit. cap.17. dicente: quòd voluntas est qua peccatur, & rectè viuitur.

Ratio, nam peccatum est actus supra quæst.71. art.1. sed actuum quidam transeunt in exteriorem materiam, vt vrere, & secare, qui habent pro subiecto, id in q̃ trãsit actio; motus enim est actus mobilis à mouente. 3. Phys. quidã actus non transeunt in exteriorem materiam, sed manent in agente, vt appetere, cognoscere, & huiusmodi sunt actus morales virtutum, vel peccatorũ; vnde oportet, quòd proprium subiectũ actus peccati sit potentia, quæ est principium actus; cum verò actuum moralium sit proprium, quòd sint voluntarij, supra quæst.1. art.1. sequitur, quòd voluntas, quæ est principium actuum bonorum, vel malorum, vt peccatorũ, sit principium peccatorum, & sic peccatum sit in voluntate, vt in subiecto. Notandum verò ad cognoscendum an omne peccatum sit actio immanens necessariò: primò, quòd potest peccatum considerari secundùm suam speciem, vt furtum; secundò, prout exercetur ab homine in exercitio voluntatis. Secundò, notandum, quòd bonitas, vel malitia moralis est duplex; primò, in essendo, vel obiectiua: secundò, in exercitio, vel more, aut moralis, vel libera. Tertiò, notandum, quòd actus exterior malus est formaliter malus, & non materialiter tantùm, idest absonus rectæ rationi, vel Dei legi, vnde prima radix bonitatis, & malitiæ actus interioris consistit, prout refertur ad actum exteriorem. Oseæ 9. solus tamen actus interior, liber, & voluntarius est formaliter malus in exercitio, more, & in demerendo, quia actus exterior non imputatur homini ad culpam, nisi respectu actus interioris, & tantum quantum actus interior demeretur: actus verò exterior dicitur malus, solum denominatione extrinseca, quia est effectus malæ voluntatis, & sic peccatum est actio immanens.

Secunda propositio. Sola voluntas non est subiectum peccati, sed etiam quæuis potentia, quæ imperio voluntatis sit subiecta, vt sensualitas, vel appetitus sensitiuus, & ratio inferior, vel superior, idest intellectus, prout rationes æternas, & diuinas, ac temporales spectare debet, vt ea quæ ad virtutem, officia, & peccata cauenda pertinent, voluntati proponuntur, & executioni mandantur.

2 Peccati subiectũ nõ sola volũtas, sed & alia potentia, & quomodo

Ratio, nam omne quòd est principium voluntarij actus est subiectum peccati, articulo præced. actus verò voluntarij sunt non solùm qui eliciuntur à voluntate, sed etiam qui à voluntate imperantur, supra quæst.6. art.4. vnde non solùm voluntas potest esse subiectum peccati, sed omnes illæ potentiæ, quæ possunt moueri ad suos actus, vel ab eis reprimi per voluntatem, & eædem potẽtiæ sunt subiectum habituum moralium bonorum, vel malorũ, quia eiusdem est actus, & habitus. Præterea subiectũ peccati tam latè patet, quàm subiectum voluntarij defectus perfectionis alicuius debitæ ex lege, sed voluntas, & quæuis alia potentia voluntatis imperio subiecta potest esse subiectum perfectionis alicuius ex lege debitæ, ergo, accipiendo tamen hic voluntarium non solùm eliciuè, & immediatè, prout est in voluntate, sed etiam imperatiuè, & mediatè, vt reperitur in potentijs subiectis voluntati, & participant voluntatem, & natæ sunt obedire rationi; Præterea huiusmodi potentiæ sunt subiectum virtutum, ergo & peccatorum, quia contraria habent fieri circa idem; vlterius in intellectu collocantur ignorantia & error, quæ sunt peccata: in appetitu sensitiuo ira, timor, quæ sunt peccata, ergo. Non inconuenit autem in voluntate, & potentijs sensitiuis peccatũ esse, quia actus diuersarum potentiarũ concurrere possunt ad peccandũ, ex quibus fiat vnum

peccatum

peccatum numero, vt in quolibet peccato ex parte intellectus interuenit error & imperium, ex parte voluntatis plura concurrunt, de quibus supra tract. de vsu, primò, scilicet voluntas finis: secundò, medium: tertiò, consultatio de medijs præ alio: quartò, imperium efficax intellectus dicentis, fac hoc, ex quo sequitur vsus voluntatis, & applicatio ad operandum, & hoc si peccatum cōsistit in voluntate, si verò in appetitu sensitiuo, saltem cum errore intellectus concurrit mala appetitio.

3 Peccatū ā fit in sensualitatis motu.

Tertia propositio. Cum cōtingat appetitum sensitiuum moueri sine & cum consensu voluntatis, in motu sensualitatis peccatum non consistit, nisi voluntas tali motui consentiat; probatur ex Conc. Trid. sess. 5. vbi habetur concupiscentiam in renatis relictam ad agonē, & non consentientibus non nocere, & colligitur ex locis scripturæ, quibus probatur liberum esse homini abstinere à quouis peccato, licet à multis non possit sine gratia Dei, nec à venialibus etiā cum gratia Dei secundùm legem ordinariam, licet singula distributiuè, sic vitare possit; vt Eccl. 11. Fili peccasti, non adijcias iterum. Io. 5. Ecce sanus factus es, iam noli peccare; probatur etiam ex locis quibus habetur Deum non pati aliquem tentari supra id ꝙ potest. 1. Corin. 10. tentaretur verò sic homo, si illis motibus peccaret; præterea Mat. 15. habetur peccata ex corde exire. Idem probatur Iac. 1. quemq; tentari à concupiscentia, non tamen esse peccatum, nisi ei consentiatur, vt subijcitur, concupiscentia verò cum conceperit parit peccatum, & Eccl. 18. post concupiscentias tuas ne eas: vt explicat Aug. lib. 5. cont. Iul. cap. 3. Ex Patribus Iren. lib. 4. cap. 9. Clem. Alex. lib. 2. strom. Tert. lib. 2. contra Marc. Cipr. serm. de baptis. Christi. & Aug. lib. de duabus animabus contra Man. c. 10. Athan. in reg. de virg. seru. potest tamen in sensualitate esse peccatum, prout appetitus sensitiuus natus est moueri à ratione.

Ratio, nam peccatum potest inueniri in qualibet potentia, cuius actus potest esse voluntarius, & inordinatus in quo cōsistit ratio peccati, sed actus sensualitatis potest esse voluntarius, quatenus sensualitas .i. appetitus sensitiuus, nata est à voluntate moueri. Præterea, vt d. Aug. lib. 1. ciu. c. 25. motus concupiscentiæ in corpore dormientis non est peccatum, ergo nec in non consentiēte. Notādum verò cum Medina, ꝙ sensualitas est sola vis sensitiua appetitiua, & non apprehensiua, & differt ratione tātum ab appetitu sensitiuo, quia hic significat nudam potentiam qua sensibilia bona appetimus, sensualitas verò significat appetitum sensitiuū, quatenus præuenit rationis deliberationem. Vnde si quæratur an appetitus sensitiuus habeat propriam libertatem non dependentem à libertate volūtatis, ita vt possit ante actum voluntatis habere actū, & non habere. Resp. quòd licet habeat motum proprium quò ad bonum mouetur, tamen in ea non potest esse peccatum, nisi quatenus mouetur à voluntate, vel voluntas ei consentit, vt hac propositione latè est probatum. Est tamen in appetitu sensitiuo aliqua libertas participata, quia non est determinata ad vnum vt naturalia, appetitus verò sensitiuus agit & agitur, & non est determinatus ad vnum, non habet tamen rationem peccati sine voluntatis consensu, quia homo non potest non solùm de potentia morali, sed etiam phisica impedire singulos motus sensualitatis ne insurgant ante rationis iudicium, quia appetitus sensualis sequitur apprehensionem sensus, qui naturaliter prior est q̄ rationis iudicium, ergo oportet, vt appetitus sensitiuus sæpè sequatur bonū apprehensum per sensum, antequā rationis iudicio reprimi possit, & huiusmodi motus non sunt peccata venialia, ex speciali tamen gratia non negatur huiusmodi motus posse impediri ne surgant, vt in beata Virgine, ex lege speciali concessum.

Quarta propositio. In sensualitate nō potest esse peccatum mortale. 4 Peccatum sensualitatis quod.

Ratio, nam sicut inordinatio corrumpens principium vitæ corporalis, causat mortem corporalē, ita inordinatio corrumpens principium spiritualis vitæ, ꝙ

est finis vltimus, causat mortem spiritualem peccati mortalis, sup.q. 72.art. 5. ordinare verò aliquod in finem non est sensualitatis, sed solùm rationis, inordinatio verò à fine nō est nisi eius cuius est ordinare in finem, vnde peccatū mortale non potest esse in sensualitate. Notandum verò vt cognoscatur quādo motus sensualitatis sint peccata vel ne, ꝙ aut delectatio est de ipsa re illicita cogitata, vel de sola cogitatione rei, quòd dignoscitur sic, nam si delectatio est ad rem ipsam, signum est affectum esse ad rem, si ad cogitationem tātum; signum est etiam delectationem esse de cogitatione tantum, & idem aliter deprehendi potest, nam si cogitatio ortū habuit à disputatione puta fornicationis, signū est delectationem sequentem dum consideratur eius turpitudo, quæ tantū insurgit ex motu sensualitatis esse de cogitatione tātum, secus si ortum habuit à turpi colloquio, vel aspectu īpudico, aut occasione peccati, quia sic signū est delectationem esse ad rem. Secundò, notandum, ꝙ appetitus sensitiuus potest considerari, vt est in brutis sine ordine ad rationem, & sic non est subiectū peccati, & idem si consideretur, vt est appetitus hominis absq; eo ꝙ à ratione moueatur, vel cum præuenit rationis iudicium, sic tamen vt ratio potuerit illum reprimere, & nō reprimere, & tunc aut motus delectationis est tantum de ipsa cogitatione, & potest nō esse peccatum vllum sicut & verum in intellectu etiā si sit de malo obiecto, non est ei disconueniens, per accidens tamen de cogitatione delectatio huiusmodi potest esse venialis si sit inutilis, vel curiosa, mortalis si cogitatio mali, & sic delectatio de illa sit ita periculosa, vt verēdum sit ne pariat cōcupiscentiam mortalem; si verò delectatio est de ipsa re illicita, si huiusmodi motus sunt tantum circa rem venialem illicitam, sunt venialia tantū. Si verò est semiplenè, & imperfectè deliberatus, ꝙ tunc est, cum ratio aduertit talem motum, vel potest ex aliqua præsenti cogitatione, vel notitia animaduertere, sic vt possit illum eijcere, sed tamen non ita facilè, quoniā nondū planè cernit in quo & quali motu hæret, & talis motus, vel delectatio etiā de re mortali est tantum veniale; quòd si is motus est plenè deliberatus, cum ratio illum plenè animaduertit, quò ad omnes circunstantias, quibus homo potest moueri ad illum excutiendum, & tunc cum motus concupiscentiæ, vel sensualitatis, est de re mortali si accedit consensus plenè deliberatus, & directus, est mortale, quia est actus humanus plenè liber habens pro obiecto rem illicitam mortaliter, ergo est mortale, potest tamen fieri, vt delectatio sit de ipsa re cogitata, & planè, ac directè volūtaria, & non sit mortale, cum .s. non est de illa prout moraliter mala est, sed quatenus aliquo modo exquisito perfici potest, certum est demum delectationē de re illicita mortaliter cum plena aduertentia rationis, non tamen directè voluntaria, licet ratio possit illam reprimere, quę dicitur delectatio morosa, esse mortale, ob periculum annexum, moraliter loquendo, cum non inueniatur quis tam fortis, cui talis delectatio, animo retenta, nō afferat periculum incurrendi in consensum rei cogitatæ, vel in delectationem, & etiam si adsit periculum peccati mortalis, nec euitetur ob contemptum propriæ salutis.

Quinta propositio. Peccatum potest esse in ratione, probatur ex August. lib. 12. de Trinitate cap. 11. & 12. vbi dicit: Peccatum esse in ratione inferiori, & superiori. 5 Peccatum potest esse in ratione & quō.

Ratio, nam peccatum cuiuslibet potentiæ consistit in actu eius, supr. art. 1. 2. 3. sed ratio habet duplicem actum, vnum secundùm se in comparatione ad proprium obiectum, ꝙ est cognoscere aliquod verū; secundò, quatenus est directiua aliarum viriū: primo modo potest peccare quatenus errat in cognitione veri, ꝙ tunc ei imputatur ad peccatū quando ignorat id quòd potest & debet scire: secundò, quādo inordinatos actus inferiorum viriū, vel imperat, vel post deliberationem non coercet.

Sexta propositio. Peccatum morosæ delectationis est in ratione, & est mortale ob periculum annexū, modo supra expli- 6 Peccatum morosæ

explicato, & etiam periculo remoto: vt d. hic Valētia, probatur ex Aug. lib. 12. de Trin. c. 12. d. Peccatum esse cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non decernens facienda, tenens tamen, & voluens libenter, quæ statim vt attigerunt animā respui debuerunt, negandum non est esse peccata.

delectatio nis, vbi sit & an mortale.

Ratio, nam cum peccatum cōtingat esse ī ratione, quatenus est directiua humanorum actuum, art. præced. patet ꝙ ratio est directiua non solùm exteriorū actuū, sed etiam interiorum passionū, ideò quando ratio deficit in earum directione, dicitur peccatū esse in ratione, vt quando etiā deficit in directione exteriorum actuum: deficit autem in directione passionum interiorum dupliciter: primò, quando imperat illicitas passiones, vt quando homo ex deliberatione prouocat sibi motum iræ, vel concupiscentiæ. Secundò, quando non reprimit illicitum passionis motum, vt cum aliquis postquam deliberauit ꝙ motus passionis surgens est inordinatus, tamē circa ipsum immoratur, & ipsum non expellit, & secūdùm hoc peccatum delectationis morosæ dicitur esse in rōne. Et ꝙ huiusmodi delectatio morosa etiā sine periculo sit mortale, patet, quia oīs actus plenè volūtarius circa rem illicitam mortaliter, est mortaliter illicitus, sed id est voluntarium indirectè, quando quis potest & debet id impedire, & non impedit, ergo, & alijs rationibus idem probatur, vt hic per Valentiam.

7 Septima propositio. Consensus in actum peccati pertinet ad rationem superiorem, tamen in delectationem qn̄que pertinet ad rationem superiorem; probatur ex Aug. lib. 12. de Trin. c. 12.

Peccati cōsensus an spectet ad rationem inferiorē, vel superiorem.

Ratio, nam consensus importat iudicium quoddam de eo in ꝙ consentitur, quia sicut ratio speculatiua iudicat de rebus intelligibilibus, ita ratio practica sententiat de agēdis; sed aduertendum, quòd in omni iudicio vltima sententia pertinet ad supremum iudicantē, sicut in speculatiuis vltima sententia de aliqua propositione datur per resolutionē ad prima principia, sed actus humani regulari possunt ex regula rationis humanæ, quæ sumitur in rebus creatis, quas naturaliter homo cognoscit, & vlterius ex regula legis diuinæ, sup. q. 19. art 4. vnde cum regula legis diuinæ sit superior consequens est vt vltima sentētia per quam iudicium finale terminatur, pertineat ad rationem superiorem, quæ intendit rationibus æternis, sed cū de pluribus occurrit iudicandum: finale iudicium est de eo ꝙ vltimo occurrit, sed in actib' humanis vltimo occurrit ipse actus, præambulum est ipsa delectatio, quæ inducit ad actum, ideò ad rationem superiorem propriè pertinet consensus in actum, ad rationem verò inferiorem quæ habet inferius iudiciū, pertinet iudicium præambulum ꝙ est de delectatione, licet de delectatione ēt ratio superior iudicare possit, quia ꝙ subditur iudicio inferioris, subditur ēt iudicio superioris, sed non èconuerso. Et sic delectatio, vt præambula ad actū peccati pertinet ad rationem inferiorem, quia delectatio primò occurrit rationi inferiori, vt bonum quoddam temporale, ratio tamen inferior nunquam consentit in actum peccati, nisi quatenus participat aliquid rationis superioris, quatenus rationi superiori regulatur, vel non, cum deberet regulari, & possit, ꝙ si ratio superior non reprimit motum inferiorem consulendo leges æternas, consensus in delectationem imputatur ipsi non positiuè, sed negatiuè, modo supra exposito, & hoc modo consensus in delectationem potest pertinere ad rationem superiorem, prout delectatio est velut vltimus actus vltimo iudicio definitus, vt cū quis dicit volo delectari in cogitatione rei turpis, licet rē turpem non sim facturus.

Octaua propositio. Consensus in delectationem sine opere quandoque est mortale, quandoq; veniale, quandoque nullum; probatur ex August. lib. 12. de Trin. cap. 12. 8

Cōsensus in delectationem ā sit mortale, vel veniale, vel nullum.

Ratio, nam cū omnis delectatio consequatur aliquā operātionem. 10 Eth. & oīs delectatio habeat aliquod obiectum, delectatio potest cōparari ad duo .s. ad operationem quam consequitur, & ad obiectum in quo quis delectatur,

sed contingit, ꝙ aliqua operatio sit obiectum delectationis, vt & aliqua alia res, quia ipsa operatio potest accipi vt bonum,& finis in quo quis delectatur, & quiescit, & quandoq; ipsa operatio, quam consequitur delectatio est obiectum delectationis, quatenus vis appetitiua cuius est delectari, reflectitur in ipsam operationem, vt in quoddam bonum, vt cũ quis delectatur de eo quòd cogitat, quatenus ei sua cogitatio placet, quando delectatio consequens vnam operationem, vt vnam cogitationem,habet pro obiecto aliam operationem, vt rem cogitatam, & tunc huiusmodi delectatio procedit ex inclinatione appetitus, non in cogitationem, sed in operationem cogitatam; Sic ergo de fornicatione cogitans de duobus potest delectari:primò,de ipsa cogitatione: secundò, de fornicatione cogitata: delectatio verò de cogitatione ipsa sequitur inclinationem affectus in cogitationẽ ipsam: cogitatio verò ipsa secundùm se non est peccatum mortale,sed quandoque veniale tantum; vt cum quis vtiliter de ea cogitat, volens de ea prædicare vel disputare, & sic cogitatio non est de genere peccati mortalis, sed quandoque veniale, quandoque nullum, vnde consensus in hmôi delectationem tunc non est peccatum mortale; ꝙ verò cogitans de fornicatione delectatur de actu cogitato,cõtingit,quia eius affectio est inclinata in hunc actum, vnde quòd quis consentiat in huiusmodi delectationem, nil aliud est, quàm ꝙ ipse consentiat in hoc ꝙ affectus suus sit inclinatus in fornicationẽ, quia nullus delectatur,nisi in eo ꝙ conforme est appetitui eius,ꝙ verò quis ex deliberatione eligat, ꝙ affectus suus conformetur his quæ secũdùm se sunt peccata mortalia, est peccatum mortale; vnde huiusmodi consensus in delectationem mortalis, est mortale. Vt verò melius cognoscatur quando talis consensus sit peccatũ, dicendum ꝙ si quis delectatur de opere cum propria vxore præterito, vel futuro,vt vxore absente,non est mortale, vt nec actus ipse, id tamẽ est veniale cum non adsit necessitas talia cogitand., & si sit cum periculo immunditiæ talis cogitatio erit mortale, si non reprimatur; sic vidua delectãs de opere habito cum viro non peccat mortaliter, quia actus ille præteritus fuit licitus, & nunc cogitat de eo vt de tempore quando licuit, erit tamen veniale si sine pietate, & necessitate id cogitet,nec liceret imaginari ei virum præsentem, vt delectaretur, erit verò mortale ratione periculi pollutionis,vel alicuius cõcupiscẽtiæ,vel delectationis sic de actu venereo cogitato,qui sit similis pterito coniugali, sed tñ illicito,nõ quia cogitatione repræsentetur actus cũ alia persona in particulari,aut in cõi cognita, non aũt cum coniuge,ꝙ nõ fit, sed quia motus saltẽ concupiscentiæ excitetur facilè cũ illa delectatio animi hæret, ob periculum consentiendi in aliquã concupiscentiã mortalem directè, vel indirectè, vnde probabile est sæpè talem delectationem de actu pterito in vidua esse mortale, quia si est fragilis magno periculo se exponit, vt est dictũ, vnde probabile est esse mortale,similiter nõ est mortale si quis sperat se aliquam in vxorem habiturũ delectari in cogitatione futuri operis tunc,seruatis tñ cõditionibus,de quibus supra. Et ꝙ est dictum de delectatione in opus idem iudiciũ est de delectatione in tactus,quia si sint illiciti, erit mortale. Quod si quis delectatur de re licita solùm sub cõditione,verbi gratia,cognoscerem. N.si esset mea vxor. Si conditio verificatur de præsenti,nõ est peccatum,si verò est ficta, & animo tãtum apprehẽsa,si cogitatio sit de mortali est mortale,quia cum illa conditio non sit posita in re,nec posita esse speretur,delectatio fertur in rem tali conditione destitutam,tum secũdùm veritatem, tum secundùm sciẽtiam eius qui delectatur, qui scit rem ita se non habere,vel habituram,& sic imaginatio est ficta, & inde delectatio illicita.

9 Nona propositio. In ratione superiori potest esse peccatum veniale. *Peccatum veniale potest esse in ratione superiori.*

Ratio, nam secundùm Aug.lib.12.de Trin. ratio superior inhæret rationibus æternis consulendis, vel inspiciendis: inspiciendis secundùm ꝙ earum veritatem

tem speculatur, consulendis secundùm q per dictas rationes æternas de alijs iudicat,& ordinat, ad q pertinet, q deli berando per rationes æternas consentit in aliquem actum, vel ab eo dissentit. Contingit autem q inordinatio actus in quem consentit, non contrarietur ra tionibus æternis, quia non est cum auer sione ab vltimo fine, prout cõtrariatur actus peccati mortalis, sed præter eas vt actus peccati venialis, vnde quando ratio superior in actũ peccati venialis consentit, non auertitur à rationibus æternis, & sic non peccat mortaliter, sed venialiter. Et ita quando obiectum pro priũ rationis superioris ex genere suo est peccatum mortale, iuxta leges æternas consultas vel consulendas, poterit esse peccatum veniale ex subitis motib. q non intelligitur de motibus primò, primis, sed de aliqua mora imperfecta in reprimendis huiusmodi motibus, respectu verò obiecti inferiorum virium, ratio superior non potest vnquam peccare mortaliter, si obiectũ ex genere sit peccatum veniale, quia tunc ratio superior peccat, quatenus est directiua virium inferiorum per deliberationẽ, sed si obiectũ rationis superioris, sit ex genere peccatum veniale, vt mendacium iocosum, consentire in illud est tantum peccatum veniale.

10 Ratio superior vt feratur in suũ obiectũ, vel virium inferiorum.

Decima propositio. Ratio superior aliter fertur in suum obiectum, aliter in obiectum virium inferiorum, vnde si actus virium inferiorum sit peccatũ mortale, si ratio superior eis consentit, est mortale: circa verò proprium obiectum secundùm simplicem intuitũ, potest aliquem actum inordinatum circa diuina habere, qui erit tantum veniale, vt est subitus motus infidelitatis, sed post deliberationem si talis motus manet, est mortale.

Ratio, nam ratio superior aliter fertur in proprium obiectum, aliter in obiectum inferiorum virium, quæ per seipsam diriguntur: nam in obiectum inferiorum virium non fertur, nisi quatenus de eis consulit rationes æternas, & sic per modum deliberationis, & deliberatus consensus in his quæ de genere suo sunt mortalia est peccatum mortale, ideò ratio superior mortaliter peccat, si actus inferiorum virium in quos consentit sint peccata mortalia: Circa verò proprium obiectum homo duplicem actum habet, simplicem intuitũ, & deliberationem secundùm q etiam de proprio obiecto consulit rationes æternas, secundùm simplicem intuitum potest aliquem inordinatum motũ habere circa diuina, vt cum quis patitur subitum infidelitatis motum, q est peccatũ veniale, licet infidelitas in se sit mortale; aliquid verò eorum quæ pertinent ad fidem potest subito rationi occurrere sub quadam alia ratione, antequam super eo consulatur, vel consuli possit ratio æterna, idest lex Dei, vt cum quis subito apprehendit resurrectionẽ mortuorum, vt impossibilem secundùm naturam, & antequã habeat tempus deliberationis se remittit ad id q est determinatum per legem diuinam; si verò post hanc deliberationem motus infidelitatis maneat, est peccatum mortale, ideò circa proprium obiectum, licet sit peccatum mortale ex genere, potest ratio peccare venialiter in subitis motib. vel mortaliter per deliberatum consensum. In his verò quæ pertinent ad inferiores vires semper peccat mortaliter I his, quæ sunt mortalia ex genere, nõ autem si ex genere sint peccata venialia, & pro intelligentia huius propositionis vidẽda sunt declarata proposit. præced.

SVMMARIVM.

1 Peccatorum causa datur.
2 Peccati causa immediata, & mediata interior est.
3 Peccati causa põt esse aliquod exterius ad peccãdum mouẽs, & qũo.
4 Peccatũ an sit causa peccati, & qũo.

De causis peccatorũ secundùm substantiam, & de causis quæ aggrauant, & minuunt. Cap. V.

NOtandum ex D. Tho. 1.2.q.75. art. 1. q cum peccatum de nouo fiat, oportet q habeat causam: vt D.Tho.1. 2.q.75.

vt habetur Iob 5. & explicat Aug. lib. 1. cont. Iul. c. 3. & lib. de natura boni con. Manich. c. 40. & 41. & lib. de fide cont. Man. c. 2. & 3. vbi disputat contra Manichæos ponentes duos Deos, vnum summum bonũ à quo oĩa bona promanãt, & vnum summum malum, à quo mala procedunt, id enim est falsum, sed humana volũtas, quæ est quoddam bonũ, est causa mali, & peccati proxima, quatenus in agendo deficit à regula debitæ rectitudinis, vt inquit Aug. lib. de duab. animabus, con. Man. c. 11. & lib. de lib. arb. c. 17. vbi d. Peccatum non esse sine voluntate, & con. Man. de nat. boni, passim docet non esse quærendam causam peccati extra voluntatem, vbi & d. potius habere causam deficientem, quàm efficientem, quia peccatum non est natura aliqua, quæ solicitet nos ad peccãdum, sed ortum habet ex causa deficiẽte, ex bono per accidens, ex bono imperfecto, & ꝙ ex nihilo producit̃. His not.

2 Peccati causa datur.

Prima sit propositio. Cum omnis entis tam priuatiui, quàm positiui sit danda causa, Deo excepto, ideò causa peccati assignari debet, vnde voluntas carens rectitudine debita accedens ad operandum est causa per se actus voluntarij, per accidens verò est causa deformitatis, & carentiæ rectitudinis.

Ratio, nam peccatum est actus inordinatus, supra q. 71. ex parte ergo actus potest habere per se causam, vt & alius quilibet act⁹, ex parte verò inordinationis, eo modo causam habet quo priuatio, vel negatio dicitur habere causam, ꝙ est dupliciter: primò, ex defectu causæ affirmationis, quia remota causa, remouetur effectus, vt obscuritatis causa est absentia solis: secũdò, causa affirmationis ad quã sequitur negatio, est per accidens causa negationis consequẽtis, vt ignis causando calorẽ principali intentione, consequenter causat frigiditatis priuationem, quorum primum potest sufficere ad simplicem negationẽ, sed cum inordinatio peccati nõ sit simplex negatio, sed priuatio eius quòd natum est & debet habere, oportet ꝙ huiusmodi inordinatio habeat causam agentem per accidens, nam quòd natum est inesse & debet, nunquam abesset nisi ob aliquam causam impedientem, vnde solet dici, ꝙ malum quod in quadã priuatione consistit habet causam deficientem, vel agentem per accidens: sed oĩs causa quæ est per accidẽs reducitur ad causam per se; cum ergo peccatũ ex parte inordinationis habeat causam agentem per accidens, ex parte actus habeat causam agentem per se, sequitur quòd inordinatio peccati sequatur ex causa actus, sic ergo voluntas carens directione regulæ rationis, & legis diuinæ intendens aliquod bonum commutabile causat actum peccati per se, sed inordinationem actus per accidẽs præter intentionem, quia defectus ordinis in actu prouenit ex defectu directionis in voluntate. Et ita voluntas accedẽs ad operãdum sine debita rectitudine, producit actum malum voluntariũ, in quo id quòd est perfectionis, quatenus scilicet ens est, in bonitatem voluntatis est referendum, quod verò vitij in defectũ regulæ est reducendũ. Dicitur verò voluntas per accidens esse causa peccati, quia accidit operanti, & volenti, quòd operetur non adhibita rationis regula. Dicitur etiam causa deficiens, quia operatur cum tali defectu nõ adhibita debita rectitudine. Vnde si causa quę producit effectum sit ex omni parte perfecta, vt Deus est, in eam non potest peccatum referri, sed in nostram voluntatem, quæ operatur aliter quàm debet, & his modis dicitur peccatum oriri ex parte agentis, vel efficientis. Ex parte verò materiæ oritur peccatum, cũ voluntas malè disposita .s. absque debita perfectione accedit ad operandũ, & sic causa peccati refertur in voluntatem, quod procedit etiã in peccato omissionis, cũ omissio non sit sine actu, vt supra est dictum, carentia tamen regulæ rationis, & legis diuinæ in voluntate antequam operetur, non habet rationem culpę, cũ sit pura negatio, & voluntas ex se habet quòd possit deficere, & peccare, vt dicit Medina.

Secunda propositio. Peccatum habet causam interiorem immediatã & mediatam, immediata est ratio, & huma- 3 Peccati est immedia-

ta & mediata iñterior est.

na voluntas, causa verò remota est apprehensio sensitiuæ partis, & appetitus sensitiuus; probatur ex Aug. locis citat. lib. 1. do lib. arb. c. 17.

Ratio, nam causa peccati per se accipitur ex parte actus, art. præced. actus verò humani potest accipi causa interior immediata, & mediata. Immediata est ratio & voluntas secũdùm quam homo est liber arbitrio, remota est apprehensio sensitiuæ partis, & etiam appetitus sensitiuus, quia sicut ex apprehensione rationis voluntas mouetur ad aliquid secundùm rationem, ita ex apprehensione sensus appetitus sensitiuus in aliquid inclinatur, q̃ inclinatio quãdoque trahit voluntatem, & rationem, vt infra; sed quia causa peccati est aliquod bonum apparens motiuum, cum defectu debiti motiui .s. regulæ rationis, vel legis diuinæ, ipsum motiuum quod est apparens bonum, pertinet ad apprehẽsionem sensus, & appetitus, absentia verò debitæ regulæ pertinet ad rationem, quæ nata est huiusmodi regulam considerare, sed perfectio voluntarij actus peccati pertinet ad voluntatem, ita quòd ipse voluntatis actus præmissis suppositis iam est quoddam peccatum. Notandum verò, quòd iudicium sensus, vel apprehensio sensitiua, appetitus sensitiuus, & ratio concurrunt in peccato tantum quantum ad specificationem, quia faciunt tantum apparere obiectum pulchrum, & determinãt voluntatem ad istum actum, & nõ ad oppositum, sola tamen voluntas est causa peccati quantum ad exercitiũ, quia huiusmodi repræsentationes non necessitant voluntatem, sed ipsa se liberè mouet, & ideò in ea tantum consummatur peccatum.

3 Peccati cã põt esse aliqd exteri⁹ ad peccandũ mouens, & quomodo

Tertia propositio. Aliquid exterius potest esse causa mouens ad peccãdum, non tamen sufficienter inducens, vnde causa sufficienter complens peccatum est sola voluntas; probatur Num. 31. d. Nonne istæ sunt quæ deceperunt filios Israel, & præuaricari vos fecerunt?

Ratio primi, nam causa peccati est voluntas perficiens actum peccati, quò ad carentiam debitæ regulæ, & appetitus sensitiuus inclinans, sic ergo extra quid tripliciter potest esse causa peccati, quia vel moueat immediatè voluntatem, rationem, vel appetitum: voluntatem verò interius potest mouere solus Deus, supra q. 5. qui non potest esse causa peccati, infra q. 79. vnde nil exterius potest esse causa peccati, nisi quatenus vel mouet rationem, vt homo, vel dæmon suadens peccatum, vel vt mouens appetitum sensitiuum, vt aliqua sensibilia exteriora. Sed nec persuasio exterior in rebus agẽdis necessariò mouet voluntatem, nec etiam res exterius propositæ necessariò mouẽt appetitum sensitiuum, nisi aliquo modo dispositũ, nec appetitus sensitiuus necessariò mouet rationem, & voluntatem, sed causa sufficiens complens peccatũ est sola voluntas. Et sic hinc colligitur peccatum non esse aliquam naturam, quæ nobis cum pugnet, nec rem aliquam interiorem, vel exteriorem cogere nos sufficienter ad peccatum, sed totum id in voluntate consistere.

Quarta propositio. Peccatum est causa peccati, modo tamen explicato: probatur ex Greg. hom. 11. in Ezech. & lib. 25. Mor. cap. 3. d. quòd peccatum quod per pœnitentiam citius nõ deletur, peccatum est, & causa peccati. 4 Peccatũ ã sit causa peccati, & quomodo

Ratio, cum enim peccatum causetur ab actu, sic peccatum potest esse causa alterius, vt actus alterius, potest verò peccatum esse causa alterius per modũ causæ efficiẽtis, vel mouẽtis per se, & p accidens: per accidens, vt remouẽs prohibens dicitur causa per accidẽs motus, per peccatum enim cũ quis amittat gratiam, charitatem, verecundiã, vel aliud à peccato retrahens, ex hoc cadit in aliud, & primũ est causa secundi per accidens, per se vt cũ ex vno actu peccati homo disponitur, vt consimile facilius committat, quia ex actibus inclinatur per dispositionem, & habitus homo ad huiusmodi actus, secundùm causam materialem vnum peccatum est causa alterius, prout præparat ei materiã, vt auaritia sæpè præparat materiam litigio, cum de illicitis sit quæsitum, secundùm causam finalem, quatenus ob finẽ

vnius

vnius peccati, quis aliud committit, vt cum quis committit simoniam ob ambitionem, pecuniam, & quia finis dat formam in moralibus, supra q. 1. art. 3. sequitur ꝙ vnum peccatum sit formalis causa alterius; simonia enim est vt materiale: ambitio, vt formale. Verum est tamen, ꝙ peccatum non potest esse causa sufficiens peccati in sensu diuiso, sed in sensu composito potest esse necessario tale, vt qui habet concubinam, & tenetur celebrare, si non celebrat peccat, quia tenetur, si celebrat, & non pœnitet, nec deserit eam, imputatur ei ad peccatum si celebrat: vt d. hic Medina.

Solet etiam peccatum esse causa peccati, quia homo solet facilè operari qđ semel est operatus; secundò, nam vt supra, homo amittit per peccatum mortale gratiam, quæ remouet peccatum; tertiò, nam per peccatū mortale dæmon acquirit magnam vim super peccatorē; quartò, quia homo per peccatum mortale ꝙ commisit sumit quandam fiduciam de suis peccatis, ex eo ꝙ experitur se non statim fuisse punitum à Deo, vnde præsumit se nō statim puniendum, si iterum peccet. Vltimò, quia per vnū peccatum cōmissum homo amittit magnam partem verecundiæ, quæ retrahebat illum à peccato. Hier. 3. Frons meretricis facta est mihi.

Vnde ex his homo maximè cauere debet ne peccet.

SVMMARIVM.

1 Peccati causa an sit ignorantia, & quomodo.
2 Ignorantia quando excuset à peccato, & quando sit ipsa peccatum.
3 Ignorantia, quæ excuset à peccato, quæ non.
4 Ignorantia an minuat peccatum.

De ignorantia, quæ est causa peccati ex parte rationis. Cap. VI.

D. Tho. 1. 2. q. 76.

PRima propositio. Ignorantia est causa peccati non per se, sed per accidēs, quatenus nō adhibet scientiam debitam; probat Hier. 5. vbi reprehendunt ignorantes viam Dei, & Rom. 10. Ignorantes Dei iustitiam, & Is. 4. propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiā. Num. 15. si anima nesciens peccauerit offeret caprum &c. 1

Peccati cā ā sit ignorantia, & quomodo

Ratio, nā causa mouēs est duplex per se, & per accidēs, per se q̄ propria virtute mouet, vt generans est cā per se, mouens grauia & leuia: per accidens, remouens prohibēs, vel ipsa remotio prohibentis. 8. Phys. & hoc modo ignorantia esse potest causa actus peccati, quia est priuatio scientiæ perficientis rationem, quæ prohibet actum peccati, prout dirigit actus humanos, sed ratio dirigit actus humanos secundùm sciētiam vniuersalem, & particularem, quia conferens de agendis vtitur quodam sillogismo, cuius conclusio est electio, iudicium, vel operatio: actiones verò sunt in singularibus, vnde conclusio sillogismi operatiui est singularis, sed singularis propositio nō concluditur ex vniuersali, nisi mediante propositione singulari, vt ab actu parricidij quis remouetur, quia scit patrem non esse occidendum, & hunc esse patrem, vtrusq; ergo ignorantia potest id causare, s. & vniuersalis principij, ꝙ est quædam regula rationis, & singularis circunstantiæ, vnde non oīs ignorantia est causa actus peccati, sed solùm quæ tollit scientiā prohibentem actum illum; vnde si quis nō prohibetur ab actu parricidij etiam si id sciret, ignorantia patris non est huic causa actus peccati, sed est comes illi[a], vnde is non peccat per ignorātiam, sed ignorans. 3. Eth. Notandum verò, quòd ignorantia est quando quis nō satis intelligit quid faciat, vel dicat, & differt à nescientia, nam ignorātia est cū quis ignorat ea quæ aptus est scire secūdùm statum suum: nescientia verò cum quis quæcunq; ignorat etiā si non pertineāt ad statum personæ suæ. Secundò, notandum, ꝙ ignorantia alia est vincibilis, alia inuincibilis, quę dicitur etiam antecedens, & inuoluntaria, quæ est cū per hominem nō stat quominus studio adhibito superetur, & ideò scientia cōtraria, & cognitio obtineatur, & tamen nō acquirit

acquirit scientiam, vel quia si res est ab eo cognoscibilis, tamen non potest studium adhibere ad eam cognoscendam, vel si adhibet, adhuc attenta eius conditione non potest scientiam debitam acquirere; secundò, cum res illa ab eo vinci non potest, & is nec putat à se sciri posse, nec etiam dubitat, aliter si putat vinci posse, nisi studium in hoc adhibeat, erit vincibilis. Ex quibus sequitur q̃ vt ignorantia dicatur inuincibilis oportet, q̃ non potuerit superari eo studio q̃ attentis circũstantijs personæ, negotij, &c. poterat iudicari sufficiens ad cognitionem acquirendam, licet non fuerit summum q̃ poterat à persona adhiberi, studij verò nomine intelligitur meditatio, cõsultatio à peritis, & huiusmodi, quandoque tamen non sufficit hæc diligentia humana, sed oportet recurrere ad supra naturalem, vt ieiunia, orationes, & huiusmodi, vt sciẽtia alicuius rei acquiratur, & sic ignorantia non superata à peccato excuset: vt si dæmon alicui apparet conans eum in errorem inducere, quem ingenio suo vel consultatione non posset facilè agnoscere; sequitur etiam infideles, qui nil omnino audiuere de fide Christi inuincibiliter illam ignorare, licet à Deo adiuuarẽtur si facerẽt, q̃ in se moraliter fieri posset, vt instruerẽtur, sequitur etiam q̃ quandoque ignorantia sit inuincibilis, licet eius causa fuerit peccatũ, vt si quis die festo non audiuerit Missam in qua aliqua lex noua est promulgata, sequitur etiam ignorantiam tandiu esse inuincibilem, dum de re quę esset scienda nondum quicquam cogitat, nec de circunstantia cum re connexa, vt facilè possit moueri ad inquirendam cognitionem rei, quæ debet sciri. Vincibilis verò ignorantia dicitur, quæ studio adhibito superari potest.

2 Secunda propositio. Ignorantia quãdoque excusat à peccato, quandoque non, & est peccatum.

Ignorãtia quandoq; excusat à peccato, quandoq; est pcm.

Ratio, ignorantia enim differt à nescientia, quòd nescientia dicit simplicẽ scientiæ negationẽ, vnde cui deest scientia alicuius rei, dicitur nescire illã, sed ignorantia dicit scientiæ priuationem, dum alicui deest scientia eorum, quæ aptus natus est scire, quorum quædam scire tenetur, ea. s. sine quorum scientia non potest debitum actum rectè exercere: vnde omnes scire tenentur communiter quæ sunt fidei, & vniuersalia iuris præcepta singuli verò ea quę ad eorum statum vel officium spectant, sed quædam sunt, quę licet quis natus sit aptus scire, non tamen tenetur, vt contingentia particularia, & Theoremata geometriæ, nisi in casu, sed qui negligit habere, vel facere, q̃ tenetur habere vel facere peccat peccato omissionis, vnde ob negligentiam ignorantia eorum q̃ quis scire tenetur est peccatum, sed non imputatur homini ad negligentiam si nescit ea quæ scire non potest; quorũ ignorantia dicitur inuincibilis, quia studio superari non potest, & huiusmodi ignorantia, quia non est in potestate nostra eam repellere, non est voluntaria, & sic nec peccatum: ignorantia verò vincibilis est peccatum, si sit eorum quæ quis scire tenetur, aliàs non. Et sic ignorãtia inuincibilis est sine peccato, quæ potest contingere circa q̃ vis factum, & quòd vis ius, exceptis primis principijs legis naturæ, vt bonum esse faciendum, malum vitandum, nõ esse alteri faciendũ, q̃ sibi quis non vult, & pariter exceptis alijs præceptis, quæ ex his à quocunq; homine sine vllo negotio deduci possunt, vt q̃ Deus sit colẽdus, parentes honorandi: alia verò præcepta legis naturæ, quæ sunt obscuriora possunt etiam per lõgum tempus inuincibiliter ignorari ab aliquibus rudioribus, vt quòd vsura sit peccatum, q̃ mendacium pro tuenda vita hominis non sit licitũ, immolatio hominis pro honore Dei, vindicatio propriæ iniuriæ priuata authoritate, & huiusmodi, & idolatria etiam à rudiori per aliquod tempus potest inuincibiliter ignorari prohibita esse, & eo magis ius positiuum, diuinum, & humanum potest inuincibiliter ignorari, & in casibus prędictis ignorantia inuincibilis excusat à peccato, cum nõ sit in potestate hominis vitare tale peccatum ex intentione, cum ex intentione vitari nõ possit, q̃ ignoratur, proindeq; id homini

mini non est voluntarium etiam indirectè, scilicet quòd debeat & possit vitari. Verum est tamen ꝙ ignorantia vincibilis de eo .s. quòd quis potest ac tenetur scire, & nescit, est peccatũ. Ps. 24. Ignorantias meas ne memineris. Eccles. 53. Eph. 4. quia sic ignorantia cum existat ex negligentia voluntatis per se est defectus cognitionis debitæ. Vnde cũ omnes teneantur scire articulos fidei, & vniuersalia iuris naturalis præcepta .i. Decalogi, & quæ sunt iuris positiui, vt quòd ad statum Christianorũ pertinet, quòd sit ieiunãdum in Quadragesima, & singuli ea quæ spectant ad officium suum, & aliquas circunstãtias circa id: vnde in his, & huiusmodi ignorantia non excusat, nisi vtatur debita diligentia, vt sciat consulendo peritos, studendo, &c. humano more, & etiam ad orationes recurrẽdo in his quæ sunt necessaria ad salutem, in alijs enim sufficit consulere doctos, & de conclusionibus, quæ eliciuntur ex præceptis naturalib. q̃ non sunt per se notæ potest esse ignorantia inuincibilis, vt an fornicatio sit licita etiam per multum tempus, nisi quis ab alio erudiatur.

3 Ignorãtia q̃ excuset à peccato, quæ non.

Tertia propositio. Ignorantia inuincibilis, quæ est causa actus, facit actum inuolũtarium, & excusat à peccato regulariter, aliæ ignorantiæ, non.

Ratio, nam ignorantia ex se causat actum inuoluntariũ, & dicitur causare actum quem scientia apposita prohibebat, art. præced. & ita huiusmodi actus si scientia adesset esset contrarius volũtati; si verò scientia, quæ pꝛę ignorantia priuatur non prohibet actum ob inclinationem voluntatis in ipsum, ignorantia huius scientiæ non facit hominẽ inuoluntarium, sed non volentem. 3. Eth. c. 1. & huiusmodi ignorantia, quæ non est causa actus peccati, quia non causat inuoluntarium, non excusat à peccato, & idem de ignorantia consequente, vel concomitante actum peccati, sed si est causa actus, quia ex se causat inuoluntarium, excusat à peccato, quia voluntarium est de ratione peccati, hæc tamen quandoq; non excusat in totum, sed ex parte ignorantiæ, vt si quis ignoret aliquam circunstantiam peccati, quam si sciret retraheretꝛ à peccato, licet remaneret ei scientia illum esse actũ peccati, vt si percutiẽs, hominem scit eum esse, ꝙ facit ad rationem peccati, tamen nõ scit eum esse patrem, quę est circunstantia constituens nouam speciem peccati: vnde huiusmodi licet ex ignorantia peccet, tamen non excusatur omnino à peccato, quia ei remanet cognitio peccati. Secundò, potest contingere, quia ignorantia sit voluntaria, vel directè, vt cum quis studiosè vult nescire, vt liberiꝰ peccet, vel indirectè, vt cũ ob occupationes, vel labores, quis negligit discere id ob ꝙ à peccato retraheretur, nã huiusmodi negligentia facit ignorantiã esse voluntariam, & peccatum, modo sit eorũ quæ quis scire tenetur, & potest, & huiusmodi ignorantia totaliter non excusat à peccato, ꝙ si sit ignorãtia omnino inuoluntaria, quia inuincibilis, vel eius quòd quis scire non tenetur, huiusmodi ignorantia omnino excusat à peccato. Et ita ignorantia inuincibilis eorũ quæ quis scire non tenetur omnino excusat à peccato, & etiam eorum quæ quis scire tenetur, sed ignorat ignorantia inuincibili, iuxta p̃dicta excusat de se, quia causat inuoluntarium, q̃ñq; tñ non omnino excusat totaliter: primò, cũ ignorantia est alicuius circunstãtię sine qua esset peccatũ: vt si quis occidit patrem putans alium excusatur non ab homicidio, sed à parricidio; secundò, cum est voluntaria, vt cum quis non vult scire, quod debet & potest, vel cum negligit id nosse ob alias occupationes. Ignorantia verò quæ non est causa actus non facit hominem inuoluntarium, sed nõ volentem, quæ non excusat cum non causet inuoluntarium, & sic peccatum est, nisi sint talia, quæ quis scire non teneatur, qꝛia sic peccatum non esset. Et licet supra dictum sit non cadere ignorantiã in his quę quis scire tenetur & sunt necessaria ad salutem; notandum ex Medina art. præced. quod quædam propositiones sunt per se notæ, vt bonum faciendum, malum fugiendum, nõ alteri faciendum ꝙ sibi quis nõ vult, & in his non cadit ignorantia apud eos qui habent

bent rationis vsum. Circa verò præcepta Decalogi, quæ facili negotio ex his principijs eliciuntur, potest esse ignorãtia inuincibilis per breue tẽpus, sed diu non potest perseuerare; probatur, quia cum hæc per se non sint nota egent aliquo discursu, secunda pars probaẗ, quia huiusmodi præcepta ex primis principijs facilè colliguntur. Vbi verò huiusmodi pcepta colligũtur ex primis principijs multo labore, potest esse ignorantia inuincibilis per multũ tempus, nisi ab aliquo quis erudiatur, vt an fornicatio simplex sit licita. Circa verò articulos fidei, & misteria religionis nostræ, quæ iure diuino, positiuo, & non lumine naturali sunt introducta, potest esse ignorãtia inuincibilis apud eos qui nil de euangelio au liuere, fideles verò non excusantur si ignorent articulos fidei, & habeãt errorem, circa illos, & sacramenta ecclesiæ, nisi infans captiuus sit effectus ab infidelibus, vel rusticus, qui de his non est instructus, & sat est vt in his etiam adhibeat diligentiam Doctores interrogando, audiendo prædicatores, vt sic à peccato excuseẗ. Et ita ignorantia inuincibilis cadere potest circa omnia præcepta iuris diuini, positiui, & iuris humani, & res facti, si homo in se faciat quod moraliter potest, vt sciat & adhuc ignorat.

4 Ignorãtia ã minuat peccatum

Quarta propositio. Ignorãtia ita minuit peccatum, vt minuit volũtarium, & si omnino tollit voluntarium, omnino tollit peccatum, nec solùm minuit, & sola illa peccatũ minuit, quæ est causa peccati, non tamen omnino excusat, affectata verò auget peccatum, nõ affectata tñ culpabilis minuit peccatum.

Ratio, cum enim peccatum sit voluntarium, ignorantia potest minuere peccatum, quatenus minuit voluntarium, aliàs secus; sed ignorantia omnino excusans à peccato, quia omnino tollit voluntarium peccatũ non minuit, sed omnino aufert, quæ verò concomitanter se habet ad peccatum ipsum, nec minuit, nec auget, quę verò est causa peccati, & tamen non omnino excusat ab eo, solũ potest id minuere, quæ quandoq; est voluntaria directè, vt cum quis spontè aliquid nescit, vt liberius peccet, & huiusmodi auget peccatum, & voluntarium, quia ex intentione voluntatis ad peccatum euenit ꝙ quis vult subire ignorantiæ damnum ob libertatem peccandi; quandoque non est directè voluntaria, sed indirectè per accidensve, vt cũ quis non vult laborare in studio, ex quo sequitur ignorantia, vel quis vult bibere vinũ immoderatè, vnde sequitur ebrietas, & discretionis carentia, & huiusmodi ignorantia minuit peccatũ, & voluntarium, quia cum nõ cognoscitur quid esse peccatum, voluntas in id per se nõ fertur, sed per accidens: vnde ibi est minor cõtemptus, & sic minus peccatum. Quo verò ad ignorantiam concomitantem, vt si quis intendens occidere inimicum vbique, & in nemore putans se occidere feram, si eum occidit, an excuset à peccato. Notandum cum Medina hic art. 3. ꝙ quid tripliciter potest esse volũtarium, cum .s. actus est volitus, & cognitus distinctè, vt velle occidere inimicum. Secundò, interpretatiuè, vt cũ quis operatur ex ignorantia culpabili, licet enim formaliter non sit volitum, vt incognitũ, secus interpretatiuè, vt si quis iaculans in foro præter intẽtionem occidit hominem, quia fuit in culpa non cauendo opus illud ibidem. Tertiò, virtualiter, vt cũ actus imperatur, & progreditur ex præcedenti volitione, vt si quis inebriatur volens, & sciens cum periculo homines occidẽdi. Vnde ad rem dicendum, ꝙ talis ignorantia concomitans excusat ab homicidio, quia ille ictus est inuolũtarius respectu hominis occisi, ergo. Sic etiam si quis det operã rei illicitæ, si tamen ignorat aliquã circunstantiam, & cum illa ignorantia operatur, excusatur à specie illius peccati, vt si credens inuincibiliter accedere ad solutam, accedit ad nuptam, vel consanguineam, si tamen pœna esset peccato adiecta inuincibiliter ignorãs illam nõ excusatur à pœna, licet à culpa: excusatur tamen etiam à pœna per accidens, quando peccatum cui annexa est pœna huiusmodi, ignorata inuincibiliter pœna non possit committi, vt accidit in excõicatione, quæ non incurritur,

tur, nisi ob contumaciam, quæ non incurritur, nisi cum quis contemnit excõmunicationem, & sic illam cognoscit, vel vincibiliter ignorat, vnde sæpè laici excusantur ab excõmunicatione iuris, inuincibiliter illam ignorantes, & etiã à pœna iuris si in facto id probabiliter ignorent, vt si quis occidat inuincibili ignorantia clericum, credens laicũ, non incurrit irregularitatem, nec excõmunicationem, qñ tamen pœna imponitur non ob crimen, sed ob significationem, vt bigamiæ, incurritur sine culpa, si tamen quis scienter facit opus illicitum, licet ignoret pœnam illi annexã inuincibiliter, incurrit illam, vt si quis labatur in hæresim scienter, ignorãs sententiam cõtra illos latam, incidit in eam, vt & fur ignorans pœnam furto irrogatam, vt d. Medina. Quo verò ad minutionem peccati ex ignorantia, vel augmentũ, dicendũ ꝙ si ignorantia sit tantum imperfectè, & venialiter inuoluntaria, vt cum quis adhibet aliquam diligentiam, sed non sufficientem, vt in casu periurij ob ignorantiam venialem, de quo Nauar. c. 12. n. 6. minuit peccatum, ita vt non sit mortale, quia peccatum tunc est tantum venialiter volitũ, vt & ignorantia, vt si quis ex ignorãtia veniali, vel inuincibili putat fornicationem licere, sic enim non peccat, vel solùm venialiter, sic etiam ignorantia pura quæ non est supina, vel crassa, excusat in his præceptis, quæ sunt iuris humani secmoto cõtemptu, vt & concomitans si inuincibilis est excusat omnino à peccato, & si vincibilis minuit. Quando verò ignorantia est vincibilis, peccatum ex illa cõmissum, ꝙ attinet ad speciem q̃ consistit in defectu debitæ perfectionis, est eiusdem speciei cum eo ꝙ committitur scienter, vel ignorantia sit iuris, vel facti, quo verò ad alteram speciem quam peccatum materialiter habet pro obiecto, si est ignorãtia iuris est eiusdem speciei, & idem si ignorãtia sit facti. Si etiam ob ignorantiam inuincibilem quis peccat, actus is ob hominis dispositionem est moraliter leuior: vt dicit Valentia.

SVMMARIVM.

De causa peccati ex parte appetitus sensitiui. Cap. VII.

Notandum, ꝙ peccatũ quòd ex passione procedit, dr̃ ex infirmitate committi, quia cum passio repugnet recto ordini rationis, qui est velut bonus status mentis, & ideò passio impediat rectam operationem, infirmitas & ægritudo quædam animi censet. D. Tho. 1. 2. q. 77.

1 Prima propositio. Passio appetitus sensitiui non potest directè trahere, vel mouere volũtatem, indirectè tamen & per accidens id potest dupliciter: primũ patet cum voluntas sit plenè libera in sui actione, ex supra dictis; secundum, probatur Dan. 13. Concupiscentia subuertit cor tuum. Rom. 7. sentio aliam legẽ in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ. Iac. 1. vnusquisque tentatur à cõcupiscẽtia sua abstractus, & illectus: & explicat eleganter Nyss. de sacro festo Paschæ, & resurrectione orat. 3. vt refert hic Valentia. Passio an causet peccatum directè.

Ratio, ꝙ sic nõ directè, sed indirectè, primò secundùm quandam abstractionem, nam cum omnes potentiæ in vna essentia animæ radicentur, oportet ꝙ quando vna potentia in suo actu intenditur, alia totaliter remittatur, & impediatur,

diatur, tum quia virtus ad plura disper sa fit minor, vnde ècontra quãdo intenditur circa vnum, minus potest ad alia dispergi, sed quia in operibus animę requiritur quædam intentio, quæ dum valdè applicatur ad vnũ, alteri non potest valdè intẽdere, hoc modo per quan dam distractionem, quando motus appetitus sensitiui fortificatur secundùm quamlibet passionem, oportet ꝙ impediatur, vel remittatur totaliter motus appetitus rationalis, qui est voluntas.

Alio modo ex parte obiecti voluntatis, quod est bonum ratione apprehẽsum, nam impeditur iudicium, & apprehen sio rationis ob magnam, & inordinatã apprehensionem imaginationis, & iudi cium virtutis æstimatiuæ, vt patet in fu riosis; sed passionem appetitus sensitiui sequitur imaginationis apprehensio, & iudicium æstimatiuæ: vnde homines in aliqua passione existẽtes nõ facilè imaginationem auertunt ab his circa quæ afficiũtur, vnde sæpè iudicium rationis sequitur passionem appetitus sensitiui, & per consequens motus volũtatis, qui natus est semper sequi iudiciũ rationis. Et sic passio est causa peccati ea ratione qua potest voluntatem ad aliquid mouere .s. indirectè, nã prout quilibet secundùm passionẽ est affectus, sic facilè iudicat materiam vel obiectũ passionis sibi conuenire, & ita id voluntati propo nit: qualis enim vnusquisq; est, talis ei finis videtur. 3. Eth. c. 4. passiones verò q̃ possunt esse causa peccati colligũtur. 1. Io. c. 2. ꝙ sunt aut cõcupiscentia carnis, aut cõcupiscentia oculorum, vel superbia vitæ: primi nomine intelligendo na turales concupiscentias, ciborum, & venereorum; secundi nomine cõcupiscentias innaturales, vel rationales, quæ pro obiecto habent bonũ delectabile secundùm apprehensionem appetentis, vt est cõcupiscentia honoris, & hmõi rerum curiosarum; tertij nomine intelligũtur oẽs passiones appetitus irascibilis, cuius est ferri ad ardua, & excellentia, vt est materia superbiæ.

3 Ratio ã superetur à passione

Secunda propositio. Ratio quandoq; superatur à passione, contra scientiam vniuersalẽ, vt intellectus, & etiã contra particularem quã habet in habitu, non autem si adsit scientia in particulari, & in vniuersali, & recta cõsideratio actualis, nec potest esse peccatum in voluntate sine errore intellectus.

Cõtra sciẽtiam vniuersalem, vel particularem.

Ratio, nam homo ad rectè agendum duplici scientia dirigitur, scilicet vniuer sali & particulari, & vtriusq; defect⁹ sufficit, vt impediatur rectitudo volũtatis, & operis supra q. 76. ar. 1. scientia in vniuersali habetur, vt nullam fornicationẽ esse faciendam, & esse põt quod quis in particulari non cognoscat hunc actũ qui est fornicatio, non esse faciendum, quod sufficit vt quis nõ sequatur vniuer salem sciẽtiam rationis; Item potest ali quid sciri habitu quod actu non consideratur, vt si quis habeat rectam scientiam in singulari, & vniuersali, & tamẽ actu non consideret, & tunc non est difficile quod homo agat præter id quod actu non consideratur sed quòd non consideret quis quod scit in particulari contingit ex defectu intẽtionis, vt quandoq; non consideret id ꝙ habetur habitu ob aliquod impedimentum, vel infirmitatẽ, & sic positus in huiusmodi passione non considerat in particulari, ꝙ scit in vniuersali, quatenus passio impedit hmõi considerationem, ꝙ contingit; primò per quandã distractionẽ, vt ar. præc. secundò, quia passio inclinet ad contrariũ eius, ꝙ scientia habet in vniuersali: tertiò per quandam immutatio nẽ corporalẽ in qua ratio velut ligatur ne in actũ exeat, vt sõnus vel ebrietas cũ quadam trãsmutatione corporali ligat vsum rationis, vnde multi ob abũdantiã amoris, & iræ in insaniam sunt conuer si, & hoc modo passio trahit rationem ad iudicandum in particulari contra scientiam quam habet in vniuersali. Et ꝙ peccatum non possit in actu esse sine errore intellectus; probatur ex philosopho. 3. Eth. c. 3. d. quòd omnis peccãs est ignorans, & 6. Eth. & 7. c. 3. d. ꝙ existẽte recta prudentia in particulari non põt esse peccatum. Prou. 14. errant qui operantur malũ. Dan. 13. Ratione probat, nã obiectũ voluntatis est bonũ, & conueniens per intellectũ propositũ, ergo si fertur in malum, ideò est quia propon

vt conueniens ex errore, vel inconsideratione intellectus, ergo, vlteri' electio volũtatis oritur ex imperio intellectus, qui dicit, faciendum est hoc, vnde si imperium est de re licita secũdùm omnes circunstantias est rectũ, & electio bona, aliter falsum est imperiũ, & electio voluntatis mala ex falso imperio intellectus. Vnde intellectus proponit voluntati quandoq; malum faciendum, vt fornicandum, etiam si sciat id esse malum secundùm legem Dei, tamẽ determinat esse faciendũ ob delectationem præsentẽ, & in hoc dicit' errare intellectus non contra scientiã moralẽ, quia scit id esse malum, sed contra prudentiã practicã, & voluntas sequitur hoc iudiciũ falsum propter delectationem præsentem.

3 Tertia propositio. Peccatum ex passione dicitur peccatũ ex infirmitate; probatur ex Cic. lib. 4. qq. Tusc. vbi passiones ægritudines animi vocat.

peccatum ex passiõe dr̃ pcm̃ ex ĩfirmitate

Ratio, nam causa peccati propriè est ex parte animæ in qua est peccatum; dr̃ verò infirmitas in anima ad similitudinem corporis, q̃ tunc est cũ corpus hoĩs debilitatur, vel impeditur ĩ executione proprię operationis ob aliquã inordinationem partiũ corporis, ita .s. ꝙ humores, & membra corporis non subdunutur virtuti regitiuę, & motiuę corporis, vt oculus qñ clarè non videt dr̃ esse infirmus. 10. de Aĩal. vnde infirmitas animæ dr̃ qñ impeditur in propria operatione ob inordinationẽ partium eius, & sicut partes corporis dicuntur inordinatæ qñ non sequuntur ordinẽ naturę, ita & partes animæ qñ non subdũtur ordini rationis dicũtur inordinatæ, quia ratio est vis regitiua partium animæ; sic ergo qñ extra ordinem rationis vis concupiscibilis, vel irascibilis aliqua passione afficitur, & per id præstatur impedimentum modo prędicto debitæ actioni hominis dr̃ peccatum esse ex infirmitate, vnde incõtinens comparatur paralitico cuius partes mouẽtur in contrariũ eius, ꝙ ipse disponit. 7. Eth. c. 1. Et istæ animę passiones procedunt ex inordinato sui amore, qui à Gręcis philantia dr̃, vel sit in volũtate, vel ĩ appetitu, in quẽ omne peccatũ, vt in causam referri põt: vt d. Aug. li. 14. ciu. c. 28. vbi d. amorem sui ædificare ciuitatẽ Babylonis vsq; ad contemptũ Dei, amorem verò Dei ædificare ciuitatem Ierusalem vsque ad sui cõtemptum, nemo enim peccat, nisi vt aliquod bonũ consequatur quod inordinatè amat, vt Iudas ex auaritia: Dauid ex cõcupiscẽtia, & sic de alijs, & in hũc defectum multi incurrunt: vnde omnes ferè sua alienis præferũt, vt multis hic probat Medina; amor verò sui ordinatus bonus est & laudabilis, cũ datus sit homini ad vitã tuendã, & conseruandã.

Quarta propositio. Amor sui, principiũ est omnis peccati; probatur ex August. loco cit. 14. ciu. c. 28. 4

Peccati omnis principium est amor sui.

Ratio, nam peccatum propriè fit ex cõuersione ad commutabile bonũ, sup. q. 75. art. 1. ex qua parte omne peccatũ prouenit ex aliquo inordinato appetitu alicuius tẽporalis boni, ꝙ verò quis appetat id inordinatè procedit, quia inordinatè amat seipsum, id enim est amare aliquem velle ei bonum, vnde patet ꝙ inordinatus amor sui est causa omnis peccati. Et ad hoc propositum videnda sunt explicata propositione pręcedenti.

Quinta propositio. Causæ peccatorum conuenienter reducuntur ad hæc tria, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitę; probatur 1. Ioan. 1. 5

peccatorũ causæ reducunt' ad cõcupiscẽtiã carnis, oculorũ, & sup̃biã vitæ.

Ratio, nam inordinatus amor sui est causa omnis peccati, art. præc. in amore verò sui includitur inordinatus appetitus boni, quia quilibet cupit bonum ei quẽ amat, vnde patet ꝙ inordinatus appetitus est causa oĩs peccati, sed bonum dupliciter est obiectũ sensibilis appetitus in quo sunt animæ passiones, q̃ sunt causa peccati, vno modo absolutè secundùm ꝙ est obiectũ concupiscibilis: alio modo sub ratione ardui, vt est obiectũ irascibilis, sup. q. 23. ar. 1. Sed duplex est concupiscentia, sup. q. 30. art. 3. vna naturalis eorũ. s. quibus natura corporalis sustentatur, vel ad conseruationẽ indiuidui, vt cibus &c. vel speciei, vt in venereis, & horum inordinatus appetitus dr̃ concupiscentia carnis. Alia concupiscẽtia est animalis, eorum .s. quæ non sustentant carnẽ, vel delectãt per sensum,

sed sunt delectabilia secundũ apprehensionem imaginationis, vel huiusmodi, vt sunt pecuniæ, vestes ornatæ, & hmõi, & hæc concupiscentia dicitur oculorũ, siue intelligatur cõcupiscentia oculi .i. ipsius visionis, quæ fit per oculũ, vt referatur ad curiositatẽ, secundùm Aug. vel referatur ad concupiscentiam rerum q̃ exterius oculis proponuntur, vt referat ad cupiditatem secundùm alios; Sed appetitus boni ardui ad superbiã vitę pertinet, quia superbia est appetitus inordinatus excellentiæ, & ad hoc reducũtur omnes passiones irascibilis, quę naturaliter conformantur concupiscentiæ animali. Et sic hæ sunt tres præcipuæ causæ peccatorũ, ad quas alia peccata minus præcipua reducuntur.

6 Sexta propositio. Passio anteuertens iudicium rationis, & electionem peccatum minuit: passio verò consequens iudicium rationis, & electionem peccatum magis aggrauat; primum probatur ex Aug. lib. 14. ciuit. c. 12.

Passio q̃n minuat, vel augeat peccatum

Ratio, nam peccatũ essentialiter consistit in actu liberi arbitrij, ꝙ est facultas volũtatis, & rationis: passio verò est motus appetitus sensitiui, appetitus verò sensitiuus potest se habere ad liberũ arbitrium antecedenter, & consequenter: antecedenter secundùm ꝙ passio appetitus sensitiui trahit, & inclinat volũtatem, & rationem, sup art. 1. & 2. consequenter secũdùm ꝙ motus superiorum virium si sint vehementes redundant in inferiores, quia voluntas non potest intensè moueri in aliquid quin excitetur aliqua passio in appetitu sensitiuo; primo modo minuit peccatum, quia actus intellectus est peccatum, quatenus est voluntatis, & in nobis existẽs, ꝙ dr̃ per rationem, & voluntatem: vnde quando ratio, & voluntas quid agunt non ex impulsu passionis, est magis voluntariũ, & in nobis existẽs, & iuxta hoc passio minuit peccatũ, vt & voluntariũ; secunda nõ minuit peccatũ, sed magis auget, vel est signũ magnitudinis eius, quatenus .s. demonstrat voluntatem intensiorem ad actum peccati, & sic quo quis maiori libidine, vel cõcupiscentia peccat magis peccat. Et sic minuere dicitur passio peccatum quãdo præcedit iudicium rationis, & non omnino priuat iudicio rationis, sed tñ efficit vi sua, vt electio voluntatis consequens sit minus libera, vt colligitur ex Aug. loco cit. ꝙ tamen intelligitur, vt supra de passione q̃ antecedit peccatum, quę enim sequitur actionem peccati non minuit peccatum, sed vt effectus peccati ostẽdit q̃ magna fuerit peccandi voluntas. Ideò autẽ passio antecedens minuit peccatum, quia passio concupiscentię tentatio carnis dicitur, at qui maiori tentatione prosternitur, minus peccat, ergo.

Septima propositio. Si passio omnino aufert rationis vsum, totaliter à peccato excusat, si verò non totaliter, omnino à peccato non excusat. 7

Passio q̃n oĩno excuset à peccato.

Ratio primi, nam sic tollit rationem voluntarij, & sic excusat à peccato, licet actus de se sit malus; aduertendum tñ ꝙ aliquid potest esse volũtarium, vel secundùm se, vt quãdo voluntas in id fertur directè, vel secũdùm suam causam, q̃n voluntas fertur in causam, & non in effectũ, vt in eo qui voluntariè inebriatur, ꝙ enim ex ebrietate sequitur vt voluntarium imputatur. Secundò, aliquid dr̃ voluntarium directè, q̃n in id voluntas fertur, & ĩdirectè q̃n volũtas potuit prohibere, & non fecit; ideò si passio est tanta ꝙ omnino aufert vsum rationis, vt in his qui ob iram, vel amorem insaniunt, tũc si hmõi passio à principio fuit voluntaria imputatur hmõi actus, quia est voluntarius in sua causa; si verò causa nõ sit voluntaria, sed naturalis, vt ægritudo, quę aufert vsum rationis, & huiusmodi actus est omnino inuoluntarius, & sic excusat à peccato, quando verò passio nõ tollit vsum rationis omnino, tunc ratio potest passionem excludere; diuertendo ad alias cogitationes, vel impedire ne suum consequatur effectũ, quia mẽbra non applicantur operi, nisi per vsum rationis, supra q. 1. art. 4. vnde huiusmodi passio omnino non excusat à peccato. Quod si quis culpa sua incidat in infirmitatem ex quo ieiunare nõ potest, adhuc excusatur à ieiunio, nisi ideò infirmetur, vt non ieiunet, vel inebriatur, vt à p̃cepto liberetur, vel proij-

eit Breuiariũ in mare, ne horas recitet, quia is non excusatur à peccato donec pœniteat, quandoq; etiam passio licet tollat vsum rationis, omnino non excusat à peccato, sed tantum id minuit, qñ .s. habuit causam volũtariam ob quam euentus sequens homini imputatur, vt voluntariè indirectus, & in causa, ꝙ tamen intelligitur quò ad illos tantum euentus qui præuideri poterant.i.probabile erat ex insania, vel ebrietate secuturos, vt dicit hic Valentia.

8 peccatum ex passiõe potest esse mortale. Octaua propositio. Peccatum ꝙ est ex passione potest esse mortale, probatur Rom.7. vbi dicitur, ꝙ passiones peccatorum operãtur in membris nostris ad fructificandum morti.

Ratio, nam peccatum mortale consistit in auersione ab vltimo fine, supra q. 72. art.5. qui est Deus, quæ auersio pertinet ad rationem deliberantem, cuius etiam est ordinare in finẽ, hoc ergo solum potest cõtingere, ꝙ inclinatio animæ in aliquid quòd cõtrariatur vltimo fini, non fit peccatum mortale, quia ratio deliberans non potest occurrere ꝙ est in primis motibus. Cũ verò ex passione quis procedit ad actũ, vel ad consensum deliberatum, id non fit subito: vnde ratio deliberans potest huic occurrere, potest etiã excludere, vel saltem impedire passionẽ, supra art.7. vnde si non occurrat est peccatũ mortale, vt patet quòd multa homicidia, & adulteria per passionem committuntur. Notandũ verò, ꝙ si concupiscentia sit tã vehemens, vt nulla ratione compesci possit, si ratio deliberans non consentit, non est mortale, cum impediri nõ possint passiones ne oriantur, sed præcipimur concupiscentijs tãtum assensum non præstare. Dicitur verò peccatum ex passione posse esse mortale, quatenus passio voluntatem mouet ad appetendam rem illicitam mortaliter, & hac ratione dr̃ causa peccati, scilicet mouens, non tamen efficax, nisi voluntate consentiente.

SVMMARIVM.

1 Peccatum quandoq; est ex malitia.
2 Peccare ex malitia quis dicatur.
3 Peccans ex certa malitia non peccat ex habitu semper.
4 Peccatum ex certa malitia grauius est, quàm ex passione.

De causa peccati quæ est malitia. Cap. VIII.

D.Tho.1. 2.q.78. Notandum, ꝙ sicut quis qñque peccat ex errore intellectus, & sic ex ignorantia, & quandoq; ex motu appetitus sensitiui, ꝙ est ex passione, sic quandoq; peccat ex indispositione voluntatis, ꝙ est ex malitia peccare, dum quis neq; ignorantia ductus, nec passione obcæcatus, sed probè sciens tũ in vniuersali, tũ in particulari, rem esse malam simpliciter, & sic repugnare bono honesto, & nocere animæ, spontè tamen illam ob rationem boni minoris, quam in ea cernit, vtilis .s. vel delectabilis, eam anteponit bono maiori, & sic peruersè eã eligit, vnde peccare ex malitia est cum vis liberæ voluntatis, quæ causaliter tantũ malitia dicitur, prout potest efficere malam electionem anteponendo minus bonũ maiori, & negligendo malũ spirituale maius, vt minus malum, ne priuetur quis bono vtili, vel delectabili, eligit spontè, ꝙ non est eligendum. Vel peccare ex malitia est voluntatem ex seipsa excitari ad malum: vt dicit hic D.Th.art.3.

1 peccatum quandoq; est ex malitia. Prima sit propositio. Aliquis quandoque ex malitia peccat; probatur Iob 34. d. quasi de industria recesserunt ab eo. Luc.12. seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & nõ fecit secundùm voluntatem eius vapulabit multis. Iacob. 4. scienti bonum, & non facienti peccatum est illi.

Ratio, nam homo naturaliter habet appetitum boni, & quòd declinet ad malum euenit ex aliqua corruptione, vel inordinatione in aliquo principio hominis; principia verò humanorum actuum, sunt intellectus, & appetitus rationalis, qui dicitur voluntas, & sensitiuus; peccatum ergo in humanis actibus contingit quandoque ex defectu

defectu intellectus, vt cum quis ignoranter peccat, & ex defectu appetitus sensitiui, vt cũ quis ex passione peccat, & etiam ex defectu voluntatis, qui est inordinatio ipsius, tunc autem ita est quando minus bonum magis amat, vt diuitias, vel voluptatem, plus quàm ordinem rationis, vel legis diuinę, vel charitatem Dei, vel huiusmodi, sequitur ꝙ velit pati damnum in aliquo spirituali bono, vt potiatur temporali bono, malum enim est priuatio boni, & secundũ hoc aliquis scienter vult malum spirituale, ꝙ est malũ simpliciter per quod tollitur bonum spirituale, vt bono temporali potiatur: vnde dicitur ex industria peccare, quasi malum eligens scienter; qua ratione & Aug. lib. 83. qq. 66. q. d. quædã esse peccata malitiæ, quæ distinguit à peccatis infirmitatis, & imperitiæ. Vnde peccare ex malitia nõ est simpliciter ex habitu, & cõsuetudine, quia aliqui sine habitu sic peccant, vt & angeli mali, qui non habuere habitum, & ex malitia peccarunt, non est etiam peccare ex peccato præcedenti, quia peccatum malitiæ potest esse primũ, sed peccare nullo errore, vel passione impellente, voluntarium enim est non solùm id ꝙ voluntas eligit, vt finem, sed etiã medium, ægrotus enim non solùm vult sanitatem, sed ob id etiam bibere medicinam amaram: & mercator nõ solùm saluus esse in mari, sed etiã in mare merces proijcere ne intereat, sic aliquis qñque sic est affectus ad bonum delectabile, vel vtile, vt sciens statuat incurrere offensam Dei, & damnũ spirituale, ne illo bono priuetur, nec hoc casu intendit in malum, contra Dion. 4. c. de diui. nom. sed intendit bono concupito frui, etiam si malum inde sequatur, & sciat id esse malum.

2 Secunda propositio. Qui ex habitu peccat ex malitia peccat, ꝙ tamen intelligitur principaliter de habitu existente in voluntate, & non in appetitu sensitiuo, non tamen idem est peccare habentem habitum, & ex habitu peccare.

Peccare ex malitia quis dicatur.

Ratio, nam vti habitu non est necessarium, sed subsistit voluntati habentis, vel habitus quo quis vtitur cum voluerit, ideò sicut habens habitum vitiosum potest prorumpere in actũ virtutis, quia ratio omnino non corrumpitur per malum habitum, sed aliquid eius manet, ex quo aliqua operatur de genere bonorum, ita potest esse ꝙ habens habitum vitiosum nõ ex habitu operetur, sed ex passione insurgente, vel ignorantia; sed quando vtitur habitu vitioso oportet ꝙ peccet ex certa malitia, quia habẽti habitum est ei diligibile quòd est ipsi conueniens secundùm proprium habitum, quia sic fit ei velut connaturale; secundùm ꝙ consuetudo, & habitus vertũtur in naturam, sed id ꝙ est alicui conueniens secundùm habitum vitiosum, id est ꝙ excludit bonũ spirituale, ergo sequitur vt homo eligat malum spirituale, vt adipiscatur bonũ ꝙ est ei secundùm habitum conueniens, & id est ex certa malitia peccare, & sic peccans ex habitu, peccat ex malitia. Intelligitur verò prima conclusio de habitu principaliter existente in voluntate, & non in appetitu sensitiuo, vt supra, quia peccatum ex passione nõ dicitur ex malitia, quia passio est velut causa extrinseca, quæ trahit voluntatem, sed habitus existens in appetitu sensitiuo est huiusmodi, ergo qui peccat ex tali habitu non peccat ex malitia, attamen etiam intelligitur de habitu prauo existente in appetitu sensitiuo, vt intemperantiæ, differenter tamen, ꝙ intemperatus ex malitia assimilatur continua febre laboranti, ex passione verò peccans febri interpolata affecto. Quod verò non sit idem peccare habentem habitum, & ex habitu peccare, probatur, nam habitibus vtimur cũ volumus, & habitus est causa moralis, ergo libera & liberè inclinat; Præterea habitus non minus sunt liberi, quàm potentiæ nostræ in quibus ipsi habitus resident, sed potentijs vtimur cum volumus, ergo, & habitibus.

Tertia propositio. Qui peccat ex certa malitia, nõ peccat ex habitu semper. 3

Peccãs ex certa malitia non peccat ex habitu sẽper.

Ratio, nam voluntas aliter se habet ad bonum, aliter ad malum, quia ex natura suæ potẽtiæ inclinatur ad bonum rationis, vt ad proprium obiectum: vnde omne peccatum dicitur esse contra

naturam, ꝙ ergo voluntas in aliquod malum eligendo inclinetur, oportet ꝙ aliundè proueniat, & quandoq; id contingit ex defectu rationis, vt cum quis ex ignorantia peccat, quandoq; ex impulsu appetitus sensitiui, vt cum peccat ex passione, quorum neutrum est ex malitia peccare, sed solum cũ voluntas ex seipsa mouetur ad malum, ꝙ dupliciter potest euenire: primò, quia homo habet aliquam dispositionem corruptam inclinantem ad malum, ita ꝙ secundùm illam dispositionẽ sit homini quasi conueniens aliquod malum, & in hoc ratione conuenientiæ voluntas tendit vt in bonum, quia quodlibet secũdùm se tendit in sibi conueniens: talis verò dispositio corrupta, vel est habitus quæsitus ex consuetudine, quæ vertitur in naturam, vel aliqua ægritudinalis habitudo ex parte corporis, vt quis inclinetur ad quædam peccata naturaliter ob corruptionem naturæ in ipso. Alio modo potest voluntas per se tendere in aliquod malum per remotionem alicuius prohibẽtis, vt si quis se prohibeat peccare, non quia peccatum secundùm se ei displiceat, sed ob spem vitæ æternæ, vel ob timorem gehẽnæ, & remota spe per desperationem, vel timore per præsumptionẽ peccet: sequitᷣ ꝙ ex certa malitia, quasi sine freno peccet: peccatum ergo ex certa malitia ꝓsupponit in homine quandam deordinationem, quæ non semper est habitus, vnde cõclusio patet. Præterea contingit aliquẽ peccare quatuor potissimum de causis: primò, ex habitu prauo, ob quem minus bonum redditur homini quasi connaturale, & facilè eligendum; secundò, ob corporis ægritudinem, vel prauam dispositionẽ, qua homo ad aliquod peccatum præ alijs est procliuis, vt qui cum bestijs coeunt; tertiò, ob præsumptionem de diuina misericordia; quartò, ob naturam liberam voluntatis, qua potest minus bonum maiori præponi, vnde non ex solo habitu ex malitia peccatur, nec idẽ est peccare ex malitia, & ex habitu, quia licet is qui ex solo habitu citra ignorantiam, vel passionem peccat, ex malitia peccare dicatur, potest tamẽ quis ex malitia peccare antequam aliquem habitum acquirat, potest etiam fieri, vt dicit hic Medina post D. Th. ꝙ quis habens habitum bonum, nõ turbatus passione, nec abijciens spem, vel timorẽ Dei, peccet ex malitia eligendo malũ ꝙ scit tale esse, sed id rarò contingit. Dum verò supra dicitur quosdam habere naturales inclinationes ad peccandum, id nõ intelligitᷣ ex natura q̃ semper ad bonũ inclinat, sed ꝙ sunt in nobis qñq; naturales inclinationes ad peccandũ non ex ipsa natura, sed ex corruptione naturæ, vel potius ex animæ ægritudine nõ corporis, qua ratione aliqui delectantur in commestione hominũ, & coitu bestiarum, & masculorum, & sic intelligitur ꝙ ex mala dispositione, scilicet animæ, aliqui inclinantur ad malum.

Quarta propositio. Peccatum ex certa malitia grauius est, quàm peccatum ex passione, probatur Lucæ 12. seruus qui cognouit voluntatem domini, &c. 4 peccatum ex certa malitia grauius ẽ quàm ex passione.

Ratio, primò, quia cũ peccatũ principaliter cõsistat in voluntate, quãtò motus peccati est magis proprius volũtati, cæteris paribus peccatũ est grauius, sed cũ peccatur ex certa malitia motus peccati est magis proprius volũtati, quę ex seipsa in malum mouetur, quàm quando ex passione peccatur, quasi ex quodã extrinseco ad id impulsa, & eo grauius est quo malitia fuerit vehementior, ex eo verò ꝙ est ex passione eo magis minuitur peccatum, quo passio sit maior. Secundò, quia passio quæ inclinat volũtatem ad peccandum citò transit, & sic homo citò redit ad bonum propriũ pœnitẽs de peccato, sed habitus quo homo ex malitia peccat est habitus ꝑmanẽs, ideò ex malitia peccans diuturnius peccat. 7. Eth. c. 2. Tertiò, quia ex malitia peccans est malè dispositus quò ad finẽ, qui est principiũ in operabilibus; propositum verò ex passione peccantis tendit in bonum finẽ, licet huiusmodi propositũ ad horam interrumpatur ob passionem, semper verò defectus principij est pessimus, ergo conclusio patet.

Ex his sequitur, ꝙ id ꝙ habeturᷣ Prou. 14. ꝙ omnis malum operans errat, non intelligitur de errore speculatiuo, vel igno-

ignorantia iuris vel facti, sed de ignorantia vel errore practico qui consistit in hoc ꝙ ratio proponit volũtati minus bonum præ maiori amplectendum, ꝙ imperium rationis est falsum, & practicè erroneum, quia est difforme appetitui recto, & veritas practica huiusmodi imperij consistit in conformitate talis imperij cum appetitu recto, vnde etiã qui peccat ex malitia errat practicè, qa huiusmodi error cõmunis est omni peccanti, vt d. hic Valentia. Ex his etiã colligitur, vt d. hic Medina, ꝙ peccatũ primum puta fornicationis, ꝙ quis committit est grauius secũdo, & tertio quodammodo, quia primũ peccatum perdit gratiam, innocentiam, & virginitatem, & habebat maius robur ad resistẽdum, quia tunc homo habebat gratiam ad resistendum; peccatum verò secundum, & quæ in consuetudinem ducuntur, sunt peiora, quia tales ex consuetudine ruunt in desperationem, & cõtemptum Dei, & difficilè liberantur; prætcrea in peccatis ex consuetudine est maior ingratitudo, quia expectare peccatores ad pœnitentiam est maximũ Dei beneficium, licet donum innocentiæ in se sit maius, quo tamen ad Deum dantem, maius est dare veniam peccatori, quia minus est dignus, quàm præmiũ innocenti; Præterea peccans ex consuetudine, peccat ex contemptu, impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit, & cum maiori libidine, prodijt quasi ex adipe iniquitas eorũ, transierunt in affectum cordis; & quia eorum malitia est quasi naturalis. Vbi verò quem pœnituit suæ prauæ consuetudinis, huiusmodi consuetudo minuit peccatum, quia est inuoluntaria, & videtur naturalis.

SVMMARIVM.

1 Peccati author, vel causa efficiens non est Deus.
2 Peccati actus an sit à Deo.
3 Deus an sit causa indurationis peccatorum, & quomodo.
4 Induratio an ordinetur ad damnationem, vel salutem, & quomodo.

De causis exterioribus peccati, & primò ex parte Dei. Cap. IX.

PRima propositio. Deus nullo modo ẽ author, vel causa efficiens peccati; probatur ex sacris literis, quæ habent Deo esse abhominationi peccatũ. Exo. 23. mendacium fugies, iustum nõ occides, quia auersatur impiũ. Psal. 44. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ. Prou. 11. abominabile domino cor prauum & alibi Prouer. 15. Sap. 14. Os. 13. Abacuch 1. Rom. 9. Ex Patribus Iren. cont. hær. lib. 4 c. 47. Dion. de diu. nom. c. 4. p. 4. non est Deo malum, & malum non est diuinum, sed neq; malũ ex Deo est. Bas. hom. ꝙ Deus nõ est author mali. Naz. orat. 1. cont. Iul. Deus nullo modo est causa mali. Tert. lib. 2. con. Marc. Aug. lib. de spiritu, & litera. c. 3. Ambr. lib. 2. de Cain. c. 9. Hier. in 45. c. Es. Gregor. 29. Moral. c. 21. Et est diffinitum in Cõc. Aurasic. c. 23. & Trid. sess. 6. can. 6.

D. Tho. 1 2. q. 79.

1 Peccati author nõ ẽ Deus, vel causa efficiens.

Ratio, homo enim dupliciter est causa peccati directè inclinando. s. voluntatem suam, vel alterius ad peccãdum: indirectè dũ non retrahit aliquos à peccato. Ezech. 3. primo modo Deus nõ potest esse causa peccati sui vel alterius, quia peccatum est recessus ab ordine, qui est in Deum, vt finẽ: Deus verò inclinat, & conuertit omnia in seipsum, vt in finem. Dion. c. 2. diui. nom. vnde non potest esse causa sibi, vel alijs discedendi ab ordine qui est in seipsum. Non etiam indirectè, licet enim aliquibus nõ præbeat auxilium ad vitandum peccata, ꝙ si prẹberet, non peccarent, id tamẽ facit secundùm ordinem suæ sapientię, & iustitiæ, cum sit ipse sapientia, & iustitia; vnde nõ imputatur ei ꝙ alius peccet vt causæ peccati, sicut gubernator nõ dicitur causa subuersionis nauis ex eo quòd eam non gubernat, nisi quando subtrahit gubernationem, potens & debens gubernare, ergo cõclusio patet. Præterea intelligi potest Deus esse causa peccati, vel ꝙ peccatum ipsum per se formaliter efficiat, prout id consistit in

defectu debitę perfectionis, quia sic peccatum non habet sui causam efficientẽ, sed deficientem: vt d. Aug. lib. 12. ciuit. c. 7. nemo quærat causam malæ voluntatis, non enim est efficiẽs, sed deficiẽs, quia nec illa est effectio, sed defectio, quia sic peccatum non est aliquid, sed potius non aliquid, non negando tamẽ quin peccatum habeat causam efficientem, prout est ens rationis, scilicet priuatio, cuius efficiens causa est intellectus, vt & aliorum entium rationis, & habet causam non efficientẽ propriè, sed deficientem, quatenus committitur per aliquem actum, quem causa exercet exhorbitando à lege, & sic deficiendo à debita perfectione, licet tamẽ peccatum per se nõ habeat causam efficientem: per accidens tamen eam habere potest, prout est annexũ alicui actioni, per quam aliud ab agente intendebatur, scilicet bonum aliquod contrarium rationi, vel cum quis potest & debet peccatum impedire, vt iudex si non impedit furta, homicidia, &c. dicitur eorum causa per accidens, cum ea impedire teneatur. Vel intelligi potest Deum esse causam peccati, sic vt per accidens id efficiat, efficiendo, per se scilicet aliquod bonum sub ea ratione, qua ei sit annexum malum peccati, nec sic Deus est causa peccati, quia nec directè est causa peccati per accidens, concurrendo scilicet cum creatura libera ad actum cui est annexum tale peccatum, quia Deus, vt causa vniuersalis non cõcurrit ad effectum causæ secundæ, nisi prout habet aliquam rationem positiuam à causa secunda, vt hæc est quoddam agens, non autem prout est agens deficiens à recta regula. Vnde cũ actus prauus creaturæ liberæ, vt est quidam effectus causæ secundæ, non habeat annexum defectum, quatenus est à causa præcisè, vt causa agẽs est, sed vt est causa deficiens à lege, qua tenebatur, fit vt Deus, vt est causa prima non concurrat ad eum actum, prout habet annexũ defectum, sed solùm quatenus est absolutè quoddam ens, ꝙ proficiscitur à causa secunda, & præcisè est agens, & consequenter nec per accidens is defectus est ascribẽdus Deo vt causę, sed solũ causæ secundæ deficienti, ex qua is actus habet vt ei sit annexus defectus debitæ perfectionis. Non est etiam causa per accidens, quatenus non impedit peccata creaturæ liberæ, quia Deus non tenetur ea impedire, imò non impediendo, & ea permittendo legem causæ primæ exequitur, quæ est vt creaturam liberã permittat agere arbitrio suo, nisi speciali gratia aliquibus efficaciter subueniat, vt Beatæ Virgini. Vnde cũ indirectè causa peccati sit solum qui tenetur & potest impedire, cum Deus nõ teneatur causa talis non est. Non est etiam Deus causa peccati mandando vel consulendo vt peccetur, Deus enim id damnat, & est contra rationẽ peccati ꝙ non sit contra Dei præceptum, & ꝙ Deus damnet peccatum patet Deut. 17. Eccl. 15. Hier. 19. Non est etiam Deus causa peccati ꝙ ipse peccet, id enim est falsũ. Deut. 32. Deus fidelis, & absq; vlla iniquitate. Rom. 3. Non etiam Deus vult peccatum, vt inde bonũ eliciat, quia homo sic non potest malũ velle, ergo minus Deus. Nec aduersatur, quòd omnia sint à Deo. Hiere. 10. Eph. 10. illa enim loca intelliguntur tantũ de ijs quæ benè fiunt, vt ibi d. Hier. Non obstat item ꝙ aliquibus locis videatur Deus velle malum. Gen. 56. 2. Reg. 16. Act. 2. 4. Es. 45. Amos 3. id enim intelligitur permissiuè, dum Deus inde elicit bonum: vt d. Aug. lib. 22. ciui. c. 1. Vel intelligitur de malo pœnæ. & Valentia hic respondet alijs contrarijs.

2 Secunda propositio. Actus peccati est à Deo, non autem peccatum: probatur, nam actus peccati est quidam motus liberi arbitrij, sed voluntas Dei est causa omnium motionum: vt d. Aug. lib 3. de Trin. c. 4. & 9. ergo volũtas Dei est causa actus peccati, non tamen peccati. *Peccati actus an sit à Deo.*

Ratio, quia actus peccati, & est ens & actus, & ex vtroq; habet qd sit à Deo, nam omne ens quodcunq; sit oportet, vt deriuetur à primo ente. Dion. c. 5. de diui. nom. sed omnis actus causatur ab aliquo existente in actu, sed omne ens actu reducitur in Deum, vt in primum actum, vt in causam, quæ est per suã essentiam

sentiā in actu, vnde sequitur, ꝙ Deus sit causa oīs actionis, quatenus est actio, sed peccatum nominat ens, & actionem cū defectu quodā: defectus verò est ex causa creata, s. libero arbitrio quatenus deficit ab ordine primi agentis .s. Dei: vnde defectus ille non reducit in Deū, vt in causam, sed in liberum arbitriū, vt claudicatio reducitur in tibiam curuā, vt in causam, non autē in virtutem motiuam, à qua tñ causatur quicquid est motionis in claudicatione, & sic Deus est causa actus peccati, non tamen peccati, quia nō est causa huius ꝙ actus sit cum defectu. Vel dici potest, ꝙ in peccato duo sunt distincta: actus peccati, & inordinatio: primum dicitur materiale: secundum formale, ex his inordinatio nō est intrinseca actui peccati, quia actio peccati bona est, qua ens est: inordinatio verò mala est, imò malitia est: malitia verò nō est intrinseca alicui bono; Præterea, licet Deus sit causa actus peccati, nō tamen deformitatis inde sequentis, quia deformitas non sequitur ex malo operandi Dei, sed creaturæ, Deus enim concurrit ad actū illum secundùm regulā rationis, quatenus permittit liberum arbitrium creaturæ, & dat ei necessaria ad operandum.

3 Deus ā sit causæ īdurationis peccatorū, & qūo

Tertia propositio. Deus non est causa indurationis, & excæcationis peccatorum, prout ij habent motū animi sui inhærētis malo, & auersi à diuino lumine, vt nec est causa peccati, est tamē causa obdurationis, & excæcationis, prout gratiam subtrahit, idq; ex culpa præcedenti quæ est causa meritoria excæcationis, & obdurationis.

Ratio, nam obduratio duo importat, motum animi malo inhęrentis, & auersi à diuino lumine, & hoc Deus non operatur, cū nec sit causa peccati. Secundò, subtractionem gratiæ, ex quo sequitur, ꝙ mens diuinitus non illuminatur ad rectè videndum, & cor hominis non emolliatur ad rectè viuendum, & secundùm hoc Deus est causa excæcationis; sed considerandū, ꝙ Deus est causa vniuersalis illuminationis animarū. Io. 1. sicut sol est causa illuminationis corporum, aliter tamē & aliter, quia sol agit illuminando per necessitatem naturæ, Deus verò agit voluntariè per ordinem suæ sapientiæ; sol tamen non illuminat vbi est impedimentum, vt patet de domo quando fenestræ sunt clausæ, illius tamen obscuritatis sol nō est causa, sed fenestram claudens; Deus verò suo iudicio lumen gratiæ non immittit in illis quibus obstaculum inuenit, vnde causa subtractionis gratiæ est non solùm ille qui ponit obstaculum gratiæ, sed etiam Deus qui suo iudicio gratiam non apponit, & hoc modo dicitur Deus causa obcæcationis aurium & cordis. Et quia ad cognitionem intellectus, maximè seruiunt visus, & auditus: visus seruiēs intuitioni, auditus disciplinæ, ideò quò ad visum ponitur excæcatio, quò ad auditum aurium obduratio, quò ad effectū obduratio. Nec obst. Exo. 7. ego indurabo cor Pharaonis. Es. 6. Excæca cor populi huius, & Es. 63. quare errare nos fecisti domine de via tua. Rom. 9. cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Resp. enim prædicta non sic intelligi, vt Deus per se, vel per accidens efficiat ipsam malitiam, & peccata induratorū, & excæcatorum, sed prout eam permittit, non conferendo gratiam efficacem quæ mentem illuminaret, & voluntatē emolliret: vt d. Iren. lib. 4. c. 48. August. ep. 10. Deus non indurat impartiendo malitiam, sed non impartiendo gratiā. Cirill. Hieros. cath. 6. mistag. ꝙ etiā intelligitur non de gratia necessaria omnibus, vt conuerti, & salutem consequi possint, eam enim Deus omnibus largitur, sed de illa specialissima quæ efficeret, vt homo desereret peccatum, vt concessit Paulo, & B. M. Magdalenæ: vt dicit Sot. lib. 1. de nat. & gratia. c. 18. Nec etiam Deus hac ratione dicitur permittere illos omnes manere in peccatis, q̄bus gratiam eam specialissimā non largitur, sed eos tantum qui in peccatis peculiari pertinacia, & improbitate manent, & hoc modo illos indurare dicit non largiendo illam gratiā qua lumen reciperent, & eorum voluntas emolliretur; & etiam excęcare aliquos dicitur Deus, dum inclinat eos ad appetenda quædam, quæ licet in se bona sint, sunt

tamen

tamen eis occasio excæcationis, & indurationis, & sic peccati: vt dicit hic Valentia ex August. lib. de gratia, & libero arbit. cap. 20.

4 Induratio an ordinetur ad dánationem vel saluté & qũo.

Quarta propositio. Excæcatio, vel obduratio per se ordinantur ad damnationem, ex diuina tamen misericordia, vel prouidentia ad salutem, quatenus Deus permittit aliquos cadere in peccatis, vt humilientur, & conuertantur, primũ patet ex natura obdurationis, secundum, probatur ex Aug. lib. 5. cont. Iul. c. 3. & lib. 3. q. in Matt. c. 13. 14. vbi d. indurationem quandoq; ad tempus prædestinatis contingere, & idem habet lib. de nat. & gratia. c. 22. & 35.

Ratio, nam excæcatio est quoddam præambulum ad peccatum, peccatum verò ordinatur ad duo, ad damnationẽ per se, sed ex diuina prouidentia, & misericordia ad sanationẽ, quatenus Deus permittit aliquos cadere, vt peccatum suum agnoscentes humilientur, & conuertantur, secundùm Aug. vnde excæcatio traditur ad damnationem excęcati, vnde & ponitur reprobationis effectus, sed ex diuina misericordia excæcatio ad tempus ordinatur ad salutem excæcatorum, quæ misericordia impẽditur, non omnibus excæcatis, sed solùm prædestinatis. Rom. 8. & sic patet cõclusio. In reprobis verò excæcatio, & obduratio ad eorum damnationem ordinatur: vt d. hic D. Th. & post eum Valentia, & Medina, qui etiam remissiuè tangit cur Deus permittat fieri mala, & cur homo nõ sit factus impeccabilis, & cur lignũ vetitum in paradiso posuerit.

SVMMARIVM.

1 Peccati causa non est diabolus directè, & quomodo.
2 Diabolus quomodo interius ad peccatum inducere possit.
3 Diabolus non potest necessariò hominem mouere ad peccatum.
4 Peccata omnia hominum non sunt ex suggestione diaboli.

De causa peccati ex parte diaboli. Cap. X.

Prima propositio. Diabolus non est causa, nec esse potest causa peccati directè, sed solùm per modum persuadentis, & proponẽtis appetibile, probatur prima pars ex locis scripturę, quibus homini ascribitur causa peccati, vt Gen. 4. nonne si benè egeris recipies, sin autem malè, statim in foribus, peccatum tuũ aderit, Ezech. 18. anima quæ peccauerit ipsa morietur; secunda pars probatur Gen. 3. vbi diabolus suo suasu primos parentes deuicit, & Deus serpenti maledixit. & 1. Pet. vlt. dicitur, circuit quærens quem deuoret. Eph. 6. non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes potestates, &c. Sap. 3. inuidia diaboli mors intrauit in mundum. & sequuntur sancti Patres. Hier. lib. 2. con. Iouin. Diabolus est perfector mali, sicut Deus boni. Aug. lib. 4. de Trin. c. 12. Diabolus suæ societati malignos affectus inspirat, & Beda in Act. c. 5.

D. Tho. 1. 2. q. 80.

1 Peccati cã nõ est diabolus directè, & quomodo

Ratio, nam cum peccatum sit actus quidam, vt supra, eo modo quis potest esse causa peccati, quo directè est causa actus, ꝙ nõ contingit, nisi quia propriũ principium illius actus mouet ad agendum, sed proprium principiũ actus peccati est voluntas, cum omne peccatũ sit voluntarium: vnde nil potest directè esse causa peccati, nisi quòd directè potest mouere voluntatem ad agendũ, sed voluntas vt supra q. 7. art. 4. 5 6. à duobus moueri potest: primò, ab obiecto, eo modo quo appetibile apprehensum mouet appetitum: alio modo ab eo quòd interius inclinat voluntatem ad volendum, ꝙ est vel ipsa voluntas, vel Deus, supra q. 9. art. 3. 4. 5. 6. sed Deus non potest esse causa peccati, q. præc. sequitur ergo ex hac parte ꝙ voluntas hominis sola directè sit causa peccati eius. Ex parte verò obiecti aliquid potest mouere voluntatem tripliciter: primò, ipsum obiectum propositum, vt cibus excitat desiderium hominis ad comedendum: alio

modo

modo is qui proponit, vel offert huiusmodi obiectum; tertiò, qui suadet obiectum propositum habere rationem boni, quia & hic proponit aliqualiter ꝓprium obiectum voluntati, ꝙ est rationis bonum, verum, vel apparens: primo modo res sensibiles extra apparẽtes mouent volũtatem hominis ad peccandũ: secũdo, & tertio modo diabolus, vel homo potest incitare ad peccandũ, vel offerendo aliquid appetibile sensui, vel ꝑsuadendo rationi, quæ tria non sunt directè causa peccati, quia voluntas necessariò nõ mouetur ab obiecto, nisi ab vltimo fine, supra q. 10. art. 1. vnde res extra oblata, nec qui eã proponit, vel persuadet, est sufficiens causa peccati, & sic patet conclusio, quòd diabolus est causa peccati per modum persuadentis, vel proponentis appetibile, non autem sufficienter, vel directè. Ideò autem diabolus homines tentat, ex propria malitia, & quia hominibus inuidet, sic tamen vt non necessariò tentet, sed liberè, & id possit facere, vel non.

2 Secunda propositio. Diabolus potest inducere ad peccandũ interius instigando, cum non possit directè mouere nostram voluntatem ad peccandum, nec imprimere malitiam in ea.

Diabolus quomodo Iterius ad peccatum inducere possit.

Ratio, nã interior pars animæ est intellectiua, & sensitiua: intellectiua continet intellectum, & voluntatem: de voluntate art. pręc. est dictum. Intellectus verò per se mouetur ab aliquo illuminante ipsum ad cognitionem veritatis, ꝙ diabolus circa hominem non intendit; sed magis obtenebrat rationẽ eius ad consentiendum peccato, quæ obtenebratio prouenit ex phantasia, & appetitu sensitiuo, vnde eius operatio est circa hæc duo: quorum vtrunq; commouendo potest inducere ad peccatum, potest enim operari ꝙ imaginationi aliquæ formæ imaginariæ præsentetur, potest etiam facere ꝙ appetitus sensitiuus concitetur ad aliquam passionẽ, quia natura corporalis spirituali obedit ad motũ localẽ, p.p.q. 116. art. 1. vñ diabolus oĩa causare potest, quæ ex motu locali corporum inferiorum prouenire possunt, nisi virtute diuina reprimatur, qđ verò aliquæ formæ repræsententur imaginationi sequitur ad motum localem quandoque quia ex libro de som. & vig. animali dormiente descendente multo sanguine ad principiũ sensitiuũ, simul descendũt motus, vel impressiones relictę ex sensibilium motionibus quæ in sensibilibus speciebus conseruantur, & mouent principium apprehensiuum, ita ꝙ apparent ac si tunc principium sensitiuum à rebus ipsis exterioribus immutaretur, vnde huiusmodi mot⁹ localis spirituum vel humorum potest à dęmonibus ꝓcurari, vel dormiãt homines vel vigilent, & sic sequitur quod homo aliqua imaginetur. Similiter eius appetitus sensitiuus concitatur ad aliquas passiones secundum quẽdam determinatũ modum cordis & spirituum, quòd etiã diabolus potest operari. Et ex concitatione huiusmodi passionum in appetitu sensitiuo, sequitur quod motum vel intentionem sensibilium prædicto modo reductam ad principium apprehensiuũ magis homo percipiat, quia amantes modica similitudine in apprehensione rei amatæ mouentur, vt ibi d. philosophus, cõtingit etiam ex hoc quod passio est cõcitata, vt id quod proponit imaginationi iudicetur prosequendum, quia à passione detento videtur bonum id ad ꝙ per passionẽ inclinatur, & hoc modo diabolus inducit ad peccandum. Et sic diabolus mouet nostram voluntatẽ ad peccandum tantum indirectè per modũ persuadentis & proponentis bonum appetibile, idq; varijs modis, nunc argumentando, hortando, modo excitando passiones appetitus sensitiui quibus affectus homo iudicat esse verum bonũ, ꝙ non est, modo mouendo phantasmata, & ea pturbãdo, vnde mirabiles visiones quandoq; apparent, vnde non debet fides adhiberi his visionibus si ad malum inducant, & putandum ex demonum operatione commotas.

3 Tertia propositio. Diabolus non põt mouere hominem necessario ad peccandum, probatur 1. Petr. vlt. cui resistite fortes in fide, 1. Corin. 10. fidelis Deus qui non patitur vos tentari vltra id ꝙ potestis. Iacob. 4. resistite diabolo & fugiet

Diabolus nõ potest necessario hominem mouere ad peccandum.

giet à vobis Ephe.6. in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Ex Patribus Iren. lib.5.c.24. Naz. lib. spiritualium sententiarum. Aug. tr.52. in Io. Greg. lib.13. mor.c. 9. qui asserunt diabolum posse vinci à nobis.

Ratio, quia homo motiuo ad peccandum non resistit nisi per rationem, cuius vsum totaliter impedire potest mouendo imaginationem, & appetitum sensitiuum, vt patet in arreptitijs, sic vero ratione ligata quę homo agit non imputantur ei ad peccatum, sed si ratio non sit totaliter ligata ea parte qua libera est potest resistere peccato supra q.77.ar.7. vnde ad peccatum cogere nō potest, prӕterea si diabolus hominem necessario ad peccatum adigeret, non esset homini peccatum imputandum, cum peccatum debeat esse volūtarium, prӕterea diabolus mouet voluntatem nostram tantum per modum suadentis & proponentis bonum appetibile, sed nullum bonum necessitat voluntatem nostram, ergo. Nec etiā permittit Deus diabolum facere quicquid potest ex facultate naturӕ ne nimium hominibus noceat: vt docet Greg. lib.2. Mor. in principio. Et prӕterea voluntas nostra directe à Deo solo moueri potest, vt à causa quӕ producat actum voluntatis. Et licet diabolus possit tentare tentatio tñ carnis non est cum peccato, si ei resistitur si tamen homo eam potuit vitare percipiens quid faceret, nec vitauit non vacat culpa.

4 Quarta propositio. Omnia peccata hominum non sunt ex suggestione diaboli. pbatur ex li. de Eccles. dogm. c.82. vbi habetur quod non omnes cogitationes nostrӕ malӕ à diabolo excitantur, sed quandoq; ex motu nostri liberi arbitrij. Idem Naz. lib. sent. versibus scriptis, & habetur Iacob.1. vnusquisq; tentatur à propria concupiscentia abstractus & illectus, & sic quandoque ex passione, quandoq; ignorantia quandoq; malitia.

Peccata omnia hominū non sūt ex suggestione diaboli.

Ratio primi, quatenus induxit enim hominem ad peccandum, ex cuius peccato ita vitiata est natura humana, vt omnes ad peccandum procliues simus, vt si dicatur esse causa cōbustionis lignorum qui ea secat.

Ratio secundi, nam si diabolus non esset homines haberent appetitum ciborum venereorum, & huiusmodi qui possent esse inordinati nisi ratione ordinarētur, quod subiacet libero arbitrio. Verum est tamen quod diabolus potest dici causa omnium peccatorum eo ipso, quod per suggestionem fuit causa peccati primorum parentum quod fuit origo omnium. Vnde Cirill. Alex. libr. de adoratione in spiritu, vocat diabolū peccati inuentorem. Inuidiӕ enim & peccati inuentor ociosus esse nolebat circa terrestre hoc animal. i. hominem, sed dolo & imposturis latenter inuasit, & vius versutiӕ organo, mulierem inobedientem effecit, & in hoc sensu Dion. etiam c.4. de Diu. nom. d. diabolum causam esse omniū peccatorum sibi, & alijs; quomodo vero & quibus fallacijs diabolus inducat hominem ad malum, docet Basil. opusc. quod non sit adhӕrendum rebus secularibus, & opusc. quod Deus nō sit author malorum.

SVMMARIVM.

1 Peccatum originale quod sit.
2 Peccatum originale trahitur ex natura generatione Adӕ inquinata
3 Peccata alia Adę pręter primū non traducuntur ad posteros.
4 Peccatum primi parentis per originem in omnes transijt, nisi aliqui Diuinitus excipiantur.
5 Peccatum originale quis non contraheret.
6 Peccatum originale non incurreretur si Eua peccāte, Adam non peccasset.

De causa peccati ex parte hominis. Cap. XI.

1 NOtādum, quod nomine peccati originalis intelligitur labes vel defectus, qui hominem naturali via generationis ab Adam descendentem,

D. Tho. 1. 2. q. 81. Peccatum originale, quod sit.

tem, ipso suæ originis momento ita inquinat, vt eum hominem Deo exosum reddat, & varijs vitæ calamitatibus, & à cęlesti beatitudine nisi eleuetur exclu dit, vt d. Aug. lib. de pecc. mer. & rem. lib. 2. c. 10. His not.

Prima sit propositio. Adæ posteri naturam generatione accipiunt inquinatam peccato originali. conclusio est de fide probatur Gen. 17. masculus, cuius præputij caro, circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo meo, idque non proprio peccato quod infans contrahere nō potuit, sed ob peccatum originale, prout eum locum interpretatur. Aug. lib. 16. ciu. c. 27. Oseæ. 6. ipsi autem. i. Adæ posteri, vt ibi. d. Hier. sicut Adam transgressi sunt pactum, ij præuaricati sunt in me. Iob. 3. pereat dies in qua natus sum, quia in die culpæ est natus. vt d. Greg. lib. 4. mor. c. 6. & cap. 14. Iob. nemo mundus à sorde, neq; infans cuius est vnius diei vita super terram, qui locus de hoc peccato intelligitur, vt d. Aug. in Ps. 50. & Ps. 50. ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, quod de peccato originali intelligitur, vt ibi. d. Aug. Io. 3. Rom. 3. 5. per vnum hominē & c. 2. Cor. 5. Eph. 2. Idē diffinit in Decretis Cœlestini papæ. c. 4. in Conc. Mileuit. cap. 2. Palestino. c. 15. Arausicano. Can. 1. 2. Tolet. 6. Can. 1. Elibert. Can. 25. & Trid. sess. 5. de peccato orig. Ex patribus. Dion. lib. de Eccl. Hier. c. 2. p. 3. Iust. Dialogo cū Triphone orig. in c. 5. ep. ad Rom. Niss. disput. de resurr. & anima. Cipr. li. 3. ep. 8. Amb. li. 1. de pœnit. c. 2. Hier. lib. 3. con. pelag. Naz. oratione de baptismo. Bas. hom. de baptismo Aug. lib. 3. de pecc. mer. c. 6. 13. Greg. lib. 5. Registri c. 114. & alij omnes.

2 Peccatum originale trahit ex natura generatione Adæ inquinata.

Ratio nā omnes homines procedentes ex Adam possunt cōsiderari vt vnus homo, quatenus conueniunt in natura quam à primo parente accipiunt secundum quod in ciuilibus omnes homines qui sunt vnius communitatis reputātur vt vnum corpus, & tota communitas, vt vnus homo, quia participatione speciei plures homines sunt vnus homo secundum porph. sic ergo multi homines deriuati sunt ex Adam vt multa membra vnius corporis, sed actus vnius membri corporis non est voluntarius, vt manus voluntate ipsius manus, sed voluntate animæ quæ membrum primo mouet, vnde homicidium à manu commissum nō imputaretur ei si cōsideraretur, vt diuisa corpore, sed imputatur, vt consideratur aliquid corporis, & hominis quę mouetur à primo principio motiuo hominis scilicet voluntate. Sic ergo inordinatio quæ est in isto homine ex Adam genito non est voluntaria voluntate ipsius, sed voluntate primi parentis, qui mouet generationis motione omnes qui ex eius origine deriuantur, sicut voluntas animæ mouet omnia mēbra ad actum, vnde peccatū à primo parēte deriuatum dicitur originale, sicut peccatum quod ab anima ad mēbra corporis deriuatur dicitur actuale, & sicut peccatum actuale per membrum commissum non est peccatum illius membri, nisi vt est aliquid hominis ob quod dicitur peccatum humanum, ita peccatum originale non est peccatum huius personæ nisi quatenus hæc persona recipit naturam à primo parente, vnde & dicitur peccatum naturę, vnde dicit natura filij iræ. Eadem ēt veritas quod peccatum originale insit posteris Adæ, probatur ex antiquo vsu ecclesiæ baptizandi & exorcisandi infantes, quā consuetudinem ecclesia non introduxisset, nisi essent aliquo peccato constricti, ratione cuius essent in dęmonis potestate, vt d. Aug. ep. 105. ad Sixtum presbiterū, & lib. 1. de pecc. mer. c. 34. & li. 3. Con. Iul. c. 5. Mors etiam & calamitates quæ posteros Adę tenent à die natiuitatis, vt d. eccl. c. 40. argumento sunt Adæ posteros eius culpam participare. Ex quibus colligitur peccatum originale esse vere & proprie peccatū contra Magistrū, quod facit homines peccatores, & inimicos Dei, & filios iræ. Rom. 5. Eph. 2. secundo hoc peccatum esse aliquo modo voluntariū quia voluntate primi parentis est contractum, vt d. Aug. lib. 1. retr. c. 18. licet non commissum nostra voluntate vt d. Aug. lib. de pecc. mer. c. 16. 17. est tamē proprie nostrum ex parte subiecti quia omnibus nobis proprie inest,

inest,& nobis imputatur ex locis cit.& rationib. D. Tho. hic adductis,& etiã ex his patet peccatum originale esse proprie, & uere peccatum.

3 Peccata alia Adam præter primum nõ traducuntur in posteris.

Secunda propositio. Alia peccata Adam præter primum originale,vel proximorum parentũ non traducuntur in posteros. probatur. Rom. 5.

Ratio, nam homo generat sibi idem secũdm spetiẽ non autẽ secũdm indiuiduũ, ideo ea quæ directe pertinent ad indiuiduum,vt personalis actus, & qui ad eos pertinent non traducuntur à parẽtibus in filios, quia geometra non traducit in filium huiusmodi scientiam,sed quę pertinẽt ad naturam speciei traducũtur a parẽtibus in filios,nisi sit defectus naturæ, vt oculatus generat huiusmodi natura nõ deficiẽte,& si natura sit fortis,ẽt aliqua accidentia indiuidualia propagantur in filios pertinentia ad dispositionem naturæ, vt velocitas corporis, bonitas ingenij, & huiusmodi, sed non quę pure sunt personalia, & sicut ad personam aliquid pertinet secũdum se, aliquid ex dono gratiæ,ita etiam ad naturam potest aliquid pertinere secundũ se .s. quod causatur ex principijs eius,& aliquid ex dono gratię, & sic iustitia originalis erat quoddam donum gratiæ collatum toti naturæ humanæ, diuinitus in primo parẽte, quod ipse amisit p primum peccatum, vnde sicut illa iustitia traducta fuisset in posteros sic etiam inordinatio appetitus, alia vero peccata primi parentis,vel aliorum non corrumpunt naturã quo ad id quod est naturæ,sed solũ quo ad id quod est personæ, idest secũdum pronitatem ad actũ, præterea bonum est magis sui diffusiuum quàm malum,sed bona merita parentum non traducuntur in filios,ergo nec demerita, præterea alia peccata sunt quibus statuta est pœna personalis, at hoc est cõmune totius naturę cui ideo,& pęna cõis,scilicet mortis,in qua cũq; die comederis morte morieris, est statuta, pręterea per illud peccatũ amissum est bonũ iustitiæ originalis cõmune toti naturæ, ergo illud solum in posteros transfunditur, quia & pceptũ ne pomum comederetur impositum fuit Adæ in principio generis humani sub comminatione mortis, & aliarum ærũnarum,quæ cõia sunt naturæ humanæ. Vnde si Adam primo nõ peccasset, peccata posterorũ eius non fuissent in nos transfusa, quia illis non fuit datum aliquod præceptum pertinẽs ad totum genus humanum,sed soli Adæ, vt qui solus fuit principiũ humani generis, licet Adam non peccante, filij eius peccare potuerint, vt d. hic Valentia.

Tertia propositio. Primum peccatũ primi parẽtis per originem in oẽs hoĩes transit, secundum legem ordinariã,nisi excipiãtur diuinitus,probatur. Rom. 5. per vnum hoĩem peccatum intrauit in mundũ,& infra & ita in oẽs per trãsijt, & c. 3. oẽs peccauerunt & egent gratia Dei, 1. Cor. 15. sicut in Adã oẽs moriuntur & c. 2. Cor. 5. si vnus pro oĩbus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Iob. 25. nemo mundus à sorde, & alijs testimonijs supra cit.

4 Peccatum primi parentis per originẽ in oẽs transijt,nisi aliqui diuinitus excipiantur.

Ratio,nã aliter omnes nõ egerent redemptione,quæ est per Christum,sic.n. ex peccato primi parẽtis traducitur culpa originalis in posteros, vt à voluntate animę p motionẽ membrorũ traducit peccatũ actuale ad mẽbra corporis, sed peccatum actuale traduci potest ad oĩa membra corporis,quæ nata sunt moueri à voluntate, ergo & culpa originalis traducitur ad oẽs illos qui mouẽtur ab Adam motione generationis. Excipitur tñ ab hac generalitate Christus dñs,cũ non fuerit via ordinaria,sed spiritus sancti virtute generatus. Luc. 1. Excipit ẽt si quis miraculose ex aliqua particula carnis humanæ vel aliter, & non ex vi seminis generaretur, vt d. Aug. de Gen. ad literam. lib. 10. c. 19. Et idem si Adã non peccante, Eua peccauisset, Adæ.n. posteri non contraxissent peccatum originale, pie etiam excipitur B. Virgo Maria, vt probaui Tomo 1. tr. de concept. B. V. Vnde Conc. Trid. cum de peccato orig. sess. 5. loquitur, d. se non loqui de B. Virg. licet ibi non definiat ab eo esse immunem, imo Sixtus. 4. in Extr. graue nimis, de Reliq. & ven. sanct. in extr. comm. neutram partem determinat,& relinquit liberã vtriusq; sentẽtiæ cuiq; optio-

optionem, sic tamen, vt contrariam opinionem, vt hæreticam quis non impugnet, quòd ibi sub anathematę prohibe retur, & multi pie credũt B.V. fuisse immunem ab hoc peccato, vel quia sit excepta ab illa generalitate Adę, vel dato quod non fuerit excepta, non tamen inde sequitur eam peccatum originis necessario incurrisse; quia peccatum originale non consistit essentialiter in illa præuaricatione Adæ actuali, quæ posteris etiam imputatur, sed in defectu quodam muneris cuiusdã supernaturalis, quo ob illam Adæ præuaricationem generantur posteri destituti, vnde potuit Deus in ipso puncto conceptionis B.V. afficere huiusmodi munere, & sic impedire ne conciperetur obstricta illo defectu, in quo proprie cõsistit peccatum originis, vt d. hic Valentia. Non tamen, hoc certum est de fide, vt nec cõtrariũ, licet certum sit omnes ea excepta hoc peccatum in currere, licet tñ teneatur B.V. esse exceptam, adhuc tñ sustinetur Christum esse vniuersalem Redẽptorẽ, quia redimit, & qui impedit ne quis in carcerem trudatur, sequitur etiam Christũ pro omnibus mortuum esse; & oẽs egere gratia Dei, vt salutem consequantur, vel ex priuilegio, vel via ordinaria id concedatur.

5 Peccatum originale quando quis non contraheret.

Quarta propositio. Si quis ex carne humana sine semine miraculose formaretur, non contraheret peccatũ originale quia sic non esset in Adam secũdum seminalem rationem, quod solum causat traductionum peccati originalis, vt d. Aug. de Gen. ad literã. 10. lib. c. 19. 20.

Ratio, quia peccatum originale traducitur in posteros quatenus mouentur ab ipso per generationem, vt membra corporis mouẽtur ab anima ad peccatum actuale, supra art. 1. sed non est motio ad generationem nisi per virtutem actiuam in generante, vnde ij soli originale contrahunt qui ab Adã descẽdunt per virtutem actiuam ex generatione originaliter ab Adam deriuata, quòd est secundum seminalem rationem ab eo descendẽtes, cum ratio seminalis sit vis actiua in generatione, ꝙ si quis miraculose, primò modo nasceretur ex carne humana actiua non deriuaretur ab Adam, vnde non contraheret peccatum originale, vt nec actus manus pertinet ad actum humanum, si manus non moueretur à voluntate hominis, sed ab aliquo extra mouente. Vnde in Adam potest quis dici fuisse secundum rationem seminalẽ, & secundum corporis substantiam, primò enim modo is dicitur fuisse in Adã qui producitur virtute seminis mediate ab Adam procedentis, uel immediate, cuius seminis virtute anima corpori adiungitur. Is vero dicitur fuisse in Adam secundum corpoream substãtiam qui est formatus ex carne ab Adam deriuata, sed non formatus in hominem vi seminis, & primò modo tantum is dicitur esse in lumbis Adæ, vel Abrahę, qui est in eis secundum seminalem rationem Heb. 7. Notandum ẽt donum originalis iustitię competere ijs tantum, qui ab Adam per semen descendebant, vnde si quis miraculose ab eo esset genitus, vel formatus sine semine, careret iustitia originali, sed non traduceret peccatum originale, quia tale peccatum non sequitur ad humanam naturam absolutè, sed formatam ab Adam secundum seminalem rationem.

6 Peccatum originale non incurreretur si Adã, peccāte Eua, non peccasset ipse.

Quinta propositio. Si Adam non peccasset, Eua peccante, posteri non incurrerẽt peccatũ originale, probatur Rom. 5. per vnum hominem peccatũ intrauit in mundum, ergo non per duos, cum tamẽ ambo peccarint, & sic nec ꝑ Euam.

Ratio, nã pctm̃ originale à primo parente trahitur quatenus ipse mouet ad gñonem natorũ, vnde si id miraculose fieret, nõ cõtraheretur ar. pręc. sed principiũ actiuũ in generatione est à patre, 2. de Gen. anim. c. 1. materiam verò mater ministrat, vnde peccatum originale non contrahitur à matre, ideo si Adam non peccasset Eua peccante peccatum originale non contraheretur secus ecõuerso. Neq; aduersatur qđ dr̃. Eccl. 25. à muliere initium peccati, & per eã oẽs moriunt. Resp. id intelligi occasionaliter, ꝙ scilicet mulier dedit occasionem, vt vir peccaret, & genus humanum macularet. Non ob. pariter ẽt ꝙ verba illa

Rom. 5. per vnum hominẽ intelligitur de Eua, quæ prior peccauit, vt ibi exponit Hier. Resp. alios patres ĩtelligere illũ locũ de Adã, vel, ꝙ Eua occasionẽ dedit peccati, Adã uero transfusit per propagationẽ carnis; sic si Cain peccasset, Adã non peccãte, filij eius nõ cõtraherent peccatum originale, vt d. hic Medina, quia Adã accepit iustitiã originalẽ pro se & suis posteris, & ideo illã in eos transfudisset, sic etiam, si primi parentes simul cõuenissent ante peccatũ originale filij ante concepti, non contraherẽt illud probabiliter, vt idem. d. nec etiam si concepti essent, & ante animæ infusionem ij peccassent, qui tamen. d. eos iam natos amittere iustitiam originalem quæ est donum naturæ non personæ, ꝙ tamen nõ mihi videtur tutum, cum qua ratione non contrahant culpam originalem, eadem etiam non debeant iustitiam originalem amittere iã in eos transfusam.

SVMMARIVM.

1 Peccatum originale an sit habitus.
2 Peccatum originale vnum est in vno homine & non plura, & etiam vnũ specie in omnibus hominibus.
3 Peccatum originale quid sit formaliter, & quid materialiter, & quid operetur.
4 Peccatum originale æqualiter est in omnibus.

De peccato originali secundum suam essentiam. Cap. XII.

D.Tho.1. 2.q.82.

1 Peccatum originale an sit habitus.

PRima propositio. Peccatum originale non est habitus, si habitus sumatur pro dispositione qua potentia inclinatur ad agendũ, si vero habitus sumatur pro dispositione alicuius naturæ compositæ ex multis, secundum quam bene vel male se habet ad actũ, maxime si talis dispositio est versa ĩ naturãvt patet de ægritudine, & salute, est habitus.

Ratio, nam habitus dicitur vno modo quo inclinatur potentia ad agendũ, vt scientię, & virtutes dicuntur habitus, supra q. 50. art. 1. & sic peccatum originale non est habitus, secundò habitus dicitur dispositio alicuius naturæ ex multis compositæ, secũdum quam bene, vel malè se habet ad aliquid, maxime cum huiusmodi dispositio fuerit velut in naturam versa, vt patet de sanitate, & ęgritudine, & sic peccatũ originale est habitus quia est quædam inordinata dispositio proueniẽs ex dissolutione illius harmoniæ in qua consistebat ratio originalis iustitię, vt ægritudo corporis est quædam inordinata dispositio corporis secũdũ quam soluitur æqualitas in qua consistit ratio sanitatis, vnde peccatum originale dicitur languor naturæ. Et in solutione ad primum hic D. Thom. d. quòd peccatum originale non est pura priuatio, sed habitus quidã corruptus, & in solutione ad vltimum d. quòd non est habitus acquisitus, nec infusus naturæ, sed per vitiatã originem innatus. Vnde vt hic d. Medina, peccatum originale non fuit peccatum luxuriæ. Gen. 3. nec fomes aut concupiscẽtia in renatis, quæ peccatum non est, nisi ei consentiatur, vt definitur in Tr. Conc. sess. 5. de peccato originali, siue illa concupiscentia sit animæ siue carnis, quia remanet ad agonem etiam post deletum peccatum originale per baptismum, vt ibi diffinitur Can. 5. vt effectus quidam peccati originalis, & nõ vt ipsum peccatum. Nec est etiam amor terrenorum, quia sic est peccatum actuale non originale, nec etiam, est priuatio originalis iustitiæ quia talis priuatio in Adam nõ fuit peccatum, sed peccati effectus, ergo nec in nobis.

2 Peccatum originale vnũ est in vno hoĩe, & nõ plura, & etiã vnum spẽ in oĩbus hominib.

Secunda propositio. In vno homine vnum est numero peccatum originale, & non plura, in omnibus etiam hominibus est specie vnũ, licet pluralitatis nomine quandoq; appelletur, probatur ex Conc. Tr. loco cit. Can. 4. vbi statuitur peccatum originale esse vnum origine, sed inesse cuique proprium.

Ratio, quia solum primum peccatũ primi parẽtis in posteros traducitur. q. præc. art. 2. vnde in vno homine est vnũ numero, vt in omnibus hominibus est vnum proportione in respectu, scilicet ad primum principium, secundò ratio eius sumitur ex ipsa essentia originalis peccati

peccati, quia in omni ord nata dispositione vnitas speciei, consideratur ex parte causę, vnitas verò secundùm numerũ ex parte subiecti, vt patet in infirmitate corporali, quia diuersæ sunt q̃ ex diuersis causis procedunt, vt ex superabundãtia calidi, vel frigidi: vel ex læsione pulmonis, sed vna ægritudo ĩ vno homine secundùm speciem non est, nisi vna numero. Causa verò huius dispositionis corruptæ est vna tantum .s. priuatio originalis iustitię, per quam sublata est subiectio humanæ mentis ad Deum, ideò peccatum originale est vnum specie, & in vno homine vnũ numero, in multis hominibus vnum specie proportione diuersum numero. Et hoc peccato originali denominamur peccatores tanquam à causa efficiẽti, à quo peccatum in omnes pertransijt, vt & nominamur iusti à iustitia Christi, non quòd sit causa formalis quare iusti simus, sed quòd à iustitia Christi omnis nostra iustitia deriuatur.

3 peccatum originale qd sit formaliter, & qd materialiter.

Tertia propositio. Peccatum originale formaliter est priuatio iustitiæ originalis, materialiter, & denominatiuè est concupiscentia. Vel peccatum originale est primum peccatum in nos à primo parente origine trãsfusum, scilicet inobedientia illa, & transgressio legis in nos origine transfusa, vel obliquitas, & deuiatio à lege debita nostræ naturæ per modum habitus affixa, vel priuatio ordinis, & subiectionis, quã mens nostra erga Deum habebat in statu originalis iustitiæ.

Ratio, nã quodlibet habet speciem à sua forma, sed species peccati originalis sumitur ex sua causa, vnde id ꝙ in peccato originali est formale, oportet ꝙ sumatur ex parte causæ peccati originalis, oppositorũ verò oppositæ sunt causæ, causa ergo peccati originalis attenditur ex parte originalis iustitiæ ei oppositæ, sed tota ordinatio originalis iustitiæ, erat ex hoc ꝙ volũtas hominis erat Deo subiecta, quæ subiectio principaliter erat per voluntatem cuius est mouere omnes alias partes in finem, supra q. 9. art. 3. vnde ex auersione voluntatis à Deo consecuta est inordinatio in omnibus alijs animæ viribus, & sic priuatio originalis iustitiæ est formale in peccato originali: inordinatio verò aliarum viriũ aĩæ se habet vt materiale, inordinatio verò aliarum viriũ potest dici concupiscentia, & sic est materialiter concupiscentia, formaliter priuatio originalis iustitiæ. In eo verò ꝙ dicitur peccatum originale consistere in priuatione iustitiæ originalis. Notandum, ꝙ in iustitia originali tria reperiuntur: primò, donum ipsum, cuius priuatio non est peccatum originale; secundò, subiectio mentis ad Deum; tertiò, rectitudo virium inferiorum ad rationem, & corporis ad animam: prima rectitudo erat quasi formalis, & primaria, secunda, quasi materialis, quæ ex prima deriuatur. Vnde priuatio primæ rectitudinis, & subiectionis ad Deum, non est effectus peccati in Adam, sed ratio formalis ipsius: priuatio verò aliarum rectitudinum fuit in Adam peccati effectus, vt d. Medina, vel clarius iuxta Valent. peccatũ originale essentialiter cõsistit in priuatione iustitięoriginalis nõ absolutè, vt huiusmodi qualitas erat, quæ & corpus animæ, & sensualitatem rationi, & rationem ac mentem Deo subijceret, sed præcisæ prout hoc vltimũ homini præstabat, subiectionẽ, scilicet & conuersionem mentis ad Deum, qui præcipuus erat originalis iustitiæ effectus formalis: subiectio verò mentis ad Deũ, si in actu consideretur est recta ratio, qua mens Deo dignè seruit, vt dño & fini, quę rebus omnibus anteponit: subiectio verò in habitu considerata est quædam bona habitudo mẽtis ad Deũ, vt dñm, & sic promptitudo ad seruiendum illi vt vltimo fini: vt habetur Mat. 6. nemo potest duobus dñis seruire. Ps. 61. Rom. 6. & hic peccatũ originalẽ intelligitur esse priuationem illius subiectionis in habitu. s. illius prõptitudinis seruiendi Deo, & qua potuissent omnia peccata mortalia vitari, idq; actionibus nõ solùm naturalibus, sed etiam supernaturalibus: Concupiscentiæ verò nõie intelligitur volũtas, & intellectus, & aliæ animæ potentiæ, quæ destitutæ originali iustitia manẽt inordinatæ priuatinè,

tiuè, quatenus carẽt facultate exequen di perpetuò suas actiones re, secundùm peculiares rationes suorum contrariorum, & contrariè vt sunt procliues ad obiecta contraria rationi.

4 peccatum originale æqualiter est in omnibus.

Quarta propositio. Peccatum originale ęqualiter est in omnibus, probatur Rom. 5. nam hoc peccatum est peccatũ naturæ, natura verò oĩbus est æqualis.

Ratio, nam in peccato originali sunt duo: primò, defectus originalis iustitiæ: secundò, relatio huius defectus ad peccatum primi parentis, à quo per vitiatã originem deducitur, quò ad primũ peccatũ originale non recipit magis, & minus, supra q. 13. similiter nec quò ad secundum, quia æqualiter omnes habent relationem ad primũ principiũ primæ originis vitiatę, ex quo peccatum originale recipit rationem culpæ, quia relationes non recipiunt magis, & minus: vnde peccatum originale nõ est magis in vno, quàm in alio. Præterea peccato originali in omnibus debetur æqualis pœna. s. carentia diuinæ visionis, quę est omnium quas damnati patiuntur, mitissima: vt d. Aug. in Ench. c. 93. & habetur in c. maiores. de baptis. vltimò, nam omnes in Adam peccauimus, quia in eius lumbis omnes eramus, ergo.

SVMMARIVM.

1 Peccatum originale an sit in carne, vel anima, vel Adam.
2 Peccatum originale an sit in essentia animæ, vel in potentijs.
3 Peccatum originale prius inficit voluntatem, quàm alias potentias.
4 Potentiæ quæ per peccatum originale sint magis infectæ.

De subiecto peccati originalis. Cap. XIII.

D. Tho. 1. 2. q. 83.

1 peccatum originale ã sit i carne, vel anima, vel Adam.

PRima propositio. Peccatum originale fuit in Adam, vt in prima causa principali: in semine verò corporali est vt in causa instrumentaria, at vt in subiecto nõ est in carne vllo modo, sed in anima.

Ratio, quid enim potest esse in alio, vt in causa principali, vel instrumentali: alio modo, vt in subiecto, peccatũ ergo originale fuit in Adam, vt in prima causa principali. Rom. 5. in quo oẽs peccauerunt. In semine corporali, vt in causa instrumẽtali, quia per virtutẽ actiuam seminis traducit̃ peccatum originale in prolem simul cũ natura humana, sed vt in subiecto est tm̃ in aĩa, & non in carne, quia sup. art. 2. hoc modo ex voluntate primi parentis peccatum originale traducit̃ in posteros, per quandã generatiuam motionẽ, sicut à voluntate vnius hoĩs deriuatur peccatũ actuale ad alias partes eius, in qua deriuatione attendi potest, ꝙ quicquid ꝓuenit ex motione voluntatis peccati ad quãlibet partẽ hominis, q̃ quolibet modo potest esse particeps peccati, vel per modum subiecti, vel instrumenti habet rationem culpæ, vt ex voluntate gulæ prouenit concupiscentia cibi ad concupiscibile, & sumptio cibi ad manus, & os, quę quatenus mouent̃ à volũtate ad peccatũ sunt instrumenta peccati, ꝙ verò vlterius deriuatur ad vim nutritiuam, & interiora membra, q̃ non sunt nata moueri à voluntate, non habet rationem culpæ; sic ergo cũ anima possit esse subiectũ culpæ, caro de se nõ, id ꝙ prouenit de corruptione primi peccati ad animã, habet rationẽ culpæ, ꝙ verò prouenit ad carnem, non, sed pœnæ. Dici tamen nõ potest, ꝙ anima in sui creatione inquinet̃, verè tamen dici potest, ꝙ ex infusione ĩ corpus coinquinetur, habito respectu ad corpus, cui infunditur nõ ad Deum infundentem. Nec etiam dici potest, ꝙ peccatũ originale propriè in Adam fuerit, prout est ab alio trausfusum, si debet esse originale, quale non fuit peccatum primi parentis, ꝙ à nullo accepit, & peccatũ originale meret̃ solùm pœnam dãni, at primo parẽti fuit data pœna sensus, ergo eius fuit. Nec etiã est dicendum melius esse homini non esse, q̃ habere peccatũ originale, quia si in hac vita id habet, facilè habet remedium. s. baptismũ, quo auferatur si post hanc vitam, habet solã pœnã damni, & aliqui volunt talem hr̃e fœlicitatem naturalem,

lem, quæ vita desiderabilis est, vt d. hic Medina, maximè cum sine propria culpa careant visione Dei.

2 peccatum originale an sit ĩ essentia animę, vel in potentijs. Secunda propositio. Peccatum originale primario est, vt in subiecto in essentia aĩæ; secundò, in potentijs illis q̃ voluntatis imperio subsunt, & ad subiectionem mentis erga Deum conferunt.

Ratio, nã animæ id est principaliter subiectum alicuius peccati, ad ꝙ primò pertinet causa motiua illius peccati, vt si causa motiua ad peccandum sit delectatio sensus, quæ pertinet ad vim concupiscibilem, vt proprium obiectũ eius, sequitur, ꝙ vis concupiscibilis sit proprium obiectum illius peccati, sed peccatum originale causatur per originẽ, vnde illud animæ, ꝙ primò attingitur ab origine hominis, est primum subiectum originalis peccati, sed origo attingit animam, vt terminum generationis secundùm ꝙ est forma corporis, ꝙ conuenit ei secũdùm essentiam propriam, p.p.q.76. art.1. ergo anima secundùm suam essentiam est primum subiectum peccati originalis. Præterea nasci ĩ peccato originali est nasci filium Adæ per actiuam generationẽ, sed filiatio ad potentias non refertur, sed ad essentiã, ergo, præterea peccatũ originale est peccatum naturæ, sed anima rationalis cõstituit essentiam, & naturam, ergo, vlterius iustitia originalis est idem cũ gratia gratum faciente, & hæc est in essentia non in potentijs.

3 peccatum originale prius inficit voluntatem, q̃ alias potẽtias. Tertia propositio. Peccatum originale prius inficit voluntatem, quàm alias potentias.

Ratio, quia in infectione peccati originalis, duo est considerare: primò, inhærentiam eius ad subiectum, & secundùm hoc primo respicit essentiam animæ. art. præc. secũdò, inclinationẽ eius ad actũ, & sic respicit potentias animæ, ergo oportet vt per prius respiciat illã quæ prius habet inclinationem ad peccandum, quę est voluntas, sup.q.24.art. 1.2. vnde per prius respicit voluntatem. Vt verò prædicta melius intelligantur: notandũ in originali iustitia, tria fuisse: primò, ipsum donũ iustitiæ originalis: secundò, subiectionẽ mentis ad Deum: tertiò, rectitudinem voluntatis, & aliarum potẽtiarum, ex his vltimis primũ locũ sibi obtinuit rectitudo voluntatis: secundò, aliarũ potentiarũ: sic in peccato originali priuatio iustitiæ originalis, pro formali est peccatũ originale essentialiter, primus verò effectus inde secutus fuit defectus subiectionis ad Deum voluntatis ipsius, secũdus fuit defectus talis subiectionis appetitus sensitiui, & aliarum potentiarum.

Quarta propositio. Potentia generatiua, vis concupiscibilis, & sensus tactus sunt magis infectæ, quàm alię potentię per peccatum originale. 4 potentię q̃ sunt alijs magis infectæ per peccatum originale.

Ratio, nã illa corruptio dr̃ infectio, q̃ in aliud nata est transferri, vt lepra, scabies, & hmõi infectiones dicuntur: corruptio verò peccati originalis traducitur per actũ generationis, vt sup. vnde potentiæ, q̃ ad hunc actũ concurrunt, dicuntur maximè esse infectæ, sed hmõi actus deseruit generatiuæ, quatenus ad generationẽ ordinatur, habet verò in se delectationẽ tactus, ꝙ est obiectũ maximũ concupiscibilis, ideò oẽs partes animæ dicuntur corruptę per peccatũ originale, maximè aũt tres p̃dictæ. Peccatum tñ originale ex parte qua inclinat ad peccandum, præcipuè pertinet ad volũtatem, sed ex ea parte qua traducitur ad prolem proximè pertinet ad p̃dictas potentias, generatiuã, &c. remote verò ad voluntatẽ. Quo verò ad pęnã peccati originalis dicendũ est probabiliter, cũ nil de fide circa hoc sit definitũ, hoc peccatum si solum sit sine peccato mortali personali, puniri tm̃ pœna damni, q̃ est carentia diuinæ visionis, & gloriæ, quæ pœna licet ĩ se grauissima sit, mitissima tñ est inter oẽs quas damnati patiũtur, vt d. Aug. loco supra cit. & probabile est hãc priuationem secum afferre tristitiã ob hmõi priuationem, cũ se videant priuatos diuina visione, & supernaturali beatitudine. D.Th. tñ, & alij 2.dist.33. q.2.art.2.& q.5.de malo.art.3. d. ꝙ tales infantes Deũ diligent ea dilectione, quæ per naturã haberi potest, & sic habebunt naturalem fœlicitatẽ, quæ non adest cũ tristitia, quæ opinio est mitior, præcedens tñ videtur verior, ob effectũ

quem in aĩa separata causat talis carentia, vt patet ẽt in existentibus in purgatorio, de quo loco suo, quos credibile est tristari de dilatione visionis diuinę.

SVMMARIVM.

1 Peccatorum causa an sit tantum cupiditas.
2 Superbia an sit initium omnis peccati, & quomodo.
3 Peccata alia capitalia sunt præter superbiam, & auaritiam.
4 Peccata capitalia sunt septem & conuenienter.

De causa peccati secundùm quòd vnum est alterius causa. Cap. XIIII.

D.Tho.1. 2.q.84.

1 peccatorũ causa ã sit tantũ cupiditas.

PRima propositio. Cupiditas si sumatur pro inordinato appetitu diuitiarũ est causa omnium aliorum peccatorũ, probatur 1. Tim.6. radix omniũ malorum cupiditas est, & Chris. hom. 17.in ep.1.ad Timot.inquit: Fugiamus malorum radicẽ, & omnia vitabimus; idem Iren.lib.2. de summo bono. c.41. & Eccl.10. nihil scelestius auaro; est tamen & ex alijs perturbationibus.

Ratio, secundùm q̀ cupiditas est appetitus inordinatus diuitiarũ, sic enim dr̃ radix oĩum peccatorum ad similitudinem radicis arboris, q̃ alimentum p̃stat toti arbori, nã per diuitias homo acquirit facultatẽ perpetrandi quodlibet peccatũ, & eius desideriũ habendi, quia ad habenda q̃libet temporalia bona homo potest per pecuniã iuuari. Eccl.10. obediunt oĩa pecuniæ. Alij verò dicunt cupiditatem tripliciter accipi: primò, pro appetitu inordinato diuitiarũ, & sic dicunt esse spirituale peccatum; secundò, pro quolibet appetitu inordinato cuiuslibet tẽporalis boni, & sic est genus oĩs peccati, cum peccatũ sit inordinata conuersio ad bonum commutabile, sup. q. 72.art.5. Tertiò, prout significat quandam inclinationẽ naturæ corruptæ ad bona corruptibilia, inordinatè appetenda, & sic dicunt esse radicẽ oĩum peccatorũ, ad similitudinẽ arboris, qui ex radice capit alimentũ, sic. n. ex amore rerum temporaliũ oẽ peccatũ procedit, q̃ licet ĩ se vera sint, tñ D.Th. d. primũ esse magis de mẽte Apostoli. Vel ideò cupiditas est radix oĩum malorũ, quia qui pecuniã amat inordinatè, nihil nõ eius adipiscẽdæ causa facit. Eccl.11. si etiam cupiditas accipit̃ pro inordinato amore oĩs boni temporalis, sic est radix omnis peccati, & omne genus peccati.

2 Superbia an sit initium oĩs peccati, & quomodo

Secunda propositio. Superbia, prout dicit appetitũ inordinatũ propriæ excellentiæ, initium est oĩs peccati, probatur Eccl.10. initiũ omnis peccati superbia. Idem asserit Aug. lib.11. de Gen. ad literam.c.14. Greg.lib.31. Mor.c.31.

Ratio, nam in actibus voluntarijs, vt sunt peccata duplex ordo inuenitur .s. intentionis, & executionis. In primo ordine habet rationem principij, & finis, sup.q.1.art.1. ad primum. Finis verò in oĩbus tẽporalibus bonis acquirendis est vt homo per illa quandã perfectionem singularẽ, & excellentiã habeat, ideò ex hac parte superbia, q̃ est appetitus inordinatus propriæ excellẽtiæ ponit̃ initiũ oĩs peccati, sed ex parte executionis est primum id q̀ p̃bet opportunitatẽ adimplendi oĩa desideria peccati, q̀ habet rationem radicis, s. diuitiæ; ideò ex ea parte auaritia dr̃ radix peccatorũ art. præc. Alij tñ dicunt superbiã tripliciter accipi: primò, pro appetitu inordinato proprię excellentię, q̀ est speciale peccatũ: secundò, pro actuali contẽptu Dei, quatenus .s. quis nõ vult subdi Dei p̃cepto, q̀ est generale peccatũ; tertiò, prout importat inclinationẽ ad hmõi cõtemptũ ex corruptione naturę, & sic est initium oĩs peccati, cũ respiciat peccatũ ex parte auersionis à Deo, q̀ est formale in peccato: cupiditas verò respicit peccatũ ex parte cõuersionis ad bonũ cõmutabile, ex quo peccatũ nutritur velut & fouet̃, q̃ licet sint vera in se, tñ D.Th. d. primã opinionẽ esse magis de mente sapiẽtis. Nec aduersatur Eccl.10. d. Initium superbiæ esse apostatare à Deo. Resp. q̀ apostasia ibi accipit̃ p̱ auersione à Deo, q̃ est cõis cõditio omniũ peccatorum.

3 Tertia propositio. Præter superbiam, & auaritiã sunt alia peccata capitalia, quæ sunt radix, & causa aliorum peccatorum, probat ex Greg. li. 31. Mor. c. 31.

peccata alia capitalia sunt p̃ter superbiã, & auaritiam.

Ratio, nam capitale dicitur à capite, caput verò propriè est membrũ animalis, ꝙ est directiuum eius animalis, vnde metaphoricè omne principium directiuum dicitur caput, & etiam homines qui alios gubernant, dicuntur capita aliorum; peccatũ ergo capitale vno modo à capite propriè dicitur, secundùm ꝙ capitis pœna punitur, de quo hic nõ est sermo, sed prout significat principiũ directiuum aliorum. Et ita vitium capitale dicitur ex quo alia vitia oriunt, & maximè secundùm originem causæ finalis, quæ est formalis origo, supra q. 18. art. 6. ideò vitiũ capitale non solùm est principium aliorum, sed etiam directiuum & ductiuum eorum, quia semper ars, vel habitus ad quem pertinet finis, imperat ea quæ sunt ad finem, vnde à D. Gregorio ducibus exercituum cõparatur. Notandum verò quòd vitia capitalia dicuntur à capite metaphoricè, quòd est origo, & quasi principium quoddam à quo existunt, & diriguntur motus animalium, & ideò vitium capitale dicitur id ex quo alia sæpè oriũtur, maximè secundùm rationem causæ finalis, nõ prout peccans potest ad finem vnius peccati alia peccata ordinare, qa id non cadit sub scientia, & arte secundùm habitudinem naturalem finium peccatorum in ordine ad obiecta aliorum peccatorũ, sed sic capitalia peccata dicuntur, quorum passiones habẽt quasdam rationes primarias mouendi appetitũ. Auaritia verò ponitur vitium capitale nõ solùm secundùm rationem causæ finalis, sed magis vt præstat executionem ad alia peccata, & est radix omnium malorum.

4 Quarta propositio. Conuenienter dicuntur septem peccata capitalia: superbia, auaritia, luxuria, inuidia, gula, ira, & accidia; probatur ex Gre. loco citat. & Cassian. lib. 5. de institut. cœnob. c. 1. & collat. 5. cap. 2.

Pcã capitalia sunt septem, & cõuenienter.

Ratio, nam vitia capitalia dicuntur, ex quibus alia oriuntur, maximè secundùm rationem causæ finalis, & sic quorum fines habẽt quasdam primarias rationes mouendi appetitum secundùm quarum rationum distinctionem distinguuntur peccata capitalia, sed aliquid mouet appetitum dupliciter: primò, directè secundùm se, & sic bonum mouet appetitum ad prosequẽdum, malum ad fugiendum. Secũdò, indirectè, & vt per aliud, vt cum quis malum prosequitur ob bonum iunctum, vel èconuerso fugit, sed bonum hominis est triplex: primò, quoddam bonum animæ, ꝙ ex sola apprehensione habet rationem appetibilitatis, vt excellentia laudis, vel honoris, quòd bonum inordinatè prosequitur inanis gloria: secundum bonum est corporis, ꝙ vel pertinet ad conseruationem indiuidui, ꝙ inordinatè prosequitur gula, vel ad conseruationem speciei, ꝙ inordinatè prosequitur luxuria. Tertium bonũ est exterius, scilicet diuitiæ ad quod ordinatur auaritia, & eadem quatuor vitia inordinata fugiunt quatuor mala contraria. Vel de ratione boni est, ꝙ sit quoddam perfectum, & fœlicitans ad quòd pertinet excellẽtia, quam appetit superbia, vel sufficientia, quam appetit auaritia in diuitijs. Tertiò, de ratione boni est delectatio. 1. & 10. Ethic. quam appetunt gula, & luxuria, quòd verò quis bonũ fugiat ob malum iunctũ, id est vel respectu boni proprij, [illegible]c est accidia, quæ ob laborem tristatur de bono spirituali, aut est de bono alieno, & si sit sine insurrectione ptinet ad inuidiam, quæ tristatur de bono alieno, vt est impeditiuum propriæ excellentiæ, aut est cum quadam insurrectione ad vindictam, & sic est ira, & ad eadem vitia pertinẽt prosecutio mali oppositi. Nõ negatur tamen aliquod peccatum quandoq; contingere ꝙ non ex his oriatur plerumq; tamen quodlibet ex his oritur: vt d. hic D. Thom. ad quintum. superbia tamen non numeratur à Greg. inter vitia capitalia, quia potius est regina omnium capitalium, quia finis ipsius est vniuersalissimus inter omnia vitia, sed vanagloria ponitur primum vitium capitale, quia est prima superbiæ filia.

SVMMARIVM.

1 Peccatum an corrsipat aliquo modo humanam naturam.
2 Peccatum nõ potest auferre totum bonum naturæ.
3 Ex peccato primo quatuor vulnera sunt infl:cta.
4 Peccati effectus sunt priuatio modi, speciei, & ordinis.
5 Peccatum an fuerit causa mortis, vel quid.
6 Mors, & alij defectus an sint homini naturales.

De effectibus peccati quò ad corruptionem boni naturæ. Cap. XV.

D.Tho.1. 2.q.85.

1 peccatum an corruperit aliquomodo humanã naturam.

PRima propositio. Humana natura per peccatũ aliquo modo fuit corrupta, & debilitata, probatur Ps.40. Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. Ps. 101. Percussus sum, vt fœnum. Ionæ 2. subleuabis de corruptione vitam meam dñe Deus meus. Matt. 9. non veni vocare iustos, sed peccatores. Rom. 8. ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis. & 2. Pet. 1. Ex Conc. Arausican. can. 1. d. per peccatum Adæ totum hominem secundùm animam, & corpus in deterius commutatum. & Trid. sess. 6. c. 1. d. liberum arbitrium per peccatum fuisse attenuatum, & inclinatum. Areop. c. 7. eccles. hier. Chris. hom. 30. ad pop. Ambr. libro 7. in Luc. August. libro de natura, & gratia. c. 5. 19. 20. & serm. 11. de verbis Apostoli.

Ratio, nam bonum humanæ naturæ tripliciter accipitur: primò, pro principijs naturæ ex quibus ipsa natura constituit & proprietates ex his causatæ, vt potentiæ animæ, & huiusmodi. Secundò, pro inclinatione quam homo habet ad virtutem, supra q. 63. art. 1. Tertiò, pro dono originalis iustitię, ꝙ in primo homine collatum fuit toti naturæ humanæ, primum bonũ, nec tollitur, nec minuitur per peccatum, tertium omnino est ablatum per peccatum primi parentis: secundum, minuitur per peccatum, quia per actus humanos fit inclinatio ad actus similes, supra q. 51. ar. 2. sed oportet ꝙ ex hoc ꝙ aliquid inclinatur ad vnum contrarium minuatur inclinatio eius ad aliud: vnde cum peccatum contrarietur virtuti ex hoc ipso, ꝙ homo peccat, minuitur bonum naturę, ꝙ est inclinatio ad virtutem. Hæc verò corruptio naturæ consistit non in defectu alicuius perfectionis, quæ ab intrinseco, & per se fuerit naturalis, vt constituens humanam naturam (prout constituit forma substantialis) vel ex principijs humanæ naturæ fluens, prout fluũt naturales potentiæ, vel earum propensiones, sed consistit in defectu doni supernaturalis, s. originalis iustitiæ, ꝙ tamen naturale homini dici potuit, prout naturæ humanæ ingenitum à principio erat, & ei congruebat, ac illam perficiebat ad rectè exequendas operationes bonas humanæ naturæ debitas, ꝙ probatur, nam scriptura d. id donũ quo homo est priuatus, fuisse donũ naturæ homini superadditum. vt Ps. 48. Homo cum in honore esset non intellexit. Eccles. 17. Deus creauit hominem, &c. & secũdùm se vestiuit illum virtute. Eph. 4. induite nouum hominem, vel donũ supernaturale, vt dicit Chris. hom. 15. in Gen. Cirill. lib. 1. in Io. c. 9. vel dũ dicunt hominem illa dignitate fuisse vestitũ, vt d. Amb. lib. de Isaac. c. 5. Aug. lib. 11. de Gen. ad literam. c. 31. & sic naturales proprietates, nec tolluntur, nec minuũtur per peccatum, quia sic remanent & in dæmonibus: vt d. Dion. c. 4. de diuin. nom. originalis tamen iustitia est totaliter ablata per peccatum, & inclinatio hominis ad virtutem per peccatum est diminuta. Vnus tamen magis, q̃ alius ad virtutem inclinatur, & talis inclinatio per habitus, & actus bonos etiã augetur, licet in se non crescat, nec minuatur, sed per aduentum nouæ formæ, scilicet exercitij &c. & habitus studiosus magis id facit quia homo vt est rationalis magis inclinatur ad bonum, & virtutem, q̃ ècontra ad malum, ꝙ est contra naturã hominis, vt est rationalis ab intrin-

intrinseco, sed est vt obstaculum ne natura, & eius recta inclinatio se exerceat in opere bono, in hoc sensu dicitur minuere bonum naturæ.

2 peccatum nõ potest auferre totum bonũ naturæ. Secunda propositio. Totum bonũ naturæ auferri non potest per peccatum. Inclinatio etiam naturalis ad virtutem non minuitur per peccatum, per alicuius rei ablationem, sed per appositionẽ impedimenti.

Ratio, nã prædicta inclinatio ad virtutem, ꝙ est bonum naturæ conuenit homini secũdùm ꝙ est rationalis, quia ex hoc habet ꝙ secundùm rationem operetur, ꝙ est agere secũdùm virtutem, per peccatum verò non potest omnino ab homine tolli ꝙ sit rationalis, quia iã non esset capax peccati; prædicta tamẽ inclinatio intelligitur, vt media inter duo, quia fundatur in natura rationali, & tendit in bonum virtutis, vt in terminum: & sic dupliciter minuitur: primò, ex parte radicis: secũdò, termini; primo modo non, quia peccatũ non minuit naturam: secundo modo sic quatenus ponitur impedimentum progrediendi ad terminũ, & quia minuitur ex parte impedimenti ne pertingat ad terminum, patet ꝙ minui potest in infinitum, quia in infinitum possunt impedimenta apponi secũdùm ꝙ homo potest in infinitum addere peccatum peccato, non tamen potest oĩnò consumi, quia semper manet radix talis bonę inclinationis: vt patet de diaphano, ꝙ habet inclinationem ad luminis susceptionem ex se, sed tamen huiusmodi habilitas, vel inclinatio minuitur ex parte nebularum superuenientium, ipso manente in radice naturæ. Vt verò prędicta melius intelligãtur, Notandum in anima nostra quinque bona reperiri: primò, actus studiosus rectæ rationi consonus, qui per actũ peccati contrarium omnino tollitur. Secundò, habitus studiosus operibus bonis acquisitus, qui per peccatum diminuitur, & per consuetudinem omnino tollitur. Tertiò, habitus infusi, qui per peccatum tollũtur exceptis fide, & spe, qui tunc tamen nomen virtutis nõ merentur. Quartò, potentia obedientialis, & habilitas ad recipiendam gratiã Dei, ꝙ bonum non potest totaliter auferri, quia est in essentia animæ, & nil potest exhaurire misericordiam Dei. Quintò, inclinatio ad virtutem, quæ nõ tollitur nec minuitur per peccatũ, quia est immortalis, minuitur tamen per peccatũ per modum impedimenti, quia peccata à Deo elongant, bonum tamẽ naturæ. i. inclinatio ad virtutem per peccata omnino tolli non potest etiam si in consuetudinem ducta sint, natura tamen dicitur corrupta peccato, quatenus est priuata iustitia originali, qua corpus animę sensualitas rationi, & ratio Deo plenè subiacebat, & sic sine difficultate exequebatur officium naturale earum virtutum, quarũ actiones lege naturæ præscribũtur, & in hoc sensu ab Amb. lib. 7. in Luc. dicitur homo ex peccato vulneratus in naturalibus, prout est priuatus dono iustitiæ originalis, quæ facilitatẽ ad prædictas actiones præbebat, & dicitur etiam spoliatus gratuitis, quia priuatus fuit gratia, & dono iustitiæ originalis, quæ & ipsa erat donum gratuitũ, & superadditum, quatenus etiã dabat facultatẽ ad actionęs naturales, distinguitur tamen ab ipsamet iustitia originali, & gratia, vt cõferebat ad actiones supernaturales, & ad acceptationem hominis ad beatitudinem.

Tertia propositio. Conuenienter ponuntur quatuor vulnera per peccatum primum inflicta, ignorantia, infirmitas, malitia, cõcupiscentia carnis, probatur ex Beda in Luc. 10. nã facultas illa quã iustitia præstabat, inerat in quatuor potentijs, intellectu, voluntate, concupiscibili, & irascibili, ideò dicitur natura accepisse quatuor vulnera, scilicet ignorantiam in intellectu, malitiam in voluntate, concupiscentiã in appetitu concupiscibili, infirmitatem in irascibili. 3 Ex peccato primo quatuor vulnera sunt inflicta.

Ratio, nam per iustitiã originalẽ ratio perfectè cõtinebat vires inferiores aĩæ, & ipsa ratio à Deo perficiebatur ei subiecta, quæ iustitia subtracta est per peccatum primi parentis, supra q. 81. ideò omnes vires animæ remanẽt quodammodo destitutę proprio ordine quo ordinantur ad virtutem, quæ destitutio dicitur vulneratio, quatuor verò sunt potentiæ

tentiæ animæ, quę possunt esse subiecta virtutum, sup. 61. q. art. 2. & q. 57. scilicet ratio in qua est prudentia, voluntas in qua iustitia, irascibilis, in qua est fortitudo, concupiscibilis in qua est temperantia, quatenus ergo ratio destituitur suo ordine ad verũ, dicitur ignorantia, quatenus volũtas destituitur ordine ad bonum dicitur malitia, quatenus irascibilis destituitur suo ordine ad arduum dicitur infirmitas, quatenus concupiscẽtia destituitur suo ordine ad delectabile moderatum ratione, dicitur vulnus cõcupiscentiæ, quæ vulnera infligunt toti humanæ naturæ per peccatũ primi parentis, & quia per peccatum actuale inclinatio ad bonũ virtutis minuitur, sup. art. 1. & 2. ideò ista quatuor vulnera surgunt ex alijs peccatis, quatenus ratio hebetatur in agendis, volũtas induratur ad bonum, difficultas benè agẽdi accrescit, concupiscentia magis exardescit.

4 Quarta propositio. Priuatio, modi, speciei, & ordinis, sunt effectus peccati.

Peccati effectus sũt priuatio, modi, speciei, & ordinis.

Ratio, quia modus, species, & ordo, consequitur quodlibet bonum creatũ, vt huiusmodi p. p. q. 5. art. 5. & ẽt quòdlibet ens, quia omne bonum, & ens consideratur secundùm aliquam formam, secundùm quam sumuntur species, sed forma cuiusq; rei substantialis, vel accidentalis est secundùm quãdam mensuram, vnde formæ rerum sunt vt numeri, 8. Metaphys. & ex hoc habet modum quẽdam qui mensuram respicit, ex forma verò sua quodlibet ordinatur ad aliud, ideò secundùm diuersos gradus bonorum, sunt diuersi gradus modi, speciei, ordinis, nam quoddam bonũ pertinet ad substãtiam naturę habens prædicta. s. modum, &c. & hoc non priuat, nec minuitur per peccatum, quoddã est bonum naturalis inclinationis habens prædicta, ꝙ minuitur per peccatum, sed non omnino, supra art. 2. quoddam est bonum virtutis, & gratiæ habens prædicta, ꝙ omnino tollitur per peccatum, quoddam bonum est ipse actus ordinatus habens prædicta, & huius priuatio essentialiter est ipsum peccatum. Notãdum verò, ꝙ inclinatio naturalis potentiarum per peccatum non sic est imminuta, quasi ipsa amiserit aliquam partẽ ipsius inclinationis, sed id accipitur ex parte obiecti, vt sit sensus, peccatum remouendo iustitiam, & sic corrumpendo naturam destitisse, quominus potentiæ promptè, & sine peccato perpetuò ferantur in bonum, & in hoc sensu dicitur effectus peccati, priuatio, ordinis, modi, & speciei, non vt his vocibus significetur rectitudo ipsa naturę nostrę, nec etiam potentiarum, quia hæc non amittitur, licet minuatur ex parte obiecti, vt est dictũ, sed vt significari potest his vocabulis rectitudo iustitiæ, & virtutum quas per peccatum amisimus, & bonarum actionũ, à quibus sæpè desciscimus ob eam naturæ corruptionem.

Quinta propositio. Peccatum primi parẽtis fuit causa mortis, & defectuum corporis in humana natura, non per se, sed quasi remouens prohibens, quatenus peccatum remouit iustitiæ donum, qua defectus isti fuissent impediti, & hi defectus remanent vt pœna peccati; probatur ex Aug. in Ps. 37. d. mortem, & alios defectus naturales esse pœnam peccati, ratione dicta, probatur Genes. 2. in quacunque hora comederis, morte morieris. Rom. 5. per vnum hominem &c. 6. stipendium peccati mors. Sap. 1. Deus mortem non fecit, sed impij suis manibus accersierunt eam. Eccl. 24. à muliere initium peccati. & diffinitur in Concil. Milenit. & Arausic. & Trid. sess. 5. & Africano. cap. 76. & latè id probat Aug. lib. 15. ciuit. cap. 15. 5

5 peccatum an fuerit cã mortis, vel quid.

Ratio, per se enim id est causa alterius, quòd secũdùm virtutem suæ naturæ, vel formæ producit suum effectum: vnde sequitur ꝙ effectus sit per se intentus à causa, vnde cũ mors, & huiusmodi effectus sint præter intentionem peccantis, patet ꝙ peccatum per se non est causa horum defectuum, per accidens quid est causa alterius; si sit causa remouens prohibens, vt vellens columnam per accidens, mouet lapidem superpositum. 8. Phys. & sic peccatũ primi parentis est causa mortis, & huiusmodi defectuũ in natura humana, quatenus per illud sublata est originalis iustitia, per quam & vires animæ ratione continebantur,

bantur, & totum corpus continebatur sub anima absque omni defectu p.p. q. 97. ideo ex hac subtractione sicut potentię animæ sunt vulneratę, ar. pręc. vnde in humana natura etiã sequuta est corruptio corporis per Dei ordinationẽ, quod habet rationẽ pœnæ, vt & alij defectus corporis. Et etiam per peccatum, vt ante est dictũ, vt ex eius effectu, natura passa est vulnus, & potẽtiæ destitutę, modo exposito, sic tamen vt illa vulnera per peccata personalia augeãtur, prout illis homo magis, ac magis recedit ab ordine iustitię, & magis se impedit quominus promptè virtutum officia exequatur, & ita se reddit ad vitia magis procliuem, in paruulis vero hęc corruptio consistit materialiter in eadem priuatione iustitiæ, in qua priuatione ratio formalis peccati originalis cõsistit; Vulneribus prędictis ex peccato originali inflictis alia accessere particularia, primò, quòd homo est in peccatis conceptus. Ps. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sunt, vbi per antonomasiam peccatum originale, licet sit vnum, omnia vocat, vt quòd virtute omnia contineat. Secundò, quòd animæ potentię sũt deordinatę, intellectus enim est obscuratus ne intelligat ea, quę Dei sunt, ad Deum nunquàm attollatur, & omnem aciem mentis ad terram deflectat, memoria vero sic est dissipata, vt Dei, & iudiciorũ eius non recordetur, imaginatio sic rebellis rationi, vt per temporis momentum in Dei cogitatu detineri nõ possit, & per orbem vniuersum, vt folium arboris circumfertur, appetitus noster nil aliud quęrit, quàm immũda, & fœda ac cupiti;tũ surgit amor proprius filius primogenitus peccati originalis, quo homo se plus amat quàm Deũ, & demum homo ex peccato originali degener sui est effectus, in bestiãque immutatus Ps. 48. homo cum in honore esset &c. & in sterquilinium exemplo Iob immissus gratuitis spoliatus bonis, in naturalibus vulneratus, & in potentijs debilitatus, modo quo supra.

6 Mors, & alij defectus an sint hoī naturales.

Sexta propositio. Mors & alij defectus non sunt homini naturales ex parte animę rationalis, sed bene ex inclinatione materię, & eędem sunt pœna peccati.

Ratio primi, quia natura particularis est propria virtus actiua, & conseruatiua cuiusq; rei secundum quam omnis corruptio, & defectus est contra naturã 2. de Cœlo, quia huiusmodi virtus intendit esse, & conseruationem eius in quo est.

Ratio secundi, nam natura vniuersalis virtus est actiua in aliquo vniuersali principio naturæ, vt in aliquo corpori cœlesti, vel superioris substantiæ, secundum, quod etiã Deus ab aliquibus dicitur natura naturans, quæ virtus intendit bonum, & conseruationem vniuersi, ad quod exigitur alternatio generationis, & corruptionis in rebus, & secundum hoc defectus, & corruptiones rerum sunt naturales, non secundum inclinationem formæ, quæ est principium essendi, & perfectionis, sed secundum inclinationem materię, quę proportionaliter tribuitur tali formæ secundum distributionẽ vniuersalis agentis, & licet omnis forma intendat proprium esse quantum potest, nulla tñ forma rei corruptibilis potest esse perpetua præter animam rationalem, quia non est subiecta omnino materiæ corporali, vt aliæ formæ p.p. q. 76 ar. 1. ad 4. vnde ex parte formæ naturalior est huiusmodi incorruptio quam alijs rebus corporalibus, sed quia habet materiam ex contrarijs compositã ex inclinatione materiæ sequitur corruptio in corpore, nõ vero ex parte formę. Et quòd ex parte est materiæ, vel humanæ naturæ in puris naturalibus consideratæ secluso peccato, vel gratia aut iustitia originali, homo esset naturaliter corruptibilis passibilis mortalis, & haberet repugnãtiam sensuum, patet quo ad primum, nam oportebat corpus humanum esse organum tactus, & egebat sensibus, & ideo opus erat, vt esse mediũ inter tãgibilia, & cõsequẽter vt esset cõpositum ex contrarijs, secundò, de anima, & sic esset corruptibilis ab extrinseco, Quod etiam sic fuisset repugnantia appetitus sensitiui, ad rationem, patet, quia obiectum eius est bonum delectabile secũdum sensum, & naturaliter mo-

uetur

uetur ad sensibilia, vt d. hic Medina, q̄rens etiam an Deus hominem potuerit facere impeccabilē, & quòd licet B. V. fuerit sine peccato, tamen mors in ea processit ex peccato Adæ, dato quòd nō fuerit concepta in peccato originali, quia habuisset iustitiā originalem peccato sublato, quòd prædicta impedisset, & quòd etiam mors in Christo, fuit pœna peccati, non ipsius in quo non fuit, sed peccati aliorum.

SVMMARIVM.

1 Macula quid sit.
2 Peccatum causat maculam in anima, & quomodo.
3 Macula manet in anima ex peccato & quomodo.

De macula peccati. Cap. XVI.

D.Th.1.2 q.86.

1 Macula quid sit.

Notandum, quòd macula in proposito per metaphoram dicitur priuatio alicuius perfectionis, quæ sit vt nitor animæ, sicut macula in corpore est priuatio nitoris corporis. Hoc not.

2 Peccatum causat maculā in anima, & quomō.

Prima sit propositio. Peccatum causat maculam in anima, probatur, nam scriptura vocat peccatum inquinamentum. Deut. 32. peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus Es. 4. si abluerit dominus sordes filiarum Sion. Ezech. 36. effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

Ratio, nā macula in corporibus propriè dicitur quādo corpus nitidum perdit suum nitorem ex contactu alterius corporis, vt vestis, aurum, & huiusmodi, ideo in rebus spiritualibus ad huius similitudinem accipitur, habet vero homo duplicem nitorem, primum ex refulgētia luminis naturalis rationis per quam dirigitur in suis actibus, alium ex refulgentia luminis diuini, scilicet sapientiæ, & gratiæ per quam homo ēt perficitur ad bene, & decenter agēdum, & est velut quidam animæ actus, qū hæret aliquibus rebus per amorem, sed cum peccat hæret aliquibus rebus contra lumen rationis, & legis Diuinę, supra q.71. art. 6. vnde ipsum detrimentū nitoris ex tali contactu proueniens metaphorice dicitur animæ macula. Et ita peccato incurritur aliqua macula, ratione saltem, distincta ab ipso peccato, & ratione eo posterior, quia in omni peccato est priuatio alicuius perfectionis ad animam per se, vel secundū eius potētias pertinentis, vel actualis, vel habitualis, quæ priuatio si consideratur, vt est defectus perfectionis debitæ ex aliqua lege, est formaliter peccatum, si vero cōsideratur, vt est defectus perfectionis, quæ suo modo esset velut decus quoddam animæ, est quædam animæ macula, ordine saltem rationis ex peccato ipso consequens, & hæc macula contrahitur, non quia res in qua peccatur sit turpis, quia quę foris sunt non possunt sua naturali qualitate in animā infundere maculas, sed quòd est intus animā maculat, scilicet hominis affectio amor inordinatus quibus inhæret anima, & cōplacet peccando, bono incommutabili deserto, vt d. hic Medina, quę macula non est sola relatio rationis, sed priuatio decoris gratiæ, & pulchritudinis spiritualis, quæ facit hominem, Deo ingratum & inuitum.

Secūda propositio. Macula manet in anima peccato transacto, probatur. Iosue. 22. vsq; in præsentem diem macula huius sceleris in vobis manet. Matth. 25. ite maledicti in ignem æternum. Ps. 118. contritio, & infelicitas in vijs eorum, & Ps. 13. Sap. 5. & late Deut. 27. vbi narrantur pœnæ contra peccatores statutæ. 3 Macula manet in animapeccato transacto.

Ratio, nam macula importat quendam defectum nitoris art. pręc. ob recessum à lumine rationis, vel Diuinæ legis, ideo dum homo manet extra huiusmodi lumen manet in eo macula peccati, sed vt redit ad lumen rationis, & diuinum q̄ fit per gratiam, tunc macula cessat, licet vero cesset actus peccati quo homo recessit à lumine rationis, vel legis diuinæ, non tamen statim homo ad id redit in quo fuerat, sed requiritur aliquis

aliquis motus voluntatis cõtrarius primò motui, vt si quis ab alio distet per aliquem motum cessante motu non fit ei vicinus, sed oportet, ꝙ ei propinquet rediens per motum contrarium. Et ita macula remanet in anima peccato transacto, quæ est priuatio gratiæ, & recti ordinis rationis, quatenus in ijs consistit velut quidam nitor animæ, vnde vt gratia & rectus ordo rationis dicitur nitor animæ, prout eam reddit gratam, sicut nitor corporis reddit idem iucundum ad aspiciẽdum, sic priuatio gratiæ & recti ordinis rationis dicitur metaphorice macula, quia etiam ex peccato velut ex contactu alicuius inferioris rei immundę prouenit, sicut macula corporis prouenit ex contactu corporis vilioris. Ex his sequitur maculas peccatorum posse esse diuersas, quia licet priuatio nitoris gratiæ sit vna, causæ tamẽ huius priuationis pñt esse diuersa peccata, secundò sequitur ex parte causæ maculas posse etiã esse inequales, quia etiam peccata sunt inequalia, tertiò sequitur maculam non esse id quo formaliter homo post peccatum dicitur peccator, sed solum materialiter, quatenus ipsa priuatio nitoris gratiæ, est peccatũ habitualiter manens, scilicet priuatio gratię, vt necessaria ad finem, in qua priuatione cõsistit peccatum illud manẽs, quòd tollitur per Christi gratiã, macula vero formaliter est priuatio gratiæ, quatenus gr̃a metaphorice est quidã nitor animæ, & sic materialiter tantũ macula denominat peccatorem, quartò sequitur maculam aliter esse effectũ peccati actualis quàm peccati personalis habitualiter manentis, & etiam peccati originalis, nam ab his peccatis macula nõ distinguitur materialiter cum eadẽ gratiæ, vel iustitiæ priuatio in qua hæc peccata consistũt sint macula; Ab actualibus etiã materialiter distinguitur macula, cũ ipsa præterierint, ipsa vero maneat. Et cum peccati personalis habitualis manentis, vel etiam peccati originalis macula sit effectus solum secundum rationem, quatenus ex hoc quòd anima priuatur gratia, intelligitur priuata etiã nitore quem gratia præstat, inde sequitur peccata venialia non eandem inferre maculam quã mortalia, quia non priuant gratia, aliquam tamen afferũt maculam. Proue. 20. quis potest dicere, purum est cor meum, quia per tale peccatum amittitur promptitudo vtẽdi expedite amicitia Dei, & feruor diminuitur, sequitur etiam auersionem à Deo vt ab vltimo fine esse effectum peccati mortalis, cui est annexa etiam offensa Dei, vt effectus peccati. vt d. Valẽtia.

SVMMARIVM.

1 Pœna debetur peccato diuinitus.
2 Peccatum an possit esse pœna peccati.
3 Peccato mortali debetur pœna ęterna, nisi per pęnitentiam deleatur, & cur.
4 Peccato an debeatur pœna infinita, & quomodo.
5 Peccatum mortale solum includit reatum pœnæ æternæ, non veniale.
6 Peccato peracto, manet reatus pœnæ, manente macula, & quandoque ea sublata, & quomodo.
7 Pœna an sit semper propter culpã, & quomodo.
8 Peccato alterius an vnus pro alio puniatur, & quomodo.

De Reatu pœnę, qui est tertius effectus peccati. Cap. XVII.

PRima propositio. Reatus pœnę est effectus peccati, vel pœna peccato diuinitus est decreta, probatur Ps. 36. iniusti punientur. Prou. 13. peccatores persequitur malum. Hier. 51. fortis vltor dominus reddens retribuet. Ps. 118. contritio, & infelicitas in vijs eorum. Matth. 25. ite maledicti in ignem ęternum. Sap. 5. Deut. 27. 2. Cor. 5. & probat Dion. c. 4. de diu. nom. D. Tho. 1. 2. q. 87. 1 Pœna debetur peccato diuinitus.

Ratio, ex rebus enim naturalibus ad humanas deriuatur, vt id ꝙ contra aliquem surgit ab eo detrimentum patiatur, in naturalibus enim vnum contrarium

rium

rium magis agit altero superuenienti, vnde aquæ calefactæ magis cōgelātur. 2. Meteor. & naturaliter quilibet deprimit contra se insurgentem, sed quæ continentur sub aliquo ordine sunt velut vnum in ordine ad principium ordinis, vnde ꝙ contra ordinem aliquem insurgit, consequens est, vt ab eo ordine, & & principio ordinis deprimatur. At cū peccatum sit actus inordinatus, patet ꝙ peccans contra aliquem ordinē agit, ideo sequitur ꝙ deprimatur ab eo ordine, quæ depressio est pœna, vnde secundum tres ordines quibus subditur humana voluntas, triplici pœna homo potest puniri, primò enim humana natura subditur ordini propriç rationis, secundò ordini exterioris hominis spiritualiter, vel temporaliter gubernantis politice, vel çconomice, tertiò vniuersali ordini diuini regiminis, sed prædicti ordines per peccatum peruertūtur quatenus quis agit cōtra ordinem rationis legem humanam, & diuinam, vnde triplicem pœnam incurrit vnam à se, quç est remorsus conscientiæ, aliam ab homine, tertiam à Deo. Et hic reatus pœnæ formaliter loquendo, in peccatore est tantum relatio rationis secundum quam peccator intelligitur dignus ea pœna quam Deus iusta voluntate, & lege illi intulit, & ad quam est obligatus, & hic reatus pœnç est quid medium inter culpam, & pœnam, reatus enim pœnç non est ipsa pœna nec deputatio ad pœnam, quia vtrunque horum bonum est, & à Deo est, esse vero reum pœnæ, vel dignum pęna malum est; Et per peccatum homo triplicem pœnā incurrit, primò remorsus propriæ conscientiæ, secundò subditur potestati, & homini gubernanti, tertiò Dei iudicio iuxtā vniuersale ipsius regimen, vt d. hic Medina.

2 Peccatum an possit esse pœna peccati.

Secunda propositio. Peccatum per se non potest esse pœna peccati, per accidens sic tripliciter, ex parte causæ, substantiæ actus, & effectus.

Ratio primi, nam peccatum per se consideratur, secundum ꝙ egreditur à voluntate, quia sic habet rationem culpç, de ratione vero pœnæ est, ꝙ sit contra voluntatem p.p.q.48.art. 5.

Ratio secundi, triplex est, primò ex parte causæ quæ est remotio prohibentis, quia causæ inclinātes ad peccatum sunt passiones, tentatio diaboli, & huiusmodi, quæ causæ impediuntur per auxilium diuinç gratiç quæ subtrahitur per peccatum, vnde cū ipsa subtractio gratiæ sit quædam pœna, & à Deo, supra q.79.art.3. sequitur ꝙ per accidens etiā peccatum, ꝙ ex hoc sequitur, dicatur pœna. Rom. 1. quia homines deserti ab auxilio diuinæ gratiæ vincuntur à passionibus, & sic peccatum dicitur pœna præcedentis peccati, secundò ex parte substantiæ actus quæ afflictionem inducit, vel sit actus interior, vt patet in ira, & inuidia, vel exterius, vt cū aliqui graui labore, & damno opprimūtur, vt peccent Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, tertiò ex parte effectus vt aliquod peccatū dicatur pœna respectu effectus subsequentis, & his duobus vltimis modis peccatum est pœna nedū præcedentis peccati, sed etiam sui. Et vlterius ēt, ipse defectus peccati, in quo ratio peccati consistit, nō vt peccatum est, sed vt iuste à Deo permissus quatenus formaliter est priuatio boni conuenientis naturæ, scilicet boni honesti, quod magis naturæ est commodum quàm vtile, vel delectabile, est pœna peccati præcedentis, & sui ipsius, prout formaliter consideratur, vt peccatum, scilicet vt est legis voluntaria pͥuaricatio, & defectio à perfectione debita ex lege, probatur. Rom. 1. propter quòd tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, & idem probat Aug. lib. 5. con. Iul. c. 3. quia est conueniens vt iniquitas peccati neq; ad momentum sine pœna existat debita, & ista est seuerissima, sed iustissima pœna, vt peccatum puniatur per subtractionem diuini beneficij, quo homo seruatur ne ruat in peccatum, & eo subtracto in pœnam pͤcedētis peccati. tum impulsu dęmonis, tum propria uerius voluntate homo facile in omne genus peccati labitur.

3 Peccatum mortali debetur pœ-

Tertia propositio. Omne peccatum mortale includit reatum pœnæ æternç antequàm per pœnitentiam deleatur, vel

na ęterna nisi delea tur per pę nitentiā. vel aliud sacramētum probatur. Matth. 25. ite maledicti in ignem ęternū. Mar. 3. qui autem blasphemauerit in Sp.S. non habebit remissionem in ęternum, sed erit reus ęterni delicti in c. voluisset de pœnit. d. 1. Iudith. 16. Es. vlt. Marci. 54. Greg. lib. 4. Dialog. c. 44.

Ratio, nam peccatum ob id inducit reatum pęnę quia peruertit aliquem or dinem, supra art. 1. sed manente causa manet effectus: vnde dum manet peruer sitas ordinis oportet, ꝙ maneat reatus pœnę, sed quis peruertit ordinem quan doque reparabiliter, quandoque irreparabiliter, defectus enim quo subtrahi tur principiū semper irreparabilis est, si vero saluetur principium eius virtute defectus alij sanari possunt, vt si corrū patur principium visiuum nō potest reparari lucis reparatio nisi diuina virtute, si vero ea salua alia impedimenta ad ueniant reparari possunt per naturam, vel artem, ideo si per peccatum corrumpatur principium ordinis, quo voluntas hominis subditur Deo, inordinatio de se est irreparabilis remota virtute diuina, principium vero huius ordinis est vl timus finis, cui homo hęret per charitatem, ideo peccata quæ auertūt à Deo charitatem auferentia quo ad se inducunt reatum pœnę ęternę. Nec obstat, quòd peccatum breui tempore finiatur, quia ad iustitiam pœnę non requiritur, vt secundum rei naturam pęna, quo ad omnes conditiones sit æqualis culpæ, quia nec in iudicio temporali seruatur, vt non diutius duret pœna, quàm actio praua. vt d. Aug. lib. 21. ciu. c. 11. In peccato vero statuitur duplex pœna damni, & sensus, quia peccatum habet auersionem à Deo, cui respondet pœna damni, & conuersionem ad creaturam, cui respondet pœna sensus, non quòd defor mitas auersionis puniatur pęna sola dā ni, & ecōtra, quia vtraque punitur pęna damni, & sensus, sed id dicitur ratione congruentiæ, vt auersioni respōdeat pœ na damni, conuersioni pœna sensus, ꝙ maximè procedit in peccatis commissionis, quia in peccatis omissionis nō est proprie conuersio, nisi forte implicite, & virtualiter, vnde in peccato omissionis sat est auersio ad incurrendū vtrāq; pœnam, peccatum vero originale caret pœna sensus. Et pœna debetur peccato ex iustitia, quæ tantum tribuit peccato pœnę, vt est iustum id puniri, vt d. Aug. lib. 1. Retr. c. 9. idque vel secundum legem iustitię commutatiuæ, quæ consideratur, secundum legem, & voluntatē diuinam: vt d. Aug. li. de nat. boni. c. 31. & lib. de fide cōtra Man. c. 9. Vt scilicet & sit iusta pœna alicuius peccati quam ei Deus decreuit, vt & quam conditor legis humanę decernit, licet Deus in pę na statuenda grauitatem culpę, & alias circunstantias cōsideret, sic tamen vt diuina voluntas præcipue in hoc attendatur, vel secundum iustitiam distributiuam, secundum quam vnum peccatum magis altero, quia sit grauius, punitur, vt d. hic Valentia, & Medina alias congruentias iungens.

1 Peccato an debeat pœna infinita, & quomō.

Quarta propositio. Peccato mortali ex parte auersionis debetur pœna infinita, damni, scilicet perpetua amissio Dei, ex parte vero conuersionis respondet pœna sensus finita intensiue, extensiue vero infinita, probatur Math. 25. ite maledicti & c. verbo enim ite, denotatur pœna damni, & Dei priuatio, verbo in ignem pœna sensus.

Ratio, nam pęna proportionatur peccato, sed in peccato sunt duo, primò auersio ab incommutabili bono, ꝙ est infinitū, vnde ex hac parte peccatum est infinitum, secundò inordinata conuersio ad commutabile bonum, ex qua par te peccatum est finitum, quia bonū com mutabile est finitum, & ipsa conuersio est finita, quia actus creaturæ non possunt esse infiniti, Ex parte ergo auersionis, respondet pœna damni, quæ est infinita scilicet, amissio infiniti boni scilicet Dei, ex parte inordinatæ conuersionis respōdet pœna sensus, quæ est finita intēsiuè. Notandū vero pœnā dāni non esse ęqualem in omnibus peccatis, quia auersiones peccatorum sunt inequales, magis enim auertit à Deo infidelitas q̄ furtum, & maculæ non pro inde peccatorum non sunt æquales, ergo nec pœna damni quæ corrispondet auersioni, vnde qui in maioribus criminibus detinentur

tinetur magis cruciantur & excruciantur ex hac carentia Dei, vt ab hoste magis sibi inimico relegati, vt d. Abul. in Matth. c. 25. q. 640. pœna quoq; sensus est inequalis quoad intensionem, licet parsit quo ad perpetuitatem, probatur, Ps. 27. da illis secundum opera manuũ suarum & Ps. 61. quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua, & ratio est, quia vt prę̄mia bonorum sunt inequalia ordine iustitiæ iuxta diuersitatem meritorum, sic & pœna iuxta diuersitatem demeritorum, & ꝙ dicitur pœnam sensus non esse infinitam, intelligitur quo ad intensionẽ, cum nulla creatura sit capax pęnę infinitæ, quo tamen ad durationem est infinita quia perpetua, peccato etiã originali statuta est æterna pœna damni, probatur. Io. 3. nisi quis &c. Rom. 5. & est diffinitum in Cõc. Palestino. apud Aug. ep. 106. Mileu. apud eũdem ep. 90. & Tr. sess. 5. de peccato orig. Siricius papa. ep. 1. 2. Aug. serm. 14. de Verb. ap. & lib. 1. de pecc. mer. c. 23. Greg. li. 9. mor. c. 16. paruuli tamẽ pœna sensus non puniũtur, vt d. Naz. orat. in sanctum lauacrum. Amb. lib. 2. de Abraham. c. vlt. & habetur in c. maiores de bapt. ꝓbabile est tamen eos internam afflictionem habere ob hanc carentiam, ex naturali propensione ad Deum, licet mitior sit q̃ in alijs, cum intelligant sine proprię volũtatis culpa ea se carere, vt d. Aug. lib. 6. con. Iul. . 4. vt d. hic Valentia.

5 Quinta propositio. Solum peccatum mortale inducit reatum pœnę ęternæ, veniale non in se, probatur, ex Greg. 4. dialog. c. 19. d. Leuiores culpas post hãc vitam remitti, non ergo omnia peccata puniuntur ęterna pœna.

Peccatum mortale solũ includit reatũ pœnę eternæ non veniale.

Ratio, nam peccatum causat reatum pœnę æternæ quatenus irreparabiliter respugnat ordini diuinæ iustitiæ, supra art. 1. per hoc. s. ꝙ contrariatur ipsi principio ordinis, ꝙ est vltimus finis, sed in aliquibus peccatis est aliqua inordinatio non tamen per contrarietatem ad vltimum finem, sed solum circa ea, quæ sunt ad finem quatenus plus, vel minus debite eis intẽditur, scilicet saluo tamẽ ordine ad finem vltimum, vt si homo liceret animus ad rem aliquam temporalem afficiatur, nollet tamẽ per eã Deum offendere, contra eius præceptum faciendo, vnde huiusmodi peccato non debetur pœna ęterna, sed temporalis. Ex his clatum est peccata venialia in iustis puniri tantum pęna temporali, cum iustus non possit carere beatitudine, ergo oportet, vt quandoque careat pœna quæ repugnat beatitudini, pœna tamen venialis in damnato ratione status nunquàm finietur, quia in illo statu nulla erit remissio, ergo nec venialis, præterea pœna non condonatur peccato debita nisi Deus aliqua ratione eam pęnę solutionem acceptet, non est autem rationi cõsonum, quòd Deus aliquid acceptet à peccatore, & inimico damnato, præterea culpa venialis in damnato perpetuo durat, cum in inferno nulla fiat culpæ remissio, vt quæ Dei beneuolentiam requirit, ergo verisimile est etiam pœnã huiusmodi culpę in damnato esse perpetuam, vt d. hic D. Th. ad 3. Deus punit tamen citra condignum, vt & vltra cõdignum iustis dat præmium, vt d. hic Medina, de quo alibi cadit materia, vt & an peccata venialia remittantur in purgatorio, & an manẽte peccato tollatur, reatus ad pęnam in hac vita, in quo Medina sentit quòd nõ, etiam si peccatum sit veniale.

Sexta propositio. Post actum peccati, manẽte macula & auersione à Deo manet reatus pœnæ, post ablatam vero maculam per veram pœnitentiam aliquãdo remanet reatus pœnæ tẽporalis exoluendus, quæ tamen pęna, ablata culpa, non est proprie pœna, sed est pœna satisfactoria, primum patet ex dictis, supra, secunda patet ex ijs, quæ habentur tr. de pœnitentia sub. c. de satisfactione, & probatur. Apoc. 2. memor esto vnde excideris & age pœnitentiam 2. Cor. 7. quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam stabilem operatur in salutem. act. 2. Luc. 3. & 2. reg. 12. vbi remissa culpa Dauid, punitus fuit in morte filij, & dimisso peccato diffidentiæ Moysi, & Aaron. Num. 10. 14. in pœnam non potuere ingredi terram promissionis, & est diffinitum in Cõc. Tr. sess. 6. Can. 14. 30. 1. Cor. 11. 1. Cor. 5. 2. Cor. 2. Ex patribus Aug.

6 Peccato acto manet reatus pœnę manente macula & q̃nq; ea sublata, & quomodo

Aug.tr.124.in Io.de pecc. mer.li.2.c.34 Greg. li.9.in Iob.c.27.Hier in c.6.Oseę Amb.in Psal.37.& ijdem patres dicunt post pœnitentiam adhuc satisfaciend esse Deo ieiunijs orationibus &c.sic fatentes culpa remissa pœnam superesse; sic habet orig. Hom. 15.in Leuit. Cipr.lib.1.ep.3.& ep.8.Amb.li.ad virg. lapsam c.8.Aug.in Ench. c.70.& hom. 50.c 11.Hier.in c.1. Ioel. Chris.ho.22. ad pop.

Ratio, nam in peccato duo considerantur actus culpę, & macula sequens, quia cessante peccati actu, manet reatus in omnibus peccatis actualib⁹, quia actus peccati facit hominem reum quatenus trāsgreditur ordinem diuinæ iustitię ad quam non redit nisi per quādam recompensationem pœnæ, quæ ad ęqualitatem iustitię reducit, vt qui plus voluntati suæ indulsit quā debuit contra Dei præceptum agens, secundum ordinem diuinæ iustitiæ aliquid contra id ꝙ vellet spōtaneus, vel inuitus patiatur vt fit etiā in iniurijs hominibus factis, vnde patet post actum peccati manere reatum pœnæ, quo vero ad ablationem maculæ peccati sic auferri non potest nisi per hoc quod anima Deo coniungitur pro cuius distantia proprium nitorem amiserat, supra q.86.ar.1.quæ coniunctio fit per voluntatem, vnde macula non tollitur nisi homo ordinem diuinæ iustitiæ acceptet, vel sibi ipsi pęnam sponte sumendo in recompensationem culpæ præteritę, vel à Deo illatam patienter sustineat, pœna vero satisfactoria aliquid minuit de ratione pœnę, quia licet de ratione pœnę sit, ꝙ sit inuoluntaria, non tamen vt nunc, & sic est voluntaria, & sic amota macula, pōt manere reatus pœnę nō simpliciter, sed satisfactoriè. Et sic pœna damni remittitur remisso peccato quo ad culpam, pœna vero sensus, culpa dimissa, dimittitur quo ad perpetuitatem durationis, quo vero ad se totam simpliciter non remittitur, sed remanet adhuc pęna luēda pro grauitate auersionis nisi Iternus dolor sit tantus, vt sufficiat ad pœnam huiusmodi compensandam, vel baptismum quis suscipiat, quo tota pœna deletur. Rom.6.vt d.hic Valentia, qui optimè respondet argumentis sectariorū. Afflictiones vero, quę in hac vita eueniunt, quandoq; infligūtur, vt peccator puniatur, quādoq; vt corrigatur, aliqñ ne futura committat, nonnunquàm, vt si salus obtinetur, saluator amplius ametur, & si iustus percutitur merita magis cumulentur patientię, humilitatis, & animus magis accendatur ad desiderium glorię.

7 Septima propositio. Pœna satisfactoria nō semper est propter culpam, quia vnus pro alio potest sine culpa satisfacere, pœna vero proprie dicta, prout inuito infligitur, semper est propter culpam, pęna vero medicinalis ad exercitium virtutum inflicta, nō semper est propter culpam, probatur Iob.4.& ex Aug.lib.1.retr.cap.9. uersus finem, quo ad secūdam partem, quòd pœna est propter culpam.

Pœna an sit semper ꝓpter culpā, & quo modo.

Ratio, nam pœna vel est simpliciter, vel satisfactoria, si sermo est de satisfactoria sic eam quis ferre potest pro peccato alterius sicut & potest alterius debitum soluere. Simpliciter vero semper pęna habet rōnem ad culpam propriā, vel actualem, vt cum quis à Deo, vel homine pro peccato commisso punitur, vel ad culpā originalem principaliter, vel cōsequēter, principaliter pęna originalis peccati est, quia natura humana sibi relinquitur destituta auxilio originalis iustitię ad consequendū omnes pęnalitates, quę ex defectu naturę hominibus cōtingunt, sed quando quis patitur damnum in minori bono, vt potiori potiatur, vt rerum exteriorū pro salute corporis, in corpore pro salute animę, & pro gloria Dei, tunc huiusmodi damnum non est simpliciter damnum homini, sed secūdum quid, & habet rationem simpliciter non pœnę, sed medicinę, quia & ob sanitatem sumuntur potiones amarę, vnde huiusmodi quia propriè non habent rationem pœnę non reducūtur ad culpā, vt ad causam, nisi ad corruptionem naturę, ex qua prædicta sequūtur. Et sic quādoq; quis punitur, vt ex peccato pœnam accipiat, quandoque, vt corrigat, aliquando vt à peccato pre-

præseruetur, quandoque vt dum salus obtinetur,saluator magis ametur,vel si bonus punitur,merita cumulentur,humilitatis patientiæ, & desiderium futuræ vitæ magis exardescat,vt d.hic Medina post D.Th.vel vt d. hic Valentia, pœna quandoque sumitur pro damno, vel incommodo, ꝙ fit cōtra inclinationem rei, quæ iccirco priuatur aliquo bono conuenienti,& sic iusti hac pœna quandoq; puniūtur ad eorum salutem spiritualem, & alios bonos fines,vt Abac.1. quare respicis contemptores,& taces cō cultante impio iustiorem se, & Io.9.neque hic peccauit neque parentes eius,vt cœcus nasceretur, &c.& idem.Io.16.& Heb.11.quandoque pœna sumitur magis proprie pro incommodo,quo peccatum in aliquem per aliqđ incommodū vindicatur,& hęc pœna non incurritur sine culpa.Iob.4. quis vnquàm innocēs perijt.Ps.36.iunior fui etenim senui, & & non vidi iustum derelictum.& docet. Aug.1.retr.c.9.omnis pęna, si iusta est, peccati pœna est, & supplicium nominatur.

8 Peccato alterius an vnus pro alio puniatur, & quomō.

Octaua propositio. Pœna satisfactoria vnus punitur pro peccato alterius, pœna vero propriè dicta, vt supra,nullus punitur pro peccato alterius, pœna vero medicinali sic, vt populus pro rege,filius pro patre, in bonis vero spiritualibus nullus punitur pro peccato alterius.

Ratio,nam loquendo de pœna satisfactoria vnus potest alterius pęnam portare, prout sunt velut vnum artic.præc. quatenus vero sermo est de pœna pro peccato inflicta, vt pœna est, sic quilibet tantum pro suo peccato punitur, loquendo vero de pœna quæ habet rationem medicinæ, sic vnus pro peccato alterius punitur, cum detrimenta corporis,vel rerum exteriorum sint quædam pœnales medicinæ ordinatæ ad animæ salutē,vnde huiusmodi pœnis quis potest puniri à Deo, vel homine, vt filij pro patribus subditi pro dominis quatenus sunt quædam res eorum, & si filius in culpa patris participet habet tūc rationem pęnæ quo ad vtrumq; & se ꝙ peccat, & alium pro quo patitur, sed si careat culpa habet rationem pœnæ tantum respectu eius pro quo punitur, & quo ad eū qui punit habet rationē medicinæ,nisi ꝑ accidēs,quatenus eius peccato cōsentit, quia primo modo ordinatur ei ad bonum animæ si patienter sustineat, pœnæ vero spirituales non sunt medicinales,quia non ordinātur ad melius bonum, & secundum animā filius non punitur pro patre, quia secundum hoc non est res patris, Ezech.18.omnes animæ meæ sunt. Vt vero clarius id exprimatur notandum hic agi de pœna proprie accepta, prout per eam punitur peccatum,& in hoc sensu homo pōt cōsiderari scđm se prout differt à quolibet alio homine,& vtitur proprio libero arbitrio,& sic nemo punitur pro peccato alterius, sed eo tantum, quòd ipse commisit, & sic accipitur id Ezech.18. anima quæ peccauerit ipsa morietur filius &c.& 2.Cor.5. omnes stabimus,ante tribunal Christi,vt referat vnusquisque propria corporis siue bonum siue malum,& Gal.6.vnusquisque onus suū portabit. Aut potest considerari, vt est velut aliquid alicuius ratione necessitudinis,& sic vnus pōt puniri pro peccato alterius prout scilicet vnus in altero punitur,quia illa necessitudo potest efficere,vt ꝙ vnus exoluit alter cēseatur exoluere,idque vel ratione dominij aut cōsanguinitatem,vel charitatē, quo modo vnus in se debitum alterius suscipit, primò modo ob peccata parētum,vel principum, sæpe Deus puniuit filios Israel, & populos, vt Ex.20.ego sum Deus Zelotes.&c.& id late ꝓbat Aug.lib.6.con. Iul.c.12.multis exemplis & ob peccatū Solomonis filius eius regno est priuatꝰ. 3.reg.12. Secundò modo peccato hominum in Christo sunt vindicata,quia ipse sic voluit ex charitate. Esa. 53.propter scelus populi mei percussi eum, & Rom.8.qui proprio filio suo non pepercit,& hac charitate vnus potest, satisfactorie pro alio iusto satisfacere pro pœna temporali.Vel vt d. hic Medina,pœna temporali potest quis puniri pœna, quæ sit medicina pro peccato alterius, potest etiam Deus innocentem priuare perpetuo visione beatifica, vt patet in

homine

homine condito in puris naturalibus,& iure potest occidere Deus aliquos pro peccato alterius, vt pars eorum, vt in diluuio, Pentapoli, primogenitis &c. & ẽt de potentia absoluta, potest innocẽtem mittere in infernũ; potest etiam ex Dei misericordia vnum peccatum esse medicina pro alio, & cedere in bonum, vt d. Aug. lib. de corrept. & gratia. cap. 11. & etiã potest quis puniri in aliquibus bonis spiritualibus pro peccato alterius, vt in prædicatione: vnde Deus minatur se non missurum prædicatores pro peccatis populi. Deut. 17. in gratia verò charitate, & gloria nemo punitur pro alio, quia in his bonis quisque recipit secundùm opus suum, vt supra; potest etiam quis puniri in bonis spiritualibus parui momenti, vt bonum spirituale maius acquirat.

SVMMARIVM.

1 Peccatum veniale diuiditur contra mortale, & quomodo.
2 Peccatum veniale an distinguatur genere à mortali, & quomodo.
3 Peccatum veniale an disponat ad mortale, & quomodo.
4 Peccatum veniale an fiat mortale, & vt cognoscatur vnum ab alio.
5 Peccatum veniale an fiat mortale ex circunstantia.
6 Peccatũ mortale ex genere an possit fieri veniale, & quomodo.

De peccato veniali, & mortali. Cap. XVIII.

D.Tho. 1. 2. q. 88.

PRima propositio. Peccatum veniale conuenienter diuiditur contra mortale.

1 peccatum veniale diuidit con tra mortale.

Ratio, nam aliqua secũdùm se non sunt opposita, quæ si accipiãtur metaphoricè sunt opposita, vt ridere, & arescere non opponuntur, si dicantur tamen de peccato opponuntur, similiter mortale, prout refertur ad mortem corporalem non opponitur veniali, quia sic non sunt opposita, sed diuersa, secus si mortale accipiatur in peccatis, nã cum peccatum sit infirmitas animæ, sup. q. 71. art. 1. peccatum mortale dr̃ ad similitudinem morbi, qui dr̃ mortalis, quia inducit defectũ irreparabilem per destitutionem alicuius principij, sup. q. 72. art. 5. Sed principiũ spiritualis vitæ, quæ est secundùm virtutem est ordo ad vltimũ finẽ, sup. q. 72. art. 5. qui si destitutus sit nõ potest reparari p aliquod principiũ intrinsecũ, sed solùm per virtutem diuinã, sup. q. 75. art. 3. cũ inordinationes eorum quæ sunt ad finẽ reparentur ex fine. Sed defectus ordinis vltimi nõ potest per aliquid aliud reparari, ꝙ sit principalius, vt nec error circa prima principia, ideò hmõi peccata dicuntur irreparabilia. s. mortalia; quæ verò peccata inordinationẽ habent circa ea quæ sunt ad finem conseruato ordine ad vltimum finẽ, sunt reparabilia, & dicuntur venialia; peccatum. n. tunc veniam habet qñ reatus culpæ tollitur, q cessat peccato cessante, sup. q. 87. ar. 6. & sic mortale, & veniale peccatũ opponuntur secũdùm reparabile & nõ, secundùm principiũ interius, non aũt per virtutem diuinam, quia potest oẽm morbum corporalẽ, & spiritualẽ reparare. Præterea, ꝙ hæc differẽtia sit peccati in mortale, & veniale, patet, nã in scripturis hr̃ quædam peccata sic esse grauia, vt prorsus alienẽt à Deo, nisi per pœnitentiam homo ad illũ cõuertatur, quædam verò sic leuia, vt stent cũ gratia, & amicitia Dei, ergo cõuenienter dr̃ mortale, ꝙ affert mortẽ animæ, auferens ei spiritũ, vel gratiã Dei, quæ dat homini esse diuinũ quodammodo, & intus ingenerans vitã spiritualẽ suo vigore, & diuinæ cõsortem naturæ, & veniale ꝙ est ita leue, vt sit venia dignum, nec alienet omnino à Deo, nec ponat inimicitiam inter Deum, & hoĩes. De peccatis primi generis loquitur Ps. 7. nisi conuersi fueritis, gladium suũ vibrauit. Ps. 31. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiã meã dño: & tu remisisti impietatem peccati mei. Ezech. 33. Impietas impij non nocebit ei, in quacunq; die conuersus fuerit ab impietate sua. Luc. 13. Nisi pœnitentiã egeritis, omnes simul perhibitis. De peccatis secũdi generis hr̃ Prou. 20.

Septies in die cadit iustus. Eccl.7. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum,& nõ peccet.1.Io.1. Si dixerimus, quia peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus. Iacob.3.in multis offendimus omnes,qui locus ab Aug.in Ench.c.78. intelligit de veniali. Matt.12.1.Cor.3. qui etiã locus ab Aug.lib.21.ciuit.c.26. Greg.4.dial.c.39. Ambr.ser.20.in Psal. 118.intelligitur de veniali. Ex Patribus Orig.hom.5.in Leuit.Chris.hom 16.in Matth.Amb.lib.2.de pœnit.c.10. Hier. in c.7.Matt. Aug.lib.3.con.duas ep.Pelag.Greg.lib.21. Mor.c.5. & in Concil. Mileuit.c.7.8. Tri.sess.6.c.11. definitur sanctos habere quædã peccata quæ cũ iustitia stare possunt,& vt nõ est conueniens, vt pro qualibet minima proximi offensa amicitia scindatur, sic nec vt amicitia Dei pro quolibet minimo peccato tollatur. Vnde peccatũ mortale cõparatur trabi,veniale festucæ. Mat.7.vbi Hier.mortale morti, veniale infirmitati, mortale dicitur obtenebrare, veniale obscurare.

2 Secunda propositio. Peccatũ veniale non differt genere à mortali, ꝙ iã consecutũm est veniam, nec ex causa differt à mortali, peccatum tamen veniale distat genere suo,genere & specie à peccato, ꝙ est mortale, & peccatũ veniale ex se,ex parte operantis põt fieri mortale.

peccatum veniale ã distet genere à mortali, & qũo.

Ratio,veniale.n.dr̃ quia veniam meretur,ꝙ intelligi potest, vel per pœnitẽtiã, & sic omne peccatũ est veniale per pœnitentiã secundũm Ambr.serm.4.de animab.purg.Secundò,dr̃ veniale,ꝙ habet in se vt veniã mereat̃,vel in toto,vel in parte: in parte,vt cũ culpa minuitur, vt ex infirmitate, vel ignorantia cõmissum, & sic dr̃ veniale ex causa. In toto, quia nõ tollit ordinem ad vltimũ finẽ, nec meretur pœnã æternã; & de hoc est sermo; & dicitur ꝙ hmõi habet genus determinatũ, vt quid sit mortale ex genere vel veniale,prout species, vel gen' actus specificatur ex obiecto, nã cũ voluntas tendit in aliquid repugnans charitati, per quã ordinatur in vltimũ finẽ, id peccatum ex suo obiecto habet ꝙ sit mortale,vel sit cõtra dilectionẽ Dei, vt blasphemia,periuriũ, & hmõi, vel proximi, vt homicidiũ,adulteriũ, & hmõi, quæ sunt mortalia ex genere,quandoq; voluntas fertur in id ꝙ in se est inordinatum, non tñ contrariatur dilectioni Dei, vel proximi, vt risus superfluus,verba otiosa, & hmõi sunt venialia ex suo genere; sed quia actus morales recipiũt rationẽ boni & mali non solùm ex obiecto,sed ẽt ex aliqua dispositione agẽtis, sup.q.78.art.4.contingit, vt id ꝙ est veniale ex genere obiecti, fit mortale ex parte agentis, vel quia in eo cõstituit vltimum finẽ, vel quia id ordinat ad id ꝙ est mortale ex genere, vt verbũ otiosum ad adulteriũ committendũ;sic ẽt ex parte agentis èconuerso mortale ex genere obiecti fit veniale, quia .s. actus est imperfectus.i.nõ deliberatus ratione,quæ est principium propriũ mali actus sup. q.76.art.10. Vel clarius loquendo, peccata possunt considerari formaliter, vt talia sunt.i.vt diuersè Deum offendunt, & diuersum pœnæ reatũ inducunt. Vel materialiter prout habent hoc vel illud obiectũ, vel priuant perfectione debita huius, vel illius virtutis; primo modo diuisio mortalis,& venialis, est accidentalis nõ essentialis, & sic subiecti in accidentia,quia maior offensa vel reatus, aut minor est posterius q̃ essentia peccati, essentialiter ẽt non distinguitur peccatum mortale,& veniale, quia mortale sit contra finem, veniale contra medium, quia mortale & veniale sunt contra finem & medium,vt adulterium est contra castitatem,& iustitiam, & mendacium contra fidelitatẽ, & veracitatẽ, & tñ est veniale q̃nque. Nec etiã distinguitur, quia veniale sit contra consiliũ, mortale contra præceptũ,quia vxorem ducere est contra consilium.2.Cor.9.& tñ nullum est peccatum; secundo modo si consideratur peccatum. s.materialiter, vt versatur circa tale, vel tale obiectum, sic diuiditur peccatum essentialiter in ea peccata mortalia, quæ dicũtur mortalia ex suo genere, vt furtum, fornicatio,&c.& in ea venialia quæ dicuntur venialia ex genere, vt verbum otiosum, &c. Et licet difficilè sit iudicare q̃ sint mortalia quæ venialia: vt inquit Aug.in Ench.c.78.tamen etiam iudicio pro-

probabiliter discerni potest vbi non adest iudicium diuinum: prima ergo regula sit ea esse mortalia ex suo genere, quæ nobis talia esse constat iudicio diuino sacris literis expresso, vt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, & huiusmodi. Gal. 5. Venialia verò quæ in sacris literis pro talibus reputantur, vt misceri vxori causa voluptatis, in iudicio cum alio contendere ex amore ad secularia. 1. Cor. 6. plus edisse vel bibisse quàm sit necesse, plus loqui, quàm oportet, risus immodicus, & huiusmodi, vt dicit Anselm. serm. 41. de Sanctis.

3 peccatum veniale à disponat ad mortale.

Tertia propositio. Peccatum veniale non disponit ad mortale ex genere, sed indirectè, ex parte agentis remouendo prohibens, vel per quandam consequentiam, prout per assuetionem venialium potest, ita crescere libido, vt in veniali quis ponat vltimum finem.

Ratio, nam dispositio est velut causa, causa verò quædã mouet directè ad effectum, vt calidum calefacit. Secundò, indirectè remouendo prohibens, vt remouens columnã dicitur remouere lapidem superpositum, & secundùm hoc actus peccati dupliciter ad aliquid disponit: primò, directè, & sic disponit ad similem actũ, prout in specie, & sic veniale ex genere nõ disponit ad mortale ex genere, cum differant specie, sed per hunc modum peccatum veniale potest disponere per quandam cõsequentiam ad peccatũ quod est mortale ex parte agẽtis, quia augmẽtata dispositione, vel habitu per actus peccatorum venialiũ, ita potest libido crescere, vt peccãs finẽ suũ cõstituat in peccato veniali, habenti. n. habitũ finis est operatio secundùm habitũ. Alio modo actus humanus disponit ad aliquid remouẽdo prohibens, & sic veniale potest disponere ad mortale, qui enim peccat venialiter ex genere omittit aliquem ordinem, ex quo assuescit voluntatem suam in minoribus ordini nõ subijcere, ex quo disponitur ad hoc quod voluntas non subijciatur etiam ordine vltimi finis, eligendo id quòd est mortale ex genere. Vnde cum venialia plurimum noceant, cauenda, quia & arena licet minuta, tamen si contemnatur nauem immergit, vt inquit August. lib. de decem chordis. c. 10. ad fin. & ea cauenda ob id esse suadet Aug. & eleemosinis, ieiunijs, ac orationibus redimenda. & lib. 21. ciu. c. 25. & serm. 144. de tempore. Hier. ep. ad Tesiphontem.

Quarta propositio. Veniale non potest fieri mortale sic vt idem actus numero primo sit veniale, postea mortale, quòd tamen est veniale ex genere potest fieri mortale dupliciter: multa tamen venialia non faciunt vnum mortale, nisi dispositiuè vt supra. 4 peccatum veniale à fiat mors.

Ratio primi, nam peccatum principaliter consistit in actu voluntatis, vt & alius actus moralis, vnde nõ dicitur vnus actus moraliter si voluntas mutetur, licet actio etiam secundùm naturam sit continua; si verò voluntas non mutetur, veniale non potest fieri mortale: veniale verò secundùm quòd in eo constituitur finis, vel quatenus refertur ad mortale, vt ad finẽ potest fieri mortale, sup. art. 2. Multa verò venialia integraliter non cõstituunt vnum mortale, quia omnia peccata venialia de mundo non possent habere tantum reatum vt vnum mortale, quòd patet ex parte durationis, quia mortale habet reatum pœnæ æternæ: veniale verò pœnæ temporalis, supra artic. 2. idem patet ex pœna damni, quia mortale meretur carentiã visionis diuinæ, cui nulla alia pœna potest cõparari, secundùm Chrisost. Idem patet ex pœna sensus, quò ad vermem cõscientiæ, licet fortè pœnæ sint improportionabiles: Dispositiuè tamen multa venialia possunt disponere ad mortale secundùm modum, vt supra art. 1. Et sic peccatum veniale manens idem numero in genere moris, non potest ob vllam rationem fieri mortale, vel contra, nec etiam si multiplicentur, vt latè hic probat Medina.

Vltra regulam verò supra traditam ad cognoscendum peccatum veniale à mortali, scilicet quando ita in scripturis statuitur, vt & de eo qui dicit alicui

fatue. Mat. 5. habetur, succedit alia regula, quando ecclesia sic statuit: tertia, vt consideretur causa, an cum plena deliberatione, & vsu libertatis peccatum sit admissum, nec ne, ob imperfectionem enim actus quædam peccata dicuntur esse venialia etiã si peccatum ex genere sit mortale, vt in peccato carnis delectari ex surreptione sine cõsensu est veniale, si enim ratio id aduertit, & non reprimit talem cogitationẽ, cũ potest sed deliberatè delectatur in ea sine cõsensu in actum, est mortale ob cõsensum interpretatiuum, vt supra est dictũ, tametsi difficilè sit iudicare quousque veniale, tunc se extendat Quarta, vt consideretur materiæ quantitas, quæ si parua sit, aliqua mortalia ex genere iudicãtur venialia, vt paruum furtũ. Quinta, si creatura diligitur, vel in ea quis delectatur, supra Deum, vel æque Deo, ita vt adsit animus eam nõ relinquendi, sed potius Deo mortaliter cõtraueniendi, est mortale, secus si ametur infra Deum, quia sic est veniale. Sexta, vt cõsideretur causa motiua, si enim quis committit veniale sub fine committendi mortale, vt dicendo verba otiosa causa alliciendi aliquem ad fornicationẽ est mortale. Septimò, attendi debet modus præcepti, si enim id prohibetur sub graui pœna, vt fuit esus pomi, erit mortale, qua de causa peccatũ originale etiã posteris est mortale. Octauò, vt considereť an actus sit cõtra pceptum diuinũ, vel humanũ, si.n. contra humanũ, non est mortale ei cõtrauenire ex causa graui rõnabili, vt d. Nau. prælud. 9. n. 14. vel si sit non contra, sed præter legẽ Dei, erit tm̃ veniale, vel si præceptũ contineat aliquid de credendo, vel diligendo Deum, vel necessaria ad proximi bonum, sic enim cõtrauenire erit mortale, si enim pręcipiatur aliquid tantum pertinens ad vrbanitatem, vel veritatẽ, & contraueniatur per mendacium iocosum non erit mortale. Nonò, si temporalia æternis præponuntur deliberatè, est mortale. Decimò, ꝙ si actus sit contra charitatem est mortale, si præter, veniale. Vndecimò, vt ĩ hoc stetur iudicio prudẽtum, & bonorum.

Quinta propositio. Sola circunstãtia non facit de veniali mortale, nisi transeat illa circunstantia in obiectũ mutãs speciẽ, ꝙ intelligiť de veniali ex genere, & de circunstantia q̃ non habeat simul rationẽ obiecti mutantis speciẽ, quia si intelligeretur de veniali non ex genere, sed ob imperfectionẽ actus, ob circunstantiã potest fieri mortale, vt si ad consensum nõ plenè deliberatum in fornicationem, postea accedat deliberatio. 5 *Veniale ſiãt mortale ex circunstãtia.*

Ratio, nã circũstantia, vt hmõi est accidens moralis actus, sup. q. 7. art. 1. contingit tñ circunstantiã accipi, vt differẽtiam specificã actus moralis, q̃ amittit rationẽ circunstantiæ, & constituit speciem moralis actus, ꝙ contingit in peccatis, qñ circunstantia addit deformitatem alterius generis, vt cũ quis accedit ad nõ suam est deformitas opposita castitati, ꝙ si accedit ad vxorẽ alterius additur deformitas opposita iustitiæ, quia vsurpatur res alterius, & sic cõstituitur noua species, q̃ dr̃ adulteriũ. Circunstantia ergo non põt facere de veniali mortale, nisi addat deformitatẽ alterius generis, nã veniale habet deformitatem, quia est inordinatum circa ea q̃ sunt ad finem, sup. art. 1. mortale verò respectu vltimi finis: vnde circunstantia sic manens nõ põt facere de veniali mortale, sed qñ transfert in aliam speciem, & fit velut differẽtia specifica moralis actus. Ex quibus colligitur peccatũ esse summopere vitandum, quòd fiet, Deo dante, tum considerando eius turpitudinẽ, & mala, ex his quæ in principio habentur, occasiones eius vitando, orationib. & pijs operibus se muniendo, & passiones moderando, acres mundi contemnendo, extrema considerando, & hmõi.

Sexta propositio. Mortale ex genere per additionem non potest fieri veniale, sed benè per subtractionem, idest per imperfectionem actus, qui non sit deliberatuss. 6 *peccatum mortale ex genere ã possit fieri veniale & qũo.*

Ratio, nam mortale, & veniale differunt, vt perfectum, & imperfectum in genere peccati, supra art. 1. ad primum. sed imperfectum per additionem potest fieri perfectum: vnde veniale per hoc quòd additur ei deformitas pertinens ad genus peccati mortalis, efficitur

citur mortale, vt cū quis dicit verbum otiosum vt fornicetur: perfectum verò non potest fieri imperfectum per additionem: vnde mortale nō fit veniale accedente ei deformitate pertinēte ad peccatum veniale, vt peccatum fornicantis non minuitur, quia dicat verbum otiosum, sed magis augetur, de genere tamē mortale potest fieri veniale ob actus imperfectionem, quia perfectè non pertingit ad rationem actus moralis, cum nō sit deliberatus, sed subitus, supra art.2. ꝙ fit per subtractionem deliberatæ rationis, & quia à ratione habet speciem moralis actus, ideò per huiusmodi subtractionem soluitur species. Et quia de hac materia pluries est dictum, ideò supersedeo alia nunc dicere.

SVMMARIVM.

1 Peccatum veniale an causet maculam in anima.
2 Peccata venialia quæ sint, & per quæ designentur.
3 Peccatum veniale non fuit in innocentia.
4 Angeli boni, vel mali non possunt peccare venialiter, sed mali mortaliter.
5 Peccata mortalia non sunt primi motus infideliū, & qui sint tales.
6 Peccatum veniale an possit consistere cum originali sine mortali, & quomodo in adultis.

De peccato veniali secundùm se. Cap. XIX.

D.Tho.1.2.q.89.

1 peccatum veniale ā causet maculam in anima.

PRima propositio. Peccatum veniale, propriè loquendo, nō causat maculam in anima; probatur ex gl.Eph.5.

Ratio, nam macula importat detrimentum nitoris ex aliquo contactu, ꝙ ad animam transfundit, art.1. q.præc. nam sicut in corpore est duplex nitor, vnus ex intrinseca membrorum dispositione, membrorū & caloris, exterior ex exteriori claritate superueniēte, ita in anima est duplex nitor. Vnus habitualis vt intrinsecus, alius actualis velut exterior fulgor, peccatum verò veniale impedit nitorem actualem, nō autem habitualem, quia non excludit, nec minuit habitum charitatis, & aliarum virtutum, sed solùm impedit earum actum, sed macula importat aliquid manens in re maculata: vnde veniale propriè non causat maculā, nisi secundùm quid, quatenus impedit nitorem qui est ex actibus virtutum. Dicitur tamen ꝙ peccatum veniale minuit feruorē charitatis, prout feruor charitatis secūdùm quid redundat in motus delectationis, & sic in vires inferiores, vt non solùm cor, sed etiam caro exultet in Deum, si enim accipiatur feruor charitatis essentialiter prout importat intensionem inclinationis amantis in amatum, sic non minuitur per peccatum veniale. Et licet Deus offendatur peccato veniali, nō tamen facit sic peccantem Deo displicere, quia non priuat eius gratia, vt dicit hic Medina.

Secunda propositio. Conuenienter designantur peccata venialia. 1.Cor.3. per lignum, fœnum, & stipulam; probatur ex Aug.lib.de fide & operib.c.15. 2 peccata venialia ā sint, & p quæ designentur.

Ratio prima, nam Apostolus Gal.5. d. ꝙ qui ædificat lignum, fœnum, & stipulam, saluus erit, quasi per ignem, sed committens mortalia non saluatur.

Ratio secunda, nam opera bona referuntur ad charitatem Dei, & proximi, ergo per prædicta non significantur, sed venialia.

Ratio tertia, nam sicut lignum, fœnum, stipula, congregantur in domo, & non pertinent ad substantiam ædificij, & possunt comburi ædificio manente, ita peccata venialia multiplicantur in homine manente spirituali ædificio, & pro istis patitur ignem, vel temporalis tribulationis ī hac vita, vel purgatorij, post hanc vitam, & tamen consequitur salutem æternam. Et hæc peccata venialia sunt plus cibi, vel potus, quàm opus sit sumere, non ex contemptu, vel ex ebrietate, quia sic est mortale quādoq;, plus loqui, quàm oportet plus tacere, quàm expedit, nisi sit p̄latus in quo taciturnitas est mortalis, pauperes importunè petentes exasperare, prādere alijs ieiu-

ieiunantibus non in die ieiunij, ob somnum, tardius ad ecclesiam ire, vxorem excepto filiorum desiderio cognoscere, tardius carceratos, vel infirmos visitare, negligere concordare discordes, ꝙ in Prælato tamen est mortale. Vxorem filium seruum, vel proximum plus exasperare, quàm oportet, alicui plus blandiri, vel maiori personæ adulari, non tamen probando malum quòd quis habet, quia sic est mortale, nimis verò extollere bonum, vel attribuere ꝙ non habet est veniale: pauperibus conuiuia nimis delitiosa parare fortè ex gloria inani, vel superfluitate, fabulis in ecclesia, vel extra operam dare, iocando iurare, & huiusmodi, de quibus in c. vnum orarium. 25. dist. & per August. serm. 41. de sanctis. Hęc verò peccata leuia remittūtur eleemosinis, ieiunijs, oratione, ex Aug. locis supra cit. de decem chordis. c. 10. in fin. aqua benedicta. c. aquam. de consecr. dist. 3. per confessionem generalem, episcopi benedictionem, sacrificiū Missæ, tunsionem pectoris, & quemcunque feruorem charitatis, & opus pietatis, tribulationes huius mundi, patiēter latas, ignem purgatorij, modo venialia displiceant, nec adsit mortale, quia sic non remittuntur.

3 peccatum veniale ñ fuit in innocentia.

Tertia propositio. Homo in statu innocentiæ nō potuit peccare venialiter; probatur, nam homo in illo statu ex iustitia originali, & dono Dei, ac eius cura poterat omnem deformitatem vitare, quia Deus fecit hominem rectū. Eccles. 7. & probat Aug. lib. de corr. & gratia. c. 11. cum ibi nullum malū pati. & lib. 14. ciu. c. 10. ergo etiam sine veniali quòd non est sine aliqua deformitate, & pręterea si ibi potuit vitare mortem, infirmitates, &c. ergo magis malum culpæ, ꝙ est maius omnibus alijs malis.

Ratio, nam peccatum veniale in nobis contingit, vel ob imperfectionem actus, vt subiti motus in genere peccatorum mortalium, vel ob inordinationē existentem circa ea quæ sunt ad finem seruato debito ordine ad finem, quorū vtrunq; contingit ob quendam defectū ordinis, quia inferior non continet firmiter sub superiori, quia enim sensualitas oīno non est subdita rationi, contingit, ꝙ surgat subitus motus sensualitatis, ꝙ verò insurgat subitus motus in ratione euenit, quia ipsa executio actus non subditur deliberationi, q̄ est ex altiori bono supra q. 74. art. 3. sed ꝙ hominis animus deordinetur circa ea quæ sunt ad finē seruato debito ordine ad illū prouenit, quia q̄ nō sunt ad finé non ordinant infallibiliter sub fine, qui tenet summum locum, quasi principiū in appetibilibus, supra q. 72. art. 5. in statu verò innocentiæ, vt p. p. q. 95. artic. 1. erat firmitas ordinis infallibilis, vt semper inferior cōtineretur sub superiori, dum summū hominis contineretur sub Deo: ideò inordinatio in homine non erat, nisi inciperet ab hoc quòd summū hominis non subderetur Deo, ꝙ fit per peccatū mortale, & sic in illo statu non potuit homo peccare venialiter antequam peccaret moraliter.

4 Angeli boni, vel mali nō possūt peccare venialiter, sed mali mortaliter.

Quarta propositio. Angeli boni, vel mali iā non possunt peccare venialiter.

Ratio, nam intellectus angeli nō est discursiuus p. p. q. 58. art. 3. vt procedat à principijs ad conclusiones, seorsum vtrunq; intelligens, vt in nobis contingit, vnde quando considerant conclusiones, oportet vt cōsiderent eas prout sunt in principijs, sed in appetibilibus fines sunt, vt principia, vt supra, & ea q̄ sunt ad finē, sunt vt conclusiones, vnde mens angeli non fertur in ea quæ sunt ad finem, nisi secundùm ꝙ stant sub ordine finis, ideò id ex natura habent ꝙ nō possit in eis esse deordinatio circa ea q̄ sunt ad finem, sed angeli boni non mouentur in ea quæ sunt ad finem, nisi in ordine ad finem debitum, ꝙ est Deus, & ob id omnes eorum actus sunt actus charitatis, & ita in eis non potest esse peccatum veniale: angeli verò mali mouentur, nisi in ordine ad finem peccati superbiæ ipsorum, ideò in oībus agunt mortaliter, secus de appetitu naturalis boni, ꝙ est in eis. Et sic angeli boni non possunt peccare venialiter, qa sunt beati, nec mali, quia ita sunt constituti in malo ꝙ omnes suas actiones vitiāt per aliquam circunstantiam malam mortaliter, dicit tamen hic Valentia probabile

babile esse quòd ab initio angeli potuerint peccare venialiter.

5 Quinta propositio. Primi motus in infidelibus non sunt peccata mortalia.

Peccata mortalia non sunt primi motus infidelium.

Ratio primò, quia ipsa sensualitas nõ potest esse subiectum peccati mortalis, supra quæst. 74. art. 4. sed eadem est natura sensualitatis in fidelibus, & infidelibus: vnde solus motus sensualitatis in ijs non potest esse peccatum mortale. Secundò, ex statu peccantis, dignitas enim personæ peccantis non minuit peccatum, sed auget, supra quæst. 73. ar. 10. vnde peccatũ est maius in fideli, quàm in infideli, & ob ignorantiam peccata infidelium magis veniam merentur. 1. ad Timot. 1. quia ignorans feci, & fidelis grauatur ob gratiæ sacramentum. Hebr. 10. Et vt hæc melius intelligantur, notandum primos motus considerari dupliciter: primò, prout anteuertunt omnem omnino deliberationem, & dicuntur primò primi, & sic nõ sunt vllum peccatũ in infidelibus, vel alijs. Secundò, motus primi dicuntur, qui anteuertunt deliberationem plenam, sed non semiplenam, & sic sunt semiplenè deliberati, & dicuntur secundò primi, & hi non magis sunt peccata mortalia in infidelibus, quàm in alijs, per rationem D. Tho. hic.

6 Sexta propositio. Solum peccatum veniale non potest consistere cum peccato originali sine mortali in adultis.

peccatum veniale ã potuit cõsistere cũ originali sine mortali, & quomodo in adultis

Ratio, nam antequam quis ad annos discretionis perueniat defectus ætatis prohibens vsum rationis excusat à peccato mortali, ergo magis à veniali, si quid committat quòd de suo genere sit tale, cum verò vsum rationis habere cœpit, omnino non excusatur à culpa venialis, & mortalis, sed primum, quòd tunc homini contingit est deliberare de seipso, & si seipsum ordinarit ad debitum finem per gratiam consequetur remissionem peccati originalis: si verò non se ordinat ad debitum finem secũdùm quòd in illa ætate est capax discretionis, peccabit mortaliter non faciens quòd in se est, & ex tunc non erit in eo peccatum veniale sine mortali, nisi postquam totum sibi fuerit per gratiam remissum. Contrariam tamen sententiam tenet hic Valentia, quòd pueri prius vtẽdo ratione possunt peccare venialiter, quàm mortaliter, non enim dicit probabile est, Deũ velle tunc in prima vigilia rationis vrgere hominem præcepto cuius transgressio sit mortalis, vt actu cõuertatur in Deũ, & actu id tunc expleat, sat enim erit sibi proponere bonum, quando opus erit ad aliquam tentationem vitandam, amplecti. Secundò, quia nemo certo scire potest tempus obligationis præcepti, quia nemo potest aduertere primũ instans quo cœpit vti ratione, ergo non est asserendum, & ideò cum homo cœpit vti ratione, potuit prius peccare venialiter, quàm mortaliter, vt & alij homines: vt dicit hic Valentia respondens contrarijs.

Et ex his, ad laudem Dei Optimi Maximi, impositus sit finis tract. de peccatis, quæ à nobis eius Maiestas, sua benignita-te, auertat.

DE LEGIBVS.

SVMMARIVM.

De Legibus in communi. Cap. I.

D.Tho.1.2.q.90.

CVM in superioribus actum sit de principijs internis humanorum actuum, nunc agi incipit de principijs externis, & primò de lege, qua homo dirigitur ad

1 actiones, vt à principio externo.

Legis nomen quot modis sumatur, & quomodo hic.

Vnde pro clariori intelligentia notandum est, φ legis nomen multipliciter sumitur, quandoque pro quacunque regula, qua modus præscribitur perueniendi ad aliquem finē, vt regulę grammaticæ dicūtur leges grammaticales, & in hoc sensu nō attenditur an lex authoritate publica, vel priuata statuatur

2 bona malave sit, nam & leges tirannicæ. Es.10. leges dicuntur, sed iniquæ, & 4. Ethic. cap.1. dicitur lex, quæ est mala, & tumultuariè est posita. Secundò, magis propriè dicitur lex regula recta præscribens communitati perfectæ modum necessarium ad bonum eiusdem communitatis, quæ communitas tam latè patere debet, vt sit saltem communitas ciuilis, vt sit perfecta. 1. Polit. c.1. & in hoc sensu lex dicitur quæ iusta sit ad bonum commune ab eo qui communitatis curam gerit directa, & August. lib.1. de libe. arbit. d. legem non videri quę iusta non sit, & idem 19. ciuit. c.21. & Clem. Alex. lib.1. strom. d. legem esse opinionem bonam, & regulam iustorū & iniustorum, & Plato li.1. de legib. & in epitome d. finem legis Deum esse, & cultum eius. & Cicero lib.2. de legibus. leges conditas esse ait ad bonum ciuitatis, & ciuium incolumitatem, & philosophus 5. Eth. c.1. d. legalia iusta esse factiua, & conseruatiua fœlicitatis. & Isidorus lib.2. etimol. c.10. ad legem pertinere φ ratione constet, religioni congruat, disciplinæ conueniat, saluti proficiat, sic vt malorum audacia ijs frenetur, & tuta inter improbos innocentia existat: vnde & lex est ratio summa insita in natura iubens facienda, & contraria vetans, vt d. Cic. lib.1. de legib. vel recta ratio tracta à numine Dei imperans honesta, contrariaq; vetans: vt idē d. Phil. 11. Tertiò, nomine legis id intelligitur, φ ex norma est legis, & cum ea conuenit. & sic Ioan.7. lex dicitur quod Moyses faciendum pręcepit. & Rom.2. factores legis dicitur iustificari: & sensualitas dicitur lex peccati, quatenus iusto Dei iudicio peccatum puniente, reluctantis rationi est vindex peccati. Roman.7. & sic intelligit Aug. li.1. ad Simplicianū. q.2. Quartò, lex dicitur quælibet constitutio, quæ à publica potestate firmitatem habeat, & ad bonum cōmune referatur, licet non præcipiat aliquid faciendum vel vitandum, sed quid tantum inualidet, vt in humanis cōtractibus, vel cum aliquid permittit: vt d. Isid. lib.5. etimol. c.19. Quintò, dicitur lex aliqua religio, vt Christianorū, vel lex gratiæ, cū contineat aliquas leges, licet comprehendat etiā consilia & sacramenta. Sic etiā liber aliquis qui continet leges dicitur lex, vt d. Hier. ep. ad Algasiā de varijs qq. q.8. Ex his modis secundus tantum propriè dicitur lex .s. regula aliqua authoritate publica ali-

Lex quid sit iuxta varios authores, & ei' effect' varios.

3 tui cōitati proposita ob bonum cōe.

Lex vnde dicatur. Secundò obseruandum, quòd lex dicitur à legendo eo, quòd scribatur, vt legi possit, vt inquit Isid. lib. 2. orig. c. 10. vel à ligando, quia obligat, vel à deligendo, vt ait Cicero. li. de legib. quia prę scribit id quòd est deligendum.

4 Legis officium vel finis quis, & vtilitas. Tertiò obseruandum, quòd legis officium, vel finis est humanam coercere audaciam pœnę metu, ac præmij propositione c. fi. d. 3. & d. 4. in summa, vt tuta sit inter improbos innocentia, vt inquit Isid. d. lib. 2. c. 10. bonum præcipere, & malum depellere, vt ait Cicero lib. 2. de legibus. Vnde leges sunt sepes & pharmacum hominibus sine quibus omnia incerta, & confusa vndiq; essent, Vnde & legum promulgatores summo in honore habentur, vt Moises qui legem Hebræis iussu Dei promulgauit, phoroneus Rex græcis, Mercurius Trismegistus Egiptijs, Solon Atheniensibus, Licurgus Lacedemonijs, Numa Pompilius Romanis, teste Isid. lib. 5. orig. in principio, idq; merito nam lex in Presidēte est dictamē rationis, vel lux splendidissima, imo legis æternæ, q̄ in Deo est, splendidissimus radius, quo subditi bene reguntur ad salutem ciuium, ciuitatumque incolumitatem, & vitam hominum quietam, & beatam inuentum, vt ait Cicero. lib. 1. de legibus mutuòq; est magistratus, qui nullo affectu mouetur, non irascitur, nulla ambitione ducitur, omnes pariter diligit, & pariter omnibus parcit, sine qua nec domus vlla, nec ciuitas nec gens, nec hominum genus stare potest, vt Plato asserit. 6. de legibus lib. in fin. sine qua iustitia ipsa, quæ est præclarissima virtutum moralium. 5. ethic. c. 5. seruari non potest, sine qua impossibile est ciuitates habitari, quæ alienum nō vendicat, cuiq; pręstat quòd suum est, & negligit ꝓpriam vtilitatē, vt seruet communem, nec nouit patrem, vel matrem, personam non accipit, sed veritatem nouit, & Deum imitatur, vt inquit philosophus. 9. Polit. & Amb. libr. 1. de offic.

5 Legis qualitas quę. Quartò obseruandum est, quòd qualitas legis est, vt sit honesta, iusta, possibilis, secūdum naturam, scdm consuetudinem patriæ, loco & tempori conueniens, necessaria, vtilis, manifesta, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta, vt inquit Isid. d. lib. 2. c. 10.

Quintò obseruandum, quòd de legibus aliter tractat Theologus aliter iure consultus, hic enim prout ordināt homines ad pacem & quietem Reipublicæ, & inuicem seruādam, is vero prout ordinant ad æternam fœlicitatem, quæ in Dei visione consistit, præterea iureconsultus humanas tantum respicit leges, Teologus omnes, quatenus non solum in pace politica, vel ecclesiastica, quòd faciunt leges Cęsareę, & ecclesiasticæ quiete, & feliciter viuamus, sed vt bene etiam, & feliciter viuamus in ordine ad Rempublicam sempiternam. 6 Leges qualiter tractet Theolog⁹ & vt iurecōsultus.

Sextò obseruandum, quòd lex pluribus modis diffinitur à varijs authorib. Cicero. n. lib. 2. de legibus d. lex est ęternum quiddam, quòd vniuersum mundum regit, imperandi prohibendi quæ sapientia, quæ descriptio soli legi ęternæ conuenit, quæ ratio est quædam diuinæ prouidentiæ, secundò idem paulo post. d. lex vera & princeps, & idonea ad iubendum & ad vetandum, ratio est recta summa Iouis. i. Dei, quæ etiam definitio est, vt præcedens, tertia est in l. 1. ff. de legibus, quòd lex est cōmune præceptum, virorum prudentum consultū, delictorū, quæ sponte, vel humana ignorantia contrahuntur, coercitio, communis Reipublicæ sponsio, quæ descriptio legi humanæ tantummodo conuenit. quarta Arist. lib. Rhet. ad Alex. cap. 1. & Isid. lib. 2. etimol. c. 10. licet verbis mutatis, quòd lex est communis ciuitatis consensus, qui scriptis præceperit quomodo vnumquodq; agendum sit, quæ diffinitio legi tantum humanæ à ciuitate sancitę conuenit, vt sup. D. Th. hic artic. 4. d. quòd lex est quædā rationis ordinatio ad bonum commune, ab eo qui curam communitatis habet, promulgata, quæ tamen diffinitio sic est exponenda, vt verbum ordinatio significet eam solam ordinationem, quæ affert aliquā necessitatem, & pręterea hęc diffinitio quatenus requirit promulgationē non con- 7 Legis definitiones varię.

conuenit legi ęternę, quia lex ęterna satis promulgatur eo ipso, quòd rebus naturalibus eum ordinem statuit quem videm⁹. sexta est clem. Alex. li. 1. Strom. & Ciceronis li. 1. de legibus, quòd est recta ratio, quæ iubet quæ sunt facienda, prohibet vero quæ non sunt facienda, quæ diffinitio conuenit solum legi, quę imponitur creaturis rationalibus non autem legi ęternę, quæ comprehendit omnes creaturas. septima est Gul. Paris. de legibus c. 1. quòd lex est legibilis honestas. i. descripta religionis præceptis, idest scriptum assistens honestis prohibensq; contrarium, quæ diffinitio non conuenit legi ęternę, nec est imperatiua quo ad honesta, nec omnem uim legis satis explicat.

Vltimo loco Valentia legem ex mente. D. Th. & aliorum, vt asserit, sic describit, quòd lex est rectum quoddam rationis practicæ decretum ab eo qui curam communitatis gerit sufficienter sancitum, & constitutum, vt ex eius vi debeat necessario modus aliquis siue in re, siue in actione ꝓpter bonum cōmune adhiberi, dicitur rectum rationis practicæ decretū, quia lex est iusta regula actionum humanarum, regulam vero huiusmodi præscribere ad rationem practicā spectat, vt & ostendere finem, qui est vt principium in moralibus actionibus, & etiam, quia lex dirigit ad recte agendū illuminando & instruendo. Ps. 8. præceptum domini lucidum &c. iuncta tamē voluntate præcipientis. l. 1. ff. de const. principum. Dicitur, Decretum eius qui curā communitatis habet, vel sit Resp. vel is cui à Resp. id munus est commissum, vt princeps, vel à populo iuxta leg. 1. ff. de orig. iur. vel sit is cui immediate id est à Deo commissum, vt Sauli & Dauid, & nunc Rom. Pontifici. Dicitur sufficiēter sancitū, vt ꝓponiť subditis modo conuenienti, vt sic etiam includatur lex ęterna quę rebus etiam sancitur, promulgatio vero creaturis tantum ratione vtētibus. Dicitur demum, quo decreto necessario modus aliquis, vel in re vel in actione ob commune bonum adhibetur, vt sic differat lex à Consilio, ꝙ necessitatem non imponit, dicitur ob bonum commune, quia is est finis legis, scilicet emolumentum aliquod quòd ad plures pertineat, vel sit rectus status Reipublicę, vel beatitudo, vel rerū optima dispositio, vt latius per eum.

Vel breuius sic posset, vt arbitror, describi, quòd lex est recta ordinatio ab eo qui communitatis curam gerit, subditis applicata sufficienter ob bonum commune, ijsdem necessarium modum imponens. Dicitur ordinatio siue applicetur rebus, vel creaturis, Dicitur recta, cum id sit proprium legis ad bonum dirigere, Dicitur ab eo qui curam cōmunitatis gerit, modo supra & ratione explicata, Dicitur subditis applicata sufficiētur, modo supra declarato, Dicitur ob bonum commune, quia hic est legis finis, Dicitur ijsdem necessarium modum imponens, vt sic differat à Consilio.

Vel demum lex sic diffiniri potest, vt infra, cum declarationibus ibi traditis, quòd lex est præceptum iustum vniuersale factum à persona publica habente ad id potestatem, & promulgatum subditis ordinatum in bonum commune. 8 Diffinitio alia legis, cum eius explicatione.

Dicitur præceptum vel imperium, accipiendo nomen præcepti pro ordinatione rationis habente secum annexum actum voluntatis. Vnde hoc modo sumptum nomen præcepti est quid superius, & quasi genus ad legem vniuersalem, & præceptum particulare.

Dicitur pręceptum iustum. Iustitia enim potest inueniri in quocunque pręcpto, & in lege ex quadruplici causa, nēpe ex causa materiali, & formali, finali & efficiente.

Iustitia pręcepti, quæ sumitur pęnes causam materialē, & formalem est intrinseca, Iustitia vero quæ sumitur pœnes finalem, & efficientem est extrinseca. Ex materia iustum est id præceptum quòd est de rebus iustis, Iniustum, quòd de rebus iniustis. Ex forma præceptum iustum est quando seruat ęqualitatem proportionis in distibutione onerum, in hoc enim maxime potest contingere iniustitia ex parte formę.

Ex parte efficientis pręceptum iustū est, quòd constituitur ab habente potestatem,

testatem. Ex parte finis præceptum iniustum est quando non habet finem debitum, & finis præcepti vniuersalis, quod vocatur lex debet esse bonum cōmune. Cum ergo dicitur pręceptum iustum esse debere, intelligitur de iustitia intrinseca, quę sumitur ex parte materię & formæ, de iustitia extrinseca dicetur in alijs conditionibus.

Dicitur vniuersale, idest cōmune factum in ordine ad omnes personas subditas non vnam tantum; Et in hoc lex differt à pręcepto, quòd pręceptum proprie dicitur quod fit a superiore inferiori, etiam si vterq; sit persona priuata, vt patris ad filium, viri ad vxorem, domini ad seruum, magistri ad discipulum; lex vero est præceptum factum toti communitati, ex quo sequitur quòd lex non possit fieri à persona priuata, sicut pręceptum fieri potest.

Dicitur factum à persona publica habente publicam auctoritatem, quia nemo dicitur præcipere posse. Reipublicæ, & communitati nisi persona, quæ pręcipit publica sit.

Dicitur etiam habente publicam potestatem, vt per hoc declaretur, quę nā sit persona publica illa, scilicet quæ authoritatem habet super totam communitatem.

Aduertendum tamen, quòd si sumatur persona publica proprie semper publica persona habet etiam publicam potestatem supra Rempublicam, si aūt sumatur publica persona improprie, & per abusionem, sic non semper publica persona habet publicam authoritatem. Vnde Tirannus est persona publica per abusionem, & improprie, non tamen habet publicam authoritatem. Et ideo leges Tirannorum iniuste sunt, & nullæ ex defectu causæ efficientis legitimæ, quia in ipso non est publica potestas, aduertendo tamen, quòd de Tiranno dupliciter loqui possumus vt d. Gaiet. Primò de eo qui legitimus est dominus tamen tirannice regit. Secundò de eo qui tirannice est ingressus potestatem. Primò modo lex est valida. Secundò non.

Aduertendum etiam hoc loco, quòd eandem authoritatem quam habet persona publica secularis multo magis habet ipsa Resp. quæ cum habeat potestatem conseruandi seipsam, habet etiam potestatem condendi legē eius licentia.

Dicitur multo magis, quia persona publica secularis totam suam potestatē accipit ab ipsa Republica in quantum Resp. se illi regendam, & gubernandam præbet. hoc modo habet potestatem imperator, & reges omnes ac principes, & duces supremi, qui non subsunt vllo regi, qui pręscripserunt ius regium, vel imperij, & consequenter parē ipsis potestatem habent, Respublicæ liberæ, quæ nulli domino seruiunt. Sic autem persona publica secularis est, quia persona publica ecclesiastica non accipit potestatem ab ipsa Republica, sed à Deo, immediate vt Papa, mediate alij pręlati, quia immediate accipiūt potestatem à Papa vt causa secunda instrumentali, vt dicam infra de clauibus. Hinc nascitur differentia inter leges Imperiales, & leges aliorum dominorum, & inter leges Pōtificias, & Papales, quòd leges principū secularium ex natura sua nō obligant quousque fuerunt acceptatę à tota Republica, & Resp. potest resistere domino volenti imponere aliquam legem, quando lex esset nimis grauis iniusta &c. Leges verò pontificię obligāt statim post suā promulgationē, & contra volūtatem totius populi possunt fieri, quia potestas pontificia est à Deo, & Christus instituit in sua ecclesia monarchiam, nempe vnum caput Vicariū sui, ac successorem B. Petri, vt dixi de locis Teolog. loco. de auth. Rom. pōtif. & tradit Bellarm. late de Rom. pontifice.

Aduertendum tamen, quòd licet lex pontificia statim obliget, tamen si vere populus non acceptet, peccant quidem illi qui primò incipiunt facere contra legem, sed si Pontifex sciat legem non acceptari, & publice fieri contra illam, nec punit, sed dissimulat, tunc per hanc dissimulationem videtur tacite reuocare legem, & tollere eius obligationem. Vnde qui post dissimulationem istam Pontificis faciunt cōtra legem non peccant amplius, oportet, autem, vt dicatur dissimulatio, quòd princeps sciat, & va-

& valeat operari, vt lex seruetur, & tamen id non præcipiat, pari ratione leges pontificię licet acceptatæ, & vsitatæ diu apud populos per desuetudinē coniunctam cum principis dissimulatione cessant.

Dicitur promulgatū subditis, ad obligationem enim legis requiritur promulgatio, ratio nam l. imponitur subditis per modum regulę, & mensurę, regula vero, & mensura imponitur per hoc quòd applicatur his qui applicant ei & mensurātur, applicatio vero fit per promulgationē, vt deueniat in eorum notitiam, ergo, vt d. D. Th. 1. 2. q. 90. art. 4. præterea quousque lex promulgetur non constat de voluntate principis ad obligandum subditos illa lege, ergo nōdum tenētur illa lege. Id etiam ꝓbatur in iure ciuili in auth. vt factæ noue constitutiones & in l. leges. C. de legibus, & Iure Canonico in c. in istis dist. 4. cap. 1. de postul. prel. c. cognoscentes. de const. Hinc est, quòd communiter dicitur promulgationem esse de essentia legis, quasi ante promulgationem nondum sit lex, quia nondum obligat. Hęc autem promulgatio non requirit, vt fiat singulis, nec vt sit talis quòd perueniat ad notitiam singulorum, sed satis est vt publice, & solemniter legatur, & affigatur in locis consuetis pro diuersa locorum consuetudine.

9 Lex quando obliget.

Lex autem pontificia vniuersalis obligat totum orbem Christianū statim atq; Romę publice fuerit promulgata, nisi in l. exprimatur, vt non obliget nisi post tantum tempus, vel vt non obliget nisi postquàm fuerit promulgata in partibus. Quando ergo absolute ponitur sine vlla determinatione tēpis, & sine vlla obligatione promulgādi in partibus tunc statim obligat post publicationem factam Romę. In foro tñ conscientiæ & ad pœnas & dāna vitanda, quando ignorantes excusentur, dictum est supra sub c. de Ignorantia, & in casibus reseru. tit. de excomm. f. 23.

Vnde aduertendum est diligēter ex hoc non sequi, statim peccare eos qui transgrediūtur illam legem nulla habita eius cognitione, quia ignorantia inuincibilis excusat à transgressione omnis legis.

Vnde consistit in hoc obligatio legis, vt statim ac homo certam de ea cognitionem habuerit teneatur illam seruare sub peccato mortali etiam si illa non esset promulgata in partibus.

Rursum obligat adhoc vt quādo homo audierit aliquem certum rumorem de ista lege, teneatur de illa inquirere, & adhibere aliquam diligentiam moralem, vt certus fiat, & tuta conscientia non possit post istum rumorem facere contra illam legem. Hæc de lege Pontificia.

Tertiò lex Imperatoris, aut alicuius Regis habētis sub se plura regna, & plures integras Respublicas debet publicari in singulis regnis siue Republicis ad hoc vt in omnibus obliget. Vnde si solū publicetur in qua est sedes Regia, vel imperialis, non obligat nisi illam Rempublicam ad quam extendit se illa ciuitas, ratio est, quia vt iste Rex vel princeps habet plura Regna, sic suam ciuitatem accipit in pluribus regnis.

Vnde vt vnumqq; Regnum dedit illi suā potestatē, sic potest illi resistere deprecatiue, ex grauissima causa, quare requiritur, vt in regnis singulis lex ꝓmulgetur, & acceptetur. Confirmatur quia vna & eadem lex potest esse bona, & vtilis in vno Regno, & non in alio ideo vnum Regnū potest illam reijcere etiā si alterum acceptauit eā, s. deprecatiuè.

Notandum etiam, quòd in allata diffinitione dicitur etiam legem esse præceptum ordinatum ad commune bonū, & ista est causa finalis legis ex qua desinitur iustitia finalis ipsius legis, ita vt lex quæ non est ordinata ad bonū commune Reipublicę, sed solum ad bonum priuatum ipsius principis, vel alterius priuatæ personæ non est iusta lex, c. lex. vbi Turr. Cr. dist. 4. l. 1. & 2. ff. de legib.

Aduertendum tamen non esse necessarium, ꝙ lex in omnibus casibus respiciat bonum commune, sed satis est, vt in pluribus bonum commune, vel si respicit bonum priuatum principis, vel alterius personę, quòd hoc redundet in bonum commune.

Notandum vltimo in fine diffinitionis esse positam illam particulam, scilicet obligans ad sui obseruationem, omnis enim lex iusta habens conditiones explicatas, obligat etiā in foro conscientiæ, & obligat ad peccatum mortale, si materia sit grauis, siue sit lex ecclesiastica, & canonica siue secularis, & ciuilis, vnde etiā cessante omni ratione scādali obligat in foro conscientiæ, & cum etiā occultissime quis illam legē transgreditur peccat mortaliter in materia graui. Sic tenent omnes fere, vt infra probabitur.

10 Lex obligat in foro conscientiæ.

Ex canonistis tenent hanc sententiā pan. in c. quia pleriq; de Imm. eccl. gl. in c. quæ in ecclesiarum de const. & ibi Feli. & in c. de Francia. de spons. & ibi Bal. Anch. in repet. regule possessor. de reg. Iur. in 6. col. 8. Cald. in disput. quæ incipit, Bononiēsi statuto. Inn. in c. quia pleriq; sup. alleg. Couar. & multi alij.

Deducitur autem hęc legum obligatio ex hoc quod omnis potestas humana est deriuata à Deo, vt d. ap. Rom. 13. & habet' in c. qui resistit 11. q. 3. Vnde & leges humanę deriuātur ab ipsa lege ęterna Dei iuxta id Prou. 8. per me reges regnant & legum conditores iusta decernunt. Confirmatur hæc sententia ex verbis Christi d. Matth. 22. reddite, quæ sunt Cęsaris Cęsari, & q̄ sunt Dei Deo, & ex verbis ap. d. Rom. 13. cui vectigal vectigal cui tributum, tributum. Postremo omnis anima, inquit ap. Rom. 13. potestatibus sublimioribus subdita sit, & seruis præcipit idem ap. Ephes. 6. obedire dominis suis propter consciētiam.

Præterea, cum legumlatores omnimodam q̄rant obseruationē suarū legū, intendunt inducere quantam maximā possunt inducere obligationem. Vnde licet directe nō possint obligare ad peccatum mortale cum hoc ad Iudicem ecclesiasticum tātum spectet, vt d. Couar. loco prædicto, per indirectum tamē intendunt obligare, quatenus intendunt obseruationem suæ legis, ex cuius contrauentione ex iure diuino oritur peccatum mortale, vt supra.

Vlterius, nam id sequitur ex ipsa natura legis ex eo enim, quòd legislator est superior habens publicam potestatem, sequitur, vt eius pręceptum sit obligatorium, quòd si obligatorium non est, nō est præceptum nec lex, sed solum consilium, & adhortatio. Vnde sepè solemus aliquos canones, qui uidentur aliquid pręcipere, eximere ab obligatione dicendo non esse præcepta, sed consilia & adhortationes.

De quibus oībus inferius latius agitur.

11 Lex est aliquid pertinens ad rationē.

Prima sit propositio. Lex est aliquid pertinens ad rationem, probatur, nam ad legem spectat præcipere, & prohibere, sed imperare est rationis ergo, & actus intellectus 6. eth. c. 10. ergo

Ratio, nam lex est quædam regula, & mensura actuum secūdùm quam aliquis inducitur ad agēdum, vel ab agendo retrahitur, dicitur enim lex à ligando, quia obligat ad agendum, ratio vero est regula, & mensura humanorum actuum supra q. 66. art. 1. quia rationis est ordinare ad finem quod est primum principium in agendis, secūdum philosophum, sed in quolibet genere id quòd est principium est regula, & mensura illius generis, vt vnitas in genere numeri, & motus primus in genere motuum, ergo lex est aliquid pertinens ad rationē; pręterea lex est regula praui, & recti, sed ratio est regula humanarum actionum, regulat enim voluntatem alioqui cęcam, ergo in ratione consistit; vlterius in voluntate tantum inuenitur nolitio & uolitio, qui actus nullum præseferunt imperiū, nec præceptum, quia licet quis sciat prælatū suum velle libenter, vt eius subditus prædicet, non tenetur tamen subditus id exequi, donec is ei id significet locutione, loqui vero est intellectus non voluntatis, vt d. hic Medina, ergo lex secundum substantiam in ratione consistit, scilicet in ratione practica cuius officiū est dirigere ad studiosas operationes, ergo in practica consistit non speculatiua ratione, Verum tamen est, quòd lex includit actum voluntatis licet sit rationis, quia vt princeps ferat legē oportet prim, vt iudicet bonum esse sic fieri, & non solum velit sic fieri, sed etiam statuat sic fiendum consulendo, & præcipiendo, ergo oportet,

vt adsit voluntatis concursus etiam.

12 Lex semper ordinatur ad bonũ commune.

Secunda propositio. Lex semper ordinatur in bonum commune, ꝓbatur ex Plat. lib. 1. de legibus d. legislatores communis pacis gratia leges condere debere, & Arist. 4. Polit. c. 1. d. leges ad communem Reipublicæ vtilitatem esse cõponendas, & Tullio. libro. 1. & 2. de legibus d. leges ꝓ salute Reipublicę tuendę esse instituendas, & Idem Isid. lib. 5. orig. c. 21. & habetur in c. erit dist. 4. & elicitur ex If. 51.

Ratio, nam lex ex eo, ꝙ est regula, & mensura pertinet ad id, ꝙ est principiũ humanorũ actuum art. præc. & sicut ratio est principium humanorum actuũ, ita in ratione est aliquid, ꝙ est principium respectu omnium aliorum, vnde ad hoc oportet ꝙ principaliter & maxime respiciat lex, primum vero principiũ in operatiuis, quorum operatio est practica est finis vltimus qui est vitæ humanæ fœlicitas, vel beatitudo. vt supra q. 2. ar. 1. ideo oportet ꝙ lex respiciat ordinem maxime, qui est in beatitudine, præterea cum omnis pars ordinetur ad totum, vt imperfectum ad perfectum, & vnus homo sit pars cõmunitatis perfectę, oportet ꝙ lex propriè respiciat ordinem ad fœlicitatem communẽ, sedm Ph. 5. eth. d. ꝙ legalia iusta dicuntur factiua, & conseruatiua fœlicitatis, & particulariũ eius politica cõmunicatione, perfecta enim communitas ciuitas est 1. Polit. sed in quolibet genere id ꝙ maximũ dicitur est principium aliorum, & alia dicuntur secundum ordinem ad ipsum, vt ignis qui est maxime calidus est causa caliditatis in corporibus mixtis, q̃ eatenus dicuntur calida quatenus participant de igne, vnde oportet, ꝙ cum lex maxime dicatur secundum ordinem ad bonum commune, ꝙ aliud præceptum de particulari opere, non habeat rationem legis, nisi in ordine ad bonum commune, ideo omnis lex ad bonum commune ordinatur. Præterea lex est opus publicę potestatis, at publica potestas in bonum publicum est ordinata, ergo, pręterea reges non sunt domini, sed administratores, & ministri Reipublicæ Rom. 13. ergo non possunt instituere leges in priuatum ipsorum commodum, vnde bona subditorum in proprios vsus conuertere non valent, nec ferre leges in priuatam eorum vtilitatem, vt late probat hic Medina ex D. Th. li. 3. de regim. principum c. 11. & 3. lib. de erud. prencip. c. 3. & collig. Deut. 17. vbi habetur reges non debere sibi multiplicare equos vxores &c. Et Ezech. 46. vbi prohibetur principes accipere de hęreditate subditorum. & c. 34. & 3. Reg. 21. vbi Achab morte mulctatus fuit à Deo, quia vineam Naboth subditi sui violẽter abstulit, & in Conc. Tolet. c. 8. idem iurabãt reges Gothorũ, & idem docet Arist. 8. eth. c. 10. 11. & 3. Polit. in principio, & ex Bern. li. de consid. ad Eugen. nõ negãdo tamen quin tributa iusta exigere possint, de quo alibi, & licet priuati etiã ex lege beneficium accipiant quia eorum vita, & res defendantur, id etiam est in bonum commune quatenus membra sunt Reipublicæ quorum commoda ad commune bonum referuntur.

Tertia propositio. Condere legem pertinet ad totam multitudinẽ, vel ad personam publicam, quę totius multitudinis curam habet, probatur ex Isid. lib. 5. etimol. cap. 10. & habetur in c. lex. distinct. 2. 13 Legem cõdere quis possit.

Ratio, nam lex primo, & principaliter respicit ordinem ad bonum commune, sed ordinare aliquid ad bonum cõmune est vel totius multitudinis, vel alicuius gerentis vices eius, ideo condere legem pertinet ad prædictos nam & in alijs ordinare in finem est propriũ eius cuius est ille finis. Verum est tamen, ꝙ dictare & ordinare substãtiam legis pertinet ad viros prudentes, quorum opera & consilio principes vtuntur ad deliberandum an lex sit instituenda, & qũo, sed proponere leges obseruandas pertinet ad publicam tantum potestatem. In particulari vero Papa canonem generalem facere potest in causis spiritualib. & ecclesiasticis c. canonum statuta. de cõstit. & Concilium generale legitimũ c. regula. d. 3. & legatus in sua ꝓuincia. cap. 1. de off. leg. & concilium prouinciale quo ad prouinciam cum metropolitano, de paruis tamen tantũ negotijs,

non

non antē de reb. fidei. c. q̄ dicit̄ dist. 16. c. multis. d. 17. & etiam quo ad modum celebrandi diuina officia. c. cum dignitates. sess. 24. in Tr. Conc. episcopus in sua diœcesi c. si quis. de maior. saltem in suo Concilio synodali. gl. in §. 1. d. 18. Capitulum etiā sibi constitutionē facere valet c. cum accessissent. de Constit. et vniuersitas clericorum quo ad ipsos. c. ex literis, eo. quo enim ad alios non potest, statuere sine consensu episcopi. ca. cum consuetudinis. de consuet. cap. nouit. de his, quæ fiunt à prel. legem vero ciuilē generalem potest condere imperator. l. 2. & fi. C. de legib. & is cui imperator id mandat. & populus ac Senatus Romanus, ac oīs ciuitas, & populus liber legē sibi condere potest in temporalibus. Inst. de iur. nat. per tot. & not. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. quo vero ad alios principes qui exēpti sunt per præscriptionem à Romano imperio, possunt sibi subditis quoque condere legē, non quo ad alios, vt not. Bart. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. similiter feudatarius potest imponere legem vasallis, qui tamen conqueri possunt coram domino si lex sit iniusta, & Ciuitas subdita prencipi, potest quidem sibi legem ponere, sed non ciuibus nisi de principis consensu.

14 Lex debet necessario ꝓmulgari, & quomōid fiat.

Quarta propositio. Promulgatio est de ratione legis, probatur in c. in his. d. 4. Abb. in c. 1. de postul. prel. idq; procedit etiam in lege naturali quæ omnibus hominibus est sufficienter promulgata per lumen rationis naturalis. de quo Psalm. 4. signatum est super nos lumen vultus tui domine, similiter lex diuina vetus fuit promulgata, vnde post legem lectam vidit populus voces, & flāmas, ac montem fumātem ad insinuandam legis manifestationem. Exod. 20. similiter quando lex noua cepit promulgari factus est repente de celo sonus, & c. act. 2. & quo ad ius humanum probatur vlterius in c. cognoscentes. de const. c. 1. alleg. de postul. prelat. in l. leges sacratissime. C. de legibus.

Ratio, nam lex imponitur alijs per modū regule, & mensuræ vt supra regula vero, & mensura imponitur per hoc q̄ applicat̄ his qui applicantur, & mensurantur, vnde vt lex virtutem obligandi obtineat, q̄ est proprium legis, oportet q̄ applicetur hominibus qui secundū eam regulari dēnt, talis vero applicatio fit per hoc, q̄ in eorum notitiam deducitur ex ipsa promulgatione, vnde promulgatio est necessaria, vt lex habeat suam virtutem, ex quibus 4. prædictis colligit̄ definitio legis, que est quædam ordinatio ad bonum commune, ab eo qui curam communitatis habet promulgata. Non statim tamen ac lex generalis in curia, vel in ciuitate regia est promulgata incipit obligare, sed solum post duos mēses à die promulgationis, auth. vt fact. nou. const. in rubro & nigro. collat. 5. nisi aliud tempus apponatur cui est standum, & hoc procedit etiā in constitutione Papæ, vt inquit Fel. in c. cognoscentes, num. 7. de constit. Fallit ista conclusio in statutis particularibus episcopi capituli, & vniuersitatum, quæ ligant statim post publicationem, nisi aliqui sint absentes in quibus non potest dari certa regula quando præsumātur sciuisse, & est arbitrarium iudicis, vt ibi d. Fel. 2. fallit quando ante duos menses quis sciuit constitutionem quia statim ea ligatur. gl. in c. 2. de reb. eccl. in 6. vt d. Fel. loco cit. tertiò fallit si sit constitutio priuilegiatiua, que non operatur effectū antequàm innotescat priuilegiato. Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. quartò fallit si lex ponat decretū irritans, si secus sit factum sit nullum, quia statim ligat etiam ignorātes, vt ibi d. Fel. quintò fallit si lex ponat tēpus cui velit stari, vnde si lex dicit ex nunc &c. statim ligat respectu nullitatis actus, non autem respectu pœne qua ignorantes non debent ligari. sextò fallit si lex esset declaratoria iuris veteris, vel extrauagans reducta in corpore iuris, vt ibi late d. Fely. vsq; ad num. 17. qui & quærit quid iuris de regulis cancellariæ, & decisionibus Rotæ, & si sit lex Imperatoris præsumitur sciētia eius post duos menses, si vero Papæ, idem quo ad prouinciam in qua publicatur, quòd si Romæ publicatur est arbitrariū qñ p̄sumi debeat eius habita sciētia iuxta locorū distantiā, vt ibi. d. licet liger,

SVMMARIVM.

De legum diuersitate. Cap. II.

D. Tho. 1. 2. q. 91.

1 Lex aliqua est æterna.

PRima propositio. Aliqua lex est æterna, probatur ex Aug. de lib. arb. ca. 6. d. legem quæ summa ratio dicitur, incommutabilem, & æternam dici.

Ratio, nam lex est vt q. præc. dictamen practicæ rationis in principe, qui gubernat aliquam communitatem perfectam, patet autem, supposito, quòd mũdus diuina prouidentia gubernetur, vt fit vt p. p. q. 2. art. 1. 2. ꝙ tota communitas vniuersi gubernatur ratione diuina, ideo ipsa ratio gubernationis rerum in Deo, vt in principe vniuersitatis existens, legis habet rationem, & quia diuina ratio nil concipit ex tempore sed habet æternum conceptum Prou. 8. inde dicta lex dicitur æterna.

Secunda propositio. In nobis est ali-
2 qua lex naturalis, probatur ex gl. Rom. 2. d. eos qui non habent legem scriptam habere legem naturalem, qua quis scit quid sit bonum & quid sit malum.

Lex aliqua est naturalis.

Ratio, nã lex cum sit regula, & mensura dupliciter potest esse in aliquo, primò, vt in mensurante, & regulante, secundò, vt in mẽsurato, & regulato, quatenus participat aliquid de regula, vel mensura, vnde cum omnia quæ diuinæ prouidentiæ subduntur a lege æterna regulentur, & mensurentur, patet quòd omnia aliqualiter participant legẽ æternam quatenus .s. ex impressione eius habent inclinationes in proprios actus, & fines, inter cætera vero rationalis creatura excellentiori quodammodo diuinæ prouidentiæ subiacet, quatenus, & ipsa fit ꝓuidentiæ particeps, sibi & alijs prouidens, vnde & in ipsa participatur ratio æterna per quam habet inclinationem ad debitum actum, & finem, quæ participatio legis æternæ in rationali creatura dicitur lex naturalis Ps. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, cum lumen rationis quo discurrimus, quid sit bonum, quid malũ, ꝙ pertinet ad naturalem legẽ nil aliud sit quàm impressio diuini luminis in nobis, vnde lex naturalis est participatio legis æternæ in rationali creatura.

Tertia propositio. Aliqua lex est hu- 3
mana, probatur ex Aug. li. 1. de lib. arb. c. 6. quid. duas esse leges, vnam æternã, aliam temporalem.

Lex aliqua est humana.

Ratio, nam lex est quoddam dictamen practicæ rationis, ratio vero practica, & speculatiua ex quibusdam principijs ad quasdam conclusiones deueniũt supra q. 90. art. 1. ad 2. ergo sicut in ratione speculatiua ex principijs indemonstrabilibus naturaliter cognitis producuntur conclusiones diuersarum scientiarum, quatenus cognitio non est nobis naturaliter indita, sed per industriã rationis inuenta, ita etiam ex præceptis legis naturalis, vt ex quibusdam principijs cõmunibus, & indemonstrabilibus, oportet, quòd ratio humana ꝓcedat ad aliqua magis particulariter disponenda, & iste particulares dispositiones inuentæ secundum rationem humanam dicuntur leges humanæ seruatis alijs conditionibus, quæ pertinent ad rationem legis, vt supra q. præc.

Quarta propositio. Necessarium fuit 4
esse aliquam legẽ diuinam, probatur Ps. 18. legẽ pone mihi domine, &c. quæ est diuinum decretum hominibus præscribens modum necessariũ, vt apte peruenire possint ad supernaturalem beatitudinẽ quæ est finis humanæ vitæ. Leuit. 18. 19. 20. Math. 19. Rom. 2. quæ & dicit Ps. 18. lex immaculata, quia peccatum omne vetat & punit, & conuertens animã, quia de internis etiã affectibus constituit, q̃bus maxime homines Deo adhærent, & testimonium dñi fidele, quia monstrat quid rectum & prauũ sit, & sapientiam præstare paruulis, quia nos velut paruulos de quibusdam rebus erudit, quæ nostrum captũ superãt. Ps. 118.

Lex aliqua est diuina necessario.

Ratio

Ratio primò, quia per legem homo dirigitur ad actus proprios in ordine ad vltimum finem, quòd si homo non ordinaretur ad alium finem, supra facultatis naturalis hominis proportionē, non egeret alio directiuo ex parte rationis supra legem naturalem, & humanam, quæ ab ea deriuatur, sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis æternæ, quæ excedit proportionem naturalis facultatis humanæ, supra quæst. 1. art. 3. ideò oportet, vt præter illas leges, dirigeretur etiam ad suum finem lege diuinitus data. Secundò, quia ob incertitudinem humani iudicij maximè de rebus cōtingentibus, & particularibus, contingit de actibus humanis diuersorum esse diuersa iudicia, & contrarias leges, ideò vt certo sciret homo quid agendum vel vitandum, oportuit, vt in proprijs actibus dirigeretur per legem diuinitus datam, de qua constat quòd nō potest errare. Tertiò, quia de his potest legem ferre, de quibus potest iudicare, sed iudicium hominis esse non potest de interioribus motibus, qui latent, sed tantum de exterioribus, & tamen ad perfectionem virtutis oportet quòd homo in vtroque sit rectus, & lex humana non potuit sufficienter ordinare, & cohibere actus internos, ideò oportuit, vt superueniret lex diuina. Quartò, quia lex humana non potest omnia quæ malè fiunt punire, & prohibere, quia dum vellet auferre omnia mala oporteret quòd tolleret etiā multa bona, vt ergo nullum malum impunitū, & improhibitum maneat, oportuit superuenire legem diuinam per quam omnia prohiberentur.

5 Lex diuina est vetus & noua, & an differant.

Quinta propositio. Lex diuina non est vna tantum, sed distinguitur in veterem, & nouam: quæ leges non differunt vt duæ species in eodem genere, vt homo, & bos in animali, sed sicut perfectum & imperfectum in eodem genere; probatur, nam translato sacerdotio oportet vt legis translatio fiat. Hebr. 7. sed sacerdotium est duplex Leuiticum, & Christi, ergo, & duplex est lex vetus, & noua.

Ratio, nā distinctio est causa numeri p. p. q. 30. art. 3. aliqua verò distinguuntur primò, vt ea quæ sunt specie diuersa vt æquus, & bos. Secundò, vt perfectum, & imperfectum in eadem specie, vt puer, & vir, & hoc modo lex diuina diuiditur in nouam, & veterem: vnde Apost. ad Galat. 3. comparat legem veterem statui pueri existētis sub pædagogo, nouam verò statui viri à pædagogo soluto: perfectio verò legis attēditur secundùm tria quæ ad legem pertinent, vt supra q. 90. art. 1. 2. 3. Primò, vt ordinatur ad bonum commune, vt ad finē, ꝙ potest esse duplex, scilicet sensibile, & terrenum ad quòd ordinabat lex vetus: vnde ex tribus innitatur populus, primò ad regnum Cananęorum per veterem legem, & cœleste, & intelligibile bonū ad ꝙ ordinat lex noua: vnde Mat. 4. primò, Christus inuitat ad pœnitentiam, quia apprehendit regnū cœlorū. Secundò, ad legem pertinet dirigere actus humanos secundùm ordinem iustitiæ, in quo etiam superabundat lex noua veteri interiores actus animi ordinādo. Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra &c. ideò lex vetus cohibet manum, noua animū. Tertiò, ad legem pertinet inducere homines ad obseruationem mandatorum, ꝙ lex vetus faciebat timore pœnarum, noua per amorem, qui in cordibus nostris infunditur per gratiam Christi, quæ lege noua confertur, & veteri figurabatur.

Sexta propositio. Inclinatio sensualitatis quæ dicitur fomes in brutis habet rationem legis, in hominibus verò non, sed magis est deuiatio à ratione legis. 6 Lex an sit inclinatio sensualitatis.

Ratio, nam lex inuenitur principaliter in regulante per participationem, in regulato supra q. 90. art. 1. ad primum. ita ꝙ omnis inclinatio, vel ordinatio, quæ inuenitur in his quæ subiecta sunt legi participatiuè dicitur lex sup. art. 2. potest verò in his, qui subduntur legi aliqua inclinatio inueniri dupliciter à legislatore: primò, quatenus directè suos inclinat subditos ad aliquid, & nōnunque ad diuersos actus, secundùm ꝙ potest dici aliam esse legem militū, aliam mercatorum. Secundò, indirectè, quatenus si legislator destituit sibi subditū

aliqua dignitate, sequitur ꝙ transeat in aliam legem, & ordinem, vt miles si à militia destituatur transibit in legẽ rusticorum &c. Sic ergo sub Deo legislatore diuersæ creaturæ, diuersas habent naturales inclinationes, vt quòd vni est lex alteri sit quasi contra legem, vt esse furibundũ est velut lex canis, ouis verò est cõtra eius legem. Hominis ergo lex est quam quis sortitur secundùm ordinem diuinum, secundùm propriã conditionem, vt secundùm rationem operetur, quæ lex in primo statu fuit ita valida, quòd homo nec contra, nec præter rationem committere potuit, sed dum à Deo recessit, incurrit in hoc quòd feratur secũdùm impetum sensualitatis, & eo magis quo quis à ratione recesserit, vt velut brutis assimiletur, & pręceps secundùm sensualitatem feratur. Sic ergo sensualitatis inclinatio, quæ fomes dicitur, in alijs animalibus simpliciter habet rationem legis, illo tamen modo quo in talibus lex dici potest secundùm directam inclinationem legis. In homine autem id non habet rationem legis, sed quatenus per diuinam iustitiam homo destituitur originali iustitia, & vigore rationis, ipse impetus sensualitatis qui eũ ducit, habet rationem legis, quatenus est pœnalis, & ex lege diuina consequens hominem destitutum propria dignitate. Vel vt dicit Valentia, legum diuersitas sic potest considerari, primò à potestate qua lex conditur, & sic distinguitur in diuinã, quæ à Deo proficiscitur, & humanã, quę ab humana authoritate dependet. Secundò, lex potest considerari ex actu rationis, & mentis in quo præcipuè lex consistit, & sic diuiditur in æternam, quæ est in mente diuina, & temporalem, quæ est in mente humana. Tertiò, lex potest considerari ex materia eius, vel modo ab ea præscripto, & sic diuiditur in affirmatiuã, quæ iubet bonũ, & negatiuã, quæ vetat malũ. Ps. 36. Quartò, potest lex considerari ex eius fine, & sic diuiditur in naturalẽ, q̃ non excedit proportionem nostrã, & supernaturalem, quæ præscribit modũ aptè consequendi finem supernaturalẽ. Vel dicendum, ꝙ quatuor sunt leges, æterna quæ est ratio diuinæ prouidẽtiæ, qua cuncta reguntur, quæ à Platonicis numen dicitur. Secunda lex naturalis, scilicet impressio legis æternæ, vel boni & mali cognitionis animis nostris insertæ. Tertia, humana, quæ à naturali per rationes, & sillogismos collecta est, & humano ingenio inuenta. Quarta, lex diuina, quæ est ordinatio rationis à Deo excogitata hominem in finem supernaturalem dirigens; additur, & lex fomitis, scilicet inclinatio potentiarum sensitiuarum in sua obiecta, quæ est à Deo directè, prout est inclinatio naturalis in sua obiecta, indirectè prout repugnat rationi, & permittitur à Deo remota iustitia originali.

SVMMARIVM.

1 Legis effectus est facere homines bonos.
2 Legis effectus est imperare, vetare, permittere, punire, cum horũ declaratione tam circa legem diuinam, quàm humanam.
3 Lex humana duplex.
4 Lex ciuilis in quot partes diuidat.
5 Lex canonica quot partes cõtineat.
6 Leges omnes an obligent.
7 Legem condere an possit alij subditus.
8 Lex humana an aliquid possit contra ius diuinum, vel naturale.
9 Lex iusta an possit à populo repudiari.
10 Legem seruare an princeps teneat.
11 Leges omnes ciuiles, & canonicæ an obligent.
12 Lex an respiciat futura solùm, vel an præterita etiam.
13 Lex an patiatur interpretationem, & declarationem, & ad quem id spectet.
14 In lege an dispensetur, & ex quibus causis, & à quibus.
15 Lex humana an possit tolli, quomodo, & à quibus.
16 Lex humana, canonica, vel ciuilis an obliget cum periculo vitæ.

DE

De effectibus Legis. Cap. III.

D.Tho.1. 2.q.92.

1 Legis effectus est facere homines bonos

PRima propositio. Proprius effectus legis est eos facere bonos quibus datur vel simpliciter, vel secundùm quid; probatur, nam voluntas legislatoris est facere homines bonos. 1. Ethicorum cap. 14. cum sit dictamen rationis in præsidente quo subditi gubernantur; virtus verò subditi est vt benè subdatur ei à quo gubernatur; ergo proprium legis erit inducere subditos ad propriam eorum virtutem.

Ratio, nam lex est dictamen rationis in præsidente quo subditi gubernantur, supra quæstione 90. articulo primo; virtus verò subditi est vt benè subdatur ei à quo gubernatur, vt virtus irascibilis, & concupiscibilis in hoc consistit quòd sint benè obedientes rationi, & hoc modo virtus subditi est, vt benè subijciatur principanti, primo Politicorum; lex enim ad hoc ordinatur vt obediatur ei à subditis: vnde patet quòd hoc sit proprium legis inducere subditos ad propriam eorum virtutem: Cum ergo virtus sit quæ facit bonum habentem, sequitur, quòd legis effectus sit bonos facere eos quibus datur, vel simpliciter, vel secundùm quid; quòd si intentio legislatoris feratur ad id quòd non est bonum simpliciter, sed vtile vel delectabile sibi, vel repugnans iustitiæ diuinæ, tunc lex non facit bonos subditos simpliciter, sed secundùm quid, in ordine ad huiusmodi regimen. Vt verò prædicta melius intelligantur, notandum hominem esse animal sociabile, & inclinari à natura, vt viuat cum alijs in vita politica, & ciuili, octauo Ethicorum capit. primo, & 11. primo Politicorum capitulo octauo, & tertio Politicorum capit. octauo; veh etenim soli quia si cadit non habet se sublevantem. Ecclesi. quarto. quæ quidem politica est inuentum diuinum, & naturale, à natura hominibus insitum, vt verò in hac vita politica homines benè viuant, oportet vt inter se concordent prout sunt partes multitudinis, vt & corporis membra, ad quem consensum faciẽdum necessaria est virtus, quæ politica dicitur, vt ciues rectè inter se habeant, & peccans superiori qui multitudinem regat, subditur, vbi enim non est gubernator populus corruit. Prouerbiorum vndecimo; & vt quis sit bonus ciuis non est opus quòd habeat omnes virtutes, sed eas saltem quæ suo fini conueniant, & sine quibus Respublica turbaretur. Vnde quælibet lex intendit facere homines bonos ea bonitate, quæ suo fini conueniat: diuina quidem bonitate, quæ conducat ad finem supernaturalem, faciendo eos perfectos, quatenus fieri potest. Matthæi quinto, Ephes. quinto: lex ciuilis intendit facere bonos bonitate politica, scilicet vt inter se benè homines consentiant, & virtutem politicam sequantur, & per consequens opera aliarum virtutum, quatenus ad eam conducunt, non intendens tamen homines facere ex omni parte perfectos.

2 Legis effectus est imperare, vetare, permittere, & punire.

Secunda propositio. Effectus legis est imperare, vetare, permittere, & punire; probatur ex Isid. lib. 2. etimolog. cap. 19. & lib. 5. cap. 19. & habetur in l. legis virtus. ff. de legibus.

Ratio, nam sicut enunciatio est rationis dictamen per modum enunciandi, ita lex per modum præcipiendi. Rationis verò proprium est, vt ex aliquo ad aliquid inducat: vnde sicut in demonstratiuis scientijs, ratio inducit, vt assentiatur conclusioni per quædã principia, ita etiam inducit vt assentiatur legis præcepto per aliquid, sed præcepta legis sunt de actibus humanis in quibus lex dirigit, supra quæst. 90. art. primo; tres verò differentiæ sunt humanorum actuum, supra quæst. 1. artic. 4. quidam enim sunt boni ex genere, qui sunt actus virtutum, & respectu horum ponitur legis actus præcipere, vel imperare, quia lex præcipit omnes actus virtutum. 5. Ethico. cap. 1. & 2. quidam actus sunt mali ex genere, vt actus vitiosi, quorum respectu lex habet prohibere, quidam ex genere suo sunt actus indifferentes, quorum respectu lex habet permittere. Id verò per quod indu-

Lex humana iubet cum mādat aduocatos debere esse præsentes cum serui torquentur, prohibet cum vetat alienationem bonorum minorū sine decreto iudicis, vel rerum ecclesię, permittit cum concedit, vt aliqui etiam post sententiā vtantur suis exceptionibus, punit maleficia, & si consulit, hoc nō est de essentia legis, & alij actus ad hæc 4. reducuntur, vt glo. d. in l. legis virtus. vbi Bar. & Bald. ff. de legibus. Et si lex imperat, & mandatum contemnitur incurritur pœna in lege taxata: si verò non est taxata pœna stat in arbitrio iudicis, ꝙ si lex vetat, & contrauenitur, pœna est etiam arbitraria, nisi sit taxata, & si lex punit, non dicitur iudex punire, licet pœnam infligat, sed lex, ita ꝙ si homicidam iussit decapitari, negare potest ꝙ ipse id fecerit, sed quòd lex id fecit. vt d. Bal. notabiliter in d. l. legis virtus, se enim habet iudex ad legem, vt faber ad architectum, vt inquit Philosophus 7. Polit. Vnde & pœnam in iure statutam relaxare non potest nisi supremus sit princeps, aliàs infamiæ notam subit. Siluest. Iudex 1. num. 16. nisi certis casibus, de quibus alibi tract. de Iudice. Licet tamen lex permittat malum, nō tamen iubet, consulit, vel coadiuuat ad malum, quia sic peccaret legislator, sed tantum vtitur actum alterius parati ad peccandum, vt & qui vtitur peccato parati dare ad vsuras, & hoc pacto non peccat, quia sic vtitur benè peccato alterius, vt maiora vitentur, ipsa tamen faciente quòd potest, vt nec minora fiant. Secundus effectus legis est facere homines bonos quantum in ipsa est, quia potest quis exequi legem, sed non benè, vt si satisfacit creditori ob prauum finem, implet legem iustitiæ, sed non operatur benè quò ad omnes circunstantias; punitio etiam est effectus legis, qui tamen reducitur ad obligationem, permissio tamen non est effectus legis propriè dictæ, vt d. hic Valentia.

Diuiditur verò lex humana in ciuilem, & ecclesiasticam.

3 Lex humana duplex. Ex quibus patet ecclesiam Dei habere potestatem corrigendi etiam leges ciuiles, & irritare etiam si videantur pertinere ad temporalem administrationem ciuitatis, quia licet temporalis administratio pertineat ad principes seculares, tū quia principes seculares possunt errare, & cōstituere leges iniustas, ideò omnes ciuiles leges subiacent Romani Pontificis censuræ qui errare non potest, vt dictum est in locis Theologicis loco de Rom. Pont. authoritate.

Et quia pluries leges, & canones solent allegari in hoc opere, operepretium erit explicare, quæ nam sint partes vtriusque Iuris Ciuilis, & Canonici, & quomodo quæque pars soleat citari. 4 Lex ciuilis, ī quot partes diuidatur.

Primò ergo dicendum de iure Ciuili, quòd vniuersum, quòd apud nos est in vsu, diuiditur in tres partes, quæ singulæ postea in alias subdiuiduntur: partes quæque postea habent plures titulos: tituli habent sub se leges: leges pleræque, quæ sunt nimis longè diuidūtur in paragraphos; & sic de Canonib⁹; prima pars vocatur digesta, quæ sic scribitur ff. videlicet ff. vetus. ff. nouum. & ff. infortiatum; & quando lex aliqua allegatur, nec dicitur de quo ff. sit, intelligitur de veteri. Deinde ponitur titulus, vt de cōtrahenda emptione, sic, con trah. empt. semper enim scribitur abbreuiatè: tum scribitur lex, quæ significatur per vnum l. tum paragraphus, qui per duos ss. sic §. quando verò citatur l. 1. 2. & vlt. non nominatur, sed dicitur l. 1. 2. fi. & quando plures leges incipiunt ab eodem verbo sub eodem titulo, vel ponuntur verba sequentia, tunc dicitur v. g. l. Titius. 1. vel l. Titius. 2.

Secunda pars est Codex, quæ pars citatur C. maiusculo, quòd signat Codicem, deinde ponitur titulus, & post lex, & primum verbum legis, in quo Codice sunt nouem libri.

Tertia pars vocatur volumen, & continet quatuor partes: prima pars dicitur Institutiones Iustiniani, quæ sic citatur, primò ponitur nomen Institutionum, sic Instit. tit. deinde tit. qui citatur post tit. §. vt. §. Diuiditur autem. Instit. de iure nat. gent. & ciu.

Secunda pars huius voluminis continet tres alios libros Codicis, qui citātur eodem modo, quò alij libri Codi-

cis, præterquam quando citatur aliquis ex his libris, solet addi C. lib. 10. vel 11. vel 12.

Tertia pars cõtinet Authentica, quæ eodem modo citantur, primò enim ponitur nomen authenticorum sic. Auth. deinde tit. postea §. verbi gratia. §. igitur. auth. de success. ab intest.

Quarta, & vltima pars est de feudis, vel de vsibus feudorum, & solet sic citari, primò, ponitur nomen feudi, vel vsus feudi, deinde tit. &c.

Aduertendum etiam, quod sæpè inueniuntur aliquæ sententiæ desumptę ex authenticis, positæ vel in margine ipsius Codicis, vel interpositæ in contextu Codicis, & sic inscribitur auth. hoc autem. C. de bon. quæ lib.

5 Ius verò canonicum diuisum est in quinq; partes: prima pars continet decretum, & continet in se tres partes: prima distinctiones, quæ sunt centum, & solent sic citari dist. 3. c. consuetudo. Secunda, continet causas, quæ ferè omnes diuisæ sunt in quæstiones, & sic citantur, primò ponitur numerus causæ, v. g. prima, secunda, & tertia, expresso nomine causæ, deinde ponitur quæstio, deinde ponitur c. quòd significat canonem, vel capitulũ, & primum verbum canonis: vt c. fraternitatis. 12. q. 2. scilicet duodecima causa, quæst. 2.

Lex canonica quot partes cõtineat.

Dicitur ferè omnes, nam quæstio tertia causę 33. diuiditur adhuc in septem distinctiones, quæ distinctiones singulę continent plures canones.

Hæ omnes distinctiones solent vocari distinctiones de pœnitentia, & solent sic citari, suppresso nomine causæ, & quæstionis. cap. dolendum. de pœniten. dist. 6.

Tertia pars decreti continet distinctiones quinque de consecratione, quæ solent sic citari, verbi gratia. c. liquido. de consecr. dist. 1.

Secunda pars Iuris Canonici continet quinque libros decretalium, & vocãtur nomine decretalium; sunt autem decretales propriè responsa Romanorũ Pontificum, quibus respondent ad alicuius consultationem, vel interrogationẽ, quasi sint epistolæ quædam decernentes veritatem circa interrogationem factam Põtifici. Differt autem decretale, modo quo infra, à decreto Canone, Cõstitutione, Sanctione, Bulla, &c.

Solent autẽ hoc modo citari: primò, ponitur ab aliquibus hoc nomen extra. sic, extra, quo notatur intelligi de decretalibus, sed ad vitandum prolixitatem; Solet omitti communiter, quia cum allegatur aliquis canon simpliciter, non addito in quo libro sit, intelligitur de decretali, verbi gratia sic. c. nisi cũ pridem. de renunc.

Tertia pars dicitur Sextus, quia sit liber sextus decretalis, & citatur eodem modo, quo alij libri decretalium, addito solum numero ipsius libri, verbi gratia. c. vbi periculum. de elect. in 6. sic enim sextum inscribitur 6.

Quarta pars continet constitutiones Clementis V. quæ pars nomen accipit ab ipso Clemente, & est diuisa pariter in quinque libros, & citatur eodem modo, quo decretales, addito nomine Clementinarum. sic clem. quoniam. de vita & honest. cler.

Quinta pars continet extrauagantes Constitutiones, tam Ioannis vigesimisecundi, quàm aliorum Pontificum, quæ extrauagantes aliorum Pontificum solent vocari communes, quæ omnes citantur eodem modo, quo alij libri addito nomine Ioannis XXII. vel communis, verbi gratia. in c. suscepti. de præb. in extrauag. Ioan. c. execrabilis. de præben. in extrauag. com.

Sexta pars continet Bullas diuersorũ Romanorum Pontificum, quę in vnum codicem hodie reductę sunt, Bullarium nuncupatum; & solent allegari nomine Cõstitutionis, addito numero, & nomine Pontificis, & anno quo edita fuit, vt in Constit. Pij V. 25. dat. 13. Martij 1577.

Septima pars continet Concilia generalia. De quibus omnibus egi Tomo 1. Tr. Theolog. sub tract. de authoritate Iuris Canonici, & Ciuilis.

Notandum quoq; quòd omnes leges possunt reuocari ad tria capita: primò, enim sunt aliquæ leges, quæ continent pura præcepta. i. quæ nihil aliud faciũt, nisi

nisi præcipere aliquid vel prohibere.

Secundò, aliæ sunt leges, quæ vocantur purè pœnales, quæ nil præcipiũt expressè, sed solum taxãt pœnam aliquid facienti, vel omittenti.

Tertiò, aliæ sunt leges mixtæ, quæ simul continent aliquod præceptum, & pœnæ taxationem.

6 Leges oẽs ã obligẽt. De primis legibus certum est eas obligare, quia sunt præcepta debita, de postremis est etiã certum obligare, saltem quatenus cõtinent præceptum. De secundis verò legibus purè pœnalibus dubium est apud aliquos an obligẽt in conscientia. Pro cuius solutione distinguendũ est de legibus purè pœnalibus.

Alia est enim lex purè pœnalis circa materiam prohibitam alia lege, verbi gratia Leuitici 18. Deus constituit legẽ qua prohibet ne quis carnaliter commisceatur cum matre, & sorore, &c. & Leuit. 22. ponit legem purè pœnalem contra huiusmodi, & de hac lege purè pœnali certum est obligare saltem ratione alterius legis, nam istæ duæ leges simul iunctæ faciunt vnam.

Alia verò lex purè pœnalis est circa materiam nulla alia lege prohibitam, vel præceptam, & hæc rursum est triplex: primò, est aliqua lex purè pœnalis, quæ statuit pœnam aliquid facienti per modum pœnæ, vt verbi gratia, quicunq; gestauerit arma noctu sine lumine luat talem pęnam, & huiusmodi lex communiter versatur circa aliquas res graues pertinẽtes ad bonum publicum & commune, & ideò communiter obligat in conscientia.

Primò, quia hoc ipso ꝙ ponitur pœna per modum pœnę supponit culpam, pęna enim ex natura sua intrinseca corrigit culpam, ergo supponit culpam, ergo trãsgressio huius legis est culpa pro qua infertur pœna legis.

Secundò, quia vt supra tales leges cõmuniter solent fieri in materia graui ꝑtinente ad commune bonum, ergo sunt obligatoriæ.

Tertiò, quia communiter tales leges ponunt pœnas graues, & quamuis nil aliud esset, exponere se periculo grauis pœnæ natura sua est peccatũ mortale.

Alia verò est lex purè pœnalis, quæ continet pœnam per modum Constitutionis, v.g. qui non miserit vnum de familia ad bellũ, soluat tot aureos, si quis inciderit ligna in silua, soluat talẽ pœnam, & ista lex obligat ad alterum ex duobus sub conditione, idest ad faciendum, vel omittendum id ꝙ lege præcipitur, vel prohibetur, vel ad soluendum pœnam si transgressus fuerit legem.

Verum est tamen, ꝙ ad pœnam taxatam à lege nemo tenetur, nisi post iudicis condemnationem, vt inquit gl. communiter recepta. in c. fraternitatis. 12. q. 2. latè Did. in 4. Decret. 2. par. c. 6. §. 8. num. 10. cum seq.

Sufficit enim soluere, vel satisfacere in simplici substantia.

Si verò non sit simplex pœna, sed initium sit vitiosum, aut conditio adiecta, secus est, nam ad id quis tenetur in foro conscientiæ etiam absque iudicis condemnatione.

Tertia lex pœnalis est quasi conuentionalis, & nõ est propriè lex, sed est conuentio quædam inter subditos & principem, qua conueniunt, vt si quis fecerit hoc vel illud, soluat tantam pecuniam, quomodo solent esse quædam leges pœnales in vniuersitatibus, v.g. quoties qs abfuerit ab officio, soluat talem summã pecuniæ, vt solet esse apud consilia, & quosdam alios; sic solent esse etiam plereq; leges principum, quæ non tam spectant ad bonum commune, quàm ad vtilitatem principis, & istæ leges conuentionales, obligant eo modo quo obligãt pacta, & conuentiones: vt si quis deprehensus fuerit delinquere post sententiã luat talem pœnam. Vnde qui sic vult transgredi legem, non peccat modo paratus sit soluere pœnam.

De his omnibus latius est actum, vbi de pœnis loco proprio agitur.

Aduertendum etiam ꝙ lex, vel præceptum tradi solet duobus modis. Vno affirmatiuè præcipiendo, vt aliquid faciamus: altero negatiuè prohibendo ne quid faciamus, v.g. Vnum cole Deum, non assumes nomen Dei in vanum. Hi duo modi nascũtur ex duplici materia legis: alia est enim materia per se bona,

& ex hac nascitur modus faciendi legem affirmatiuè: alia est materia mala, & ex hac nascitur modus faciendi legem negatiuè.

Notandum autem hoc loco ꝙ nõ eodem modo obligat lex posita affirmatiuè, ac negatiuè: lex enim posita affirmatiuè non obligat ad omne tempus, sed solùm aliquibus temporibus, ratio est, quia lex affirmatiua præcipit aliquid facere, sed non possumus semper facere & operari continuo.

Secundò, quia materia præcepti affirmatiui, cõmuniter non est semper præsens nobis.

Præceptum negatiuum, vel lex negatiua obligat ad omne tẽpus, & ad quamcunque temporis partem, quia præceptum negatiuum prohibet operationẽ: possumus autem semper & in quacunque parte temporis operari prohibitũ, vel cessare ab operatione aliqua.

Circa prædicta autem oriuntur nonnulla dubia.

Primò, circa consuetudinem. Vtrum, quando aliqua lege prohibetur consuetudo non solùm, ita vt lege inualidetur consuetudo præcedens, sed etiam prohibeatur ne per consuetudinem possit aliquid induci, nõ obstante tali lege possit induci valida consuetudo. Resp. ꝙ aut res circa quam prohibetur, & inualidatur cõsuetudo est res p se mala, & ideò prohibita, aut non est ex se mala, sed solùm mala quia prohibita; primò casu, vt quia res sit cõtra ius diuinum, vel naturale, vel supernaturale, omnis consuetudo quæ introduceretur esset nulla & inualida, & istius generis est illa prohibitio, quæ est in Bulla Cœnæ.

Imò, vt supra est dictum, etiã si nulla lege prohiberetur hæc consuetudo, adhuc esset nulla, quia cõtra ius diuinum non potest introduci consuetudo. Si verò res sit mala, quia prohibita iure humano, tunc non obstante lege prohibente, & annullante introduci potest consuetudo.

Ita vt postquam sciente, & non contradicente superiore consuetudo fuit vsitata per tot annos, quot satis sunt ad inducendam, vel præscribendam consuetudinem.

Consuetudo est valida, & efficax; ꝓbatur, nam consuetudo scita & tolerata potest præscribere contra quamcunque legem humanã, ergo etiam contra istã legem per quam est annullata.

Secundò, quia ex hoc ꝙ superiores vident consuetudinem, & tacent, iam videtur remittere obligationem illius legis, ergo illa lex iam amplius nõ est valida, & consequenter cessante lege, subsistit consuetudo.

Secundò, dubitatur an ciuitas, quæ subest principi, & domini temporales, qui sunt subiecti superioribus dominis in suis terris, & dominijs: episcopi in suis diœcesibus, capitula ecclesiarum cathedralium vel collegiatarum: gubernatores vrbium, & huiusmodi personæ possint condere legem. Resp. si loquimur de lege propriè dicta isti non possunt condere legem generalem, antiquitus enim erat lex quòd populus statuebat, modo ꝙ principi placet. §. constat. Instit. de iure nat. 7 Legẽ cõdere an possit alij subditus.

Vbi hoc modo lex distinguitur ab Edictis, & responsis, & §. sed & ꝙ principi. Instit. eo. l. 2. ff. de orig. iur. §. nouissimè. l. 1. ff. de constit. princ. cap. lex est. distinct. 2.

Si verò sumatur nomen legis impropriè pro quocunq; præcepto scripto, ꝙ communiter solet vocari potius statutum. c. lex est. dist. 1. sic omnes prædicti possunt facere legem, vel statutum aliquod in rebus pertinentibus ad illam cõmunitatem sibi commissam, & subditos. not. in cap. 1. de constitu. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure.

In condendis verò his statutis diligenter aduertere debent ne excedant limites suæ iurisdictionis: vt d. Bal. in l. omnes populi. ff de iust. & iure.

Secundò, obseruare debẽt ne ista statuta præiudicent legi superiori, & iuri communi.

Tertiò, debent esse valdè cauti, vt diligenter examinent iustitiam sui statuti, quia quandoque huiusmodi statuta sunt iniusta.

Tertium dubium an lex humana, ciuilis, vel canonica possit aliquid contra 8 Lex huma

na an aliquid possit contra ius diuinũ vel naturale. ius diuinum, vel naturale, vel supernaturale. Resp. quòd non contra ius diuinum naturale, & supernaturale.

Lex tamen ciuilis & ecclesiastica potest aliquid præter dispositionem iuris diuini, & naturalis, v.g. potest constituere quasdam conditiones in cõtractibus, vt solẽnitates, numerum testium, & huiusmodi quibus non seruatis contractus sit nullus, etiam, si alioqui in puro iure naturali validus sit, de quo in tract. de dominio.

Tertiò, ius canonicũ & summus pontifex potest interpretari non solum ius diuinum naturale, sed etiam ius diuinũ supernaturale declarando in quibus casibus obliget, in quibus non, quo tempore, quas personas &c. v.g. est ius diuinũ de confessione, & communione & ieiunio, sed ecclesia declarat quando obliget & quas personas & sic de alijs.

9 Lex iusta an possit populo repudiari. Quartum dubium an populus possit repudiare iustam legem principis secularis. Resp. quòd populus quãdo lex est manifestè iusta tenetur statim illam acceptare, nec obstat, quòd potestas principis sit à populo, quia postquàm populus transtulit potestatem suam in principem, debet esse illi subiectus in omnibus rebus manifeste iustis.

Secundò quandocunque est aliquod dubium de iustitia legis, populus non tenetur statim legem acceptare, sed licite potest illam refutare, donec certus fiat de iustitia legis, licet enim populus tradiderit principi potestatem, & supra se dedit illam, id tamen fecit ad suam vtilitatem non destructionem, ideo potest rogare principem ne sic statuat, qui si nõ quiescit precibus tenetꝰ populus obedire, si peccatũ nõ pcipiat, licet tũc possit talem legẽ nõ inducere in cõsuetudinem, nisi à principe cogatur in l. graui.

Tertiò postquàm lex iam fuerit examinata, & inuenta iusta, tenetur populus illam acceptare, eodem modo, quo supra dictum est de lege continente manifestam iustitiam.

Quartò, & vltimo si princeps sciat populum nõ seruare legem à se latam, & tamen dissimulet nec puniat, præsertim quando publice lex violatur, iam desinit obligatio legis, etiam si iusta esset & sanctissima & hoc de lege humana non autem diuina, vt supra.

Quintò dubitatur an princeps teneatur lege à se edita. Resp. legem posse dupliciter cõsiderari, vt d. D. Th. 1. 2. q. 96. art. 5. vno modo quo ad uim coactiuã, vt is qui illam transgreditur possit puniri, vel ad incurrendam pœnam à lege statutam, vel aliam arbitrariam, & hoc modo princeps qui tulit legem, non est subiectus legi, nec incurrit pœnam ea statutam. 10 Legẽ seruare an princeps teneatur.

Secundò lex potest cõsiderari secũdũ uim directiuam, prout est quædam regula extrinseca humanorum actuum. Et hoc modo princeps quantumcunq; supremus sit tenetur legi, habetur expresse in c. cum omnes de const. & c. pro illorum. de præb. & l. 1. ff. quòd qu ſque iuriſ. pro qua sententia facit illud sapientis patere legem quam tu ipse tuleris.

Hinc Christus Matth. 26. improperat phariseis, quòd imponebant alijs onera grauia, & importabilia, quæ ipsi nec digito volebant leuare, ratio huius est, quia omnis lex iusta dirigit nos ad operandum secundum rectam rationem, ergo princeps quicunque indiget hac regula & ratione.

11 Leges oẽs ciuiles, & canonicæ an obligẽt. Sextò dubitatur. An omnes leges ciuiles & canonice, quæ habentur in corpore iuris obligent.

Respondetur multas esse tàm ciuiles quàm canonicas, quæ non obligant, multas etiam, quæ modo seruari non possunt, quia sunt per nouas leges abrogatæ, multas etiam esse abrogatas per contrarias consuetudines, & loquendo in particulari multas ex legibus ciuilibus esse iniustas quæ non possunt seruari sine peccato, vt 19. colligit Silu. verbo. lex. §. 10. inter quas ponit eam quæ concedit præscriptionem possessori malæ fidei, si possedit per triginta annos, vel plures, vnde lex ista est abrogata per ius can. in c. possessor. de reg. iur. in 6. & §. 11. colligit alias leges, quæ seruandæ non sunt, nec in foro contentioso ciuili, vel ecclesiastico. Ec §. 9. colligit etiam multos casus in quibus leges ciuiles, vel cano-

canonicę non obligant in foro conscientiæ, & supra dictum est quæ leges ciuiles non sint seruandæ, & latius infra.

12 Septimò dubitatur an lex solum respiciat futura, an aliquando etiam præterita.

Lex an respiciat futura solū, vel an etiā præterita.

Respondetur primò, legem ex natura sua respicere solum futura, nā si cōsideretur lex quo ad vim coactiuam certum est, quòd respicit futura, quia antequàm lex constitueretur opus non erat prohibitum, ergo non potest puniri per vim coactiuam.

Secundò, quia vis coactiua legis per se est ordinata ad obseruantiam legis in futurum, vt metu pęnę omnes obseruent legem. Si etiam loquimur de vi directiua, certū est quòd lex antequàm fiat non potest dirigere, ergo nō potest dirigere operationem præteritam, quæ facta est ante legem, secundò, probatur ex c. cognoscentes. c. fi. de const. & c. ante trienniū. 31. dist. c. proposuisti. dist. 82. secundò dicitur legem quandoque respicere etiam præterita, est casus in c. fi. eo. de constit. quando in ipsa constitutione exprimitur aliquid nominatim de præterito vel omnia præterita, & exemplū habetur in c. ad audientiam de rescript. vbi Papa præcipit irritari quasdam pronisiones factas ante illam cōstitutionē, simile habetur in c. si quidam 10. q. 1. & in c. incumbis. de elect. gl. in d c. fi. de const. addit alium casum, quo lex respicit præterita, lex scilicet humana etiam declaratiua tantum iuris naturalis, Vnde secūdum illa quibus declarat ius naturale se extendit ad præterita. habetur expresse exēplum in c. cum tua. de vsur. vbi præcipitur restitui vsuras non solū quæ fiunt post illam cōstitutionem, sed etiā ante factas, ratio est quia lex restitutionis est iuris naturalis, quia continetur sub præcepto non furtum facies.

Notandum, quòd aliquando tota lex & secundum partē præcipientem, & secundum partem pœnalem est declaratiua, vel confirmatiua iuris naturalis, & tunc secundum vtranq; partem respicit præterita, vt in proposito exemplo prohibetur in can. citato vsura, & apponiť pœna restitutionis vtraque vero pars est de iure naturæ.

Aliquando vero vna pars legis est Iuris naturalis, altera vero pars est iuris noui, & tunc illa pars quæ est iuris naturæ respicit præterita, altera quæ est iuris noui non respicit præterita, nisi hoc expresse diceretur in lege. Vnde cōmuniter leges pœnales pontificię non obligant ad pœnas eos qui ante ipsas leges contrafecerunt, sic tenet expresse pœn. in ca. quoniā simoniaca. de sim. Paulus. de Eleaza. in proęmio clementinarum, & alij multi canonistę & Doctores. Addēdum adhuc, quòd si in lege exprimantur duæ, vel plures pœnæ, quarum altera sit iuris naturalis, & altera iuris noui, tunc altera quæ est iuris naturæ extenditur ad præterita, altera non.

Octauò dubitatur. An lex patiatur declarationem & interpretationem. 13

Lex an patiatur declarationē, & interpretationē, & ad quē id spectet.

Respondetur omnem legem humanam recipere declarationem, & interpretationem, imo etiam legem diuinā. Aduertendo, quòd duplex potest esse declaratio, vel interpretatio legis, altera vniuersalis pro toto populo & tota Republica, vt v.g. lex ista non obligat nisi tales, & tales personas & tali tempore, in tali & taliˀ occasione &c. Altera est interpretatio particularis in ordine ad aliquem casum particularem. hoc posito, dicendum primò interpretationem vniuersalem tam iuris diuini quàm humani ecclesiastici pertinere ad solū Romanum pontificem. c. proposuit. de concess. præb. de quo alibi tr. de Papa.

Ad eūdem pertinet vniuersalis interpretatio iuris ciuilis, in illis omnibus, quæ pertinēt ad clericos & personas ecclesiasticas, vt in c. 1. de iur. calumn. declarat legem de iuramento calumniæ non obligare clericos &c.

Secundò, interpretatio vniuersalis iuris ciuilis pertinet ad Imperatorem de iure; probatur, nam eius est interpretari leges cuius est condere, sed condere est imperatoris. l. 1. C. de legib. cum seq. ergo. Diciť esse Imperatoris de iure, quia postquàm Reges omnes, & multi principes pręscripsere contra ius imperij potestatem suam, ipsi possunt interpretari leges in ordine ad suos subditos.

In casu particulari, si difficultas aliqua occurrat circa legem diuinam, uel canonicam, vel etiam ciuilem, quatenus concernit clericos, & difficultas sit valde grauis interpretatio petenda est à Romano Põtifice, vnde nouissime interpretationẽ Concilij Trid. in quocunq; casu Pontifex sibi reseruauit, vt patet in bulla confirmationis eius. Si vero res sit leuior interpretatio petenda est ab episcopo loci, vel alio iudice ecclesiastico in certo casu.

Interpretatio vero iuris ciuilis quatenus spectat ad laicos, pari ratione in re valde graui spectat ad Imperatorẽ, vel alium supremum dominum, in re autẽ leuiori pertinet ad iudicem secularẽ in causa de qua agitur. de quo tr. de Iudice.

Aduertendum est autem hoc loco, ꝙ ille qui potest legem interpretari debet in sua interpretatione cõformare se vel consuetudini. iuxta. l. minime. ff. de legibus, & c. cum dilectum. de cõsuet. ita vt si circa illam legem sit aliqua consuetudo, fiat interpretatio, quæ sit conformis illi consuetudini approbatæ, cum enim consuetudo sit optima legem interp̃s. c. in his. distin. 11. consequenter optima erit interpretatio quę conformis sit con suetudini. Vel secundo debet se conformare cum aliqua alia lege, quia cum iura debeant iuribus concordari. ca. cum expediat. de el. in 6. optima legis interpretatio est per aliam legem, vel per cõformitatẽ cum alia lege, Vel tertiò debemus leges interpretari per alias leges similes etiam si sint in materia diuersa, iuxta. l. non possunt. ff. de legibus.

Quartò, & vltimo multum facit pro legis recta interpretatione cognoscere causam finalem, & finem ipsius legis, quæ sępe plus attendenda est quàm ipsa lex, iuxta l. primam C. quæ sit longa consuetudo, & c. consuetudo. dist. 1. Vnde optima interpretatio erit illa quæ erit conformior fini ipsius legis.

14 In lege an dispenset, & ex quibus causis, & à quib.

Nonum dubium. An in lege cadat dispensatio, & à quo fieri possit dispensatio, & quibus de causis.

Respõdetur primò circa ius diuinũ, naturale, vel supernaturale, nõ posse cadere dispensationem humanam, dicitur humanam, quia sine dubio Deus potest dispensare, quo pacto aliqui Theologi volunt dispensasse in præcepto de furto cum Israelitis quando fugerunt ex Egipto, & acceperunt vasa argentea & alia quædam, de qua re alibi late loco suo. Homines autem non posse dispensare circa has leges est per se notum, quia tũ nullus inferior potest dispensare in lege superioris. arg. c. inferior. 21. dist. tũ quia non apparet data hominib. talis potestas. Verum est tñ ꝙ Romanus Pontifex quandoque posset per modum interpretationis dispẽsare in iure diuino, qa cum pœnes ipsum potestas sit interpretari, & declarare ius diuinum, vt supra hoc pacto dicitur in eo dispensare, licet impropriè, quia non directe relaxat legis rigorem, & obseruationem, quòd ptinet ad dispensationem, sed solum declarat interpretando ius diuinum in aliquo casu particulari id non habere locum, quòd non est dispensare.

In omni autem iure canonico potest dispensare summus Pontifex. c. licet. de const. in 6. vel velit dispensare vniuersaliter cũ tota ecclesia, vel particulariter cum aliquo Regno prouincia aut persona particulari.

Verum est tamen, quòd quanto vniuersalior erit dispensatio tanto maiorẽ exigit causam.

Tertiò episcopi cõiter non possunt dispensare in iure communi idest in legibus pontificijs, nisi in casibus sibi concessis per sedem apostolicam.

Quartò, nec episcopi, nec sũm. Pont. nec vlla humana potestas potest dispensare in lege cum damno, & præiuditio tertię personæ, nisi forte quando persona qua cum dispensatur esset valde vtilis, & necessaria Reipublicæ, & damnũ illius personæ alia via compensaretur. Vnde quando fieret dispensatio etiam pro bono communi cum aliquo notabili detrimẽto aliquorum particulariũ quantum fieri posset obuiandum esset illi detrimento particularium, quòd si nullo modo obuiari potest, tũc bonum commune debet præferri bono particulari de quo alibi.

Quintò, in iure ciuili dispensare põt

Im-

Imperator Rex, & quilibet supremus princeps.

Sextò in necessitate graui, & subito occurrẽte, quæ non patitur moram, ita vt nõ possit adiri princeps, vel superior, quilibet potest dispensare sibi ipsi in quacunque lege humana.ar.c.fi.de obs. ieiunij.

Septimò ad dispensationem in quacunque lege, & in quocunque casu requiritur aliqua causa rationabilis, vnde quotiescunque dispensatio conceditur sine cã grauiter peccat ille qui dispẽsat, & is cui dispensatur nõ est sepè tutus in conscientia, nam lex vtsupra obligat totam communitatem, ex communi autẽ obligatione nemo debet eximi sine causa, tenet tamen dispensatio si adsit potestas dispensandi. Debet autem esse causa maior, vel minor prout dispensatio est communior, vel particularior, aut etiam prout persona est magis, vel minus bene merita, prout psona erga quã dispensatur est vtilior Reipublicæ, vel minus vtilis, & ex alijs similibus causis.

15 Lex humana an possit tolli, quomodo & à quib.

Decimum dubium. An lex humana possit tolli, & abrogari.

Respondetur posse tolli, quia de facto patet multas sublatas esse, potest aũt tolli his modis. Primò, per non vsum legis, idest per hoc quòd lex communiter non seruatur, & princeps scit & tolerat, & nullus communiter reprehendit, vt alias est dictum. Secundò, tolli potest per contrariam consuetudinem, id est per vsum contrarium legi, quia consuetudo scita tolerata, & non reprehensa abrogat legem, vt supra. Tertiò, tolli potest per legem contrariam, dicitur vero contrariam, quia si lex noua non sit contraria, sed solum diuersa, non abrogat, si vero sit omnino contraria tollit legem, etiam, si lex ista noua non faciat mentionem contrariæ legis, nec dicat illam abrogare. Quando autem leges sunt diuersæ, tunc vtreque seruãdę sunt; & si leges aliquando in vna parte sint concordes, in altera vero contrariæ, tunc per legem nouam cessat illa pars legis, quæ vltimæ contrariatur.

Aduertendum autem hoc loco, quòd ad abrogandum legem requiritur multo maior causa quàm ad dispensandum in lege, quia per dispensationem lex adhuc relinquitur in suo robore in ordine ad illas personas cum quibus non dispensatur, per abrogationem vero omnino tollitur lex. Probabile tamen est aliquas leges humanas esse in ecclesia Dei, tam sanctas tam antiquas tam vsu receptas, vt nulla possit esse causa sufficiens ad illas abrogandas, ex quo enim lex est vtilior communi bono magis vsu recepta, & commendata, eo difficilius dari potest causa ad illam abrogandã.

Non potest autem abrogari lex directe nisi ab eo, qui habet potestatem condendi legem.

Vltimum dubium. An lex humana siue ciuilis siue canonica obliget cum periculo vitæ, vel cum aliquo alio grauis damni periculo, vel circa bona temporalia, vel circa ipsum corpus &c. 16 Lex humana canonica, vel ciuilis an obliget cũ periculo vitæ.

Respõdetur, primò nullã legẽ talem ex se obligare cum periculo vitæ ex natura sua, probatur, nam maior est obligatio naturalis ad conseruationem propriæ vitę quàm obligatio iuris humani.

Secundò, lex humana communiter non obligat cum periculo alicuius grauis damni in bonis tẽporalibus, vel alicuius grauis ægritudinis in corpore.

Tertiò, lex humana per accidens obligat cum periculo vitę, & consequẽter amissionis bonorum, & ęgritudinis, qñ scilicet lex humana coincidit cum legę naturæ, vel diuina.

Primò, quando transgressio. l. humanę est scãdalo. v.g. si dominus cogat seruum multis verberibus, vel etiam comminatione mortis ad comedendas carnes diebus prohibitis, licite seruus non comedit carnes contra ius humanum, si dominus sit infidelis, vel hęreticus ita, vt ex hac manducatione carnium putet seruum Christianũ, & Catholicum negare fidem, vel consentire in hęresim, tunc enim etiam cum periculo vitæ tenetur abstinere ab esu carnium. Et idẽ videtur dicendũ si adsit traditio apostolica, vt de celebratione stomacho Ieiuno.c.liquido.de cons.d.1.sic enim sacerdos minis etiam coactus non debet celebrare probabiliter, de quo infra.

Secun-

Secundò, leges militares plerunque obligant cum periculo vitæ, quia transgressio illarum legum pertinet, vt plurimum ad commune damnum.

Tertiò trāsgressio illarum legum humanarum, quæ est cum notabili detrimento proximi, quando detrimentum proximi, vel est commune, vel infertur etiam detrimentum proximo priuate sine vlla graui necessitate vitandi proprium detrimentum. De quibus omnibus fere latius etiam infra agetur.

SVMMARIVM.

1 Lex æterna quid sit.
2 Lex æterna an possit cognosci, & quomodo.
3 Lex omnis humana ab æterna dependet, & quomodo.
4 Legi æternæ an omnia subdantur.
5 Legi ęternę an naturalia contingētia subdantur.
6 Legi ęternæ qualiter subdantur rationales creaturæ.

De lege æterna. Cap. IIII.

D. Tho. 1. 2. q. 93.

1 Notandum, quòd lex æterna cōmuniter significat quòdcūque dictamen diuinæ rationis, vel præscribat modū necessarium, vel liberum vt consilia, proprie vero significat dictamen rationis præscribens creaturis modum aliqua ratione necessarium, scilicet pro ipsarum conditione, & sic accipitur hic. His not.

Lex æterna quid sit.

Prima sit propositio. Lex æterna est summa & æterna ratio diuinæ sapientiæ quatenus res omnes ad destinatos sibi fines sic dirigit, vt illis iuxta illarū conditionem modum necessarium afferat, scilicet rebus natura sua necessarijs necessitatem absolutam, contingētibus vero necessitatem conditionatam in ordine ad aliquem finem, vt hominibus in ordine ad beatitudinem supernaturalem, probatur ex Aug. lib. 1. de li. arb. c. 6. & colligitur Sap. 8. vbi sapientia dicitur attingere à fine vsque ad finem, & Prou. 8. dicitur ab æterno ordinata, & certa lege vallare abissos, quæ intelligi possunt de hac lege æterna, licet intelligantur etiam, de ipsa sapientia genita diuini verbi.

Ratio, nam sicut in quolibet artifice constituitur ratio eorum, quæ constituuntur p artem, ita in quolibet gubernante oportet, q præexistat ratio ordinis eorum, quę sunt agenda, per eos qui gubernationi subduntur, & sicut ratio rerum fiēdarum per artem dicitur ars, vel exemplar rerum artificiatarum, ita etiam ratio gubernantis actus subditorum rationē legis obtinet, seruatis alijs quæ supra q. 90. dicta sunt esse de ratione legis, Deus vero per suam sapientiā est conditor omnium rerum, ad quas cōparatur, vt artifex ad artificiata p. p. q. 14. art. 14. est etiam gubernator omnium actuum, & motionum quæ inueniuntur in singulis creaturis p. p. q. 103 ar. 5. ergo sicut rō diuinæ sapientiæ quatenus per ea cuncta sunt creata rationē habet artis exemplaris, vel Ideæ, ita ratio diuinæ sapientiæ secundum, quòd est directiua omnium actuum, & motionum. Vt vero prædicta melius intelligantur, notandum quòd in intellectu diuino tria existūt, primò cognitio omnium effectuum etiam possibilium, scilicet in potentia Dei, vel creaturæ, vt dixi Tomo 1. c. de scientia Dei, secundò ars ad efficiendum omnia, vt & artifex per imaginem suæ mentis omnia perficit Io. 1. quòd factum est in ipso vita erat, idest res creatæ sunt in Deo non solum secundum esse naturale, sed etiā secūdū esse intelligibile, tertiò ratio statuta ad gubernandum, sine qua res non consequerentur proprios fines, & sic est lex ęterna, scilicet summa ratio ab ęterno in Deo existens qua efficaciter mouet, & dirigit quamlibet rem in suum finem, vt colligitur ex Aug. lib. 1. de lib. arb. c 6. & lib. 22. Con. Faustum. c. 27. & Cicer. lib. 2. de leg. b. quia mens & ratio sapientis ad iubendum, & deterrendum est idonea, vt ibi d. quæ quidem lex ęterna, si respicitur actus in quo consistit, vnica est, & simplicissima, quia est ratio diuinæ sapientiæ & sic ipsa diuina mēs &

& essentia quæ est simplicissima, si tamen refertur ad obiecta & materias de quibus præscribit latissimè patet, vt infra dicetur, ita vt, secundum rationem, alia dici possit esse lex æterna respectu necessariorum, alia respectu contingentium, alia respectu creaturarum nobilium, vt rationales sunt, alia respectu aliarum rerum, vt colligitur ex Aug. li. 9. ciu. c. 22. vt d. Valentia.

2 Lex ęterna an possit cognosci, & quomodo.

Secunda propositio. Lex æterna non potest cognosci in seipsa prout est nisi à solo Deo, & beatis videntibus diuinā essentiam, omnis tamen creatura rationalis potest eam cognoscere, secundum aliquam irradiationem maiorem, vel minorem, probatur ex Aug. d. lib. 1. c. 6. de li. arb. d. quòd legis æternæ notio nobis impressa est.

Ratio, aliquid. n. cognosci potest, vel in se ipso, vel in suo effectu quo aliqua similitudo eius inuenit', vt aliquis nō vidēs Deū in sua substātia cognoscit ipsū in sua irradiatione, legem ergo ęternā secundum ꝙ in se est nullus cognoscere potest nisi solus Deus, & beati qui Deum per essentiam vident, sed omnis creatura rationalis cū cognoscit secundum aliquam eius irradiationem, vel maiorem, vel minorem, nam omnis cognitio veritatis est quædam irradiatio, & participatio legis ęternæ quæ est veritas incommutabilis, veritatem vero omnes aliqualiter cognoscunt, ad minus quo ad principia communia legis naturalis, in alijs vero quidam plus quidam minus participant de cognitione veritatis, & secundum hoc plus vel minus cognoscunt legem ęternam. Hęc vero lex ęterna in suis effectibus nota est omnibus creaturis rationabilibus, tum quia habent impressam legem naturæ, quæ est irradiatio, & scintilla legis ęternę, tum quia cognoscunt veritatem, cognitio vero veritatis est irradiatio legis æternæ, non tamen ex omni parte id est notum hominibus, vt d. hic D. Th. omnibus tamen communis est saltem quo ad communia pręcepta naturalia, per quę lucet imprimis lex ęterna, & quæ cōmunia pcepta legis naturæ ab Aug. li. de vera religione c. 31. dicūtur in cōmutabiles regulæ legis ęternę.

3 Lex omnis humana ab ęterna dependet, & quō

Tertia propositio. Vis omnium legū humanarum à lege æterna dependet quatenus omne robur habent ab ordinatione diuinæ sapientiæ, & prouidentiæ quæ est ipsa lex æterna, probatur Prou. 8. pro me reges regnant. Io. 19. non haberes potestatem aduersus me vllam nisi tibi datum esset desuper. Rom. 13. non est potestas nisi à Deo, & probat Aug. li. 1. de lib. arb. c. 6. d. nil in temporali lege esse iustum, quòd ex hac lege non deriuatur.

Ratio, nam lex importat rationem quandam directiuam actuum ad finē, supra q. 90. ar. 1. sed in omnibus mouentibus ordinatis oportet ꝙ virtus secundi mouentis deriuetur à virtute mouentis primi, quia mouens secundum non mouet nisi quatenus mouetur à primo, sic & in gubernātibus ratio eorum, quæ agenda sunt in ciuitate deriuatur à Rege per præceptum in inferiores administratores, & in artificialib. ratio actuū artificiatorum deriuatur ab architecto ad inferiores ministros qui manibus operantur, cum ergo lex ęterna sit ratio gubernationis in supremo gubernante, oportet quòd omnes rationes gubernationis, quæ sunt in inferioribus gubernantibus à lege æterna deriuentur, quæ rationes inferiorum gubernantium sūt quælibet leges præter ęternā, vnde omnes leges in quantum participant de ratione recta intantum deriuantur à lege ęterna, & ꝙ ex ea non deriuatur, nō est iustum, vel legitimum secundum Aug. lib. 1. de li. arb. c. 6. Id etiam probatur sic nam dictamen mentibus nostris à natura inditum constituit legem naturalem, quòd vero est in sacra scriptura cōstituit legem diuinam, dictamē vero, ꝙ colligitur per discursum humanū, vel ex ratione naturali, vel reuelata constituit legem humanam canonicam, vel ciuilem, & sic omnes leges reducuntur ad primam causam, ergo. Vnde & sola lex ęterna est formaliter in Deo, & ipsa Dei substātia est, aliæ vero participationes legis ęternę, & sunt formaliter in creaturis, lex ēt æterna est vniuersalis lex, & regimen vniuersale cuius nutu omnia

omnia regũtur, aliæ vero leges sunt particulares, & fines particulares respiciũt, & hęc dirigit quamlibet creaturã modo sibi conuenienti, creaturis enim ratione carentibus intimatur eo ipso, quòd diuinitus est ita sancita, vt suo tempore in ijs esset habitura suas impressiones, & effectus, præditis vero ratione promulgatur & intimatur maxime ex hoc, ꝙ ijs innotescit, vnde & omnium est præstantissima, lex tamen diuina prout est etiam in mente diuina ratione solum distinguitur ab æterna, vt vero lex diuina est participatio quædam legis diuinæ in nobis, vt sumus fidei lumine illustrati, & vt est literis conscripta, sic concedi potest eam deriuari etiam à lege æterna.

4 Legi ętternę an omnia subdãtur.

Quarta propositio. Omnia quæ sunt in rebus creatis necessaria, vel contingentia, legi ęternę subijciuntur non tamen ea quæ pertinent ad naturam diuinam, sed sunt secundum rem ipsa lex ęterna, probatur Sap. 14. tua pater prouidentia omnia gubernat Hester. 13. cuncta sunt posita in ditione tua, Sap. 8. attingit à fine vsque ad finem & probat Aug. lib. 19. ciu. c. 21. & li. 22. Con. Fau. c. 3. & lib. 5. ciu. c. 11.

Ratio, nã lex ęterna est ratio diuinę gubernationis supra artic. 1. quæ subijciũtur ergo diuinæ gubernationi subijciuntur legi æternę, quę vero gubernationi æternæ non subduntur, nec legi ęternę subduntur, quorum distinctio attendi potest ex his, quæ circa nos sunt, nã humanę gubernationi subdũtur ea, quæ per homines fieri possunt, quæ vero ad naturam hominis pertinent non subduntur gubernationi humanę, vt ꝙ homo habeat animam, manum, vel pedem, sic ergo legi ęternę subduntur omnia quę sunt in rebus creatis, vel sint cõtingentia, vel necessaria, quę vero pertinent ad naturam, vel essentiam diuinã legi ęternę non subduntur, sed sunt realiter ipsa lex ęterna. & quòd omnia subdantur legi ęternę patet etiam, nam si Deus faceret contra legem ęternam, faceret contra suam dispositionem at dispositio Dei est immutabilis ergo, non tamen personę diuinę, vel earum processiones subiectę sunt legi ęternę, quia re ipsa non distinguũtur à lege ęterna, sed sũt ipsa lex ęterna, vt patet ex Aug. lib. de vera relig. c. 31. & sic nec voluntas Dei ad intra subijcitur legi ęternę, quia sic est necessaria naturalis & ipsa Dei substãtia, volitiones vero ad extra, vt quibus voluit creare mundum, non tã improprie mensurantur lege ęterna, quia Deus voluit ita creare cœlum sideribus distinctum, quia ita per sapientiã suam iudicauit fieri debere. Prouer. 3. & lex ęterna affert necessitatem rebus naturalibus, sic vt ei ex instinctu quodam, & quasi passiue conformentur, rationabilibus vero, vt ei ob vltimum finem, & beatitudinem ex intentione, & obedientia quadam obtemperent, & vt obliget creaturas irrationales sat est, vt modum illis ab ęterno pręscripserit cui subdantur, creaturis vero rationabilibus oportet, vt aliqua ratione innotescat & promulgetur, quòd fit cum habent notitiã legis naturę, vel scriptę quę ostẽdat aliquid necessarium ad vltimum finem, quia sic potest homo scire id pręscribi à lege ęterna, vt à regula vniuersalissima, & tũc tenẽtur ei obedire, vt d. Valentia hic puncto. 3. & sic homines duplici nomine tenẽtur lege ęterna, vt sunt res q̃dam, & vt vtuntur ratione. vnde & eorum peccatum dicitur esse contra legem ęternam ab August. lib. 22. contra Faust. cap. 27.

Quinta propositio. Naturalia contingentia legi ęternę subijciuntur, probatur. Prouę. 8. quando circundabat mari terminum suum, &c. 5 Leegi ętternę an naturalia cõtingentia subdãtur.

Ratio, aliter enim est iudicandum de lege humana aliter de ęterna, quia lex humana non extenditur nisi ad creaturas rationales quę homini subijciũtur, nã lex est directiua actuum qui conueniũt subiectis gubernationi alicuius, vnde nullus ꝓpriè suis actibus legem imponit, sed quę aguntur circa vsum rerum irrationabilium homini subditarũ aguntur per actum hominis mouentis huiusmodi res, quia huiusmodi irrationales creaturę non agunt seipsas, sed aguntur ab alijs supra q. 1. ar. 2. ideo rebus irrationabilibus homo legem imponere

ponere nō potest, licet subijciantur ei, rationabilibus vero sibi subditis potest legem imponere, quatenus suo præcepto, vel denuntiatione quacunq; imprimit menti earum quandam regulam, quæ est principium agendi, sicut vero homo denuntiando imprimit homini sibi subdito quoddā interius principiū actiuū ita Deus imprimit toti naturę principia propriorum actuum, & hoc modo dicit̃ pręcipuè toti naturę. Ps. 148. p̄ceptū posuit, & per hanc rationem omnes motus, & actiones totius naturæ legi ęternæ subduntur nam alio modo creaturę irrationales subduntur l. æternæ quatenus mouētur à diuina prouidentia, sed non per intelligentiā diuini præcepti, vt creaturę rationales.

6 Legi ęternę qualiter subdātur rationales creaturę.

Sexta propositio. Rationales creaturæ subduntur legi æternę non solum secundum naturalem inclinationem, sed etiam secundum cognitionem, qui modus in malis est imperfectus in bonis perfecte, vtriq; tamen ei subdūtur, probatur ex Aug. 9. ciu. c. 22. nil ab ea subtrahi lege.

Ratio, nam dupliciter aliquid subditur. l. æternę art. pręc. primo prout participatur lex ęterna per modum cognitionis, secundò, per modum actionis, & passionis quatenus participatur per modum interioris principij motiui, & hoc secūdò modo subdūtur legi ęternę irrationales creaturæ, sed quia rationalis creatura cum eo q͂ sibi est commune cū omnibus creaturis hēt aliquid sibi proprium, vt sit rationalis, ideo vtroq; mō legi æternæ subditur, quia, & cognitionem legis ęternę aliquo modo habet supra art. 2. & quia naturalis inclinatio ei inest ad id q͂ est consonum legi æternę, quia sumus innati ad habendum virtutes, secundò eth. in princ. vterque enim modus est imperfectus, & vt corruptus in malis, in quibus & naturalis inclinatio deprauatur per habitum vitiosum, & cognitio boni in eis obtenebratur per passiones, & habitus peccatorum. In bonis vero vterq; modus inuenitur perfectior quia super cognitionem naturalē boni eis superadditur cognitio fidei, & sapientię, & super naturalē inclinationem ad bonū superadditur eis interius motiuum gratiæ, & virtutis, sic ergo boni semper subsunt legi ęternę, vt perfecte scd́um eam agentes, mali imperfecte quo ad actiones eorū, quatenus imp̄fecte cognoscūt, & imperfecte inclinātur ad bonum, sed q͂ deest ex parte actionis suppletur ex parte passionis, prout scilicet intantum patiuntur, vt lex ęterna dictat de eis, in quantum deficiūt facere q͂ legi ęternę conuenit. Et nedū in hac vita, sed etiam futura damnati, & beati in ęternum subiecti erunt legi ęternę, quia dānati ex pręscripto legis æternæ cruciabūtur ęterna miseria, beati vero fruentur perpetua fęlicitate, peccatores vero si consideretur peccatum, vt est transgressio diuinæ legis, sic non est secundum legem æternam, sed contra illam, vt vero subduntur pœnę, sic & legi ęternę, suppletur enim eis ex parte passionis, quòd illis deficit ex parte actionis, quatenus ita puniuntur, vt lex ęterna dictat, vt d. hic D. Th. ex Aug. l. de Cath. rud. c. 18. & lib. 1. conf. c. 12. Et ita nemo eximitur à lege æterna, sic ut non teneatur facere, quòd ipsa præscribit fieri tamen potest, vt qui vno t͞pe, & certis quibusdam circunstantijs tenebatur ex lege ęterna aliquid facere, alio t͞pe, & alijs circunstantijs non teneat̃ id facere, mutatione ex parte hominis facta, cum lex ipsa alioqui in se perpetuo duret. Et sic lex æterna in se est etiam incommutabilis, vt d. Aug. lib. 1. de lib. arb. c. 6. nō tamen ex parte materię, vel rei quam præscribit, licet sic ex parte Dei, quia præscribit mutabilia, & sic lex diuina dicitur translata secundum materiam Heb. 7. vel res pręscriptas, vt d. Aug. d. c. 6. & Valentia hic puncto. 5.

SVMMARIVM.

1 Lex naturalis an sit habitus.
2 Lex naturæ plura continet pręcepta.
3 De lege naturę an sint omnes actus virtutum, & an lex naturę vna sit apud omnes.
5 Lex naturæ an possit mutari addendo, vel subtrahendo.

6 Lex

6 Lex naturæ an possit deleri à cordibus hominum.

De lege naturali. Cap. V.

D.Tho.1. 2.q.94.

1 Lex naturalis ã sit habitus.

PRima propositio. Lex naturalis propriè nõ est habitus, impropriè verò sic dici potest; probatur ex Aug. lib. de bono coniugali. c.12. d. quòd habitus est quo quis vtitur cum opus est, at lex naturalis non est talis, quia est in paruulis, & dãnatis q nil agere possũt.

Ratio primi, nam lex naturalis est aliquid per rationem constitutum, supra q.90. art. 1. ad secundum; sicut propositio est quoddam opus rationis, sed non est idem quòd quis agit, & quo quis agit, quia aliquis per habitum grammaticæ agit orationem congruam, cum ergo habitus sit quo quis agit, non potest esse ꝙ lex sit habitus propriè & essentialiter; si verò habitus accipitur id ꝙ habitu tenetur, vt fides dicitur id ꝙ fide tenetur, hoc modo quia præcepta legis naturalis quandoque considerantur in actu à ratione, quandoq; sunt in ea habitualiter tantum; hoc modo potest dici ꝙ lex naturalis sit habitus. Vt verò prędicta melius intelligantur, notandum, ꝙ lex naturalis sunt propositiones, & iudicia per se nota, vel ex se notis euidẽter deducta, vt malum est fugiendum, bonum sequendum, mendacium fugiendũ, veritas amplectenda, quòd consistit in intellectu practico, qui sinderesis dicitur, cui statim intellectus assentitur tanquam primis principijs per se notis practicè, vt & intellectus speculatiuus primis principijs speculatiuis per se notis, non tamen oĩa legis naturalis sunt per se nota, sed tãtum prima principia illa vniuersalissima, de quibus supra, sequentia verò requirunt industriam, nec etiã homines feruntur impetu naturali in legem naturalẽ, vt bruta in suas inclinationes, sed per lumen naturæ insitum homines ducuntur in finem honestum. Vel lex naturalis est lumen rationis humanæ, quam Deus vna cum natura inseruit mentibus hominum ad aliquid faciendum, vt colligitur Rom. 2. & ex Aug. 2. conf. c.4. & in Ps. 57 & Cassiano collat. 8. c. 23. & secundùm hanc legẽ sciuit Abel se debere offerre de primitijs ouium suarum ad sacrificãdum Deo. Gen. 4. & Noe immũdum animal non offerendũ Gen. 7. & Sem ac Iaphet, ꝙ patris pudenda reuelare nõ deberẽt. Gen. 9. & Abraham ne de spolijs hostiũ suorum acciperet, ne mercedem operis sui acciperet. Leuit. 18. & quòd decimas Melchisedech soluere deberet. Gen. 9. 24. & Loth, ꝙ peregrinis obsequia præstare deberet. Gen. 18. & ijdem obseruarunt pręcepta decalogi hac lege, sine lege scripta, vt d. ibi Cassian. Vel lex naturalis est rationale nostrę rationis dictamen; quo per lumen nobis ab æterna lege impressum, euidenter cognoscimus ea esse facienda, quę ita sunt recta & naturæ nostræ cõsentanea, vt ea negligere sit deforme, & naturæ repugnans, & cõtra ea esse vitanda quæ facere turpe sit, & naturæ rationali minimè congruũ, vt bonum sequendum, malum fugiendum, ꝙ nobis nolumus alteri nõ faciẽdum. Mat. 7. Deum colendum, parentes honorandos, &c. & colligitur etiã Rom. 2. Et hæc lex est eadem apud omnes: vt d. Isid. lib. 5. etimo. c.4. licet ob prauam consuetudinẽ lex naturæ apud aliquos sic sit obruta quò ad aliquas conclusiones, vt nõ sit omnibus nota, vt idolatria & alia flagitia apud aliquas gentes erãt in vsu teste Theod. li. 9. de cur. græc. aff. & latrocinia permittebantur apud Germanos, vt d. Cæsar de bello Gallico lib. 6. Et hæc lex non est habitus, sed magis actus rationis, inest tamẽ nobis per modum habitus, quatenus hæc dictamina legis naturæ sunt in intellectu quandoque solum in potentia, & in habitu primorum principiorũ, quæ est sinderesis, nec etiam est in pueris ratione carentibus, nec timentibus, vnde nec est habitus: vt dicit Medina.

2 Lex naturæ plura continet pręcepta.

Secunda propositio. Lex naturæ plura cõtinet præcepta, quæ ordinem inter se habent, & alia alijs priora sunt, quia lex naturæ potest cõsiderari secundùm diuersos appetitus, vel ad esse, & viuere & cõseruari, & ad hos appetitus respondet cõe principium bonũ est sectãdum, malum

malum fugiendum, omnes.n.id amplectuntur 1.Eth. vel secundùm appetitum ad naturã animalis spectãs, & huic respondet liberum esse contrahere matrimonium, nisi prohibeatur, nec id vetandum. §.1. Instit. de iure nat. tertiò, vel secũdùm appetitum hominis propriũ, & sic surgit cõmune principium Deum esse colendum, parentes honorandos, non falsè iurandum, & huiusmodi.

Ratio, nam sub quacunq; lege cõprehenduntur omnia facienda, vel vitãda, q̃ ratio practica naturaliter apprehendit vt bona & sic prosequẽda, vel vt mala, & sic vitanda, sub illa cõprehunduntur plura pręcepta, sed lex naturalis est hmõi, ergo, prima patet, secũda probat, nã inest primò hoĩ inclinatio ad bonũ secundùm naturã in qua cõicat cũ omnibus substantijs, prout quælibet substãtia appetit conseruationem sui esse secundùm suã naturã, & secundùm hanc inclinationem pertinẽt ad legem naturalem ea per quæ vita hominis conseruatur, & contrariũ impeditur. Secundò, inest homini ĩclinatio ad aliqua magis specialia secũdùm naturã in qua cõicat cum cæteris aĩalibus, & secundùm hoc ea dicũtur esse de lege naturali quę natura oĩa aĩalia docuit, vt est commistio maris & fœminæ, educatio liberorũ, & hmõi. Tertiò, inest homini inclinatio secundùm naturã rationis quæ est sibi propria, vt homo habet naturalẽ inclinationẽ ad hoc ꝙ cognoscat de Deo veritatem, & ad hoc ꝙ in societate viuat, & secundùm hoc ad legẽ naturalẽ pertinent ea quæ ad hmõi inclinationẽ spectant, vt ꝙ homo ignorantiam vitet, ꝙ alios nõ offendat, & hmõi, omnia tamẽ ordinãtur ad bonũ ꝙ est primum principium in ratione practica, bonum .n. oĩa appetunt, & ideò hoc est primũ præceptum legis, ꝙ bonum est faciendũ & prosequendum, & malum vitãdum, super quo fundantur oĩa alia præcepta legis naturæ. Vel diuisio sic colligitur, q̃a lex naturæ potest considerari, vt est iudicium rationis practicæ naturale & euidens, & sic continet q̃dam principia per se nota, vt bonũ est faciendũ malum fugiendũ, alteri non fiendũ ꝙ nõ sibi quis vult: secundò, continet ea q̃ non nisi ex propositionib. per se notis euidẽter deducuntur, vt ꝙ coniux debeat coniugi fidelitatẽ, & iustitiã impendere. Secũdò potest lex naturæ cõsiderari, vt r̃ndit appetitui naturali ad esse viuere, & cõseruari, & huic appetitui r̃ndet gradus legis naturæ .s. earum propositionũ, quæ ad has res conseruandas pertinet. Tertiò, potest considerari lex naturæ, quò ad materias quas præscribit, & sic reducitur ad præcepta decalogi.

Tertia propositio. Omnes actus vt virtuosi sunt, sunt de lege naturæ, non tamen idem secundùm se. 3 De lege naturę an sint oẽs actus virtuosi, & ã lex naturæ sit vna apud oẽs.

Ratio primi, nã ad legẽ naturę pertinet oẽ id ad ꝙ homo inclinat secũdùm suã naturã art. præc. sed quodlibet naturaliter inclinatur ad operationẽ sibi cõuenientẽ secundùm suã formã, vt ignis ad calefaciendũ, vnde cũ aĩa rationalis sit propria forma hoĩs, naturalis inclinatio inest cuilibet homini, ꝙ agat secũdùm rationẽ, ꝙ est agere secundùm virtutẽ, vnde secundùm hoc oẽs actus virtutũ sunt de lege naturali, quia propria ratio cuiq; naturaliter dictat, vt virtuosè agat; loquẽdo verò de actibus virtuosis secundùm seipsos, prout in proprijs speciebus considerant, sic non oẽs actus virtuosi sunt de lege naturę, quia multa secundùm virtutẽ fiunt ad q̃ natura nõ primo inclinat, sed per rationis inquisitionẽ hoĩes ea inuenerũt quasi vtilia ad benè viuendũ. Et ita lex naturæ non p̃cipit oẽs actus virtutũ secundùm rationes suas speciales, quia multæ actiones suscipiunt secundùm virtutẽ vltro citra obligationẽ, vt de quibus h̃r consilium diuinũ, q̃dam actiones suscipiunt ex p̃cepto, sed humano tm̃ non naturali, vt ieiunium certo modo, & tpe institutũ; p̃cipere tñ dr̃ oẽs actus virtutum secundùm rationem cõem illis oĩbus .s. vt cũ ratione cõgruunt, & ita vt sunt bonum quoddã honestũ, & rationi consonũ, & sic bonũ rationis est in oĩbus actib. virtutũ lege naturæ p̃ceptũ, sic tñ vt ad eã legẽ naturæ implendã opus non sit oẽs actus sub ea ratione exercere, sed sat est si id bonum rationis exerceetur q̃n exercentur illi actus virtutũ qui sunt p̃cepti secun-

secundùm suas rationes speciales. Vnde id dictamen, bonũ est sequendũ, nõ nos obligat ad sequendũ quicquid rationi consonum aduertimus, vel vt tale nobis p̃cipitur, quia id pertinet ad obediẽtiã, nõ ad id vniuersale principiũ, sed intelligitur id ꝙ si nobis operandũ propriè moraliter est operemur benè, & conuenienter rationi, & nõ malè, & ita posito ꝙ operemur moraliter, non indifferenter. Vnde qñ benè operamur, vel secundùm p̃ceptum, vel secundùm cõsilium toties adimplemus id p̃ceptũ vniuersale legis naturę, & èconuerso peccamus. Cũ verò actus virtutũ qui sunt in specie p̃cepti exercemus, in eo ꝙ bonũ nõ malum facimus, non solũ implemus id p̃ceptũ vniuersalissimũ legis naturæ, sed ẽt specialia p̃cepta, quibus actus virtutũ p̃cipiũtur, quia ẽt hæc specialia p̃cepta legis naturæ, eo ipso ꝙ aliquos act⁹ virtutũ p̃scribunt, consequenter ẽt p̃cipiunt vt bonũ rõnis prosequamur. s. vt continentur, vt cõe quiddã, in speciali rõne boni actuũ eorũ qui in specie p̃cipiuntur, oĩa verò peccata sunt cõtra rationem, & sic contra legẽ naturæ: vt d. Dam. lib. 2. c. 30. & Aug. lib. 12. ciu. c. 1. quia & si q̃dam peccata secundùm suas rõnes speciales sint cõtra p̃cepta supernaturalia, tñ eo ipso ꝙ mala sunt, contrariãtur illi vniuersalissimo principio, bonũ est sectãdum, ꝙ violatur qñ quis peccat, quia obligat ad benè operãdum, ex suppositione, ꝙ operemur, similiter oẽ peccatũ aduersatur illi principio minus vniuersali, quod præcipitur est prosequendum, ꝙ pertinet ad obediẽtiam, quæ doctrina aptatur ẽt ad peccata quę cõmittuntur contra leges humanas: vt d. hic Valentia punct. 4. & hæc lex naturæ obligat oẽs hoĩes rõne vtentes quacunq; ætate sint vbicũq; agãt, vt d. Bas. in Ps. 1. & Hier. in ep. ad Algasiam. q. 8. & obligat necessariò in cõscientia, quia lex naturæ dãnat ea q̃ ab illa exorbitãt tanquã pcã. Rom. 1. modo sup. exposito.

4 Quarta propositiò. Lex naturalis est vna apud oẽs, quò ad cõia sua prĩcipia, quo verò ad infra particularia q̃ ex principijs ijs deduci possunt, vt in pluribus sunt eadem, aliqui tñ possunt deficere quò ad cognitionem, & rectitudinem.

Lex naturæ an sit vna.

Ratio primi, quia ratio speculatiua versatur circa necessaria, q̃ aliter se hr̃e non pñt, ideò circa prima principia est eadã ratio cõis apud oẽs, & idẽ in ratione practica, nã apud oẽs hoc est rectũ & verum, vt secundùm rationem agatur.

Ratio secundi, nã ex prędicto principio sequitur conclusio propria, ꝙ deposita sint reddẽda, ꝙ verum est, vt in pluribus, sed in aliquo casu potest cõtingere vt id sit damnosum, & sic irrationabile, si deposita reddantur, vt si quis ea petat ad impugnandã patriã, & eo magis id deficit, quò ad magis particularia descenditur, vt ꝙ deposita sint restituenda cum tali, & tali cautione, quia quo plures conditiones particulares apponũtur, eo magis potest deficere, vt nõ sit rectũ, vel in reddendo, vel in non reddo. In vniuersali tñ dictamina legis naturæ ẽt quò ad conclusiones, q̃ ex principijs practicis deducũtur perpetuò obtinent veritatem, & conceduntur ab oĩbus rectè dispositis, vt ꝙ deposita sint reddenda cum repetuntur, si non obstet peculiaris circunstantia, maximè verò quò ad principia vniuersalia oĩbus nota lex naturæ vim habet apud oẽs: vt d. Aug. lib. 3. de doctr. Chr. c. 14. Et ita aliqua p̃cepta legis naturæ nulla ignorantia ignorari valẽt, vt qd tibi nõ vis, &c. aliqua sic apud imperitos, vt ꝙ non sit mentiendũ ob vitã seruandam, aliqua sunt de quibus dubitatᷣ an possint ignorari inuincibiliter, vt de simplici fornicatione, quia id non est oĩbus notũ euidenter, hodie tñ putarem notum esse.

Quinta propositio. Lex naturæ nõ põt mutari p subtractionẽ, sed p additionẽ. 5

Lex naturæ an possit mutari addendo, vel subtrahendo.

Ratio, nil. n. prohibet aliquid addi legi naturali, quia multa supra legẽ naturalem addita sunt ad humanam vitam vtilia, tam per legem diuinam, quàm etiam per leges humanas.

Ratio secundi, de mutatione eius per modũ subtractionis, vt quid desinat esse de lege naturæ, ꝙ prius fuit, & sic quò ad principia lex naturæ est oĩno immutabilis, quo verò ad secunda p̃cepta, q̃ dicta sunt esse quasi quasdã proprias conclusiones propinquas primis princi-

 pijs,

pijs, sic lex nãlis nõ ĩmutaѓ, qa vt ĩ pluribus sit rectũ sẽper ꝙ lex nãlis hẽt, põt tñ mutari ĩ aliquo particulari, & ĩ paucioꝛib. ob aliquas speciales cãs impediẽtes obseruãtiam taliũ p̃ceptorũ, vt sup. art. p̄c. Et ita ex p̄dictis lex naturæ põt mutari p additionẽ, vt. s. lex diuina, vel humana aliquid ei superaddat, vt cũ est facta diuisio bonorũ, per legẽ humanã, cũ ante rerũ cõis possessio esset de lege naturę negatiuè: vt d. Isid. li. 5. etim. c. 4. qa nõ p̄hibebaѓ, p desitionẽ verò lex naturæ nõ mutaѓ quò ad dictamina legis naturæ, vt. s. q̃ prius obligabãt hoĩes ad aliquid faciẽdũ postea nõ obligẽt, & sic nõ habeãt vim legis, qa illa p̃cepta vniuersalissima in nullo casu deficiũt: p̃cepta verò magis particularia, nõ p̃nt vniuersaliter mutari sic vt nunq̃ amplius obligẽt, p̃nt tñ quò ad hoĩem particularem & in aliquo casu mutari, qa ĩ casu particulari deficiũt q̃nq;, vt de deposito est dictũ, & hoc casu nõ dr̃ lex mutari, sed aliquẽ eximi ab ei⁹ obligatione aliquo casu, cũ alioqui p̃cepta ipsa sint secundùm se immutabilia, vt hr̃ dist. 5. in prin. & per Isid. li. 5. etim. c. 5. & Aug. li. 83. qq. q. 31. Ex parte verò subiecti, vel sinderesis lex naturæ non põt deleri ex mẽte humana, quò ad p̃icipia vniuersalissima, bonũ est faciendũ, &c. quo verò ad p̃cepta particularia, nõ ẽ ita mutabilis lex naturę, vt possit, saltẽ ex lege ordinaria, d̄leri ex mẽte humana radix illi⁹ .s. sinderesis, sed ũm tñ ea p̃cepta ẽ eatenus mutabilis, quaten⁹ ob prauũ affectũ vel cõsuetudinẽ p̃nt aliq̃ p̃suadere sibi cõtraria his q̃ sunt sc̄dm legẽ naturę, vt hr̃ Rom. 1. Et lex naturę hẽt rõnẽ legis obligatiuę, nõ vt est ĩ nobis, sed quaten⁹ est ĩ nobis ex ĩpressione diuina, vñ & dr̃ q̃nq; lex diuina nãlis, q̃nq; lumẽ diuini vultus. s. rõnis diuinę. Ps. 4. Signatum est &c. & Rom. 2. De potẽtia tñ Dei absoluta põt deleri lex naturę etiã quò ad sinderesĩ ex humana natura, vt d. Doct.

6 Lex naturę an possit deleri à cordibus hominũ.

Sexta propositio. Lex naturæ, quò ad sua prima principia non potest à cordibus hominum deleri, secus quò ad particularia præcepta, & secundaria.

. Primũ patet art. p̄c. deleѓ tñ in particulari op̄abili sc̄dm ꝙ rõ impediѓ applicare cõe principiũ ad particulare operabile p̄p concupiscentiã, vel aliã passionẽ, sup. q. 77. art. 2. quo verò ad alia p̃cepta sc̄daria põt lex nãlis deleri de cordibus hoĩum, vel ob malas p̃suasiones, eo mõ quo ẽt ĩ speculatiuis errare cõtingit circa cõclusiones necessarias, vel ẽt ob prauas cõsuetudines, & habitus corruptos, vt apud quosdã nõ existimabãѓ latrocinia pc̃a, vel vitia cõtra nãm. Rom. 1. An verò lex nãlis recipiat dispẽsationẽ, vel ab ea qs eximaѓ, notandũ, cõtingere aliquẽ nõ subijci legi, vel q̃n lex non hẽt vigorẽ, vt qa iniusta, vel sine debita authoritate, vel qa lex abrogatur ab hñte authoritatẽ: tertiò, ex epieicia cũ declaraѓ aliquẽ casũ nõ esse cõp̄hẽsũ à lege: quartò, p dispẽsationẽ supioris q ex cã rõnabili cẽset aliquẽ in casu particulari esse eximendũ ab obligõne legis, qa qđ bonũ erat in cõi nõ sit bonũ in casu illo p̄ticulari, qa afferat dãnũ, vel boni maioris sit ĩpeditiuũ, ꝙ est dispẽsare, q̃nto mõ, cũ p priuilegiũ qs à p̄tãte legis cõis eximiѓ. His positis, dicẽdũ primo modo nullũ à lege nãli eximi, qa à Deo sancita, & iustissima est; nec sc̄do mõ, qa est ĩmutabilis, p̄declarõnẽ sic: tertio mõ, vt patet de gladio d̄posito p furiosũ: quarto mõ, per p̄tãtẽ humanã nemo põt in ea dispẽsare, quo. s. ad ea q̃ ĩplicitè, vel explicitè cõtineѓ in decalogo, si .n. sic in eo nõ contineantur, licet sint iuris naturæ, nec respiciant intrin̄secè rationẽ iustitiæ, sed speciales modos seruandi illam, ibi cadere potest dispensatio v. g. lex dicit, nullus destruat Rempublicã, in hoc non cadit dispensatio; si verò addatur, dũ vrbs est obsessa, nemo eius fores pandat, potest ibi cadere dispẽsatio, dum dux fugiens se vult illuc recipere. Quo verò ad Deũ, nõ põt dispensare in p̃ceptis primæ, & secundæ tabulæ, vt. s. obligatio legis naturalis remoueaѓ à tota materia eius, cõsiderata adequatè. s. ab actu sc̄dm oẽs eas cõdõnes quas ĩ p̃ceptũ naturale is cadit, qa sic est indelebilis. Is. 24. Rom. 2. Aug. li. de vera relig. c. 31. li. 1. de lib. arb. c. 6. Sic. n. Deus sibi repugnaret qđ vellet eodẽ tp̃e, & nõ: si verò p̃cepta legis nãlis, vel decalogi referanѓ ad act⁹, de qb⁹ p̄scribũt absolutè,

& quali

& quasi materialiter, scilicet non considerando omnes conditiones secundùm quas cadunt in ipsa pręcepta, mutando scilicet circa rei cõditiones aliquid, quo variato, si quis faciat, id quod lex naturalis inadequatè prohibebat, vel omittat, nõ ideò transgreditur legem, & sic Deus potest dispensare, v.g. adest præceptum ne quis rapiat alienum inuito domino, sed Deus potest authoritate sua rẽ quæ erat Petri, Paulo attribuere, & sic dicit dispensare, quod tamen non est propriè dispensare, cum mutentur cõditiones rei, & sic Deus permisit, vt Abraham sine peccato occideret filium innocentem. Gen. 22. & quod filij Israel sine furto acciperent vasa Aegyptiorum Ex. 11. & Oseas ex fornicatione filios susciperet. Oseæ 1. mutãdo, scilicet materiam, quòd efficere possunt etiam magistratus humani hoc pacto. Deus tamen nõ dispensat in illo vniuersali principio bonũ est faciendum, nec in præceptis negatiuis primæ tabulæ, quia eorum scopus est Deus, erga quẽ homo semper debet esse benè dispositus: per priuilegium tamen potuit Deus eximere aliquos ab obligatione legis naturalis, vt scilicet facientes ea quæ sunt contra pręcepta naturæ non peccent, non tamen vt Deum odio habeant, vel fornicentur, vel alia intrinsecè mala agant, vt vsuram, mendacium, vel sine dispensatione diuina, alia vetita ex diuina ordinatione, & naturali, faciant, aliter peccãt, vt d. hic Valentia. qui Deus potest facere vt res aliena aliquo casu sit communicabilis, & sic ibi non cadat peccatum, de quo alibi latius tractat. de Dominio.

SVMMARIVM.

1 Leges humanas dari vtile fuit.
2 Lex humana à lege naturali deriuatur, & quomodo.
3 Legis qualitas quæ, & conuenieñter.
4 Lex humana diuiditur in ius gentium, ciuile, & ecclesiasticum.
5 Ius ciuile distinguitur à iure gentium, & quomodo, & quæ sub vtroque contineantur.
6 Lex humana subdiuiditur in ius militare, ius principum, ius sacerdotum, & quid ad hęc pertineat.
7 Lex ciuilis vnde originem cœpit.
8 Lex canonica cur inducta.
9 Lex canonica, quibus nominibus vocetur & quare.
9 Lex ciuilis vbi sit seruanda, & vbi, ac quando ecclesiastica.
11 Leges ciuiles, quæ nõ sint seruandæ à canone abrogatæ in particulari.
12 Lex ciuilis, quando non seruanda, sed canonica, vel sic in particulari.
13 Leges ciuiles, quibus casibus particularibus sint cõtrariæ canonicis, & quæ seruandæ, & vbi.
14 Leges canonicæ, quæ hodie non sint seruandæ.

De Lege humana secundùm se. Cap. VI.

Prima propositio. Vtile fuit aliquas leges humanas hominibus poni; probatur ex Isid. lib. 5. etimol. cap. 20. 21. d. Factas leges, vt earum metu humana audacia coerceretur, tutaq; esset inter improbos innocentia. & idem ferè Plato lib 4. de legib. Arist. 10. Eth. c. 9. & Aug. ep. 50. 54. & habetur in cap. factæ sunt. dist. 4. D. Tho. 1. 2. q. 95. 1 Leges humanas dari vtile fuit.

Ratio, nam homini naturaliter inest quædam aptitudo ad virtutem, supr. q. 63. art. 1. perfectio verò oportet quòd ei adueniat per disciplinam, vt per industriam subueniat homini in suis necessitatibus, vt in cibo, & vestitu, quorũ initia habent quædam à natura, scilicet rationem, & manus, non autem complementum, vt bruta quibus à natura sufficienter à principio de omnibus prouidetur, ad hanc verò disciplinam sibi facilè quis non sufficit, quia perfectio virtutis consistit principaliter in retrahendo hominem ab indebitis delectationibus, ad quas homines sunt proni, maximè iuuenes illis addictos, & quò ad eos iuuenes qui sunt proni ad actus virtutũ ex bona dispositione naturæ, vel consuetudine, vel magis diuino munere, sufficit disciplina paterna, quę est per monitiones,

tiones, sed quia aliqui sunt proterui, & ad vitia proni, qui verbis facilè moueri non possunt, oportuit quòd per vim, vel metum à malo cohiberentur, vel saltem à malo cessantes, alijs quietam vitam sinerent, & ipsi per huiusmodi assuetionem ad id perducerẽtur quòd voluntariè facerent id ꝙ prius metu implebant, & sic fierent virtuosi, quæ disciplina cogens metu pœnæ est disciplina legum: vnde oportuit ad pacem hominum, & virtutem ꝙ leges ponerentur, quia sicut homo perfectus virtute est optimus animalium, sic separatus à lege & iustitia est pessimus omnium, habet enim arma rationis ad tollendas concupiscentias, & seuitias, quibus carent bruta. 1. Polit. c. 9. Et ita duas potissimum vtilitates affert lex humana: primò, ꝙ conseruat pacem Reipublicæ formidine pœnæ deterrens malos à maleficio. Secundò, ꝙ iuuat ad acquisitionem virtutum, nam maior pars hominum, maximè iuuenũ egent metu, vt abstrahantur à noxijs voluptatibus, quæ sunt impedimentum virtutis, quo impedimento sublato facilè virtutẽ diligent, & colent. Secundò, quia in ijs quorum rectitudo dictamine legis naturæ euidenter non cõstat, certius iudicat lex humana, quid virtuti sit cõsonum, cum medium, ꝙ est obiectum virtutis. 2. Eth. c. 6. sit etiam obiectum legislatorum, & homini virtute informato ad bonum Reipublicæ necesse est. 1. Polit. c. 2. Vnde & Reipublicæ est vtilius Rempublicam iudicio legum regi, quàm magistratuum. 1. Rhet. ad Theod. c. 1. Primò, quia pauci inueniuntur viri apti ad regendum; secundò, quia lex magis considerare potuit casus occurrentes, quàm subito magistratus; tertiò, quia legum conditores magis remoti sunt à prauis affectibus, quàm magistratus.

2 Lex humana à lege naturali deriuat, & quõ.

Secunda propositio. Omnis lex humanitus posita à lege naturali deriuatur; probatur ex Cic. lib. 2. de Inuent. & locis supra citatis.

Ratio, nam secundùm Aug. non videtur lex quæ non sit iusta, vnde quantum habet de iustitia intãtum habet de virtute legis, sed in rebus humanis, qd dicitur iustum, quia sit rectũ secundùm regulam rationis. Rationis verò prima regula est lex naturæ, q. præc. art. 1. vnde omnis lex humana eatenus habet de rõne legis, quatenus à lege naturæ deriuatur, ꝙ si in aliquo à lege naturali discordet, non erit lex, sed corruptio: à lege verò naturæ quid deriuatur, vel vt conclusio ex principijs, vel vt determinatio quædam aliquorum communiũ; primum deriuatur, vt hoc, ꝙ non est occidendum, vt conclusio quædam ab eo ꝙ est, nulli esse malum faciendum, per modũ verò determinationis, vt lex naturalis habet, ꝙ qui peccat puniatur, sed ꝙ tali vel tali pœna puniatur est q̃dã determinatio legis humanæ, vsusq́; quæ inuenitur in lege humana posita, sed quæ sunt primi modi, cõtinentur in lege humana, non tanquam sint solùm lege posita, sed habẽt etiam aliquid vigoris ex lege naturali, quę verò sunt secundi modi ex sola lege humana habẽt vigorem. Vt verò prædicta melius intelligantur, notandum, ꝙ lex humana potest dici dupliciter deriuari à lege naturali: primò, vt conclusio ex primis principijs deducta: secundò, vt determinat in particulari, ꝙ in communi ratione lex naturæ præcepit, & sic omnis lex humana est eatenus lex quatenus ex lege naturæ deriuatur, quia lex humana eatenus est lex quatenus est iusta: iusta verò est prout cõsonat rectæ rationi, recta verò ratio est lex naturalis, ergo. Aliquæ verò leges humanæ deducuntur ex lege naturali, vt conclusiones, vt ex illo principio nulli malè fiendum, nõ occidendũ, deducit hæc aliam conclusionem, ꝙ qui secus fecerit pœnam capitis incurrat: aliquæ verò determinant in particulari, qui casus comprehendantur in illis prohibitionibus legis naturæ, & quę pœnæ incurrãtur: potest verò lex humana dici quodcunque dictamen rationis, ꝙ studio humano deducitur ex primis principijs legis naturæ, vel dictamen rationis, quò ad aliquas propositiones non planè euidẽtes, sed tantum probabiles, quæ humana ratione deducũtur à principijs naturalibus, non à quocunque, sed ab haben

te publicam potestatem. Et in hoc sensu lex humana propriè sumitur, & diffinitur, ꝙ est rectum decretum rationis, conueniens legi æternæ, & naturali, per ratiocinationem aliquam probabilem, ab habente publicam authoritatē sancitum, præscribens aliquid quòd sit à subditis necessario seruādum. Dicitur rectum rationis decretum legi naturali æternæq; consonum, quia lex talis esse debet, vt supra est dictum, ex Aug. lib. 1. de lib. arb. c. 5. 6. Dicitur per ratiocinationem, vt sic differat à lege naturali, quæ est euidens. Dicitur ab habente authoritatem publicam &c. quia is solus potest legem ferre, vt supra est dictum, & in hoc sensu intelligi potest ēt diffinitio Papiniani in l. 1. ff. de legib. ꝙ est commune præceptum, virorum prudentum cōsultum, delictorū, quæ sponte vel ignorantia contrahunť coercitio, cōmunis Reipublicæ sponsio, declarando, vt ibi in gl. ꝙ ad communem sit vtilitatem, cum rationis discursu, ad delicta coercenda, & demum ꝙ ab habente authoritatem sit cōstituta, quæ ideò inuenta est, vt multitudo regi possit, quæ sine principe regi non potest, cui populi se submiserunt à principio, & ius ei dederunt, vt ipsos regerent, ac leges ijs ponerent. 1. Polit. c. 3. & habetur in l. 1. ff. de orig. iur. & dixi Tomo 1. tract. de authoritate Iuris Canon. & Ciuil.

3 Legis qualitas, quę, & conuenienter. Tertia propositio. Qualitas legis ab Isid. conuenienter ponitur, vt scilicet sit honesta, iusta, possibilis, &c. probatur ex Isid. lib. 2. etimol. c. 10. & lib. 5. c. 21. & habetur in c. erit autem. dist. 4.

Ratio, nam cuiusq; rei, quæ est ob finem, oportet ꝙ forma determinetur secundùm proportionem ad finem, vt forma serræ talis est qualis cōuenit sectioni. 2. Phys. quælibet etiā regula, & mensura oportet quòd habeat formā proportionatam suæ regulæ, & mensuræ: lex verò humana habet vtrunque, quia est aliquid ordinatum ad finem, & est quædam regula regulata quadam superiori mēsura, quę duplex est scilicet lex diuina, & naturæ. art. præc. & q. 91. art. 2. 3. finis verò legis est vtilitas hominum. l. 2. lib. 1. tit. 3. ff. veteris. ideò Isid. in conditione legis, tria posuit, scilicet quòd Religioni congruat, quatenus est ꝑportionata legi diuinæ, ꝙ disciplinæ conueniat, quatenus est proportionata legi naturæ, ꝙ saluti proficiat quaten⁹ est proportionata vtilitati humanæ, ad quæ tria aliæ conditiones reducuntur, vt ꝙ sit honesta, id enim Religioni congruit, ꝙ iusta possibilis secundùm consuetudinē patriæ, loco, temporiq; cōueniens, attenditur. n. humana disciplina: primò, quò ad ordinē rationis, dum dicitur iusta; secundò, quò ad facultatem agentium, quia cuilibet conuenire debet secundùm suam possibilitatem, seruata etiā possibilitate naturæ, aliter enim est cum pueris agēdum, aliter cū viris perfectis, & secundùm humanam consuetudinem, quia homo non potest in societate viuere: alijs morem nō gerens, quò ad debitas circunstantias loci, loco, temporiq; conueniens, quòd verò subditur necessaria, vtilis, &c. refertur ad hoc ꝙ expediat saluti, vt necessitas referatur ad remotionem malorum: vtilitas ad consecutionem bonorum: manifestatio ad cauendum damnum, ꝙ ex lege possit prouenire, quia lex ordinať ad bonum commune, vt supra, quæ descriptio sic est, erit lex honesta, iusta, possibilis, secundùm naturam, secūdùm patriæ consuetudinem, loco, temporiq; cōueniens, necessaria, vtilis, manifesta, nullo priuato commodo, sed pro communi salute ciuium conscripta: vt d. lib. 5. etimol. c. erit autem. dist. 4. Et ex his conditionibus tres sunt necessariæ: primò, vt sit honesta, & iusta apud Deum, honesta, i. veræ Religioni congruens: vnde leges infidelium contra Religionem Christianam existentes iniquæ sunt; iusta etiam esse debet ad proximum. Secundò, requiritur, vt sit possibilis secundùm naturam, consuetudinē loci, loco, & tempori congruens, i. congrua æquitati naturali secundùm consuetudinem eius loci: vnde si difficilis esset, nec posset seruari à populo, vel populus sic esset dispositus, vt nō posset eam seruare, esset abroganda, vel suspendenda eius obligatio, aliàs in conscientia non obligaret. Tertia conditio, vt sit necessaria,

 vtilis,

vtilis, manifesta, nullo priuato commodo, sed pro cōmuni ciuium vtilitate conscripta, scilicet vt sit necessaria malis coercendis, & bonis fouendis.

4 Quarta propositio. Humanæq; leges conuenienter diuiduntur in ius gentiū, ius ciuile, & ius ecclesiasticum, vel naturale, gentiū, & ciuile; probatur ex Isid. lib. 5. orig. c. 4. & Instit. in princ. de iure nat. gent. & ciuil. l. 1. 6. 7. 9. ff. de iust. & iure. & in c. ius naturale. cum seq. dist. 1. quibus locis ponuntur & aliæ species iuris humani.

Lex humana diuiditur in ius gentiū, & ciuile, & ecclesiasticum.

Ratio, nam quodlibet secundùm id diuiditur, quod in eius ratione continetur, vt animal in rationale & non, non verò in album & nigrum; sic in lege humana sunt multa de eius ratione secundùm quæ potest diuidi: primò enim de eius ratione est, quod deriuatur à lege naturæ, & secundùm hoc diuiditur in ius positiuum, gentium, & ciuile, secūdùm modos quibus aliquid deriuatur à lege naturæ, vt conclusiones ex principijs, vt iustæ emptiones, venditiones, sine quib. homines conuenire non possunt, quod est de lege naturæ, cū homo sit animal sociabile. 1. Polit. quæ verò pertinēt ad legem naturæ, per modum determinationis pertinent ad ius ciuile, secundùm quod ciuitas sibi quid accommodauit. Secundò, lex humana ordinatur ad bonū cōmune, & sic diuiditur secundùm gradus qui bono communi operam dant, vt sacerdotes pro populo orantes, principes eū gubernantes, & milites pro eius salute pugnantes, quibus hominibus specialia quædā iura aptantur. Tertiò, lex institui debet à gubernante ciuitatem, vt supra, & secundùm hoc lex diuiditur secundùm varias politias, vt regnum, principatum, optimatum, Rempublicam, tirannidem, potentiam paucorum, diuitum regimen populi, vel ex his mixtum quod est optimum, quod maiores natu cum plebibus sanxerunt, quò ad primum sumitur constitutio principum: ad secundū senatuscons. responsa prudentum: ad tertiū ius prætoriū, quò ad regimen populi plebiscita; & lex quod ad commixtum ex his attēditur. Quartò, lex debet esse directiua actuū, & secundùm hoc sumitur lex ab his qui actus regularunt, vt lex Iulia de adulter. de parricid. &c. non ob personas, sed ob res, de quib' sunt, sic dictæ. Vel clarius, vt d. hic Valentia, aduertendum, vt lex humana sit recta oportet, vt à lege naturali deriuetur, & hoc pacto diuiditur ius humanum, in ius gentium, & ius ciuile. Ius gentium est lex quæ consensu omnium populorū est suscepta, quià facili negotio ex principijs legis naturæ deducitur, vt sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, fœdera pacis, induciæ, legatorum non violandorū religio, coniugia inter alienigenas prohibita: vt d. Isid. lib. 5. etimol. c. 6. & habetur in c. ius gentium. dist. 1. Hoc verò ius gentiū variè accipi potest: primò, pro quolibet dictamine quacunq; ratione, & humana industria concluso saltem quò ad consequentiam ratiocinationis, quòd. s. non est per se notum, sed ex principijs per demonstrationem deducitur, & sic accipi videtur in l. 1. ff. de iust. & iure. quod est hominibus solùm commune, vt erga Deum religio, & huiusmodi. Secundò, magis propriè sumitur pro dictamine concluso industria rationis humanæ, quod ex altera saltē præmissa deducitur, non euidenter nota, sed ita probabili, vt facilè in eam omnes gentes, & ita proinde in eius conclusionem consenserint, vt, Legatos etiā ab hostibus missos esse benignè suscipiendos, quia sequitur ex vna præmissa euidēter nota, scilicet seruandum id quod confert ad bonum Reipublicæ, & etiam ex altera præmissa non euidenter nota, sed valdè probabili ob experientiam, & varias circunstantias, quæ illam confirmant, scilicet ad seruandam Rempublicā conducere, suscipere quoscunq; Legatos benignè, & in hoc sensu ius gentiū est propriè ius humanum, & distinguitur à naturali.

5 Ius verò ciuile distinguitur à iure gētium, nam difficilius concluditur ex aliqua premissa euidenter nota, quæ alteram probabilem habet non sic euidenter notam & apertam, cum pendeat ex circūstantijs magis particularibus pertinentibus propriè ad vnam ciuitatem pro-

Ius ciuile distinguit à iure gentiū, & qūo & quę sub

vtroq; cõtineatur. prouinciam, Regnum, &c. & in hoc sensu ius ciuile non est idem apud omnes gentes, sed varium est pro locorum varietate, vt habetur in l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. vbi habetur non per omnia conuenire, vel differre à iure naturali, & gentium, & habet in §. sed ius ciuile. Inst. eo. vbi habetur ius ciuile esse, quòd quæque ciuitas sibi constituit, quòd differt à iure gentium, quòd ius gentium deriuatur à principijs legis naturę sicut conclusiones, quæ scilicet facilius inferuntur, propositiones vero iuris ciuilis inde deriuantur sicut determinationes alicuius cõmunis ad aliquid magis particulare contentũ sub illo v. g. quòd latrones suspendantur, deriuatur à principio legis naturę, scilicet malefactores esse puniẽdos, vt determinatio quędam formę communis, scilicet pœnę iustę ad formam particularem, scilicet ad talem pœnam iustam, differunt etiam, vt supra, quia ius ciuile pertinet ad loca particularia, ius vero gẽtium ad omnes ęque gentes, vt sedium occupatio, scilicet vacantiũ, quę occupanti conceduntur, §. fere inst. de rer. diu. vt nor. gl. in c. ius gentium d. 1. vel occupatio dignitatum hostium parta victoria, quòd licet in bello iusto. c. de reb. 23. q. 7. & apud omnes gentes equè seruatur, vt d. Turr. Cr. in d. c. ar. 2. ędificatio ad habitandũ, quę etiã est iure naturali quatenus pertinet ad vitę conseruationem, munitio etiam iusta contra hostem quo ad modum se muniendi est de iure gentium, vt d. Gem. in d. c. quia defensio est de iure naturali, vt d. port. in §. ius aũt ciuile. Inst. de Iur. naturali. bella etiam sunt de iure gentium quo ad formam iustitię, & modũ quo repelli debeant repugnantia ad quæ repellenda natura ex se inclinatur, secũdum enim hunc modum bella sunt à iure naturali, & quo ad authoritatem ea indicendi à iure diuino, ius vero gentium docet modum quo inclinatio hęc naturalis se tuendi debite procedat in actum, vt & cibus potus & venerea licet ex dictamine naturali insurgant, tamen regulari debent dictamine recte rationis, si recte agi debent, captiuitates etiam seruitutes sunt de iure gentium, idest vt captiui seruentur, vt d. Gem. in d. c. vel vt etiam capti seruentur, & subijciantur capienti, qui in pœnam peccati est inductum, vt Chanaã seruus fratrum suorum est effectus ob peccatum. Gen. 9. vel si quis patiatur se reduci in seruitutem ad pretium participandum. §. serui. Inst. de iu. perso. vel si libertus ob iniuriam in patronum factam reuocetur in seruitutem. §. illud. auth. vt liberti de cœtero. vel si quis nascitur filius ancillę. ff. de st at. hom. l. seruorum. §. 1. vel si quis aliquam rapiat, quia eius fit seruus. c. de raptorib. 36. q. 1. licet minus proprie, postliminia, idest vt rediens à captiuitate recuperet iura sua, vt d. glo. in d. c. fœdera pacis & inducię. d. c. vt scilicet fiant & seruẽtur, quòd legati non violentur d. c. & supra est expositum, similiter prohibitio connubiorum cum alienigenis, manẽtibus scilicet indigenis, quòd intelligitur de alienigenis fidei, vt d. Gem. in d. capit. & Turr. Cr. ar. 5. Et hęc sunt q̃ de iure gentium sunt constituta, ad q̃ alia eodẽ iure statuta reduci possunt, scilicet discretio gentium, regnorum conditio, & dominorum distinctio, agrorum separatio, ciuitatum constructio, commerciorum & contractuum multorum institutio, l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. §. ius autem. Inst. eo. bonorum inter priuatos distinctio, quę tamen reducuntur, vt supra ad ea quę tradit. d. Canon. vt d. & optime probat. Turr. Cr. in d. c. ar. fi.

Ex his dignosci potest, an ius gentiũ sit species iuris naturalis, vel humani, nam si accipiatur ius humanum minus proprie pro quocunque dictamine, vel decreto, quòd studio humanę ratiocinationis deducitur ex principijs legis naturę non per se noto, sed ex alijs principijs per se notis, & sic est de iure naturę potest eñ large dici ius humanum ob humanam industriam, q̃ adhibetur in deducẽdo illas conclusiones, si vero ius gentium referatur ad ea, quæ propinquius deducuntur ex principijs naturalibus p se notis, sine hominis industria vel parua saltem sic potest dici esse pars iuris naturalis, & in hoc sensu religio erga Deum, obedientia erga patriam & parentes

parentes, resistentia erga violentiam dicitur esse de iure gentium, quia scilicet gentes omnes ijs vtuntur. vt d. glo. in §. ius autem verbo. vtuntur Inst. eo. t in l. veluti. l. vt vim. ff. eo. quę dicuntur de iure gentium, quia omnes gentes eodem modo se habent & id competit solis hominibus non brutis. l. 1. fi. eo. si vero lex gētium sumatur pro dictamine, vel decreto rationis, quòd quo ad aliquas propositiones ex quibus infertur pendet ex humana ratiocinatione non plane euidenti, sed probabili, sic pars est iuris ciuilis, & sic manumissio dicitur esse de iure gentium in hoc sensu, vt habetur in l. manumissiones. ff. eo. de iur. nat. & in summa diuisio dominiorum est de iure gentium, bellorum indictio, contractus, actiones tamen, sunt de iure ciuili, quædam etiam obligationes, vt ex quasi maleficio, & quasi cōtractu, exceptio vero est de iure gētium, & obligatio ex iure dotium, sic tamen vt in contractibus iuris gentium, adsit etiam obligatio iuris ciuilis, vt not. Bar. in l. 1. ff. eo. de Iust. & Iu.

6 Subdiuiditur autem ius ciuile, vel humanum iuxta diuersas legis acceptiones, nam prout lex humana refertur ad bonum commune. diuiditur in ius militare, ius principum, & ius sacerdotum quatenus horum officia diuersa ratione conferunt ad bonum commune. Ius. n. militare consistit in solemnitate belli indicendi, in pace cōponenda, in egressione in hostes signo dato, & eodem dato reuersione, in pœna sumenda de locū deserentibus, in præmio dando victoribus & honore, prædę diuisione, corone, vel torquis donatione, & huiusmodi, vt d. Isid. loco cit. c. 7. & habetur in c. ius militare, vbi gl. d. 1. & ibi Turr. Cr. ius principum, vt ipse diuidat prædam, ac ei honor, & portio maior debeatur d. c. in fi. vbi gl. & ideo qui principem, vel magistratus non honorat dicatur peccare in ius publicum, vel commune bonum, similiter ius sacerdotum pertinet ad ius publicum, cum sint necessarij Reipublicę ad dirigendos subditos in his quæ agenda recte sunt, & ad cultum Deo tribuendum, sine quo vita felix esse nō potest, quòd etiam dicitur de magistratibus ad lites dirimendas, sine quibus Respublica diu seruari non posset Deut. 16. c. zelus. 2. q. 1. c. ius publicum, vbi late Turr. Cr. d. 1. Et ex hoc capite diuidi potest ius humanum in temporale, vel Cęsareum, quòd refertur ad bonum tēporale politicum scilicet Reipublicę tranquillitatem, & ecclesiasticum, vel canonicum, quòd refertur imprimis ad bonum spirituale, & rectum statum Reipublicę ecclesiasticę quatenus est ecclesiastica. Lex vero ciuilis subdiuiditur iuxta diuersitatem potestatis, quę illam fert, pro diuersitate politiarum, & sic diuiditur in cōstitutiones principum, quę sunt leges latę à potestate in vno aliquo residēte iuxta formam regiminis, quòd dicitur regnum, vel monarchia, vt habetur in l. quòd principi. ff. de constitutionibus principum in §. sed quòd inst. de iu. nat. c. 3. d. 2. vel in Senatusconsulta aut responsa prudētum, quæ sunt leges latæ à potestate residente in optimatib. populi iuxta modum regiminis, quòd dicitur aristocratia, vel principatus optimatum, vt in §. responsa. Inst. de iu. nat. in c. responsa. d. 2. & In ius prætorium, vel honorarium, quòd continet leges latas à potestate residente in paucis diuitibus, & potentibus, qui modus regiminis dicitur oligarchia de quo in §. prętorum. Inst. eo. de iu. nat. & plebiscita, quę sanciuntur authoritate populi iuxta regimen quòd dicitur democratia. de quo in c. plebiscita. d. 2. §. plebiscitum. Instit. de iu. nat. per philosophum. 8. eth. c. 10. & 3. polit. c. 10. qui pdictas species regiminis enumerat, & Isid. d. lib. 5. orig. ex quibus monarchia est optimū regimen. vt d. philosophus 8. eth. c. 10. 3. polit. c. 9. Plato in politico. Cipr. tr. de vanit. Idolorum Ath. oratione contra Idola; consideratur etiā lex humana respectu materię de qua præscribit, quatenus est directiua actuum humanorum, & sic dicitur varie iuxta varias materias, vt lex Iulia de adulterijs, lex Cornelia de Sicarijs & c. vt habetur, in c. quædam d. dist. 2. cum seq. per Isid. loco cit. & alios.

Lex humana sub diuiditur in ius militare, ius principum, & ius sacerdotum, & quid ad hęc pertineat.

Originem vero habuit ius ciuile inde, quòd cum à principio homines libe 7

Lex ciuilis vnde

originem cœpit. ri essent,& dispersim inhabitarent, necessitate exigente, & societatis iure impellente, ciuitates extruxere, vt ibi coniunctim viuentes, virtutes colerent, & communibus necessitatibus quasi mem bra membris succurrerent, vt inquit philosophus. 1. polit. cum vero multitudo sine rectore regi non posset, eadem necessitate impellente, & iure naturę do cente, quosdam virtute alijs præstantio res viros, duces ac principes, à quibus dirigerentur, & ad virtutis bonum promo uerentur, cōstituerunt, quo factum est, vt qui prius liberi erant, alienę subijcerentur potestati, & qui ante sibi ipsis legem dicebant, ius condēdi sibi legem, qua dirigerentur, & vi coactiua in officio continerentur, in eosdem principes transtulerint, & ita à populo ad principes, & dominium politicum, & ius condendi legem in principem est translatū, vt docet philosophus 1. & 3. polit. & iurec. in l. 1. ff. de orig. iu.

8 Lex canonica cur inducta. Ius vero canonicum est inductum, quia licet homo habeat pronitatem ad virtutem, eius tamen cōplemētum per industriam acquirit, ad actum vero vir tutis acquirendum præcipue exigitur, vt à vitijs quis cohibeatur, ꝙ quia non oēs, maxime iuuenes passionibus q̄nq; deuicti præstant, ideo vltra legem diuinam, & naturalem opus fuit lege huma na, quam homines ad virtutes dirigerētur, & pœnæ metu à vitijs retraherent. Vnde sicut Resp. politica suis eget legibus quibus homines à malo cohibeantur, & ad virtutis bonum dirigantur, pa ri ratione Resp. ecclesiastica suas debet habere leges quibus ei subiecti prędicta præstent, tanquàm executrix iuris natu ralis & diuini, inde conclusiones deducendo quibus casibus id præstandum sit; prętereа iure naturę homo dirigitur ad Deum colendum. Ps. 4. signatum est super nos lumen vultus tui dominę, cum ergo legis veteris cerimoniæ sint abrogatæ, oportuit ius nouum superuenire, quo à iure naturæ determinationes, & conclusiones deducerentur, vbi per legem euangelicam non est prouisum, quo nam pacto in particulari cultus Deo esset exhibendus, quòd ius canonicū præstat, prętereа in rebus fidei controuersiæ oriri poterant. ergo oportebat aliquē adesse, qui huiusmodi controuersias diffiniret, quod item iure canonico consequimur, vt dixi Tomo 1. de locis Teol. tra. de sacra scriptura, ecclesia Concilijs, & Romano Pontifice. Et quòd ius canonicū sit iure inductū, & consequenter in ecclesia sit potestas leges cōdēdi, probatur Math. 28. Io. 20. sicut misit me pater & ego mitto vos, vbi Chris. d. Apostolis datam potestatē gubernandi ecclesiam. & sic veras leges condendi; prętereа oportet, vt superiores habeant potestatem dirigendi subditos per leges 7. polit. cap. 6. & 9. & tradit Plato secundò, de Rep. & 8. de legibus: at p̄lati ecclesię superiores sunt, & prępositi. Math. 23. act. 23. Rom. 13. 1. Petr. 2. & pastores. Io. 21. Act. c. 20. ad Eph. c. 4. 1. Cor. 12. 1. Petr. 5. ergo. Vlterius pasto rib. est obediēdū Heb. 13. 1. Petr. 2. Math. 18. ergo oportet ijs etiam obedire, si legem in communi condant. Idem proba tur, ex consuetudine ecclesiæ, quia apostoli constituerunt legem de abstinētia à suffocato & sanguine ad tēpus, & c. 16. Paulus ēt 1. Tim. 3. Tit. 1. aliqua statuit circa ordinationes ministrorum. 1. Cor. 7. aliqua circa matrimonium, & de oratione 1. Cor. 11. Idem diffinitur in Cōc. Calcedon. act. 15. Rom. sub Ilario primo Can. 1. 6. Sin. Act. 4. 8. Sin. Act. 1. Conc. Tolet. 3. Can. 1. Clem. ad vestrum de hęret. Trid. sess. 6. Can. 20. vt d. hre Valentia, & latius dixi Tomo. 1. trac. de Rom. Pontif. Ver. Hinc colligitur cum seq.

Hoc vero ius canonicum quandoq; dicitur canon, cōstitutio, decretum, decretale, sanctio, dogma, canon quia regulam bene viuendi tribuat, constitutio cum Papa aliquid statuit sine consilio fratrū, & in scriptis redigit c. fi. de cōst. Decretū, quādo ad alicuius consultum respondet, vel solus. c. 1. de Rescr. vel cū Cōsilio Fratrum c. bonæ. de elect. Decretum, quia à sanctis patribus statuta con tineat, sanctio quia ei pœna adijciatur, cap. si. quis 17. q. 4. dogma quando quid constituitur in doctrina fidei. c. pen. de cons. d. 5. si enim sit in doctrina morum dicitur 9 Lex canonica quib. nominib. vocetur, & quare.

dicitur mandatũ. Quas verò partes sub se habeat ius ciuile, & ius canonicum, dictum est supra.

10 Quo verò ad obseruantiam vtriusq; iuris, sic est distinguendum, ꝙ in terris subiectis temporaliter ecclesię, canones præualent legibus etiam inter laicos in foro seçulari indistinctè: in terris verò non subiectis temporaliter ecclesiæ Romanæ statur legi ciuili inter laicos in foro seculari. c. ecclesia sanctæ Mariæ. vbi glo. & Abb. & Fel. nu. 44. de constit.

Lex ciuilis vbi sit seruanda, & vbi, ac qñ ecclesiastica.

11 Vbi verò non adest canon statur iuri ciuili etiam inter clericos si adest: vt ibi probat Fel nu. 37. nisi sint leges specificè disponentes super ecclesijs, & ecclesiasticis personis, etiam si non repugnẽt canoni, nec sint ecclesijs damnosę, quia super huiusmodi materia nõ possunt disponere, etiam si à Gratiano sint incorporatæ in decretis, vt sunt leges. C. de sacrosanct. eccl. si tamen huiusmodi leges essent priuilegiatæ à Papa, vel fundarẽtur super ratione naturali, sic enim possunt allegari vt rationes. Fallit secũdò, vt non stetur legi ciuili etiã si non adsit canon, si lex ciuilis concernat peccatũ, quia sic nec in foro ciuili, aut canonico est seruanda, vt de lege permittente adulterum occidi. Tertiò fallit, si huiusmodi lex ciuilis extra materiam peccati deuiet à iure canonico, quia sic lex ciuilis est seruanda in foro ciuili, canon in foro canonico. Si verò non adest lex ciuilis, & canon id decidit, etiam si sint opiniones inter iuristas, statur canoni in terris quoque imperij, & si canon tunc nõ adesset, esset recurrendum ad Imperatorẽ pro decisione huiusmodi: ita Felin. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. à nu. 37. Vbi verò leges contrarientur canonibus quælibet seruatur in foro suo, vt supra. Fallit tamen casibus p̃dictis, & etiam si materia sit miserabilium personarum, quia sic canon præualet iuri ciuili etiam in foro ciuili: vt d. Fel. in d. c. num. 50. Vel si leges ciuiles sint iniustæ, quia in foro animę nõ sunt seruandæ, idq; procedit multis casibus: primò enim lex quæ cõcedit matrimonium inter filium germani, & filiam alterius germani, vt in §. inter eas. Instit. de rapt. l. nemini. C. de nuptijs. nam secundùm canones huiusmodi sunt separandi. c. progeniem. 35. q. 3. c. non debet. de cõsanguinitate. Secundò, l. vnica C. de rapth virg. prohibens matrimonium cum rapta non est seruanda iure canonico. cap. fi. de raptor. dummodo rapta ponatur in loco tuto, nec sit in manu raptoris, & consentiat ei nubere. Ex Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. Tertiò, §. si quis. auth. quib mod. nat. effic. sui. concedens soluto tenere solutam in concubinam, non est seruanda. 1. Cor. 6. c. si concubinæ. de sent. excom. Quartò, l. marito. ff. de adult. 1. & l. si adulterium. eo. l. gracchus. C. eod. concedens viro occidere adulterum deprehẽsum in adulterio, vel alibi post trinam denunciationẽ. §. pen. & fi. auth. vt liceat matri, & auię. si persona sit vilis, & cui nõ debetur reuerentia. & l. pater. l. nõ in ea. ff. de adult. concedentes patri occidere adulterum filię in domo sua vel generi fornicantem, etiam si eam tantũ osculetur l. quòd ait. vbi glo. & Bart. non sunt seruandæ, nec talis interficiens esset tutus in foro seculari etiam in terris imperij, licet mitius puniatur ob magnitudinem doloris: vt d. Fel. in d. c. ecclesia. nu. 40. & idem de occidente latronem, & depopulatorem agrorum, quia sunt contra præceptum. Exo. 20. Non occides, circa ꝙ tamen est distinguendum, iuxta ea quæ tradidi in lib. de casib. reseruatis. sub cap. de homicidio. Sextò, l. crimen. l. castitati damnantes tenentem pro vxore inuẽtam in adulterio, quia potest detineri, quò ad thorum quoque si velit recedere à peccato. §. obauditur. 31. q. 1. Septimò, leges quæ concedunt repudiũ vxoris, vel dissolutionem matrimonij ritè contracti, de quibus in c. lege. 10. dist. & c. sunt qui dicunt. 27. dist. ijsdem canonibus damnantur. Octauò, l. 1. & 2. C. de nupt. imponens pœnam mulieri nubenti infra annum à morte viri, reuocãtur per c. 1. de secun. nupt. secus tamen vbi talis pœna esset apposita non odio contractus, sed fauore filiorum, ꝙ tamen intelligitur vbi sit culpa patris, quia sic potest pœna procedere, vt in casu l. omnẽ. C. ad Tert. non autẽ si apponitur ob contractum

Leges ciuiles quæ ñ sint seruãdæ à canone abrogatæ.

tractum matrimonij tantum, potest tamen lex ciuilis disponere super accidentib. ad matrimoniū, vt super dote in foro suo, non tamen potest pœnam imponere contrahenti turpiter, vt sine consensu patris, nec etiam si inde sequatur turbatio incertitudinis prolis, nec ēt si prohibeant matrimonium inter personas nō prohibitas iure canonico, vt inter tutorem & pupillam: rectorem prouinciæ, & subditā, valent; nec leges mādantes instrumenta dotalia super matrimonio fieri debere sunt de necessitate seruādæ, nec valet statutum ꝙ quis nō possit contrahere cū extera; vt d. Fel. in d. c. nec punitur mulier q̄ secūdo nupsit etiam si non petierit tutorem filio, cum ipsa eius esset tutrix iure canonico. Valet tamen statutū ꝙ mulier secundo nubens teneatur relinquere filijs primi viri, ꝙ titulo lucratiuo ab eo quæsierat, quia industria vtriusq; præsumit quæsitum, similiter hæredes prioris viri nō tenebuntur alere relictam intra annum luctus si secūdo nubat, donec dotē restituerint, nisi secundus vir sit pauper, quo casu tenentur eā alere primi, vel dotē ei restituere; similiter valet legatū relictū vxori si secundo non nubat, quia nō tollit libertatem matrimonij, sed fit sub conditione: vt d. Couar. in 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. nec valet pariter lex ciuilis inducens matrimonium inter aliquos ex sola cohabitatione, & sic pręsumptione, quia iure canonico præsumitur adulteriū: vt d. Fel. d. c. nu. 66. Nonò, l. 1. cū seq. C. de iure delib. dicens hæredē non conficientem inuentarium teneri ad omnia debita defuncti, non ligat in conscientia, quia non tenetur vltra vires hęreditarias. Abb. in c. quia pleriq; de immu. eccle. & secundùm eas vires tenetur ad debita etiam ex maleficio defuncti contracta, licet aliquæ leges contrarium dicant. Decimò, l. si vnū. l. fi. C. de testam. disponens non valere relictum, nisi adsint septem, vel quinque testes, nō procedit in relictis ad pias causas vbi sufficiunt duo testes. c. cum esses. c. relatum. vbi Abb. & Couar. de testamen. Vndecimò, l. iurisgentium. ff. de pact. disponēs quem nō teneri ex nudo pacto, nō procedit in conscientia, vbi quis sic tenetur. c. 1. vbi Abb. de pact. c. iuramēti. 22. q. 5. & idem si promittitur vni recipiēti pro alio in conscientia, cum tamen iure ciuili secus sit, nisi promissio fiat existenti sub alterius potestate, vt seruo, filiofamilias, procuratori, vel negotiorum gestori, quia sic acquiritur patri, vel domino. Instit. per quas pers. oblig. per tot. & ff. & C. de procurat. & neg. gest. Duodecimò, leges permittentes deceptionem in emptione, & venditione vsque ad dimidiam iusti pretij, in conscientia non ligant, secundùm quam pretium debet esse rei æquale, & econtra. 5. Eth. c. hoc ius. vbi gl. 10. q. 2. D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. Decimotertiò, leges prohibentes vendi iura, & actiones minori summa quàm sit debitum principale, nec solui donec sit debitum exactum, nec pro parte vendi, nec pro parte donari, l. per diuersas. l. ab Anastasio. C. mandat. quia in conscientia id licet, dummodo non fiat in fraudem vsurarū, sed pro labore ī rehabendo, & difficultate in exigendo, & periculo ne debitor fugiat, vel deueniat ad paupertatē. Silu. lex ver. 14. Decimoquartò, leges permittentes possessorem malæ fidei præscribere spatio triginta, vel quadraginta annorum. l. bene à Zenone. C de præscript. quadr. anno. quia secūdùm Deum requiritur bona fides, & iustus titulus. c. 1. de præscript. in 6. cap. possessor. de reg. iur. in 6. de quo latius tract. de præscript. habetur. Decimoquartò, quæ non puniunt mala cogitationis. l. cogitationis. ff. de pœ. quia secundùm Deum saltem per pœnitentiam deleri debent. cap. omnis. 33. q. 2. Decimoquartò, quæ permittunt maleficia cōtra imbres, ventos, & grandines, quia secundùm Deum nō licet. D. Th. 2. 2. q. 96. art. 1. Decimoquintò, quę permittunt in causa sanguinis corrumpere accusatorem, quia secundùm Deum nō licet. D. Th. 2. 2. q. 66. Decimoquintò, q̄ vsuras permittunt. ff. & C. de vsur. quia secundùm Deum non licet. c. 1. cū seq. extra de vsur. & habetur latè in tract. de vsuris. Decimosextò, quando lex ciuilis discrepat à lege naturali seruanda est lex naturalis in foro animæ, nisi lex posi-

positiua ex causa rationabili disponat contra legem naturalem. Abb. in d. cap. quia plerique. nu. 7. in fi. de immu. eccl. vnde debitum à seruo in foro conscientiæ est soluendum. licet secus sit de iure ciuili, quo iure seruus alicui non obligatur, nec alius sibi. l. quod attinet. ff. de reg. iur. Abb. in d. c. nu. 9. distinguendo tamen in hoc vt ibi per eundem nu. 10. 11. & similiter hæres non tenetur vltra vires hæreditarias, & potest detrahere falcidiam ex legatis etiam in foro conscientiæ, nisi scienter soluerit integra legata: si verò per ignorantiam statur dispositioni iuris ciuilis: vt ibi d. nu. 15. 16. 17. sic etiã qui scribit se debere sub spe futuræ numerationis lapso biennio non auditur ex quo tacuit. l. in contractibus. C. de non num. pecun. in foro tamen animæ, potest id petere, si verè sibi solutum non fuit: vt ibi d. Abb. nu. 18. sic etiam iniustè condemnatus, in foro conscientiæ non tenetur, & èconuerso illam obtinens tenetur ad restitutionẽ, nec quis in foro conscientiæ tali sententiæ parere tenetur. Abb. ibi nu. 19. vsque ad 25. Sic etiã filiusfamilias, & mulier quę mutuo pecuniam accepere, tenẽtur eam restituere cum sui erunt iuris, licet iure ciuili tuti sint Macedoniano, & Velleiano Senatusconsulto: vt ibi d. nu. 26. 27. Sic etiã vbi deficit solennitas iuris, modo adsit naturalis obligatio ex consensu est seruanda in foro conscientiæ: vt ibi d. nu. 28. cum seq. & nu. 42. 43. de quo alibi, vbi in hoc contrarium tenui. Sic etiam lex iniusta in foro animæ seruanda non est, vt ibi d. nu. 37. cum seq. Vnde ex his leges iniustæ in foro conscientiæ non ligant, quæ dicuntur iniustæ ex tribus, quando nõ ordinantur ad bonum commune: secundò, ex potestate, quando lex excedit potestatẽ ferentis: tertiò, ex forma quando non imponunt onera subditis secundùm æqualitatem proportionis ob bonum commune, vt d. Fel. in d. c. ecclesia. nu. 38.

12 Lex ciuilis quãdo nõ seruanda, sed canonica, vel sic.

Secunda regula est, ꝙ vbicunq; agitur de peccato, vel causa ẽ ecclesiastica, vel mixti fori, & iudex ecclesiasticus præuenit, standum est canoni, secluso iure ciuili etiam inter laicos, vt dixi latè in tract. de statu Episcop. c. 3. nu. 6. vbi & tradidi quæ sunt causæ ecclesiasticę, atque ad iudicem laicum pertinentes, & quæ mixti fori, & sic etiam causa feudalis, vbi discordia est inter leges, & canones, est diffinienda iuxta canones ratione iuramenti: vt d. Felin. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 54.

Tertia regula, ꝙ non valet lex ciuilis disponens in materia pertinente ad ecclesiam, dato, ꝙ de illa principaliter nõ disponat, sed procedat lucrum tollẽdo, ꝙ aliàs dederat: vt ibi d. Fel. nu. 61.

Quarta regula, ꝙ non valet lex ciuilis disponens præsumptiuè stante canone in contrariũ in materia spũali, imò etiam si canon non extet in cõtrarium, cum seculares super huiusmodi cognoscere nõ valeãt, nisi disponat super actu temporali, cui est annexus spiritualis: vt ibi d. nu. 66. 67 68.

Quinta regula, ꝙ si lex ciuilis nõ reprobatur ab ecclesia, nec cõtinet peccatum, si tamen fouet lucrum proximo odiosum, vel rigorem quendam nõ est seruanda in foro canonico contentioso: vt ibi d. Fel. num. 51.

Sexta regula, ꝙ ius canonicum disponens circa ordinatoria litis debet seruari in foro ciuili, quando disponit in materia quæ etiam in foro ciuili esset admittenda ex dispositione iuris canonici: vt ibi d. nu. 56.

Septima regula, ꝙ vbi ius ciuile imponit pœnam in materia ad ecclesiam spectante etiam ex causa rationabili, & laudabiliter se mouendo, cũ fiat à non habente potestatem: vt ibi d. nume. 56. 4. limit. non tenet.

Extra prædictos casus vel similes, vbi canon non adest, lex ciuilis seruatur ẽt inter clericos, vnde non adimplens voluntatem defuncti etiam si clericus sit, ea priuabitur, & quibus casibus perditur possessio per leges ciuiles, etiam clericus eam perdet, & similibus casibus idem fiet, vbi canon non adest: vt ibi d. Fel. num. 69. cum seq.

Vbi verò ius ciuile, & canonicum sibi inuicem aduersantur, prima regula sit, si ibi non agitur de peccato, quæ est benignior ad euitandam pœnã procedet, etiam

etiam in foro ecclesiastico, vnde licet dies incipiat à vespere in vesperam in diuinis officijs, & ordinationibus clericorum, obseruatione diei festi, celebratione nuptiarum, & huiusmodi causis spiritualibus, in pactis tamen cõtractibus, & omnibus alijs statur iuri ciuili secundùm quòd incipit à media ad mediam noctem. l. more Romano. ff. de ferijs. vt ibi d. num. 52. 53. 54. & prædicta intelliguntur, quò ad causarum decisionem, quia quò ad ordinem iudicij, statur consuetudini loci, & fori vbi causa ventilatur: vnde si causa clerici coram iudice seculari agatur in præparatorijs statur decisioni iuris ciuilis, & è conuerso: vt ibi d. Fel. num. 55.

13 Secunda regula, ꝙ quælibet seruabitur in foro suo, vt ibi d nu. 43. & hoc pacto in multis differunt lex canonica, & ciuilis; primò enim in terris subiectis temporaliter Romanæ Ecclesiæ canones præualent legibus ciuilibus etiã inter laicos in foro seculari. Vnde pater tenetur alere filium, & dotare filiam spuriam. c. cum haberet. cum ibi not. de eo, qui duxit in matr. secus iure ciuili. auth. ex complexu. C. de incest. nupt. ꝙ tñ ius ciuile ẽt apud laicos nõ valet apud Deũ, vt not. in d. c. Secundò, iure canonico dictum arbitratoris potest emologari. ca. per tuas. de arbi. secus iure ciuili, in quo taciturnitate decem dierum non emologatur, sicut dictum arbitri. l. pen. C. de arbit. Tertiò, ꝙ in terris Ecclesiæ proceditur ad recusationem iudicis ordinarij secularis secundùm canones, non secundùm leges: vt d. Fel. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 44. vsque ad 49. Quartò, de iure ciuili nõ potest compromitti cũ iuramento. auth. decernimus. C. de arbitr. secus de iure canonico. c. cũ tempore. c. ex parte. de arbit. Quintò, iure canonico vniuersitas constituit procuratorem. c. cum in causis. c. petitio. de procurat. secus de iure ciuili, quia procurator fit à singulari domino. l. 1. ff. de procur. sindicum tamen constituit. §. si qñ. auth. de sanctissimis ep. Sextò, iure ciuili possessorium recuperandę possessionis non datur, nisi aduersus deiectorem, vel qui ratam habuit deiectionem. l. cum à te. ff. de vi, & vi arm. iure verò canonico datur aduersus quemcunq; ad quem res illicitè peruenit. c. cum dilectus. de ord. cogn. c. sæpè. de restit. spol. Septimò, iure ciuili secularis potest cognoscere de causa spirituali incidenter. l. quotiens. C. de iudic. l. si idem. ff. de iurisd. omniũ iud. is tamen iure canonico nõ potest cognoscere etiam incidenter. c. tua. de ord. cogn. c. causam. qui fil. sint leg. Octauò, iure ciuili prælatus non potest constituere procuratorem in causis suæ Ecclesiæ ante litem cõtestatam ad instar tutoris, & curatoris. l. neque. C. de procur. iure verò canonico secus. c. petitio. de procurat. Nonò, iure canonico, mulier nõ admittitur ad testificandum in causa criminali. c. tam literis. de testib. secus iure ciuili, nisi in testamento. l. qui in testamento. ff. de testam. c. forus de verb. sig. vel nisi de crimine publico sit damnata. l. 1. l. ex eo. ff. de testib. Decimò, iure ciuili non potest esse lis inter patrem, & filium in potestate constitutum. l. lis nulla. ff. de iudic. de æquitate tamen canonica videtur permitti. c. qualiter. 2. q. 7. secundùm tamen d. l. lis. & sic vtraq; iura canonica, & ciuilia concordant. Vndecimò, iure ciuili de crimine non proceditur contra absentes lite non contestata, nisi contra apparitores. l. ne diu. C. de pœnis. & auditur quandocunque venerit. l. annus. ff. de requir. reis. & nisi quibusdam casibus: iure verò canonico si constat de crimine ẽt in absentẽ. c. 1. 4. q. 5. ꝙ tamen intelligitur lite contestata, quia ante testes non recipiuntur. c. 1. vt lit. non cont. nisi in casibus enumeratis in c. quia. 4. q. 2. vt in eo qui aufugit. ne reddat rationes. l. 2. C. de ratiocin. & in causa hæresis. c. veritatis. de dolo, & contum. vel vbi infamatus deficit in purgatione. c. cum p. de purg. vel in hæresi post mortem. c. sanè. 24. q. 2. vel in absentia actoris. c. causam quę. de dolo, & cõtum. qui tamẽ canon videtur correctus. per c. quoniam frequenter. eo. vel vbi agitur de inofficioso. l. in causæ. §. causa. ff. de minor. vel in causa subiectionis. c. cũ olim. de sim. vel libertatis secundùm aliquos. l. 2. C. de vsufruct. vel in trebellianica restitutione. l. pen. §. eam autem. C. ad

Leges ciuiles quibus casib. sint contrariæ canonicis & quæ seruandæ, & vbi.

C.ad Treb.vel cum electus non compareet. cap.dudum.de elect. Duodecimò, iure ciuili condemnatus de crimine si eo non perdit ciuitatem, vel libertatem potest in accusatorem inchoare accusationem.l.is qui.ff.de publ.iudic. secus iure canonico, nec etiam tunc extraneum.c. qui crimen. 6.q.1.cap.neganda 3.q.11. Decimotertiò, iure canonico possũt induci testes apertis attestationibus super nouis articulis. c.cum Ioannes. de fide instrum. c.ex tenore. c.veniẽs. de testib. secus iure ciuili, vt ibi d.glo. Decimoquartò,iure ciuili alia crimina sunt publica, alia priuata, de quibus l.1. vbi gl. de publ.iud. iure verò canonico omnia publica videntur.c. infames.6.quæst.1. Decimoquintò, Ecclesia non restituitur iure ciuili contra libertatem. l.si ex causa.ff.de min.l.1.C.si aduer.lib.iure verò canonico restituitur in integrum aduersus libertatem. c.& si illi.12.q.2. Decimosextò, iure ciuili perpetuatur iurisdictio delegati per solam litis contestationem, vt si delegans moriatur non expiret iurisdictio delegata. l. & quia. C.de iurisd.omn.iud. iure verò canonico non consideratur solum litis contestatio, sed sufficit sola citatio ad perpetuandam iurisdictionem.c.gratum. c.licet.de offic. deleg. Decimoseptimò, iure ciuili iudex appellationis non potest delegare cognitionem causę appellationis retenta prolatione sententiæ. auth.ad hæc. C.de iudic.secus iure canonico. c.super quęstionũ.§.intentionis. de offi.deleg. Prętetea secũdùm leges iudex principalis causæ, cognitionem causarum committere nõ potest, nisi faciat litem coram se contestari, & semel audiat in medio, & semel in fine.§.illud.cum seq.auth.vt defunct. seu fu. coll.5. auth. ad hæc. C.de iudic. iure verò canonico simpliciter põt committere causarum auditionem absq; eo ꝙ audiat semel in principio. & c.d.c.intentionis. ꝑterea secundùm leges, iudex committit audientiam causarum tantũ consiliarijs suis. d.auth.ad hæc. & in §. si quis autem.auth.de iudic.coll.6. iure autem canonico iudex potest committere cuicunque.c.pastoralis.de offic.deleg. Decimooctauò, secundùm leges si delegatus committit alicui causam, recurritur ad eum ad appellandum. l.vnica. C.qui pro sua iurisd. iure verò canonico, si delegatus committit totam causam recurritur ad primum delegãtem, si verò non committit totam causam, appellatur ad delegatum qui secundo delegauit. c.super.§.porrò. de offic.deleg. Decimonono, iure ciuili, virilis ætas intelligitur vigintiquinque annorum.l.1. ff.de minor. iure canonico triginta. c.is ꝑsens.70.dist. Vigesimò, iure ciuili, furtum dicitur cõtrectatio cum fraude rei alienę. l.1.§.furtum. ff.de furt. iure verò canonico sumitur pro qualibet illicita contrectatione. ca.dominus. 14.q.5. Vigesimoprimò, iure ciuili, quæ sunt meri, & mixti imperij non possunt delegari, nisi ordinarius proficiscatur.l.1.ff. de officio eius. secus iure canonico. c.ꝗ sedes. de offic.deleg. Vigesimosecundò, iure canonico proprietas rei, de qua est data tenuta potest recuperari vsque ad quadraginta annos, cum pręscriptio iure canonico sit quadraginta annorum, iure verò ciuili tantum vsque ad triginta.l.cum notissimi. C.de pręscrip.triginta annorum. c.pastoralis. de offic.ord. Vigesimotertiò, iure ciuili, postliminio reuertentibus daẗ rescissoria intra quadriennium.l.fi.C.de in integ.restit.iure verò canonico nõ datur rescissoria cum eo tempore non currat præscriptio.cap. prima actione.16.q.3. Vigesimoquartò, iure canonico ad ecclesiam recurrentes tuti sunt, nisi sit publicus latro, & depopulator agrorũ.c.inter. de immun.eccl. cui statur iure ciuili excipiuntur ẽt homicidæ, adulteri, raptores virginũ, qui inde extrahi possunt. c. si quis. 36.q.1. Vigesimoquintò, iure canonico nõ permittitur iurari per creaturã, vt euangelium, altare, crucem, nisi casibus expressis. c.considerare.c.clericũ.c.habemus. c.si aliqua.12.q.1. iure verò ciuili videtur permissum.l.2.§.fi.cum seq. & l.qui per salutem. ff.de iureiur. Vtroq; tamẽ iure prohibitum est iurare per membra Dei. c.si quis per capillum. 22.q.1. authen.vt non luxur.circa medium.col.6. Vigesimosextò, iure ciuili actio est proponẽda in libello, cum sine actione nemo ex-

mo experiatur. l. si pupilli. §. fi. ff. de negot. gest. l. 1. cum ibi not. ff. de eden. secundùm Canonist. nemo tenetur edere actionem. cap. dilecti. de iudicijs. Vigesimoseptimò, iure ciuili, instantia iudicij perit triennio numerando à lite contestata. l. properandum. C. de iudic. nisi in casibus specialibus ibi not. iure verò canonico non finitur eo cursu. c. venerabilis. de iud. Vigesimooctauò, iure ciuili, ordinarius non potest recusari. l. fi. de iurisd. omn. iud. secus iure canonico. cap. si quis contra clericum. de foro competen. & iure ciuili, cum recusatur delegatus nõ oportet allegare causam, nec probare. l. apertissimi. §. 1. C. de iudic. distinguendo, vt ibi, iure verò canonico, coram arbitris causa suspitionis est alleganda, & probanda. cap. suspitionis. de offic. deleg. cap. secundo requiris. cap. cum speciali. de appellat. Vigesimononò, de rigore iuris ciuilis, ecclesia restituitur aduersus præscriptionem intra quadriennium. l. superuacaneam. C. de tempo. in integr. restitut. & de æquitate canonica. cap. auditis. de in integr. restitu. iure tamen canonico etiam ecclesia restituitur contra præscriptionem cum minori æquiparetur. d. cap. auditis. & cap. 1. eod. Trigesimò, iure ciuili torneamentum non prohibetur gratia virtutis ostendendæ. l. solet. ff. de aleat. secus iure canonico. cap. 1. de torneam. & fortè etiam iure ciuili. l. vnica. C. de gladiat. lib. 11. Trigesimoprimò, iure canonico, ex fama sola quis est vitandus excommunicatus. capit. cum desideres. de senten. excommu. iure verò ciuili fama tantum semiplenè probat, nec sufficit sola. l. 3. ff. de tritico. Trigesimosecundò, iure canonico, confessores, & prædicatores possunt recipere eleemosynam ab vsurarijs, & extortoribus alienorum, quasi procuratores dominorum, cum non habeant vnde aliundè viuant. cap. cum voluntate. de sent. excomm. non tamen iure ciuili, nisi de consensu dominorum. l. extat. ff. quod met. cau. & in hoc crederem etiã ius canonicũ concordare, nisi bona sint incerta, quia id fieri potest de episcopi consensu. Trigesimotertiò, iure canonico, clerici Parisijs morãtes possunt cõuenire laicos coram episcopo in causis pecuniarijs. c. quod clericis. de fo. compet. quod non est iure ciuili, vt ibi not. Trigesimoquartò, iure ciuili, clericus potest consentire litigare coram iudice nõ suo, nec ecclesiastico. l. 1. C. de iurisd. om. iud. l. fi. C. de ep. aud. secus iure canonico, nisi de consensu episcopi. c. significasti. de foro competen. cui est standum. Trigesimoquintò, si quis contraxit in vno loco, potest à iudice illo citari, & molestari si non inuenitur ibi, & omni remedio cogi, vt veniat. l. hæres absens. ff. de iudic. iure verò canonico, iudex loci contractus potest tantum pronunciare de mittendo si alibi conuentus existat. not. in c. Romana. de foro compet. in c. licet. eo. Trigesimosextò, iure ciuili, lite non contestata non potest procedi ad sententiam diffinitiuã, nisi in causa appellationis. d. l. fin. §. illud. C. de appell. iure verò canonico, in causis matrimonialibus, vbi agitur de matrimonio iungendo non dissoluendo, & etiam in causis electionum potest procedi ad diffinitiuam ante litis contestationem contra contumacem. c. 1. vt lit. non contest. & c. quoniam. §. porrò. eo. modo, vt ibi. Trigesimosextò, iure canonico, in causis, & personis ecclesiasticis, aliter rigor & discretio est seruandus, aliter iure ciuili. c. 1. de dolo, & contum. cap. sæpè. de restit. spol. l. 1. ff. si quis ius d. c. Trigesimoseptimò, iure canonico, potest fieri sequestratio ob absentiam rei. c. ex literis. de dolo, & contum. secus iure ciuili, l. vnica. C. de prohibita seq. c. cum dilectus. de seq. poss. Trigesimooctauò, iure ciuili, si quis se offert liti condemnatur, ac si possideret rem quæ petitur. l. is qui. ff. de rei vendi. iure verò canonico, id ius cessat ne personæ delictũ alij personæ noceat. c. ecclesia, vt lite pendente. Trigesimononò, iure canonico, ad probandũ consanguinitatẽ admittitur testimoniũ de credulitate, & auditu. c. quotiens. c. licet. de prob. iure verò ciuili id nõ reperitur. Quadragesimò, iure canonico, in causa matrimoniali sententia ferri potest sine scriptis. c. Albericus. de testib. iure verò ciuili non vllo casu. l. f.

C. de sent. ex breu. Quadragesimoprimò, iure ciuili nō creditur vni testi. l.iurisiurādi. C.de testib. iure canonico, quãque quando non est præiudicium alicuius, vt dum quæritur an quis sit baptizatus, vel ecclesia consecrata, vel quis pœnitentiam egerit. c.paruulos. c.cū itaq;. de cons. dist. 4. c.omnis. de pœnit. Quadragesimotertiò, iure canonico, Abbas in causa monasterij iurat de calūnia in animam suam. l.2. C.de iur.cal. iure verò canonico debet iurare in animā maioris partis conuentus. c.præsentium. de testib. c.dudum. de elec. Quadragesimoquartò, magis absolutè iure ciuili, testes cogūtur ferre testimonium, quàm iure canonico. l.quoniam libera. C.de testib. c.1. cap. super. de testib. & clerici ad id non coguntur iure canonico, nisi vbi aliæ probationes deficiunt. c.quāquam. 14.q.2. Quadragesimoquintò, frater, iure ciuili, non potest accusare fratrem de magno crimine. l.si sororē. C.de testib. iure canonico, sic in causa hæresis. c.literas. de præsumpt. Quadragesimosextò, iure ciuili, parentes non possunt testificari cōtra liberos & volentes. l.parētes. C.de testib. iure verò canonico, fratres possūnt testificari contra se. c.literas. de præsumpt. Quadragesimoseptimò, iure ciuili, dilatoria exceptio debet proponi ante litis contestationem, non post. l.sed & si. C.de except. secus iure canonico. c.exceptionem. de excep. Quadragesimò, iure ciuili, non auditur quis contra sententiam quę trāsiuit in rem iudicatā. l.j. C.sent. resc. non posse. secus de ęquitate canonica fauore matrimonij. c.ex literis. de in integ. rest. c.lator. c.consanguinei. de re iud. quia in matrimonio sentētia non transit in rem iudicatam probata fraude. d.d. iurib⁹. Quadragesimoprimò, iure canonico, si cleric⁹ recipit cessionē præsumitur simulata. c.ex parte. de alien. iud. secus de iure ciuili, nisi simulatio probetur. l.militem. C.de proc. l.p diuersas. l.ab Anastasio. C.de procu. Quadragesimosecūdò, ingressus monasterium iure ciuili, nō potest aliquid retinere. auth. ingressi. C.de sacr. sān. eccl. iure verò canonico, pōt concedi quid loco præbendæ. c.tua nos. de sim. c.in præsentia. de donat. c.quoniam dilectus. de succ. ab intest. c.si. ne cler. vel mon. Quadragesimotertiò, iure ciuili, obligans se ad dādum sub pœna, si omittit, tenetur ad totam pœnam. l.stipulationum. 2. & l.in executione. ff. de ver. obl. l.si seruus. §.si pluriū. ff. si quis caut. iure verò canonico, obstat exceptio solutionis. c.suā. de pœn. Quadragesimotertiò, iure canonico, licitè quis non recipit, ne indicet furem. c.qui cum fure. de furt. §.ex his. 1.q.1. secus iure ciuili. l.si ob turpem. ff. de condit. ob turpem cau. l.solent. ff. de præscr. verb. Quadragesimoquartò, iure ciuili, ordinati debebant aliquid dare tabellionibus, & ijs qui ordinabant. §. pro consuetudinibus. auth. de sanctissimis episc. iure verò canonico esset simonia. c.sicut episcopum. 1.q.1. nisi pro opera scripturæ, vbi tabelliones non sunt sufficienter stipendiati, de quo alibi, nisi sit consuetudo nil accipiendi quæ est seruanda, & modo non capiatur vltra decimam vnius aurei pro literis dimissorijs. c.1. sess. 21. in Trid. Concil. modo inde commodum episcopo non proueniat, vt ibi habetur, de quo alibi. Quadragesimoquintò, iure canonico, valet promissio, promitto tibi me daturum Titio decem maximè iuramento interueniente. c.quo. 1.q.7. secus iure ciuili. l.stipulatio ista. §.alteri. ff. de verb. obl. nisi in casibus not. in §.alteri. Instit. de inut. stipul. Quadragesimosextò, iure ciuili, licet transigere in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis, adulterio excepto, vbi verò pœna sanguinis non ingeritur non, nisi in crimine falsi. l.transigere. C.de transf. iure verò canonico, in causa spirituali pecunia accepta non licet transigere. c.si. de rescrip. Quadragesimoseptimò, iure ciuili, inter pares simul habitantes præsumitur matrimonium si tractent se, vt vir, & vxor. l.in liberę. ff. de ritu nupt. iure verò canonico, potius præsumitur adulterium, nisi probetur matrimonium. c.aliter. 25.q.5. c.his qui. 30. dist. Quadragesimooctauò, iure canonico, in matrimonio promissio pœnæ, vel arræ non valet. c.gemma. de spons. iure verò ciuili, arræ promissio valet nō pęnæ. l.titio. §.idē. ff. de ver. obl.

l.si.

l.fi.C.de sponf.de quo tñ est dicendum, vt supra est dictum. Quadragesimononò, iure canonico, pater filiam inuitam non potest nuptui tradere c.1.c.cum locum.de sponf.iure ciuili, secus nisi turpi nubat, vel morib. eius indigno.l.sed quæ.ff. de sponsal. & in hoc statur iuri canonico, preterea iure ciuili consensus parẽtum requiritur in matrimonio l.nec filiam. C.de nupt.l.nuptiæ. de rit. nupt.secus iure canonico, nisi ex honestate cap. 1. 27. quæst. 1. cui & statur. Quinquagesimò, iure ciuili pro quibusdam tantum criminibus damnatus efficitur infamis. l. infamem. ff.de publ. iud.l. quid ergo.§. fi. l.athletę. §. fin.ff. de his qui not.iure verò canonico, omne peccatum infamat.c.infames.3.q.6. §.porro.3.q.7. quòd intelligitur quo ad Deum, vel si sit graue & publicum. vt in c.fi. de Temp. ord. Quinquagesimoprimò, iure ciuili, filij incestuosi non sunt alendi à parentibus auth. licet. C. de nat. li.§.fi.auth.quibus mod.nat.eff. leg.secus iure canonico, cap. cum haberet. de eo qui duxit in matr. cui & statur in conscientia. Quinquagesimosecundò iure ciuili, non potest esse matrimonium inter seruos, vel seruum, & liberam.l.cum ancillis. C. de nupt. secus iure canonico c.1.de coniug.seru. & vir lucratur quartum etiam si eam cognoscit in domo patris sui nec domũ duxit. nec sit perfectæ ętatis, si malitia supplet ętatem l.si perfectus. de ritu nupt. c. de illis c.iuuenis.de desponsal.quam & lucratur si traduxit domum, si id statutũ disponit, licet non cognouerit, matrimonio tamen per verba de præsenti contracto.l.nuptias. de reg. iur. l. nihil ff.rer. amot.l.non sine. C.de bo.quæ lib. Quinquagesimotertiò, iure ciuili, spurij possunt eligi ad decurionatum & alios honores.l.spurij de decur.& l.generaliter, secus iure canonico, c.1.2.6.d. Quinquagesimoquartò iure ciuili, heres non implens omnino voluntatem defuncti, debet priuari hæreditate, nisi ex liberis sit qui potest legitimam retinere. l. fin. & auth.hoc amplius, C. de fideicom. iure verò canonico talis indistincte priuatur ea.c.Syluester.11.q.1.cap.licet, de voto. Quinquagesimoquintò, iure ciuili sacrilegus acrius punitur quàm canonico, l.ex sacrilegij.ad l. Iul. pe. c.si quis 17. q.4.vbi is excommunicatur, si personã clerici percutit, si rem ecclesiæ surripit, excommunicatus est tantum post tertiam monitionem c. quisquis.eo.& c.si quis contumax. Quinquagesimosextò, iure ciuili, pęna pecuniaria potest ab ecclesia infligi.c.si quis 20.q.5. secus iure canonico c.suam de pœnis.de quo dicẽdum, vt ibi not.vbi multi casus excipiũtur, & videndum de hoc tra.de pœnis. Quinquagesimoseptimò, iure ciuili, impuberis iurum est nullum. auth. sacra puberum. C. si adu. ven.l. 2.§.1. de iur. cal.nisi in casu.l.fi. ff. de lib. causa.iure verò canonico, potest iurare si est doli capax, & si peierat, vel iuramentum nõ seruat est puniendus.c.paruuli. 23. q. 5. & forte id tunc potest admitti etiam iure ciuili, vt not.in d.c. Quinquagesimooctauò. Fur dicitur qui non intrat per ostiũ animo furandi. c.tres.24. q.4.c.vt sit de pœnit.d.c.1. secus iure ciuili. vulgaris.l.qui furti ff.de furt. Quinquagesimononò, iure ciuili, in præscribendis iuribus, quæ continuatam causam non habent, duplicatum tps requiritur l.fi. C.de serui.l.si sic. ff.quem. seru. amitt. iure verò canonico ẽt si causa sit continuata, vel nõ, sufficiunt quadraginta anni ad præscribendum.cap. de quarta.de præscr.c.cum ecclesia de causa poss.imò in primo casu requiritur tempus cuius initij non extet memoria l.1.ff.de aqua pluu. & quòd dicitur de tempore duplicato, intelligitur quo ad hoc, vt iura illa amittantur, si tantum tempus pertransijt. Sexagesimò, iure canonico, morientes in peccato non sepeliuntur in loco ecclesiastico c.placuit.23.q.5.c.fures.de furt.nisi in morte sint contriti. c. fi. 23. q.2.iure verò ciuili, non permittũtur sepeliri alicubi mortui pro suis sceleribus nisi de licentia principis. l. 1. 2. 3.ff.de publ.iu. Sexagesimoprimò, iure canonico incestuosus & adulter morte punitur cap.relegentes.23.q.5.quòd & olim erat iure ciuili, l.quamuis. C. de adult. sed per auth. sed hodie C. eo. adultera truditur in monasterium, quòd & iu-

re canonico seruabitur, quod pœnam mortis non ingerit. Sexagesimosecundò, iure canonico, potest ratificari non gestum proprio nomine c.3. de his quæ fiunt à prel. c. sicut. de elect. secus iure ciuili, l. si vi à me. ff. de vi & vi ar. l. si pupilli. §. fi. ff. de neg. gest. nisi in casibus ibi not. Sexagesimotertiò, iure canonico, proponens exceptionẽ dilatoriam post fundatam intentionem actoris, si deficit in probatione condemnatur in expensis. c. finem. de dolo. iure ciuili, non habetur condemnatio expensarum, nisi in fine litis succumbat. l. properandum §. sin autem. C. de iudic. Sexagesimoquartò, iure canonico, incendiarius per annum Hierosolimis, vel in Hispania causa pœnitentiæ stare tenetur c. pessimam. 23. q. 8. c. 1. de incend. iure verò ciuili ędem sacrã, vel aceruum tritici comburens, debet comburi, sin aliter si est vilis persona bestijs subijcitur, si alia capite punitur l. qui edes. l. fi. ff. de incend. rui. idq; si dolose, si enim negligentia fecit, tenetur emendare damnũ, & pœna arbitraria punitur d. l. qui ædes. l. fi. de priu. del. c. fi. de iniur. Sexagesimoquintò, iure canonico, sacrilegus, & fur morte punitur c. homicidas. 23. quæst. 5. quæ tamen pęna non debet exerceri per episcopos, vel ministros altaris. c. si in mortem. cap. his 23. q. 8. sed quibusdã casibus tradendi sũt curiæ seculari, cũ protestatione ne deueniatur ad pœnam sanguinis. c. ad abolendam. de hęret. de quo tr. de clericis, iure verò ciuili pro furto non imponitur pęna mortis, auth. nouo. de seru. fug. nisi sit famosus latro. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis, vel verus sacrilegus surripiens de loco sacro. l. aut facta. de pœnis. l. sacrilegij, ad l. Iul. pecul. Inn. in c. cum p causa de sent. excom. Sexagesimosextò, vbi plures vnũ vulnerarunt qui est mortuus, si certũ sit ex cuius vulnere sit mortuus alij non cẽsentur homicidæ l. huic scripturæ ad l. Aquil. l. fi. ad l. Corn. de sic. iure vero canonico, quilibet censetur homicida si arma sumpsit. c. præsentium. de cler. percuss. c. si quattuor. 22. q. 8. Sexagesimoseptimò, iure ciuili, si accusator nõ probat reus absoluit, l. qui accusare. C. de eden. l. sciãt. C. de probat. nisi casibus quibus quis tenetur se exonerare de quibus l. vbi falsi. C. de fal. l. vbi fallaciter, & l. qui accusare. C. de abolit. iure verò canonico, infamatus tenetur se purgare, & si deficit in purgatione punitur, vt conuinctus. cap. cum p. cap. cum dilectus. de purg. canonica. Sexagesimooctauò, sortilegi, & diuinatores puniũtur, quinque aureis cap. quĩ 26. quęst. 1. iure verò ciuili, capite puniũtur l. nemo. C. de mathemat. Sexagesimononò, peccans cum Deo deuota si laicus excommunicatur, si clericus deponitur c. si quis episcopus. 27. quæst. 1. iure verò ciuili, capite punitur l. si quis non dicam. C. de episc. & cler. Septuagesimò, iure ciuili, matrimonium dissoluitur, si vnus contrahentium monasterium intret. §. distrahuntur. auth. de nupt. secus iure canonico, cap. agathosa 27. quæst. 2. Sic iure ciuili, potest quis contrahere cum consobrina. l. celebrandum. C. de nupt. iure verò canonico non licet vsque ad quartum gradum. cap. non debet. de consanguinitate, cui & statur. Septuagesimoprimò, legans rem alienam scienter, tenetur hæres eam redimere, & dare legatario, si ignoranter, & relinquatur coniunctæ personæ idem est, alias non valet legatum eo modo relictum l. cum alienam C. de leg. iure verò canonico, non valet cap. filius de testam. Septuagesimosecundò, iure ciuili, in præscriptione triginta, vel quadraginta annorum non requiritur titulus, & bona fides. l. sicut in rem, & l. omnes C. de pręscrip. 30. annorum secus iure canonico c. si diligenti c. fi. de pręscr. cui & statur, modo quo latius de hoc differitur in tractatu de iustitia sub capite de præscr. Septuagesimotertiò, iure ciuili, omni ętate durat patria potestas, iure verò canonico, dissoluitur adueniẽte pubertate quo ad matrimoniũ carnale, & spirituale & iurum c. puella 22. q. 2. c. tribus 23. q. 2. Septuagesimoquartò, iu. ciu. filius familias non obligatur voto l. si quis rẽ §. voto. ff. de leg. l. 2. §. voto. de pollicitat. secus iure canonico c. honoratur 22. q. 2. glo. in l. Deo nobis §. hoc etiam

C. de

C.de epis.& cler.quæ ponit quasdam distinctiones,& in hoc statur iuri canonico. Septuagesimoquartò, stuprum iure ciuili committitur cũ virgine, puero, vidua, vel soluta, nõ concubina. l.stuprũ. ff.ad legem Iul.de adult. iure canonico cum virgine tantum. §.1. 36.q.1. licet quandoque ponatur pro adulterio cap. nemo.32.q.4. Septuagesimoquintò, iure ciuili fornicatio simplex nõ punitur, sed videtur permissa. l.in concubinatu. ff.de concubin.iure canonico,secus.d.c. nemo cui statur. Septuagesimosextò, iure ciuili, peccans contra naturam capite punitur. l.cum vir. C.de adulte.iure canonico, minus. c.clerici.de excess. prælat.ex Bulla tamen Pij V.sexta, si sit ductum in consuetudinem imponitur pœna iuris ciuilis per Papã executioni dandam,non tamen per episcopum. Septuagesimoseptimò, iure ciuili vir non potest verberare vxorem.l.consensu. C. de repud. sed tantum corrigere. l.respiciendum. ff.de pœn.iure verò canonico, permittitur clericis eas custodire, ligare,& corrigere, non tamen mortificare. c.placuit.32.q.2. Septuagesimooctauò, iure canonico, coniux non potest vouere continentiam sine alterius consensu. c.1. 2.3. 33.q.5. iure verò ciuili, violatur matrimonium si alter voueat castitatem. Septuagesimononò,iure ciuili distinguuntur gradus iuxta singulas personas,& sic duo fratres sunt in secundo gradu, & computatio fit vsq; ad decem gradus.§.fi. Instit.de succ.cogn.& Insti. de gradib.per totum. iure verò canonico, fratres sunt in primo gradu. c.ad sedem.35.q.5. & fit computatio vsque ad quartũ tantum.c.nõ debet. de consang. cui statur ĩ matrimonijs. Octuagesimò, raptor iure ciuili non potest nubere raptæ. l.vna. §. sin autem. C.de rapt.virg. secus iure canonico.c.accedẽs.de rapto. muliere tamen prius separata ab eo. vt in Conc.Tr. sess.24.c.6. Octuagesimoprimò,iure ciuili,emẽs à fisco rem alienam est tutus.l.bene à Zenone. C.de p̃script. quadr.anno. secus iure canonico in rebus ecclesiasticis, c.2.de reb.eccles. cui & statur. Octuagesimosecundò, in alienatione rerum ecclesiarum, iure ciuili requiritur solemnitas. auth.hoc ius porrectum.C.de sacr.san.eccl.iure verò canonico, sufficit solemnitas requisita. in c.dudum. de reb. eccl.& in cap.execrabilis.de rebus eccl. non alie.in extra. commu.cũ & statur. Octuagesimotertiò,iure ciuili,locator finito tempore locationis potest rem illam alteri inuito primo,locare.l.ne vi. C.locat. secus iure canonico in scholaribus, alius enim scholaris eo inuito non potest domum primi conducere sine eius cõsensu. c.ex rescripto,de locat.q & iure ciuili, arbitror locum habere,cum iuri canonico, stetur vbi casus iure ciuili,non est decisus. Octuagesimoquartò,iure ciuili potest dominus expellere emphyteotam, si non soluit canonem.l.2.C.de iure emphy.& si sit emphyteota ecclesiæ,vel colonus,& stet per biẽniũ.auth.qui huiusmodi.de sacr.san.eccle.l.1.C.locat.iure verò canonico, vterq; põt purgare moram celeri satisfactione. c.propter.c.potuit.de locat. Octuagesimoquintò, iure ciuili, fructus percepti ex re pignorata extenuant sortem.l.1.& 2.ff.de pignor. act.iure verò canonico,id fallit quando ecclesia recipit fundum pignoris ipsius ecclesię,vel beneficium.c.1.de feud.c.1. de vsur.vel si vir recipit fundum pro dote promissa non soluta. c.salubriter. de vsur. Octuagesimosextò, iure ciuili, res sacræ vel religiosæ non possunt vllo casu obligari.l.3. C.quæ res pign. l.sancimus. C.de sacr.san.eccl.secus iure canonico,in casu necessitatis. c.1.de pignor. Octuagesimoseptimò, in testamento iure ciuili requiritur septem testes,in codicillo quinque.l.hac consultissima. C. de testam.l.fi.ff.de iure codic. iure verò canonico, in relictis ad pias causas, vel piæ causæ duo sufficiunt. c.Ioannes. c. relatum.de testam. & c.cum omnes.eo. vbi videtur loqui etiam in alijs casibus. Octuagesimooctauò,iure ciuili, non valet institutio, & legata, relicta in alterius arbitrium.l.illa institutio.l.si quis. ff.de hæred.instit.l.captatorias.ff.de testam.milit.iure verò canonico, tunc videtur relinquere,vt is pro anima distribuat.c.cum inter.de testam.Octuagesimononò,iure ciuili,fructus intelligant

deductis expensis. l. fructus. ff. sol. matr. iure verò canonico, fructus decimarum debētur non facta deductione expensarum. c. cum homines. c. non est. c. tua. de decim. cui in hoc statur. Nonagesimò, iure ciuili īponens noua vectigalia sine principe punit in illo ꝑpetuò. l. fi. C. de noua vectig. iure verò canonico, cui stat excōicatur, si monitus nō desistat. c. innouamus. de deci. Nonagesimoprimò, iure canonico desponsans sponsam alterius fratris, matrimonium non pōt contrahere. c. ad audientiā. de spons. cui statur iure ciuili id non incurrit, & obligatio impossibiliū est nulla, & nullū inde oritur impedimentum. §. si impossibilis. Instit. de inut. obl. & §. 1. eo. Nonagesimotertiò, iure canonico sponsalia contrahens cum minori septennio, & tentans eam cognoscere, nec valens, nō potest contrahere cum eius sorore. c. iuuenis. de sponsal. c. 3. sess. 24. in Tr. Conc. iure verò ciuili, nō inuenitur hoc impedimentum in notatis in §. fi. Inst. de nuptijs. & in hoc statur iuri canonico. Nonagesimoquartò, iure ciuili, eligens abbatem iurat se eligere castū fide, & moribus, & qui monasterio prodesse possit. §. igitur. auth. de sanctissimis ep. iure verò canonico, hæc forma non seruatur. c. quia propter. de elect. c. cum dilectus. de consuet. cui standum. Nonagesimoquintò, iure ciuili, matrimonium potest cōtrahi sine verbis inter valentes loqui si consentiant. l. sufficit. de nupt. l. denique. de rit. nupt. iure verò canonico, verba requiruntur inter valentes loqui. c. tuæ. de spons. Nonagesimosextò, iure ciuili, ornamenta & vestes cum mortuis humari non debent. l. at si quis. §. nō autem. ff. de relig. iure verò canonico, Archiepiscopus cum pallio sepelitur. c. 2. de auth. & vsu. & iure ciuili, Archiepiscopus extra prouinciam vtitur pallio pro consularibus insignijs. l. 1. ff. de offi. procons. iure verò canonico, extra prouinciam, eo nō vtitur. c. 1. c. ex tuarum. de auth. & vsu pallij. Nonagesimoseptimò, cedens bonis potest postea recuperare re integra. l. is qui. ff. de his qui bo. ce. iure verò canonico, obtinens licentiā cedendi dignitati, vel episcopatui cogitur cedere. c. quidam. de renunc. Nonagesimooctauò, iure canonico in libertatis ecclesiæ multa specialia obseruantur, quę iure ciuili nō reperiūtur. c. de famulis. de seru. non ord. Nonagesimononò, iure ciuili, quædam est pœna metalli, in metallum, vel opus metalli qui ciuitatem, & libertatem perdunt, alij in ministerium metalli, qui ciuitatem amittūt non libertatem, nisi in perpetuum damnentur. l. ciuitatem. l. libertatē. ff. de pœ. iure verò canonico, hæc pœna non inuenitur. c. 1. de calum. quibus pęnis potest assimilari pœna carceris, quam ecclesia infligit. cap. pen. & fi. de hæret. vel qua quis in seruitutem redigitur. ca. ea. 32. dist. vel curiæ traditur, vel venditur. c. clerici. 81. dist. Centesimò, pœna falsi, iure ciuili, in homine libero est deportatio, & bonorum publicatio, in seruo pœna mortis. l. 1. §. fi. ff. de fals. iure canonico est multiplex pœna, vt not. in summa de fals. Centesimoprimò, patronus si præsentat indignum iure ciuili, priuatur ea vice ista potestate, & potestas deuoluitur ad superiorem. §. oratorium. authen. de sanctissimis ep. secus iure canonico. c. cum nos. de offic. ord. sed melius dicendum, ꝙ concordat in hoc cum iure ciuili si sit patronus ecclesiasticus, nō laicus. Silu. Iuspatr. nu. 8. Centesimosecundò, iure canonico, quædam pœnæ sunt constitutæ. in c. ad reprimendam. de offic. ord. quæ ita expressè iure ciuili non inueniuntur. Centesimotertiò, iure ciuili interfectori filiorum imponit certa pęna grauis. l. vnica. C. de his, qui pa. vel lib. am. iure canonico minor. c. fi. de his qui fil. propr. Centesimotertiò, iure ciuili possessionem suam quis potest armis tueri, & præuenire hostem percutiendo. l. 1. C. vnde vi. l. 1. quando liceat sesine, iure canonico, clerico non licet pugnare cum armis etiam contra infideles. c. ex multa. de voto, nec sua defendendo. c. suscepimus. de homic. potest tamen aggressorem cum inculpata tutela occidere. clem. 1. eo. Centesimoquartò, iure ciuili, si quis est vulnerans, & dubitatur an ex illo vulnere sit mortuus, nō tenetur vulnerans de occiso. l. huic. §. si seruus. ff. ad leg. Aquil. iure verò canonico,

laico, ob dubium non debet ministrare, c.ad euidentiam.de homic. Centesimoquintò, raptor virginum iure ciuili, nõ cogitur eam vxorem ducere, imò videtur prohibitum. authē. de rapt.mulier. collat. 9. secus iure canonico. c.1. de adulte. & iure ciuili, stuprator virginis si vilis persona sit verberatur, si p vim capite punitur. §.2. & §.si autem. Instit.de publ.iudic.iure verò canonico verberatur, & cogitur tãtum excommunicatus agere pœnitentiam in monasterio si eã ducere non vult. c.peruenit.de adulter. Centesimoquintò, iure ciuili raptus ꝓpriè committitur in sponsam. l.vnica. de rapt.virg.secus iure canonico.c.cum causam.cum ibi not.de raptor. Centesimoseptimò, emens rem ex pecunia mea nomine suo habet ius in illa. l.si ex pecunia. ff.de rei vend.l.ad probationem. C.de probat. nisi in casibus not. in d.l.si ex pecunia.iure verò canonico debet illam restituere, vt à peccato liberetur c. non est.1.q.1. Centesimooctauò, iure ciuili nemo in pœnã debet bullari in fronte.l.si quis in metallum C.de pœn. iure verò canonico, quandoq; permittitur. c.ad audientiam.de falsis. Centesimononò, iure ciuili vtens falsis instrumentis, & pœnitens nõ punitur.l.si falsos. C.de fals.secus iure canonico, si literis apostolicis abutitur. c.dura. c.ad falsariorum. de fals. Centesimodecimò, blasphemus Dei,& sanctorum capite punitur. auth. vt non luxur. coll.6. iure canonico,laicus excõmunicatur clericus deponitur. c.1.fin.de maled. Centesimoundecimò, mutans sibi causam possessionis incurrit.l.cum nemo.& l.ex liberis. C.de acquir.poss.iure verò canonico,beneficijs priuatur.extra de causa possess. Centesimoduodecimò,iure ciuili, terra quæ de nouo præciditur, vt melius fructificet, dicitur noualis.l.silua.§.nouales. de verborũ sig.iure verò canonico,dicitur noualis cuius non extat memoria,ꝙ culta fuerit. c.1.cap.quid per nouale.de verb. sig. & sic quandoq; sumitur etiam iure ciuili.l.vtilis.ff.de pet.hære. Centesimodecimotertiò, possidet iure etiam qui mala fide possidet post præscriptionem iure ciuili.l.sicut in rem. l.omnes. C.de præscript.iure verò canonico, is iure nõ possidet, quia sine bona fide præscriptio non currit. c.fin.de præscrip.cui statur. Centesimodecimoquartò, iure canonico, malefactores rerum Ecclesiæ, vt sacrilegi conueniunt coram iudice ecclesiastico. c.cum sit. de foro compet. iure verò ciuili actor sequitur forũ rei. l.iuris.C.de iurisd.om.iud. cum seq. nisi in casu,auth.item nulla. C.de episc.& cle. & in hoc statur iuri canonico, si constat rem esse Ecclesiæ, aliàs laicus conuenitur coram laico:vt not. in d.c. Centesimodecimoquintò, iure ciuili, plus petens re causa loco, punitur in triplo, & in expensis, & sportulis. l.properandum. C.de iudi.iure verò canonico non seruantur sportulæ, nec punitur in triplo,sed tantũ ad expensas. c.cum ab omni.de vita,& hon.c.1.de plus pet. Centesimodecimosextò, iure ciuili, legatum impediens traditur hostibus, vt sit eorũ. l.fin.ff.de legib.iure verò canonico,excommunicatur.c.si quis.14.dist. Centesimodecimoseptimò, iure ciuili fugiens in bello publico capite punitur.l.nõ omnis.§.qui in acie. ff. de re milit.iure verò canonico, est infamis. c.infamis.6. q.1. Centesimodecimooctauò,iure ciuili, quæ in nullius bonis sunt fiunt occupantis.§.item ea.§.item lapilli. Instit.de rerum diuis. iure verò canonico, epũs in locis nullius non potest occupare partem diœcesis, vel parochiam sine licentia superioris.c.cum causam.de probat. Centesimodecimononò, iure ciuili pendente quęstione restitutionis in integrũ nil debet innouari,nec sententia executionis mandari.C.nil nou.in integ.rest. pen. in rubr. & nigro,iure verò canonico,sententia mandatur executioni,dum modo omnia retractentur, si restitutio cõcedatur.c.suscitata. de in integr.rest. Centesimovigesimò, iure ciuili delegatus ab ordinario nõ exequitur sententiã suam, sed recurritur ad delegantem.l.à Diuo pio. ff.de re iud. nec mittit in possessionem bonorum. l.iubere cauere.ff. de iurisd.omn.iud. secus iure canonico. c.suspitionis.de offi. deleg.c.si quis contra.de foro compet.cap.quisquis.2.q.3. Centesimovigesimoprimò, iure ciuili,

vbi plures discordant, statur sententiæ plurium. l.duo ex tribus.de re iud. iure verò canonico concors debet esse sententia contra criminaliter condemnatum. c.3.de iud.c.si quis.2.q.4. Centesimonigesimosecundò, iure ciuili missus in possessionem in actione reali statim possidet.l.si quis emptionis.§.pen.C.de præscript.triginta annor. iure verò canonico, is non est verus possessor, nisi post annum.c.si.de eo qui mitt. c.contingit.de dolo, & contum. Centesimouigesimotertiò, bona hereticorum, iure canonico publicantur, & filijs, & alijs consanguineis auferũtur.c.vergẽtis.de hæret. iure verò ciuili non auferuntur filijs catholicis.l.cognouimus.C.de hæret. & ĩ hoc statur iuri canonico, & concordare videntur etiam constitutiones Friderici. Centesimouigesimoquartò, iure canonico bona committentium grauia delicta in Ecclesia, Ecclesiæ addicũtur. c.si quis deinceps.17.q.3. iure verò ciuili relinquuntur hæredibus.auth.bona. C.de bon.damnat.nisi in casibus specialibus, ibi not.& iure ciuili executio fit gladio in talibus criminibus per iudices seculares.l.imperium.ff.de iurisd.omn.iud. iudex verò ecclesiasticus id non habet, nec etiam Papa quò ad executionem. c. inter.23.q.2.quatenus non decet, vt Papa manu propria id agat, iubere tamen potest vt id fiat, vt d. Bern.lib.2. de consider.ad Eug.præterea iure ciuili infertur pœna mortis.c.sententiam. ne cler. vel mona. secus iure canonico, licet aliquæ pœnæ æquiparentur morti, & q̃nque tradantur iudici seculari rei ad puniendum. c.ad falsariorũ. de crim.fals. c.ad abolendam.de hæret. Centesimouigesimoquintò, iure ciuili appellans à sententia excommunicationis interim non est excommunicatus.l.1.in fi. ff ad Tert.ob appellationem, quæ tollit iurisdictionem primo. l.fi. ff.de iurisd.omn. iud.& licet appellare etiam à sententijs quæ trahunt secum executionem.l.4.§. in diem.de appellat.l.qui statuam. l.in seruorum.§.qui ex causa. ff.de pœn. iure verò canonico si purè sit excommunicatus durat excommunicatio, secus si in diem, vel sub cõditione elapsis, vel si appellarit ante incursum excommunicationis.c.pastoralis.de appell.& statur iuri canonico. Centesimouigesimosextò, iure ciuili, iudex appellationis nil potest in præiudicium cognitionis. l.4. C.de appel.ff.nil nou.pend.iure verò canonico, iudex à quo potest statuere terminum intra quem appellationẽ prosequatur. c.cum sit Romana. c.abbate.c. cordi.de appell.& iure ciuili non potest appellari ad Imperatorem omissis medijs, vt præsidibus prouinciarum, iure verò canonico, sic ad Papam alijs omissis. c.si duobus. de appell. c.antiqua.de priuileg. & iure ciuili nõ appellatur ab interlocutoria, vel grauamine ante diffinitiuã. l.apertissimi. C.de iud.l.ante. quorum appell. secus iure canonico. c. cum causam. c.dilecto. cap. vt debitus. c.cordi.de appellatio.& iure ciuili si est appellatum à iudice in vna causa, non licet in alia quasi offenso. l.vnica. ff. apud eum à quo appellari, iure verò canonico, sic c. ad hæc. de appellationib. præterea iure canonico apertis, & publicatis attestationibus in causa appellationis non possunt recipi testes in eisdem articulis.cap.fraternitatis.de testibus, secus iure ciuili. l.eos. §.1.2. C.de appellationib.l.per hanc.C.de tempor. appellat. vlterius iure ciuili, à sententia episcopi appellari potest ad iudicem secularem. authen. si quis. C.de episco. audiẽ. iure verò canonico appellatur ad Metropolitanum, vel ad Papam. c.1.de offic.deleg. c.duo.de offic.ordi. Centesimouigesimoseptimò, iure canonico nõ currit præscriptio tempore prælati dilapidantis, vel malè alienantis. c.si sacerdotes.16.q.3.secus iure ciuili, currit .n. statim post alienationem. auth.quas actiones. C.de sacr.san.eccl. Centesimouigesimooctauò, iure ciuili, etiã in causis temporalibus iuratur de calumnia. l.1.C.de iur.propter calum.iure verò canonico in causis spiritualibus non iuratur de calumnia, sed de veritate dicẽda. c.literas.de iuram.calum.& in his causis statur iuri canonico.d.c. Centesimouigesimonono, iure canonico, q̃stio natalium pertinet ad iudicem ecclesiasticum.c.tuam. de ord.cogn. iure verò ciuili,

nisi, iudex secularis de tali q̄stione potest incidenter cognoscere. l. quotiens. C.de iudic. l.si idem. ff.de iurisd. omn. iud. in quo statur canonico. Centesimo trigesimò, iure canonico, minor censetur maior in causa matrimoniali, & in voto.c.ex parte.de restit.spol. c.1.2.20. q.2.secus iure ciuili.l.1. C.qui leg.pers. l.ait.§.gestum.de minor. Centesimotrigesimoprimò, positio merè negatiuè fieri non potest, quia id nō potest probari. l.actor. C.de probat.cum positiones inductæ sint loco probationum. l.2.§. de his qui ingred.ad app. æquitate verò canonica, secus. c.statuimus. de confessis. Centesimotrigesimosecundò, iure ciuili, senes & valetudinarij non coguntur testificari.l.inuiti.de testib. iure verò canonico, secus ob peccatum. c.1. de fals. c.quisquis.11.q.3,c.nouit.de iudic.Centesimotrigesimotertiò, ob crimen iure ciuili, aliquis à testimonio non repellitur, nisi de eo sit damnatus. l.athletas.§. calumniator.de his,qui not.infam.l.3. §.lex.de testib.iure verò canonico,secus si probetur eorum crimen. c.super.c.testimonium.de testib. Centesimotrigesimoquartò, iure canonico, quandoque quis potest accusari post mortem, vt excommunicetur, vt hæreticus, vel si instituit hæredes tales, vel ī notorio decessit. c.fi.33.q.2.c.si quis.de heret.c.ne quid. 88.dist.c.pen.de rapt.c.tua.de vsur.cap. placuit. 34.q.4. iure verò ciuili, id non permittitur, nisi ob bona. l.fi. C.ad leg. Iul.maiest. l.manichæos. C.de hæret.l. ex iudiciorum.l.apostatarum. l.fina. de accusat.Centesimotrigesimoquintò, iure canonico, testes non cogūtur, nisi in causa criminali. c.delictorum.de testib. cog.secus iure ciuili, quibusdam personis exceptis.l.Iulia.l.inuiti.ff.de testib. Centesimotrigesimosextò, iure ciuili, mulier nō accusat virum de adulterio. l.1.C.ad leg. Iul.de adult. secus iure canonico.c. tuæ.de procur.c.apud.§.publica.32.q.1. præterea eo casu iure ciuili, agitur de pœna corporali irroganda. §. sicut.Instit.de publ.iudic.l.quamuis. C. de iudic. iure verò canonico agitur tantum ad separationem thori, vel lucrum dotis, vel donationis propter nuptias.c. tuæ.de procur. Centesimotrigesimoseptimò, allegata causa turpitudinis, iure ciuili, iudex recusatus cogit partes eligere arbitros coram quibus litigetur. l. apertissimi.l.cum spirituali.C.de iudic. iure verò canonico,si causa non est vera iudex procedit in causa, & si causa est vera, & est ordinarius cogit partes eligere arbitros, vel remittere ad superiorem. c.reprehensibilis. c.ad hæc. c.cum spirituali. de appell. si verò est delegatus non eligit, quia suspensa est eius iurisdictio. c.secundo requiris. de appell. Centesimotrigesimooctauò, iure ciuili, maritus excludit ab accusatione adulterij per spatium quinquennij. l.miles.§. adulterij. ff.de adult. iure verò canonico nō excluditur, quò ad petendam separationem thori. c.admonere. 33.q.2. Centesimotrigesimononò, iure ciuili,iudices possint à partib⁹ habere aliquid, scilicet delegati à principe in principio causæ duos aureos, in fi. similiter. §.ne autem.de iudic.in auth.l.hac consultissima.C.de testam. ordinarij verò sportulas tantum.auth.generaliter. C.de epis. & cleric. iure verò canonico nil habere possunt præter expensas quas delegati habent cum proficiscuntur. c.cū ab omni.de vita, & hon. Centesimoquadragesimò, iure ciuili,in notorio proceditur extraordinariè ,non tamen contra ordinem iuris, aliàs sententia nō valet.l.prolatam. C.de sent.l.si absentem. de accusat. iure verò canonico extraordinariè, & iuris ordine non seruato. c.vestra. c. tua nos.de cohab. Centesimoquadragesimoprimò, iure ciuili, quæ requirunt cognitionem, & decreti interpositionē expediuntur officio iudicis ordinarij nō delegati.l.1. ff.de offic. procōs.iure verò canonico,secus.c.ad hoc. de offi.archid. c.constitutus.de relig.dom. Centesimoquadragesimosecundò, iure ciuili, pluribus diuersis actionibus potest quis aliquem conuenire coram diuersis iudicibus,nisi ratio diuersitatis impediat. l.1. 2. ex quibus causis in poss. l.nulli. C.de iudic. iure verò canonico, secus. c. quia nonnulli.de rescript. Centesimoquadragesimotertiò,iure canonico,parentes testificantur in consanguinitate inter virum,

rum,& vxorem an sit vel nō. c. videtur, qui matr. accus. in contractu verò matrimonij distinguitur, vt in c. super eo. de testib. iure verò ciuili, parentes non testificantur in causa filij. l. parentes. C. de testib. Centesimoquadragesimoquartò, iure ciuili, ordinarius causas medias de trecentis aureis non potest committere sine iusta causa. l. placet. C. de peda. iud. secus iure canonico modo se malitiosè non exoneret. c. pastoralis. de offi. deleg. Centesimoquadragesimoquintò, iure ciuili, potest fieri protogatio de persona ad personam habentem iurisdictionem ordinariam, vel delegatam. l. j. C. de iurisd. omn. iud. secus iure canonico. c. p. & q. de offic. deleg. Centesimoquadragesimosextò, iure canonico, vir potest accusare vxorem adulteram, & agere solum ad separationem thori. ca. tuæ. de procur. iure verò ciuili, non habetur hic modus, sed vir debet se inscribere, & agere, vt adultera puniatur pœna legali, & post eam repudiare. §. quia verò. authen. vt liceat matri, & auiæ: in quo vltimo non est standum vllo iure. Centesimoquadragesimoseptimò, iure ciuili, filiusfamilias regulariter non potest esse in iudicio in aliquibus causis sine cōsensu patris etiam in castrensi, vel quasi. l. cum non solum. §. necessitatem. C. de bon. quæ libe. l. 11. §. fi. ff. mand. l. 2. de castr. pecul. iure verò canonico, sic in spiritualibus, & debet requiri licentia prælati sui. c. accedens. de procur. c. in dccorum. de æt. & qual. Centesimoquadragesimooctauò, iure ciuili, hæres qui conficit inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias. l. scimus. C. de iure delib. iure verò canonico, si quid peruenit ad hæredem, tenetur in solidum. c. si episcopum. 16. q. 6. c. in literis. de rapto. q̄ reincidit in idem cū iure ciuili, vt teneatur, quatenus ad eum peruenit, & in foro conscientię non tenetur vltra vires hęreditarias, etiam si non conficeret inuentarium. Abb. in ca. quia plerique. de immu. eccl. Centesimoquadragesimonouò, iure ciuili, hæres non tenetur ex delicto defuncti, nisi lis cum eo fuerit contestata. l. vnica. C. ex del. defunct. & iure ciuili, hæres tenetur proportione tantum hæreditaria. l. q̄ hæreditarijs. C. de hæred. act. iure verò canonico videtur insolidum, q̄ tamen non credo verum vt supra, sed proportione hæreditaria, vel quatenus ad eum peruenit, vt supra. Centesimoquinquagesimò, subsequens consuetudo præiudicat legi generali, si sit generalis, particulari, si particularis in loco aliquo. l. de quibus. de legib. l. 2. C. quæ sit longa consuet. iure verò canonico, si sit rationabilis, & legitimè præscripta. c. fi. de cōsuet. tenet, q̄ & iure ciuili, intelligi vr̄. Centesimoquinquagesimoprimò, iure ciuili attenditur consuetudo, quæ est circa factū, vel processum iudiciarium, vel gesta hominū communiter alicuius loci, iure verò canonico sumitur consuetudo et circa priuatum ius aliquorū. c. cum ecclesia. de causa possess. quæ dicitur præscriptio iure ciuili. Centesimoquinquagesimosecundò, iure canonico, locus fit religiosus authoritate Pontificis. ca. ad hoc. de relig. domi. iure verò ciuili, si mortuus illuc infertur vel inde extrahitur, & si capitur ab hostibus desinit esse religiosus. l. cum in diuersis. l. cum loca. de relig. in quo tamen vltimo statur iuri canonico, & etiam in alijs duobus cañ°, quia id nōn sufficit iure canonico, & in conscientia, & est materia pertinens ad ecclesiam, scilicet spiritualis, vt supra in regulis, cui statur, & homines iure canonico, sepeliri debent potius apud ecclesias, quàm alibi, vt propinqui corū, recordētur & precibus Sanctorum iuuētur, & loci sanctitate, & ibi dæmones non vexent. c. sed non deprimunt. 13. q. 2. & c. non æstimemus. ibid. c. auth. 22. q. 2. iure verò ciuili non sunt sepeliendi in ciuitate ne ciuitas corrumpatur. l. mo numentorum. C. de relig. q̄ nō seruatur hodie, nec ex hoc sequitur, q̄ non sepeliatur in ecclesijs, & si statueretur esset standum iuri canonico ob causam spiritualem. Centesimoquinquagesimotertiò, iure ciuili, bona fides in præscriptione requiritur tantum à principio. l. vnica. §. hoc tantū modo. C. de vsucap. trāsfor. iure verò canonico, continua requiritur vsque ad completam præscriptionem. §. potest. 16. q. 3. cui statur, & iure

ciuili,

ciuili, in longissima præscriptione non requiritur bona fides, nec iustus titulus. l.1.C.de an.except.iure verò canonico, vtrunq; requiritur si sit contra ius, vel præsumptionē, vel saltem bona fides in immemorabilibus. c.1.de prescrip.in 6. cui in conscientia statur. c.si diligenti. extra eo.16.q.3.in summa; & iure ciuili interrupta prescriptione per litis contestationem potest possidēs postea præscribere.l.fi. C.de præscript.triginta annor.iure verò canonico, secus, cum præsumatur de mala fide.cap.per singulas. 16.q.4.c.quoniam.de præscript.cui statur. Centesimoquinquagesimoquartò, iure ciuili, pœna nō debet excedere quadruplum.§.omnes.Instit.de act.iure verò canonico secus iustitia suadente. ca. quisquis. 17.q.4. c.cum deuotissimam. 12.q.2.Et hæc de differentia inter ius ciuile, & canonicum dixisse sufficiat, quibus casibus vnicuique iuri statur in suo foro, nisi aliter in locis specialibus declaratum sit vniuersali regulis, vt supra. Ex quibus etiā patet quibus casibus ius ciuile non sit seruandum, alios casus ad idem notaui Tomo 1.tract.de auth.iur. can. alios ēt ponit Silu.verbo lex. nu.9.

14 Leges canonicæ q̄ hodie nō sint seruādæ.

Quo verò ad ius canonicum, tametsi nil inducat cum periculo animæ, etiam in foro iudiciali: vt inquit Abb. in cap. quia plerique. num.15. ver. Aduerte.de immu.eccl.tamen vt d.Silu.verbo lex.§. 13. multa sunt in Decretis, per contrariam consuetudinem abrogata, vt quòd clerici inchoent ieiunium quadragesimale statim post sexagesimam.c.statuimus. cum seq.4.dist. contrarium enim facere nō est peccatum. c.si.ead.dist. vt & secundò, q̄ dies Rogationum ante Ascensionem ferientur. c.pronunciandū. de consecr.dist.3.& ieiunentur.c.rogantes.ead.dist.& q̄ hebdomada sancta, & post Pascha ferietur. d.cap.pronunciandum.Tertiò, q̄ certa forma seruetur in literis dimissorijs clericorum transeuntium ad celebrandū in alia diœcesi cū sigillis quinq; episcoporū. c. extraneo. 71.dist.c.transmarinos.98.dist.q̄ secundùm glo.ibi abijt in dissuetudinem, seruandum tamen est, vt habeatur licentia proprij episcopi.cap.1.cum seq.dist.72. aliàs nō admittitur ab alieno episcopo, vt ibi habetur, & in Conc.Trid. sess.22. de obs.& euit. Quartò, q̄ iuramentum fiat à ieiuno.cap.honestum.22.q.5.& q̄ non exigatur solenne, idest in iudicio, in Quadragesima, Aduentu, & diebus Dominicis.c.decreuit.ead.id enim quò ad primum est per cōsuetudinem abrogatum: vt ibi d.glo.non tamen quò ad vltimum. ex c.fi.extra de fer. nisi pro pace, vt ibi habetur. Quintò, q̄ reperto furto in monasterio indicatur purgatio, authore ignorato, vt Abbas Missa celebrata, sic fratres communicet, corpus Domini sit tibi in probationem. c.sæpè contingit. 2.q.4. quod non est seruandum, vt ibi d.gl.Sextò, q̄ dicitur in c.quod.de conse.dist.1. Sacramenta altaris debere confici tantum à ieiunis excepta die cœna Dominicæ, id enim est abrogatum, quò ad illam exceptionem, vt ibi d.glo. Septimò, quòd dicitur in c.triforme.de consec. dist.2. de vna ex tribus partibus hostiæ seruanda in fine Missæ, quod nō seruatur, sic etiam q̄ dicitur ibi in c.tribus gradibus, de ieiunio seruando per aliquas horas post sumptum sacramentum, q̄ ex necessitate non est seruandū: & quod dicitur in c.omnis. ibid.de continendo ab actu coniugali per tres, quatuor ve dies ante communionem, id.n. est de cōsilio, & reuerētia. Octauò, multa ex antiquis decretis sunt mutata per sequentia, vt q̄ electio Papæ fieret etiā per clericos, & religiosos. c.in nomine. 23.dist. quia hodie fit tantum per Cardinales. c.licet de vitāda. de elect. c.vbi periculum.eod.in 6. Sic etiam q̄ electio episcopi fieret non à canonicis tantum, sed etiam alijs religiosis. c.obeuntibus. 63.dist. quia hodie Papa eam sibi reseruat ex regulis Cancellariæ. Similiter, q̄ ordinandi certam ætatem habere deberent, vt subdiaconi viginti, diaconi vigintiquinque, presbyteri triginta, & certa interstitia. 87.distin. seruantur, quæ sunt mutata ex Conc.Trid. sess.23.cap. 12.13.14.vt scilicet vigintiduos primis, vigintitres secundis, vigintiquinque tertijs attigisse sat sit, & de interstitijs ibidem dicitur. Similiter, q̄ matrimonium impediatur vsq; ad sex gradus. 35.q.2.

§.4. quia hodie non excedunt quatuor. c.non debet.de consangu. & ex Concil. Trid.sess.24.c.2.3.4. vbi impedimentũ ex fornicatione ad secundũ gradum est reductũ, publicæ honestatis ad primũ, vbi sponsalia valida sunt, cognatio spiritualis, ad baptizantem baptizatum, patrem & matrem, & suscipientem.

Similiter, ꝙ omnes in cœna Domini, & ter in anno communicent. ca.in cœna.c.seculares. de consecr.dist.2. hodie enim præceptum est, vt semel tantũ in anno in Paschate.c.omnis.de pœnit. & sic de alijs iuribus correctis per Conc. Triden. canones posteriores, vel Bullas Pontificũ. Nonò, Gratianus in Decreto multa posuit, non ex decreto Papæ, vel Conciliorum, sic enim facerent authoritatem de fide, vel Sãctorum Patrum, quæ faciunt magnam fidem iuxta tradita Tomo 1.tract.de auth. Sanctorum Patrum, sed quandoque ex suo sensu, q̃ non tenentur, vt §.1.dist.13. ꝙ vbi quis vrgetur inter duo mala, liceat minus eligere, nemo enim est ita perplexus inter duo peccata, vt opus sit alterum eligere, quia dato tali casu, si dari potest, secundum non erit peccatum, vt ibi d. glo.in summa modo quo ibi. sic ꝙ d.distinct.95.§.sed illud.post c.presbyteros, posse presbyteros in absentia episcopi in necessitate chrismare in fronte si ibi adest consuetudo, quia id fieri nõ licet, nisi de licentia Papæ, & talis consuetudo esset illicita c.peruenit.ead.dist.cap. quanto. de consuet. sic ꝙ d.in c.de manifesta. ꝙ in notorijs non est seruandus ordo iuris, nõ est simpliciter verũ cum triplex sit notorium, iuris, facti. & præsumptionis: vt ibi gl.d. & ibi in c.Deus Omnipotens. §.quando, dum d.notoriũ peccatorem si post secũdam, & tertiam monitionem reperiatur incorrigibilis, est damnatus per sententiã, nõ tenetur, quia in notorijs non est necessaria monitio; sic etiam ꝙ d.§. euidenter post c. ad mensam. 11.q.3. ꝙ iniciens manus in clericum violentas incurrit anathema.i.separationem à sacramentis, & ingressu ecclesiæ, non autem à communione fidelium, quia in hoc vltimo contrarium statuitur in c. si quis suadente. 17.q.4. vt sic separetur ab ea & ante denunciationem. c.cũ non ab homine. de sent.excom. modo, vt alibi: sic etiã ꝙ d. ead.q.§.cũ ergo. post c.non solùm reus. sentẽtiam excommunicationis iustam, vel iniustã timendam, iustam qñ fertur ob crimen, ꝙ est in homine; iniustam, quãdo non est in eo crimen pro quo infertur, puta furtum, sed aliud, vt adulterium, quia tũc intelligitur eum mereri talem sententiam ex alia culpa .s. contemptu, vt ibi d.glo. Similiter, ꝙ d.in c. præcipimus. §.cum ergo. 12.q.1. licere clericis orientalibus habere bona, quibus & licet vti matrimonio, & occidentalibus, qui ante ordinationem habuere legitimè vxorẽ & filios, quia id licet oĩbus clericis in bonis, nisi renunciarint proprijs bonis vt religiosi, vel voto se astrinxerint, vel tempore primitiuæ ecclesiæ, vt ibi d.gl. Similiter dum 14.q.1. c.episcopus. d.licere clericis etiam perfectis contendere in iudicio non pro lucro captando, sed damno vitando, & nõ pro suis rebus, sed suarum ecclesiarum, quia omnes clerici id possunt qui valẽt habere proprium, vel in causis miserabilibus, de mandato superiorum, & religiosi repetendo bona suorum monasteriorum, si sint prælati, vel de mandato eorum si sint inferiores, vt ibi d. glo.in summa.& habetur in c.peruenit.16.q.1. Similiter dum d.in c.dilectio. §. potest etiam.16.q.1.ad præscribendum sufficere bonam fidẽ à principio, licet medio tempore habuerit scientiam rei alienę, quia iure canonico requiritur continuata bona fides. c.possessio. de re iud.in 6. Sic etiam dum d.in §.fi.22.q.4. ꝙ iurãs aliquam ducere in vxorem post votum castitatis nõ prohibetur seruare hoc iuramentum, sed est ei iniungenda pœnitentia pro voti violatione, dicitur enim ꝙ licet eam non possit dimittere matrimonio consummato, si tamen non consummauit prohibetur sub mortali non seruare iuramẽtum, sic dum ibi d. ꝙ iurans se non fieri clericum, vel religiosum, iurat illicitè non secundùm se, sed solùm ex modo, quia inconsideratè, cũ salus animæ ex hoc non adimatur, id enim est illicitum iurare secundùm se, quia

quia minuitur profectus animæ; Sic & dum §.1. 14.q.5. d. quod cogens aliquẽ ad iurandum, peccat mortaliter, si is periurat, id enim intelligitur si scit periuraturum, vel verosimiliter credit. c. ille qui. ead.q. Similiter dum in c. audiuimus. §. si autem. post 14.q.1. d. quod lapsus in veterem hæresim est excommunicatus, & suspensus à iurisdictione, nec potest excommunicare, sed si nouam confingat non est excommunicatus, & dum toleratur ab ecclesia potest excommunicare, glo. tñ ibi d. indistinctè excõicatum, nisi in animo tñ habuerit eam, valent tñ alia acta à tali dum toleratur, modo vt alibi, duo tamen Papæ si credant se legitimè electos non sunt excommunicati. Similiter dum 50. dist. c. sacerdotes. §. quo modo. d. pœnitentes non posse ordinari, si fictè pœnitent. i. non in odium criminis, sed alio respectu, nec si peccata sunt manifesta, secus si occulta; vt d. ibi in c. presbyteros. §. quo modo. nam si crimen inducit irregularitatem, licet pœniteât non possunt ordinari sine dispensatione superioris, vel obtinere beneficia, aliàs sic, nec est dispensandum cũ eis si fictè pœnitent, & si crimina sunt enormia etiam occulta, egẽt quãq; dispensatione, aliàs post pœnitentiam potest quis promoueri, de quo latè in c. fi. de temp. ord. & latius tract. de irregularitate. Similiter dũ §. fi. de pœ. dist. 1. relinquit indeterminatum an sola contritione cum adest facultas confitendi, possint peccata deleri, inclinando tamen in fin. quod confessio sit necessaria, nam Innoc. III. in cap. omnis. de pœnit. determinat semel in anno cõfessionem faciẽdam. Sic quò ad totum Decretum Gratiani, quod ibi ponit Gratianus ex suo sensu non reperitur approbatum ab Ecclesia, nec similiter est tenendum, quod allegat ibi ex decisione legum ciuilium in causis ecclesiasticis, cum huiusmodi leges non sint necessariò seruandæ, etiã si ecclesijs sint fauorabiles, vt supra est dictũ ex Fel. in c. ecclesia. n. 61. de constit. quæ verò ibi citat ex decretis Pontificum, vel Conciliorum generalium inconcussę sunt tenenda, nisi sint mutata, quæ verò ex authoritate Conciliorum Prouincialium, vel dictis Sanctorũ Patrum, ibi ponit, videntur esse probata, cum ab omnibus sint recepta, & à Iuristis Canones illi indistinctè citentur, licet Theologi soleât addere, an sit Decretum Papæ, vel Sancti dictum, ex vsu tamen omnia videntur probata, exceptis his de quibus supra, vt dixi To. 1. tr. de auth. Iur. Can. & videtur sentire Silu. verbo, lex. nu. 13. ad fi. dicens, quod leges canonicæ non ligant in foro conscientiæ, casibus quibus infra id explicabitur non ligare leges humanas.

Quo verò ad authoritatem gl. est magnæ authoritatis, aliquæ tamen gl. Decretorum sunt emendandæ, vt in correctorio, & similiter authoritas Doctorum eam fidem facit, de qua supra To. 1. tract. de auth. Scolasticorum, & Sanctorum Patrum.

SVMMARIVM.

1 Lex humana debet poni in communi, & quomodo.
2 Lex humana an cohibeat omnia vitia.
3 Lex humana an præcipiat actus omnium virtutum.
4 Lex humana iusta obligat in foro cõscientiæ, cum multis fallentijs.
5 Lex humana an semper obliget sub mortali, & quomodo id cognoscatur.
6 Legi humanæ qui subditi sint, & qui non, & quomodo.
7 Lex humana quando sit interpretanda, quomodo in particularibus casibus, & à quo.

De lege humana, quò ad eius potestatem. Cap. VII.

PRima propositio. Humana lex debet poni in communi, tanquam ad omnes subditos communitatis pertinens, & non ad particulares tantum; probatur l. 1. ff. de legib. vbi dicitur cõmune præceptum. D. Tho. 1. 2. q. 96. 1 Lex humana debet poni ĩ cõi, & qũo.

Ratio, nam finis legis est bonum cõmune,

mune, sed quod est ob finem oportet fini esse proportionatum, ideò oportet leges humanas esse proportionatas ad bonum commune, bonum verò commune constat ex multis, ideò oportet q lex ad multa respiciat, & secundùm negocia, personas, & tempora, quia ciuitas constituitur ex multis personis, & eius bonū per multas actiones procuratur, nec instituitur, vt modico tempore duret, sed q omni tempore duret per ciuium successionem.

2 Lex humana â cohibeat oīa vitia.

Secunda propositio. Lex humana, licet intendat cohibere omnia vitia, non tamen omnia in speciali cohibet, sed ea tantum à quibus multitudinem possibile est abstinere, & ad quæ ipsa lex humana se potest extendere.

Ratio, nam lex ponitur vt mensura actuum humanorum, art. præc. mensura verò debet esse homogenea mensurato. 10. Metaph. quia diuersa diuersis mēsurantur: vnde oportet, q leges imponantur hominibus secundùm eorū conditionem, secundùm Isid. facultas verò operandi ex interiori dispositione procedit, quia idem non est possibile virtuoso, & habitu virtutis carenti, sicut nec idem possibile est puero, & viro, ideò nō eadem lex ponitur pueris, quæ adultis, multa enim pueris permittuntur, quæ in adultis lex punit; & similiter aliqua permittūtur non perfectis virtute, quæ in huiusmodi non tolerantur; Lex verò ponitur multitudini in qua maior pars non est perfectorū virtute, ideò lege humana non prohibentur oīa vitia, à quibus virtuosi abstinent, sed quæ societati contrariant, vt homicidia, furta, &c. Et ita lex se accommodat moribus vtentium, vnde & supra est dictum legē debere esse possibilem, secūdùm naturam & patriæ consuetudinem: vnde nōn eadem præcepta ponuntur perfectis viris, & pueris, & cum lex ponatur multitudini, quæ vt plurimum constat ex hominibus imperfectis, ideò lex humana nō cohibet omnia vitia, sed grauiora à quibus possibile est multitudinem abstinere, & sic non se extendit ad cogitationes cordis. c. cogitationis. de pœn. dist. 1. ca. erubescant. vbi gl. 32. dist. nec ad venialia, nisi quandoq; ob periculum mortalis, irreuerētiam loci, & ex alijs circunstantijs, & dicitur lex vitia prohibere, quatenus est negatiua, vel præceptū negatiuū, in quo tamē præcepto negatiuo continetur, & affirmatiuum, vt scilicet ex hipotesi, quando operatur, operetur quo modo debet. i. secundùm virtutem.

3 Lex humana an pcipiat actus omnium virtutum.

Tertia propositio. Lex humana non præcipit omnium virtutū actus, sed eos qui ad bonum cōmune reducuntur mediatè, vel immediatè, licet non sit virtutis actus quem lex humana præscribere non possit.

Ratio, nam species virtutum distinguuntur secundùm obiecta, supra q. 54. ar. 2. omnia verò obiecta virtutū referri possunt, vel ad bonum priuatum alicuius personæ, vel ad commune multitudinis, vt ea quæ sunt fortitudinis potest quis exequi, vel ob conseruationem ciuitatis, vel ad conseruandum ius amici sui; lex verò, vt supra q. 90. art. 2. ordinatur ad bonum commune, ideò nulla virtus est de cuius actibus lex pcipere non possit, non tamen lex humana præcipit de omnibus actibus omnium virtutum, sed solùm de illis qui ordinabiles sunt ad bonum commune, vel immediatè, vt aliqua directè fiunt ob bonum commune, vel mediatè, vt cum aliqua ordinantur pertinentia ad bonam disciplinam, per quam ciuitas informatur, vt bonum iustitię commune, & pacis conseruetur. Et ita per legem humanam potest præscribi de actionibus, de quibus per legē naturalem, vel diuinam, nil sit præscriptum: probatur Matth. 23. Omnia quæcunque dixerint vobis, seruate & facite, de legislatoribus humanis, & superioribus loquēs. Præterea Machabæi quasdā cœrimonias, & festa præscripsere, de qbus lex diuina nil sanxit. Hester 9. 1. Mach. 7. & idem in noua lege, vt præceptum de ieiunio obligat, licet de eo per legem diuinam, vel naturalem in speciali nil sit præscriptum: vt d. Hier. ep. ad Marcellam. de erroribus Montani. Aug. serm. 62. de temp. Ambr. serm. 25. Leo serm. 2. de ieiunio. Bas. orat. 2. de ieiunio. Chris. hom. 2. in Gen. ad pop. Epiphan. hær. 75.

Quarta

4 Lex humana iusta obligat in foro conscientiæ, cum eius fallentijs.

Quarta propositio. Leges humanæ iustæ habent vim obligandi in foro cōscientiæ, leges tamen iniustæ per cōtrarietatem ad bonum commune, nō sunt seruandæ, nisi scandalum sit, nec similiter leges tyrannicæ per contrarietatem ad bonum diuinum, vt præcipientes idolatriam seruandæ sunt; probatur ex dictis supra de Rom. Pont. Tomo 1. pag. 78. 79. 80. & tr. de auth. Iur. Can. p. 182.

Ratio, nam sic habent legem obligādi à lege æterna à qua deriuantur. Prouer. 8. Per me reges regnant, &c. quæ dicuntur iustæ ex fine quando ordinantur ad bonum commune, & ex authore qñ lex lata non excedit potestatem ferentis, & ex forma quādo secundùm æqualitatem proportionis imponuntur subditis onera in ordine ad bonum cōmune, quia cum homo sit pars multitudinis, hoc ꝙ est, & habet est multiludinis: vnde & natura nocet parti, vt saluet totum. Iniustæ verò sunt, vel quia contrariantur bono communi, vel ex fine, qñ onera imponuntur subditis, non ad bonum commune, sed ad propriam commoditatem, vel gloriam, vel ex authore quādo exceditur potestas tradita, Et ex forma qñ inequaliter onera imponuntur, licet ob bonum commune, & huiusmodi in foro conscientiæ non obligant, nisi ob vitandum scandalum, ob ꝙ quis iuri proprio cedere debet quandoq; , si verò contrariantur iuri diuino, vt inducentes ad idolatriam, tunc nullo modo sunt seruandæ, nec leges dici debent, qa obediendum est Deo magis, quàm hominibus. Act. 4.

Et ꝙ leges ciuiles possint obligare ēt sub mortali, ꝙ est obligare in conscientia, vel obligare cōscientiam, probatur, quò ad ecclesiasticas ex deductis, loco cit. de auth. Rom. Pont. & probatur etiā ex Aug. in Ps. 70. d. sic audiendum prælatum quomodo Deus, si iubet ꝙ cōtra dñm non sit. & ex Clem. Rom. epist. 1. decretal. vbi d. obedientiam, quæ superioribus exhibetur domino exhiberi. & ex Damaso in cap. violatores. 25. q. 1. ex Greg. in c. si quis. de maior. & obed. vbi decernitur venientem contra episcopi Decretum ab ecclesia abijciēdum esse. & ex Bonifac. VIII. in c. vnam sanctam. de maior. & obed. in extrau. com. vbi definitur de necessitate salutis Christi fideles subesse debere Rom. Pontifici.

Quo verò ad leges seculares, probatur Rom. 13. d. omnem potestatē à Deo esse, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, idque vt ibi d. non propter iram tantum, sed etiam propter conscientiam. & 1. Pet. 2. subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Dēū, siue regi tanquam præcellēti, siue ducibus tanquam ab eo missis &c. idem probatur ex locis supra deductis ad probādum potestatem legum condendarum.

Ratione probatur supra ex D. Tho. deducta. Præterea potestate ecclesiastica, & ciuili potest lex ferri quæ iusta sit, & totam obliget communitatem, vt supra est dictum, ergo eis parendum est, maior patet ex dictis supra, minor probatur, nam ꝙ lex æterna naturalis, & diuina dictat faciendum, agendum est ēt sub mortali si res sit grauis, vt probatur ex diffinitione peccati ab Aug. tradita lib. 22. con. Fau. c. 27. & Rom. 1. vbi Ambro. & Aug. lib. 1. ad Simplician. q. 2. sic eum locum interpretatur, sed lex diuina naturalis, & æterna dictāt legi iustæ superioris esse parendum, ex lege enim naturali patet esse parendum præcepto superioris, quia superior est is cui alios parere oportet, quò ad legem diuinam probatur Mat. 23. super cathedrā Moysi sederunt scribæ, & pharisæi, omnia q̄cunque dixerint vobis facite. 2. Petr. 2. contra hæreticos etiam tempore apostolorum conantes eximere fideles à disciplina legum humanarum: vt d. Hier. in comment. ad Tit. 3. Clem. Alex. lib. 3. strom. Idem probatur 1. Reg. 8. non .n. te abiecerunt, sed me. Prou. 8. Per me reges regnant. Luc. 10. qui vos audit, me audit &c. Rom. 13. 1. Thess. 4. Act. 15. 1. Pet. 2. & alibi sæpè, vt probat hic Valentia. disput. 7. q. 5. punct. 6. & est mortale contrauenire iustis legib. modo tamen quo infra, maximè si pœnā mortis inferunt, & executioni mandantur probabiliter, cū nemo sit dominus propriæ vitæ, vel membrorum, vt dicetur infra tr. de Dominio, vnde idem est si imponatur

tur pœna abscissionis membrorum quę executioni detur, de quo latius infra.

Fallit verò prædicta conclusio, si lex humana sit iniusta, vt supra probatum est, quia excedat potestatem statuentis, vel cesset causa ob quam est instituta, & si illa lex vergit in vtilitatem propriã principis non verò ad bonum commune reducitur, & si gabella ob causam sit imposita, & ea cessante adhuc exigatur, vel quia nõ æquè distribuat onera subditis, vel liget delinquentes extra territorium statuentis. cap. vt animarum. de constitu. vel quia inducat ad peccatum contra legem Dei, vel naturæ, vel Iuris Canonici, vt d. Silu. lex. nu. 9. vbi & explicati sunt casus particulares, quibus lex ciuilis iniusta dicitur, & dixi d. trac. de author. Iur. Can. & supra est dictũ.

Secundò, limitatur, quando lex ciuilis se fundat super aliqua præsumptione cum in conscientia stetur veritati p̃sumptione remota. c. tua nos. de sponsa. Fel. in c. 1. nu. 49. cum seq. de constit.

Tertiò, limitatur, si sit pœnalis, cum in foro conscientiæ, ante iudicis condẽnationem pœna non sit soluenda, sed sufficiat satisfacere in prima substãtia, gl. communiter recepta. in c. fraternitatis. 12. q. 2. latè Couar. in 4. Decr. 2. p. c. 6. §. 8. vnde duplum in furto in foro cõscientiæ non est soluendum ante iudicis sententiam, imò nec post eam, licet non possit eo casu quis resistere iudici exequenti sentẽtiam· vt ibi d. Couar. & sufficit in conscientia satisfacere in prima substantia, vt d. d. gl. Lex tamen quò ad se etiam si sit pęna adiecta seruanda est in foro conscientiæ, vt ibi d. Couar. & eo magis si non simplicem pœnam contineat, sed modũ præscribat quo quid sit acquirendum, vt beneficium canonicè, & sine simonia, tũc enim, si secus fiat, quia id est non simplex pœna, sed initiũ vitiosum, ideò in conscientia detineri nõ potest. c. 1. de reg. iur. in 6. Secundò fallit, vbi pœna excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, imponitur ipso facto, quia ligat in conscientia. Tertiò fallit, vbi reus esset cõdemnatus de delicto, quia tenetur nõ resistere iudici. Quartò, vbi pœna esset irrogata loco inestimabilis interesse, vt pro membro debilitato. Quintò, si sit ex partium cõuentione, si non sit contra iustitiam, nec excedat quadruplum. Sextò, quãdo pœna est ex parte vtriusque, quia sic pœna debetur, vt d. Fel. in c. 1. nu. 58. cum seq. de constit. Cagn. in l. quod. de reg. iur.

Vel clarius, circa legem purè pœnalem sic arbitror distinguẽdum, præter regulas hoc c. allatas, quando .s. huiusmodi lex concurrit cum iure diuino, vel alia lege prohibitiua, vel præceptiua, vel agitur de magno Reipublicæ bono, & huiusmodi, quibus casibus idem est iudicãdum q̃ de ipso iure diuino, & bono cõmuni, & huiusmodi, vt d. Couar. in reg. peccatum. 2. p. §. 4. num. 4. ver. ego sanè. Quod aut lex imponit pœnam mortis, vel truncationis membri, & sic ei contrauenire est peccatum mortale, cũ nemo dominus sit propriæ vitæ, vel membrorum, vt dicã infra tr. de Dominio; & hoc quando talis lex executioni solet mandari, si enim ea pœna in deprehensis in crimine soleat passim in pecuniariam commutari, tunc idem iudicium est fiendum ac de ipsa pecuniæ prodigitione, de quo infra.

Aut alia pęna corporalis ei adiungitur, vt fustigatio, vel in publico cum dedecore expositio, & sic probabile est ob scandalum actiuũ, quod nunquam licet sic contraueniendo, esse mortale, cum aliud sit prodigere famam eam non curando, aliud infamiæ notam spontè ex culpa subire, cum id sine propriæ familiæ graui dedecore non contingat, q̃ est vitandum ob nocumentum proximo allatum, & maximè sanguine iunctis.

Aut ei imponitur pœna addictionis ad triremes, q̃ si sit longa, & attenta qualitate personæ, breui is sit vitam amissurus, sic illi contrauenire, probabiliter erit mortale, cum ea sit mors ciuilis, & idem si pœna sit carceris perpetui, q̃ morti æquiparatur, ex Cic. in 4. Catil. secus si carcer sit modici temporis, vel addictio ad triremes vnius anni in viro forti, vel biennij, cum is vitæ periculo non exponatur.

Aut adijcitur pœna banni, vel proscriptionis à ciuitate, quę si sit perpetua morti

morti æquiparatur. Bart. in quæst. incip. Lucanæ. vel si adijciatur pœna in insulam deportationis, quæ pariter est mors ciuilis. §. cũ autem. Instit. tit. quib. modis ius patr. pot. sol. Cranet. in cons. 210. nu. 13. & 224. nu. 1. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 71. & 77. Cœphalus dominus olim præceptor meus. in consil. 22. num. 18. testantes de communi, si enim proscriptio sit temporalis non est mors ciuilis, cum æquiparetur tantum relegationi, & relegatis, qui retinent libertatem, & amittunt ea tantum quæ sunt eius ciuitatis à qua sunt relegati, non autem alia. d. §. cum autem is. Petr. Ghirard. singu. 14. Curt. cons. 60. colum. 10. Bologn. cons. 70. Corn. cons. 55. colum. 3. vol. 2. sic enim contrauenire non esset probabiliter mortale; si verò exilio adijciatur, ꝙ is impunè possit occidi, vel id habeat forma statuti, de quo Ias. in l. possidere. §. si seruum. nu. 8. ff. de acquir. pos. sic cõtrauenire probabiliter est mortale, cum is graui periculo se exponat.

Aut demum pœna pecuniaria imponitur, & si quidem parua sit pœna, non erit mortale ei contrauenire, si verò grauis sit, vel publicatio omnium bonorũ, tunc probabile est ei contrauenire esse mortale, tum quia talis pœna nõ imponitur sine graui causa boni communis, cui obuiare est mortale, tum quia is inde se & proprios magno vitæ periculo, quæ sine rebus temporalibus sustentari non valet, exponat, maximè si sit paterfamilias, cũ sic grauissimũ inferat damnum familiæ, quam alere tenetur.

Quòd si legi pœnali præceptum, vel prohibitio iuncta sit, tũc inspicienda est qualitas præcepti, & pœnæ, & iuxta illa ex prædictis iudicandũ, & in dubio maior inde inducitur obligatio, cum duo vincula magis ligent, quàm vnum.

Quo verò ad pœnæ ipsius incursum, id latè discutitur tr. de Dom. sub cap. de pœnis. videlicet, ꝙ si lex imponit pœnã spiritualem ipso facto incurrendam, vt excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in foro conscientiæ incurritur absq; vlla iudicis declaratione. Sot. li. 1. de iust. q. 6. art. 6. conclus. 2. si verò dicat contrauenieus incurrat ipso facto pœnam priuationis bonorum, nemo ante sententiam à iudice latam, eã subire tenetur. Sot. d. art. 1. conclus. gl. communiter recepta in c. fraternitatis. 12. q. 2. imò, & requiritur sentẽtia declaratoria iudicis incursus pœnæ: vt d. Couar. in reg. peccatum. 2. par. c. 6. sub nu. 10. ver. secundo. ex c. cum secundũ. de hæret. in 6. vel incursus criminis: vt d. Sot. d. ar. 3. conclus. & etiam post sententiam declaratoriam incursus criminis, vel pœnæ, non tenetur quis in foro conscientię sententiam ipsam cõtra se executioni mandare, sed solum tenetur obedire iudici sententiam exequenti, nec ei resistere. Couar. ibi. ver. secundò infertur, qui & ver. tertiò hinc deducitur, dicit non deberi pœnam, etiã si lex addat, ad incurrendam pœnam nullã requiri declarationem, nec sententiam, adhuc enim iudicis executio est necessaria; & in hæresi id est notabile, ꝙ cõdemnatio de ea retrotrahitur ad tps, quo is iusta ignorantia remota, hæresim studiosè asseruit. Sot. d. art. 4. conclus. de quo latius tr. de Hæresi habetur, qui Sot. & subdit ibid. conclus. 5. ꝙ quando iudex condemnat ad pœnam, quæ non sit mortis, vel corporis afflictiua, ꝙ tenetur reus parere etiam si aliquid agere debeat, vt aliquid soluere, vel in exilium secedere, vel in carcere perpetuò manere, quando scilicet illam exequitur; si verò corporali supplicio addicatur, tunc pati tantum tenetur, agere verò minimè.

Quartò, limitatur, si lex ob iustam causam à principio sit posita, vt gabella quia cessante illa causa, cessare debet & dispositio, cum res tunc ad statum primæuum reducatur, vt d. Abb. in c. quia plerique. de immun. eccl. Fel. in cap. 1. num. 50. cum seq. de constit.

Quintò, limitatur, si lex se fundet super aliqua iuris solennitate, cum in foro poli stetur voluntati statuẽtis etiam omni remota solennitate: vt ibi d. Abb. vnde licet in electione solennitas nõ interfuerit requisita si tamen adfuit consensus eorum qui habẽt explicare actũ, in foro animæ non tenetur quis de hoc sibi conscientiã facere, & similiter contractus mulieris factus sine fraude, va-

let in foro conscientiæ, non obstante statuto disponente de consensu propinquorum, & idem de testamento carente solennitatibus, & generaliter in omni actu vbi interuenit consensus habẽtis explicare actum, licet deficiat solennitas iuris ciuilis: vt refert Fel. in c. 1. nu. 47. cum seq. de constit. quæ intelliguntur, nisi opponatur, quia tunc non valent, vt infra alio loco dicetur: licet hoc casu sustineri possit, & opin. Couar. cõtra Abb. in c. cum esses. de testam. d. testamentũ non factum adhibitis solennitatibus in foro conscientiæ necessariò nõ esse executioni mãdandum, imò sic relicta, vel legata, nisi ad pias causas, hæredibus ab intestato venientibus esse restituenda in foro animæ, de quo alibi.

Sextò, limitatur, quando lex ciuilis distinguit inter forum externũ, & conscientiæ, quia tunc non seruabitur in foro conscientiæ authoritate ipsius legis. c. tua. cum ibi not. de sponsal.

Septimò, fallit, quando cessat ratio legis in foro animæ, secus si vigeat, vt de lucro dotis ob expensas quas facit maritus traducẽdo vxorem domum, si enim eam non deducit, & sic non facit expensas non lucratur, secus si vterq; eam lucretur, quia ratio est ob affectum maritalem. Abb. in cap. ex publico. de conu. coniug. Silu. lex. nu. 9. ver. 8.

Octauò, limitatur, quãdo lex ciuilis, quò ad verba nõ adaptatur ad aliquem casum, quia nec dispositio adaptabitur, si de mente aliter non constet. Bart. in l. 4. §. toties. de dam. infect. d. si statuto caueatur, vt de quolibet contractu soluatur gabella, non soluetur de re inestimabili, vel ob tenuitatẽ, vel quia sit sacra. §. sacræ. Instit. de rerum diuis. cap. non minus. cap. aduersus. de immun. eccles. de quo latius habetur tract. de clericis.

Nonò, limitatur, si lex ciuilis fouet lucrum proximo odiosum cum quodã rigore, vt disponens legatum rei alienæ valere, quia hæredi est odiosũm. cap. filius noster. de testam. nisi constet quòd testator sic scienter disposuerit, iuxta dicta superius. arg. c. ex parte. de censib. cap. dilecti. de iudic.

Decimò, limitatur, si lex ciuilis moribus vtentium non sit recepta. Abb. in cap. literas. de iuram. calum. cap. lex. vbi Archid. dist. 3. §. leges. dist. 4. quando scilicet vt d. Cardin. in procem. clemen. princeps scit, & tolerat consuetudinem legi contrariam à maiori parte receptã, etiam si sit præceptiua, & maximè si sit lex Imperatoris. arg. §. sed quod principi. Instit. de iure natu. secus in Papa, qui habet à Deo authoritatem. Archid. in c. lex. distin. 3. quæ tamen etiam lex Papæ cessat ex dissuetudine, secus enim si minor pars eam non reciperet, quia sic minor pars peccaret contraueniendo, secus è contra, & vbi lex generalis recipitur in vsu à certo genere personarum, ab alio non, quia saltem per longum tempus, non recipientes non peccant, secus si sit idem genus personarum, & minor pars eam non recipiat, quia sic peccat, glo. & Doct. in cap. quia circa. de consanguin. quòd intelligitur in lege iure positiuo inducta, si enim cum ea concurrat prohibitio iure diuino inducta, secus esset, & eo magis receditur à lege, si Papa, vel princeps scribat se dissimulare, tunc enim dissimulatio illa habet vim tacitæ dispensationis: vt dicit Couar. in 4. decret. 2. parte. cap. 6. §. 10. num. 15.

Vndecimò, limitatur, si quis sine sua culpa ignoret legem latam, quæ ignorantia potest probari: vt dicit Abb. in cap. cognoscentes. de constitut. & statur eius iuramento, vt quia fuit absens, vel alijs probationibus: vt dicit Io. And. in cap. si verò. secundo. de sentent. excommu. Hostien. in cap. cum in tua. qui matrimo. nisi coniecturæ sint contra eum quòd sciuerit, quia sic in foro contentioso non statur iuramento in dependentibus à conscientia alicuius, vt dicit Abb. in cap. vidua. de regular. in foro verò conscientiæ stabitur eius dicto, quòd id ignorarit, & de his videnda sunt quæ supra sunt dicta, vbi de ignorantia est actum.

Vltimò, limitatur, casibus quibus supra est dictum legem ciuilem, vel canonicam non ligare.

His casibus in specie demptis, lex humana tam ciuilis, quàm ecclesiastica

est seruanda in foro conscientiæ. Prou. 8. cum alijs supra deductis sub hac tamen distinctione: vt dicit Abb. in cap. plerique. de immun. eccles. quòd si quis est obligatus iure naturali tantum, vt in seruo, licet iure ciuili non obligetur in foro tamen animæ obligatur, & tale debitum solui debet, vt ibi dicit num. 9. similiter vbi ius ciuile non prohibet retentionem, licet non concedat expressè, & concurrit ius naturale ob consensum dantis, vt in dato meretrici, potest id tuta conscientia retineri, vt ibi dicit numero 12. sic etiam vbi inter legem positiuam, & naturalem datur discrepantia, seruanda est æquitas naturalis in foro animæ, nisi lex positiua ex aliqua iusta causa disponat contra illam: vt dicit Silue. verbo lex. numero nono. versic. secundo.

5 Lex humana an semp obliget sub mortali, & quō id dignoscatur.

Quo verò ad modum obligandi, certum est, quòd non omnis lex humana, licet possit obligare sub mortali, obligat semper ad mortale sui transgressorem, quia aliquæ leges obligant tantum ad pœnam, vt sunt leges quarundam religionum, quia lex diuina, & naturalis non dictant esse obediendum omni legi sub mortali, sed illis tantum quæ obligant quantum possunt, & sanciuntur à tota authoritate legislatoris, & hanc esse communem opinionem asserit hic Valentia, disputatione septima, quæstione quinta, puncto sexto, secunda quæstione d. posse aliquas obligare sub veniali tantum.

Ad dignoscendum autem quando lex humana iusta obliget sub mortali, id intelligi potest, vel quò ad legislatorem, quatenus per legem vult iustè obligare sub mortali, quòd potest etiam secluso scandalo vel contemptu, vt dixi Tomo primo, tract. de Romano Pontifice, & de authoritate Iuris Canonici, quia id consequitur ex authoritate, quàm lex humana habet à Deo; sic enim licet lex ciuilis ex se nō posset obligare ad mortale, id tamen euenit ex se quoties quis eam transgreditur, à lege diuina, & naturali: vt dicit Couarruuias quarto decretal. parte secunda, capit. septimo, numero nono.

Ad hoc verò vt obliget sub mortali, oportet vt materia sit grauis, vel secundùm se, vel quò ad aliquas circunstantias, vnde lex indicens silentium tantum ratione circunstantiæ potest obligare trāsgressorem ad mortale: vt dicit hic Valentia. Dantur etiā aliqua signa, vt idem dicit, quibus dignosci potest, quando lex obliget sub mortali.

Primum signum est & certissimum, quando legislator id exprimit, quòd de ecclesiastico intelligo.

Secundū signum est, cum legem absolutè fert, & nec verbo, nec signo constat eum non habere intentionem non obligandi in conscientia, quia sic præsumitur ex tota authoritate legem condere, ideò obligat sub mortali si res sit grauis, veniali si leuis.

Tertium signum, quò ad legem ecclesiasticam cū obligat in virtute sanctę obedientiæ, vel sub obtestatione diuini iudicij, vel sub indignitate Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, iuxta communem: vt dicit Nauarrus in Manuali, capitulo vigesimotertio, numero quinquagesimosecundo.

Quartum signum, quò ad leges ecclesiasticas, quando subiungitur pœna excommunicationis latæ sententię, quę non nisi ob mortale iniungitur. capitul. nullus. capit. nemo. secundo, vndecima quæstione tertia. non est verò eadem ratio si subiungatur pœna suspensionis, interdicti, vel irregularitatis, quia & ob veniale tantum iniungi possunt, imò irregularitas, & sine peccato incurritur. Nauarrus loco citato, Castro. libro primo de lege pœnali. capitu. quinto. Caietanus in summa, verbo præceptū. Similiter in lege diuina, vbi imponitur pœna mortis, ex communi, censetur transgressio mortalis.

Quintum signum, ac certissimum, communis opinio, & consuetudo communitatis acceptantis legem, vt obligantem sub mortali, quia consuetudo est optima legum interpres. c. cum dilectus. de consuet. l. si de interpretatione. ff. de legib. quæ & ipsa habet vim legis.

 l. diu-

l.diuturna. de legib. vel id proueniat vi legis naturalis dictantis singulas partes debere obedire voluntati totius communitatis, vel quòd legislatores tacitè, vel expressè ita volunt obligare communitatem, sicut ipsa pro maiori saltem sui parte obligari vult ad aliquid.

Sextum signum, quòd attinet propriè ad leges ecclesiasticas, cum lex fertur verbis præceptum, vel prohibitionem importantibus, vt verbum, præcipimus, mandamus, prohibemus, quæ licet ex vi sua, & per se non significent tantum prohibitionem sub mortali, sed quandoque accommodentur ad consilia, vel obligationem tantum sub veniali: vt dicit Nauarrus dicto loco, numero quinquagesimosecundo, Caiet.in summa verbo præceptum, & secundùm subiectam materiam, & quandoque exhortatiua exponantur pro præceptiuis: vt dicit Abbas in capitu. nam concupiscentiam.de constitut. tamen communis vsus, quò ad leges ecclesiasticas habet, vt huiusmodi verba significent obligationem sub mortali, quia sicut est mortale inobedire præcepto superioris. capitul.secundo. de maioritate, & obedientia, sic & præcepto legis: vt dicit Abbas in capitulo relatum.de maioritate, & obedientia. & idem si lex vtatur verbis æquipollentibus præcepto, vt per verba expressè prohibitiua: vt ibi dicit Abbas. In quo tamen aduertendum vt hic dicit Valentia, quòd licet lex ciuilis mandans, vel prohibens obligare possit sub mortali, non ita tamen colligitur obligatio sub mortali in legibus ciuilibus, vt colligitur in ecclesiasticis, nisi aliter constet sufficienter de intentione legislatoris secularis, d. etiam verba præceptiua in lege diuina non indicare obligationem sub mortali, nisi ita Doctores interpretentur, vt & in ecclesiasticis.

Fallit tamen, quòd dictum est verba præceptiua in legibus ecclesiasticis, vel alijs obligare sub mortali, quando aliundè constet intentionem legislatoris non esse obligandi in conscientia sub mortali, quòd constare dicitur, non solùm quando id specialiter declarat, sed etiam ex duobus signis: primò, quando lex fundatur in præsumptione, quòd quid fiat iniustè, tunc enim lex illa obligat solùm in foro exteriori, si veritas opinioni, vel præsumptioni contrarietur. capitul.tua nos.de sponsalibus. Nauarrus capitu.decimoseptimo, numero 283. & capitulo vigesimotertio, numero 62. Silu.lex.q.9.

Secundum signum est si legislator ciuilis, vel ecclesiasticus apponat pœnam tantum temporalem, nec aliundè ex aliquo certo signo colligi potest intentionem eius esse obligandi in conscientia sub mortali ad pœnam æternam, sic enim colligi potest eius intentionem esse obligandi tantum ad pœnam temporalem, quia satis illa sit ad deterrendos homines à malo, & maximè id procedit in legibus secularibus, quæ ad pœnam spiritualem directè non ligant, vt dicit Couarruuias in regula peccatum. secunda parte. §. quinto. de regulis iuris in 6. & idem de ecclesiasticis, nisi aliter constet velle obligare etiam ad peccatum, vt probat Nauarrus dicto cap.23. numero 55. quia licet lex quæ continet pœnam temporalem possit obligare etiam sub peccato, vt dicit Couarruuias loco cit. id tamen non est indicium sufficiens, quòd legislator sic voluerit obligare per pœnæ temporalis appositionem: vt dicit hic Valentia, post Nauarrum, quia satis sit illa pœna temporalis, & non sit præsumendum, quòd lex velit addere aliam pœnam spiritualem, idq; procedit etiam si pœna temporalis sit grauis, dummodo res non sit aliàs iure diuino sub mortali prohibita, vel præcepta, quia sic obligaret ad mortale, vel si apponatur pœna mortis, & soleat executioni dari, quia sic esset mortale ei contrauenire, non vero, si sit iuncta pœna etiā amissionis bonorum, semper cum prodigalitas, ex se non sit mortale, nisi ob periculum sui quis habeat filios quibus prouidere tenetur, sic enim non potest se exponere huiusmodi periculo, vel materia legis sit grauis, modo quo supra est actum.

Iudices

Iudices tamen fori externi tenentur iudicare secundùm has leges, q̄ se fundāt super præsumptione, vel cōminant pœnam temporalem, & homines priuati tenentur luere hanc pœnā, quando per iudices ad hoc coguntur, licet ante condemnationem non teneantur eam soluere, ꝙ intelligitur de pœnis quæ requirunt executionem, vt si ob crimen læsæ maiestatis sit quid fisco applicandum, vel certa summa soluenda, tunc enim ante condemnationem nemo ad id cogitur, si verò sint pœnæ quæ sine executione possunt incurri, vt excommunicatio, amissio beneficij ob initiū vitiosum, & huiusmodi, tunc enim incurritur etiā sine iudicis executione in conscientia, & idem vbi ob hæresim quis amittit bona, vel beneficium, tūc enim licet de ijs viuere possit ante condemnationem nō potest tamen ea donare, vel alienare, sic enim contractus irritātur: vt d. Silu. hæresis. 1. nu. 14. Nau. c. 23. nu. 66. Sot. lib. 1. de iust. q. 6. art. 6. de qua re latè habetur tract. de Hæresi. Quòd si non sit simplex pœna, sed modus impositus à testatore, vt quis amittat vsufructum, nisi id fecerit, vel vxor castè vixerit, tūc etiam ante iudicis condemnationem in conscientia debetur: vt d. Nau. & si sit pœna conuentionalis inter cōtrahentes, ex vsu habetur, vt non incurratur pœna ante iudicis condemnationem: vt ibi d. Nau.

Si verò lex vtatur verbis imperatiui modi, vt faciat, non faciat, licet contineat præceptum. c. quod præcipitur. 14. q. 1. non tamen semper obligat ad mortale: vt d. Abb. in c. nouit ille. nu. 34. de iudic. & Medina tr. de ieiu. q. 7. Nau. loco cit. & Valentia hic. maximè si fundetur in præsumptione lex, vel legislator ponit tantum pęnam temporalem vtendo his verbis, vel melius: vt d. Abb. in c. nam cōcupiscentiam. de constit. si mos est, vt hæc verba pro præcepto accipiantur, sic erunt accipienda sin minus secus, vbi hoc non apparet si materia sit grauis, & bene ponderata per legislatorem, pro præceptiuis ponuntur.

Quòd si vtatur verbis exhortatiuis, non obligat ad mortale, nec etiā veniale. §. hæc & si. dist. 4. c. 1. de vita, & honec cler. vt consulimus, obsecramus, quandoque tamen secundùm subiectam materiam pro p̄ceptiuis accipiuntur. Abb. in c. quia indicante. de præscr. in dubio tū dicta verba non importāt præceptū, vbi ratio vel subiecta materia aliud non indicant: vt d. Fel. in d. c. nam concupiscētiam. Si vtatur verbis communibus, vt statuo, decerno, non obligat ad mortale, nisi ex contemptu, vel fiat contra votū, vel sit verbū, iniungimus, interdicimus, inhibemus, mandamus, q̄ sunt præcepti. Sic & verbum oportet quandoque tātum est honestatis, vt & verbū debet, ꝙ est necessitatis, nisi cum eo iungatur, humiliter, qa sic est honestatis. Verbum etiam opoetet, importat regulariter necessitatem. gl. in c. 1. de rescriptis in 6. quandoq; tamen solum honestatem secūdùm subiectam materiam. Abb. in c. 1. nu. 3. de lib. oblat. vbi sic exponit id, oportet nos nasci denuo. Verbum quoque debet, licet importet necessitatem, id tamen non procedit, quando resultaret iniquitas si sic intelligeretur, idem in c. intelleximus. nu. 5. de iudic. Verbum verò licet, non importat præceptum. idem in c. si autem. de cohab. clē. Nec verbum potest semper, licet præcedat negatiua iuxta materiam subiectā. idem in c. quanto. de præsumpt.

Vel reassumendo sic dici potest, ꝙ si verba sunt p̄ceptiua, vel materia subiecta sit præcepti, qualiacūq; verba legis, vel canonis impropriantur, vt importēt præceptum. c. rogo. vbi gl. 11. q. 3. si verò absq; dubio materia subiecta est consilij, tunc qualiacunq; verba impropriātur, vt importent consilium, cum verba deseruire debeant intentioni, non contra. c. dilectissimis. vbi glo. 12. q. 1. ꝙ tamen intelligitur de consilio perfectionis, quo homines perfectiores redduntur. Fallit tamen si quis consilijs voto se obligauit, vt regulares: secundò fallit, si quis legem consilij ex contemptu transgrediatur, ꝙ non facit omnis legē transgrediens, sed qui ideò eam transgreditur, quia non vult ei subijci, vel qui obstinatè perseuerat in malo, & contumaciter vilipendit. Tertiò, fallit, si sit consilium reuerētiæ, quod est quādo est ma-

teria est præcepti, sed propter reuerentiam eius cui loquitur lex, vtatur verbo consultiuo, his enim casibus consilium obligat ad mortale. Fel. in c. 1. nu. 23. de constit. ꝙ si tamen non constet an materia sit præcepti, vel consilij, tunc attenduntur verba an sint præcepti, vel consilij, & secundùm eorum naturam lex determinantur: si verò sint verba communia, vel imperatiui modi, dicendum, vt supra, & quod dictum est, ꝙ lex præceptiua obligat ad mortale. Fallit, vt supra, & etiam si consuetudo habet vt veniens contra legem aliquã præceptiuã, peccet tantum venialiter, quia sic non erit mortale. Secundò, limitatur, quãdo lex præcipiẽs fundatur principaliter super vtilitate eius, cui mandatur, quia sic materia non potest dici præcepti. Tertiò, fallit si ex causa rationabili aliquis veniat contra legem humanã præceptiuam, vnde si lex humana est inducta certo respectu, si non contrauenitur illi respectui non peccat. Quartò, fallit, si quis peccet in subtilitatibus legum, vnde veniens contra legem, quia nõ intellexit eius verum sensum propter obscuritatem non peccat mortaliter. Inn. in c. per tuas. de simo. Quintò, fallit, vbi quis contraueniat simplicibus statutis regulæ, nisi veniat contra tria vota substantialia, vel nisi ex cõtemptu id agat, vel nisi expressum sit præceptũ, in quo tamen consuetudo longissimi temporis tolerata per superiores excusat contrauenientes regulæ in verbis præceptiuis: vt d. Fel. latè in c. nam concupiscentiã. de constitut. modo non contraueniatur substantialibus regulæ, vbi & quærit qd iuris in statutis laicorum remissiuè an obligent in conscientia, in quo crederem obligare subditos communitatis si iusta sint, vt & leges vniuersales, cũ non adsit ratio sufficiens differentiæ inter vtrunque.

Ex parte verò subditi, signum est ꝙ peccet mortaliter, si primio legem transgreditur ex contemptu, quia paruipendat legislatorem, vel præceptum tumore quodam animi, quatenus est præceptum superioris, non est verò mortale si in re parui momenti non subijciatur præcepto, nec si legem transgreditur non ꝙ contemnat superiorẽ, sed ne superior lætetur legem suam executioni mandari: vt d. hic Valentia. Secundus casus, si cum scandalo transgreditur quod sit graue. Matth. 10. Tertius, cum quis ideò violat legẽ, vt impediat quantum in se est, finem illius. Caiet. verbo, præceptum. Quartò, quando violans legem videtur facere cõtra professionem externam catholicæ religionis, vt si sine causa, sexta feria carnibus vescitur. Fallit tamen si sit leuitas materiæ, vel imperfectio actus, & huiusmodi excusantia à mortali in materia præceptorum moralium. Secundò, fallit, si quis violat legem putans bona fide id sibi tunc licere sine peccato mortali, vt d. hic Valentia, modo ignorantia non sit crassa, vel supina.

An verò quis teneatur leges humanas obseruare cũ periculo vitæ. Resp. ꝙ aliquo casu legi humanę obligãti sub mortali est parẽdum cum periculo vitę sub mortali, an verò leges obligantes sub mortali intelligãtur obligare etiam cũ eo periculo. Resp. communem sententiam esse ꝙ non per se, per accidens tamen contingere posse, vt quis teneatur eas obseruare etiam cum huiusmodi discrimine, si concurrat obligatio legis naturalis, vel diuinę obligantis sub huiusmodi periculo, vt si id necessarium sit ad graue scandalum vitandum, vel tuẽdam existimationem Christianę religionis, & reprimendum ipsius contemptum in aduersarijs: vt d. hic Valentia, post Sot. lib. 1. de iust. q. 6. art. 4.

Quo verò ad viros iustos, hi subijciũtur legi, vt regulatum regulanti, non tamen vt coactum cogenti: vt d. Fel. in d. cap. 1. num. 34.

Quo demum ad principem, dicendũ, ꝙ licet sit solutus legibus. l. principes. ff. de legib. quò ad vim coactiuam, non tamen quò ad dictamen rationis quòd continent, sic enim eis subditus est. l. digna vox. C. de legib. Fel. in d. c. num. 39. cum seq. de quibus latius infra habetur.

Quinta propositio. Omnes qui potestati alicui subiecti sunt, subduntur & legibus, qui verò potestati huiusmodi nõ sub- 6 Legi qui subiecti

Sint humanæ, & qui non, & quomodo

subduntur, nec illius legibus subiecti sunt; quo verò ad vim coactiuam, non subduntur legi viri iusti, nec legum conditores; probatur, quò ad primam partem. Rom. 13. omnis anima potestatib. sublimioribus subdita sit, quò ad secundam probatur ex illo 1. Timot. 1. iusto lex non est posita: quò ad tertiam probatur in l. princeps. ff. de legibus. l. digna vox. C. de legibus.

Ratio, nam lex regulat humanos actus, secundò cogit: primo modo, vt regulatum regulæ oẽs subdũtur legi, qui subduntur potestati, quæ legẽ fert; quãdoque tamen quis non subditur potestati: primò, quia externus sit qui non subditur principi alterius ciuitatis; secundò, prout regitur superiori lege, vt subditus proconsuli eius lege regulari debet, nõ tamen in his quæ mandantur ei ab Imperatore, quia superiori mandato dirigitur; alio modo quis subditur legi, vt coactum cogenti, & sic iusti & virtuosi non subduntur legi, sed soli mali, quia coactum est contrarium voluntati, voluntas verò bonorum cõsonat legi, à qua malorum voluntas discordat. Respub. et legibus principis subdit', q̃a licet à principio trãstulerit potestatem in principẽ. l. 1. & 2. ff. de orig. iu. ex quo tamen principem elegit, iam à se propriam potestatem abdicauit. arg. c. ꝙ semel. de reg. iur. vnde eius legibus obedire tenetur, licet deprecatiuè possit quandoque eum rogare, ne certas leges imponat, qui si precibus non assentitur, Respublica ei obedire tenetur, in politia regali, nisi præcipiat aliquid vetitum iure diuino, secus si quid graue tantum, quia est obediendum. Et ita iusti subditi sunt legibus humanis, quò ad vim directiuam, non autem quò ad coactiuam, quia lex imponitur vt puniat transgressores, vt d. Chris. hom. 2. in 1. ad Timot. iustus verò cum sua spontè legem exequatur, non eget illa vi coactiua, vt habens eam in voluntate, & corde suo: vt d. Ambr. in Ps. 36. quia non timore pœnæ, sed virtutis amore obedit legi, & in hoc sensu iusto dicitur lex non posita. Gal. 5. & exponit Aug. in Ps. 1. & Chris. loco cit. sic tamen, vt si idem leges violet, possit in eum pœna legis exerceri. 1. Cor. 4. & 2. Cor. 13. & maximè si non est perfectus.

Quo verò ad principem, nequaquam subditus tenetur legibus, quæ ad solos subditos pertinent, quæ verò sunt ijs secum cõmunia, vt quæ pertinent ad mores, & reddendum cuique suum, & princeps quidem quò ad vim coactiuam est ijs solutus, iuribus citatis, quia cum lex sit instrumentum potestatis gubernatiuæ, obligatio eius non se extendit ad eũ, ad quem potestas legis, scilicet principem, se nõ extendit, & eo maximè cum ipse se possit lege soluere eam mutãdo; obligatur tamen legi quò ad vim directiuam, quatenus, scilicet lex humana, ex lege naturali & æterna habet vim obligandi, vt scilicet legem sequatur necessariò quãdo ijs rationibus ad legem cõdendam ducitur, & eas personarum conditiones in ea respectat, quæ similiter principem ipsum attingunt, quò ad dictamen rationis in lege contentum, ꝙ sequi debet non vt vitet pœnam externam, cui non subijcitur, sed vt vitet peccatum; probatur Matt. 3. dicunt, & non faciunt; & ꝙ quisq; iuris in alterum statuerit ipse eodem vti debet. c. cum omnes. de constit. & probatur in d. l. digna vox. & ex Plat. 4. de legib. vbi d. Fœlicẽ esse illam ciuitatem, vbi lex seruientib. magistratibus dominatur; præterea quibus causis, vt lex naturæ seruetur is legẽ condidit, ijs etiam ne legẽ naturæ transgrediatur tenetur legem sequi: vt dicit hic Valentia. concord. Bald. in d. l. digna vox. & potest etiam subditum, & se eximere à lege eam tollẽdo, vel cum eo dispensando in ea, & etiam potestatem alteri faciẽdo secum in eadem dispensandi, non potest tamen se vel subditum sic eximere à lege, vt si contra eam faciat, non sit violator legis naturalis, cum turpis sit pars, quæ non conuenit toti, siue ea pars sit princeps qui est caput communitatis, vel aliud membrum, non tamen tenetur princeps seruare leges cõmunes subditis, vt in conuiuijs, vestitu, armis ferẽdis, & huiusmodi, quia æquè ad omnes non pertinent, tenetur tamen vt supra ad leges, quæ ex æquo ad omnes

nes pertinent, vt est lex ieiunij, frumentaria, &c. vt d. hic Medina.

7 Sexta propositio. Si contingat legis obseruationem esse nocumento communi saluti non est seruanda secūdùm verba, si verò obseruatio huiusmodi secundùm verba non habeat subitum periculum principis tantum est eam interpretari, vbi verò tale est periculum, tacitā secum habet dispensationem.

Lex humana quādo sit interp̄tāda, qūo, & à quo.

Ratio, nam lex ordinatur ad communem salutem, contingit verò ꝙ aliquid seruari communi saluti vtile est, vt in pluribus, ꝙ tamen in aliquibus casibus sit nociuum, quia ergo legislator nō potest omnes singulares casus intueri, proponit legem secūdùm ea quæ in plurib. accidunt ferens intentionem suam ad communem vtilitatem: vnde si casus emergat quo obseruatio huiusmodi legis sit damnosa communi saluti non est seruanda, vt si lex ponatur portas claudi debere ciuitatis, si hostes insequātur ciues per quos ciuitas cōseruatur, vtile est portas aperiri contra verba legis, vt salus communis seruetur, quàm legislator intendit. Si verò casus non sit subiti periculi huiusmodi casuum cōsideratio pertinet tantum ad principes, qui in legibus possunt dispensare, quòd si ob periculum ad superiorem adiri nō possit necessitas habet dispēsationem annexam, quia necessitas non subditur legi. Notandum verò pro intelligentia, ꝙ vt iustitia legalis in legibus statuendis respicit casus consuetos, vel communes, sic epicheia vel æquitas respicit casus particulares, qui per legem præuideri non potuere, & in hoc peccat, qui nimis superstitiosè obseruat verba legis contra intentionem legislatoris, vt Iephte, qui occidit filiā, vt nimis seruaret iuramentū, Iudic. 18. vel qui fraudulēter sequitur verba, omissa mente legis, iuxta l. nō dubium. C. de legib. vt si quis consignet beneficium extraneo, vt det proprio filio, ꝙ sibi lege prohibetur, & contingit legem deficere in particulari ob casus occurrentes in particulari negatiuè, & contrariè, negatiuè cum deficit ratio legis in particulari, vt si lex iubeat sacrū faciendum tali die in satisfactionē peccatorum, si sacerdos scit se abundè satisfecisse, cessat ratio legis negatiuè, contrarie, cum seruare legem in aliquo casu est cōtra intentionem legislatoris, vt si gladius reddatur deponenti Rempublicam inuadenti. His positis, patet primò, ꝙ vbi cessat lex negatiuè tantum in particulari, tunc non licet subdito agere contra legis verba, vt non licet soluere ieiunium, quo corpus extenuatur, licet quis passiones habeat pacatas, cum deficiat ratio legis negatiuè tantum in particulari, & lex sit cōmunis, & in bonum cōmune constituta, ideò ob casum particularem nō debet cessare, quia sic non seruaretur. Vbi verò lex deficit in particulari contrarie, si id certum sit, licet facere contra verba legis sine recursu ad superiorem, vt in exemplo de deposito, vel si in cibi penuria quis habeat solas carnes ꝑ manibus in casu necessitatis potest eis vesci sine peccato. c. consilium. de obser. ieiu. Vbi verò est dubiū an illo casu lex sit seruanda, superior legitimus legis interpres est adeundus, aliàs tenetur quis legem seruare, ꝙ si illo casu viro prudēti sit certum, vel saltem verisimile ꝙ legislator non obligaret illum si adesset illo casu, non obligaretur legem seruare, cum sit certitudo moralis, & prudentis viri. Si verò sit dubium an lex obliget, & ex alia parte, ꝙ periculum salutis immineat si lex seruetur, nō tenetur quis legem seruare, quia sic minus periculnm est eligendum: vt dicit Medina, post Caiet.

Quo verò ad modum interpretādi legem, ꝙ est declaratio vnius verbi per aliud, vel vnius sentētiæ per aliam, vt & interpres vnam linguam per aliā manifestat. Interpretatio legis sic est fienda: primò, vt lex respiciat futura non præterita. c. fi. de constit. ampliatur, vt procedat etiam si ratio legis antecesserit legem. Secundò, ampliatur etiam si lex vtatur verbis subiunctiui modi, quæ possunt importare præteritum, & futurū, vt si quis commiserit, quia hic importāt tantum futurum, etiam si hoc casu lex sit antiqui iuris declaratoria, habens tamē verbum noui iuris promulgatoriū, vt statuimus, vbi tamen lex vtitur subiū

ctiuo

ctiuo, & inducit remissionem pęnæ, trahitur enim tunc etiam ad præterita. Tertiò, ampliatur, etiam si lex vtatur verbis præteriti temporis, vt si rescindat venditiones factas per minores, cum ab initio valuerint. Quartò, ampliatur, etiam si effectus actus præteriti expectaretur in tempus futurum. l. iubemus. C. de testamẽ. vbi forma data testamentis non extenditur ad testamenta iam condita. Fallit tamen si lex noua disponit nominatim de præteritis, nisi negotium iam sit decisum, si tamen tunc lex dicat ꝙ omnia gesta prius habeantur pro infectis, vel si lex dicat expressè ꝙ trahi debet etiam ad præterita iam decisa, quia tunc negotium decisum retractabitur. Secundò, fallit, hæc fallentia, vt nõ procedat in præteritis in quibus licet nõ sit lata sententia, est tamen conclusum in causa, quia ad illa nõ extenditur, etiam si dicatur expressè de pręteritis. Tertiò, restringitur ista fallentia prima in negotijs pendentibus per viam appellationis, quia lex noua, licet comprehendat illa præterita nominatim, non comprehendit tamen illa in quibus est iudicatum, licet pendeant coram iudice appellationis, ꝙ intelligitur vbi cõstitutio est omnino noua, si enim est iuris veteris declaratoria extenditur etiam ad huiusmodi pendentia, licet non ad causas decisas. Quartò, restringitur hæc prima fallentia, vt non procedat in negotijs præteritis, quæ pẽdent in prima instantia. Quintò, limitatur, hæc prima fallentia, nisi præterita essent diuturnitate temporis comprobata, quia lex noua annullando præterita nõ porrigitur ad talia. Sextò, fallit, hæc prima fallentia, nisi irritare præterita induceret iniquitatem.

Secundò, principaliter, fallit regula, ꝙ lex extendatur ad futura, in constitutione declaratoria iuris antiqui, quę trahitur ad præteritum. Hæc tamen fallẽtia restringitur quatuor modis: primò, si in lege declaratoria essent apposita verba per quæ appareret mentem authoris non fuisse comprehendere præterita: vt in c. 1. de postul. prælat. vbi est verbum de cætero. Secũdò, restringitur, nisi constitutio iuris antiqui declaratoria reperiret communem obseruãtiam in contrarium, idq; duobus casibus, scilicet quando consuetudo contraria erat dubia, quia ius multipliciter erat intelligibile, quia ille probabilis error sustentabit gesta in præteritum. Secundò, cum consuetudo contraria non reputabatur rationabilis à viris doctis, quia sic constitutio declarans trahitur ad præterita. Tertiò, restringitur hæc secũda fallentia, nisi secundùm communem opinionem Doctorũ lata fuisset aliqua sententia, quia licet cõstitutio noua declaret errorem illius opinionis, tamen sententia non reuocabitur, excipiendo tamen ab hac restrictione tres casus: primò, cum à sententia esset appellatum, quia si pendente appellatione superueniat lex declaratoria, illa sequenda est. Secundus casus est in sacramentalibus in quibus sententia lata vigore opinionis veteris nouiter reprobatæ, est reuocanda. Tertius casus est in sententia lata pro matrimonio, quæ mero iure est inualida docto de eius errore, si erat opinio non approbata à cõsuetudine, & manifestè erronea, si enim esset probabilis & probata per consuetudinem, quia sic sententia lata super matrimonio nõ reuocat ex lege noua declaratoria. Quartò, restringitur secunda hæc fallentia, nisi lex declaratoria ponat pœnã de nouo, quia respectu pœnæ non trahitur ad præterita, etiam si pœna per iudicem esset imponenda.

Tertiò, limitatur regula principalis, vbi lex noua annullat actũ ex causa de præterito, idq; dummodo causa nullitatis sit de præterito, ita ꝙ induceret nullitatem ipso iure, secus si actus tenebat, sed in odium inducitur cassatio de nouo, quia sic nõ debet trahi ad præterita, cum eo casu sit pœna.

Quartò, fallit, vbi lex noua continet modum præparandi, vel ordinandi causas, quia includit etiam pendentes, ꝙ tamen nõ procedit in processu iam facto, sed eo solum qui restat.

Quintò fallit, quando factum de pręterito expectat complementum suum à facto de futuro, quia lex noua cum compre-

prehendit; quod tamen non procedit quando per extensionem legis nouæ ad executionem de futuro surgeret restrictio ad actum de præterito faciendo ipsam duriorem quàm esset tempore actus gesti: vnde lex noua inducens asperiorem vitam religiosis, non comprehendit ingressos ante legem, nisi restituat disciplinam à qua ijdem lapsi sint. Secundò, declaratur hæc fallentia, vt non procedat in futuris, quæ nullo modo sunt separata, sed omnino connexa cum præteritis; sic si constitutio non posset attingere actum de futuro, quin etiam tangeret actum præteritum, quia tunc talia futura regulantur, vt præterita.

Fallit sextò, regula principalis, vbi constitutio dat exceptionem, vel tollit, quia si exceptio oritur post statutũ subiacet ipsi statuto, respectu contractus facti ante statutum, nisi aliud exprimeretur in statuto.

Fallit septimò, vbi lex, vel statutum aliquid indulget, quia etiã si loquatur per verba futuri temporis, non extenditur ad futura, ne detur materia delinquendi, vnde statutum d. bannitum soluentem decem liberari, non procedit in bannito de futuro.

Fallit octauò, vbi constitutio noua imponit pro aliquo delicto pœnam magis conuenientem delicto, quàm esset pœna legis veteris, quia tunc in puniendo eos qui ante constitutionem nouam deliquerunt seruabitur constitutio noua, quòd intelligitur in pœna quæ augetur, vel minuitur ex causa, quia sic in ea imponenda attenditur tempus sententiæ, non delicti, sed vbi esset pœna ordinaria delicti, semper debet inspici tempus delicti. Secundò, intelligitur in pœna imponenda per sententiam, quia si apponitur ipso iure, semper attenditur tempus delicti.

Fallit nonò, in constitutione confirmante, quia trahitur ad preterita, dummodo actus confirmatus retro habuerit vigorem, si enim sumit vigorem ex confirmante, tunc confirmatum trahitur ad tempus confirmationis, non contra.

Decimò, fallit, in alijs dispositionibus, præterquam constitutionum, quia dispositio simpliciter prolata concernit præterita, vel præsentia, non futura: ita latè & præclarè Fel. in c. fi. de constit.

Secundò, principaliter, quò ad legis interpretationem cum diuersitas vocabulorum inducat diuersitatem rerũ. l. si ijdem. C. de codicil. si apparet de mente legis, est ei stãdum etiam cõtra propriũ verborum significatum. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. quia verba seruiũt intentioni non contra. l. non dubium. C. de legib. quòd si de mente non constat, tunc si verba sunt clara, non est ab eis recedendum. c. fi. de verb. sign. quòd intelligitur, vbi nõ potest cognosci mẽs, vel ratio legis; si enim potest sequenda est mens, aliàs verba clara, vel si ratio non est in lege expressa potest coniectari eius ratio per similem rationem naturalem, quæ mouere potuit legislatorem, cum sine ratione non sit lex. c. erit autem. dist. 4. & secundùm illam rationem coniectatam licet extendere, & restringere legem etiam odiosam, vbi verò dicta ratio coniectari non potest: stãdum est verbis si clara sunt, si verò sunt dubia, tunc fienda est interpretatio per aliam legem, si fieri potest, cum iura iuribus sint concordanda. cap. cum expediat. de elect. in 6. etiam si lex extendatur. l. sed Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedon. si verò quis vult legem extendere à seipso, vbi alia lex non extendit, & tunc vel ad casum talem sine quo id quod dispositum est per legem, non posset habere effectum; & tunc licet extendere. l. 2. de iurisd. om. iud. vel ad alium casum similem, & tunc, vel in illo casu reperitur legis dispositio contraria, & non licet extendere; si verò non reperitur dispositum contrarium, tunc licet extendere ad similia. l. nõ possunt. l. sed & posteriores ff. de legibus. & idem de restrictione legis, si enim restrictio fit per aliam legem, tunc licita est. l. quamuis. de in ius voc. si verò quis vult restringere à seipso ob aliquam æquitatem suadentem, & tunc vel vult restringere legem vt quis lucretur, & nõ potest. l. pro spexit. ff. qui & à quibus, vel ne quis patiatur damnum indebitè, & fieri licet. Similiter de impropriatione verborum,

si enim vult quis trahere verbum legis ad intellectum improprium per aliam legem,& potest,sed si de hoc non habeť lex statur ppriæ significationi verborũ nisi appareat alia mens legis; ex his colligitur,ꝙ si sensus proprius cõtinet iniquitatem quod improprius est sequendus, vel si ratio legis repugnet, vel communis vsus loquendi repugnet propriç verborum significationi, tunc intelligitur lex secundum communem vsum loquendi licet improprium, vt optime. d. Bald.in l.non dubium alleg.nume.6. cum seq.quid vero singula verba, vel dictiones importēt videre licebit de verb. significatione in digestis,Codice,Decretali,6.Clementinis,& extrauagantibus sub dicto tit.de verb. signifi.& Bartolũ Bald.Ias.Castr.Alex. Abbatem.Fel.Archidiac.Card.Corsetum,Bertachinum, & alios iuristas ac canonistas, in eorum repertorijs,verbo.verbum.& verbo. Dictio. Vbi vero verba sunt dubia, fienda est interpretatio per alias leges vbi fieri potest.cũ iura iuribus concordare expediat, c. 1.de el.in 6.qđ si fieri nequit, recurrendum est ad consuetudinem ciuitatis, quæ sic illa verba communiter intelligat. l.minime l. si de interpretatione.ff.de legibus,quod si non apparet, recurrēdũ est ad similia. l. non possunt. eo.quibus deficientibus recurrendũ est ad principem cuius est legem interpretari, vt infra dicetur; & quando vna lex habet plures intellectus, is est tenendus qui vitio caret,si alij eo non carent.l.in ambiguo. ff. de legibus & qui probatur per meliores rationes,vel leges. Bart.in d.l.in ambiguo, & qui colligitur etiam magis proprius cum ex proprietate sermonis duo intellectus includũtur. l.nepos proculo. ff. de verb. signif. & in dubio earum mens si haberi potest, est sequenda, vt supra est dictum, benignius leges etiam interpretando.l.scire leges. ff.de legibus.l.benignius. eod.

In speciali verò lex sic est interpretanda primo, vt pœna simpliciter apposita ob contumaciam censeatur temporalis non perpetua.d.ex literis. de constit.

Secundò, quod cum ratio sit anima legis.l.1. C.quæ sit longa consuet. ideo vbi locum habet ratio legis, locum habet & ipsa lex.l.1. C.de interd. Gem. in c.vbi periculum.de el.in 6.etiam si verba contradicant d. l.scire leges,& l.scire oportet.§. aliud de excus.tut. c.Marcion.1.q.1.c. intelligentia de verb. sign. l.3.C.de lib.præt.Bal.in l.commissoriç. C.de pact.inter empt.quod intelligitur de ratione causali & finali, quæ dicitur ipsa lex: vt d. Bal. in cap. dilectus. 2. de Rescr.in l.si quis seruo.C.de furt. & ita dispositio licet specialis per rationem generalem ampliatur. l.nomen debitoris.§.fi.de leg.3. l. regula. §.si quis, vbi Bart.& Bal.ff.de iuris & facti ign. Bal. in cons.319.ante medium lib. 4. testans de cõi.Ang.cons.222. & consil. 346.t.in l.illud ad l.Aquil.l, à titio.de verb.obligat. vbi enim est eadem ratio idem ius statui debet.d.d.iuribus, & idē procedit etiam in statutis ex identitate rationis. Bart.in l.non dubium. C.de legibus idque etiam in correctorijs & exorbitantibus, vt fiat extensio etiam in pœnalib. si modo ratio sit specialiter expressa in lege,alias in his duobus casibus non fit extensio.glos. & doct. in Cl. 1. de elect. Bal.in l.data opera.C.de accusat.Anch. cons.104.ante fi.quia ratio extendit verba legis.l.nominis & rei.ff.de verb.sign. idque procedit etiam in pęnalibus quia constitutio pœnalis, cuius ratio est expressa per legem, extēditur ad alium casum non expressum si ratio sit par simpliciter, vel eadem, aut maior & legislator non disponat in contrarium declinando à ratione legis ob aliquam particularem, vel priuatam cõsiderationē, quia non potest esse eadem causa quin sit idem effectus, & hoc nisi legislator specialiter disponat contra, vel præter rationē legis,qa sic nõ fiet extẽsio in pęnalibus vbi est eadem ratio in lege expressa.l.his solis. C.de reuoc. don.& idē si in lege sit mens comprehensiua casus similis,vt d. Silu.lex nume. 18.comprehenditur vero mens legis comprehensiua & extensiua,primo ex communi vsu verborum, secundo si aliter intelligendo sequeretur absurdus intellectus,tertio, quando in lege est expressa ratio, quarto vbi per illam legem, vel aliam

patet

patet id quod ibi positum est, gratia exempli positum fuisse, vt ibi. d. Silu. num. 20. sunt tamen aliqui casus in quibus non fit extensio de similibus ad similia, primo vbi aliter est expressum in iure, quia casus expressus facit silere tacitum, secundo vbi tractatur de legum correctione, tertio quando est aliquis casus in quo constitutio extenditur ad præterita, quarto quando statutum diceret quod intelligatur ad literam, quia sic non fit extensio ad similia, quinto vbi statutum lęderet in aliqua parte ius naturale, sexto quando statutum odiosum loquitur per dictionem taxatiuam tantum, septimo vbi imponitur pœna priuationis, quia illa non intelligitur nisi lex expresse id dicat. vt d. Fel. in cap. translato num. 19. cum seq. de constitut. Quo vero ad statutum, ipsum quoq; debet extendi ad casum similem ex identitate rationis, nisi lex sit in contrariũ. vt d. Abb. in d. c. translato, & similiter restringitur sub hac distinctione q̃d aut statutum generaliter loquens habet rationem scriptam secum annexam, & secundum illam rationem debet restringi l. adigere. §. quàmuis. de iur. patr. si vero ratio non est in eo scripta, sed in alio simili, idem est, si nullibi est ratio expressa, vel disponit de eo quòd iure communi non est dispositum, tunc non restringitur cum ius id non restringat, sed debet seruari in suis generalibus verbis, vel statutũ disponit de eo, quod ius commune disposuit, vel restrictio non potest fieri salua intelligentia recti sermonis, & nõ licet restringere, vel ea salua fieri potest, & tunc vel in pœnalibus, & fit restrictio iuxta ius commune, in fauorabilibus etiam præter id. Tiraq. in reg. cum cessante num. 113. Et licet lex pœnalis non debeat extendi ex identitate rationis. c. odia. de reg. iur. in 6. tamen vbi extensio tendit in fauorem Reipublicæ debet extendi, vt & lex fauorabilis, vnde si per statutum punitur faciens, punitur etiam fieri mandans. Bart. in l. quemadmodum. C. de agric. lib. 11. & etiam lex pœnalis debet extendi quando emanat, vt euitentur pericula animarum, quando scilicet larga interpretatio expedit saluti animæ, & generaliter quoties id cuius ratione fit larga interpretatio est fauorabilius eo, in cuius fauorem tendit stricta, quia sic est large interpretanda. Silu. lex. nume. 19. Et pari ratione licet in materia correctoria non fiat extensio, gl. in Cl. vt hi qui, de ęt. & qual. tamen vbi agitur de salute animæ, & peccato vitando, dispositio odiosa & correctoria loquens de tali materia extenditur ob identitatẽ rationis. Io. And. in c. ex tenore, q. fil. sint leg. secundò, vt supra est dictum, lex quæ alias non extenditur, si facta sit fauore Reipublicæ potest extendi ab identitate rationis Bar. in l. si constante. q. 9. ff. sol. matr. tertiò similiter lex quæ alias non extenditur, si esset elusoria si non extenderetur etiam si sit exhorbitans & correctoria extenditur. Ann. in Rubr. de apost. 6. col. quartò licet lex non possit extendi quando in ea non est expressa ratio, tamen hoc non procedit quando cognoscimus, quod solum vna ratio potest reddi, quia ex illa coniecturata legem licet extendere, ac si esset in lege expressa, vt d. Fel. in d. c. translato. ad fi. d. const. num. 20. 21.

Tertiò, principaliter cessante è conuerso ratione legis, cessat ipsa lex, nec extenditur, sub hac distinctione, quod si quis indebite damnum pateretur, nisi cessaret lex cessante ratione, & tunc cessat, l. adigere. §. quamuis. de iu. patr. vel tunc indebite lucrum amitteret, & non cessat lex l. prospexit. ff. qui & à quibus. Vel ratio non est posita in lege, sed ponitur in noua lege ratio veteris, vel prudentes eam introducunt, & tũc aut cessãte ratione sequitur absurditas, & cessat lex, vel æquitas potest stare cum statuto, licet cesset interpretatio prudẽtũ, & sic sufficit ratio generalis, scilicet ꝙ placuit legislatori, aut cessante ratione remanet statutum contra rationem naturalem, & tunc lex cessat. Bal. in c. & si Christus. col. vlt. de iureiur. Vel ꝙ cessat lex ratione cessante quando sequeretur perpetua absurditas, vel incommoditas, secus si temporalis. idem Bal. in l. 1. col. 5. ff. sol matr. Vel si statutum disponit de ratione, seruatur statutum, seruatur

ratio, si econuerso secus. idem in c. 1. §. & quia vidimus. col. ante pen. in addit. tit. qui feud. dare possunt. Vel quæritur an ad casum in quo causa legis se non extendit, lex se extendat, & sic cessante causa cessat lex, vel quæritur an cessante causa, cesset lex in eo quod principaliter disponit, & tunc si est ius dispensatiuum, & in fieri cessat dispensatio, quãdo cessat causa specifica, si vero ius est in perfecto esse, tunc cessante causa generali non cessat lex, si vero est ius commune, vel causa est perpetua, & sic obseruantia est perpetua, vel est causa tẽporalis, & tunc si exprimatur in ea quod cesset lex ea cessante, cessat lex, si vero non exprimatur non cessat, nisi interueniat necessitas, pietas, vtilitas, contraria lex vel consuetudo, vt d. Butr. & ibi Abb. in c. post translationem. col. 4. de renunt. Vel vt d. Inn. in c. quia plerique de imm. eccl. valet lex contra ius naturale, ex iusta causa, sed si illa causa cesset, cessabit lex, vt in exceptione senatusc. Macedoniani ob necessitatẽ, facto mutuo, quia peccaret qui se ea exceptione tueret, vt d. ibi Card. flor. q. 18. vel vt d. ibi Abb. 13. q. vel lex prę sumit causam iuris & de iure, & tunc non admittitur probatio in cessatione eius causę, nisi ius induceret præsumptionem in fauorem alicuius, quia sic admittitur probatio in contrariũ per confessionem partis, in foro tamẽ animæ, ea lex non esset seruanda si constaret de causæ defectu, vel lex non inducit talem præsumptionem, sed simpliciter statuit, & tunc si causa in lege est expressa, & probatur in casu rationem illam deficere, non est seruanda lex, nec in foro animæ, vel iudiciali, vel causa non est expressa, & tũc si naturaliter vna potest præsumi tantũ, debet lex restringi ad limites illius rationis, etiam in pœnalibus, modo tamen in hoc supra exposito. Vel cessatio rationis est tanta, vt per eius cessationẽ remaneat lex irrationabilis, & tunc vel remanet alia ratio sufficiens, & non cessat lex, nisi id dicatur in illa lege, vel alia, vel nõ remanet alia ratio sufficiẽs, nec lex remanet irrationabilis, & tunc vel ratio cessans est tantum impulsiua, & non facit cessare legem, vel est finalis, & tunc aut lex non est mere positiua, sed facta mero iudicio rationis, vt responsa prudentum, tunc eius cessatio facit cessare legem, vel lex positiua non habet certam rationem, sed solam volũtatem statuentis licet adiutam ratione minus sufficienti, & tunc vel patet, de voluntate legislatoris volentis cessare legẽ ex cessatione rationis, & cessabit lex, si vero non apparet, non cessat lex ex cessatione rationis, & mens colligitur si id exprimatur, vel ex præfacionibus, vt d. Egid. Bellam. in c. post translationem. col. 5. de renunt. si tamen in prædictis casibus effectus legis esset iam consummatus per cessationem rationis, nõ cessaret lex, vt not. in c. cum cessante. de appellat. late Tiraq. in reg. cessante causa, qui prædicta examinat latissime extendens & limitans.

Quartò principaliter lex interpretanda est, vt in iudicijs & contractibus stricti iuris, arbitrijs, priuilegijs, & rescriptis licitis, prohibitũ intelligatur quod non est concessum, in contractibus vero bonæ fidei, beneficijs, absolutionibus, & edictis prohibitorijs concessum intelligatur, quod non est prohibitum. gl. in c. inter corporalia. de Trãsl. ep. vel vt d. ibi Host. in summa, vbi lex est promulgata affirmatiue, concessum intelligitur, quod non est prohibitum in ea, & ex illa sequentia, vbi vero est promulgata negatiue, omnia inde sequentia cẽsentur prohibita, vt prohibetur ne quis occidat, quod intelligitur semper prohibitum, nisi reperiatur concessum, vel vt d. Abb. in d. c. nu. 21. 37. in materia prohibitiua, omissum censetur prohibitũ, in materia permissiua, quod non est prohibitum, censetur permissum, & dicitur vt supra lex permittere quando loquitur permissiue, prohibere quando loquitur, negatiue, & vbi id non apparet est recurrendum ad ius naturale, quia intelligitur permissum nisi veniat contra prohibitionem superioris, vel velit alteri facere, quod sibi non vellet, vt ibi d. nume. 38.

Quintò, lex indulgens aliquid quod potest tendere in præiudicium alicuius intel-

intelligitur saluo interesse partis. Abb. in c. 1. de iudic.

Sextò, lex intelligitur, vt in obscuris quod minimum est sequamur, l. semper in obscuris. de reg. iu. dicitur vero. in obscuris, primò quia attenditur mens si de ea constet, secundò quod est verosimilius, si de ea non constat, tertiò proprietas verborum, quartò consuetudo regionis, quæ ea sic interpretatur, vltimo recurritur ad regulam d. l. semper quæ regula attenditur etiam in legatis, & vltimis voluntatibus, secundo etiam in contractibus, non tamen in dote, nec quando minimum esset inutile, alias mediocre eligitur, nec in pactionibus obscuris, quia interpretatio fit contra se fundantem in verbis, nec in iudice, qui medium sequitur, procedit etiam dicta regula in delictis, in quibus mitior pars elegitur l. si præ ses. ff de pœ. idq; nisi ex qualitate facti aliud præsumatur, secundò fallit vbi plures deliquere, & ignoratur qui, quia sic oẽs puniũtur l. itẽ quinque, si plures. ad l. Aquil tertiò quando proprietas verborũ sic desideraret, quia etiam in pœnalibus tunc fit lata interpretatio, quartò limitatur in c. pen. de sent. exc. procedit etiam dicta regula in quantitatibus, & speciebus, & in sententijs non tamen in iudicijs, vt ibi d. Cagnol.

Septimò, iuris interpretatione sentiẽs commodum, debet & incommodum in ea re sentire. l. secundum de reg. iu. c. is qui eo in 6. vnde incolis onera subeuntibus communicanda sunt iura communitatis. Bar. tr. de represal. 1. q. 5. princip. & diuidi debent etiam onera pro modo facultatum, & beneficium possidens, debet & officium exercere. c. fi. de Rescr. in 6. cũ alijs similibus vt ibi d. Cagnol.

Octauò, iuris interpretatione in testamẽtis fit larga interpretatio l. in testamentis de reg. iu. quod procedit, in legatis, codicillis, & alijs vltimis voluntatibus vti ibi probat Cagn. contra Dec. & similiter in concessionibus principum, cum distinctione tamen, & in donationibus, vt ibi. d. Cagn.

Nonò, iuris interpretatione vbi dies non apponitur in obligationibus præsenti die debetur. l. in omnibus de reg. iu. sic tamen, vt tota dies transeat. l. qui hoc anno. ff. de verb. oblig. nisi in præcario quòd præcise reuocari potest, vel nisi quis ꝑmittat hodie soluere, q̃a sic tenetur, vt ibi d. Cagn. nu. 3. 4. & vbi simpliciter est promissum, miserationis tamen gratia datur à iudice aliquod tempus ad soluendum, vbi tempus à iure nõ est taxatum, vt ibi. d. num. 2. vbi & declarat quando dies dicatur cessisse & venisse, & quando venisse & non cessisse. iuxta. l. cedere de verb. sign. dicẽs quod dies dicitur cedere, sed non venire debitori in diem, ante aduentum diei, vt ibi late declarat Cagn. qui & d. promissum sub conditione non deberi, nec diem cedere ante conditionem impletam.

Decimò, iuris interpretatione tẽpus in testamento adiectum pro hærede in dubio adiectum censetur, nisi alia mens fuerit testatoris. l. cũ tempus. eo. de reg. iu. potest tamen hæres ante tempus soluere, nisi id tendat in præiudicium tertij, vel creditoris, & similiter hæres grauatus tot bona in pauperes distribuere post eius mortem, potest & in vita id facere, quia licet nõ sint ijdem pauperes, tamen fauetur animæ testatoris, quòd est principalius, vt d. Anch. cõs. 202. col. fi. & Cagn. in d. l. quis.

Vndecimò in dubio pro libertate est respondendum l. quotiens dubia. ff. eo. quia causa libertatis præcipua est, & largo modo dicitur pia causa, vt ibi. d. Cagnol.

Duodecimò, cui licet quod est plus & quod minus licebit. l. non debet eo. fallit in materia correctoria, secũdò si plus & minus, sint diuersæ specificationis, quo tñ ibi dissentit Cagn. tertiò vbi sunt distinctæ potestates, quartò in materia dispensationis, quintò in mãdato, sextò in Decreto, septimò quando non est eadem ratio in eo quod est plus & minus, vt ibi. d. Cagn.

Decimotertiò, Vbi aliquid in arbitrium domini, vel procuratoris committitur, intelligitur de arbitrio boni viri in iudicijs bonæ fidei. l. generali. ff. eo, quod procedit etiam in iudicijs stricti iuris, & in contractibus, ac executione testamentorum,

torum, si enim quid committatur arbitrio alicuius, intelligitur de arbitrio boni viri, hoc est facere in negocio alterius, quod in suo ageret, vel fieri vellet, & hoc nisi expresse diceretur de libero arbitrio, vel verba ad eum referrentur, qui alias habuisset arbitrium boni viri, vt ibi d. Cagn..

Decimoquartò, pacto priuatorum iuri publico derogari non potest. l. nec ex. ff. eo. vnde clericus nō potest renuntiare priuilegio fori. C. si diligenti. de foro compet. Id tamen fieri potest per statutum, vt ibi. d. Cagn. num. 4. in causa seculari, secundò pactionibus priuatorum obligationum causæ possunt immutari, scilicet contractus quatenus respiciunt vtilitatem priuatam, quia potest quis renunciare pro se introductis, vt ibi. d. Cagnol. contra prohibitionem tamen legis non posset quis contractus inire, licet eius vtilitatem tangentia possit remittere.

Decimoquintò, vitiosum à principio temporis tractu nō validatur l. quod ab initio. eo. c. non firmatur eo. in 6. quod procedit in contractibus iudicijs, & vltimis etiam voluntatibus, fallit tñ vbi de initio non apparet an sit vitiosum, quia eius non extat memoria, secundò quando causa confirmans superuenit, vt ętas maior quæ confirmat alienationem, nō tamen confirmat beneficium ante ætatem susceptum. c. si eo tēpore. de rescr. in 6. nec tollit pœnam contra promotū ante ætatem latam, tertiò fallit in substitutionibus, & alijs casibus de quibus ibi per Dec. & Francum, quibus tamen casibus ex solo tempore actus inualidus non validatur, sed ex alijs etiam accidētibus, vt ibi not. Cagnol.

Decimosextò, vbi de lucro agitur, vel actor sit vel reus durior est causa petitoris. l. ideo. l. fauorabiliores. l. in pari. eo. sed si actor tractaret de dāno vitādo, cōuentus de lucro, fauorabilior esset causa petitoris, vbi & agitur de lucro dotis à Dec. in d. l. ideo & ibi Cagn.

Decimoseptimò, naturaliter quodlibet soluitur vinculo quo est ligatum l. nihil tam naturale eo. Fallit si in confectione actus aliquid necessario non requiritur, sed tantum ex abundanti, quia in dissolutione etiam non requiritur, secundò in delictis, vbi non liberatur delinquens per contrarium delictum, tertiò fallit in acquisitione, & repudiatione bonorum possessionis, vltimo procedit regula secundum communiter accidentia, alijs tamen etiam modis potest dissolui. vt ibi. d. Cagn.

Decimooctauò, qui condemnare non potest absolute non valet. l. nemo. ff. eo. Fallit primò quando ius aliter disponit vt de delegato post annum, qui licet potuerit excommunicare nō potest absolute c. quærenti de off. ord. vbi Abb. secundò fallit in eo q. ex priuilegio absoluere potest, qui tamen ligare nequit, tertiò fallit vbi esset sublata potestas absoluendi, quia remanet condemnatio iam concessa, quartò in iudice laico, qui solus potest absoluere clericum à delicto seculari, sed solus nō potest sine episcopo eum condemnare, vt ibi. d. Cagn.

Decimononò, metus excusat in omni causa. l. in omnibus causis. ff. eo. modo sit iustus probabilis, & cadens in virum constantem, iuxta qualitatem personæ metum passæ, masculus an sit vel fœmina, cum minor in fœmina, sene & studioso, sufficiat metus, quàm in alijs, & regulariter metus annullat actū, & excusat si quis non faciat quod deberet, nec requiritur protestatio in metum passo; & purgatur metus per spontaneā voluntatem, quæ sequuta est metum, dummodo cesset tunc causa metus, vt ibi not.

Vigesimò. Actor non debet esse melioris conditionis quàm reus. l. non debet eo. nisi in casibus specialibus ibi. in gl. enumeratis. 21. in dubio potius faueatur damno, quàm lucro aduentitio, q scilicet prouenit quocunq; casu. l. in re. vbi Cagno. eo. 21. pœnæ nomine exactū à quoquam, ei necessario non est restituendam. l. quod à quoquam. ff. eo. etiā in foro conscientiæ, si lex sit iusta, i. delicto commensurata, & conuentionalis, nisi esset contra iustitiam, vt quia excederet quadruplum, quia vltra quadruplum damni non posset exigi, licet iuramentum accessisset non potest esse &, pœna

pœna maior quàm damnum, nisi ex iusta causa, & ordine iuris seruato, non ob auaritiam, & consultum esset id plus pauperibus erogare, & valet pœna qua inestimabile interesse succedit loco impossibilis restitutionis, non tamen tenetur eam quis soluere ante cõdemnationem, nisi sit pœna excommunicationis suspẽsionis, & eorum quæ supra sũt dicta, & tradit Fel. in c. 1. nu. 58. de const. vel nisi mulier peccet cui vsufructus cum obligatione caste viuendi est relictus. vt ibi d. Cagn.

Vigesimoprimò. Ex consilio nemo tenetur nisi fraudulentum sit, etiã si quis alias non erat facturus. l. consilij. ff. eo. fallit in consilio doloso, secundò in delictis, vbi quis non erat alias facturus, tertiò in atrocioribus vbi consulens pari pœna punitur c. fœlicis de pœ. in 6. vt ibi. d. Cagn.

Vigesimosecundò. Iracundia actum non est validum, nisi perseuerantia accedat, quæ animi indicet cõstantiã l. quicquid. ff. eo. quod intelligitur quando ira tollit mẽtis alienationem. Io. And. in c. dudum. de conu. coniug. secundo intelligitur vbi sine præiudicio aduersarij actus retractari potest. l. diuortium. ff. de diuort. tertiò vbi post calorem iracũdiæ quis perseueret in eadem volũtate, quartò fallit in contractu facto cum ecclesia, vel ad pias causas, quia valet etiã si iracundia accesserit, vt ibi. d. Cagn.

Vigesimoquartò iure suo vtens, nulli iniuriam dicitur facere nec dolo vti. l. nullus videtur ff. eo. vnde potest quis in suo ædificare etiam vsq; ad cœlum, modo in alienum non immittat, & etiam fodere, licet inde aquam vicino auferat, cum limitatione tamen, vt nec licet caminum facere, vnde fumus ad domum vicini pergat, nec necessarium opus, vnde malus fœtor ad eum deriuet, licet possit ædificare modo in proprio ædificet, & vicinus eo casu, si seruitus in contrarium non extat, se tueatur à tali fœtore, vt ibi. d. Cagnol.

Vigesimoquintò, in dubio benignior interpretatio est fienda. l. semper in dubijs ff. eo. non est tamen recedendum à proprietate verborũ, & plura requiruntur antequàm veniatur ad hanc interpretationem, vt d. Dec. in l. semper in stipulationibus. ff. eo. supra Abb. in c. estote. extra. de reg. iu. vbi d. licet nõ debeat male præsumi de clerico mulierem amplexante, secus tamen esse vbi ex personę qualitate aliud sit præsumendum, & ex circumstantijs, vt ibj. d. Cagn. Alias legum interpretationes, ne prolixius procedam, videre licebit, in cœteris legibus de regul. iur. ff. & C. extra. & in 6. Quo demum ad legis interpretem. Ad Papam pertinet interpretari legem canonicam, vel ciuilem quo ad clericus, cap. 1. de iur. cal. in alijs vero casibus id spectat ad imperatorem quo ad l. ciuilẽ. l. fi. C. de legib. quod intelligitur generaliter, quia quo ad causam particularem etiam iudex potest legem interpretari. Inn. in c. cum speciali de appell. nisi aliquid sit ita arduum, vt certus intellectus dari non posset, sic enim ad principem est recurrendum, nisi periculum sit in mora. Abb. in c. 1. de iur. cal. si vero sit priuilegium, si dubium est de potestate an id potuerit concedere, sic solus princeps id potest decidere. c. 1. de trãsl. prælat. & si dubitetur de eius validitate vel inualiditate etiam inferior id potest decidere, si vero dubitetur circa verba si casus est clarus, potest inferior cognoscere ad præiudicium partium. Inno. in d. c. cũ speciali, sed si est dubius, ad principem est recurrẽdum, si facile eius prę sentia haberi potest. c. inter alia. de sent. exc. quod si non potest adiri, licet id interpretari per rationem naturalem, & verisimilem. Inno. in d. c. si vero dubitetur de intentione principis, ipse solus potest id interpretari. c. venerabilem. de el. & quandoque episcopus id potest. d. ca. spec. tit. de legato. §. nunc ostendendum, & legatus. Abb. in cap. 1. de post. præl.

SVMMARIVM.

1 Lex humana licet iusta potest ex causa mutari.
2 Lex humana non est de facili mutanda nisi ob necessitatem.
3 Consuetudo habet vim legis, & legem abrogat, & interpretatur.

4 Con-

4 Consuetudo quomodo inducatur.
5 Consuetudo quibus casibus non valeat.
6 Consuetudinis effectus quis sit.
7 Consuetudo qualiter sit interpretãda, & a quo.
8 Consuetudo qualiter tollatur.
9 Consuetudinem probare quis teneatur.
10 In legibus quis possit dispẽsare, quibus ex causis, & quomodo.

De Legum mutatione. Cap. VIII.

D. Th. 1. 2. q. 97.

1 Lex humana licet iusta potest ex causa im mutari.

PRima propositio. Lex humana licet iusta potest quandoque mutari, & abrogari pro temporum qualitate probatur in c. non debet de consangu. & affin. vbi glos. & Doct. & ex philosopho. li. 2. polit. c. 6. & Aug. li. 1. de lib. arb. c. 6. & lib. de vera relig. c. 31.

Ratio, nam lex humana est dictamẽ rationis quo diriguntur humani actus supra q. 90. art. 1. ex parte ergo rationis iuste mutari potest, nam humanę rationi videtur naturale esse, vt gradatim ab imperfecto ad perfectum procedat, vt in scienti js speculatiuis quædam inuenta sunt, quibus perfectiora addita sunt, sic primi qui intẽderũt inuenire aliquid vtile communitati, non valentes omnia ex se considerare instituerũt quædã imperfecta, quæ sequentes mutarunt, inuenientes aliqua quæ in paucioribus deficere possint à communi vtilitate, ex parte hominum regulatorum, lex mutari potest ob mutatam conditionem hominum quibus secundum diuersas eorum conditiones diuersa expediunt, populo enim moderato conceditur sibi eligere magistratus, quòd flagitioso adimitur. Non licet tamen legislatori pro libito leges iustas mutare, nisi cũ aliquod occurrit, quod id requirat ob maiorem commoditatem Reipublicæ, vel quia leges priores sint imperfectæ, vel ob mutationem Reipublicæ, & communitatis cui aliæ leges conueniunt, ex supra dictis, vel vrgenti necessitate, vel euidenti vtilitate d. c. non debet; sine causa tamen id non licet, cum contra rationem sit id abrogare quod in vsu iam erat, & promouebat bonum commune, & sic mutans peccat, vt d. Sot. li. 1. de iust. & iur. q. 7. art. 1. & alij communiter, vt d. Valentia. disp. 7. punct. 8.

2 Lex humana nõ est de facili mutanda, nisi ob necessitatem.

Secunda propositio. Lex humana non est de facili mutanda, nisi ob maximam necessitatem, vel euidentissimam vtilitatem ꝓbatur in c. ridiculum. dist. 8. vbi habetur, ridiculum & abominabile esse leges à patribus susceptas infringi: nisi scilicet ex causa rationabili. c. non debet de consangu.

Ratio, nam lex humana non est mutanda nisi ob communem vtilitatem ar. præc. hẽt vero legũ mutatio detrimentũ in se communis salutis, nã ad obseruantiam legis multum valet consuetudo, ita quod quę contra cõem consuetudinem fiunt licet leuiora sint grauiora videtur, vnde quando lex mutatur minuitur uis constrictiua legis, quatenus tollitur cõsuetudo, ideo mutari non debet, nisi recompensetur cõmuni saluti, quod per mutationem ei tollitur, quod cõtingit ex maxima vtilitate ex nouo statuto prouenientе, vel ex maxima necessitate quia l. vetus sit nociua, vel iniqua.

3 Consuetudo habet vim legis, & legem abrogat & interptat.

Tertia propositio. Consuetudo habet uim legis, & legem abrogat, & est legis interpretatrix, probatur ex Aug. in ep. 80. ad casulanum. c. consuetudo. d. 1. cum seq. & est ius non scriptum moribus vtentium institutum, quod pro lege suscipitur cum lex deficit, licet non repugnet eam esse scriptam ab eo qui legem condere potest. Introducitur vero consuetudo à populo vniuerso, vel maiori eius parte, non tamen à mulieribus, vel infantibus in his in quibus populus potest ius facere, alias potius præscriptio diceretur l. de quibus. ff. de legibus. Vt vero consuetudo abroget legem oportet primo, vt sit rationabilis, non aduersans iuri naturali, vel diuino, secundo requiritur, vt ratione nitatur, ita vt probabiliter iudicetur vtilius esse communitati contra legem quàm secũdum legem facere, vt si finis legis omnino cessasset, vel eius materia ob aliquam cir-

circunstantiam sit pernitiosa, vel inutilis, vnde fieri potest quòd initio consuetudo fuerit irrationabilis, quod tamen excusat posteros, qui præsumūtur ducti ratione ad tenendum consuetudinem maiorum cuius causam ignorant, vt inquit Gaiet. q. 97. art. 3. Silu. consuetudo. q. 7. Sot. lib. 1. de iust. q. 7. art. 2. ad 2. tertiò requiritur, vt sit præscripta, vt in quacunque re non minus q̄ duo actus sint ad hoc facti ad eam inducendam, vt in optione facienda præbendarum, tolerata non ex impotentia, vel negligentia, sed quadam conniuentia. vt d. Sot. loco cit. vel alias arbitrio prudentum qui arbitrentur eam esse præscriptam; & populus potest inducere cōsuetudinem etiam quę legi repugnet licet in his non possit facere legē, principe sciente eam. Berous. in Rubr. de constit. nu. 55. quod si q d inductū sit secundum, vel præter legē, etiā principe ignorante à populo, in consuetudinē induci potest Berous. ibi. alias requirūtur decem anni inter præsentes, viginti inter absentes, contra ecclesiam tamen re-

4 Consuetudo quo inducat.

quiritur consuetudo quadraginta annorum. Abb. & Inno. in cap. dilectus. de consuet. nisi Papa sciente id fiat, si etiam actus contrariatur iuri canonico requiritur spatium quadraginta annorum, nisi in statu ecclesię temporali sit circa bona ꝓphana, vel nisi prælatus id sciat & toleret. Corn. cons. 155. col. pen. lib. 4. sic nec decem anni sufficiunt vbi sit prę iudicium his, quæ principi sunt reseruata, sed requiritur consuetudo immemorabilis. Abb. Imol. & alij in cap. fi. de consuet. vel præscripta dicitur consuetudo quā princeps, scit & tolerat, quandoque tamen sat est vnicus actus, vt extructio pontis in via publica. Abb. Butr. in c. fi. de consuet. Corn. cons. 90. nu. 6. 7

Ratio, nam omnis lex à ratione proficiscitur, & voluntate legislatoris, lex scilicet diuina & naturalis à rationabili Dei voluntate, lex humana à voluntate hoīs à ratione regulata venit, & sicut ratio, & voluntas hominis manifestantur verbo in rebus agendis ita & facto, id enim quisque videtur eligere, vt bonum quòd opere complet, sed verbo humano lex potest mutari, & etiam exponi quatenus manifestat interiorem motū, & conceptum rationis humanæ, vnde etiam per actus maxime multiplicatos quod consuetudinem efficit mutari potest lex, & exponi, & aliquid causari, ꝙ virtutem legis obtineat, quatenus scilicet per exteriores actus multiplicatos interior voluntatis motus, & rationis conceptus efficacissimo declaratur, ꝙ enim sępe fit videtur ex deliberato iudicio rationis prodire, & sic consuetudo habet uim legis cuius est interpres, & eam potest abolere. Non valet tamen consuetudo in pluribus casibus, vel ex parte eius qui illam sibi assumit, vel cō-

5 Consuetudo quib. casib. non valeat.

tra quem assumitur, vel ratione rei super qua inducitur, vt si simplex sacerdos vellet ex cōsuetudine arrogare sibi ea q̄ sunt ordinis episcopalis, vel vt moniales vel aliæ personę laicę vasa sacra contrectare possint. c. sacratas. 23. d. In secūda specie, si qua consuetudo aduersus Deū vel ius diuinū inducta sit non valet c. si consuetudinē, & per tot. d. 8. c. fi. extra. eo. vel vt Papæ, vel Epo subditus obedire nō teneatur, vel nō dare procurationes episcopo visitanti, vel vsuram exercere possit & huiusmodi c. cum non liceat c. accedentes de præscr. c. cum instantia. c. venerabili. de censib. Berous in c. quia in omnibus de Vsuris, vel vt clericus coram iudice seculari conueniri possit, aut alias libertas ecclesiæ adimi. Abb. & Dec. in cap. clerici de iudic. Doct. in c. ecclesia S. Mariæ. de cōst. sic etiam clerici non astringuntur cōsuetudinibus laicorū, vt nec eorū statutis, ēt si causa coram iudice laico agatur, ēt si lis principaliter contra laicum agatur, nec si ius commune sit clericis cum laicis, vt nec e conuerso laicorum consuetudo clericos stringit si tamen cōsuetudo communis sit clericis cum laicis, etiam clericos astringet, nec eā recusare possunt consuetudinem quam vt sibi fauorabilem experti sunt, si postea contra se à laicis proponatur, vt & clericus litigans in foro seculari, tenetur in præparatorijs iudicij sequi consuetudinem fori secularis, vt quod instrumentum habeat paratam executionem, cū præpara-

toria

toria respicere videatur, vt & tenentur consuetudini, quæ respicit solemnitatẽ contractus, vel qñ laicorũ bona ad eos peruenissent, vel si cõsuetudo laicorum nõ præiudicet ipsis vel eorum bonis, à clericis quoq; sequenda erit, vt d. Cucch. tr. de consuet. à nu. 45. ad 74. qui tamen clerici vti possunt cõsuetudinibus & statutis laicorũm, ipsis clericis, & ecclesijs fauorabilibus, vt habet' in tr. de clericis, sub. t. de priuil. cler. sic consuetudo non astringit principem nisi naturalis sit Rebuff. tr. de consuet. art. 2. glos. 2. Non valet pariter cõsuetudo, quod possit quis sine superioris authoritate beneficium dimittere, vel electus ad ministrare ante confirmationem. c. cum venerabilis. de consuet. vel quod in causis ecclesiasticis populi dicto stetur, c. ad audientiam. extra. eod. vel quod à sententia cõseruatoris non appelletur ad legatum, vel à Papæ sentẽtia appelletur ad aliũ, cum sit contra substantiã appellationis Rui. cons. 3. nu. 3. li. 4. & si consuetudine est alicubi receptũ ꝙ ad minoré prouocetur hoc ipso, maior censebitur Dec. Berous. in rubr. de appell. nu. 26. si quæ tñ cõsuetudines habeãt, vt laici ad epm appellẽt est seruanda. Berous. in c. sicut duob. nu. 115. de appell. Nõ valet ẽt cõsuetudo, vt quis duas dignitates psonatus, administrationes, vel officia ppetua hẽat. c. 1. de consuetudine in 6. vel ꝙ nõ teneatur quis in beneficio curato residere, vel ꝙ satisfaciat ibi per Vicariũ inseruiendo. c. licet de el. in 6. Feli. in c. cum oẽs. col. 17. de cõsti. vel ꝙ fructus beneficiorũ in pauperes nõ sint erogãdi. Crau. cõs. 115. nu. 5. vt alibi vt nec ꝙ grã officij cõcionãdi aliquid detur pter alimenta licet in vim eleemosinę id induci possit. Abb. in c. cum tua. de sim. in c. cum M. Ferrar. de consti. nec quod iudex ecclesiasticus aliqd à partib. nec vt quotã litis, nec vt decimã præter cibariorum impensas exigat. c. cum ab omni vbi gl. & Abb. de vita & hon. glo. in clem. statutum. de el. Silu. iudex. 1. §. decimo. nec ꝙ matres filios suos lactare non teneantur, nec parentes filios alere c. ad eius. dist. 5. Rebuff. de consuet. num. 47. Abb. & Roch. in cap. fi. de consuet. nec quod quis in alieno ligna excidere possit cap. suggestum. de decim. Abb. in cap. dilecti. de arbitr. Rebuff. loco cit. nume. 51. Nec quod qui incuria, vel vitio, aut alio modo bona sua amiserit vel dissiparit, bona vxoris suæ arbitrio suo alienare possit. cap. ex parte. de consuet. nec ꝙ mulier adulterium committens, dimidiam bonorum à viro acquisitorum lucrari possit, nec quod pœnitentiæ sacramentum non debeat ministrari ad vltimum supplicium damnatis. clem. 1. de pœnit. nec consuetudo qua permittitur interdictum iustũ ecclesiasticum violari. c. cum inter eos. eod. extra. nec quod à Vicario episcopi ad episcopum, vel ab eodẽ ad seipsum appelletur c. 2. eo. in 6. Nec consuetudo qua appellatio tolleretur valet, nec illa qua eligendi facultas aufertur. Abb. in c. cum terra. de el. Nec vt calumniæ iuramentũ expresse remitti possit. c. ceterum. de iur. cal. Roma. sing. 423. Soci. cons. 59. col. fi. lib. 2. Nec quod liceat fœnerari quo ad peccatum, licet consuetudo in his à pœna ciuili liberare possit. Berous. in cap. quia in omnibus de Vsuris. Nec quod quis blasphemare possit. Crau. consil. 6. nu. 5. Nec quod solemnitas à iure inducta super alienatione rerũ ecclesiarum omitti possit. Doct. in cap. nulli. de reb. eccl. Nec quod iunior præferatur seniori, & minor maiori, nisi immemorialis sit. Host. Io. Andr. Imol. in cap. 1. de maior. & obed. Nec quod aliquis regularis præficiatur ecclesiæ Cathedrali clero, & populo carenti, licet cum consensu sui prælati, sine Papæ authoritate, clem. in plerisque. de elect. Nec quod libris mercatorum omnino credatur cum sic detur occasio delinquendi. Bald. in l. vn. colum. 3. C. de confess. Abb. in cap. bonę 2. col. vlt. de postul. pręl. Alex. consil. 30. nu. 10. lib. 2. Nec ꝙ cuicunq; scripturę etiã priuatę credatur. Crau. de antiq. temp. sect. 1. nu. 12. Nec ꝙ quis consuetudine omnino eximatur à decimarum solutione. c. in aliquib. c. cõmissum vbi Doct. de decimis. Nec ꝙ qui testibus vel instrumẽtis plene probarit, iuramẽtum pręstare ad hoc teneatur Abb. Feli. & alij in c. 2. de probat. Nec ꝙ in quo-

cunq; probatione quinq; vel sex testes requirãtur. Berous. in c. sicutnu. 41. de probat. Nec φ qs cõfessorẽ eligere possit sine licentia proprij. c. 2. de pœnit. & rem. in 6. & vbi consuetudo est semel reprobata, amplius introduci non potest gl. Gem. Imol. in c. 1. de constit. in 6. & huiusmodi q̃ passim apud doctores hñt

6 Consuetudinis effectus quis sit.

Effectus porrò consuetudinis maximus est, ita vt legi ęquiparetur c. diuturni c. cõsuetudo. dist. 12. l. de quib. ff. de legib. imo & legem tollat si rõnabilis sit. d. l. si eam subsequatur, secus si à lege superueniatur mõ quo infra. c. nõ debet. c. non oportet de consang. & affin. & per legẽ consuetudini derogetur. gl. in l. pen. C. quę sit longa consuet. quę tamẽ non intendat tollere consuetudinem specialẽ, nisi illi derogando. c. 2. de const. in 6. c. fi. eo. de consuet. in 6. & notatur in c. fi. extra. de consuet. præterea iudex ciuilis & criminalis causæ consuetudines, vt & leges seruare debet l. obseruare l. aggressorum. ff. de off. proc. Bal. cons. 318. alias punitur Bal. in l. 1. C. quæ sit longa consuet. Felin. in c. nam concupiscentiam. de constit. & etiam est seruanda in foro conscientiæ, nisi perniciosa sit animæ. c. denique 4. dist. c. in his. 11. distin. quæ & tribuit iurisdictionem, quatenus facit vt præsumatur præcessisse priuilegium. Roc. in cap. fi. de consuet. Bal. in l. etiam nume. 25. C. de exec. rei iud. Feli. in c. ex parte decani. col. 2. de rescr. quę & eximit aliquem à pœnis, humano iure, non autem diuino inductis. Bal. in l. vn. q. 3. C. de his quæ pœnę nom. Dec. cons. 115. nume. 2. vel saltem minuit pęnam humano iure inductam. l. in seruorum. ff. de pœnis. & si actus qui geritur prima facie videtur inniti bonis moribus, vel saltem non esse turpis, sic consuetudo excusat à pœna temporali. glo. in cap. cum venerabilis. ver. consuetudinem de consuet. vnde qui pugno ex ludo inducto aliquem occidit, non subijcitur pœnę homicidij. cap. lator. de homic. Dec. consil. 9. tametsi ea consuetudo sit praua & tollenda, nec peccatum euitetur. Efficit etiam consuetudo, vt minus plena probatio pro plena habeatur. Berous. in cap. 1. nume. 33. de appell. Abb. in cap. 2. de probat. quæ etiam efficere potest, vt filius familias testamentum facere possit. Rebuff. tr. de consuetud. nume. 85. & excusat notarium consuetum scribere nomina absentium, vt præsentium, à crimine falsi, & quod authenticum instrumentum sit quod alias non esset, & vt testes non se subscribant instrumento Butr. in cap. 1. de fid. instr. Alex. cons. 39. col. 1. lib. 3. Dec. cons. 618. colum. 1. & vt quis agere possit sine mandato, vbi consuetudo eũ admittit. Bald. in cap. 1. qui feud. dare poss. & vt quis decedat pro parte testatus, pro parte non, & cum pluribus testamentis. Imola. in l. 2. ff. de vulg. & quod hæredes possint institui in codicillis, & quod pupillus obligetur sine authoritate tutoris. l. more. ff. de acqui. hęred. & fęmina iudex esse valeat. Petr. Rauen. de consuet. nu. 189. vt & episcopus in casu soli Papę reseruato absoluat Silu. dispensatio. quæst. 9. quod intelligitur Papa sciente & tolerante; & quod credatur libris capituli; de datione rei in emphiteusim, & canonis solutione. Alex. consil. 124. lib. 5. vt & iudex sua acta conscribat. Rebuff. d. tract. nu. 87. & vt solemnitas iudicialis remittatur. Innoc. in cap. 1. de lib. obl. Rebuff. d. tract. nume. 94. vt & iudex citet aliquem in alieno territorio. Bald. in Rubr. de consuet. Rebuff. ibi nu. 99. & vt venditor teneatur vendere cõsanguineo vel consorti. Tiraqu. in præfat. de retr. nume. 57. & vt res inter alios acta, alijs prosit. Bald. in rubr. C. res inter alios. & vt possessio ipso iure transferatur. Rebuff. d. tract. nume. 103. cum consuetudo æquiparetur priuilegio, & priuilegium ex cõsuetudine p̃sumatur. Inn. in cap. nouit. col. 2. de iudic. quo, scilicet ad hoc quod facit præsumere inductum ex ea, esse inductum ex priuilegio, in ijs quæ repugnant iuri communi, vt excommunicandi conferendi beneficia, & huiusmodi Silu. excommunicatio 1. nu. 5.

Quo vero ad interpretationem cõsuetudinis, anguste est interp̃tãda, vt cõsuetudo dandi in feudũ res ecclesiæ intelligit intra terminos cõsuetudinis Bal. in auth.

7 Consuetudo qualiter sit interp̃tãda, & à quo.

auth. qui rem, & ibi Iaf. C. de facr. eccl. vnde & si cõsuetudo sit quod teneatur vicinus vendíturus requirere vicinum an emere velit, si tamen secus fiat, venditio valebit, vt d. Alex. conf 173. num. 7. lib. 6. sic & si relinquitur vsus fructus omnium bonorum vxori, restringitur ad alimenta, si filij sint instituti hęredes ex cõsuetudine, secus si extranei, vt d. Imol. & Alex. in l. titia cum testamẽto §. titia cum nuberet. ff. de leg. 2. vel transuersales, Imol. ibi etiam frater vel soror, vel ascendẽtes, vel si institutis filijs, ijs mortuis, extranei succedant, quia sic integrum legatũ debetur. Alex. ibid. Parif. conf. 21. col. 1. lib. 2. & etiam si transferantur in fiscum. Rui. conf. 17. nume. 13. lib. 2. Vlterius consuetudo est angustior statuto, quod extenditur, non autem cõsuetudo de persona ad personam, vel casu ad casum. Dec. conf. 389. Castr. conf. 340. quia supra, lib. 2. vnde si cõsuetudo habeat quod fœminę cum masculis admittantur contra statutum, non procedit extra illum casum quo viguit, vnde nec consuetudo extenditur extra locum vbi viget, cum nec consuetudo ecclesiæ Romanæ alias arctet, nisi id specialiter caueatur. gl. in c. si quis nos, & c. nolite. 12. dist. tametsi consuetudo cathedralis arctet ecclesias Diœcesis, & qui sunt territorij ligantur consuetudine ciuitatis, nisi habeant propriam consuetudinem ijs casibus quibus comitatenses propriam possunt habere consuetudinem Rom. conf. 61. incip. licet in fi. vt & consuetudo in vniuerso territorio extẽditur ad loca eiusdem territorij vbi nũquàm viguit, & ad loca vnita, nõ autem disparata, ex necessitate, licet de consilio possint eam sequi, vt d. Cucch. tr. de cõsuet. à nu. 161. ad 168. Ampliatur etiam consuetudo in accessorijs cum naturã principalis sequantur. Crau. de antiq. temp. nu. 63. & in his quę sunt ex natura actus ipsius, & rei quę cõsuetudinem patitur. vt d. Crau. d. nu. Et in his quæ necessario antecedere oportet, consuetudini locus datur, vnde si cõsuetudo dat iurisdictionem in executione sententiæ, dat & in pronuntiando. Crau. d. nu. Rom. consil. 243. & idem in correlatiuis. auth. hoc locum. C. de sec. nupt. vbi Bal. & etiam ampliatur vt trahatur ad eum casum, qui saltem ex vocabuli lata significatione sub casu expresso comprehenditur, licet alias consuetudo repugnet iuri cõmuni, vel ab eo exorbiter. l. filiũ habeo. ff. ad sen. c Maced. vnde si cõsuetudo excludit filiam stante masculo, excludet & neptem ex filia. Crau. d. tr. nu. 81. & etiam extenditur ad eum casum qui aliter ex communi vsu loquendi in eo continetur, vnde statutum, vel consuetudo excludens fęminas ab intestato stãtibus masculis, comprehẽdet etiam casum cũ pupillus decedit, licet magis intestabilis quàm intestatus vocetur. Crau. d. tr. nu. 80. Corn. consil. 318. lib. 1. & etiam extẽditur ad id quod à lege antiqua fuit ęquiparatum, nisi taxata & limitata esset consuetudo. Crau. d. num. 98. ad 108. & etiam extenditur consuetudo, cum fraudibus extensione occurritur, nec diuersa militat ratio, & cum absurdum vitatur, & in subrogatis, & ne inutilis reddatur consuetudo, vel si alius casus ad quem extenditur, idem sit in substantia, licet accidentia diuersa, vel casus habeat eandem dimensionem cum eo qui expressus in cõsuetudine est vt d. Crau. in d. tr. Et etiam in pœnalibus extenditur vbi eadem viget ratio, vbi agitur de publico fauore, vt quod delicta puniantur, vbi constat delictum esse commissum, alias secus, vel ex publica vtilitate vel si piæ causæ fauetur, vt d. Crau. d. tr. §. Videamus modo, vbi & alios casus extensionis consuetudinis enumerat.

Tollitur porro cõsuetudo contraria consuetudine speciali subsequente, & ẽt generali. Corn. conf. 83. nu. 14. lib. 4. Alciat. in l. pacta nouissima. C. de pactis, & si duæ concurrunt consuetudines statur æquiori, sic tamen, vt vbi sequens consuetudo habet priorem tollere, sit præscripta. Iaf. in l. 1. de quibus. nu. 79. ff. de legibus, in possessorio tamen, non oportet quod secunda sit præscripta vt tollat priorem, vt ibi. d. Iaf. vt nec consuetudo, quæ gratiæ innititur priorem tollit. gl. in c. consuetudo. dist. 1. consuetudo tñ quæ non requirit præscriptionem, vt patris familias etiam nõ præscripta põt prio- *Consuetudo qualiter tollaẗ.*

priorem tollere. Bal.in c.1. §.notandū. qui feud.dare poss. & quod dicitur posteriorem consuetudinem tollere priorem, intelligitur si est certa, secus si sit dubia. Alex.cons. 110.nu.1.lib.1. Tollitur etiam lege cōsuetudo sequente. Abb. Feli.& alij in c.sicut de probat.nō intelligit tamen lex derogare consuetudini loci speciali, vt sibi ignotæ per legē generalem.c.1.cum ibi not. de const.in 6. nisi deroget omni consuetudini etiam speciali in contrarium existenti. not.in c.fi.de consuet. non tamen lex intelligitur derogare consuetudini subsequenti, si nō reprobatur, vt irrationalis. Berous in d.c.sicut num.79.de probat. & eo magis si noua causa superueniat quæ consuetudinem inducat. Couar. lib. 3. var. resc.c.12.nu.4.si vero cōsuetudo tollatur, vel simpliciter reprobatur, & sic etiam futura tollitur per legem præcedētem. Gem Franch.in c.1.de const.in 6.

9 Consuetudinem pbare quis teneatur.

Probare demum cōsuetudinem cum facti sit, is debet qui eam allegat, gloss. & doct.in d.c.& etiam. iudex ex officio vbi de modico præiudicio agitur, vt in ordinatione litis, super ea informationes sumere potest. Butr. in c.fi. de consuet.alias pars citāda est, & est difficilis eius probatio,gl.in c.fi.de consuet.quia probare testibus oportet, primo vsum populi, frequentiam vsus, & temporis diuturnitatem. Bar in l.2. C.quæ sit longa consuet.q.18.Rebuff.d.tr.art.2.gl.3. num.21.cum seq.quandoque tamen nō est difficilis probationis, vt cum super ea semel pronunciatum est, quæ consuetudo ex duabus sententijs dicitur induci, vel probari etiam si intra decem annos ferantur, vt d.ibi Rebuff.nu.9.& 10.

10 In legibus q possint dispēsare, quibus ex causis, & quomō.

Quarta propositio. Quod attinet ad dispensationem in lege, si loquamur de lege naturali, & diuina dicēdum est qđ omnia præcepta decalogi sunt prorsus indispensabilia, etiam de potentia Dei absoluta, nam omnia & singula eorum habentur necessario, & intrinsece coniunctam rationem iusti, & recti, ergo licite contra illa fieri non potest; antecedēs probatur, nam in præceptis decalogi non præcipitur, vt reddamus Deo debitum & proximo quomodocunq;, sed quando recta ratio dictat esse reddendum, verbi gratia præceptum de non furando non præcipit ne alienum accipiamus, sed ne id iniuste accipiamus; & idem in præcepto de non occidendo, non præcipitur ne vnquam occidamus, sed ne iniuste id agamus, sed implicat contradictionem, quod id fiat licite quod ex se & intrinsece est malū, ergo implicat contradictionem quod illa præcepta sint dispensabilia, vnde auferre alienum, vt alienum est intrinsece malum, ergo in eo non cadit dispensatio: præterea præcepta decalogi affirmatiua præcipiunt id quod ex se est rectum, negatiua vero prohibent quod ex se est iniustum & malum, ergo implicat contradictionem, quod sint dispensabilia; consequentia probatur, nam si essent dispensabilia, liceret facere quod ex se est iniustum, quod est impossibile. Sot.lib.1.de iust.q.3.art. 8. Valentia. 1. 2.disp.7.q.4. puncto.6. Neque aduersatur, quod Deus Hebræis præcepit vt vasa Egiptiorum surriperent.Ex.11.Deus enim duplicem habet potestatem, vnam iure creationis, qua absolutum rerum omnium dominium habet, aliā vt iudex & legislator, ratione primæ potest iure rem vnius alteri dare, & ita potuit vasa ægiptiorum, vt dominus omnium tradere Hebreis, & eisdem dare terram promissionis primis habitatoribus inuitis, nec per hoc dicitur dispensare in præcepto de non furando, vt & dominus omnium corporum, potest & innocentem iure neci tradere, vt & homo pecus suum; preterquàm dici potest Deum iudicis authoritate vsum, nam Hebreis cōcessit vt vasa ęgiptiorum, quibus seruierant in luto & latere faciendo, nec mercedem ab ijs acceperant, surriperent vt sibi satisfacerent, & sic non fuit dispensatum, cum nō sit facta legis relaxatio superioris authoritate, quod ad dispensationem pertinet, vt nec iudex cum criminosum bonis suis priuat, furtum committit, nec in furto dispensat, vt nec in homicidio cum reū neci tradit, quia illa prohibitio ad talē occisionem non extenditur, imo illam præcipit. D.Th.2.2.q.66.ar.5.ad primū.

Non

Non ob pariter quod Oseę Deus pręcepit Oseę 1. vt acciperet vxorem fornicariam, per hoc enim non dispensauit in præcepto de non fornicando, sed cum sit dominus corporum, potuit concedere Oseę, vt illa vteretur etiam inuita, & licet iure ordinario consensus requiratur ad matrimonium, Deus tamen potest duos etiam inuitos coniungere, & efficere vt id matrimoniū validum sit, & fore ibi eorum etiam animos conciliauit, vt in matrimonium consentirēt; & in hoc sensu iussus est Oseas suscipere filios fornicationis, quod illi iussum est suscipere prolem, quæ tunc fornicaria erat, cum id dixit, postea tamen non fuisset fornicaria, quia concessio Dei faterat vt illa proles non esset fornicaria, etiam si nullus esset animorum consensus. Non ob pariter quod Deus præceperit Abrahæ, vt filium innocentem occideret Gen. 22. id enim facere potuit vt dominus omnium corporum. Sot. lib. 2. de iust. q. 3. art. 8. vbi & respondet alijs locis scripturę, de qua re supra etiam est dictum, licet hic clarius. Alia vero præcepta quæ extra decalogum vagantur, nec in eo explicite, vel implicite continentur etiam si sint iuris naturæ, recipere possunt dispensationē, quæ scilicet intrinsece non continent rationem iustitiæ, sed speciales modos illam seruandi, verbi gratia, nullus iniuste agat, vel nullus destruat rempublicam, hæc pręcepta continent rationē intrinsecam iusti, vnde in illis legibus nō cadit dispensatio, sed si addatur, nemo fores vrbis, dum obsessa est, pandat, quia id non est salus ipsa Reipublicæ, sed modus eam seruandi, nulla esset repugnantia vt ex causa in hoc dispensetur, dum fugiens dux se illuc vult recipere, vt & alias est dictum, præcepta vero decalogi sunt prioris ordinis, ideo non recipiunt dispensationem. Sot. ibi. Et in hoc sensu intelligi potest quod dictum est supra c. 5. in fi. Deum posse aliquos eximere ab obligatione legis naturalis, scilicet vel mutando conditiones rei, vt dominus omnium vniuersalis, & hoc pacto tradendo rem vnius alteri, vel concedendo aliqua quæ non continent intrinsece aliquid cōtrarium iustitiæ, sed modos speciales illam seruandi, iuxta exemplum supra allatum, non tamen concedendo aliquid intrinsece malum vt supra, & in hoc sensu etiam papa aliqua addendo, vel detrahendo in particulari à primis principijs naturalibus, vt conclusiones, ius naturæ mutare potest, vt d. Anchora. de auth. eccl. q. 60. art. 1. qui tamen ius naturę quo ad prima principia mutare nō potest per subtractionem efficiendo id quod est iuris naturę, amplius non esse, quo tamen ad secunda pręcepta ab eo iure surgentia quandoq; aliquid ei minui potest, vt de deposito ense non reddendo furioso Sot. lib. 4. q. 8. art. 5. Qui papa licet non possit dispensare in lege Diuina arg. c. inferior. 21. dist. potest tamen, eam interpretando, quod ei licet, vt dixi Tomo 1. tr. de auth. sacræ script. declarare illam aliquo casu speciali, non ligare aliquā specialem personam in casu aliquo particulari, quia id afferret malum, vel esset impedimentum maioris boni si ad litteram seruaretur, vt de ieiunio infirmi, defensione sui, etiam occidendo, clem. 1. de homic. & hoc pacto dicitur in iure diuino dispēsare licet improprie D. Th. quodlib. 4. ar. 13. quodl. 9. art. 15. Maior. 4. dist. 24. q. 12.

Si vero loquamur de lege humana. Rectores multitudinis possunt in legibus humanis dispensare, si tamen sine ratione quis dispenset ex sola voluntate imprudens est, & peccat, probatur quo ad primam partem. 1. Cor. 9. dispensatio mihi credita est & in Conc. Trid. sess. 24. c. 16. & sess. vlt. c. vlt. quo ad secundam partem probatur 1. Cor. 10. vbi dispensatio datur in ædificationem.

Ratio, nam dispensatio proprie importat commensurationē alicuius cōis ad singula, vnde etiam gubernator familiæ dicitur dispensator quatenus cuiq; de familia cum pondere, & mensura distribuit, & operationes, & necessaria vitæ, sic ergo quilibet intelligitur dispēsare ex eo quia ordinat qualiter aliqđ cōe pręceptū sit à singulis implēdū contingit tñ qñq; vt aliquod præceptū qđ est ad commodū populi, vt in pluribus,

non est conueniens huic personæ, vel in hoc casu, quia per hoc vel impediretur melius bonum, vel induceretur aliquod malũ vtsupra q. 96. art. 6. periculosum vero esset, vt id iudicio cuiuslibet cõmitteretur nisi forte ob euidens, & subitum periculũ d. ar. 6. ideo is qui habet regere multitudinem habet potestatẽ dispẽsandi in lege humana, quæ suę authoritati innititur, vt scilicet in personis, vel in casibus in quibus lex deficit licentiã tribuat, vt præceptum non seruetur, si vero sine ratione sola voluntate licentiam tribuat non erit fidelis in dispẽsatione, vel imprudens, infidelis si non habet intentionem ad bonum cõe, imprudens si rationem dispensandi ignoret. Pro intelligentia notandum est differre, irritare, cõmutare, abrogare interpretari legẽ, vel in ea dispensare, quia irritare & abrogare est ex potestate dominij legem tollere, sic pater irritat vota filiorum, & maritus vxoris, certo modo cõmutare est mutare obligationẽ in æquale, vel melius, interpretari requirit acumen ingenij vno modo per modũ explicationis, alio modo requirit potestatẽ iudiciariã, prout iudex interpretatur legem ciuilẽ in aliquo casu particulari, & Papa interpretatur legem diuinam, dispensare est authoritate superioris soluere, vel relaxare in aliquo casu particulari legis obligationem quando deficit ratio legis, vel lex negatiue. His ita not. Prima sit assertio is qui condidit leges, aut condere potest dispensare potest in legibus à se vel suis præcessorib. latis, probatur 1. Cor. 9. vnde Rex potest dispensare in suis legibus & Papa in omnibus ecclesiasticis c. proposuit. de Conc. pręb. Non põt tñ quis dispensare in legibus latis à superiori potestate, cũ inferior non possit tollere legem superioris. l. 1. C. de legibus c. inferior. 21. dist. nisi sibi cõcedatur expresse, vel interpretatiue, vt ob cõsuetudinem quæ est legum interpres, si sit rationabilis, & Papa sciẽs id toleret, & alijs casibus dispẽsat episcopus quos ennmeraui tr. de episcopo c. 3. secunda assertio, causa requiritur in dispensatione, nã fieret iniuria alijs, si sine causa aliqs solus eximeret ab obligatione legis, 1. Cor. 10. & si ibi se misceat ius naturale, vel diuinum. d. hic Medina, dispensatum sine causa etiam à Papa, vt in voto, dispensatione non frui, sed nullam esse, præterquàm si beneficiũ conferatur minus digno; si vero lex est tantum humana, dispensatio in ea sine causa facta valida est, cum is possit & tollere ius humanum; si tamen causa falsa allegatur secus est, quia nõ valet dispẽsatio, & multi canonistę tenent dispensationem sine causa factam in statuto humano carere peccato, licet tuti⁹ sit abstinere vtsupra, requiritur etiam authoritas, alias non valet & prudentia ne venalis sit dispensatio. In hac q. latius agendo, Sot. li. 1. q. 6. ar. 3. d. superiorem dispẽsantẽ in l. humana sine causa rationabili peccare, vel pecato infidelitatis dũ nõ ꝓspicit bono cõi, sed suo vel alterius priuatæ ꝑsonæ, vel peccato imprudẽtię si zelus quo mouetur nõ respicit bonũ publicũ. Fel. vero in c. ad audiẽtiã 2. col. 3. ver. nihilominꝰ attende de rescr. d. ꝙ aut Papa dispẽsat super prohibitis à solo iure positiuo, & tunc sat est volũtas pro causa ex. Innoc. in c. cũ ad monasteriũ. circa med. de stat. mon. & ex cõi in clem. vn. de consang. & affin. qui tñ præsumitur semp motus ex rõnabili cã licet illã nõ exprimat. Ci. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. Fel. loco cit. col. 20. ver. quinta cõclusio, ꝙ intelligit̃ qñ motu proprio dispẽsat, secus si ad instantiã partis, quia sic si nõ appareat cã ꝓsumitur id cõcessisse ex importunitate petẽtis. Rom. cõs. 437. Fel. in d. c. col. 12. ver. limita q̃nto qui Fel. d. Papę dispensationẽ tenere ẽt in foro poli sine causa factã in his q̃ sunt meri iuris positiui, qa sicut põt princeps legẽ creare ita sola voluntate & in ea dispensare ex sola volũtate poterit ex Imol. in d. c. ad monasteriũ. vt d. Fel. in c. ad audientiã. col. 3. ver. & puto hoc ꝓcedere. Aut lex humana fundatur in aliqua ratione à iure diuino vel ex mero iure naturali descẽdẽte, & tunc d. Fel. dispensationẽ factã sine causa ẽt in foro fori nõ valere. ex Abb. in c. per vestras. col. 11. ver. nec obstat de arbitr. d. dispensationẽ contra ius diuinũ factã sine causa in foro conscientię non valere. ex gl. ordinaria in ca. non est. de voto.

voto. Innoc. in c. 1. de renunc. Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum. col. 8. ver. demum. concordat Sot. d. art. 3. ad fin. ver. si verò Papa dispenset.

Autius positiuũ est principaliter fundatum super bono publico, & si dispensatio illi bono publico præiudicaret, d. Felin. in d. c. ad audientiam. col. 3. ꝙ dispensatus non est tutus in foro conscientiæ, qui & d. ꝙ licet omnis lex videatur facta ad bonum publicum. c. erit aũt; tñ omnis lex non dr̃ principaliter facta ad publicã vtilitatẽ, cũ multę ad priuatam sint factæ, quibus partes possint renunciare. Doct. in c. si diligenti. de foro cõp.

Quibus stantibus, cum ex dictis per me supra cap. 1. constet legem respicere debere bonum commune, & si quando respicit priuatum, id ad commune dirigi debere, & rationabilem esse debere, tutius est vt sine causa rationabili in iure humano non dispensetur, non ausim tamen dicere etiam sine causa dispensatum tutum non esse, cum adsit potestas in dispensante, quæ satis videtur ad reddendum quem tutum in foro conscientiæ, cum & supra pro ea præsumatur, & sic sentit Sot. loco cit. ver. si verò.

Causæ verò dispensandi sunt 1. q. 7. c. necessaria. per totũ. tẽporis varietas, qđ aliud requirat: vt in c. non debet. de consang. Secundò, vtilitas, quia id ꝙ est bonum in communi, non sit bonum alicui particulari ob eius qualitatem id seruare, aliter id ei noceret, vel esset maioris boni impeditiuũ, tunc enim est dispensandum. Tertiò, ob personę qualitatem, quæ vtilis sit Reipublicæ, cum qua facilius dispensatur in prælaturis. Quartò, qualitas rei, si sit rei leuis, vel frequens sit, vel difficilis executionis, vt d. Sot. loco cit. qui & d. nedum principem supremũ, sed & alios rectores multitudinis, posse in legibus dispensare: de quibus & Silu. verbo, dispensatio.

Cauendum quoque ne impetretur dispensatio ex falsa causa, vel tacita veritate, aliàs nulla est. c. 2. de fil. presb. in 6. Silu. dispensatio. nu. 2. qui & d. dispensationẽ esse strictè interpretandã; quando exprimũtur personæ cum quibus est dispensandum, secus si non exprimantur, quæ tñ extenditur ad consequentia, nec finitur morte cõcedentis, etiam si impetrans vsus non sit gratia eo viuente, vt ibi d. q. 5. cum seq.

SVMMARIVM.

1 Lex diuina vetus bona fuit pro illo tempore, & vtilis.
2 Lex vetus à Deo data fuit, licet per Moisen.
3 Lex vetus data est p Angelos, & vt.
4 Lex vetus dari debuit solis Iudæis, & quare.
4 Lex vetus obligabat tãtum Iudæos, exceptis naturæ præceptis.
6 Lex vetus conuenienter data fuit tempore Moisis.

De lege veteri secundùm se. Cap. IX.

Prima propositio. Lex diuina fuit bona, & vtilis pro illo tẽpore; probatur Ps. 118. Rom. 7. 1. Tim. 1. Gal. 3. Act. 16. & quia eius author fuit Deus, cui nullus similis in legislatorib. Iob 36. & quia à Christo est etiam approbata. Matt. 5. vbi d. se non venisse, vt legẽ solueret, sed adimpleret; quam etiam ipse seruauit Matt. 8. Luc. 2. vt d. & Aug. lib. 2. con. litt. Pet. c. 51. & quia dirigebat homines ad Christum, vt pædagogus. Luc. vlt. Gal. 3. & quia iubebat ea quæ rationi congruunt, vt de non concupiscendo. Exod. 20. vt explicat Ap. Rom. 7. & erat vtilis pro illo tempore, ꝙ comprobat, & Ciril. Alex. lib. 1. in Ioan. c. 11. D. Aug. lib. contra Faust. & lib. con. aduers. legis & prophet.

D. Tho. 1. 2. q. 98.

1 Lex diuina bona fuit pro illo tẽpore, & vtilis.

Ratio, nam sicut doctrina dicitur vera, quia consonat rationi rectæ, ita lex dicitur bona ex hoc quia consonat rationi: Lex verò vetus rationi congruebat, quia concupiscentiam reprimebat, quæ rationi aduersatur. Exodi 20. Non cõcupisces. Ipsa ẽt oĩa peccata vetabat, quę sunt contra rationem: vnde patet ꝙ erat bona. Rom. 7. Bonũ verò secũdùm Dion. 4. de diu. nom. diuersos gradus habet, aliquid enim est perfectũ, aliquid imperfectũ; perfecta bonitas est in his

quæ ad finem ordinãtur, quando aliqd est sufficiẽs, ꝙ per se potest inducere ad finem, imperfectũ, ꝙ operatur aliquid ad hoc, ꝙ perueniatur ad finem non tamen sufficit ad hoc quod ad finem ducat, vt medicina est bona quæ perfectè sanat: imperfecta quæ adiuuat tantum: alius verò est finis legi humanæ, alius diuinæ, humanæ tẽporalis ciuitatis trãquillitas, ad quem finem peruenit lex cohibendo actus exteriores, quò ad illa mala quæ possunt pacificũ ciuitatis statum turbare, legis diuinæ finis est ducere homines ad æternam fœlicitatẽ, qui finis impeditur per quodlibet peccatũ, non solùm per actus exteriores, sed etiã interiores, ideò id ꝙ sufficit ad legis humanæ perfectionem, vt scilicet peccatũ vetet & pœnam apponat, non sufficit ad perfectionem legis diuinæ, sed oportet ꝙ hominem totaliter faciat idoneũ ad participationem fœlicitatis æternæ, ꝙ fieri non potest, nisi per gratiam Spiritus sancti, per quã infunditur gratia in cordibus nostris, quæ legẽ implet, hanc gratiam lex vetus non conferebat, quia id reseruabatur Christo, ideò lex vetus, licet bona esset, tamen imperfecta fuit. Et ꝙ fuerit imperfecta; probatur Heb. 7. vbi dicitur, ꝙ nil ad perfectum adduxit lex. Gal. 2. Act. 4. non est aliud nomẽ in quo nos oporteat saluos fieri. Ioan. 1. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Rom. 1. Vtilis tamen erat, vt inde homines cognoscerent se esse peccatores, quia per legem est cognitio peccati. Rom. 3. Secundò, quia metu pœnarum populum illum rudem in officio continebat, & erudiebat paulatim ad suscipiendum Christum, cuius vmbra erat. Galat. 3.

2 Lex Deo data fuit, licet per Moisen.

Secunda propositio. Lex vetus à Deo data fuit. Matth. vbi dicitur mandatum Dei. Rom. 1. Heb. 1. Luc. 1. 2. Cor. 4. Act. 3. & diffinitur in Conc. Tolet. I. & Tr. sess. 4. & probat Aug. libris con. Faust. & contra Adimantum, & contra aduersarios legis, & prophe. ita vt omnia mandata sint data per Deum, licet aliqua per Moisem explicata; probatur Exodi 24. & Hebr. 9.

Ratio, nam lex vetus ordinabat homines ad Christum dupliciter: primò, testimonium Christi perhibendo, vnde Luc. vlt. d. omnia impleri oportet, quæ dicta sunt in lege, Psalmis, & Prophetis. Secundò, per modum cuiusdam dispositionis, dum retrahens hominem à cultu idolatriæ, concludebat eos sub cultu vnius Dei, à quo saluandum erat genus per Christum. Gal. 3. sed eiusdem est disponere ad finem, & ad finem perducere, dicitur eiusdem, per se, vel suos subditos, quia diabolus legem nõ tulisset, per quam homines ducerentur ad Christũ, per quem eijciendus erat. Mat. 12. si Satanas satanam, &c. ideò ab eodem Deo, à quo facta est salus hominum per gratiam Christi, lex vetus est data.

3 Lex vetus data est p Angelos.

Tertia propositio. Lex vetus data fuit per Angelos; probatur Gal. 3. Lex data est per Angelos in manu mediatoris. & Act. 7. accepistis legem in dispositione Angelorum; Vnde id Exodi, apparuit Moises domino in rubo, D. Aug. libr. 3. de Trin. cap. 11. cum septuaginta legit, apparuit Angelus Moisi, qui tamen loquebatur in persona Dei.

Ratio, nam diuina debent deferri ad homines mediãtibus Angelis, secũdùm Dion. nam lex vetus imperfecta erat, supra art. 1. & disponebat ad salutem perfectam generis humani, quæ futura erat per Christum: sed in omnibus potestatibus, & artibus is qui est superior, principalem, & perfectum actum operatur per seipsum, sed præparat materiam per artifices subministrantes, ideò conueniens fuit, vt lex noui testamenti perfecta daretur, per ipsum Deum hominem factum, lex verò vetus per ministros Dei mediantibus Angelis.

4 Lex vetus dari dbuit solis Iudæis, & quare.

Quarta propositio. Lex vetus dari debuit soli populo Iudæo tantum, idq; nõ ob eius meritum, sed ob Dei misericordiam, electionem, & prædestinationẽ; probatur prima pars. Rom. 3. quia credita sunt illi eloquia Dei. & Ps. 147. nõ fecit taliter omni nationi; secunda pars probatur Es. 41. qui suscitauit ab oriente iustum, vocauit eum, vt sequeretur se. & Deut. 4. qui dilexit patres &c.

Ratio, nam decebat vt ille populus ex quo Christus nasceretur, quadam speciali

ciali sanctificatione polleret, Leuit. 19. sancti eritis, quia ego sanctus sum, nec id fuit ob meritum ipsius Abrahæ, vt talis promissio ei fieret, vt scilicet Christus ex eo nasceretur, sed ex gratuita Dei electione, & vocatione, cur verò illi populo gratiam fecerit Deus, vt ex eo Christus nasceretur, non est iudicãdum si non vult quis errare secundùm Aug. Dici tamen potest, ꝙ fides, & obediẽtia Abrahæ ex congruo meruerit, vt posito, ꝙ Deus proposuerit mittere filium suum in terras, ex eius progenie potius quàm alia nasceretur; probatur Gen. 22. quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, &c. & benedicentur in semine tuo, in Christo scilicet, vt exponit Ap. Gal. 3. omnes gentes, vt hic d. Valentia.

5 Quinta propositio. Lex vetus obligabat tantum Iudæos, quia solùm illi populo fuit promulgata. Ex. 19. 20. & multi ex gẽtilibus sine lege scripta salutem consequebantur, Rom. 2. quos Dion. 9. cap. cœlest. hierar. d. reductos ad Deum per Angelos. Præcepta tamen moralia illius legis omnes obligabant, non vt præcepta illius legis, sed vt emanant à naturali ratione.

Lex vetus obligabat tãtum Iudæos, excep tis naturæ præceptis.

Ratio, nam lex vetus aperiebat præcepta legis naturæ, & superaddebat quædam propria, quo ergo ad ea quæ continebat lex illa de lege naturæ, omnes tenentur ad eorum obseruationẽ, sed quò ad superaddita solus populus ille, nam lex vetus data fuit populo Iudæorum, vt quandam prærogatiuam sanctitatis obtineret, ob reuerentiam Christi, qui ex illo populo erat nasciturus, quæ verò statuuntur ad specialem sanctificationem non obligant nisi illos, vt ad quędam obligantur clerici, ad quæ nõ laici, & similiter religiosi ad quædã perfectionis opera obligantur, ad quæ nõ seculares, & sic populus ille ad quædam specialia obligabatur, ad quæ alij populi non obligabantur; & ob id quadam professione vtebantur, Deut. 18. perfectus eris. & Deut. 26. profiteor hodie etiam coram Domino Deo tuo. Et qui ex gentilibus volebant se illi populo aggregare, & legem seruare, admittendi erant, & etiam de tenebantur legem seruare, vt patet Exo. 12. ꝙ multi fecerunt: vt Hester 8. Et licet lex vetus pertinuerit tãtum ad Iudæos, etiam ad Christianos quodammodo pertinuit, videlicet vt figura quædam eorum quæ per Christum adimpleta sunt. 1. Cor. 10. 2. Cor. 1. & explicat Aug. lib. 19. con. Fau. c. 7. quæ lex obligabat non solùm ad pœnam, sed etiã in conscientia. Deut. 10 Dominus Deus tuus quid petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum. 1 Tim. 1. cum & peccatum sit transgressio legis diuinæ vt d. Ambr. lib. de parad. cap. 8.

Sexta propositio. Lex vetus conuenienter data fuit tempore Moisis; probatur ex gl. Gal. 3. 6

Lex vetus cõuenienter data fuit tempore Moisis.

Ratio, nam lex imponitur quibusdã duris & superbis, qui per legem domantur, imponitur etiam bonis, qui per legem instructi iuuantur ad implendum, ꝙ intendunt: conuenienter ergo tũc data fuit lex ad superbiam hominũ reprimendam, de duobus enim homo superbiebat de scientia, & de potentia; de scientia, quasi ratio naturalis ei posset sufficere ad salutẽ, ideò vt eius superbia conuinceretur ꝑmissus est homo regimini suæ rationis sine auxilio legis scriptæ, & experientia didicit, ꝙ patiebatur rationis defectum, cum ad idolatriam, & turpissima declinaret circa tempora Abrahæ, ideò post hoc tempus oportuit dari legem scriptam in remedium humanæ ignorantiæ, nam per legem est cognitio peccati, sed instructus per legem cognouit infirmitatem suam, dum implere non poterat, ꝙ cognoscebat, ideò Deus misit filium suum vt iustificatio legis impleret in nobis. Rom. 8. ex parte bonorum data fuit in auxilium, ꝙ necessarium fuit cum lex naturalis obscurari cępit ob peccatorum exuperantiã, vt hoc auxilio de imperfecto ad perfectum manu ducerentur, ideò inter legẽ naturæ, & gratiæ oportuit dari legem veterem. Testamẽtum tamen vetus cœpit tempore Abrahæ cui data est lex circuncisionis. Gen. 12. vt explicat Ap. Gal. 3. ꝙ testamentum, vel fœdus promissio, aut pactum dicitur de dando Saluatorẽ

ex

ex semine eius, & lex data fuit annis quatuorcentumtriginta, post fœdus cũ Abraham inito, quę data est, vt populus ille superbus agnosceret transgressiones suas, & se humiliaret, & pœnis in officio contineretur, ac viam ad Christum pararet, quem demonstrabat. Rom. 3. & 7. & Psalm. 118.

SVMMARIVM.

1 Lex vetus an contineat plura, vel vnum præceptum.
2 Lex vetus continet præcepta naturalia, & moralia.
3 Lex vetus continet etiam præcepta cœremonialia, & quare.
4 Lex vetus continet etiam præcepta iudicialia, & quare.
5 Legis pręcepta continentur sub moralibus cœremonialibus, & iudicialibus, & quæ sint hæc.
6 Lex vetus debuit sub pœnis obligare ad sui obseruantiam.

De præceptis legis veteris. Cap. X.

D. Tho. 1. 2. q. 99.

1 Lex vetus an cõtineret plura, vel vnum præceptũ.

Prima propositio. In lege veteri erãt diuersa præcepta secundùm diuersas materias in quibus versabantur, sed erat vnũ præceptum, & vna lex ex ordine ad vnum finem, scilicet charitatem, quæ vnit cum Deo, & proximo.

Ratio, nam præceptum legis cum sit obligatorium est de aliquo ꝙ fieri debet, sed ꝙ aliquid fieri debeat prouenit ex necessitate alicuius finis, vnde de ratione præcepti est quod importet ordinẽ ad finem, quatenus scilicet id præcipitur, quod est necessarium, vel expediens ad finem, cõtingit verò ad vnum finem multa esse necessaria, vel expedientia, & secundùm hoc possunt de diuersis rebus dari diuersa præcepta, quatenus ordinantur ad vnum finem: vnde omnia præcepta veteris legis sunt vnum secundùm ordinem ad vnum finẽ, multa secundùm diuersitatem eorum, quę ordinantur ad finem. D. Tho. q. 99. art. 1. & ibi ad secundum, & tertium.

Secunda propositio. Lex vetus continet pręcepta moralia, & naturalia; probatur Rom. 2. Eccl. 17. addidit illis disciplinam, quæ pertinet ad mores, vt explicat gl. Heb. 12. ꝙ disciplina est eruditio morum per difficilia: vt sunt ea quæ continentur Exo. 20. 2

2 Lex vetus continet pcepta naturalia, & moralia.

Ratio, nam sicut intentio principalis legis humanæ est, vt faciat amicitiam hominum ad inuicem, ita intentio diuinæ legis est, vt constituat amicitiã principaliter hominis ad Deum, sed cum similitudo sit ratio amoris, nõ potest esse amicitia hominis ad Deum, qui est optimus, nisi homines efficiantur boni, quæ bonitas hominis est virtus, quę facit bonum habentem, ideò oportuit præcepta legis veteris etiam de actibus virtutum dari, quæ sunt moralia legis præcepta.

Tertia propositio. Lex vetus continet præcepta cœrimonialia præter moralia, per quæ homines rectè ordinantur exterius ad diuinam seruitutem, cũ interius ad eum ordinentur per fidem, spem, & charitatem, quæ ordinatio latria dicitur; probatur Deut. 14. & ex August. lib. 15. con. Faust. c. 9. etiam lib. 10. ciuit. cap. 1. Beda in 4. Lucæ. 3

3 Lex vetus cõtinet ẽt pcepta cœrimonialia, & quare.

Ratio, nã lex diuina principaliter instituitur ad ordinandum hoĩes ad Deũ, humana ad ordinandũ eos ad inuicẽ, ar. præc. ideò leges humanæ non curarunt aliquid instituere de cultu diuino, nisi in ordine ad bonum commune hoĩum, ideò multa fixerũt circa res diuinas secũdùm ꝙ videbatur eis expedire ad informãdos hominum mores, vt patet in ritu gentilium, sed lex diuina homines ad inuicem ordinauit secundùm ꝙ conueniebat ordini qui est in Deum, quem principaliter intendebat, sed homines ordinantur in Deum non solùm per interiores actus mentis, qui sunt credere, amare, sperare, sed etiam per quædam exteriora opera quibus homo diuinam seruitutem profitetur, quę opera ad Dei cultum pertinet, qui cultus cæremonia dicitur, quasi munia, idest, dona Cereris quæ dea frugum dicebatur, quia primę ex frugibus oblationes Deo offerebant, & sic præcepta in lege Dei ad cultũ pertinentia spãliter dicũtur cœremonialia.

Quarta

4 Quarta propositio. Praeter praecepta moralia, & caeremonialia, sunt etiã praecepta iudicialia. Deut. 6. haec sunt praecepta, caeremoniae, atque iudicia, quę mãdauit Dominus Deus vobis.

Lex vetus cõtinet et pcepta iudicialia, & quare.

Ratio, nam ad legem diuinam pertinet, vt homines ordinentur adinuicem, & ad Deum, quorum vtrunq; in communi pertinet ad dictamen legis naturae ad quod referuntur moralia praecepta, sed oportet q vtrunque determinetur per legem diuinam, vel humanam: vnde principia naturaliter nota sunt cõmunia tã in speculatiuis, quàm in actiuis; Sicut ergo determinatio communis praecepti de cultu diuino fit per praecepta caeremonialia, sic & determinatio communis pręcepti de iustitia obseruãda inter homines determinatur per praecepta iudicialia, & secundùm hoc oportet ponere tria pcepta veteris legis, moralia, quę sunt de dictamine legis naturae, caeremonialia, q sunt determinatio cultus diuini, & iudicialia, q sunt determinationes iustitiae inter homines seruãdae. Rom. 7. vbi mandatum dicitur iustũ quò ad iudicialia, sanctum quò ad caeremonialia, quia Deo dicata respiciũt, bonum quò ad moralia, quia honestum. Praeterea omne praeceptum in lege contentum, vel est bonum secundùm se, & sic sunt praecepta moralia, quae legẽ naturalem in se continent, vel vtile quia componit hominem ad Deum, & sic sunt praecepta caeremonialia, vel ad alterum, & sic sunt praecepta iudicialia.

5 Quinta propositio. Omnia legis praecepta continentur sub moralibus caeremonialibus, & iudicialibus, alia nõ habent rationem praeceptorum, sed ordinantur ad ea; probatur Deut. 6. hęc sunt pręcepta caeremoniae, atq; iudicia, quae mandauit Dominus Deus vobis.

Legis pcepta continent sub moralib. caeremonialibus, & iudicialibus.

Ratio, nam in lege aliqua ponuntur vt praecepta, aliqua vt ordinata ad praeceptorum impletionem: praecepta enim sunt de his, quae agenda sunt sub ratione debiti, quae implet quis, vel ex authoritate praecipientis, vel ex vtilitate impletionis ob bonum delectabile vtile, vel honestum, & fugam cõtrarij. In veteri ergo lege quaedam indicabant authoritatem Dei pcipientis, vt Deuter. 6. Audi Israel Dñs Deus tuus vnus est, pręmia etiam, & poenae proponuntur obseruantibus, vel non Deut. 28. agenda verò non cadunt sub praecepto, nisi secũdùm aliquam debiti rationem, debitum verò est duplex, vel secundùm regulam rationis, vel secundùm regulam legis determinãtis, vt est etiam duplex iustum legale & morale: Morale debitum est duplex, ratio enim dictat aliquid faciendum, vel vt necessarium ad ordinẽ virtutis, vel vt vtile, vt ordo virtutis melius seruetur, & secundùm hoc quaedam moralia praecisè prohibẽtur in lege, vel pcipiuntur, vt non occides, &c. q propriè dicuntur pcepta, quaedã praecipiuntur, vel prohibentur non vt praecisè debita, sed ob melius, quę possunt dici mãdata, quia persuadent, vt Exo. 22. si pignus acceperis, vnde in praeceptis est iustitia, in mandatis charitas, secundùm Hieron. Debitum ex determinatione legis in rebus humanis ptinet ad iudicialia, in diuinis ad caeremonialia; pręcepta verò legis possunt dici iustificationes, quia sunt quaedam executiones legalis iustitiae: vnde patet q omnia legis pcepta ad pdicta tria referuntur, alia non habent rationem praeceptorũ, sed ordinãtur ad eorum obseruationem. Et sic per pręcepta moralia determinantur quę pertinent ad legẽ naturę, per caeremonialia q pertinent ad cultum diuinũ, per iudicialia quę pertinent ad iustitiam seruãdam inter homines, & licet lex pręcipiat ea quę pertinent ad fidem, spem, & charitatem, quę sunt supernaturalia, tñ dicuntur praecepta moralia cũ sint per se bona, & lumine naturali habeantur, vel verius superaddito: vt d. Caiet. vel q pcepta fidei nõ pertinent ad legem Mosaicam pręcipuè, sed Euangelicam vt d. hic Medina. licet & ibi opus esset fide in Deum, & Christum venturum, in Euangelica creditur in eum qui venit.

6 Sexta propositio. Lex vetus debuit inducere ad obseruationem pręceptorum per comminationes, & poenas; probatur Is. 1. si volueritis, & audieritis me, bona terrae comedetis, q si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit

Lex vetus debuit sub pęnis obligare ad sui obseruantiam.

deuorabit vos. Deut. 4. 28. Leuit. 26.

Ratio, nam sicut in scientijs speculatiuis quis inducitur ad assentiendũ conclusionibus per media sophistica, & incipitur à notioribus, sic ad obseruationem legis debuit incipi ab ijs quę sunt in hominis affectu, vt pueri prouocantur ad aliquid ex rebus puerilibus, sed lex vetus disponebat ad Christum, vt imperfectum ad perfectũ, supra q. 98. art. 1. 2. & ita etiam dabatur populo imperfecto in comparatione ad perfectionem quę erat futura per Christum, ideò comparatur puero sub pædagogo existẽti. Gal. 3. perfectio verò hominis est, vt spretis temporalibus, spiritualibus hæreat. Phil. 3. imperfectorum verò est, ꝙ bona temporalia desiderent in ordine tamen ad Deum, peruersorum verò est, ꝙ in temporalibus rebus finem constituant: vnde legi veteri conuenit, vt per temporalia quæ erant in affectu hominum imperfectorum manuduceret homines ad Deum. Non sequitur tamẽ, ꝙ in illa lege non fuerit promissio vitæ ęternę, quia imò fuit, ibi enim erat mentio immortalitatis animarum. Gen. 27. 1. Reg. 28. & de resurrectione mortuorum. Iob 19. Ezec. 37. & ibi promittitur Christus in quo erant benedicendę omnes gentes in cœlestibus. Gal. 3. Eph. 1. & veteres illi patres expectabant vitam æternam. Hebr. 11. & cognoscebant hic non dari pręmia iustis. Ps. 72. Iob 2. Hierem. 12. & tenebantur fideles ibi credere in Christum, & sperare promissa ęterna. Hebr. 11. & probatur Es. 64. Oculus non vidit &c. quę pręparasti diligentibus te. Dan. 12. Sap. 2. Verum est tamẽ, ꝙ per illam legem homines non iustificabãtur, sed iũctam cum merito fidei. Gal. 3. si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, viuentes tamen in illa lege cum fide Christi, & amore, & cõtritione peccatorum eius merito consequebantur vitam ęternam: vt d. August. lib. 4. cont. Fau. c. 2. & cont. Adim. c. 12. & 25. vt d. hic Medina.

S V M M A R I V M.

1 Pręcepta moralia ad legem naturę pertinent.
2 Pręcepta moralia veteris legis sunt de actibus omnium virtutum.
3 Pręcepta moralia veteris legis reducuntur ad decem præcepta decalogi.
4 Pręcepta decalogi conuenienter disponuntur ad Deum, & proximũ.
5 Pręcepta decalogi conuenienter enumerantur.
6 Pręcepta decalogi conuenienter ordinantur.
7 Pręcepta decalogi cõuenienter traduntur.
8 Pręcepta decalogi an sint dispensabilia.
9 Virtutis modus an cadat sub pręcepto.
10 Charitatis modus an sit ĩ pręcepto.
11 Pręcepta moralia veteris legis pręter contenta in decalogo, conuenienter distinguuntur.
12 Pręcepta moralia veteris legis an iustificarent.

De praeceptis moralibus veteris legis. Cap. X I.

PRima propositio. Præcepta moralia ad legem naturę pertinent: probatur Rom. 2. gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ sunt legis faciunt.

D. Tho. 1. 2. q. 100. 1 Præcepta moralia ad legem naturę pertinent.

Ratio, nam moralia dicuntur secundùm bonos mores, qui dicuntur in ordine ad rationem, quę est proprium principium humanorum actuum, vnde boni mores dicuntur, qui rationi congruunt: mali, qui contra. Et vt iudicium rationis speculatiuę procedit ex quibusdã principijs naturaliter cognitis, supra q. 94. art. 1. sic iudicium rationis practicę procedit ex principijs naturaliter cognitis quibus diuersè proceditur ad iudicãdum de diuersis, quędam enim in humanis actibus sunt ita explicita, vt statim cum modica consideratione possint approbari, vel reprobari per illa cõmunia principia, quędam ad quorum iudicium requiritur multa consideratio diuersarum circunstantiarum, quę consideratio

deratio est tantum sapientum, vt considerare particulares conclusiones scientiarum pertinet tantū ad Philosophos, quędam ad quę pter iudicium oportet hominem iuuari instructione diuina, vt circa credenda. Cū ergo moralia pręcepta pertineant ad mores bonos, qui rationi conueniunt, rationis verò humanę iudicium à naturali aliqualiter deriuetur, oportet omnia præcepta moralia pertinere ad legē naturę, diuersè tamen, quędam enim naturalis ratio hominib. iudicat statim esse faciēda vel ratio, vt honora patrem, non occides, &c. quę absolutè sunt de lege naturæ, quędam subtiliori ratione à sapientibus iudicantur esse seruanda, & de quibus minores à sapientibus instruūtur, licet sint de lege naturę, vt senem honorandum, & huiusmodi, quędam egent instructione diuina, vt de his iudiciū fiat per quā erudiūtur de diuinis, vt illud, non facies tibi sculptile, non assumes nomen Dei tui in vanum. In quo notandum, ꝙ pręcepta moralia dicuntur quę pertinent ad mores secundùm se; vnde licet nulla lege essent statuta, naturali ratione seruanda sunt cum mores componāt, ideò ad ius naturę pertinent, ꝙ est commune omnibus gentibus, & ideò obligant etiā nunc, non vt pręcepta legis veteris, sed vt pręcepta naturalia, & moralia in decalogo contenta, à Deo conscripta, & promulgata, & in duabus tabulis lapideis promulgata, vt patet Exodi 20. 31. Deut. 4. 9. 10. cum tamen alia pręcepta promulgarit Moises authoritate diuina, & non ipse Deus immediatè; vt patet Deut. 4. vt d. hic Valentia.

2 Pręcepta moralia veteris legis sūt de actib. omnium virtutum.

Secunda propositio. Pręcepta moralia veteris legis sunt de actibus omnib. virtutum: probatur ex Ambr. lib. de parad. c. 8. ante medium. vt d. hic D. Tho. à contrario.

Ratio, nam lex ordinatur ad bonum commune, vt supra, ideò secundùm diuersos modos communitatis diuersę leges imponuntur, est enim alius modus communitatis ad quem ordinatur lex humana, ordinatur enim ad communicationem ciuilem, quę est hominum ad inuicem, quę cōmunicatio per exteriores actus pertinet ad rationem iustitię, quę propriè est directiua communicationis humanę, ideò lex humana non proponit pręcepta, nisi de actibus iustitię, & si pręcipit actus aliarum virtutū, id est quatenus sumunt rationem iustitię. 5. Eth. cap. 1. alius est modus communitatis ad quem ordinat lex diuina; hominum. s. ad Deum in pręsenti, vel futura vita, ideò lex diuina proponit pręcepta de omnibus ijs, per quę homines benè ordinantur ad communicationem cum Deo, homo vero Deo iungitur ratione, vel mente in qua est Dei imago, ideò lex diuina de ijs pręcipit per quę ratio hominis benè ordinata est, ꝙ contingit per actus omnium virtutum, quia virtutes intellectuales benè ordinant actus rationis in seipsis, morales ordināt benè actus rationis circa interiores passiones, & exteriores operationes, ita tamen ꝙ quędam cadunt sub præcepto, quædam sub admonitione consilij.

Tertia propositio. Omnia præcepta moralia veteris legis reducuntur ad decem præcepta decalogi; probatur ex glo. Matth. 5. 3 Pręcepta moralia veteris legis reducuntur ad decē pcepta decalogi.

Ratio, nam alia præcepta veteris legis à præceptis decalogi differunt quòd hęc à Deo dicuntur populo per se data, alia per Moisem, & sic primorū homo per seipsum habet notitiā à Deo, & huiusmodi sunt quæ ex primis principijs modica consideratione cognosci possunt, & ita illa quę statim ex fide diuinitus infusa innotescunt. In pręceptis ergo decalogi non computantur ea quę homo statim intelligit, vt nulli malum esse faciendum, nec item quę diligenti sapientum consideratione inueniunt rationi conuenire, hęc enim prouenīūt à Deo ad populum, mediante disciplina sapientum, & prima continentur in decalogo, sicut principia in conclusionib. proximis, quę verò per sapientes cognoscūtur continentur in eo, vt cōclusiones in principijs. Vnde quę à sapientiorib. à decem pręceptis deducuntur, vt id Leuit. 19. coram cano capite consurge, & Deut. 18. non fœneraberis fratri tuo ad vsuram, & c. 24. non erit meretrix de filiabus Israel. & c. 25. non habebis in sa-

culo

culo diuersa pondera, quę alijs locis ponuntur in scriptura, ad decalogum pertinent, vel antecedenter vt principia, vel consequenter vt conclusiones, & ad illud reuocantur, quia ad naturalem disciplinam morum referuntur.

4 Praecepta decalogi cõuenienter disponuntur ad Deum, & proximũ.

Quarta propositio. Praecepta decalogi conuenienter disponuntur, vt alia ad Deum referantur, alia ad proximum; probatur ex gl. Aug. in Exo. q. 70. vt tria: nempe prima in prima tabula descripta, vel legibus in tabulis descriptis, ad Deum referantur, alia septem ad proximum, vt per tria prima rectè vnus Deus colatur, contrarijs obstantibus reiectis, per alia proximus rectè amaretur.

Ratio, nam Aug. ponit tria praecepta pertinentia ad Dei cultum, septem sequentia ad proximum, quia pertinẽtia ad vnum ponit sub vno, ad diuersa sub diuersis, & ad idem pertinet non habebis Deos alienos coram me, & non facies tibi sculptile, ideò ambo ponuntur sub primo. Hesichius verò ponit primum praeceptũ sic: Ego sum Dominus Deus tuus; secundum, Nõ habebis Deos alienos coram me; tertium, Non facies tibi sculptile; quartum, Non assumes nomen Dei tui in vanum; & sex reliqua ad proximum, & praeceptum de obseruatione sabbathi non esse de decẽ praeceptis, sed hoc videtur inconueniens, vt id praeceptum inseratur praeceptis decalogi, & de eis non sit. Origenes etiam ferè eodem modo distinguit, sed Aug. ponit duplicem cõcupiscentiam vxoris, & rerum, cum sit concupiscentia oculorũ, & carnis, & reliqua supra, ideò melius d.

5 Praecepta decalogi cõuenienter enumerantur.

Quinta propositio. Praecepta decalogi conuenienter numerantur; probatur Exo. 20. Deut. 4.

Ratio, quia vt praecepta legis humanae ordinant hominem ad quandam cõmunicationem humanã, q. praec. art. 2. sic diuinae legis praecepta eum ordinant ad quandam cõitatem, vel Rempubl. sub Deo, vt verò in communitate quis benè moretur, oportet primò, q̃ benè subsit communitatis praesidi; secundò, benè se habeat ad alios communitatis consocios, ideò in lege diuina ponũtur primo praecepta benè ordinantia hominem ad Deum, inde benè ordinantia ad alios proximos simul conuenientes sub Deo; principi verò cõmunitatis tria homo debet: primò, fidelitatem: secundò, reuerentiam: tertiò, famulatum. Fidelitas ad Deum consistit, vt honor principatus ad alium non deferatur, cuius respectu accipitur primum praeceptũ, Non habebis Deos alienos corã me &c. Reuerentia ad dominum requirit, vt nil iniuriosum in eum referatur, & cõmittatur, cuius respectu ponitur secundum praeceptũ, Non assumes nomen Dei tui in vanum; Famulatus debetur domino in recompensationem beneficiorum, q̃ ab illo subditi acceperunt, ad quod pertinet tertium pręceptũ; Sanctificationis sabbathi in memoriã creationis rerum. Ad proximos benè q̃s se habet generaliter, & specialiter: specialiter, quò ad eos quorũ debitor est, vt debitũ eis reddat, cuius respectu ponit praeceptum, de honoratione parẽtũ, generaliter vt nulli nocumẽtum inferatur, nec opere, nec ore, nec corde: opere ei nocumẽtum infertur in propriam personã, quo ad consistentiam eius, vnde ponitur praeceptũ, Non occides, quandoque in personam coniunctam, quò ad propagationẽ prolis, cuius respectu dicitur, Non moechaberis; quandoq; in rem possessam, quae ordinatur ad vtrunque, cuius respectu dicitur, Non furtum facies; Nocumentum oris prohibetur cum dicitur, Non loqueris contra proximum tuũ falsum testimoniũ, nocumentum cordi prohibetur cum dicitur, Non concupisces.

Sexta propositio. Praecepta decalogi conuenienter ordinantur; probat Rom. 13. vbi à Deo data sunt ordinata, ergo. 6 Praecepta decalogi cõuenienter ordinãtur.

Ratio, nam praecepta decalogi dãtur de his quae statim in promptu mens suscipit, supra art. 3. sed à ratione quid magis suscipitur, quo contrarium est grauius, & magis repugnans rõni: rationis verò ordo à fine incipit, ideò maximè est contra rationem, vt homo inordinatè se habeat circa finem: finis verò humanae vitae, & sui etiã est Deus, ideò per praecepta decalogi oportet primò ordinare ad Deum homines cum eius contrarium sit grauissimum, inter ea autẽ

in quae

in quæ homo ordinatur ad Deũ: primò, quòd ei fideliter subdatur nullam participationem cum inimicis habens: secũdò, quòd ei reuerentiam exhibeat: tertiò, ꝙ ei famuletur, & peius est in exercitu quòd miles infideliter agens cum hoste paciscatur, quàm si Duci irreuerentiam faciat, & hoc grauius quàm si in aliquo deficiens ei non inseruiat. In præceptis ordinatis ad proximum patet maius esse peccatum, & rationi repugnantius, si quis se benè non habeat erga personas, quibus magis est debitor: vnde primò ponitur præceptum ordinans ad parentes, inter alia verò præcepta apponitur ordo secundùm ordinem grauitatis, peccatum grauius enim est peccare opere, quàm ore, ore quàm corde, & inter peccata operis grauius est homicidium per quod tollitur vita hominis, iam existentis, quàm adulterium, per quod impeditur certitudo prolis nasciture, & adulterium est grauius, quàm furtum, quod pertinet ad exteriora bona.

4 Præcepta decalogi cõuenienter traduntur. Septima propositio. Præcepta decalogi conuenienter traduntur; probatur Deuteron. 4.

Ratio, nam in præceptis decalogi maxima sapientia continetur. Deuter. 4. hæc est sapientia, & intellectus coram populis, sapientis autem est omnia debito modo, & ordine disponere, ideò patet quòd præcepta legis conuenienti modo sint tradita.

5 Præcepta decalogi an sint dispẽsabilia. Octaua propositio. Præcepta decalogi sunt omnino indispensabilia; probatur Is. 24. licet facta quædam determinando, possint dici esse mutabilia, non tamen quò ad ordinem iustitiæ, quàm continent, vel quòd non dispensatur in primarijs principijs decalogi, cum sint cõclusiones elicitæ ex illo principio, iniustè non est operandum: secundaria verò præcepta legis naturæ, quæ non sunt præcepta decalogi, vt est præceptum de reddendo deposito, de voto seruando, patiuntur dispensationem impropriè dictam, quia mutatur conditio sine qua actus non est iam materia præcepti, quatenus tollit voti vinculum tãquam priuatæ cuiusdam legis, quo supposito, iure diuino debebatur votum impleri, vt & dispensando in matrimonio rato impropriè dispensat in iure diuino, eneruando vim mutui consensus personarum, qua conditione sic mutata non sunt amplius personæ sibi inuicem obligatæ. Vel impropriè per declarationẽ, cum scilicet Papa in casu dubij ex causa rationabili interpretatur aliquem nõ obligari ad materiam alicuius legis diuinæ in particulari; sic enim Deus ab æterno ob hanc declarationem Papæ ꝑuisam, excipit aliquem eo casu ab obligatione legis diuinæ, vt dicit hic Valentia, disput. 7. q. 8. puncto 4. Deus tamen, vt supra, potest dispensare in lege diuina, vel per priuilegium aliquem ab eius generalitate eximere, vt putatur piè Beata Virgo esse excepta à lege, quam Deus Adæ, vt erat principium generis humani, inflixit ob peccatum.

Ratio, tunc enim in legis præcepto dispensatur, quãdo occurrit casus, quo si verba legis seruarentur, contrariaretur eius menti, supra q. 97. art. 4. Intentio verò legislatoris ordinatur per se ad bonum commune: secundò, ad ordinem iustitiæ & virtutis, secundùm quem bonum commune seruatur, & ad id peruenitur, & si in his præcipitur, huiusmodi præcepta sunt indispensabilia, vt quòd nullus destruat Rempublicam, vel prodat ciuitatẽ hostibus, vel iniustè faciat: quòd si aliqua præcepta ad hæc ordinẽtur, quibus determinantur aliqui speciales modi: in huiusmodi præceptis posset fieri aliqua dispensatio, quatenus per omissionem huiusmodi præceptorum in aliquibus casibus non fieret præiudiciũ primis præceptis, quæ continent intentionem legislatoris, vt si præcipitur in obsidione ciuitatis, ciues vigilare debere, posset cum aliquibus dispensari ob maiorem vtilitatem; præcepta verò primæ tabulæ continent ipsam intentionẽ legislatoris, quia continent ordinem ad bonũ commune, & finale, qui est Deus; secundæ tabulæ præcepta continent ordinem iustitiæ inter homines seruãdæ, ideò sunt indispensabilia. Et sic id præceptum vniuersale, non est operandum iniustũ, est omnino indispensabile, quia

aliàs illicitum fieret licitum, & etiam præcepta particularia earum rationum quæ continent rationem iusti & boni, sunt omnino indispensabilia, quia contraria operatio est intrinsecè mala, ergo non potest iustè exerceri, & sic etiam præcepta decalogi sunt indispensabilia, quia ratio dictat ea esse seruanda pro loco, & tempore, & modo, & præcepta affirmatiua præcipiunt quod in se est iustum & rectum, & negatiua prohibent quod in se est iniustum, ergo sunt indispensabilia. Et licet non possit dispensari in lege diuina, dispensatione propriè dicta, vt scilicet obligatio legis diuinæ remoueatur ab actu, manentibus omnibus conditionibus secundùm quas actus erat materia præcepti, & ad eum quis tenebatur, cum id possit solus Deus sine sui mutatione; potest tamen Papa declarare non comprehendi aliquem in lege diuina cum aliqua circunstantia indicat casum non comprehendi in lege, vt quòd non sit confitendum id peccatum, ex cuius confessione immineat pœnitenti mors, vel si mutatur aliqua conditio sine qua actus iam non sit materia præcepti.

9 Virtutis modus an cadat sub precepto.

Nona propositio. Aliquis modus virtutis, vt quòd fiat ex scientia, & nõ ignorantia, cadit sub præcepto legis diuinæ, & humanæ, quia quòd facit ignorans, est per accidens, sic etiam quòd quis operetur volens & eligens cadit sub præcepto legis diuinæ, non autem humanæ, quæ non iudicat actus interiores; Modus tamen virtutis, quòd quis operetur ex habitu scilicet firmiter, immobiliter, promptè, & delectabiliter, non cadit sub præcepto legis diuinę, vel humanæ.

Ratio, nam lex habet vim coactiuã, supra, id ergo cadit sub præcepto legis ad quòd lex cogit, lex verò cogit per metum pœnarum. 10. Ethic. sed ad pœnam instituendam aliter se habet lex diuina, aliter humana; pœna verò non statuitur, nisi de his de quibus legislator habet iudicare, homo verò iudicat solũ de exterioribus actibus, solius enim Dei est cor intueri. 1. Reg. 16. vnde ipse solus iudicat de interioribus actibus voluntatum, modus verò virtutis in tribus consistit. 2. Ethic. cap. 4. primò, si quis operetur sciens, idque iudicatur à lege diuina, & humana, quia quòd quis facit ignorans per accidens est, vnde sic facta iudicantur ad pœnam, vel veniam secũdùm vtranque legem. Secundò, si quis operetur eligens vel volẽs, in quibus notatur duplex motus interior, scilicet intentionis, & voluntatis, supra q. 1. & hęc duo iudicat tantum lex diuina. Tertiò, vt firmiter, & immobiliter quis operetur, quæ firmitas propriè pertinet ad habitum, vt. s. quis ex habitu radicato operetur, & quò ad hoc modus virtutis non cadit sub præcepto legis diuinę, vel humanæ. Non satisfit tamen legibus diuinis, vel humanis, nisi per opus humanum, idest liberum, vt nec nisi per tale opus lex violatur; potest tamen satisfieri legibus humanis, vel diuinis per opus malum ex circumstantia, modo sit bonum ex obiecto, quia intentio legislatoris, quæ est facere homines studiosos, vel bonos, non cadit sub pręcepto; Vt tamen operatio pręcepti Deo sit grata, oportet vt sit à spiritu dilectionis diuinę, vel charitatis, quia dum persona nõ est Deo grata, nullum eius obsequium est Deo gratũ. Gen. 4. vt d. hic Medina.

Decima propositio. Modus charitatis est in pręcepto quando diuina lex pręcipit actum dilectionis, vt, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum, Modus tamen charitatis non cadit in aliis pręceptis, non enim opus est, vt parentes honorentur ex charitate, licet pœnam mereatur cum transgreditur præceptum, quòd pręcipit charitatem. 10 charitatis modus an sit in pręcepto.

Ratio, nam actus charitatis dupliciter considerari potest: primò, secundùm quòd est quidã actus per se, & hoc modo cadit sub pręcepto legis, quòd de hoc specialiter datur, scilicet, Diliges Dominum Deum tuum, diliges proximum tuum, quia non est impossibile hoc pręceptum seruare, quod est de actu charitatis, quia potest quis se disponere ad charitatem habendam, & quando habuerit eam potest ea vti. Secundò, potest considerari actus charitatis secundùm quod est modus actuum

actuum aliarum virtutum, idest, secundùm quòd actus aliarum virtutum ordinantur ad charitatem, quæ est finis præcepti. 1. Tim. 1. quia intentio finis est modus formalis superioris ordinis actus ordinati in finem, supra quęst. 12. art. 4. & sic modus charitatis non cadit sub pręcepto, nam in hoc pręcepto honora patrem, non est dictum quòd honoretur ex charitate, vnde qui eum honorat carens charitate non transgreditur hoc pręceptum de honorando parentes, sed solùm pręceptum, quòd est de actu charitatis. Pro intelligētia verò clariori, aduertendum, ꝙ in actu dilectionis Dei duo sunt, vnum, substantia operis, idest ipsa dilectio, secundum, modus, scilicet ex toto corde &c. cum finis pręcepti sit charitas. 1. Tim. 1. cum omnia pręcepta referantur ad charitatem Dei super omnia. Vnde charitas si referatur ad pręceptum de dilectione est eius substantia, vnde non potest satisfieri illi pręcepto, nisi cum modo charitatis, scilicet ex toto corde, toto animo, & super omnia, cum implens hoc pręceptum constituatur amicus Dei, at sine dilectione nemo potest esse eius amicus; potest tamen existens in mortali ex parte implere hoc pręceptum, vt corrigere blasphemantem, sed vbi instat necessitas de dilectione Dei, non potest satisfieri huic pręcepto sine dilectione Dei super omnia, Alia verò pręcepta possunt impleri ab existente in mortali sine contractu nouę culpę; non possunt tamen obseruari, ita vt obseruatio sit Deo grata, sine charitate Dei super omnia, vt nec possunt impleri secūdùm intentionem legislatoris, nec secundùm substantiam operis sine charitate.

11 Pręcepta moralia veteris legis pręter cōtenta in decalogo cōuenienter distinguuntur.

Vndecima propositio. Conuenienter distinguuntur alia pręcepta moralia legis pręter contenta in Decalogo, ad illud tamen reducibilia, vt sub pręcepto de cultu vnius Dei, prohibetur cultus idolorum, & sub pręcepto periurij prohibetur blasphemia, & sub pręcepto de honore parentum, superadditur pręceptum de honore senum, & sub pręcepto adulterij, quilibet actus carnalis extra matrimonium.

Ratio, nam pręcepta moralia ex dictamine rationis naturalis vim habent, licet in lege non ponerentur, quorum triplex est gradus, quædam enim sunt communissima, & manifesta, vt editione non egeant, vt pręcepta de dilectione Dei, & proximi, de quibus supra, quę sunt vt finis pręceptorum, quędam sunt magis determinata, super quibus tamē iudicium humanum potest peruerti, & huiusmodi editione egent, & hęc sunt pręcepta decalogi, quędam sunt quorum ratio solùm sapientibus patet, quę sunt præcepta moralia superaddita super decalogum tradita à Deo populo per Moisem, & Aaron, quę tamen reducūtur ad pręcepta decalogi, vt additiones ad ipsum, nam in primo pręcepto prohibetur cultus alienorum Deorum. Deuter. 18. superadditur quod ordinatur ad cultum idolatrię, & ibi dicitur, non sit qui lustret filium suum &c. secundum prohibet periurium, cui additur prohibitio blasphemię. Leuitic. 14. & falsę doctrinę. Deuteron. 13. Tertiò, præcepto adduntur omnia cœremonialia. Quartò, de honore parentum, additur de honore senum. Leuit. 19. coram cano capite consurge. Quintò, de prohibitione homicidij, additur de prohibitione odij. Leuit. 19. non stabis contra sanguinem proximi tui, non oderis fratrem &c. Sextò, de prohibitione adulterij, additur de prohibitione meretricis. Deuteron. 24. non erit meretrix, & prohibitio vitij contra naturam. Leuit. 18. cum masculo &c. Septimò, de prohibitione furti iungitur de prohibitione vsurę. Deut. 18. non fœneraberis &c. Deuteron. 25. Octauò, de prohibitione falsi testimonij, additur de prohibitione falsi iudicij. Exo. 23. nec in iudicio &c. prohibitio mendacij, vt ibi, & detractionis, vt Leuit. decimonono: non erit criminator & susurro, duobus vltimis nil additur, quia per ea omnis praua concupiscentia prohibetur.

Duodecima propositio. Pręcepta moralia veteris legis impropriè iustificabant secundùm dispositionem, quia disponebant homines ad iustitiam Christi iustificantem quam significabant, & etiam 12 Pręcepta moralia veteris legis an iustificarēt.

& etiam quatenus continebant id quòd est iustum: accipiendo verò illa pro executione iustitiæ, sic dicebantur iustificare, aliter tamen & aliter: accipiendo iustitiam propriè prout quis fit iustus apud Deum, sic non iustificabant, vt dicit Augustinus libro de spiritu, & literæ capit. quarto, & decimoquarto, & vigesimosexto: quia sacramenta, vel præcepta veteris legis non conferebant gratiam, nec eam continebant, vt faciunt sacramenta nouæ legis.

Ratio, nam iustificatio accipitur pro ipsa factione iustitiæ, & pro significatione iustitiæ, & pro dispositione ad eam, duobus vltimis modis præcepta illa iustificabãt, quatenus disponebant homines ad gratiam Christi iustificantem, quam etiam significabant; loquendo verò de iustificatione, vt est factiua gratiæ, sic accipitur vel vt est habitu, vel vt actu, & sic iustificatio dupliciter dicitur; primò, secundùm quòd quis fit iustus consequens habitum iustitiæ. Secundò, prout operatur opera iustitiæ: iustitia verò potest accipi, vel vt acquisita, vel vt infusa, vt & aliæ virtutes, supra quæstione sexagesimaprima, articulo quarto: acquisita causatur ex operibus, infusa infunditur à Deo per eius gratiam, quæ est vera iustitia, & hæc non causatur per præcepta moralia, quæ sunt de actibus humanis; si verò iustificatio accipitur pro executione iustitiæ, sic præcepta moralia iustificant, quatenus continebant id quòd est secundùm se iustum: sacramenta tamen illa vetera non conferebant gratiam, vt nouæ legis, quæ ob id iustificare dicuntur, accipiendo igitur iustificationem pro executione iustitiæ; sic præcepta legis iustificant, aliter tamen, & aliter, quia cœremoniæ continebant in se iustitiam in generali, prout exhibebantur in cultum Dei, nõ autem in speciali nisi ex determinatione legis diuinæ, & sic non iustificabant nisi ex deuotione, & obedientia facientium, Moralia, & iudicialia continebant quod in se est iustum, vel in generali, vel speciali, sed moralia continebant id quòd est secundùm se iustum secundùm iustitiam generalem, quæ est omnis virtus, quinto Ethicorum; Iudicialia verò pertinebant ad iustitiam specialem, quæ consistit circa contractus humanæ vitæ, qui sunt inter homines. Aduertendum autem quòd præcepta nouæ legis per se considerata, vt scripta, & extra hominem sunt, non habent vim iustificandi, sed magis transgressores damnant. Romanorum septimo, ad iustitiam tamen obtinendam coram Deo satis est obseruatio præceptorum omnium secundùm animi propositum, ꝙ actu fidei, & charitatis, vel saltem pœnitentiæ implicitè continetur, nec legis nouæ obseruatio conciliat gratiam, vt eius meritum, aliter non esset gratia. Romanorum vndecimo, & ex obseruatione veteris legis cum relatione ad Christum aliquid conferebatur ad gratiam obtinendam, iuxta id Lucæ 10. Hoc fac, & viues. Sed dicitur lex noua iustificare, quia habet statum quo ipsa nos propter Christum iustos facit, quòd nõ erat concessum illi legi secundùm se, vel quia in noua adsunt sacramenta, quæ ex opere operato iustificant, in veteri verò non ita, vel quòd competit nouæ legi, vt eius obseruatio iustificet per se sine relatione ad aliam legem, vel legislatorem, sed ob authoritatem, & meritum sui, authoris Christi, & eatenus secundùm se: Lex verò vetus obseruata non iustificabat per se, sine relatione ad viuificatricem Christi virtutem: vt probat Apostolus Romanorum tertio, septimo, & octauo. Galat. secundo, tertio, & probat Augustinus libro de spiritu, & litera, capit. octauo. licet per se conferret iustitiam apud homines. Romanorũ quarto; & immunitates quasdam, quibus interesse licebat legalibus cœremonijs: vt dicit egregiè Valentia, disputatione septima, quæstione 6. puncto tertio, versiculo Ergo.

SVMMARIVM.

1 Cœremonialia præcepta pertinent ad cultum Dei.
2 Cœremonialia præcepta veteris legis in quibus consisterent, & quid præscribebant.
4 Cœremonialia præcepta quid significarent.
5 Cœremonialia præcepta sunt figuralia.
6 Cœremonialia præcepta multa esse debuere.
7 Cœremoniæ veteris legis diuiduntur conuenienter in sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruantias.

De præceptis cœremonialibus veteris legis secundùm se. Cap. XII.

D.Tho.1.2.q.101. 1 Cœremonialia pcepta pertinẽt ad cultum Dei.

PRima propositio. Ratio præceptorum cœremonialiũ in hoc consistit, q pertineant ad cultum Dei; probatur Exo.18. Ratio, nam præcepta cœremonialia determinant moralia in ordine ad Deum, sicut iudicialia determinant moralia in ordine ad proximum, supra q.99.art.3.& 4. sed homo ordinatur ad Deum per debitum cultum, ideò cœremonialia propriè dicuntur quę ad Deum pertinent.

2 Cœremonialia pcepta veteris legis ĩ qbus consisterent.

Notandum autem, q cũ cœremoniæ illæ pertineant ad cultum Dei, q possumus considerare primò rationem ipsius cultus: secundò, instrumenta illius; tertiò, consecrationem, vel destinationem personarum ad illum: quartò, modum conuenientem huiusmodi generi personarum, iuxta quæ capita distribuebantur omnia præcepta cęremonialia illius legis; primum genus est eorum præceptorum in quibus præscribebantur sacrificia, in quibus ratio cultus præcipuè consistebat; secundum, in quo pręscribebantur sacra, idest instrumenta cultus, vt tabernaculum testimonij, templa, vasa, &c. tertium, eorum quibus præscribebantur sacramenta, vt circuncisio qua populus ad eum cultum consecrabatur & ordinatio sacerdotum, qua ministri illius cultus ordinabantur; quartum, eorum quibus præscribebantur quædam obseruantiæ peculiares, quæ distinguebant populum illi cultui dedicatum ab alijs gentibus, vt fuit certus vsus ciborum, vestium, dierum festorũ, & hmõi.

3 Præcepta cœremonialia qd præscribebant.

Secundò, notandum, q omnia hęc pcepta ea præscribebant quę Christi venturi mysterium significarent, vnde & dicuntur præcepta figuralia, cum illis omnia in figura contingerent. 1. Corin. 10. Hebr. 10. Col. 2. & nedũ mysteriũ Christi significasse putantur ea pcepta quæ aliquid in persona Christi, vel eius ecclesiæ futurum significabant, sed ẽt illa quæ aliquid figurabãt pertinens ad mores populi Christiani, vel ad futurã beatitudinem cuius viam Christus aperuit, cũ hæc oĩa suo modo pertineant ad mysterium Christi, licet tñ illa pcepta fuerint figuratiua mysteriorũ Christi venturi, tñ habuerũt etiã vtilitatem psentem, quia tunc pscripserunt modũ cultus, qui tunc conueniebat illi genti, quã vtilitatem non tam ex natura rerum ordinatarum habebant, q̃ ex significatione futurorum, cum tamen pcepta Euangelica fidei, charitatis, & morum vtilia sint ex ipsa natura, & ratione actionum pscriptarum, licet aliqua pcepta nouæ legis. s. de vsu aliquorum sacramentorũ significent gratiam, vel futurã gloriã, q cœremoniæ nouæ legis perfectius faciunt, quàm cœremonię veteris legis. Heb. 10. Ideò autẽ voluit Deus illo genere cultus coli ab illo populo, vt exterior cultus cõgrueret cum interiori, scilicet fide, quę tunc etiam erat non nisi adumbrata, & obscura mysterijs Christi, cum Deus fide, spe, & charitate colatur, licet maiores populi tenerentur explicitè credere aliquos articulos, minores verò tantum implicitè.

4 Præcepta cœremonialia qd significarent.

Tertiò, aduertendum omnia huiusmodi pręcepta habuisse significationẽ congruentem, & sic etiam pręsentem vtilitatem prout congruebat tunc illi populo, cum à Deo pręscripta ad eruditionem eius populi fuissent, vt patet Deuter. 4. primò enim, quòd attinet ad sacrificia, fuerunt triplicis generis, scilicet,

cet, Holocaustum, hostia pacifica, & hostia, vel sacrificium pro peccato ad quæ omnia sacrificia veteris legis reducuntur. Holocaustum totum cõburebatur, quia erat institutum specialiter ad protestandam diuinam maiestatem, & bonitatem, quod nos in sui amorem cõuertere debet, sicut totum animal cõburebatur, quõ verò id fieret traditur Leuit. 1. & præcipitur Leu. 6. Hostia pacifica duplex fuit, altera gratiarum actionis pro beneficijs acceptis, altera voti pro ijs impetrandis, vt incolumitate, &c. cuius vna pars incendebatur ad honorem Dei, altera erat in vsum sacerdotũ, & tertia in vsum offerentiũ, ad ostendendum salutẽ, & alia beneficia esse sic Dei dona, vt ea tñ Deus per suos ministros dispensare soleat, & non sine cooperatione eorum qui ea percipiũt, cuius hostiæ ritus describitur Leuit. 3. & pcipitur Leuit. 7. Sacrificium pro peccato, duplex est, vt habetur Leuit. 7. vnum simpliciter pro peccato, aliud pro delicto, eo quod delictũ sit leuius q̃ peccatũ, quod ab ignorante delictum committitur, peccatum à sciente: vt d. Orig. hom. 5. in Leuit. & Aug. q. 21. in Leuit. vel delictũ intelligitur peccatum etiã omissionis, vt ibi d. Aug. Sacrificij verò pro peccato, vel delicto vna pars comburebatur ad honorem Dei, altera cedebat ad vsum sacerdotum, qñ verò sacrificiũ pro peccato totius populi, vel sacerdotum offerebatur, totum comburebatur ne sacerdotes ex Deo oblato aliquid sibi retinere viderentur, cuius sacrificij ritus describitur Leuit. 4. & præcipitur Leuit. 7. Materia verò sacrificij erat ex his rebus quę cedunt ad vsus hominum vitæ, vt indicaretur Deũ esse dominum vitæ, & rerum omnium ad eam pertinentium. Vnde ex animalibus terrestribus sumebantur boues, oues, & capræ, hoc facto protestantes se abominari idolatriam Aegyptiorum, qui ea animalia non sacrificabant, imò pro numinibus ipsa venerabantur, vt patet Exo. 8. Ex auibus sumebantur turtures, & columbæ, ob simplicitatem, & castitatem, quæ decent animum purè sacrificantiũ, & passeres in emundatione leprosorũ. Vel etiam hæc animalia in figurã Christi offerebantur, quia Christus in vitulo offerebatur ob virtutem, in agno ob innocentiam, in ariete ob principatum, in hirco ob similitudinem carnis peccati, in turture, & columba duarum naturarum coniunctio monstrabatur; vel in turture castitas, in columba charitas significabatur: vt d. gl. in Leuit. 1. & Aug. in Ps. 101. Ex fructibus terræ sumebantur panis, vinum: sal & thus, panis spectans ad alimentum, secundum ad potum, tertium ad condimentum, quartũ ad medicamentum: panis significabat Christum panem viuũ, qui de cœlo descẽdit, qui panis offerebatur, vel adhuc in spicis, quo pacto Christus erat in fide Patrum, tempore legis naturæ, vel in simila vt Christus erat in statu legis scriptæ, vel iã formatus & coctus igni, prout fuit Christus homo factus virtute Spiritus sancti, vel frixus in sartagine, vel coctus in craticula, vt fuit Christus quodãmodo per labores, quos in vita, morte, & maximè i cruce est passus. Ps. 101. Ossa mea sicut in frixorio cõfrixa sunt, vt ibi legit Aug. Vinum significabat sanguinem Christi, quo sumus redẽpti. Gen. 49. vt interpretatur Tert. lib. 4. con. Marc. & Cipr. lib. 2. ep. 3. sacra erant instrumenta diuini cultus, maximè tabernaculum, templum, arca, virga Aaron, duæ tabulæ legis, vrna aurea cum manna, super quam erant duo Cherubim, & propitiatorium, super alas eorũ, in modum cuiusdam tabulæ aureæ, vt quædã sedes Dei populo propitiantis. Candelabrum, mensa, duplex altare, secta, quę exponit D. Th. q. 102. art. 3. & 4.

Sacramenta veteris legis multa fuere, vt colligitur ex Aug. lib. de vera religio. c. 17. lib. 3. de doctr. Chr. c. 9. lib. 15. con. Faust. c. 13. Sacramenta communia erant circuncisio, agni Paschalis esus, propria verò sacerdotum fuere cõsecrationes eorum, esus panis propositionis, & aliorum quæ vsibus sacerdotum erãt deputata, rasiones quædam pilorum, ablutiones manuum, &c. quæ exponit Diuus Thomas artic. 5. & in respon. ad tertium. docet cur tribus sacramentis nostris, scilicet Confirmationi, Matrimonio, & Extremæ vnctioni nulla sa-

cramenta

cramenta tunc responderent.

Fuere & aliquæ obseruantiæ quibus populus is ab alijs distinguebatur. Deutero. 18. vt quòd abstineret ab adipe, & sanguine, & esu quorundam animaliũ. Leuit. 11. 19. Exodi 23. & alijs multis. Deut. 22. 23. Num. 15. quę egregiè exponit D. Tho. art. 6. vt d. hic latè Valentia. disput. 7. q. 7. puncto 5.

2 Secunda propositio Præcepta cæremonialia sunt figuralia; ꝓbatur Col. 2.

Cæremonialia pcepta sunt figuralia.

Ratio, nam cæremonialia ordinãtur ad cultum Dei, qui interior est & exterior, cum constet enim homo anima, & corpore, vtrũq; debet applicari ad Dẽũ colendum, vt anima colat interiori cultu, corpus exteriori. Ps. 83. cor meũ &c. & sicut corpus ordinatur in Deum per animam, ita cultus exterior ordinatur ad exteriorem; interior verò cultus in hoc consistit quòd anima coniungatur Deo per intellectum, & affectum, & secundùm hoc diuersi exterioris actus hominis ad Deum applicantur, nam in statu futurę beatitudinis intellectus humanus diuinam veritatem in seipsa intuebitur, ideò interior cultus non consistet in aliqua figura, sed solùm in laude Dei quæ procedit ex interiori cognitione, & affectione. Is. 51. Gaudium, & lætitia, gratiarum actio, vox laudis inuenitur in ea. In statu verò præsentis vitæ non possumus diuinam veritatem in seipsa intueri, sed oportet quòd radius diuinæ veritatis, nobis illucescat sub aliquibus sensibilibus figuris, secundùm Dion. c. 1. cœl. hierarch. diuersè tamen secundùm diuersum statum cognitionis humanæ, quia in veteri lege, nec ipsa diuina veritas in seipsa manifesta erat, nec adhuc erat aperta via ad hoc perueniendi ad Hebr. 7. ideò oportebat exteriorem cultum veteris legis non solùm esse figuratiuum veritatis manifestandę in patria, sed etiam Christi, qui est via ducens ad illam patriæ veritatem. Sed in statu nouæ legis hæc via reuelata est, vnde hanc præfigurari non oportet, vt futuram, sed commemorari per modum præteriti, vel præsentis, sed solùm oportet præfigurari futuram veritatem gloriæ, nondum reuelatam Hebr. 10. ad hoc enim vetus lex figuratur, vt vmbra, quę minus est, & noua vt imago quę plus est.

Tertia propositio. Pręcepta cæremonialia multa esse debuerunt; probatur Osee 8. scribam eis multiplices leges intus. & Iob 11. 3

Cæremonialia pcepta multa esse debuere.

Ratio, nam lex populo datur, supra quęst. 90. art. 2. in quo quidam ad malum sunt proni, qui per pręcepta legis sunt cogendi, supra quęst. 95. art. 1. quidam habẽtes inclinationem ad bonum, vel natura, consuetudine, vel gratia, qui sunt per legis pręceptum instruendi, & in melius promouendi; quo ergo ad vtrunque hominum genus conueniebat pręcepta cæremonialia multiplicari in veteri lege, quidam enim erant ad idolatriam proni, ideò oportebat vt ab huiusmodi per pręcepta cæremonialia ad cultum Dei reuocarentur, & quia diuersè homines idolatriæ incumbebant, oportebat multa institui ad singula reprimenda, & item multa his impendi, vt quasi onerati ex his quę ad cultum Dei impenderent, non possent idolatrię seruire. Ex parte ad bonum pronorum oportet cæremonias etiam multiplicari, quia tum per hęc eorum mens diuersè in Deum referebatur, & magis assiduè, tum quia mysterium Christi, quòd per cęremonias figurabatur, multas vtilitates attulit mundo, & multa circa ipsum consideranda erant, quæ oportuit per diuersa cæremonialia figurari.

Quarta propositio. Cæremoniæ veteris legis conuenienter diuiduntur in sacrificia, sacra, sacramenta, & obseruantias; probatur Numer. 15. Leuit. 7. Exodi 38. 3. Regum 9. vt supra est explicatum. 4

Cæremoniæ veteris legis diuidunt conuenienter in sacrificia, sacra, sacra, obseruãtias.

Ratio, nam cæremonialia præcepta ordinantur in cultum Dei, in quo possunt considerari & ipse cultus, colentes & instrumenta colendi. Cultus specialiter consistit in sacrificijs, quæ in Dei reuerentiam offeruntur. Instrumenta colendi pertinent ad sacra, vt tabernaculum, vasa, & huiusmodi. Ex parte colentium duo possunt considerari: primò, institutio eorum ad cultum diuinum, quòd fit per quandam consecrationem populi, vel ministrorum, ad

quod pertinent sacramenta, & item eorum singularis conuersatio per quam distinguuntur ab his, qui Deum nō colunt, ad quod pertinent obseruantiæ, vt in cibis, vestibus, & huiusmodi.

SVMMARIVM.

1 Cœremonialia præcepta habēt causam.
2 Cœremonialia præcepta habēt causam litteralem, figuralem, & misticam.
3 Cœremoniæ ad sacrificia pertinentes habent rationem conuenientem.
4 Cœremoniarum ad sacra pertinentium ratio assignatur.
5 Sacramentorum veteris legis est ratio sufficiens.
6 Obseruantiarum veteris legis fuit ratio sufficiens, cum prædictorum explicatione, remissiuè.

De præceptorum cœremonialium causis. Cap. XIII.

D.Tho.1.2.q.102.

1 Cœremonialia pcepta hūt causam.

Prima propositio. Præcepta cœremonialia habent causam; probatur Psal.18. Præceptum Domini lucidum, quod non esset si causa careret.

Ratio, nam cum sapientis sit ordinare 1. Metaph. oportet, quæ ex diuina sapientia procedunt esse ordinata. Rom. 13. sed vt aliqua sint ordinata, oportet primò, quòd ordinentur ad debitum finem qui est principium totius ordinis in rebus agendis, quæ enim casu eueniunt, vel præter intentionem finis, vel non serio inordinata dicuntur. Secundò, oportet, vt id quòd est ad finem fini sit proportionatum, vnde ratio eorum quę sunt ad finem sumitur ex fine, vt ratio dispositionis serræ sumitur ex sectione, quæ est finis eius. 2. Physic. sed præcepta cœremonialia, vt & alia diuinæ legis, sunt ex sapientia diuina instituta. Deuteron.4. vnde oportet, quòd præcepta cœremonialia sint ordinata ad aliquem finem.

2 Cœremonialia pcepta hūt cām litteralē, figuralem, & misticā.

Secunda propositio. Præcepta cœremonialia habent causam literalem, & figuralem, ac mysticam; probatur 1. Corin. decimo. vt & prędicta supra probata sunt.

Ratio, nam ratio eorum quæ sunt ad finem sumitur ex fine: finis verò præceptorum cœremonialium est duplex, nam ordinabantur ad cultum Dei pro tempore illo; & ad figurandum Christum, quò ad primum rationes illæ sunt litterales, vel pertineant ad vitandum idolatrię cultum, vel ad commemoranda aliqua Dei beneficia, vel ad insinuandam excellentiam diuinam, vel ad designandam dispositionem mentis, quę requirebatur in colentibus Deum, secundùm verò quòd ordinantur ad figurandum Christum, sic habent rationes figurales, & misticas, vel accipiantur ex ipso Christo, & ecclesia, quod pertinet ad allegoriam, vel ad mores populi Christiani, quòd pertinet ad moralitatem, vel statum futuræ gloriæ, prout in eam introducimur per Christum, quòd pertinet ad anagogiam.

3 Cœremonię ad sacrificia ptinētes habent rationem conuenientē.

Tertia propositio. Assignari potest conueniens ratio cœremoniarum, quę ad sacrificia pertinent; probatur Leuit. primo. Sapientię septimo, & supra est explicatum.

Ratio, nam prout ordinabantur ad cultum Dei pro illo tempore duplex causa accipi potest: primò, secundùm quòd per sacrificium repręsentabatur ordinatio mentis in Deum, ad quam excitabat sacrificium offerens, sed ad rectam ordinationem mentis in Deum pertinet, quòd omnia quę homo habet recognoscat à Deo, vt primo principio, & ordinetur in eum vt vltimum finem, quòd repręsentabatur in sacrificijs, & oblationibus, dum homo sua offerebat quasi protestans se omnia à Deo habere. 1. Paralip.29. tua sunt omnia, ideò in oblationibus sacrificiorū homo protestabatur, quòd Deus esset primum principium creationis rerum, & vltimus finis, ad quem omnia essent referenda, & quia ad rectitudinem mentis in Deum, requiritur quòd alium non cognoscat authorem rerum, nec in alio

lio finem quis statuat, ideò prohibetur alteri sacrificium offerri quam eo. Exodi 22. qui immolat Dijs occidetur. Alio modo ordinabātur sacrificia, quia per huiusmodi homines retrahebantur à sacrificijs idolorum, vnde præcepta de sacrificijs non fuerunt data illi populo, nisi postquàm adorauit vitulum conflatilem, vt populus ad sacrificium promptus magis Deo quam idolis offerret. Ierem. 7. inter omnia vero dona à Deo homini pro peccato lapso data, præcipuum est quod dedit filium suum. Io. 3. sic Deus dilexit mundum, ideo potissimum sacrificium est quod Christus seipsum obtulit Deo Eph. 5. vnde omnia sacrificia in veteri l. offerebātur, vt hoc vnum singulare, & præcipuum sacrificium figurarent, vt perfectum per imperfectum ad Heb. 10. & quia ratio figuræ sumitur ex figurato, ideo rationes sacrificiorū figuralium vet. l. sunt sumēdæ ex vero sacrificio Christi. Et D. Tho. hic q. 102. ar. 3. in resp. ad contr. luculenter explicat rationes literales, & misticas, ac figurales eorum, quæ pertinent ad sacrificia veteris. l.

4 Quarta propositio. Assignari potest certa ratio cęremoniarum, quæ ad sacra pertinent probatur. Heb. 8.

Cerimoniarū ad sacra pertinentiū ratio assignatur.

Ratio, nam exterior cultus in Deum ordinatur, vt homines eum in reuerentia habeant, humanus vero affectus minus reueretur ea quæ communia sunt nec ab alijs distincta, quæ vero habent aliquam excellentiæ discretionem magis miratur & reueretur, vnde Reges quos oportet in reuerentia à subditis haberi pretiosioribus vestibus vtuntur, & pulchriores habitus possident, vnde oportuit vt aliqua specialia tempora specialia vasa, & speciales ministri ad cultum Dei ordinarentur, vt per hoc animi hominum ad maiorem Dei reuerentiam adducerentur, præterea status illius l. figurabat misterium Christi supra art. 2 sed oportet esse ad aliquid determinatum id per quod aliquid figurari debet, vt scilicet eius aliquā similitudinem respōdeat, ideo oportuit aliqua specialia obseruari in his quæ pertinent ad cultū Dei. Et D. Th. hic in responsione ad cōtraria explicat luculenter rationem literalem misticam, & figuralem eorum quæ ad sacra pertinent.

5 Quinta propositio. Sacramentorum veteris. l. conueniens ratio esse potest, probatur Leuit. 20. Ps. 103. & supra est explicatum.

Sacramētorū veteris. l. est rō sufficiēs.

Ratio, nam sacramenta sunt quæ adhibebantur ad cultum Dei, cultus vero Dei generaliter pertinet ad totū populū specialiter vero ad sacerdotes, & leuitas qui erant ministri cultus diuini, ideo in sacramentis vet. l. quædam pertinebant cōmuniter ad totum populum, quædā specialiter ad ministros, & circa vtrosque tria erant necessaria, primo institutio in statu colendi Deum, quæ communiter per omnes fiebat per circuncisionem; sine qua nullus admittebatur ad aliquid legale, quo uero ad sacerdotes p sacerdotum consecrationem, secundo requirebatur vsus eorum, quæ pertinēt ad diuinum cultum, & sic quo ad populum erat esus conuiuij paschalis ad quem nullus incircuncisus admittebatur. Ex. 12. quo vero ad sacerdotes oblatio victimarum, & esus panum propositionis, & aliorū quæ vsibus sacerdotum erant deputata, tertio requirebatur remotio eorum per quæ quis remouebatur à cultu diuino scilicet immunditiarum, & quo ad populum erant instituta quædam purificationes à quibusdam exterioribus immunditijs, & etiam expiationes a peccatis, quo ad sacerdotes, & leuitas erat instituta lauatio manuū, & pedum, & rasio pilorum, quæ habebā causas rationales literales, secūdū q ordinabātur ad cultum Dei pro tempore illo, & figurales secundum q ordinabantur ad figurandum Christum, & D. Tho. hic in resp. ad contr. exponit rationem literalem figuralem, & misticam eorum, quæ ad sacramenta pertinent.

6 Sexta propositio. Obseruantiarum veteris. l. fuit conueniens ratio, probatur Deut. 18.

Obseruātiarū veteris. l. fuit ratio sufficiens.

Ratio, nam populus hebreorum specialiter erat deputatus ad cultū diuinū, vt supra art. præc. ad 1. & specialiter sacerdotes, & sicut aliæ res quæ applicantur

tur ad cultum diuinum aliquam specialitatem debent habere, quod pertineat ad honorificentiam diuini cultus, ita in conuersatione illius populi, & maxime sacerdotum debuerunt esse aliqua specialia congruentia ad cultum diuinum, vel spiritualem, vel corporalem, sed cultus l. figurabat misterium Christi, vnde omnia eorum gesta figurabant ea, quæ ad Christum pertinent 1. ad Cor. 10. omnia in figura illis contingebãt, vnde rationes harũ obseruãtiarum assignari possunt, & secundũ congruentiam ad diuinum cultum, & secundum quod figurant aliquid circa Christianorum vitam. De cęremoniarum vet. l. significatione late, & pulcherrimè tractat hic D. Thom. in hac q. in resp. ad cõtraria qui explicat rationem figuralem, literalem, & misticam obseruantiarum veteris. l.

SVMMARIVM.

1 Cœremoniæ an fuerint ante legem scriptam, & quomodo.
2 Cœremoniæ. l. veteris an iustificarent, & quomodo.
3 Cœremoniæ veteris. l. quando cessarint.
4 Legalia post Christi passionem seruari non possunt sine peccato.

De duratione præceptorum cœremonialium. Cap. XIIII.

D. Tho. 1 2. q. 103.
1 Cœremoniç an fuerint ante legẽ scriptam, & quomõ.

PRima propositio. Ante legem scriptam fuerunt aliquæ cœremoniç nulla tamen lege statutæ, sed secundum deuotionem colẽtium Deum, aliquç tamen fuere priuata quadam. l. datæ aliquibus spiritu prophetico pollẽtibus, quæ tamen legis cœrimoniç dici non poterant, cum adhuc lex lata non esset.

Ratio, nam cœrimoniæ ordinabãtur ad cultum Dei, & figurandum Christum, qui vero Deum colit oportet, ꝙ ꝑ aliqua determinata eum colat quæ ad exteriorem cultum pertinẽt. Determinatio vero diuini cultus ad cęrimonias pertinet sicut determinatio eorum per quæ ordinatur ad proximum pertinet ad præcepta iudicialia supra q. 99. art. 4. ideo sicut inter homines erant aliqua iudicialia non tamen ex l. diuina instituta, sic erant quædam cœremonialia non authoritate l. diuinæ determinata, sed solum secundum voluntatem, & deuotionem hominum Deum colentium, sed quia ante legem fuerant quidam uiri spiritu prophetico pollentes credendum est, quod ex instinctu diuino quasi ex quadã priuata lege inducerentur ad aliquem certum modum colendi Deũ, ꝙ & cõgruus esset interiori cultui, & cõgrueret ad significãda Christi misteria, quæ figurabãtur etiam per alia eorum gesta 1. Cor. 10. oĩa in figura, &c. & sic ibi erant cœremoniæ, non tamen per legem institutæ, & sic fuit circuncisio ante. l. Gen. 17. data speciali. l. patribus illis in Abraham. De sacramentis vero an fuerint ante l. dixi. tr. de sacramentis. in tract. de sacram. in genere. cap. 3. cum sequen.

2 Cœrimoniç. l. veteris an iustificarẽt, & qũo.

Secunda propositio. Cœrimoniæ veteris. l. non habebant ex se uim iustificandi. alias Christus gratis esset mortuus. Gal. 2. 4. Heb. 7. 10. & probat. Tert. contra Iudęos, etiam circuncisionem ex opere operato non habuisse uim iustificandi, cum iustificatio fiat per Christũ Io. 1. & sacramenta veteris. l. non iustificarent. ex Conc. Tr. sess. 6. c. 2. 7. 8. mundabant tamen ab immunditia carnis, quia reddebãt homines idoneos ad cultum Dei tollendo legalia impedimenta, & etiam homines illo tempore iustificabantur per fidem, & deuotionem in Christum venturum, iuncta contritione peccatorũ, & cęremoniarũ susceptione.

Ratio, nã in vet. lege duplex immunditia obseruabatur, vna spiritualis quæ est immunditia culpæ, alia corporis per contactum mortui lepram, & huiusmodi, quæ tollebat idoneitatem ad diuinum cultum, & ab hac immunditia quæ erat irregularitas quædam, cœremoniæ illæ mundabant, ex statuto l. ad id ordinatę Hebr. 9. sanguis hircorum immunditia vero mẽtis, idest culpæ non poterat expiari, quia expiatio

tio à peccatis nunquàm potuit fieri nisi per Christum qui tollit peccata mundi. Io. 1. & quia misteriū incarnationis, & passionis Christi non erat per actū, illę cœrimonię non poterant continere virtutem fluētem à Christo incarnato, & passo, vt continent sacramenta nouę l. ideo non poterant à peccato mundare Heb. 10. impossibile, est sanguine hircorum peccatum mundari, & dicūtur egena elementa infirma, quia non cōtinēt gratiam nec peccatum sanāt. Gal. 4. poterat vero tempore l. fidelium mens per fidem iungi Christo incarnato, & passo, cuius fidei protestatio quædam erat earum cœremoniarum obseruatio, quatenus erant figura Christi, ideo in lege illa quędam sacrificia offerebant pro peccatis, non quia à peccato sanarent, sed quia erant quędam protestationes fidei quę à peccato mundabat. Leuit. 45. non vi sacrificiorum, sed ex fide, & deuotione offerentium, dum vero corporaliter expiabant erant figura expiationis a peccatis quę fit per Christū. & sacra, vel cœremonię veteris l. erant etiam figuratiuę iustitię fiendę per Christum. de qua re supra dixi, & late de hoc artic. in tract. de sacra. in genere cap. 5.

3 Cœrimonię veteris. l. qñ cessarint.

Tertia propositio. Cœrimonię veteris legis cessarunt in aduentu Christi, probatur. Col. 2. Heb. 7. 8. D. Aug. hæres. 9. Hier. 31. Eph. 2. Gal. 5. & 4.

Ratio, nam pręcepta cœremonialia vet. leg. ad cultū diuinū sunt ordinata, vt supra, exterior verò cultus interiori proportionari debet, qui cōsistit in fide spe, & charitate, vnde secundum diuersitatē interioris cultus debuit diuersificari exterior, potest aūt triplex status interioris cultus distingui primo prout habetur fides & spes de bonis cœlestibus & de his per quæ in illa introducimur, de vtrisq; prout de futuris, & sic fuit in veteri lege, secūdus status, est in quo habetur fides & spes de cœlestib. bonis, vt de quibusdam futuris, scilicet de ijs per quę introducimur in cœlestia sicut de pręsentibus, & pręteritis, & hic est status, nouę leg. tertius status est in quo vtraque habentur, vt pſentia & nil creditur vt absens nec speratur, vt futurum qui est status beatorū in quo nil erit figurale ad diuinum cultum pertinēs, sed solum gratiarum actio & vox laudis, Apoc. 21. templum non vidi in ea dominus enim &c. pari ergo rōne cęrimonię primi status, per quas figurabatur secūdus & tertius, veniente secundo cessare debuerūt, & alię induci quę conueniunt statui diuini cultus pro tempore illo in quo bona cœlestia sunt futura, beneficia vero Dei per quę introducimur ad cœlestia sunt pręsentia. Notandum pro intelligentia legem veterē cessasse per aduentum Christi. Act. 15. Gal. 5. Heb. 7. 8. Coloss. 2. vbi Chrisost. Teoph. & ęcum. ita qđ cessauit quo ad pcepta cœremonialia, iudicialia, & moralia, prout sunt pcepta legis, licet moralia, vt naturalia sint immutabilia, legis tamen veteris obseruatio non cessauit ita vt sit mortifera talis obseruatio nisi post mortē Christi quo ad pcepta cœremonialia, quia post nō possunt seruari sine mortali, vt d. Aug. ep. 19. quo tamen ad pcepta iudicialia, non est mortifera, quia communitas q̄libet potest ea innouare, cū ordinaret homines inter se, quo vero ad pręcepta moralia, manent, non vt legalia, sed naturalia, & etiam confirmata in Euangelio, vt d. Valentia Disp. 7. q. 7. punct. 7. & Medina in hoc art.

4 Legalia post Christi passionē seruari nō possūt sine peccato.

Quarta propositio. Post Christi passionem legalia non possunt seruari sine peccato, probatur. Gal. 5. si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit.

Ratio, nam cœrimonię sunt quedam protestationes fidei in qua consistit interior Dei cultus, fidem vero interiorem potest quis protestari factis, & verbis, & si in vtroque falsum protestatur, peccat mortaliter, licet enim eadem fides de Christo sit apud eos, & nos illis tñ fuit de futuro, nobis de pterito ideo ipsi dicebant, ecce virgo concipiet, nos concepit, & peperit & similiter cœremonię illę significabant Christum, vt nasciturum, & passurum, nostra sacramenta significant ipsum, vt natū & passum sicut ergo peccaret, mortaliter q fidem suam protestando nunc diceret Christū

na-

nasciturum, quod antiqui veraciter, & pie dicebant, sic qui nunc cœremonias obseruaret quas illi pie, & fideliter obseruabant peccaret secundum Aug. contra Faustum lib. 19. c. 16. a med. illius. Verum est tamen quod non puniretur quis, vt hæreticus sic obseruans nisi post promulgationem euangelij, ex. c. maiores. de bapt & Aug. ep. 18. 19. vt d. hic Medina. ad fi.

SVMMARIVM.

1 Iudicialia præcepta quid continerent.
2 Iudicialia præcepta, ordinant ad proximum.
3 Iudicialia præcepta an essent figuratiua.
4 Iudicialia præcepta cessarunt per mortem Christi, & an hodie possint seruari.
5 Iudicialia præcepta conuenienter diuiduntur.

De praeceptis iudicialibus.
Cap. XV.

D. Th. 1. 2. q. 104.
1 Iudicialia pcepta quid continerent.

Notandum, quod præcepta iudicialia rectum ordinem inter homines constituebāt, ideo ad quatuor capita, vel genera reducūtur, vel enim pscribebant ordinem inter principem, & populum, vel ipsos populares inter se, aut inter populum, & extraneos, id est peregrinos, & hostes, aut inter domesticos eiusdem familię, vt inter prēm, & filios, coniuges, seruos & dominos, quæ etiam misterium Christi figurarunt, vel allegorice, vel moraliter, vel anagogice, licet principaliter ordinarētur ad rectū iustitiæ ordinem, secundo ad significationem etiam quo ad facta, & casus. 1. Cor. 10. & explicat Aug. lib. 22. con. Fau. c. 24. cœremonialia vero erant principaliter ad significationem instituta, licet haberent, & vtilitatem præsentem, vt supra est dictum. His ita not.

2 Iudicialia pcepta ordinabāt ad proximum.

Prima sit propositio. Ratio pręceptorum iudicialium consistit in hoc, quod sunt ordinantia ad proximum, probatur. Ezech. 19.

Ratio, nam pceptorum cuiusque legis q̄dam obligant vt supra q. 95. art. 2. ex dictamine rationis, quia naturalis ratio dictat hoc esse debitum fieri vel vitari, & huiusmodi sunt pcepta moralia quia mores humani à ratione dicūtur, alia pcepta obligāt non ex dicto dictamine, quia ex se considerata non habēt rationem debiti, vel indebiti, sed obligant ex aliqua institutione diuina, vel humana, & huiusmodi sunt quædam determinationes pceptorum moraliū, si ergo pcepta moralia determinentur ex diuina institutione in his quæ pertinent ad Deum, & ad illum homo ordinetur, huiusmodi dicuntur pcepta cœrimonialia, si vero in his, quæ pertinent ad ordinationem hominum ad inuicē, huiusmodi dicuntur pcepta iudicialia ad quę duo requiruntur primo, vt pertineant ad ordinationem hominum ad inuicem, secundo, vt non obligent ex sola ratione, sed ex institutione.

3 Iudicialia pcepta an essent figuratiua.

Secunda propositio. Præcepta iudicialia ex consequenti erant figuratiua, probatur. Exo. 21. vbi iudicialia præcepta allegorice, & moraliter exponuntur, & 1. Cor. 10.

Ratio, nam aliquod pceptum potest dupliciter figurare, primo, per se quia principaliter est institutum ad figurandum aliquid, & sic cœremonialia sunt figuralia quia sunt instituta, vt aliquid figurent pertinens ad cultum Dei & misterium Christi, q̄dam figurant non per se sed ex consequenti, & sic pcepta iudicialia veteris legis sunt figuralia quia nō sunt instituta ad aliquid figurandū, sed ad ordinandum statum illius populi secundum iustitiam, & æquitatē, sed ex consequenti aliquid figurabant quatenus totus status illius populi qui per huiusmodi præcepta disponebatur, figuralis erat 1. Cor. 10. oīa in figura, &c.

4 Iudicialia pcepta cessarūt p mortem Xpi, & an hodie possint seruari.

Tertia propositio. Iudicialia præcepta per mortem Christi fuerunt euacuata, Respublicæ tamen, & principes possunt ea iterato statuere, probatur Heb. 7. cęremonialia tamen reuiuificare non licet, vt supra est dictum.

Ra-

Ratio, nam cœremonialia nō solum sunt mortua, sed etiam mortifera obseruatoribus post Christum, maxime post Euangelium diuulgatum pręcepta verò iudicialia sunt mortua quia nō obligant, nō tamen sunt mortifera quia si quis princeps ordinaret in regno suo illa iudicialia seruari non peccaret, nisi mandaret, vt obligantia ex veteris legis institutione quia huiusmodi intētio esset mortifera, nam figuralia vt artic. praeced. primo, per se sunt figuralia, vt instituta principaliter ad figurandum Christi aduentum, & misteria, vt futura, ideo obseruatio eorū praeiudicaret fidei veritati secundum quam fatemur illa misteria esse completa; iudicialia vero non sunt instituta ad figurandum, sed ad cōponendum statū illius populi qui ordinabatur ad Christum, ideo mutato statu illius populi Christo veniente iudicialia pręcepta obligationem amiserunt quia lex fuit pedagogus ducens ad Christum Gal. 3. quia tamen huiusmodi iudicialia non ordinantur, ad figurādum, sed solum ad aliquid fiendum, ideo eorum obseruatio absolute non p̄iudicant fidei veritati, sed intentio obseruādi, vt ex obligatione legis, p̄iudicaret. n. fidei veritati sic enim haberetur, q statuus illius populi adhuc duraret, & quod Christus non venisset. Sunt tamen quaedam p̄cepta iudicialia, q̄ modo restaurare non licet, vt lex p̄scribens libellum repudij, & quod post septimū annū debitores non soluerent, & huiusmodi, vt d. hic Medina, qui & d. decimas non esse de iure diuino, nisi quo ad substantiam, idest quod alimenta ministris debita, quo ad quantitatem esse de iure humano, & ideo idem ius posse id mutare, de quo alibi.

5 Quarta propositio. Pręcepta iudicialia habent certam quādam diuisionem conuenienter ordinatam modo supra explicato, vt scilicet ordinant populum & principem, &c. vt supra initio est dictum.

Iudicialia p̄cepta conueniē ter diuiduntur.

Ratio, nam cum lex sit q̄dam ars humanę vitę instituendę sicut in qualibet arte est certa distinctio regularum artis, ita oportet in qualibet lege esse certam distinctionem praeceptorum, aliter confusio legis vtilitatem auferret, ideo p̄cepta iudicialia veteris legis per quę homines ad inuicem ordinabantur distinguntur, secundum distinctionem ordinis humani, nam quadruplex ordo in aliquo populo inueniri potest, primo principum populi ad subditos, secundo subditorum ad inuicem, tertio eorum qui sunt de populo ad extraneos, quarto ad domesticos, vt patris ad filium, vxoris ad virum, domini ad seruum, & secūdum hos quattuor ordines possunt distingui illa praecepta iudicialia; nam dantur quaedam p̄cepta de institutione principum. & officio eorum, & de reuerentia eis exhibēda, quae est vna pars iudicialium praeceptorum, dantur etiam quaedam p̄cepta pertinentia ad cōciues ad inuicem, vt circa emptiones, & venditiones iudicia, & pœnas, q̄ est secunda pars dictorum iudicialium praeceptorum; dantur etiam p̄cepta pertinentia ad extraneos, vt de bellis contra hostes, susceptione aduenarum, quae est tertia pars eorum, dantur etiam in lege pręcepta pertinentia ad domesticam conuersationem, vt de seruis, vxoribus, & filijs, quae est quarta pars iudicialium praeceptorum.

SVMMARIVM.

1 Lex vetus conuenienter de principibus ordinauit, & quę.
2 Iudicialia praecepta circa conuictum popularium congrue sunt tradita.
3 Iudicialia praecepta congrue sunt tradita quo ad extraneos.
4 Lex vetus conuenienter praecepta tradidit circa domesticos.

De praeceptorum iudicialium causa & ratione. Cap. XVI.

D.Th. 1. 2. q. 105.

1 Prima sit propositio. Lex vetus conuenienter ordinauit de principibus, probatur. Num 24.

Lex vetus conueniē ter d prin

Ratio, nam circa bonam ordina-

cipibus ordinauit. dinationem principũ in aliqua ciuitate, vel gente duo attenduntur, primo, vt omnes habeãt aliquam partem in principatu quia sic conseruatur, pax populi, & omnes eam ordinate amant, & custodiunt, secundo polit. secundum attenditur secundum speciem regiminis, vel ordinationis principatium cum sint diuersæ species vt 3. polit. pcipuę tamen est vnum regimen in quo vnus principatur secundum virtutem, & aristocratia, idest potestas optimorum in qua aliqui pauci principantur, secũdum virtutem, & optima ordinatio est mixta ex his quia omnes eligi possunt, mixta scilicet ex regno quatenus vnus pręest, & aristocracia quatenus multi imperãt secundum virtutem, & ex democratia, idest potestate populi quatenus ex popularibus possunt eligi principes, & ad eos pertinet electio principum, quod institutum fuit secundum legem diuinam quia Moises, & successores gubernabant populum quasi singulariter omnibus principantes quod est quædã species regni, eligebantur verò septuagintaduo seniores secundum virtutem, Deut. 1. quod erat aristocraticum, sed Democraticum erat quod hi de omni populo eligebantur, Exo. 18. & Deut. 1. vnde optima fuit ordinatio principum quam lex instituit. Et de hoc articulo plene agitur in trac. de principatu, quod explicat etiam D. Thom. hic in resp. ad contr.

2 Iudicialia pcepta circa conuictũ populariũ congrue sunt tradita. Secunda propositio. Conuenienter, tradita fuerunt iudicialia pręcepta quo ad popularium conuictum, probatur. Ps. 147. non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

Ratio, nam ad rationem populi pertinet, vt communicatio hominum ad inuicem iustis pceptis ordinetur, communicatio vero hominum ad inuicem duplex est, vna quæ fit authoritate principum, alia q̃ fit propria voluntate priuatarum personarum, & quia voluntate cuiusque disponitur, quod eius subdãtur potestati, ideo authoritate principum oportet quod iudicia inter omnes exerceantur, & pœnę malefactoribus inferantur; potestati verò priuatorum subduntur, res possessę, ideo propria authoritate in his possunt sibi inuicem communicare, vt emendo donando, & huiusmodi circa vtramque autem communicationem lex sufficienter ordinauit, nam statuit iudices in omnibus portis eius, vt iure populum iudicent Deut. 16 instituit etiam iusti iudicij ordinem, vt nulla personarum sit in eo differentia Deut. 1. prohibet etiam iudicibus acceptionem munerum ne iniuste iudicent. Ex. 23. Deut. 10. instituit etiam numerum testium. 2. vel 3. Deut. 17. 19. instituit etiam pœnas certas pro diuersis delictis, vt in solutione ad argumenta, circa res possessas optimum est, quod possessiones sint distinctę, & vsus partim sit communis, partim per voluntatem possessorum cõmunicetur 2. Polit. quæ ibi statuta fuere, primo enim possessiones in singulos erant diuisę Nu. 34. & ne defectu regulę circa possessiones ciuitates destruerentur, vt 2. polit. ideo circa eas instituit primo, vt secundũ numerũ hominũ ęqualiter diuiderentur, Nu. 34 secundo, vt possessiones non in perpetuũ alienarentur, sed certo tempore ad suos possessores reuerterentur, nè sortes possessionum confundantur, vt proximi succedant morientibus, primo gradu filius, secundo filia, tertio fratres, quarto patrui, quinto quilibet propinqui, & vt mulieres, quæ sunt hęredes, suę trib. hominibus nuberẽt ad sortis distinctionem. Num. 36. secundo, lex instituit circa vsum rerum, vt ad aliqua essent communes quantum ad curam. Deuter. 20. secundo quo ad fructum quia concedebatur, vt ingressus vineam amici licite comedere posset, non tamẽ asportaret, quo ad pauperes, vt eis relinquerentur manipuli obliti fructus, & racemi manentes Leuit. 20. Deut. 24. & communicabantur, q̃ in septimo anno nascebantur, Exo. 23. Leuit. 26. tertio l. statuit cõmunicationem factam per eos qui sunt rerum domini, vnam pure gratuitam. Deuter. 14. venient Leuitę peregrini, & comedẽt, aliam cum recompensatione, vt per venditionem locationem, & huiusmodi, & sic lex illa conuenienter ordinauit conuictum illius populi, &

D.Th. hic in resp. ad contraria tradit rationem omnium illorum praeceptorum in particulari tam circa furta, delicta, contractus, & successiones.

3 Iudicialia pcepta congrue sunt tradita quo ad extraneos.

Tertia propositio. Iudicialia pcepta conuenienter sunt tradita quantum ad extraneos, probatur. Prou. 8. isti sunt sermones mei, non est in eis prauum quid neque peruersum.

Ratio, nam cum extraneis dupliciter est conuersatio, pacificè & hostiliter, & vtroq; modo recte ordinauit, quo ad primum aliter ordinat quando per eorum terram transibant, vt peregrini, aliter quando veniebant ad habitandum, vt aduenæ, dicitur enim. Ex. 22. aduenam non contristabis, Ex. 23. peregrino molestus non eris qui vero veniebant, vt ibi habitarent non statim erant ciues nisi qui ex auo, vel atauo ciues erant, 3. polit. ne si admitterentur, statim non habentes ibi amorem adhuc radicatũ aliquid agerent contra bonum publicum. Quo ad hostes nunquàm in consortium populi admittebantur, vt Ammonitæ, & Moabitę, cum Amalecitis, vt eis infestioribus nullum cognationis commercium habebant, & erant vt hostes perpetui Ex. 17. circa bellum iubebat, vt iuste iniretur mandans, vt cum ciuitatem expugnarent primo, eis offerent pacem. Deut. 20. secundo, vt bellũ fortiter exequerẽtur, habentes in Deo fiduciam, tertio mittendo domum qui possent impedimenta pręstare, quarto, vt victoria moderate vterentur, parcendo mulieribus, & paruulis, & etiam ligna fructifera regionis non incidendo. & D.Thom. in resp. ad contraria tradit rationem pceptorum iudicialium particularium ad peregrinos, & hostes spectantes.

4 Lex vetus conueniẽter pcepta tradidit circa domesticos.

Quarta propositio. Lex vetus conuenienter pręcepta tradidit circa domesticas personas, probatur. Psalm. 18. Iudicia domini vera, iustificata in semetipsa.

Ratio, nam communio domesticorũ est circa quotidianos actus qui ordinantur ad vitę necessitatem: primo polit. q̃ vita conseruatur dupliciter, quo ad indiuiduum quatenus homo idem numero viuit, ad quod iuuant exteriora bona p quę acquiritur victus vestitus, & huiusmodi necessaria in quibus ministrandis homo eget seruis, secundo vita hominis conseruatur secundum speciem per generationem ad quam homo eget vxore ex qua filium generet, circa quę lex illa conuenienter statuit, primo, vt serui modeste tractentur, nec immodicis laboribus grauentur, mandans vt die sabbati quiescerent, Deut. 5. & mutilatoribus seruorum imposuit, vt eos liberos dimitterent, Exo. 21. & idem si ancillã vxorẽ quis duxerit, & vt serui qui erãt ex populo liberarẽtur septimo anno cũ vestimentis eorum, & ijs quę portauerant dimitterẽtur. Ex. 21. & vt eis detur viaticum Deut. 15. circa vxores statuit, vt ducantur suæ tribus Num. vlt. ne sortes tribuum confunderentur, & quod vxor fratris defuncti sine liberis duceretur. Deut. 25. vt qui successores habere non potuit per carnis originem saltem haberet secundum quandã successionem, prohibuit etiam ne alienigenæ ducerentur ob periculum seditionis, & propinquæ ob reuerẽtiam naturalem, & quod vxores non leuiter infamarentur Deut. 23. & quod ob vxoris odium filius damnum non pateretur. Deut. 21. & quod ex odio vxorem non affligerẽt, sed potius scripto libello eam dimitterẽt, Deut. 24. & quod nouiter nupto publicum onus non iniungeretur, vt amor inter eos firmetur circa filios, vt patres eos disciplinarent instituendo in fide. Ex. 12. & etiam in moribus Deut. 21. & sic conueniẽter statuit. Circa iudicialia pręcepta quid esset in l. statutũ, & quare optime declaratur per D.Th. in resp. ad contraria, qui & in hoc art. 4. tradit rationes pręceptorum iudicialium quo ad domesticos, & Medina hic d. quod non erat necesse ducere vxorem de tribu propria, nisi vbi tractabatur de successione, modo non esset de populo alieno, vnde sufficiebat sacerdoti sumere vxorem de populo suo, licet non esset de tribu propria.

SVMMARIVM.

1 Euangelij nomen quid significet.

2 Lex

2 Lex euangelica principaliter est indita in corde, secundario scripta.
3 Lex noua an iustificet, & quomodo.
4 Lex noua non debuit dari à principio mundi.
5 Lex noua duratura est vsque ad finem seculi.

De lege euangelica, quæ dicitur noua, secundum se. Cap. XVII.

D.Tho.1. 2. q. 106.

1 Euãgelij nomẽ qd significet.

NOtandum, quod Euangelij nomine accipitur non solũ bonum nuntium, sed etiam tota Christi Religio. Rom. 1. segregatus in euãgelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos. Marc. vlt. Math. vlt. & sic accipit Aug. lib. de fide & op. cap. 9. vnde lex euangelica intelligitur lex Christi christianis promulgata scripto, vel verbo, idest traditionibus, quæ quidem vt supra est dictum, cœpit obligare in puncto ipso mortis Christi, vt translato sacerdotio legis etiam translatio fieret. Heb. 7. iuxta id consummatum est. Verum est tamẽ, quod multi excusabãtur ab eius obseruatione vsq; ad plenã eius euulgationem per apostolos, vel quia illam ignorabant, vel non poterant de ea instrui, tunc apostolis delitescentibus vsque post pentecostes, quando repleti Spiritu sancto egressi sunt ad prædicandum sanctum Christi euangelium. His ita not.

2 Lex euangelica prĩcipaliter est indita in corde, secũdario scripta.

Prima sit propositio. Lex euangelica est principaliter indita in corde, secundario scripta, probatur primum. Hebr. 8. Hier. 31.

Ratio, nam quælibet res, id est quod est in ea potissimum 9. Eth. sed id quod est potissimum in lege noui testamenti, & in quo tota eius virtus consistit est gratia Spiritussancti, quæ datur per fidem Christi, ideo principaliter lex noua est ipsa gratia Spiritussancti, quæ datur Christi fidelibus Rom. 3. & 8. & secundum Aug. sicut l. factorum fuit scripta in tabulis lapideis, ita lex fidei est scripta in cordibus fidelium, l. tamen noua habet quædam, vt dispositiua ad gratiã Spiritussancti, & ad vsum huius gratiæ pertinentia, quæ sunt vt secundaria in lege noua, de quibus oportuit instrui fideles tam verbis quàm scriptis, tam circa agenda, quàm credenda, ideo lex noua principaliter est lex indita, secundario lex scripta, & etiam dicitur indita in corde, licet scripta vel tradita, quia Christus inclinat nos ad opera cælestia per gratiam Spiritussancti quam effudit in nos abunde, inclinando nos ad opera virtutum, vt ea opere compleamus, & nedum cognoscamus, ac discernamus à malis operibus, vt d. hic Med.

3 Lex noua an iustificet, & quomodo.

Secunda propositio. Lex noua, vt est ipsa gratia Spiritussancti iustificat, vt vero continet præcepta fidei, & alia humanum affectum ordinantia non iustificat, probatur 1. Rom. 1.

Ratio, nam ad legem euangelicam duo pertinẽt ar. præc. primo ipsa gratia Spiritussancti interius data, & quo ad hoc lex noua iustificat, secundo ad legẽ nouam pertinẽt secundario documenta fidei, & præcepta ordinantia affectum hominum, & humanos actus, & ad hoc lex noua non iustificat 2. ad Cor. 3. litera occidit spiritus viuificat, & per litteram intelligitur qualibet scriptura extra homines existens etiam moralium præceptorum, vt continẽt in euãgelio, vnde etiam litera euangelij occideret, nisi esset interius gratia fidei sanans secũdum Aug. de spir. & litera c. 17. 18. de qua quæstione supra late est actum.

Aduertẽdum quoque, quod gratia iustificans in homines peruenit, vel ex sacramentis, vel cum quis gratiam iam assecutus per bona opera recipit eius augmentum, vel per vocationem Dei, iuncta voluntate hominis assentientis vocationi, & se conuertenti ad Deum per contritionem, vel per miraculosam conuersionem, aut martirium, non opponendo obicem peccati, quæ abundantius in lege euangelica quis cõsequitur quàm in veteri, vt d. hic Medina, & explicabitur sequenti q. vel cap.

4 Lex noua nõ dbuit dari à prĩcipio mũdi.

Tertia propositio. Lex noua non debuit dari à principio mundi, probatur. 1. Cor. 15.

Ratio,

Ratio, nã lex noua est principaliter gratia Spiritussancti, quæ abundanter dari non debuit antequam impedimentum peccati tolleretur, consummata redemptione per Christum, ab humano genere. Io. 7. Rom. 8. secundo, probatur ex perfectione legis gratiæ, nam aliquid perfectum non adducitur statim à principio, sed quodam ordine successionis, sicut quis prius fit puer, postea vir. Gal. 3. lex pędagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur, at vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo, tertio, nam lex noua est lex gratiæ ergo oportebat ꝙ homo relinqueretur sibi in statu legis veteris, vt in peccatum cadendo, suam infirmitatem cognoscens, recognosceret se egere gratia Dei, q̃ ratio assignatur Rom. 5. vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.

5 Lex noua duratura est vsque ad finem seculi.

Quarta propositio. Lex noua duratura est vsq; ad finem seculi, vt nulla alia lex diuina ei succedat, licet ab aliquib. perfectius ab alijs minus perfecte sit custodienda, probatur Matth. 24. & exponit Chris. hom. 78. in Matth. Prope. princip. ꝙ generatio fideliũ durabit vsq; ad finẽ seculi, & probatur. Eccl. 17. Baruch. 2. vbi prædictum fuit statum euangelij fore perpetuum.

Ratio, nam status mundi variari potest dupliciter primo, secũdum legis diuersitatem, & sic huic statui nouæ legis nullus alius status succedit, quia status nouæ legis successit statui veteris, vt perfectior imperfectiori, nullus vero status p̃sentis vitæ potest esse perfectior q̃ noua l. nil enim potest esse propinquus fini vltimo quam id ꝙ in vltimum finẽ immediate introducit ꝙ facit lex noua Hebr. 10. habentes fiduciam in introitu sanctorum &c. Alio modo status hoĩum variari potest, secundum ꝙ homines varie se habent ad eandem legem, vel perfectius, vel minus perfecte, & sic status veteris legis sæpe fuit mutatus, vt quandoque leges optime custodirentur, qñq; omnino p̃termitterentur, sic etiam status nouæ legis diuersificatur secundum diuersa tẽpora loca, & personas quatenus gratia Spiritussancti perfectius, vel minus perfecte ab aliquibus habetur, non est tamen expectandus aliquis status futurus in quo gratia Spiritussancti perfectius habeatur quam hactenus habita fuerit maxime ab Apostolis qui primitias Sp. acceperunt, scilicet tempore prius, & alijs abundantius secundum. Gl. Rom. 8.

SVMMARIVM.

1 Lex noua an differat à veteri.
2 Lex noua est perfectior veteri.
3 Lex noua complet veterem.
4 Lex noua an contineatur in veteri, & quomodo.
5 Lex vetus an sit grauior noua, vel contra.

De comparatione legis nouæ ad veterem. Cap. XVIII.

D.Th. 1. 2. q. 107.

1 Lex noua an differat à veteri.

PRima propositio. Lex noua nõ est alia à veteri respectu finis, quia vtraq; ordinat hominẽ, vt Deo subdatur, probatur. Heb. 7.

Ratio, nam omnis lex ordinat cõuersationẽ humanam in ordine ad aliquẽ finem supra q. 98. art. secundo, quæ verò ordinãtur ad finem secundum rationem finis dupliciter diuersificãtur, primo quia ordinantur ad diuersos fines q̃ est diuersitas speciei maxime si esset finis proximus, secundo, diuersificãtur secundum propinquitatem ad finem, vel distantiam ab eo, vt motus differunt secundum, quod ordinantur, ad diuersos terminos, specie secundũ quod vna pars motus, vero est vicinior termino, quam alia, attenditur in eis differentia secundum perfectum, & imperfectum; & ita duę leges possunt distingui primo, vt omnino diuersę, vt ordinatę ad diuersos fines, vt si lex ordinatur, ad hoc vt populus dominaretur distinguitur specie ab illa quę ordinat, vt optimates dominarẽtur, secundum propinquitatem, vel distantiam à fine duę leges distingũtur, alia enim est lex quę imponitur in ciuitate viris perfectis, qui statim illam exequi possunt alia agens de disci-

plina puerorum qui sunt instruẽdi qualiter postea opera virtutum exequãtur, primo modo lex noua non differt à veteri, nam vtriusque vnus est finis, vt scilicet homines Deo subdantur, & vnus est Deus nouæ, & veteris legis Rom. 4. secundo modo lex noua differt à veteri, quia, vetus est, vt pedagogus puerorum. Gal. 9. noua lex perfectionis quia est lex charitatis quæ est vinculum perfectionis Coloss. 3. Et sic lex noua est perfectior veteri, quia habet statum perfectiorem, quia in ea gratia à pluribus, & facilius obtinetur, vnde, & dicitur scripta in cordibus fidelium. 2. Corint. 8. & colligitur, ex August. libr. de Spiritu, & litera. c. 26. & supra est dictum: secundo, nam veteris l. cultoribus terrena bona ex instituto proponebantur, scilicet terra Chananæorũ, finis vero legis nouæ est regnum cœlorum, quod patet. Matth. 4. & explicat August. lib. 4. contra Faust. cap. 2. & lib. 18. de ciuit. cap. 11. tertio, nam lex noua impellit ad bonum non ex timore pœnarum temporalium, qui fuit modus seruilior legis veteris, sed in primis charitate Rom. 5. vnde non solum iubet, sed etiam, vt existit eo modo, adiuuat hominem ad sui obseruationem ex amore, vt d. Aug. lib. contra Adim. cap. 17. & tractat. de laudibus charitatis, & lib. de nat. & gratia ca. 69. quarto, nam in noua lege sunt sacramenta præstantiora quàm in veteri, & fidem etiam hic illustriorem requirit, & de internis animi moribus apertius, & vberius constituit, securi ad radicem arboris ad mota. Matth. 5. quinto, nam noua lex iustificat. Rom. 1. 8. Galat. 3. modo tamen supra explicato, quod veteri per se nonconsedebitur, vt ibi est dictum, sexto, nam illa est data per Moisem, hęc per Christum Deum hominem factum. Heb. 1. septimo, illa data fuit in tabulis lapideis, hęc in cordibus inscripta Spũm sanctũ modo explicato, vt d. Aug. de Sp. & lit. cap. 26. 8. illa est data tantum populo Iudæorũ, hęc vniuerso mundo. Matth. vlt. nona illa ad tempus fuit data, hæc fine est caritura. Gal. 4. decimo illa vmbra fuit futurorum, hęc veritas, vndecimo, illa nõ aperiebat regnum cœlorum, hęc ita, vt d. hic Medina, qui & d. ꝙ patres veteris testamenti qui placuere Deo, fuere vere filij Dei adoptiui, & nõ in figura tm̃.

2 Lex noua est perfectior veteri.

Secunda propositio. Lex noua veterem complet, probatur Matth. 5. 3 Lex noua complet veterem.

Ratio, nam lex noua ad veterem cõparatur, vt perfecta ad imperfectũ, sed perfectum complet ꝙ deest imperfecto, quatenus supplet ꝙ illi l. deerat, quia finis vtriusq; l. est hoĩes iustificare, quam l. illa non poterat per se efficere, sed figurabat cerimonijs, & promittebat verbis, & hoc pacto. l. noua implet veterem iustificando per virtutem passionis Christi. Rom. 8. & præstando ꝙ illa promittebat, secundo, quia dñs in hac ordinat quomodo tutius p̃cepta. l. obseruentur, vt ibi statuebatur ne quis periuraret, hic vero vt abstineatur à iurando nisi in casu necessitatis & etiam quia dominus p̃ceptis. l superaddit quædam consilia pfectionis, vt patet. Matth. 19.

Tertia propositio. Lex noua virtualiter continetur in veteri, quia quæ ibi implicite & sub figura continentur, hic explicite, & aperte traduntur, probatur. Ezech. 1. & exponit. Greg. Rom. 6. in Ezech. parum à medio. 4 Lex noua an contineatur in veteri, & quomõ.

Ratio, nam aliquid cõtinetur in alio dupliciter primo, vt locatũ in loco, scd̃o vt genus continet species potestate, & tota arbor in semine, & sic l. noua continetur in veteri, vt enim terra fructificat primo herbam, tũ spicam, tum frumentum, sic primo fructificat. l. herbã in l. naturæ, tum spicas in l. Moisi, tum frumentum in euangelio, & sic l. noua continetur in veteri, vt fructus in spica. & l. noua continet veterem eminentia, & perfectione, vnde fides nostra continetur in legi veteri implicite; quæ post fuit distincta, vt patet de processione Spiritus sancti, qđ clarius in simbolo Nic. explicatur, cũ implicite contineretur in simbolo Apostolorum, sic præcepta moralia ĩ illa. l. erãt data, sed abusu hoĩum obscurata, in luce vero euangelica sunt manifestata, & sacramenta nostra continebãtur in l. veteri, vt signatum in signo, vnde illa. l. fuit imperfectior, sicut effectus cum efficienti.

4 Quarta propositio. Lex vetus quo ad opera exteriora est grauior noua, respectu vero interiorum actuum, vt quod quis prompte, & delectabiliter virtutis opus exerceat, grauior est noua, probatur, Matth. 11. & ex Hilar. comm. 11. in Matth. & Aug. ep. ad Inquisitiones Ianuarij.

Lex vetus an sit grauior noua vel cõtra.

Ratio primi nam lex vetus, ad plures actus exteriores obligabat, in cœremonijs quã lex noua q̃ pter pcepta naturę paucissima super addidit in doctrina Christi, & Apostolorum, licet ex institutione patrum super addita sint, in quibus attendendum secundum Aug. ne fidelium conuersatio onerosa reddatur. Alia differentia circa opus internũ virtutis, vt quod quis prompte, & delectabiliter, operetur, & circa hoc difficile est virtus, quia non habẽti virtutem est difficile, sed scdm virtutem fit facile, & secundum hoc lex noua est grauior in qua prohibentur interiores motus animi, qui in omnibus in lege veteri non prohibebantur & si, in aliquibus prohibebantur, non imponebatur, pœna id non seruanti, nam operari eo modo quo iustus facit scilicet prompte, & delectabiliter est difficile non habenti iustitiam. Eth. 5. & sic præcepta nouę legis sunt grauia non amanti, amanti vero non secundum Aug. super. 1. Io. 5. Præterea l. vetus habebat onera grauia exterius, & interius non præstabat auxilium quo homo reficeretur quod facit. l. noua. Isa. 41. & videtur præterea hic Deus laborans, quod non erat ibi. Act. 1. vnde facilius hoc exemplo homines mouentur.

SVMMARIVM.

1 Lex noua in quibus consistat.
2 Lex noua quæ pręcipiat, vel prohibeat.
3 Lex noua sufficienter ordinauit actus exteriores.
4 Lex noua hominem circa actus interiores sufficienter ordinat.
5 Lex noua quædam consilia conuenienter tradit.

De his quæ continentur in l. noua. Cap. XIX.

NOtandum, quod materia legis nouę, pręter articulos fidei, quos plures & magis explicatos credi iubet, quàm l. vetus, partim consistit in actionibus internis partim externis, externę sunt illę tantum, quę vel ad gratiam acquirendam, vel augendã diuino pręcepto requirũtur, vt est sacramentorum vsus, & obseruatio pceptorum moralium, q̃ requirũtur ad gratiam & charitatẽ, q̃ à Christo ideo sunt confirmata. Matth. 7. 19. Luc. 18. Marc. 10. Internæ sunt quas Christus pcepit eo sermone quem habuit in monte. c. 5. 6. 7. Matth. qui fuit perfectus omnibus pceptis quibus Christiana vita perficitur, vt d. Aug. lib. 1. de serm. domini in mõte. in princ. & lib. 2. c. 40. primo enim proposuit dominus beatitudinem vitæ, tum ministerium apostolicum, quibus homines ordinant̃ ad Christianam vitam cuius apostoli fuere magistri. Tum ordinauit animi motus, de non irascendo fratri, & nõ concupiscendo alienam mulierem, tum ne gloria, vel aliud temporale quęratur ex operibus bonis, sed in cœlis thesaurizetur; tum ne temere proximum iudicemus, nec odio habeamus inimicum, & patienter mala sustineamus, & tradit modum quo id fiat, implorando, scilicet diuinum auxilium, ingrediendo per angustam portam, curando ne quis à falsis prophetis seducatur, nec satis esse dicere, domine, sed operibus opus esse; tum docet consilia euangelica, castitatem scilicet perpetuam, voluntariã paupertatem, & obedientiam perpetuam. His ita not.

D. Tho. 1. 2. q. 108.

1 Lex noua in quibus consistat.

Prima sit propositio, opera inducẽtia ad gratiam, vt opera sacramentorũ in l. noua præcipiuntur, & alia etiam opera exteriora q̃ prodeunt ex instinctu grãe, & habent necessariam connexionem cũ charitate, & grã, & contraria prohibentur, quæ vero non habent talem connexionem, nec contrarietatem ad fidem,

2 Lex noua q̃ pcipiat vel prohibeat.

vel charitatem, non sunt pcepta, sed id in arbitrio præsidentium collatum.

Ratio, nã legis nouæ principalitas est gratia Spiritussancti, quæ manifestatur in fide operante per dilectionem, quam gratiam homines consequũtur per Dei filium hominem factum, cuius humanitatem Deus impleuit gratia, & inde est ad nos deriuata, Io. 1. plenum gratię, de plenitudine eius omnes accepimus, ideo conuenit, vt per aliqua sensibilia gratia à verbo Dei incarnato profluens ad nos deriuetur, & ex gratia interiori, per quã caro spiritui subditur exteriora vero opera ad gratiã dupliciter pertinere possunt primò, vt inducentia aliqualiter ad gratiam, & huiusmodi sunt opera sacramentorum in lege noua instituta, vt baptismus Eucharistia, & huiusmodi, secundo, alia sunt opera exteriora, quæ ex instinctu gratiæ producuntur, quorum quædam habent necessariam conuenientiam, vel contrarietatem ad interiorem gratiam, quæ in fide per dilectionem operãte consistit, & huiusmodi opera exteriora sunt præcepta vel prohibita in lege noua, vt pręcipitur confessio fidei, & prohibetur negatio Matth. 10. qui confitebitur me &c. quædam non habent necessariam contrarietatem, vel conuenientiam ad fidem per dilectionem operantem, & huiusmodi opera non sunt in lege noua præcepta, vel prohibita in ipsa prima legis institutione, sed relicta sunt à Christo legislatore cuilibet, secundum quod quis alterius curam habet, cuius est determinare quid expediat facere, vel vitare, & secundum hoc lex Euangelij est lex libertatis. vbi notandum, quod euangelicę. l. perfectio principaliter consistit in cordis ornatu, opera autem exteriora ad eius conseruationem sunt necessaria, prima pars, probatur, nam Deus est spiritus, ideo oportet eum in spiritu & veritate adorare, & quia perfectio Christiana consistit in actu perfectissimarum virtutum, quæ sunt fides spes charitas, quarum actus in corde perficitur, secunda pars, probatur, nam vt animæ coniunctio cum corpore non potest esse salua sine auxilijs corporeis, itá licet sanctitas vitæ Christianæ principaliter sit spũalis, eget tñ ad sui conseruationẽ corporalib. exercitijs, & Deus est auctor corporis & animę, ergo in eius obsequium corporales actus & aĩę impendere oportet, quę tñ opera existenti in peccato non sunt meritoriæ de quo alibi, & opera sunt necessaria etiam perfectis Christianis. Matth. 9. vt d. hic Medina.

3 Secunda propositio. Lex noua sufficiẽter ordinauit actus exteriores, probatur ex Aug. li. de serm. domini in mõte. circa princ. & lib. 2. cap. 40.

Lex noua sufficienter ordinauit actus exteriores.

Ratio, nã vt ar. pc. in exteriorib. l. noua solũ habet ea pcipere, vel vetare per q̃ in grãm introducimur, vel q̃ pertinẽt ad rectũ grę vsum ex necessitate, & qa grãm ex nobis consequi non possumus, sed solũ per Christũ, ideo sacra, per quę grãm conseqmur Christus per seipsum istituit, s. baptismũ Eucharistiã Ordinẽ, instituendo 12. Apost. & 72. discipulos ministros pęnitẽtiã matrimoniũ indissolubile, confirmationẽ ẽt per Spũs sancti promisit missionem, ex eius ẽt institutione, Apostoli leguntur infirmos oleo vngẽdo sanasse Math. 17. q̃ sunt nouę legis sacramenta, rectus vero gratię vsus est per opera charitatis q̃ scdm ꝙ sunt de necessitate virtutis pertinẽt ad præcepta moralia, quæ etiam lex vetus tradebat, vnde circa hoc lex noua veteri non addidit circa exteriora agenda. Determinatio vero prædictorum operum in ordine ad cultum Dei pertinet ad præcepta cœremonialia legis, in ordine ad proximum ad iudicialia supra quæst. 99. artic. 4. vnde quia istæ determinationes non sunt necessariæ interiori gratiæ in qua lex consistit, non cadunt sub præcepto nouæ legis, sed relinquitur arbitrio humano, sicque lex noua debuit determinare tantum pertinentia ad sacramenta, & præcepta moralia quæ de per se pertinẽt ad rationem virtutis, vt nõ esse occidendũ furandũ, &c.

Sacramentalia tamen, in lege noua sunt instituta, ob excellentiam sacramẽtorum, licet ẽt sine auxilio sacramẽtaliũ sint omni veneratione digna, antiqua vero sacramẽta, quia erant egena ele-

elementa, egebant sacramentalibus, secundo, vt hic honor relinqueretur apostolis ea instituendi, ex authoritate sibi à domino tradita. Luc. 22. ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater regnũ, vt ita eos veneremur non solum, vt prçlatos, sed etiam, vt legislatores, & quia ecclesiç adesse debebat Spiritussanctus, & ex pediens erat ea pro tempore quandoque mutari, ideo à domino non sunt instituta, vt d. hic Medina.

4 Lex noua hominẽ circa interiores actus sufficienter ordinat.

Tertia propositio. Lex noua hominẽ circa interiores actus sufficienter ordinat, probatur ex Aug. lib. 1. de serm. domini in monte, & lib. 2. c. 40.

Ratio, nam in sermone in monte qui totam informationem Christianę vitæ continet Christus perfecte interiores homini motus ordinat, primo erga se ipsũ secundo, erga proximum, circa se dupliciter secundum volũtatem de agendis, & intentionem de fine, primo modo ordinat interiores motus, vt non solum quis abstineat ab exterioribus malis operibus, sed etiam interioribus, & occasionibus malorum, secundo, ordinat intentionem finis, vt in agendis nõ q̃ratur humana gloria, nec abundãtia diuitiarum, & similiter quo ad proximum ordinat interiorem motum, vt temerario non iudicetur, nec tamen circa eum vt simus remissi; vltimo, docet quomodo euangelium seruetur, vt ingrediamur p angustam portam, caueamus ne à seductoribus corrumpamur, & quod oportet seruare mandata, nec sufficit confessio fidei, auditus, vel miraculorum operatio. De hoc artic. supra initio est dictum.

5 Lex nona quædã cõsilia conuenienter tradit.

Quarta propositio. In l. noua quædã consilia conuenienter sunt determinata, probatur. Prou. 27.

Ratio, nam præcepta important necessitatem consilia voluntatem, & sic oportet in lege noua præcepta esse data de his quæ sunt necessaria ad finem consequendę beatitudinis, in quem lex noua immediate introducit, consilia de illis per quæ melius homo potest consequi finem perfectũ, homo vero hic constituitur, inter res mundi, & spiritualia bona, in quibus consistit ęterna beatitudo, ita quod quo plus hęret vni eorum, eo magis ab altero recedit, qui ergo hęret rebus mundi in his finem statuens, & pro regulis illas habẽs, & rationibus suorum operum omnino excidit à spiritualibus bonis, ideo huiusmodi inordinatio tollitur per præcepta, sed quod ea quæ sunt mũdi omnino abijciantur, non est necesse ad perueniendũ in finẽ consequendum quia homo potest vtendo rebus mundi ad æternam beatitudinem peruenire, modo in eis finem non statuat, sed expeditius perueniet ea omnino abijciendo, ideo de huiusmodi dantur consilia, bona vero huius mundi ad vsum humanæ vitæ pertinentia in tribus consistunt, scilicet in diuitijs bonorum externorum, quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum, & delitijs carnis, quæ pertinent ad concupiscentiam carnis, & in honoribus quæ pertinent ad superbiã vitę 1. Io. 2. q̃ oĩno relinquere secundum quod est possibile pertinet ad consilia euangelica, in quibus etiam tribus fundatur omnis religio quæ statum perfectionis profitetur, diuitiæ enim abijciuntur, per paupertatem, delitiæ carnis per perpetuam castitatem, superbia vitæ per obedientiæ seruitutem, quæ simpliciter obseruata pertinent ad consilia simpliciter proposita, sed obseruatio cuiusque eorum in aliquo casu speciali pertinet ad consilium secundum quid, vt cum quis dat eleemosinam pauperi quando non tenetur, sic etiam quando aliquo tempore determinato quis à delectationibus carnis abstinet, vt orationibus vacet consilium sequitur, pro tempore illo, sic si quis benefaciat inimicis quando non tenetur, vel offensam remittat cum iustè posset exigere, est consilium secundum quid, & sic omnia consilia particularia, ad illa tria reducuntur.

In argumentis ad contraria late explicantur præcepta & consilia euangelica, quomodo vero, & quibus testimonijs probentur consilia euangelica, late hic docet Medina, de quo alibi cadit sermo in particulari, & de consilio castitatis egi tract. de sacramento matrimonij, de consilio vero obedien-

tiæ, & paupertatis, scripsi abunde in tractat. de regularibus simul cum consilio castitatis.

Et ex his ad laudem Dei Opt. Maximi impositus sit finis, huic prolixo & laborioso de legibus tractatui in die sancti Augustini. 1595. Desentiani, qui pro nobis intercedere dignetur ad dominum, vt eius & doctrinam, & sanctitatem imitemur.

DE GRATIA.

SVMMARIVM.

1 Gratiæ nomine quid intelligatur.
2 Auxilium speciale quid sit, & quid generale.
3 Gratia an sit necessaria.

De gratia secundum se. Cap. I.

D. Th. 1. 2. q. 109. cum seq. vsq; ad q. 113.

1 Gratiæ nomine qd intelligatur.

Notandum primo, quod nomine gratiæ intelligitur proprie, quod datur gratis sine vllo debito. Sic Ro. 4. si autẽ gratia iam nõ ex operibus, & c. 11. si autem gratia iam non ex operibus alioquin gratia non est gratia, & in hac significatione apostolus ꝓbat tota illa epistola iustificationẽ nostram esse ex gratia non ex debito, vel operib. Verum secundum hanc gratiæ acceptionem plurima sunt quæ censentur nomine gratiæ, creatio ipsa, creatura, dona omnia naturalia, quæ ex creatione pendent, quia quod pro creatura à Deo conditum est, non potuit esse ex vllo debito, & merito, sed ex pura gratia & liberalitate Dei, vt d. Aug. ep. 95. contra Pelagium, & ep. 105. & Ps. 144. in illud, in iustitia tua exultabunt. Vnde non est hic sermo de hac gratia Dei, quæ est necessaria ad esse simpliciter, sed ad esse spirituale, & recte viuendũ, idest non de gratia creationis, sed redemptionis, quæ magis proprie dicitur gratia, quia ex quo Deus creauit mundum, ex debito quodam naturalis iustitiæ quam ipse instituit, tenetur concurrere ad actionem, & productionem rerum omnium, & ad conferendum ea, quæ necessario debẽtur, vt dona quæ pertinẽt ad recte viuendum secundum dona gratuita ex mera liberalitate Dei concessa, & quæ naturæ ex debito iustitiæ non debentur.

Verum hęc gratia potest adhuc multipliciter sumi, primo nomine gratiæ possunt intelligi, omnia dona grata & conferentia ad esse spirituale siue sint dona Angelorum, siue ipsa gratia Christi, & etiam gratiæ hominibus datę. Sed hæc nimis ampla est significatio, secundo nomine gratiæ possunt intelligi merita & passio Christi, prout nobis meruit & passus est pro nobis quę proprijssime est gratia, ꝙ enim moreretur non potuit esse ex hominum merito, imo ex gratia est principium omnis gratiæ, fons omnium gratiarum, quę hominibus conceduntur, cõceduntur autem propter mortem Christi, & merita ipsa Christi applicãtur nobis non nisi per dona, & gratias quę nobis à Deo concedũtur in ordine ad merita, & mortẽ Christi: tertiò sumitur gratia pro donis ipsis gratuitis, quæ à Deo hominibus conferuntur, & sunt duplicis generis, quædam animæ infusa, inhęrentia, vt fides spes charitas gratia gratum faciens, virtutes infusę, multę etiam gratiæ gratis datæ, quædam vero sunt tantum auxilia quædam externa quibus gratis à Deo iuuamur ad bene viuendum, quæ possunt comprehendi nomine auxilij specialis, quod non ex naturæ debito est, sed Dei liberalitate, auxilia autem specialia sunt internæ quædam motiones, quia Deus interius, & immediate mentem mouet, & voluntatem ad operandum, siue præueniendo, siue cooperando, & coadiuuando, quædam vero sunt externa quædam media, quibus nos ad idem iuuat, sed mediate, vt sunt prædicationes verbi Dei, &c. de quo auxilio speciali Vega 6. super Conc. Trid. à cap. 6. ad decem & lib. 13. c. 13. & Gaspar

spar Cassalius lib. 4. quartę iustitiæ. ca. 31. 32.

2 Auxiliū spāle q̄d sit & q̄d generale. Intelligitur vero quid sit auxilium speciale ex comparatione eiusdem ad eius contrarium, vel concursum generalem, nam primo, auxilio generali Deus concurrit cum omnibus creaturis ad earum operationes, speciali tamen cum creatura rationali, secundo illo concurrit ad omnes actiones etiam mala quo ad materiale in peccato, hoc tantum ad bonum. Ita Conc. Triden. sess. 6. can. 6. tertio illud est debitum naturæ ex ordine iustitiæ à Deo institutę, hoc tm̄, ex liberalitate, & misericordia Dei, quarto illud spectat ad communem Dei prouidentiam, hoc specialius ad gratiā Christi, & prædestinatorū, scilicet illud ad opus creationis hoc redemptionis, sexto illud datur communiter ad omnes illas operationes, quas creatura potest proprijs viribus naturalibus exercere, sed tamen quia necessarium est hoc auxilium gn̄ale, ideo dicitur creatura hoc non posse proprijs viribus exercere, at speciale datur ad eas operationes quas quodammodo nō potest præstare homo viribus naturalibus, siue excedant quo ad substantiā actus, siue quo ad alias circunstantias, septimo generale est commune respectu omnium, & cōmuniter ęqualiter omnibus adest, & varium est, tum pro varietate operum, & ipsarum creaturarum quę operātur, speciale vero varium est, & pro varietate personarum, & locorum & temporum, & hoc tantū secundum merum Dei beneplacitum, & dispensationem.

Secundò not. hominem, in hac vita fuisse positum in triplici statu, primo iustitię originalis, in quo est primo creatio, & gratiam gratum facientem includebat, secundo lapsus in peccato, tertio gratiæ recuperatæ post peccatum.

3 Gratia an sit necessaria. Tertiò notandum, quòd hæc difficultas de necessitate gratię, est valde connexa cum alijs difficultatibus præsertim in materia de prędestinatione de libero arbitrio de peccato originali, & prętcrea multę difficultates supra explicatę sunt in materia prędestinationis, quę huic loco maxime conferunt, vt quod Deus vult omnes homines saluos fi. quod omnibus confert gratiam sufficientem ad salutem, & quod gratiā efficacem dat tantum ijs qui volunt, & & si non solum ipsum facere, sed etiam ipsum velle, & acceptare gratiam sit donum Dei, & quod gratia perseuerandi efficax solis datur prędestinatis, & si nullus sit q̄ nō possit vsq; ad finem perseuerare, pręterea probatum est in eodem tractatu, electionem & prædestinationem Dei non esse ex debito, aut pręuisis meritis, sed mera Dei liberalitate misericordia & beneplacito diuino, modo vt ibi, ex quibus ijsdem probata est gratię necessitas ad salutem cōsequēdam, & quod salus & bona opera sunt gratia Dei.

Quartò notandum, hanc difficultatem de gratię necessitate fuisse olim tēpore Innoc. primi & D. Aug. quia pelagiani negabant necessitatem gratię, cuius hęresis fundamenta omnia explicat & referet. D. August. pręsertim. ep. 48. 49. & 88. vsque ad 96. inclusiue, & 105. 106. 107. 2. lib. de spiritu & litera. lib. de nat. & gratia, lib. de gratia Christi contra Pelag. & sparsim in quarto lib. contra dictam ep. Pelagij. lib. 3. hyp. pog. 2. lib. de pręd. sanct. de bono perser. de gratia & lib. arbit. & alijs libris candē refert hęresim, & refutat Ieronimus, in eandem hęresim scripsit tres dialogos ad Ctesifontem, & in fi. tertij laudat multum ea quę scripserat August. contra eandem.

Quintò notandum, gratiam de cuius necessitate agitur in hac q. & pręsertim in ordine ad hominem post peccatum esse gratiam Christi, & eam quę nobis per Christi merita confertur, quod patet primo, quia hęc gratia est donum gratuitum, & supernaturale, omnia dona huiusmodi nos amisimus per peccatum, at quęcunque per peccatum amisimus per Christū restituūtur, ergo, & talis gratia, pręterea quia Christus dicitur caput omni homini ab apostolo p̄sertim in ordine ad beatitudinē,

ergo ab ipso, vt capite fluunt ad omnes homines gratiæ, & virtutes, pręterea Christus author est nostrę salutis, & iustificationis, at hęc omnia dona sunt in ordine ad hominem iustificandum, & eius salutem, ergo sunt per Christum, pręterea Christus passione sua quæ fuit meriti infiniti meruit nobis hęc omnia dona & gratias, ergo, ad hoc in vniuersum confert testimonium apostoli ad Ephes. 1. benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui repleuit nos omni benedictione spirituali, hoc ipsum fusius probat Vega. super Conc. Trid. lib. 4. tum in vniuersali, tum in particulari de quocunque dono & beneficio spirituali et de auxilio speciali.

SVMMARIVM.

1 Verum est triplex.
2 Verum an homo possit sine gratia cogitare, & cognoscere, sub varijs conclusionibus.

An homo possit sine gratia verum aliquid cogitare.
Cap. II.

1 Verũ est triplex. Notandum, quòd verum est triplex primo, morale quod non est supernaturale, secundo speculatiuum naturale ad quod potest reduci illud verum practicum, quod speculari spectat ad artem, quia quo ad ipsum spectat, eadem est ratio cum vero speculatiuo, tertio, verum supernaturale, siue practicum siue speculatiuum, hoc loco maxima est difficultas de vero morali, de quo Schol. 2. dist. 25. & hoc duplex est prout dupliciter cognosci potest bonum morale, primo est verum morale vniuersale, secundo particulare determinatum quo quis cognoscit quid sibi hic & nunc agendum sit, qui est actus proprius prudentię, hic est difficultas tantum de primo vero morali, non de particulari quia hoc est semper in electione voluntatis.

Secundò, notandum duo nobis hic supponenda esse vt certa, primum est quod in statu Innocentię, vel naturę integrę etiam exclusa gratia gratum faciente poterat homo ex viribus naturę cognoscere non solum aliquod sed etiã verum omne morale, Patet, quia in eo statu erat natura integerrima perfectissima, ergo poterat omne illud quod nõ excedit naturę vires, at nos hic loquimur de cognitione morali, vt distinguitur à supernaturali, ergo hoc totum poterat, ergo est difficultas quo ad hominum in statu naturę corruptę siue sit in gratia siue in peccato, & consequenter etiam quo ad statum in puris naturalibus, quia naturę infirmitas eadem est quo ad vtrunque statum. 2 Verũ an hõ possit sine grã cogitare.

Secundum est, quod homo existens in peccato, siue in gratia gratum faciente potest saltem cum auxilio speciali cognoscere non solum verum morale, sed etiam verum supernaturale, quod patet quia in peccatoribus manet fides rerũ supernaturalium, multo ergo magis cognitio rerum naturalium, vt d. Aug. 1. retrac. c. 4. Conc. Tr. sess. 6. c. 15. Est ergo prima difficultas de vero morali, de quo est duplex sententia. 1. Greg. Arim. 2. dist. 26. 27. 28. q. 1. art. 1. concl. 2. & dist. 29. q. 1. art. 2. quem sequitur Capr. d. 28. q. vn. art. 3. qui d. hominẽ egere auxilio ad tollendum obscuritatem intellectus.

Secunda sententia d. posse cognosci aliquod verum morale ex solis viribus naturalibus sine speciali auxilio, est sententia D. Bon. Ric. & aliorum d. 28. qui volunt etiam posse agere aliquod bonum morale.

In hac difficultate. Prima sit conclusio, homo in statu naturę corruptę non potest sine speciali auxilio omne verũ morale cognoscere, probatur, primo qa per peccatum homo incurrit pęnã ignorantię, & cecitatis, quorum illa tollitur per lumen veritatis hęc per feruorem charitatis, vel saltem minuitur, vt d. Aug. primo retract. cap. 9. & 3. de lib. arbit. cap. 18. & 6. contra. Iul. cap. 5. & libro 2. de bapt. paruu. at nemo potest ab ijs pœnis liberari nisi per gratiam,

tiam, vt d.D. August. locis prædictis, & Vgo de sancto Vict. de sacram. lib. 1. p. 7. cap. 25. Secundò, Sancti continuo petunt à Deo hanc cognitionem qua cognoscant quid agendũ sibi sit, ergo non põt id homo nisi ex dono Dei, alioquin frustra peterent, qua consequentia vtitur Innoc. I. ep. ad Conc. Cartag. I. q̃ est ep. 25. & teste Aug. Tertiò, nil boni possumus ex nobis sine gratia Dei cogitare. 2. Corint. 3. ergo igitur nec cognoscere, quo testimonio vtitur D. Aug. lib. de gratia Christi. c. 26. Quartò, nam cognitio veri moralis maximè pẽdet ex affectu, affectus autem in homine maximè post peccatum est valdè perturbatus, & experientia patet nullos esse qui lumine naturali possint oĩa moralia cognoscere.

Secunda cõclusio. Potest homo ex viribus naturalibus sine auxilio speciali Dei cognoscere aliquod verum morale, probatur Ps. 4. multi dicunt quis ostendit nobis bona: Signatum est super nos lumen vultus tui domine, ꝙ sancti intelligunt de lumine naturali, & Rom. 4. loquitur de gentilibus qui iam Deum cognouerunt, sed non sicut Deum glorificauerũt. & c. 2. Secundò, homo potest ex viribus naturæ agere aliquod bonũ morale, ergo & cognoscere: præterea ꝑ peccatum non est omnino excæcatus intellectus, aut lumẽ rationis extinctus, sed tantũ ratio obscurata, & incursa multa impedimenta quibus facillimè fit, vt in cognitione erret, præsertim rerum moralium quæ ex affectu pendent.

Tertia conclusio. Rectè dicitur hominẽ egere speciali Dei auxilio ad cognoscendum non solùm totum verum morale, sed etiam quodlibet in singulari, & non solùm vt facilius cognoscat, sed etiam simpliciter ne erret. Intelligitur autem conclusio, non de vero morali, quò ad principia practica per se nota, vel quò ad primas conclusiones, quæ ex illis immediatè deducuntur, & quæ sunt ferè per se notæ, nõ est enim cognitio eorum ab intellectu deleta per peccatum, imò vix potest illa cognitio aboleri. Rom. 1. at saltem ad retinendam cognitionem cuiuscunque illorum verorum eget homo Dei auxilio speciali, prout eodem eget ad vitanda peccata per quæ posset illa cognitio amitti: deinde intelligenda est conclusio de vero morali perfecto. i. ex fine, obiecto, & omnibus circunstantijs, sunt enim quidam actus nõ mali, & consequenter boni moraliter, qui tamen minimum habent de ratione boni moralis, aut virtutis & potius sunt actus quidam ciuiles, vel naturales, vt diligere vel parentem ex puro affectu naturali, aut ædificare domos, plantare vineas, ludere, & talia, & de his conclusio non est intelligenda, sed de proprijs actibus perfectiuis virtutũ moralibus, qui sunt per se ob finem, hoc est vt sic cum varijs circunstantijs, quia respectu harum, tum propter ipsarum imperfectionum, tum propter inordinationem potentiarum animæ, & pugnã quæ est contra ipsos est ratio hominis valde infirma, & indiget auxilio alicuius, hæc igitur cõclusio intellecta patet; quia supposito vulnere originali, ꝙ incurrit homo ex peccato, & plurimis impedimentis, tum internis, tum externis certum est ꝙ facillimè in horum cognitione potest intellectus errare & decipi, & hic etiam in cognitione cuiuslibet in singulari potest facillimè errare, ergo ne erret eget auxilio alicuius dirigẽtis, & tollentis impedimenta, & etiã si fieri possit, viribus naturalib⁹, vt intellectus vnum aut alterum huiusmodi verũ sine errore possit cognoscere, non tñ inde sequitur, ꝙ in singulis non egeat speciali Dei auxilio, quia in singulis facilè põt errare, quare eo saltẽ indiget, vt sit tutus & ne erret, & si vnum actum, aut alterum actum ex se agere possit, tamẽ ad singulos eget alterius auxilio, quia in multis poterat facillimè cadere, & si impegisset, nõ poterat se sistere; ꝑterea facillimè habitũ adeptũ viribus moralibus põt homo amittere, ergo saltẽ vt nõ amittat in singulis eget Dei auxilio: præsertim quia dictum est supra, ꝙ homo potest amittere per peccata aliqualiter cognitionem principiorum moralium; notando tamen ꝙ quando dicitur gratiam, vel auxilium Dei esse homini necessaria ad actus singulos, nõ est hoc eodem modo intelligẽdum, quò ad omnia

nia genera actuum, sed vario modo, secundùm subiectam materiam, nā sunt actus quidam qui omnino excedūt omnes vires naturales hominis, & cum his est necessaria gratia Dei, vt ne vnus quidem actus talis possit sine illa produci, quidam verò non ita excedunt vires humanas, tamen ob infinita impedimenta non potest homo singulos actus producere, prout apparet, quare ad hos erit gratia necessaria, tū ad vitanda impedimenta, vel ad corroborādam virtutem, vt possit vincere, & hoc modo poterunt ita etiam hi singuli actus dici dona Dei suo modo, sicut & illi suo, & sic vniuersaliter verum est nihil boni saltem perfecti etiam moralis esse à nobis quasi ex nobis, sed omnem nostram sufficiētiam ex Deo esse.

Secunda difficultas est de vero speculatiuo, quod vnum ferè omnes supposuere posse naturæ viribus cognosci, nō solùm aliquod, sed etiam totum, quòd expresse hic d. Caiet.

In hoc tamen duo dicenda sunt: primò, ꝙ facilius vera speculatiua potest homo ex naturæ viribus cognoscere, q̄ moralia, patet hoc, quia præter obscuritatem intellectus, & ignorantiam, quæ est vtrique communis, adhuc verū morale pendet ex appetitu rationali, & affectu sensus, in quibus est maxima perturbatio, & ideò maxima impedimenta, nō sic autem se habet speculatiuum. Secundò, ꝙ neq; totum verum speculatiuum, neque magna ex parte potest homo sine auxilio Dei speciali cognoscere, patet, quia homo per peccatū incurrit ignorantiam, amisit iustitiam originalem, qua perficiebantur oēs hominis potentiæ, maximè superiores, subsecuta sunt etiam multa impedimēta externa, quę facillimè omnem cognitionem impediunt, qualia sunt vitæ breuitas, multæ infirmitates, & vitia, fallacia experiētiarum, sensuum infirmitas, ergo etiam in hac cognitione homo potuit facillimè errare, imò experientia patet, paucissimos fuisse qui magnam huiusmodi rerum cognitionem sint adepti, qui nō multos habuerint errores. Vnde in scriptura hæc scientia speculatiua dicit̃ donum Dei. ita Exo. 31. impleti, & spiritu Dei, & sapientia; & Eccl. 1. omnis scientia à domino Deo est, & sapientia, & 7. & Clem. Alex. 6. strom. d. scientiam rerum naturalium esse donum Dei, & August. 2. de ciu. c. 7. & habetur Hebr. 10. nec posse haberi sine auxilio Dei speciali, probat Gaspar Cassal. lib. 1. quarte iustitiæ. c. 15. Ambr. lib. 1. de voc. gent. c. 2. Aug. 10. de ciu. c. pen. de fide ad Pet. c. 3. ex quibus infert, ꝙ si qui inter gentiles magnam Dei, vel rerum naturalium cognitionem habuerunt, vt fuit Aristoteles non potuisse fieri sine dono, & Dei auxilio speciali.

Tertia difficultas est de vero supernaturali, ꝙ certum est nō posse ratione naturali inuestigari, sed habetur tantum per reuelationem diuinam, nā ideò est verum supernaturale, vt Io. 1. Deum nemo vidit vnquam. 1. Cor. 2. oculus non vidit &c. 2. Cor. 3. non ꝙ simus sufficientes ex nobis, ad hanc autem cognitionē certum est necessariā esse reuelationem Dei, vt in tract. de fide, Deo præstante, dicetur. Sed difficultas est, an postquam reuelata sunt à Deo, possit homo ex viribus naturæ sine alia gratia Dei, vel auxilio huiusmodi reuelatis assentiri verè & perfectè, quæ difficultas nō est huius loci, spectat enim ad 2. 2. q. 6. vbi agitur de dono fidei infusæ, quare satis est modo hoc supponere fidem illam, qua nos credimus & Euangelium, & alia reuelata esse donum Dei, nec aliter quàm à Deo posse haberi, ꝙ probat Augu. lib. 1. retr. c. 23. ep. 103. 105. 106. lib. 2. de doctrin. Chr. c. 33. in Euch. c. 31. de spiritu, & litera. c. 31. 32. libr. de gratia Christi. c. 31. lib. 1. cont. Don. ep. 1. c. 3. & 19. lib. 4. c. 6. lib. 1. de præd. sanct. à primo, vsq; ad 12. & 16. vsque ad fi. lib. de gratia, & lib. arbit. c. 7. & 14. & lib. 3. hipog. habetur autem expressè Io. 6. nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, hoc autem venire esse credere euidenter patet, quia subdit omnis q̄ audit à patre meo, & didicit venit ad me. Ioan. 12. Es. .excæcaui &c. excæcare autem Dei est non illuminare. Roman. 12. 1. Cor. 12. 2. Cor. 4. Eph. 2. gratia saluati estis per fidem, Dei enim donum

num est. Eph. 6. Phil. 1. sic vtitur Aug. & ex 1. Tim. 1. misericordiam consecutus sum, vt essem fidelis, & 1. Cor. 7. Ex his infertur, quod fides illa qua dæmones credunt & tremunt, non esse veram & perfectam fidem, quia nec credunt ex pia quadam, & libera voluntatis inclinatione, sed coactè & euidentia eorum quæ vident, & experientia.

SVMMARIVM.

1 Homo sine gratia an possit bonum velle & facere, sub multis distinctionibus, & conclusionibus.

An homo sine gratia possit velle & facere bonum. Cap. III.

1 Homo sine gratia an possit bonũ velle & facere, cũ multis distinctionibus.

PRo intelligentia notandi tres termini; primus, homo, non est difficultas de homine existente in gratia, homo verò in triplici statu potest considerari: primò, in puris naturalibus: secundò, in iustitia originali: tertiò, in peccato, quamuis quò ad naturæ perfectionem, & vires nõ differant prima, & tertia. Secũdus terminus est bonum, est difficultas de bono tantum morali, non de supnaturali, & est difficultas an possit totum bonum morale, & etiã an saltem aliquid agere. Tertius terminus est gratia, difficultas est de vtraque gratia, & gratũ faciente, & Dei auxilio speciali, & est difficultas an sine gratia gratũ faciente possit homo bonũ morale velle vel facere, & ẽt an id possit sine auxilio Dei speciali, licet prior difficultas est ferè tãtum de homine in statu peccati, non in puris naturalibus, vel iustitia originali, tota ergo difficultas ad tertiũ caput reduci potest: primò, an homo in statu naturæ integræ: secundò, in iustitia originali, & in vtroque an possit viribus naturalibus, siue libero arbitrio absque speciali Dei auxilio totum bonum morale velle vel facere. Secundò, an existẽs in peccato sine gratia gratum faciente possit aliquod bonum morale velle vel facere, & an omnia eius opera sint peccata. Tertiò, an saltẽ homo in statu naturæ corruptæ possit bonũ aliquod velle vel facere sine auxilio Dei speciali.

Quò ad primam difficultatem, notandum, quod omnes conueniunt hominem in puris naturalibus sine iustitia originali, vel alio dono gratuito nõ potuisse totum bonum morale facere sine speciali Dei auxilio, & hoc siue dicatur in puris naturalibus eodem modo se habitum hominem, ac modo se habeat post peccatum, siue ponatur melior status ille, vt multi volunt, & verè. Est ergo difficultas an huiusmodi dono iustitiæ originalis, vel alio gratuito, possit sine alio speciali auxilio bonũ morale velle vel facere, & an dicẽdum sit, quòd hoc possit viribus naturalibus.

In quo prima sit conclusio. Homo poterat in statu innocentiæ, & iustitiæ originalis absque alio speciali Dei auxilio totum bonum morale, & velle, & facere, probatur, nam in statu naturæ integræ per donum iustitiæ originalis omnes potentiæ naturales hominis habebant se in maximã perfectionẽ naturalẽ per donũ iustitiæ originalis, ergo poterãt exercere omnes actus qui vires naturales non excedunt, vt sunt oẽs actus non supernaturales, confirmatur, quia cum natura humana suam maximam perfectionẽ naturalẽ ex internis principijs haberet, nõ posset nõ suppletũ esse hoc per donum iustitiæ originalis, sicut quælibet alia natura in sua naturali pfectione constituta potest cum solo generali Dei auxilio in oẽs operationes suas naturales, ergo etiam homo in hoc statu maximè perfecto constitutus.

Secunda cõclusio. Homo in statu naturæ integræ poterat per sua naturalia totum bonum morale velle & agere, patet hęc conclusio, quia donum iustitię originalis, qua ei cõferebatur posse bonum hoc agere erat quodãmodo naturale, quia naturę conueniens, & debitum viribus naturalib. vt perfectè posset suas operationes exercere.

Quò ad secundam, inter catholicos nulla est controuersia.

Quò ad tertiam difficultatem.

Prima est conclusio. Homo in statu naturę

naturæ corruptæ potest proprijs virib. aliquando aliquod bonum morale agere sine speciali Dei auxilio, aut gratia Dei, probatur ex Conc. Mileu. can. 4. & Trid. sess. 6. c. 1. 2. & 3. nam authoritates Patrum, & aliorum locorum, quę dicunt nos sine gratia Dei nil boni agere posse, secundùm has regulas sunt intelligendæ de bono meritorio, & spectante ad vitam æternam. Præterea si nō potest homo bonū morale agere sine gratia Dei, ex eo maximè erit, ꝙ non potest bonū morale explicitè referre ad Deū, sed hoc fundamentum est falsum, nam commune est axioma Theologorum, ꝙ Deus nulli denegat gratiam facienti ꝙ in se est, ergo ante gratiam procedit in bonum aliquod ꝙ homo ex se facit, & quo disponitur ad gratiam, ergo hæc non sunt peccata, quia hæc non disponunt. Vlterius per peccata non est omnino extinctum liberū arbitrium, sed debilitatum, ergo remanet aliqua vis in libero arbitrio, quę saltem aliquod bonū morale virib⁹ sibi proprijs facere possit. Præterea potest homo aliquod opus facere malo fine, vel mala circunstantia, & vt sic opus malum moraliter, cur ergo non potest idem facere bono fine, & cum bonis circunstantijs, & sic bonum opus morale.

Secunda conclusio. Non potest homo in statu naturę corruptę totum bonum morale agere proprijs viribus sine speciali auxilio, & gratia Dei; probatur, primò, quia bonum morale, quàm latissimè patet, & continet in se omnia præcepta decalogi, & omnes conclusiones, q̄ ex illis deducuntur, quæ omnia præcepta si seruaret homo, esset valdè iustus, & perfectus, cōstat autem apud omnes nō posse hominem in statu naturæ corruptæ tātam iustitiam, & perfectionem proprijs viribus naturæ consequi. Præterea, nam infra probabitur etiam cum auxilio speciali, & gratia Dei non posse hominem sine valdè particulari priuilegio omnia peccata vitare, & tn̄ si totum bonū morale ageret in nulla actione peccaret. Tertiò, quia etiā infra probabitur non posse hominem implere omnia præcepta, non solùm sine auxilio speciali Dei, sed etiam neq; sine gratia gratum faciente, quare neque totum bonum morale agere. Vltimò, quia ex peccato incurrit homo maximam infirmitatem, & ignorantiam, & contraxit plurima impedimenta, tum interna, tū externa ad benè agendum, quæ omnia tollebātur per iustitiam originalem, ergo hac amissa nō potest amplius totum bonum sibi connaturale, cum modo sit imperfecta, & destituta proprijs virib⁹.

Tertia conclusio. Homo in statu naturæ corruptę eget speciali Dei auxilio etiam ad actus singulos bonos moraliter; hæc conclusio eodem ferè modo probatur, quo secunda, & eo modo quo hoc idem est probatum de vero morali, c. 1. non potest autē non ex eo ꝙ singuli actus moraliter boni, ita excedant vires naturales liberi arbitrij etiā in hoc statu, vt eos nullo modo possit exercere, quo modo nec supernaturales, sed ex eo ꝙ in hoc statu tot habet homo impedimenta ad benè agēdum etiam moraliter, vt nullus sit actus moralis in quo facillimè errare, & à recta ratione declinare non possit, & hoc verum est etiam in actibus moraliter bonis spectantibus ad bonæ vitæ præsentis, quia in his etiā facillimè est, vel non rectam rationem seruare, vel quò ad modum, vel aliquā circunstantiam nō omnino sequi rectū ordinem rationis; Præterea tā magna sunt, tam multa mala, quæ hominē excitant, & mouent ad malum, vt difficillimum sit aliquando mouere ad bonū, vel saltē non sit in eo potestas, vt ad q̄dcunque bonum primò moueatur, & incitetur, quare necessarium est auxilium Dei, vt dirigatur homo in suis actionib. & moueatur ad hoc vel illud bonum agendum, & etiam vt in ipsa actione nō remoueatur à ratione, & declinet ab ordine rectæ rationis, ex quibus infertur, ꝙ etiam singula bona moralia quæ habentur, debeant à nobis in Deum referri & ascribi eius gratiæ etiam speciali, & quod de singulis donis Deo gratiæ agendæ sint, tāquam de speciali auxilio & gratia, quia si suo speciali auxilio nos ad illud bonum non monisset, aut iuuisset, facillima esset in quocunq; à recta

ratione

ratione declinatio, quod etiam confirmat, quia omnes piæ mentes solent etiã tanquam Dei dona agnoscere, & gratias agere pro bonis tẽporalibus etiã abstrahendo à bonitate morali, vt pro recuperatione sanitatis, facultatibus, pro euitatione alicuius periculi, & horum habentur in scriptura multa exempla, Nisi dominus ædificauerit domum, &c. & bonum fundamẽtum est, tum ex humana infirmitate in omnibus rebus ad hanc vitam spectantibus, tum etiam particulari Dei prouidentia, quam habet erga homines, quæ præter communem illã quam habet in omnibus naturalibus, particulari etiam quadam dispositione mouet, & regit hominem, & moderatur ea quæ spectant ad hominem, quod si hoc verum est in rebus merè naturalibus, multo magis erit verum in bonis moralibus ob magnam imperfectionem hominis, quò ad actiones, & etiã magnas ipsarum actionum imperfectiones, quę maximè requirunt Dei gratiam.

SVMMARIVM.

1 Homo suis naturalibus sine gratia an possit diligere Deum, sub multis conclusionibus.

An homo ex suis naturalibus sine gratia possit diligere Deum super omnia. Cap. IIII.

1 Homo suis naturalib. sine gratia an possit diligere Deũ.

HAec difficultas potest intelligi de homine considerato vel in statu innocentię, vel in statu naturæ corruptę. Secundò, vel de Deo, vt est finis naturalis, & principium esse naturalis, vel vt est finis supernaturalis, & similiter vel de dilectione naturali, vel supernaturali.

Quò ad statum innocentię, & maximè quò ad dilectionem naturalẽ, quia de supernaturali inferius dicetur.

Prima sit conclusio. Ratio naturalis dictat Deum diligendũ esse à nobis super omnia etiam super nosipsos; probatur hęc conclusio: primò, nam ratio naturalis dictat sine dubio aliquo modo Deum esse à nobis diligendum tãquam summum bonum, vltimum finem, principium totius esse vniuersi, at non potest dictare Deum esse diligãdum infra aliquam creaturam, vel infra nosipsos, neque etiam ęqualiter, quia certum est quod huiusmodi amor esset inordinatus, & peruersus, quare non secundùm rectam rationem, ergo dictat diligendum esse super omnia; confirmatur, quia charitas reducit uos ad diligẽdum Deum super omnia, gratia autem & charitas nõ destruunt, sed perficiunt naturam, neq; potest inclinare ad aliquod quod sit contra rectam rationem naturalem, ergo ratio naturalis non potest dictare à nobis diligendum esse nosipsos supra Deum, vel ęqualiter. Secundò, ratio naturalis dictat vnicuiq; magis diligendum esse bonum commune, & totum quàm partẽ, priuatum & propriũ, at eadem ratio naturalis dictat Deum esse summũ quoddam bonum, bonum simpliciter, commune & totale totius vniuersi, principiũ omnis boni à quo cætera bona sunt participata, ergo dictat Deum esse super omnia diligendum, minor patet supposito quod ratione naturali cognoscatur Deũ esse principium primum totius entis, & vltimum finem omnium; maior patet, quia recta ratio naturalis dictat politicum debere propriam vitam exponere pro Reipublicę conseruatione, & consequenter debere magis diligere conseruationem Reipublicę, quàm vitam propriam, quod etiam agnouerunt Philosophi gentiles, imò & ipsa natura nos docet naturaliter exponendas esse partes ad totius cõseruationem, & membrum ad tuitionem totius corporis, & omnes vniuersi partes maximè tẽduntad bonum totius, etiam cum sui detrimento; Præterea d. Dur. bonum nostrum sine bono diuino nõ esse, hoc autem potest esse sine illo, ergo naturale est, vt magis Deũ diligat quàm illud, quia in hoc & ille continetur, & aliquid maius.

Secunda conclusio. Voluntas hominis, & angeli habet naturalem inclinationem ad diligẽdum Deum super omnia magis quàm seipsum, loquor autẽ

de inclinatione naturali, ad actionem eliciendam, probatur conclusio: primò, voluntas hominis naturalis inclinatur ad omnem illum actum, quem recta ratio naturalis dictat, hæc dictat Deũ esse diligẽdum super omnia, vt supra in prima conclusione, ergo, probatur maior, quia ratio, & voluntas debent esse inter se proportionatæ, potentiæ sunt ambæ adequatæ, potẽtiæ naturæ rõnalis, ergo vna nõ debet secundùm vires naturales alteram excedere, idest non debet vna posse in id obiectũ in quod alia non possit, deinde quia voluntatis rationalis est sequi rationem propter naturalem connexionem quàm habet cum illa tanquã cum sua regula, ergo, demum, quia esset maxima imperfectio in natura humana si ratio dictaret voluntati elicien dam esse aliquam actionem, & in voluntate non esset naturalis inclinatio, & naturalis vis ad illam eliciendam, imò verò esset maxima inordinatio inter has potẽtias si ratio naturalis dictaret Deũ diligendum super omnia, & nosipsos: volũtas autem naturaliter inclinaretur magis ad dilectionem sui, quàm Dei, q̃ sine dubio naturæ humanæ rectè instutæ, & integræ non potest conuenire. Secundò, in volũtate est aliqua naturalis inclinatio ad amãdum Deum, vt bonum quoddam & bonum nostrũ, at non potest esse inclinatio ad diligendũ Deũ infra alia, vel æqualiter cum alijs, quia hic amor esset malus, & esset in homine naturalis inclinatio ad malum, ergo est inclinatio ad diligendum Deum super omnia. Tertia ratio est diui Thomæ, vnumquodque naturaliter inclinatur ad diligendum magis commune bonum, & totius quàm proprium, & priuatum, sed Deus est bonum quoddã totale respectu nostri, & respectu totius vniuersi, ergo etiã in nobis est naturalis inclinatio ad magis diligendum Deum, quàm nosipsos, maior probatur, exemplo naturalium in quibus pars exponit se pro conseruatione totius, vt manus pro conseruatione corporis, tum etiam moralium, in quibus fortis exponit se ad conseruationem Reipublicæ, vt inquit Aristot. 9. Eth. c. 8. quia id est bonum virtutis ex eo quòd diligit magis bonum Reipublicæ, quàm proprium, ꝙ ad virtutẽ pertinet. Quartò, probatur, Deus omnia facit propter seipsum, Prou. 16. & bonũ cuiusq; creaturæ refertur ad proprium bonum, quod supra omnia diligit, ergo cum Deus sit author, & institutor totius naturæ debuit eodem modo totam naturam instituere, cũ hac naturali inclinatione referendi se, & suum bonum in Deum. Vltimò, probatur, quia Deus habet propriam bonitatem tãquam finem omnium aliarum rerũ, naturale est autem vnicuiq; rei inclinari in proprium finem tanquam in suum bonũ, & super omnia dilectum, ergo debuit etiam dare talem inclinationẽ naturæ rationali, vt in Deum referatur, vt in vltimum finem suum, & super omnia dilectum.

Tertia conclusio. In voluntate humana, & angelica etiam sine vllo actu elicito est naturalis inclinatio ad Deum, & bonum diuinum magis, quàm in proprium bonum, hanc conclusionem probant tria vltima argumenta præcedẽtis conclusionis, ex ijs enim habetur nõ solùm ad illum actum inclinari voluntatem, quatenus dictatur à ratione recta, sed etiam ex eo, ꝙ voluntas secundùm seipsam determinata habet hãc naturalem inclinationem, ratione cuius dicitur actum elicitum esse, secundùm eius naturalem inclinationem, & voluntas creata, & rationalis per actum elicitum fertur in Deum non solùm implicitè, & inconfuso sub communi ratione boni, sed etiam explicitè, & in particulari eo modo quo inclinatio partis est in bonum totius explicitè, & in particulari, in quo differt inclinatio voluntatis naturalis ab ea quæ est in cæteris reb⁹, ꝙ vt cæteræ res nõ habent capacitatem actus, quo in Deum explicitè tendant, ideò neque secundùm naturalem inclinationem in Deum explicitè tendunt: voluntas autem rationalis vt secundùm actionem elicitam. & explicitè tẽdit in Deum, ita secundùm naturalem inclinationem tendit explicitè.

Secunda difficultas est de statu naturæ corruptæ, an hoc in statu naturæ viribus sine gratia possit homo diligere

Deum

Deum super omnia, tam dilectione naturali, quàm supernaturali, de quo sunt duæ sententiæ oppositę, breuiter tamen agendo.

Prima sit conclusio. Nō potest homo viribus naturæ, & sine gratia, & charitate infusa diligere Deum super omnia, tanquam finem supernaturalem, hæc conclusio est adeò certa, vt cōtraria vix possit defendi, à Pelagij hæresi, est autem diffinita à Conc. Mileu. c. 4. & Arausica. c. 25. & Trid. sess. 6. c. 3. hæc eadem conclusio probatur etiam ab Aug. sæpissimè, præsertim contra Pelagianos, & maximè cum docet sine gratia nō posse à nobis impleri legem Dei, quia nō potest impleri, nisi per charitatem, quę infusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, quod lib. de spiritu, & litera probat, & in particulari ep. 107. ad Vitalē, liberum arbitrium ad diligēdum Deū, ex peccato esse debilitatum valdè, licet enim Dei lex, & dulcis, & bona sit, & sancta, & iusta, occidit tamen si non reformetur spiritu, quod fit non audiendo tantum, sed obseruando, & non si lectione tantum, sed dilectione teneatur; simile habet ep. 144. ad Anast. & lib. 21. ciui. c. 16. quod nisi à Deo esse potest, nec aliter, nisi per meritum Christi mediatorē Dei, & hominum, & lib. con. Iul. c. 3. in fi. vbi dicit, amorem Dei esse non posse, nisi à Deo patre per Iesum Christum cū spiritu sancto, & lib. 5. c. 3. ait non possè, nisi ex Deo haberi, quia Deus charitas est, & lib. de gratia, lib. arbitr. c. 18 si inquit tenere dilectionem Dei, & proximi non esse ex Deo, sed ex hominibus, incurri hæresim Pelagiani, si ex Deo reijcitur Pelagianus, patet etiam ex scriptura veritas ista maximè ex illo loco clarissimo. Rom. 5. charitas Dei diffusa est &c. & 1. Ioan. 4. Charitate diligēdos inimicos, quia charitas ex Deo est; præterea in scriptura charitas Dei super omnes alias virtutes, & dona Dei extollitur. 1. Cor. 2. & Cor. 1. c. 13. dum dicit: tria sunt, fides, spes, charitas, maior horum autem est charitas; & alibi charitas primum vinculum plenitudo legis, ab ea pendere legem, & prophetas, ergo si quid boni est in hac vita, quod sit donum Dei erit charitas, probatur rationibus: primò, voluntas rationalis naturæ non potest ferri, nisi in obiectum naturale, vt sit proportio inter potentiam, & obiectum, & nos sic loquimur de dilectione Dei tanquam obiecto, & fine supernaturali, ergo in hoc non potest voluntas naturalis, & præsertim voluntas in statu naturæ corruptæ, quæ nunquam habet vires sufficientes ad totum suū bonum naturale. Secundò, intellectus ad cognoscendum verum supernaturale eget lumine supernaturali, vt probatum est supra, ergo & voluntas ad illum diligendum, non enim maiores vires habet volūtas, quàm intellectus. Tertiò, fides est donum, & infusum tantum à Deo, vt supra etiam probatum est, ergo multo magis charitas, quæ est pfectior, quàm fides, ex Apostolo, vnde rectè argumentatur Aug. contra Pelag. lib. de hær. 88. & lib. de gratia, & lib. arbitr. c. 19. Apostolus dicit, scientia inflat, charitas ædificat, ergo ad id quòd inflat necessaria est gratia Dei. Quartò, qui diligit Deū super omnia potest quandiu, ita diligit omnia mādata Dei implere, plenitudo enim Dei, est dilectio, at hæc omnia impleri non possunt sine gratia, & charitate infusa, ergo neq; potest haberi hęc dilectio. Quintò, qui diligit Deum super omnia verè, & iustè, & rectè viuit, probatur, quia rectè se habet in ordine ad vltimum finem: vnde omnis bonitas, & rectitudo rei desumitur, is verò est amicus Dei, quia hic amor est supremus amicitiæ, quo potest credere Deum, diligere, & consequenter vero amore diligitur à Deo, iuxta illud qui diligit me, diligetur à patre meo, quæ omnia si quis dicat haberi posse naturæ viribus sine gratia Dei non est, quòd amplius cum Pelagio contendat, non enim erat contentio inter illum, & catholicos, verum possit haberi viribus naturæ, gratia, idest charitas aliqua infusa ī homine, sed verum sine gratia Dei, & charitate infusa possit homo viribus naturæ legem implere, diligere Deum, vitam æternā mereri, negabat enim Pelagius ad hoc necessariam esse gratiam cum hoc catholici affirmarent; cōfirmatur, quia id,

quo nos rectè viuimus, iusti sumus, & vitam æternam meremur non est per se habitus aliquis, vel qualitas animæ, sed est recta ipsa operatio, i. impletio mandatorum Dei, dilectio Dei, huiusmodi enim inuenitur in scriptura dici hominem iustum, & ei promitti vitam æternam, ergo non ideò est necessaria gratia vel charitas infusa, vt ratione illius actus impletionis legis, & dilectiõis Dei tantum sit meritorius, sed potius, vt per illam possimus actu implere legẽ, Deũ diligere, & vitam æternam mereri, ergo sine illa non possumus vitam æternã habere, ex qua conditione infertur, ꝙ etiã in statu naturæ integræ sine gratia gratum faciente, & charitate infusa Deum super omnia diligere, vt finem supernaturalem non possumus, quia est actus supernaturalis simpliciter excedens vires naturæ creatæ.

Secunda cõclusio. Homo in statu naturæ corruptæ non potest sine speciali Dei auxilio super omnia diligere Deũ tanquam finem naturalem; probatur, primò, quia inter omnes actus morales hic est omnium perfectissimus à quo et pendent ferè cæteri, probatum est autẽ supra egere hominẽ auxilio speciali ad actus bonos moraliter, ergo multo magis ad hoc. Secundò, quia virtutes morales, quæ ad Deum hoc modo diligendũ supra omnia referuntur sunt veræ, & perfectæ virtutes in genere suo, etiã secundùm Aug. sententiam, at huiusmodi actus bonos non posse hominem sine speciali Dei auxilio elicere probatũ est supra, & patet ex infirmitate naturę corruptæ repugnantia sensus, & præsertim amoris ꝓprij, qui repugnat amori Dei.

Tertia conclusio. Dilectio Dei, vt finis naturalis super omnia non potest homini inesse in hoc statu naturæ corruptæ sine gratia gratũ faciente, quæ conclusio non est ita certa, vt prima, probatur tamen, tum quia non potest homo in hoc statu sine hac gratia omnia legis naturalis mandata implere, at qui Deũ super omnia hoc modo diligit, potest legis naturalis omnia mandata implere, tum quia liberum arbitrium infirmatũ est, vt non possit in totum bonum morale tendere, ergo vt possit tendere in hoc totum bonum morale debet sanari, sanatur autem pur gratiam præsertim, quia contraxit homo morbum concupiscentiæ, & amoris proprij, qui amor repugnat amori Dei super omnia.

SVMMARIVM.

1 Homo suis naturalibus sine gratia an possit seruare mãdata, sub multis distinctionibus, & cõclusionib.

An homo possit per sua naturalia mandata legis implere sine gratia. Cap. V.

NOtandum primò, Dei præcepta esse in duplici differẽtia, quædam enim sunt præcepta legis naturalis, vt pręcepta decalogi, & quę in his continentur, & ex ijs deducuntur, quædam alia sunt supernaturalia pręcepta, vt fidei, spei, charitatis, virtutum, hic difficultas est de præceptis vtriusq; generis, tum difficultas est de gratia, tum auxilio speciali, tum etiã de gratia gratum faciẽte, & potest esse difficultas de statu, tum naturæ integræ, tũ corruptę. Quartò, potest dubitari, vel quò ad omnia præcepta, vel tãtum, quò ad aliqua. Quintò, potest esse difficultas, vel de ꝓceptis tantum secundùm substantiam operis, vel etiam quò ad modum charitatis siue hic modus cadat sub ꝓcepto, siue non: prima difficultas est de pręceptis legis naturalis, de quibus duo sunt supponenda, vt certa ex dictis supra: primò, primum hominem in statu naturæ integræ potuisse sine noua gratia gratũ faciẽte, & sine alio auxilio speciali Dei, mandata implere, secundùm est, quòd in statu naturæ corruptę non potest homo saltem sine auxilio Dei speciali omnia hæc mandata implere, & ꝙ eodem auxilio indiget ad singula implenda, licet aliquando per aliquem actum possit sine tali auxilio aliquod pręceptum implere, hoc etiam supra est probatum de bono morali, ꝙ idem est, est igitur tantum dif-

1 Homo suis naturalib. sine gratia an possit seruare mandata legis

tum difficultas: an in hoc statu naturæ corruptæ possit homo sine gratia gratũ faciente, omnia hæc mandata implere; circa igitur hanc difficultatem, fuit error Pelagij, qui dicebat sine gratia gratum faciente, & auxilio speciali posse hominem naturæ viribus omnia mandata implere, & p illa mereri vitã æternam, alij alia dicũt, breuiter tñ agendo dicendum est hominem in statu naturæ corruptæ sine gratia gratum faciente, neque quò ad operis substantiam posse omnia mandata legis implere, sic sentit D.Th. hic art.4. & Greg. in 2.dist.26. & seq.q.1.& 2.Capreol.16.q.vnica, & Argent.ibidẽ q. vnica, art.1.& Sot.lib.1.de natura,& gratia,c.22. & Vega tractatu de Iustificatione,q.13.& est expressa sententia Aug.& Concil. inferius allegandorum: primò, enim Augustinus lib. de hæresibus, hæresi 88. refutat inter alios hunc errorem Pelagij, quòd dixerit omnia mãdata posse impleri sine fide Christi, & charitate diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctũ, per quem fit, vt fides per dilectionem operetur, & q dixerit necessariam esse gratiam tantũ, vt cognoscantur præcepta diuina, vel vt facilius impleantur, & ep.89.ad Hilar. q.2. ait: anathematizandum Pelagium, q dixerit sufficere homini liberũ arbitriũ ad implenda Dei pcepta sine gratia Dei, & sine dono Spiritus sancti, contra quem affert illud Rom.13. plenitudo legis est dilect.o, & Rom.5.& epist.95.& 106. 144. ad Anastasium, vbi idem dicit sine gratia nõ posse impleri legem Dei, & ep. 200. de spiritu, & littera, & lib.83. q. q.66.lib.1. ad Simplicianum, q.1. & ep. ad Rom. propositione 13. lib. etiam 2. de peccatorum meritis, & remissione cap.7. ad precandum inquit nos adiuuamur à Deo, bonum autem agere non possumus, nisi à Deo adiuuemur, & lib. de natura, & gratia c.69.& 70. docet solùm per charitatem, & gratiam Spiritus sancti Dei mandata esse leuia, & iugum suaue. lib. de gratia Christi. c.8.9.& seq. lib. de peccat. mer. c.24.25. & de libero arbitrio c.4.& 10. vsque ad vigesimum, additur Concilium Mileuit.c.4. dicẽs; si quis dixerit hominem sine gratia Dei posse implere per liberum arbitrium Dei mandata, vel gratiam Dei necessariam esse, vt quòd per liberum arbitriũ volumus per gratiam facilius implere possimus, tanquam etiam si non donetur gratia, non quidem facilè, possimus tamen diuina mandata implere, anathema sit, confirmat idem Cœlestinus sua prima decretali. cap.10. Conc. Arausic. c.21.d. neque per naturam, neq; per legem, sed tãtum per Christum posse nos legem implere iustificari, &c. nec obstat quòd dicitur Esaiæ 21. Hieremiæ 1. Ioel 1. Zach.1. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, ergo patet, quòd prius fit hominis se conuertere, quam præueniatur à gratia Dei. Resp. adhuc esse necessariam gratiã excitantem, vt homo conuerti velit, vt ibi patet, dũ dicit conuertimini, id enim indicat gratiam excitãtem, quæ & ipsa est gratia Dei, & præuenit actum pœnitentis, & iustificationem peccatoris, vt hr expressius Hiere. 31.d. postquam cõuertisti me egi pœnitentiam, & sic tam principiũ, quàm cõpletio conuersionis est, à gratia Dei.

Secunda difficultas est de præceptis supernaturalibus, quæ quidem, quò ad præsens spectat ad quatuor genera reduci possunt: primò enim sunt præcepta de actibus supernaturalibus, & infusarum virtutum. i. fidei, spei, & charitatis: secundum, est speciale præceptũ de subeundo martirio: tertiò, de habẽdo gratiam, & charitatem: quartò, de sacramẽtis suscipiendis, vel administrãdis. Quò ad primum genus actum fidei non posse esse sine habitu à Deo infuso supra probatum est, posse autem esse, & actũ, & habitum sine gratia gratum faciẽte, & charitate probabitur infra, idem omnino dicitur de actu spei, de actu charitatis supra etiam probatum est nõ posse haberi sine gratia gratũ faciente, & charitate infusa, idemque dicendum est de actione perfecta contritionis in qua dilectio Dei super omnia includitur saltem virtualiter. Quò ad secũdum, idest præceptum martirij illud videtur dicendum, non posse impleri sine charitate infusa, & gratia, quia est supremus actus charitatis, qui ipsam charitatẽ in se in-

cludit, maiorem enim charitatẽ nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, ꝙ tñ intelligendum est de vero martirio propter Christũ, nã alia sine charitate hri possunt, patet Ro. 13. si tradidero corpus, ita vt ardeã, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest. Quò ad tertiũ, pceptum de habenda gratia est speciale pceptum de habẽda gratia nõ solũ de ipso actu dilectionis, sed ẽt de ipso habitu gratiæ, hoc tñ in statu naturæ corruptæ, non in statu innocẽtiæ, vt inquit Ban. 2. 2. q. 18. ar. 4. vnde infert hoĩem in hoc statu sine gratia gratum faciente non posse oĩa mandata Dei implere, quia saltem nõ potest implere hoc, & ẽt quia qui est in peccato mortali, dum in eo perseuerat saltẽ cõtinuat peccatũ mortale, quia semper transgreditur hoc pceptum de habenda gratia. Verum in hac sententia duo non placent, alterum est ꝙ vult huiusmodi speciale pceptum Dei de habendo habitu gratię dari, non enim vnquam solent pcepta dari de habitibus, & si esset huiusmodi pceptum frustra esset, nam habitus gratiæ à solo Deo præstatur, pcepta aũt hominibus dantur de illis q̃ ab ipsis hominibus fieri possunt: alterũ est ꝙ vult hoc præceptum de habenda gratia obligare ad semper, ita vt qui est in peccato mortali cõtinuò mortaliter peccet, hoc tamẽ ex se ipso apud vnumquẽque durissimum est, & absurdissimũ est etiam cõtra naturam præcepti affirmatiui, ꝙ non obligat ad semper, quale est etiam præceptum dilectionis Dei, neq; aliquid valet ratio Marsilij; inquit enim præceptum esse de fide: sine fide impossibile est placere Deo: & qui non crediderit condemnabitur: Fides sine charitate non saluat, ergo est etiam præceptũ charitatis, & gratiæ, alioquin lex Dei non sufficeret homini ad salutem, sed Resp. hoc argumento probari pręceptum dilectionis, & charitatis esse, non habitus: deinde lex ipsa Dei non potest sine gratia, & charitate seruari, quare cum seruatur ad salutem sufficit. Quò ad quartum genus illud certum est sacramenta quidem non posse administrari sine virtute, & potestate aliqua supernaturali à Deo tradita, an autẽ seruare possint præcepta de administrandis, & suscipiẽdis sacramẽtis sine gratia, & charitate, Duran. in 2. dist. 18. q. 4. negat posse hæc pcepta seruari sine gratia gratum faciente, quia ipsa gratia, vel charitas cadit sub his præceptis tanquã sub præcepti materia, quem Vega sequitur tract. de Iustific. q. 5. alij dicunt posse seruari pcepta suscipiendi sacramenta, quò ad substantiam operis, ꝙ præcipitur sine gratia, licet qui sine gratia suscipit indignè suscipiat, & peccet: mihi duo hic videntur consideranda: primum, ꝙ præcepta sacramentorum, partim sunt humana, partim diuina, lex enim humana determinat præceptum diuinum, quò ad aliquas circunstantias, vel operis, vel ritus, in hoc præcepto suscipiendi sacramenta continetur tantum præceptũ diuinum: alterum est ꝙ præceptum diuinum de suscipiendis sacramentis est nõ solùm, vt ipsa sacramenta secundùm rẽ suscipiantur, sed etiam cũ debita, & verè requisita dispositione: vnde qui indignè suscipit mortaliter peccat contra diuinum præceptum, quanquã nõ eadem omnino dispositio requiratur ad oĩa sacramẽta, ad Baptismum enim, & Pœnitentiam satis est accedere cũ tali dispositione, vt statim vi sacramenti acquiratur gratia, ad Eucharistiam verò prærequiritur gratia, dicĩ ergo posse sine gratia gratum faciente impleri pcepta suscipiendi sacramẽta, quò ad solã operis substantiã modo ita suscipiantur vt sint verè sacramenta, & ideò eũ qui hoc modo suscipit nõ teneri ex præcepto ad eadem sacramenta iterãda, quò ad operis substantiam, transgreditur tamen idem præceptum, quò ad modum suscipiendi sacramenta, qui etiam sub præcepto cadit, & ideò in eo mortaliter peccat, qui indignè suscipit sacramenta.

SVMMARIVM.

1 Dispositio ad gratiã quotuplex sit.
2 Dispositionem ad gratiã an homo naturæ viribus sine auxilio Dei speciali consequi possit.

An

An homo naturæ viribus sine auxilio Dei speciali possit se ad gratiam disponere. Cap. V I.

1 Dispositio ad gratiã quotuplex sit.

Notandum est primò duplicẽ esse difficultatem de hac dispositione ad gratiã: altera est an necessaria sit ex parte hoĩs, aliqua dispositio per actus bonos liberi arbitrij ad hoc vt homo gratiam consequatur, vel etiã an sit possibilis hmõi dispositio gratiæ antecedens, & an habeat aliquam meriti naturam ratione gratiæ si antecedit, & hoc diffusius tractabitur tract. de Iustificat. hic enim satis sit, tanquam certum supponere, & præcedere, & prærequiri huiusmodi dispositionem ad gratiam, ita enim diffinitur à Conc. Trid. sess. 6. c. 6. altera difficultas est supposito ꝙ præcedat huiusmodi dispositio an ea possit ab homine haberi ex solis viribus naturalibus liberi arbitrij, de quo nobis est agendum.

Secundò, notandum dispositiones ad gratiam esse in triplici differentia, quædam valdè sunt remotæ, & indifferẽtes, verbi gratia actus illi boni moraliter, q explicitè non referuntur in Deum, aut ad pietatem, quæ in Deũ est, aut in beatitudinem æternæ vitæ futuræ, sed potius versant̃ circa bona vitæ præsentis, vt sunt illi actus ab Aug. numerati in 3. hipogn. plantare &c. Secundò, sunt q̃dam dispositiones proximæ, & immediatæ ad gratiam cõsequendam ad quæ infallibiliter gratia consequitur, & quę non tempore, sed tamẽ natura gratiam ipsam antecedunt, huiusmodi est actus dilectionis Dei, & contritionis, ita perfectæ, vt ijdem simul cũ gratia sint meritorij vitæ æternæ; licet quæ & gratiã antecedunt sint dispositiones ad gratiã, vel saltem ita proximè ad illam accedentes, vt statim adueniente gratia fiant perfecti, & meritorij, & se habẽt sicut vltimæ dispositiones naturales igni ad introducendum formam ignis, quæ statim consequitur. Tertiò, sunt quædam dispositiones medię, & paulum remotiores, quam secundæ, & sunt actus illi boni moraliter, qui aliquo modo explicitè ad Deum, & æternam beatitudinem referuntur, & per quos incipit se homo ad Deum conuertere, huiusmodi sunt illi quos enumerat Concil. Tridentinum sess. 6. cap. 6. idest actus fidei, quo credimus reuelata, & promissa à Deo, actus spe, alicuius doloris de peccatis, timoris imperfecti, dilectionis Dei, propositi suscipiendi Baptismum inchoandi nouam vitam, seruandi omnia mandata, quę dispositiones gràtiam antecedunt, non solùm natura, sed etiã tempore, neque ad ipsos semper, & infallibiliter consequitur gratia, fieri enim patest, vt quis non curet huiusmodi actus perficere, donec ad gratiã perueniat, vel etiam ab ijs recedat, sunt tamen, & propriæ, & satis propinquæ dispositiones ad gratiam. De dispositionibus primi generis non est amplius hic difficultas, satis enim supra dictum est, quid boni moralis agere possit homo sine gratia, de dispositionibus secundi generis illud est nobis supponendum, & tanquam certum non esse ita eas à gratia, vt omnis excludatur cooperatio liberi arbitrij, est enim hic error Lutheri damnatus à Conc. Trid. sess. 6. c. 4. & 9. quam verò possit habere sine Dei gratia, & speciali auxilio ferè patet ex supra dictis de actu dilectionis Dei, & patebit etiam ex dicendis de dispositionibus tertij generis; est ergo hic tantum difficultas, de dispositionibus tertij generis an eas homo habere possit sine speciali Dei auxilio, circa quam difficultatem conclusio sit, non posse hominem naturæ viribus se ad gratiam disponere sine speciali auxilio Dei excitantis, & mouentis voluntatem ad talem dispositionem, & etiam adiuuantis, & cooperantis, quæ sententia est D. Thom. hic, & secundo sententiarum, distinct. 28. quæst. 1. art. 4. & 9. de veritate, quæst. 29. artic. 15. Bonauen. dist. 28. art. 2. quest. 1. Ricar. quæst. 1. art. 2. Gregor. ibidem, quæst. 1. Capreol. quæst. vnica. Argent. artic. 2. Maioris, quæst. 1. Marsil. quæst. 18. art. 2. Sot. lib. 2. de natura, & gratia, c. 3. & Vegæ tract. de Iustificatione, quæ sententia verissima est,

2 Dispositiones ad gratiã an hõ naturę viribus sine auxilio Dei spãli consequi possit.

& probatur, primò, ex scripturis, quæ docent hominem nihil omnino boni ad salutem æternam specialiter ex se agere posse, neque posse ad Deum conuerti, aut accedere, aut Deum quærere sine gratia, & dono Dei, huiusmodi est illud quòd habetur Prou.8. secundum, versionem septuaginta, præparatur voluntas à Domino. Ezech.36. non propter vos faciam domus Israel dicit Dominus Deus, sed propter nomē meum; & infra, dabo vobis cor nouum &c. faciam, idest absque vllo præcedente merito, aut bona voluntate, præcedentibus tantum malis operibus, item verba dabo vobis cor &c. indicant & bonam voluntatem, & bonā cogitationem à Deo nobis dari, non ex nobis ipsis, quo testimonio contra Pelagianos vtitur Augustinus lib.4. contra Pelagianos, de ciuit. lib.1. cap.6. & lib. de gratia, & libero arbitrio cap.14. ad Rom.10. Esaiæ 65. Inuentus sum à non quærentibus me palam apparui ijs. Psal.79. Deus virtutum conuerte nos, ostende faciem tuam, & salui erimus. Psalm.84. Conuerte nos Deus salutaris noster. Psal.94. nos populus pascuæ eius, & oues manus eius. Hiere.31. Conuerte me domine, & conuertar ad te, postquam enim conuertisti me egi pœnitentiam. Thren.5. Conuerte nos domine ad te, & cōuertemur. Ioan.6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eū. 16. sine me nihil potestis facere. Rom.9. cōparatᶜ homo in manu Dei, luto in manu figuli: decimo, quis prior dedit illi, & retribuet ei? 1. Corint. quarto quid habes, quòd non accepisti? quid gloriaris, quasi non acceperis? 1. Corinth. decimo: nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, & alibi: non quod simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo est. Eph.2. ipsius enim factura sumus &c. Phil.1. qui cœpit in uobis opus bonum perficiet vsque in diem Domini nostri Iesu Christi, quæ adducuntur ab Augustino locis modo citandis. Secundò, probatur eadem sententia, quia Pelagij error fuit, quòd initium salutis nostræ à nobis sit, & quòd nos Deum primum quæramus, & ideò Deus nobis gratiam conferat, quia prius nos illum quæsiuimus, vnde etiam dicebat gratiam dari nobis secundùm merita, quē errorem refutat Augustinus sæpè contra Pelagianos, potissimùm habetur autem damnatio huius erroris in Concil. Arausic. à can.3. & 9. inclusiuè, & c.14. 16.18.20.23. & 25. idem etiam habetur in Conc. Trid. sess.6. c.5. & in ep.1. Cœlestini Papæ c.5. Aug. etiam sæpissimè idipsum habet pręsertim epist.100.106. 107. lib.1. ad Simplicianum, q.2. lib.2. de peccat. meritis. c.18. & 19. lib.1. contra Donat. & Pelagianos c.19. & 20. lib. 2. c.5. & seq. lib.4. cap.6. lib. de gratia, & libero arbi. c.5. & seq. lib.3. Hipog. & ferè in omnibus locis, vbi de prædestinatione agit hæc eadem habet, his addi possunt alia quibus supra probatum est hominē nihil boni ex se agere posse sine gratia, vel auxilio Dei speciali, in vltima difficultate secundi capitis, saltem de ijs bonis operibus, quæ explicitè in Deum referuntur, & disponunt ad gratiam, & ita ex prædictis colligitur nihil hominem boni facere simpliciter, aut cogitare, aut dicere posse, quòd ad æternam salutem spectat, nisi ex dono Dei, neque posse incipere, neque ad Deum conuerti, bonum velle, Deum quærere nisi voluntas nostra à Deo pręueniatur, & sic conclusio procedit de omnibus dispositionibus ad gratiam, quibus homo incipit ad Deum conuerti, & ideò si quis contrarium teneat vix à Pelagiani errore potest excusari, his addi potest ratio D. Tho. in hoc articulo desumpta ex ratione primi mouentis, & vltimi finis, si præsertim addatur infirmitas humanę volūtatis, & magna inclinatio ad cōcupiscentiam, & amorem proprium. Ex his infertur nō solùm dispositionem ad gratiā esse ex dono Dei, & eius auxilio, sed etiam gratiam ipsam acceptationem, bonum vsum gratiæ, & nō resistere gratiæ, esse donum Dei, patet, quia ex scriptura, & Patribus citatis habemus, quicquid boni est in homine spectans ad æternam salutem totum esse donum Dei, sed magis, & propinquius spectat ad æternam salutem, bonus vsus gratię, quàm

quàm dispositio ad gratiam, & consequenter etiam est maius bonum, ergo multo magis hoc est donum, & gratia Dei, deinde q̃a nõ solùm posse bonũ est donum Dei, sed ẽt ipsum velle bonũ est donum Dei, ergo benè vti gratia est donũ Dei, deinde quia nullus est qui se ipsum ab alijs discernat, quò ad ea q̃ spectant ad gratiã, Deus enim discernit bonos à malis, at potissimum discernũtur boni, & mali per hunc vsum gratiæ, & ei resistere gratiæ, quia ipsa gratia cõicatur à Deo oĩbus, sed mali illi resistũt boni non resistunt, ergo sicut donũ Dei est accedere ad Deum, & nõ recedere à Deo benè vti gratia bonũ agere, & malum non agere, vt inquit Aug. lib. de bono perseuerantiæ, c. 7. ita etiam hoc nõ resistere est donum Dei.

SVMMARIVM.

1 Peccati detrimenta quæ.
2 Homo an possit resurgere à peccatis sine gratia.

Vtrum homo possit resurgere à peccatis sine gratia. Cap. VII.

1 Peccati detrimenta quæ.

D. Tho. art. 7. hoc loco inquit tria detriméta inferri per peccata q̃ sunt sublata per gratiam .i. maculam, corruptionẽ boni naturæ: deordinationem voluntatis à Deo, & reatum pœnæ æternæ, quorum tertium certum est non posse tolli, nisi à Deo, qui hmõi est iudex, & potest punire, & remittere pœnã, & in quem peccando fit offensa, quanquã est difficultas de modo quo hæc pęna remittit, de quo dicetur infra de Pœnitẽ. quò ad primũ est difficultas an possit peccatũ, ꝙ habitualiter in anima manet tolli sine gratia habituali, & infusa, sed hęc difficultas spectat ad tract. de Iustific. vel Pœnit. quò ad secundum est difficultas an ad tollendã deordinationem voluntatis necessarius sit actus deliberatus Dei, & pœnitentis, spectat & hoc ad tractatum de Iustificatione, vel Pœnitẽtia; suppositо autem ꝙ tollatur hæc deordinatio per pœnitẽtiam, est difficultas an hæc pœnitentia possit haberi sine gratia nec ne, quæ difficultas est duplex, altera de pœnitentia, qua simpliciter tollitur peccatum, vt offensiuum Dei etiam tanquam finis supernaturalis, & qua restituitur gratia: alterum de pœnitẽtia, qua tollitur peccatum solum, vt auersiuum à Deo tanquam fine naturali, quarum vtram; ferè ex dictis est soluta: quò ad primã igitur Pelagius admittit peccata nobis per gratiam remitti, tamen & actum primum, & alios actus bonos quibus vel à peccato resurgimus, vel iustificamur dicebat nõ esse ex gratia, sed ex nobis, & naturalibus virib' liberi arbitrij, quare rectè inquit D. Tho. 3. contra gentes c. 117. errorem Pelagij fuisse quod diceret per solas vires liberi arbitrij posse nos à peccato resurgere, aduersus quem errorem est veritas de fide catholica pœnitentiam, qua à peccato resurgimus esse donũ Dei, ex gratia Dei, nec solis viribus liberi arbitrij naturalibus posse haberi, ꝙ probatum est supra, vbi est dictum nõ posse hominem se ad gratiam præparare, & incipere conuerti ad Deum per perfectam pœnitentiã, nisi ex dono Dei, multũ ergo magis dicendum est id, de pœnitentia perfecta, qua iustificamur: secũdò, ex eo ꝙ supra probatum est non posse hominem, nisi per gratiam Deum super omnia diligere, huiusmodi nam dilectio includitur in hac pœnitẽtia perfecta. Tertiò, quia ex scriptura habemus non posse hoĩem nisi per Christum, & gratiã iustificari, & saluari; ꝙ probat Ap. ad Rom. & Gal. vnde sicut argumẽtatur Ap. Gal. 2. si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, ita possumus nos arguere, si ex naturæ virib' iustitia, ergo Christus gratis mortuus est; & ex illo Act. 4. non est aliud nomen sub cœlo in quo oporteat nos saluos fieri, & Tim. 1. Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Quartò, probatur ex ijs in quibus in particulari habemus pœnitentiam esse donum Dei, vt Act. 10. & gentibus dedit Deus pœnitentiam ad vitã. 2. Tim. 2. ne fortè det illis Deus pœni-

2 Homo an possit resurgere à peccatis sine gratia.

tentiam, & sic resipiscant à laqueis diaboli, idem diffinitum est in Conc. Arausic. ferè per totum, & in Trid. sess. 6. c. 3. & Innocentio in rescripto ad Conc. Cartag. idem habet August. lib. 1. retract. c. 9. in Enchir. cap. 3. & sequen. & cap. 82. 102. lib. de fide ad Petrum. ca. 31. lib. de gratia Christi. cap. 45. vbi etiam citat testimonium Ambrosij lib. 5. contra Iul. cap. 3. lib. 3. Hipogn. Greg. lib. 9. Moral. cap. 37. hoc idem potest probari ex ratione qua, & August. & alij Patres vtuntur, quòd nempe, & Sancti, & Ecclesia petunt à Deo perpetuo huiusmodi conuersionem, & pœnitentiam, quæ orationes non sunt superfluæ.

Quò ad secundam difficultatem d. Caiet. pœnitentiam qua tollitur peccatũ, vt auersiuum à Deo tãquam fine supernaturali, & eius deordinationem posse ab homine haberi solis naturæ viribus, licet non eam per quam recuperatur gratia, confirmat autem hoc testimonio D. Tho. 2. sententiarum, dist. 18. in expositione textus d. hominem disciplina perfici vt melior sit; Pręterea per peccatum, non ita tollitur possibilitas benè agendi quin possit homo iterum benè agere, & per frequentiam actuum etiam habitum virtutis moralis acquirere, verum contra Caiet. supra probatum est, virtutes etiam purè morales non posse à nobis acquiri sine speciali Dei auxilio, deinde & si concedatur posse solum quò ad bonitatem quãdam ciuilem tolli à voluntate, peccati deordinationem per vires naturæ, non tamen sequitur posse etiam tolli, quò ad auersionem à Deo, vt fine etiam naturali, quia etiam hæc dilectio Dei super omnia, vt finis naturalis non potest sine gratia Dei haberi, vt supra probatum est, dicendum est ergo peccatum etiam vt auersiuum à Deo tanquam fine naturali non posse tolli per vires liberi arbitrij sine auxilio Dei, quòd asserit sine dubio D. Tho. hic ad tertium.

SVMMARIVM.

1 Homo sine gratia an possit non peccare.

2 Homo an possit in hac vita vitare peccata venialia, sub multis conclusionibus.

An homo sine gratia possit non peccare. Cap. VIII.

Circa hanc quæstionem, triplex est difficultas: primò, in vniuersum est an homo saltem sine auxilio speciali possit aliquod vel quodlibet vel omne peccatum vitare, & eodẽ modo tentationes vincere. Secunda, an sine gratia gratum faciente in hoc statu possit omnia peccata mortalia vitare. Tertia, an qui est in statu gratiæ, & iustus possit in hac vita omnia peccata etiam venialia vitare, & sine peccato viuere.

1 Homo sine gratia an possit non peccare.

Quò ad primam duæ sunt sentẽtiæ vna Arim. in 2. dist. 26. & seq. q. 2. & Capr. dist. 28. q. vnica, art. 3. in respon. ad argumenta, dicentiũ sine auxilio speciali hominem nõ posse omnia peccata vitare, nec vllam tentationem vincere, alia dicentium posse solis naturæ viribus saltem aliquod peccatum vitari, & alicui tentationi resisti, vt d. D. Bonauen. in 2. dist. 28. q. 2. art. 2.

Pro solutione notandum cum quæritur, an homo sine gratia possit peccatum vitare non quæri an sit necessaria gratia ad hoc, vt homo singulis, & omnibus momentis continuè non peccet, sed solùm an sit necessaria ad hoc, vt nõ peccet quando se offert aliqua occasio agendi aliquid boni, vel mali, vel cum etiam occurrit aliqua tentatio; his positis duo dicta asseruntur: primum, dictũ est posse hominem naturæ viribus aliquod peccatum vitare, & alicui saltem leuiori tentationi resistere saltem circa ea, quæ ad bonum vitæ præsentis spectant, non tamen sine auxilio gratiæ potest etiam circa hæc omnia peccata vitare, & omnes tentationes vincere; probatur, quia ex eo peccatum vitat quòd bonum agit, probatum est autem supra posse aliquod tale bonum agere non autem totum, ergo, sicut autem ex libero arbitrio infirmato non extincto; probatur,

tur, posse aliquod bonum agere non totum, eodem modo probatur posse aliquam tentationem vincere non omnes, quia nullum ferè est bonum secundùm rectam rationem, quod non habeat aliquam difficultatem, & aliquam tentationem adiunctam. Secundum dictum est potissimum circa bona quæ spectant ad salutem æternam, vel eo referuntur: non potest homo sine auxilio gratiæ omne peccatum vitare, aut omnes tentationes vincere, imò necessarium est hoc auxilium ad singula peccata vitanda, & ad resistendum singulis tentationibus non solùm, vt homo id faciat meritoriè, sed vt non peccet, & tentationi non succumbat; probatur hoc dictum ex quibus supra est probatum non posse hominem solis naturæ viribus aliquod huiusmodi bonum agere, quòd referatur ad vitam æternam; probatur etiam præter illa ex scriptura, & Patribus expresè asserentibus non posse sine gratia Dei vitari peccatum, aut tentationi resisti, ex scriptura quidem ex Psal mo decimoseptimo, quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. Psal. vigesimosexto: Adiutor meus esto ne derelinquas me, quòd est frequens apud Danidem, & alios Sanctos, vt implorent auxilium Dei. Ps. centesimo decimoseptimo: Impulsus euersus sum, vt caderé, & Dominus suscepit me. Psal. centesimo decimo octauo. Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia. Matt. sexto, dicit Christus Apostolis quotidiè orate, vt non intretis in tentationem. Lucæ vigesimosecundo: rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Romanorum septimo: Vidi aliam legem &c. infœlix ego homo quis me liberabit &c. gratia Dei per Iesum Christum. Romanorum octauo. August. lib. de gratia, & libero arbitrio. c. septimo, vbi legit id per eum qui dilexit nos. primo Corinth. decimo: Fidelis Deus, qui non permittit vos tentari supra id quòd potestis, sed facit etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. primo Corinth. decimoquinto: Gratias autem Deo, qui dedit nobis victoriam, &c. secundo Corint. decimotertio: Oramus autem ne quid mali faciatis; eadem veritas diffinita est à Patribus, & Concilijs aduersus Pelagium, qui dicebat nobis quidem necessariam esse gratiam, qua peccata præterita remittantur, non tamen qua possimus vitare futura, & tentationi resistere, quem errorem damnat Concil. Mileuit. cap. 5. & in epist. ad Innocentium. Cōcilium etiam Arausic. cap. nono. idem habetur in epist. Concil. Cartag. ad Innocentiū, & in epist. quinque Episcoporum, inter quos erat Augustinus ad eundem Innocentium, & in rescriptis Innocentij ad Concilium Cartaginen. Mileuitanum, capit. quinto. Zosimus capitulo nono: in quadam epistola dicit: Superfluum est in natura humana, vt quisquam sibi præsumat, dicente Apostolo, quia non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, & capitulo quinto, confirmat id quòd habetur in capitulo tertio, Concil. Mileuit. præterea damnatur idem error sæpissimè ab Augustino, & præsertim epist. octuagesimanona, quæstione secunda ad Hilarium, & epist. nonagesimaquarta, ad eundem, vbi expresè refutat illum errorem Pelagij, eo modo, quo dictum est, & epist. centesimasexta ad Paulinum, & libro secundo de peccatorum meritis, capit. secundo, tertio, quarto, & quinto, libro de natura, & gratia, capitulo decimooctauo, & vigesimosexto, & libro de gratia Christi, capitulo vigesimoseptimo; vbi refutat quædam verba Pelagij, simile habet capitulo vigesimo, vigesimo nono, & trigesimo, & quadragesimo, libro de bono perseuerantiæ, capitulo sexto, & septimo: vbi etiam testimonium Cipriani affert in expositione orationis Dominicæ, & libro de gratia, & libero arbitrio, idem habet Ciprianus in expositione orationis Dominicæ, Chrisostom. homil. secunda in prima Corinth. in illud: Fidelis Deus, qui non permittit &c. Basilius homil. vigesimasecunda de Humil. Bern. lib. de gratia, & libero arbitrio, & alij Patres; probatur idem ratione illa, qua sæpissimè vtitur Augustinus, & Concilia contra Pelagium, eo qi

Sancti, & tota Ecclesia petunt à Deo, & superationem tentationum, & peccatorum euitationem, quæ omnes superfluę essent, si hæc non essent ex diuino adiutorio.

Quò ad secundam difficultatem sunt duæ sententiæ: prima, dicit sine gratia gratum faciente, hominem existentem in peccato mortali posse per totam vitam omnia peccata mortalia vitare, est D. Thom. secundo sententiarum distinctione vigesimaoctaua, quæstione prima, articulo secundo. Henric. quodlib. quęstione vigesima, Scotio secund quęstione vigesimaoctaua, quęstione vnica. Secunda sententia dicit, sine gratia gratum faciente, non posse hominem omnia peccata mortalia noua vitare est. D. Tho. hoc loco, & tertio contra gentes c. 160. & de veritate quæst. 26. art. 12. Capreol. in 2. dist. 28.

Pro solutione notandum duo esse certa: primum est non posse hominem sine peccato viuere sine gratia Dei, contra Pelagium, quòd ex supradictis est probatum: secundum, est posse hominem in hac vita singula peccata vitare alioquin non essent voluntaria peccata, maior difficultas est an aliquis vixerit in hac vita sine vllo peccato, & de possibili an possit.

Prima conclusio. Nullus homo quantumuis iustus in hac vita, aut fuit, aut est, aut erit in tota vita, vt quandoque sine peccato vllo vixerit, nisi id alicui ex Dei speciali priuilegio concedatur, & quidem posse ex priuilegio concedi non est dubitandum, quia & talis fuisset homo in statu innocentiæ, & tales sunt beati in patria, & gratia Dei id agere potest, non esse autem aliquem de facto; probatur, primò, ex scriptura quę vniuersaliter docet neminem esse sine peccato etiam sanctum, & iustum, & præcipuè ex eo, quòd Christus etiam Apostolos docuit orare quotidiè: Dimitte nobis &c. quòd sine dubio non solùm humiliter, sed etiam veraciter in hac vita dicunt, & Ioannis primo: Si diximus, quia peccatum non habemus, mendaces sumus, &c. quòd in prima persona de seipso dicit Ioannes, & illud Iacobi tertio, in multis offendimus omnes, tertio Regum octauo; secundo Paralip. sexto: Non est homo, qui non peccet, Iob nono: Verè scio, quòd ita sit, & non iustificetur homo compositus Deo, & infra: si iustificare me voluero, &c. & capit. vigesimoquarto, iuxta versionem septuaginta: quis enim mundus à sorde? ne vnus quidem. Psal. trigesimoprimo: Pro hac impietate orabit ad te omnis sanctus; trigesimosecundo: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis caro. Prouerb. 18. Iustus in principio est accusator sui; vigesimo: quis potest dicere mundum est cor meum? vigesimoquarto: septies in die cadit iustus. Ecclesiast. septimo: Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet; secundo Corint. quarto; probatur secundò, ex Consilijs, & Patribus, diffinitur enim hæc veritas in Concil. Mileuit. cap. sexto, septimo, & octauo, in Concil. Afric. capit. octuagesimosecundo, octuagesimotertio, lib. de ecclesiasticis dogmatibus cap. trigesimoquinto, trigesimosexto, & trigesimoseptimo, Concil. Triden. sess. 6. cap. vigesimoprimo, & vigesimotertio. Ex Patribus Iustinus in tribus dialogis contra Pelagianos, Augustinus sæpissimè 1. retrac. cap. 33. ep. 29. 89. quęst. 1. ep. quæ secunda est Concilij Mileuit. ad Hilarium 95. in Euch. cap. 84. lib. de ecclesiasticis dogmatibus ca. 36. 37. & 86. lib. de fide ad Petrum cap. 3. & 4. libr. de spiritu, & litera cap. 1. 2. 35. 36. lib. 14. de ciuit. cap. 9. lib. 21. cap. 27. lib. 2. de peccatorum meritis, ad caput vigesimum. lib. de natura, & gratia à capite decimo per totum, libr. de gratia Christi cap. 48. 49. 50. lib. 3. contra epist. Pelagij cap. 7. 8. & 9. lib. 4. c. 2. 3. 7. 10. & 11. lib. 2. contra Iul. à medio vsque ad fi. lib. 3. contra Iul. & lib. de bono perseuerantiæ c. 2. & 5. lib. de perfectione iustitiæ per totum in Ps. 118. conc. 3. in Ps. 140. 142. lib. 2. de simbolo ad Cathecumenos, in quibus locis omnibus id probat scripturæ testimonijs potissimum citatis lib. 4. contra dictam epist. Pelagij cap. 10. 11. & lib. 2. contra Iulianum, & & ex testimonio Cipriani in exposit. orat. Dominicæ in libr. 4. ad Quint. c. 54. quod

quod citat etiam Hier. 1. contra Pelagium libro, vbi annumerat etiam Ambrosium in c.1. Lucæ in lib. de lege c.1. 3.& 7.& Hilar. in quibusdam sermonibus de pace angelica, & in Psal.1.& 50. & 118. Tertul. 2. contra Marcionem Basil. Hom. 28. de pœnitentia, Ieronim. in c.3. Isaiæ, & q.8. ad Agasium, Bernardus lib. de præcepto, & dispensatione, tertio probatur, ex eo quod ferè omnes ij, qui plurimum in scriptura commendantur in vtroque testamento sanctiores quandoque peccarunt saltem leuiter, quo argumento vtitur August. 2. de peccatorum meritis c.10. vt de Ezechiele c.14. de Noe Gen.9. Dauid confitetur peccata sua, Psal.50.& Daniel. Iob. c.7. dicit se peccasse, & tamen prædicti Ezechiel. 14. dicuntur potuisse liberare à iusta ira Dei; sic etiam Zacharias, & Elisabet dicuntur Luc. 1. incessisse in omnibus mandatis, & iustificationibus Dei sine querela, & tamen vt notat Ieronimus. lib. 1. contra Pelagianos peccauit Zacharias in infidelitate propter quod dicit August. ep. 79.& lib. de peccatorũ meritis cap. 13. Zachariam fuisse inter illos sacerdotes, q. vt habetur Hebreorũ 7. necessitatem habent quotidie orare pro peccatis suis, & populi, præterea plurimi in scriptura laudantur Moises, Aaron, & Samuel de quibus Psalm. 98. Deus tu fuisti propitius eis &c. inter sanctos verò noui testamenti primi fuere Apostoli, & eorum Princeps Petrus, quem tamen Gal. 2. Paulus dicit fuisse reprehensibilem ob illam simulationẽ, item in 1. Io. 1. si dixerimus &c. Iacobi 3. in multis offendimus omnes; orabant quotidie dimitte nobis debita nostra &c. idem ergo magis verum dicendum de alijs; non negatur tamẽ aliquem ex priuilegio posse viuere sine vllo peccato, vt dicit Aug. ep.81. q.1.& lib. de spiritu, & litera q.2.& lib. de natura, & gratia c.42.44.

Secunda conclusio. Iusti in hac vita non desinunt esse iusti ex eo quod peccant venialiter, definitur in Conc. Trid. sess.6. c.21.& habetur lib. de ecclesiasticis dogmatibus c.86. August. lib. de natura, & gratia c.38. & patet, quia scriptura, concilia, & patres omnes id vniuersaliter asserunt, neminem esse, aut posse esse sine peccato etiam de iustis, & sanctis, & Psal. 31. pro hac idest impietate orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno, addẽdum etiam quod cum hoc quod dicunt patres in hac vita neminem posse esse sine peccato adhuc tamen dicendum est quandam esse perfectionem huius vitæ secundum q̃ dicuntur aliqui perfecti, & iusti licet nõ sine peccato, vt dicit Aug. lib. de spiritu, & litera c.36.

Tertia conclusio. Potest homo iustus in hac vita aliquo breui temporis interuallo sine vllo peccato viuere, & de facto aliquis ita vixit, patet quia error est luteri docentis iustum continuò, & in quolibet opere peccare, damnatus à Conc. Trid. sess.6. c.3. c.25.& cap.11. & c.23. quod enim dicitur non posse hominem sine peccato esse intelligitur in tota vita semoto priuilegio speciali, vt dicit etiam Ieronimus lib. 1. contra Pelagianum & lib. 2. dicens hominem ad breue tempus posse non peccare, & lib. 3. vbi ait exeuntem de baptismo sine vllo peccato esse, & post ait posse hominem esse sine peccato pro opportunitate, idem dicit August. lib. de natura, & gratia cap. 35.& c.67. iuxta id Ioan. 1. si dixerimus &c. quod modo prædicto est intelligendum, vt prædicti docent.

Quarta conclusio. Beatissima Virgo ex speciali Dei priuilegio in tota vita sua omni prorsus peccato, etiam veniali caruit, definitur à Conc. Tr. sess. 6. c.23. idem habet Aug. lib. de natura, & gratia c.36. vbi ait, cum de peccatis agitur nullam quæstionem habendam de matre Dei, quæ ex eo gratiam habuit ad vincendum peccata, & illis resistendum quod Saluatorem concipere, & parere meruit, idem habetur ex patribus qui plurimum laudant sanctitatem, & puritatem huius Virginis, etiam supra Angelorũ puritatem, præsertim ex Ambr. lib. 3. de virginibus Ansel. lib. de conceptu Virginis, Bernard. in varijs locis Ricard. de sancto Victore libr. 2. de Emanuele, tribus vltimis capitibus: quod si aliqui sancti peccatum aliquod huic virgi-

virgini imponunt vt Chrisost. hom.45. in Mattheum, & 20.in Io. qui tribuit il li vanam gloriam, & Ambros. 9. noui testamenti q. 63. qui tribuit illi quandā infidelitatem in morte Christi, quod etiam ait Ambros.2.in Lucam c. de Simeone, & Anna, ij patres exponendi sunt vt exponit D. Thom. 3. parte quæst.17.

Quinta conclusio. Non est probabile imo forte temerarium est asserere aliquem alium sanctum præter B. Virginem fuisse, vel futurum esse qui in tota vita sine peccato etiam veniali fuerit, non dicitur tamen esse de fide, quia ex Dei priuilegio potest cuilibet concedi, & licet Conc. Trid. dicat id esse concessum B. Virgini, non negat tamen de alijs neque huiusmodi priuilegia falsificant propositiones illas vniuersales scripturæ, vt etiam non falsificarunt priuilegia Virginis, dicimus tamen id non esse pbabile, & forte temerarium, quia propositiones sunt adeo vniuersales in scriptura, & apud concilia, & patres, & non inuenitur nisi exceptio B. Virginis, cui ob singularem dignitatem qua est mater Dei, potuit, & debuit hoc supra cæteras creaturas concedi non ergo debet quis proprio iudicio alios excipere, deinde probatur de præcipuis sanctis vtriusque testamenti eos sine peccato non vixisse, quo argumento August. vtitur epist. 89. & Ter. 1. contra Pelagianum.

Sexta conclusio. Impossibile est simpliciter homini quamuis iusto in hac vita sine vllo peccato viuere nisi id habeat ex speciali Dei priuilegio, hæc conclusio ferè est eiusdem certitudinis quā prima, nam Conc. Trid. loco citato loquitur non solum de facto, sed etiam de possibili Ier. etiam in 3. dialogis contra Pelagianos, præsertim in primo potissimum contendit non posse huiusmodi sine peccato viuere, immo quod non possit, probatur ex eo quod nullus fuit; Augu. etiam sæpissime loquitur de possibili præsertim epist. 91. in Encheridion c.67. de fide ad Petrum c.41. 14. de ciu. c. 9. probatur etiam argumento D. Ier. quod enim nullus hominum in hac vita assecutus est, non est dicendum ita aliquando posse, si dicatur, ideo neminem fuisse, non quia non potuerunt, sed quia noluerunt, contra, quia hoc ipsum signum infirmitatis humanæ voluntatis, quia etiam ipsum velle donū Dei est, & voluntas infirma est ad volendum, & maxime quia tot sancti fuerunt qui à Deo optarunt sine peccato viuere, & etiam conati sunt, nec tamē vnquàm id sunt consecuti, postremo probatur ex ipsa infirmitate humanę naturæ, quam ex peccato contraxit præsertim ex ignorantia, ex qua fieri non potest quin saltem aliqui decipiantur in agendo, & iudicando cognoscendo, & etiam ex concupiscentia, & repugnantia carnis propter quam oportet spiritum esse in perpetua pugna in qua etiam impossibile probabiliter est ex communi hominū cursu, quin aliquando leuiter saltem vulnerentur, & demum hoc est dicere nostram naturam infirmam esse, nec id totum posse, quod poterat in integritate, & sanitate; & licet sanetur per gratiam, non tamen in hac vita potest habere perfectionem suam, secūdū quam producta est, sed id expectat in alia, quo argumento ex humana infirmitate vtitur August. lib. 2. de peccatorum meritis, vbi cum soluisset duas illas quæstiones an possit homo esse sine peccato, & an sit, soluit tertiam à capite 17. & 20. & respondet, non sunt homines quia nolūt, nolunt autem homines siue quia latet an dictum sit, siue quia non delectat quod dictum est, vt autem non lateat, & delectet gratia Dei est, à qua iuuatur voluntas, quod autem vincitur non est ex Deo, sed ex ipsa voluntate, & ob superbiam, vel puniendam, vel sanandam permittit Deus, vt nullus homo in tota vita sine peccato viuat.

SVMMARIVM.

1. Homo in gratia an possit per se sine gratia bonum operari.

An ille qui est consequutus gratiam per se ipsum possit operari bonũ, & vitare peccatum absque auxilio gratiæ Dei. Cap. I X.

I Homo in gratia, an possit per se sine grã bonũ operari.

NOtandum, quod si hæc difficultas intelligitur de operatione totius boni, & vitatione omnis peccati pertinet ad sequentem quæstionem, quia hoc nihil aliud est quam perseuerare in bono, si vero sermo sit de opere alicuius boni, & vitatione alicuius peccati potest esse propria huius loci, Gregorius d. 22. q. 2. art. 2. in secundo sententiarum Capr. d. 28. q. vnica art. 3. dicunt non posse iustum sine speciali Dei auxilio quodcunque peccatum vitare aut quamlibet tentationem vincere præsertim vbi sunt grauiores quędã tentationes, ex quo videntur concedere posse saltẽ aliqua peccata vitare D. Th. hoc loco, ait vniuersaliter non posse hominem bonum agere, & peccata vitare sine speciali Dei auxilio; alij aliter: in hac difficultate; primum sit dictum hominem iustum sine speciali Dei auxilio posse facere ea omnia bona, & peccata omnia vitare quæ sine eodem auxilio potest existens in peccato mortali atq; etiam multo plura; patet hoc, quia gratia habitualis non solum eleuat hominem ad actus supernaturales, sed etiã vires confert ad ipsum bonum morali agendum, & peccata vitanda propter infirmitatem huius vitæ, præsertim, ꝙ supra ostensum est quod sine hac gratia habituali non potest homo omnia mandata implere etiam cum auxilio speciali, quæ tamen potest existens in gratia, ergo, ex eo quod gratia vires conferat, cum igitur dictum sit posse hominem in peccato sine speciali auxilio aliquod bonum aliquãdo morale agere, poterit hoc idem, & sępius, & plura existens in gratia. Secundum dictum est; iustum hominem nullum actum bonum & meritorium vitę ęternę facere posse sine speciali Dei auxilio, quod est contra Sotum in 4. d. 13. q. 1. art. 1. ad primum, & contra Vegam q. 14. de iustificatione, probatur autem, quia non potest homo etiam iustus ex se Deum super omnia diligere, & supernaturaliter, at non est actus meritorius vitæ ęternę nisi ex huiusmodi dilectioni actuali, aut virtuali, ergo, maior patet quia si ad illum actũ bonum eget iustus speciali Dei auxilio, egebit sine dubio ad hunc actum supremum & perfectissimum, minor patet ꝙ supponitur hic non esse actum meritorium vitæ ęternę nisi actu aut virtute in Deum referatur, quę est sententia communis Theologorum contra Vegã loco citato, secundo, probatur quia in hac vita nõ sanatur homo perfecte per gratiam, adhuc enim remanet subiectus infirmitati, ignorantiæ, concupiscentię, tentationi, & alijs impedimentis, ad quę vitanda, & vt bene gratia habituali vtatur eget homo supernaturali Dei auxilio, tertio etiã si homo per gratiam habitualem habeat vires bene operandi, & vincendi tentationes, adhuc tamen indiget primo mouente, & excitante ad hoc bonum supernaturale per auxilium speciale, quia secundum ordinẽ finium, est ordo mouentium, hic est finis supernaturalis, ideo mouens supernaturale erit, denuum sicut ad actũ naturalẽ habet naturaliter homo naturales vires operandi, adhuc tñ eget communi influentia, & auxilio saltem generali, ita ad hos actus supernaturales, & meritorios licet habeat vires supernaturales per gratiam supernaturalem, adhuc tamen eget auxilio supernaturali, & speciali; tertium dictum est, iustus ad quodcunque bonum operandum saltem aliquo modo spectans ad vitam æternam, & ad peccata contraria vitanda, & vincendas tentationes, eget speciali Dei auxilio nec solum ad omnes hos actus simul, sed etiam quo ad singulos; probatur hoc dictum ex his ferè quibus probatum est superius in vniuersum de homine in statu naturæ corruptę, & pręsertim ex nõnullis scripturę testimonijs quę dicunt homines etiã sanctos, & iustos nihil ea se boni agere posse sine Dei auxilio quali est illud

Io. 15.

Io. 15. sine me nihil potestis facere 2. Cor. 3. non quod simus sufficientes &c. item ex eo quod omnes sancti perpetuo petunt, non induci in tentationem, omnes etiam perpetuo implorãt diuinum auxilium eique tribuunt omnes suos bonos actus, vt Psalm. 26. adiutor meus esto ne derelinquas me, & 31. anima nostra sustinet dominum. 36. salus autem iustorum à Domino. 133. Benedictus Deus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum, ex quibus etiam possumus hoc argumentum elicere, quod si hæc omnia perpetuo sancti à Deo petunt, signum est eos cognoscere esse donum Dei, & non posse haberi nisi à Deo auxilium, probatur hoc idem ex Concilijs, & patribus vt ex Conc. Arauf. ca. 28. vbi habemus etiam baptizatis necessarium esse diuinum auxilium ad hoc vt possint tentationes vincere, & concupiscentias, & Innoc. ep. ad Conc. Carthaginense inquit diuinam gratiam, etiam sanctis necessariam esse, & in rescripto ad Conc. Mileu. vbi dicit necessariam esse gratiam Dei liberatis à peccato, vt in bono perseuerare possint Cœlest. ep. 1. c. 6. neminem inquit etiam baptizatum posse tentationes vincere nisi per quotidianum Dei adiutorium, idem Aug. lib. de natura, & gratia cap. 26. vbi ait etiam sanatum hominem à Deo egere eius auxilio, vt possit recte ambulare, & in hoc differre medicinã corporalẽ à spirituali, confirmat exẽplo oculi qui licet sit perfectissimus, non potest tamẽ videre nisi luce externa adiutus, & lib. de gratia, & libero arbitrio c. 6. dicit & non posse hominem sanatum per gratiam nisi cum gratiæ adiutorio ambulare iuxta id, Can. 8. & lib. de correptione, & gratia cap. 1. hominem ait postquam liberatus est à peccato adhuc adiutorio Dei egere, Greg. lib. 22. moralium ca. 5. & 28. mor. c. 9. idem habet.

SVMMARIVM.

1 Perseuerantiæ noĩe qd intelligatur.
2 Homo in gratia an possit sine gratia perseuerare, sub multis conclusionibus.

An homo in gratia constitutus egeat auxilio gratiæ ad perseuerandum. Cap. X.

Notandum primo, quod licet nomine perseuerantiæ possit ea intelligi quã homo quomodocunque perseuerat in bono opere, propriè tamen ea intelligitur qua perseuerat vsque ad finem vitę, siue multo ante inceperit siue non multo ante, vt notat Aug. initio libri de bono perseuerantiæ, quia hęc est perseuerantia quę coronatur. 1 Perseuerantię nomine qd intelligatur. Secundo notandum quando quęritur an homo possit per se perseuerare sine alio auxilio, potest dupliciter intelligi, primo an possit ex seipso aliquem actum elicere quo ipsam perseuerantiã augeat, sicut dicimus posse elicere actũ dilectionis, & per propriũ actum sibi gratiam comparare, & hoc modo sine dubio nõ possumus id affirmare, nam perseuerare proprie est vsque ad vitæ finẽ in bono continuare, ita, vt qui actu hoc modo non perseueret non possit dici vnquàm habuisse perseuerãtiam, non põt autem homo per proprium aliquem actum seipsum in bono confirmare, vt postea semper perseueret, quia semper remanet voluntas mutabilis, secũdo potest intelligi an sine nouo Dei auxilio speciali, per solam gratiam habitualem possit homo tota vita perseuerare in bono omnia peccata vitare, tẽtationes vincere, tertio, notandum posse dupliciter intelligere perseuerantiam nobis à Deo donari primò, ex eo quod confert nobis auxilium quo possimus perseuerare si volumus quo mõ dat nobis Deus posse perseuerare, secundo ex eo, quod nobis dat vt actu perseueremus, & velimus perseuerare, & hoc auxilio vti, certum est enim aliud esse posse perseuerare, aliud actu perseuerare, & quod multi possunt qui tamen non perseuerãt, & hoc secundo modo actu perseuerandi, si perseuerantia est donum Dei, quicunque habet hoc donum perseuerat, & quicũque non perseuerat non habet hoc donum, 2 Homo in gratia an possit sine gratia perseuerare.

num, & quicunque donum non habet non perseuerat, & in hoc secundo sensu difficultas est valde grauis, ex qua ferè sola dependet tota difficultas de prædestinatione, si nam perseuerantia ex gratia Dei est, & donum Dei, & præsertim non ex aliquo merito homini collatum, sed ex mero Dei beneplacito sine dubio etiam prædestinatio, non erit ex vllis meritis, aut præexistentibus aut p̃equisis, sed ex mera gratia, & beneplacito Dei, nō tamen sine nostris meritis, & bonis operibus, vt dixi d. tract. modo, vt ibi. his notatis.

Prima sit conclusio. Iustus non potest sine speciali Dei auxilio vsque ad vitæ finē in bono perseuerare, probatur hęc conclusio, primo, ex scripturis quę dicūt perseuerantiam esse à Deo, & à Deo petendam, vt Psal. 16. Perfice gressus meos in semitis tuis, contra vero Psal. 29. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in ęternum ibi sequitur. Psal. 79. Fiat manus tuas super virum dexteræ tuę, & nō defecimus à te. Ierem. 32. probat etiam Aug libr. de bono perseuerantiæ libr. de correpţ. & gratia c. 6. ex singulis ferè petitionibus orationis dominicę pręsertim ex illa sanctificetur nomen tuum, Lucę 22. rogaui pro te Petrę vt non deficiat fides tua, & Phil. 1. qui cępit in vobis opus bonum perficiet vsq; in diem Iesu Christi, & Io. 15. posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat 2. Tessal. 2. 1. Petr. vltimo epist. can. 9. Iudæ secundo, probatur ex Conc. & patribus, vt ex ep. Conc. Carthaginēsis ad Mileu. ad Innocentium, præsertim ex eo q̃ dīt donum Dei esse non deficere à fide, non vinci à tentationibus & idem Innoc. in rescrip. ad hęc Conc. clarius vero Conc. Arausi. c. 10. & 29. deffinit non posse sine gratia & auxilio Dei nos perseuerare in bono, idem habet Cœlest. ep. 1. c. 6. & Ier. in ep. ad Ctesifontem contra Pelag. Greg. lib. 9. moralium c. 29. tertio, probatur ex eo q̃ omnes sancti hanc perseuerantiam à Deo petunt tanquàm summum quoddam bonum, quæ petitio aliter inanis esset, vt ait Aug. lib. de bono perseuerantiæ cap. 22. nisi scirent sancti hoc verè esse donum Dei, probatur demū ex dictis supra quod homo nō possit sine speciali Dei auxilio mādata Dei implere, bonum agere, peccata vitare, vincere tentationes, cum perseuerare nihil aliud sit quam bonum continuo agere.

Secunda conclusio. Ipsum actu perseuerare vsq; ad finem vitę est gratuitū Dei donum, quod quicunque habet perseuerat qui non habet non perseuerat, & hoc est donum gratuitum Dei, hęc conclusio pręter dicta in tract. de prædestinatione, probatur primo, quia scripturę, & alia testimonia allata ad probandum perseuerantiam esse donum Dei probant etiam magna ex parte de perseuerantia actuali, nam ex eo quod Deus communiter solum p̄stat auxiliū quo possimus perseuerare, nō autem facit semper vt actu perseueremus, ergo vt verè ipsa perseuerantia sit donū Dei, oportet, vt hoc ipsum nobis à Deo donetur, & hoc est quod contendit probare Aug. loco citato de bono perseuerantiæ, secundo, quia supra probatum est quod etiam vsus gratiæ, vel acceptatio, vel ipsum non resistere gratia est donū Dei gratuitum, ergo eodem modo perseuerare, quod est non cadere non reijcere gratiam, tertio, quia nō solum gratiam Deus ita nobis confert quasi nos illam accipiamus, & per illam operemur, sed potius, vt ipsa gratia moueat nos ad operandum, & quodammodo nos trahat ad ipsum Deum, iuxtà illud Christi, nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum, ergo etiam donum Dei est quod nos Dei gratia vtamur, quod illam non deseramus, quod à Deo non recedamus. Quarto quia dū sumus in hac vita varijs tentationibus impugnamur, quas nisi dominus daret superare pro qualitate personarum loci & temporis, & huiusmodi circunstātijs quadam particulari prouidētia quā habet de electis, quos ad salutē disponit, nullus esset qui aliquando alicui tentationi voluntarie non succumberet, etiā si haberet auxilium quo posset resistere, est ergo particularis quædam gratia, & fauor, vt ita omnia disponat, vt quis vsque ad finem vitę perseueret, prętereа

mors,

mors,& vita hominis in manu Dei est, & præsertim ex ea pendet æterna hominis salus, quæ est in manu Dei, secundum particularem quandam prouidentiam quam habet de electis in ordine ad æternam beatitudinem, & tamen tã paruulos quàm adultos permittit interdum vel etiam facit vitam finire antequam gratiam consequantur, dum sunt in peccato, alios vero ante resistentes, in gratiam ante finem vitæ recipit, ne malitia mutet intellectum eorum, ergo ex hac saltem parte fatendum est hanc perseuerantiam vsque in finem vitę esse gratuitum Dei donum, nec obstat id ꝙ quispiam posset dicere, sibi non imputandum si non perseueret si quidẽ ideo non perseuerat quia donum perseuerantiæ à Deo non habet cui tamẽ respondetur, quod posset quis iuste excusari si nõ posset perseuerare, at habet posse perseuerare per diuinum auxiliũ quod supra peccatum est, ideo autem non perseuerat qa nõ vult, & qa resistit diuino auxilio, licet si illi à Deo donaretur velle, & non resistere, & perseuerare perseuraret, non dat autẽ Deus quia nõ tenetur cum det ei, vt possit, quod satis est ad salutem, & dat cui vult velle, & cui non vult non dat, quia nemini tenetur, omnia tamen iustissimè, & secundum iustissimum iudicium disponit.

SVMMARIVM.

1 Gratiæ nomine quid intelligatur.
2 Gratia an sit animæ qualitas, & an differat à charitate.
3 Peccatum an possit tolli sine gratia, sub multis conclusionibus.
4 Homo in gratia an possit non esse Deo gratus.

An gratia sit aliqua nostræ animæ qualitas. Cap. XI.

1 Gratię nomine qd intelligatur.

NOn est dubium posse gratiã summi ꝓ ipso actu dilectionis Dei quo hoĩes diligit, & sic non est animæ nostræ vlla qualitas, secundò, potest sumi pro quocunque dono Dei diuino, & sic neque semper est animę qualitas; difficultas est de gratia illa, qua formaliter homo est iustus, Deo grat⁹, & acceptus in ordine ad æternam vitã, an hæc sit animæ qualitas in homine, 2 Gratia an sit animę qualitas, & an differat à charitate

vel an sine huiusmodi qualitate possit homo esse gratus, & dilectus Deo; circa hanc difficultatem qui negant esse necessariam huiusmodi qualitatẽ in anima, in duas classes sunt distincti, prima est eorum qui dicunt gratiam qua Deũ diligimus non esse aliquid creatum, sed increatum, idest ipsum deum, & præsertim Spiritum sanctum prout inhabitat animas nostras, est magistri in 1.d.17.& 37.& in 3.d.27. iuxta quem sensum conabatur Vuiclephus defendere errorẽ Pelagi negantis gratiam, Valdésis tom. 3.de sacrament.cap.1.dicebat Pelagium tantum negasse gratiam animę superinfusam, & quę est aliquid pręter ipsum Deum diligendum, & spiritum Deo gratum, aduersus quem errorem Valdésis ostendit neque hunc errorem fuisse Pelagij, altera classis dicit gratiam & charitatem qua iusti sumus, & deo grati, nihil aliud esse quàm delectionem dei qua ipse nos diligit & fauorem quendam Dei ipsamq; iustitiã Christi prout imputatur nobis, qua non vere peccata tolluntur aut nobis remittuntur, sed tantum non imputantur, qui error, est Luteri, & hęreticorum nostri temporis; aduersus vtrumque errorem est omnium Theologorum communis sententia gratiam, & charitatem qua iustificamur, & deo grati sumus, & accepti illi ad vitã æternam esse aliquid formaliter inhærens animę nostræ, quam sententiam communiter scolastici complectuntur quo ad charitatem in 1.dist. 17. & in 3. dist.27. quo ad gratiam vero 2. dist. 26. imo Scot.in 1.d.17.q.1.artic.3. excusat etiam magistrum, sed quicquid sit de hoc communis scolasticorum sententia est & veritas est de fide catholica supra relata gratiam esse qualitatem animæ inhærentem vt supra sic enim determinatum est in Clem.1.de summa Trinitate, vbi dicit summus Pontifex in Baptismo nedum peccata remitti, sed etiã gra-

gratiam infundi, & virtutes, licet tempore Bon. vt ipse refert in 2. dist. 26. q. 2. & ex Inn. 3. in c. Maiores de Baptismo; hæc quæstio esset cōtrouersa, tamen est postea definita in dicta Clement. Conc. etiam Trid. sess. 6. c. 7. dicit iustificationem nostram fieri per iustitiam, & charitatem nobis infusam, & inhærentem, idem definit can. 10. & 11. & anathematizat contrariam sententiam, ex quibus euidenter colligit esse de fide quod gratia, & charitas sit habitus, & qualitas animæ infusus, & ipsi inhærens, licet Sot. lib. 2. de natura & gratia c. 18. ait à patribus Conc. Trid. consulto prætermissum nomen habitus quem secutus est Vega, dicens non esse de fide quod sit habitus, vel qualitas animæ, quia Conc. voluit tantum determinare iustificationem nostram non esse per aliquā iustitiam externam, sed per internam nostram iustitiam, vel renouationem, siue fiant hęc per aliquem habitum animæ infusum, siue tantum per actū charitatis elicitum non solo speciali auxilio, quæ tamen expositio non approbatur, quia in Conc. Viennensi vbi secunda illa opinio approbatur fit mentio habituum expressa, & Conc. Trid. cum dicit esse aliquid animæ inhęrens infusum significat aliquid supernaturale, & permanens quod non potest esse actus, sed tantum habitus, præsertim quia iusti permanenter sunt iusti, & quia gratia, & charitas dicuntur etiam paruulis infundi, quibus nullus potest actus inesse, probatur secundo, eadem sententia ex scripturis ex quibus habemus charitatem, vel gratiam, vel iustificationem esse aliquid nobis infusum, & inhęrens, vt ad Rom. 5. charitas dei diffusa est in cordibus nostris, simile habetur ad Titum 3. saluos nos fecit per sacramenta regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nobis absurdè, vbi nomen effusionis, & diffusionis significat aliquid inhęrens, 1. Corint. 13. nunc autem tria hęc fides, spes, charitas manent, at fides, & spes sunt habitus infusi 2. Corint. 1. qui vnxit nos, & signauit nos, & dedit pignus Spiritus sancti in cordibus nostris, & Eph. 1. vnxit nos Spiritu promissionis Spiritus sancti qui est pignus hæreditatis nostræ 2. Petr. 1. per quem maxima, & præciosa vobis promissa donauit, vt per hęc efficiamini &c. 1. Io. 2. vnctio docebit vos de omnibus, & c. 3. qui natus est ex deo peccatum non fecit, multa addi possunt ex supradictis quibus homines per gratiam à peccatis lauari dicitur, quæ significant renouationem in ternam animę tertio, probatur ex quibusdam modis loquendi patrum quibus impugnatur sentētia magistri, & cōprobatur diffinitio Conc. Vienensis, licet non ita expresse ponant habitum, vel qualitatem animæ inhærentem, Cipr. libr. 3. epis. 8. d. baptizatis dari gratiam, & æqualem omnibus, idē habet Cirillus Alexandrinus libr. 1. in Io. ca. 15. Hier. in prol. Threnorū. Basil. lib. de Spū sancto c. 17. vbi explicat vnice dici Spiritum sanctū in nobis esse, & inquit sicut vis cernendi est in sano oculo, ita operatio Spūs in anima, & sicut ars est in eo qui malus est, ita gr̄a Spūs sancti in eo qui recipit, & sicut totum est in partibus ita Spūs sanctus in anima secundum diuersam donorum distributionem idem, in Psal. 32. dicit Angelis à Spiritu sancto ab initio sanctitatem datam Aug. libr. 5. de Trinit. c. 16. dicit qn̄ regeneramur per gratiam, mutamur in nobis saltem per gratiam, non autē mutatur ipse Deus & 22. confess. cap. 15. & lib. 1. de peccatorum meritis c. 9. & 10. dicit cum iustificamur iustitiam deus in nobis operari, & gratiam in nos inspirare, probat etiam omnes in Adam peccasse nō solum imitatione, sed quia omnes ex sua stirpe natos dānificauit, libr. de natura, & gratia ca. 38. ait quod sola charitas est qua homo iustus est & c. vltimo dicit charitas inchoata iustitiam antecedit, & libr. de perfectione iust. & alibi dicit esse duplicem charitatem, & iustitiam, aliam imperfectam huius vitæ propriam, aliam perfectiorem in alia vita; simile habetur, ex patribus qui sępissime dicunt homines à peccatis lauari, tergi purgari, probatur postremo rationibus, primo fuit semper in ecclesia certum sacramenta nouę legis gratiam causare, ergo gratia est quid creatum,

tum, & causatum in anima, & non solū actus, sed etiam habitus, quo permanēter simus in gratia propter gratiam par uulorum, secundò, si non esset quid for maliter in hominibus non essemus formaliter, & vere iusti, sed tantum iusti denominaremur, tertiò, cum Deus hominē diligat quamdiu est in gratia non autem cum est in peccato, nec aliqua esse possit mutatio ex parte Dei, oportet aliquam mutationem ponere ex par te hominis, ergo dum est in gratia aliquid habet, quod non habebat quando erat in peccato, quartò, Deus non est dicendus diligere affectu inordinato, sed diligere eum qui dignus est, ergo qui est in gratia, & à Deo diligitur aliquid habet quod non habet qui est in peccato, id gratia vocatur ergo, quintò, Deus dicitur diligere, & acceptare ad vitam æternam omnes prædestinatos etiā si aliquando sint in peccato mortali, & tū non eos diligit, secūdum pręsentem statū quo sunt in peccato mortali, sed tan tum secūdum eum, quo sunt in gratia, ergo ponendum est aliquid in ipso homine quo constituatur in statu, in quo, & secūdum quem diligitur à Deo, sextò, ordo diuinæ prouidentiæ requirit, vt sit homo aliquo modo proportionatus ad finem, & beatitudinem æternam supernaturalem quā Deus illi vult con cedere, non fit hęc proportio nisi per gratiam homo eleuetur ad aliquod esse supernaturale ergo, septimò in naturalibus hic est ordo, vt quęlibet res habeat formam propriam qua tendat ad suum finem, & perfectionem ergo etiam in supernaturalibus debet habere homo aliquam formam supernaturalem in ordi ne ad finem supernaturalem, octauò, experientia constat aliquos recenter iustificatos & à maximis peccatis, vitijs, & habitibus conuersos statim incipere operari, cum magna quadam facilitate promptitudine, & dilectione, quæ prom ptitudo, & dilectio sunt maxima habituum signa, postremò hoc est proprium Dei in amando quod est velle alicui bonū, vt ipsum bonum quod vult causet, & conferat propter efficaciam suæ voluntatis, sicut ergo Deus per dilectionē illam communem qua omnes creaturas diligit confert illis, & conseruat esse, & bonitatem naturalem, ita per hanc dilectionem supernaturalem qua diligit hominem, vt amicum in ordine ad vitam ęternam debet causare, & confer re esse quoddam, & qualitatem supernaturalem, & hęc quo ad difficultatem quæ est de facto, nam, quod spectat ad charitatem an quid sit creatum, vel increatum habetur à D. Thom. in 2. 2. q. 23. artic. 2. quod vero spectat ad iustificationem verum fiat per gratię infusionem traditur à D. Thom. 1. 2. quęst. 113 vbi magis ex professo hęc quæstio tractanda est; inter scolasticos autem duo potissimum sunt controuersa potius de possibili quàm de facto, primo, an secūdum absolutam saltem Dei potentiam possit homo esse Deo gratus, & acceptus ad vitam æternam sine vllo dono gratiæ infusę, & creatæ, secundum est an per eādem potestatem possit homo cum hac gratia infusa, & creata non esse Deo charus, & acceptus ad vitam æternam.

Quo ad primum, est sentētia Aureoli & Ocan, Greg. & Gabr. in 1. d. 17. q. 1. qui duo dixit primò, quod etiam per absolutam Dei potentiam non potest homo esse Deo gratus, & acceptus sine gratia infusa, & creata, secundum est quod id de gratia infusa, & creata non procedit ex dilectione, & acceptatione diui na, sed potius illam pręuenit homo; alia sententia est communis omnium scholasticorum qui dicunt per potentiā Dei absolutam posse hominem esse Deo gratum, & acceptum per solum actum exteriorem dilectionis diuinę, vel per actū hominis internum dilectionis Dei elicitum speciali Dei auxilio sine vllo habitu gratiæ, vel charitatis infusæ, & quidem antiquiores scholastici non loquūtur de potentia absoluta, sed simpliciter negant posse hominem esse Deo charū sine gratia infusa, vt Alex. 3. q. 69. membro 2. art. 1. Albert. in 1. dist. 17. artic. 1. & 2. dist. 26. ar. 1. ijsdem locis D. Bonau. & D. Tho. & 3. contra gentes c. 149. de verit. q. 27. art. 1. quo vero ad potentiam absolutam est posteriorum sententia, Scoti-

Scoti. Greg. Durand. Gabri. Marſ. Maioris in 1. diſt. 27. q. 1. & præterea Amai in 2. tractat. mor. cap. 8. & Scot. in quarto diſt. 1. quæſt. 1. artic. 5. his notatis.

§ Peccatū an poſſit tolli ſine gratia.

Prima ſit concluſio. Per abſolutam Dei potentiam ſine gratia infuſa, vel charitate poteſt ab homine quo ad maculam, offenſā & reatū tolli peccatum, probatur, primò quia poteſt homo à Deo cōſtitui in ſtatu pure naturali ſine vllo habitu gratiæ, vel charitatis, & etiā ſine vllo peccato, ergo, ſaltem per abſolutam Dei potentiam poteſt homo peccatorem iterum conſtituere in eo ſtatu, deinde quia ſi id fieri non poſſet eſſet maxime ex eo quod propter maculam, & deordinationem voluntatis, quæ cauſa dicitur formaliter priuatiua, & charitatis, & rectitudinis, non videtur poſſe tolli peccatum niſi per oppoſitā formam, nam de offenſa, & reatu non eſt tanta difficultas, ſed poſſet Deus hominem etiam exiſtentem in peccato nolle punire, tum quia ablatis maculę deordinatione, & alijs quę ſunt de ratione peccati, tollitur etiam offenſę reatus, & quæ inde cōſequuntur, at vero neq; illa obſtant, tum quia poſſet homo, ſine habitu infuſo, ſed ſolum auxilio ſpeciali elicere actum aliquem charitatis quo ordinaretur voluntas, & conſequenter tolleretur deordinatio cauſata à cōtrario actu peccati, tum quia macula, & deordinatio hæc nō habent rationem peccati niſi prout dicuntur priuationes formæ debitæ in eſſe, & prout dicunt reſpectum ad actum peccati pteritum; alioquin ēt in ſtatu purè naturali carruiſſet homo, & grā, & rectitudine ſupernaturali, nec tñ hęc carentia fuiſſet, aut macula vel priuatio, vel peccatū, at pōt Deus per ſolam abſolutā potentiā tollere ab anima debitum habendi hanc grām, & rectitudinem, & non amplius illi imputare actum pteriti peccati; ergo per hoc ſaltem tolleretur peccatum ab aliquo.

Secunda concluſio. Poteſt homo per abſolutam Dei potentiam ſine habitu infuſę gratię vel charitatis eſſe Deo gratus, & acceptus in ordine ad vitam ęternam, non tñ peccatorē, ſcd̄m p̄ſentē ſtatū quia ēt de facto prædeſtinatū exiſteñtem in peccato mortali Deus diligit, & acceptat in ordine ad vitam ęternā quia verè illi vult gloriam conferre, nō tamē eū diligit ſecundum hunc ſtatum prout eſt in pc̄tō ſed cū fuerit iuſtus, & ei gloriam conferet, dicitur in concluſione, ꝙ hoīem ſine grā, & charitate & ſine peccato Deus pōt etiā ſcd̄m hunc ſtatū ad gloriam acceptare, vt ei velit gloriam conferre, probatur, primo, quia ex præcedenti cōcluſione poteſt Deus ſine hoc habitu ab hoīe peccatum auferre, at nil repugnat quo minus huiuſmodi exiſtēti ſine peccato velit Deus conferre gloriam abſq; alia preuia diſpoſitione, vel merito præcedenti, nam abſoluta Dei potentia non eſt huiuſmodi diſpoſitionibus alligata, confirmatur quia de facto Deus in inſtanti cōceptionis id contulit abſq; vllo merito actuali Chriſto, quod etiam quoddam ſentiunt de Angelis in ijs enim id non eſt impoſſibile, ſecundo poteſt homo cum ſpeciali Dei auxilio elicere actum dilectionis Dei ſup omnia ēt tāquàm finis ſupernaturalis, qui actus eſſet vere meritorius vitę ęternæ, & efficeret hominem Deo gratum, & charum non minus quàm ipſe habitus charitatis, & forte magis, quia tota ratio bonitatis & conſequenter acceptabilitatis eſt in ordine ad actum, quare multo magis eſt in actu, qd ſi quis contendat ſine habitu infuſo non poſſe elici actum dilectionis ſupernaturalis pręſertim eiuſdem rationis, & meriti, cum eo ꝙ eſt ex habitu, aut certe ipſum actum dilectionis Dei non eſſe meritorium vitæ æternæ ex propria dignitate, ſed tantum ex ſola acceptatione, & liberalitate, reſpondetur enim poſſe hominem ſic ſaltem aliquem actum dilectionis Dei elicere ſaltem vt finis ſupernaturalis, & poterit ſaltem Deus ex ſua liberalitate hunc actum acceptare tāquàm meritorium vitæ æternæ, ergo, tunc ſaltem ex Dei liberalitate erit Deo gratus, & acceptus.

Tertia concluſio. Homo ſine habitu gratiæ vel charitatis infuſæ non poteſt etiam per abſolutam Dei potētiam ita eſſe Deo charus, & acceptus ſecundum illam bonitatem quam habet, ſicuti

tuti est ipso habitu, & dono infuso. explicatur cōclusio, dupliciter Deum posse aliquam creaturam, & particulariter hominem diligere, primo, cum diligere ad hoc vt bonus sit, & amare qui amor causa sit illi bonitatis, quomodo dilexit nos antequàm essemus, & ideo dicitur magis dilexisse hominē quàm cœteras creaturas, quia homini Deus contulit magis bonum quàm cœteris creaturis, confirmatur hoc etiam, nam cum adhuc essemus peccatores dilexit nos Deus, vt essemus sancti, & insti, & hoc modo dictum est in præcedenti cōclusione posse hominem sine gratia, & charitate esse Deo acceptum in ordine ad vitam æternam, etiam secundum præsentem statum, vt ibi expositum est, quia potest Deus illi velle, & conferre hoc bonum idest gloriam, altero modo diligit Deus hominem quatenus bonus est, & quia bonus est, per actum permanenter, quia omne bonum inquantum bonum est diligibile, & maxime à Deo, qui etiam vnumquodque diligit quatenus bonum est, & diligibile, imò vero id quod bonum est, & quatenus bonū est non potest Deus nō diligere, licet enim quodcunq; bonum extra se possit Deus velle non esse, quandiu tñ est bonum, & quatenus bonum, non pōt Deus non diligere, quia est participatio quædam bonitatis ipsius, quam ipse necessario amat, & ratione cuius amat creaturam, & ita intelligitur conclusio, in qua ideo additum est verbum permanenter, quia sine habitu per actum potest homo esse Deo charus, eodem modo, probatur cōclusio, quia habitus infusus gratiæ, vel charitatis dat homini esse diuinum, & supernaturale, ergo dat illi quandam propriam bonitatem, & perfectionem, secūdum quam est dilectus à Deo vt sic, & facit etiam ipsum diuinæ consortem naturæ, quasi diligibilem à Deo amore quodam amicitiæ, qui non est nisi inter eos; qui sunt eiusdem naturæ; ex his omnibus rationibus diligibilitatis, charitatis, qui non habet habitum gratiæ aut alium habitum infusum, & supernaturalem, vt sic non potest eodem modo diligi à Deo.

Quarta conclusio. Habitus infusus gratiæ, & charitatis pcedit ex eo amore Dei quo nos Deus diligit, vt boni simus, non ex eo quo diligit nos quatenus, vel quia boni sumus, probatur prima pars, quia huiusmodi donum confertur nobis à Deo, liberaliter, ergo ex eo, quod Deus nos liberaliter amat, & nobis vult hoc bonū id efficit quo amore specialiter Deus amat oēs prædestinatus, non autem, saltem eodem modo, & efficienter reprobos iuxta illud Rom. 9. de Iacob, & Esau, antequàm quicquam boni, vel mali agerent Iacob dilexi, Esau autem odio habui, secunda pars patet quia ista bonitas supernaturalis est ratio propter quam Deus hominem amat, ergo, saltem ratione præcedit ipsum Dei amorem, ergo inde prouenit.

Quo ad secundam difficultatem sunt etiam duæ sententiæ prima Aureoli, ex Greg. Ocan Gabriel. in 1. dist. 17 q. 1. dicentis neque per absolutam Dei potentiam posse hominem habentem gratiā infusam non esse Deo gratum, & acceptum. altera sententia dicit hominem cum gratia ex absoluta Dei potentia posse non esse Deo charum, & acceptū in ordine ad vitam ęternam imò vero, quod per gratiam sit acceptus dicūt nō esse ex ipsius gratiæ, dignitate, & merito, sed ex Dei liberalitate acceptantis illum in ordine ad vitam æternam, est Gabrielis Ocan, & sententia alterius, qui etiam inquit, quod gratia infusa nō est illa per quam sumus Deo grati, & accepti, id enim est ipsa Dei dilectio qua nos amat, sed esse tantum affectum quendam dilectionis, & acceptationis diuinæ, vnde etiam inquit sacramenta efficiunt nos Deo gratos non ex eo, quod per hęc gratia creata causetur, sed ex eo potius, quod per baptismum regeneramur in Christo, & sumus Dei filij, ideo nos Deus diligit & sumus Deo grati, & causat in nobis Deus hanc gratiam. 3

His notatis prima sit conclusio. Homo habens gratiam non potest Deo nō esse gratus, & acceptus secundum eam bonitatem quam habet, patet ex pręce- Homo in gratia an possit nō esse deo gratus.

denti difficultate, quia non potest deus non diligere bonum, vt bonum, & non diligere quantum est bonum, & diligibile, ergo habentem gratiam non potest non diligere tanquàm eum qui habet esse quoddam supernaturale, & ordinis diuini.

Secunda conclusio. Gratia, & charitas ex propria natura dicit ordinē ad vitam æternam, & reddit hominem dignum dei acceptatione, & ipsa gloria, probatur, primo, quia gratia est habitus quidam supernaturalis, & qui non potest naturaliter creaturæ vlli concedi, idest ordinis diuini, ergo habet quendā ordinem & proportionem ad ipsum lumen gloriæ, vnde & gratia dicitur gloria inchoata, gloria vero gratia consumata, secundo, quia in scriptura, gratia, & charitas dicuntur donum quo efficimur diuinæ consortes naturæ, ergo quo ordinamur ad hoc vt Deo coniungamur, vt simus beati ea beatitudine participata qua beatus est Deus, & dicitur semen Dei, semen autem ex sua natura tendit ad fructum perfectum, dicitur pignus spiritus, & hæreditatis æternæ, & dicitur etiam fons aquæ viuæ salientis in vitam ęternam, tertio, quia gratia & charitas est causa formalis nostræ iustificationis vt Conc. Trid. determinat, & est ea qua grati sumus, & iusti, at si nō haberet id ex propria natura non per ipsam essemus Deo grati & iusti, sed per acceptationem, & imputationem Dei qui nobis illud imputaret ad meritum, postremo illud ipsum, quo supra probatum est hominem esse Deo gratum de facto per hanc charitatem, ipsum probat idem etiam habere charitatem ex natura propria, quia probat quod per eām debuit nobis Deus huiusmodi donum conferre, quod ex natura sua habet quandam proportionem ad gloriam.

Tertia conclusio. Homini habenti gratiam potest Deus de potentia absoluta nunquam velle cōferre gloriam, nam potest aliquo tempore homo esse in gratia sine gloria, ergo, & in ęternū saltem de potentia Dei absoluta, tum quia potest quis gratiam amittere, & nunquam consequi gloriam, tum quia gratia, & gloria nō sunt ita essentialiter annexæ, vt se inuicē semp includant, ergo potest conferri vnum sine alio, quia potest Deus post quam aliquis Dei gratiam habuit suam gratiam annihilare, & hominē etiam ipsum, imo postquàm aliquis iam fuit gloriam consequutus, potest, & gratiam, & gloriam, & hominem ipsum annihilare, quia cum hæc omnia sint creata, Deus autē nihil omnino extra se velit esse necessario, neque aliquid creatum sit ita simpliciter necessarium saltem in ordine ad ęternitatem quin possit non esse, & annihilari, ergo.

SVMMARIVM.

1 Gratia an sit idem quod virtus, & charitas.

An gratia sit idem quod virtus, & charitas. Cap. XII.

IN hac difficultate est prima sententia dicētium gratiam esse habitum distinctum à charitate, & illum esse in essentia animę, hāc vero in potentijs, idest in voluntate, est Alexan. 3. p. quæst. 79. memb. 2. Alb. 2. distin. 26. artic. 3. D. Thom. hoc loco, 3. contra gent. cap. 150. de verit. q. 27. artic. 2. Alb. vt supra 2. distinct. 26. quæst. 1. artic. 3. & 4. D. Bonauent. in 3. distinct. 27. articul. 1. quęst. 3. & 4. Argent. 2. distinct. 26. quęst. vnica artic. 2. Capr. ibidem, Gaiet. hic & Sot. libr. 2. de natura, & gratia, cap. 17. probatur in Clement. 1. de summa Trinitate vbi habetur paruulis in Baptismo infundi gratiam informantem, & virtutes, simile habet Concil. Trid. sess. 6. cap. 11. secundo, probatur, quia virtus est habitus animę inhęrens, & est in animæ potentia in ordine ad operationem, ergo, gratia dicitur esse supernaturale, quod est in ipsa essentia animæ, maior patet quia 2. Petr. 1. dicimur per gratiam effici diuinæ consortes naturę, & per gratiam

1 Gratia an sit idem, q virtus & charitas.

tiam rursus dicimur regenerari specialiter in Christo, vt Io. 3. nisi quis baptizatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto &c. & Iacobi primo voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. altera sententia est negantium gratiam, & charitatem esse distinctos habitus, est Ric. in 2. dist. 26. quæst. 4. Enri. Quod libeto 4. dist. 10 Scot. in 2. distinct. 25. & 26. Duran. in distin. 26. quæst. 1. & 2. Gabr. ibidem quæst. vnica Io. Maio. quæst. 1. Marsil. quæst. 17. artic. 2. Vegæ libr. 7. in Conc. Trid. cap. 26. & 27. quæ sententia probabilior videtur esse quàm prima, cum absque necessitate videantur induci hi distincti habitus gratiæ, & charitatis, dicitur ergo, gratiam, & charitatem esse vnum, & eundem habitum realiter, & formaliter immediate inhærentem voluntati, licet ratione distinguantur quia operatur gratia qua nobis à Deo gratis confertur prout informat, & prout reddit nos Deo gratos, & acceptos, charitas vero prout est principium operationis, idest dilectionis Dei & proximi, probatur, primo, quia ea omnia, quæ tribuuntur gratiæ gratum facienti, & propter quę ab alijs inducitur gratia à charitate distincta, eadem tribuuntur charitati; & sumpta ęxui propria, quoad quędam, communionē habent, quale est illud quod gratia diuidit inter filios Regni, & perditionis ex 15. de trinit. Aug. cap. 18. & tractat. 5. in ep. 1. Io. quòd etiam charitas est omniū virtutum forma colligitur, ex 1. Corin. 13. si linguis hominum loquar &c. ꝙ etiam neque gratia, neque charitas potest esse informis; quia vtraque nos coniungit vltimo fini quantum in hac vita fieri potest, quod vtraque est ad salutem necessaria, & sufficiens, & huiusmodi; sed quo ad ea quę dicuntur propria gratię etiam patet, nam, quod per charitatem proprie efficiamur diuinæ consortes naturæ, expresse habetur Io. 14. vbi dicitur quod Deus charitas est, & ideo in eo in quo est charitas in esse Deum, & eum qui est in charitate esse etiam in Deo, imo 2. Petr. 1. dicitur effici nos diuinę consortes naturæ per maxima dona, per quæ intelliguntur virtutes inter quas habet primum locum charitas quod est illud summum Dei, de quo 1. Io. 3. vnde, &c. 4. ait charitate diligamus inuicem quia Deus charitas est, quod etiā spiritus ille, quo sumus filij Dei sit charitas, patet ex 1. Io. 2. videte qualē charitatem, & Rom. 8. vbi de hoc agens loquitur Apostolus, & infra, scitis autem quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & Galat. 3. omnes enim filij Dei estis per fidem in Christo Iesu, intelligitur autem de fide quę per charitatem operatur vt ait cap. 5. vbi cum dixisset euacuati estis à Christo qui in lege iustificamini excidistis à gratia, & explicat quę sit huiusmodi gratia, non enim in spū per fidem spem iustitię expectamus, ex quo intelligitur id ꝙ postea habetur c. 6. eiusdem epistolę, neq; .n. circuncisio aliquid est, neq; p̄putium, sed noua creatura, vt idem sit noua creatura, ac si dixisset homo noua creatura, & illud Eph. 2. ipsius enim creatura sumus, subditur enim, creati in Christo Iesu in operibus bonis, ergo per opera bona est noua creatura, eodē modo intelligitur illud 1. Io. 1. volūtariè .n. genuit nos verbo veritatis vt simus initiū aliquod creaturę eius, nam per verbum veritatis, per se primo, in nobis generatur fides, & fides quæ per charitatem operatur si sit perfecta, & ideo id ꝙ subditur vt simus initium aliquod creaturę eius, debet sumi pro eadem fide, & propter hoc regeneratio proprie tribuitur baptismo, ꝙ dicitur sacramentum fidei, quo sumus primo, mēbra Christi, sicut per fidē informatā charitate sumus viua membra Christi licet & per baptismum ex opere operato idē sumus, & de hoc loqtur Petr. ep. 1. c. 1. q̄ secūdm misericordiam suā magnam regenerauit nos in spē viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilē, & incōtaminatam, & immarcessibilem conseruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem &c. ex quo habetur nos regnare in Christo per fidem, quæ producit in nobis spem hęreditatis ęternę, quę hęreditas

tribuitur ipsi fidei, & datur nobis per fidē regeneratis, & factis filijs Dei, quia hęreditas est propria filiorum, producit autem in nobis fides spem viuam si sit ea fides viua quæ operatur, & quæ vt ait ibi Petrus, est multo præciosior auro quod per ignem ꝓbatur, & infra, in laudem, honorem, & gaudium per reuelationem Iesu Christi in quē cum non videritis creditis, credentes autem exultabitis lętitia inenarrabili, & eodem cap. sanctificātes animas vestras in obediētia fraternitatis, & charitatis, quibus addi potest quod dicit Bernardus sermon. 83. in cantica, animam nutriri verbo, quod etiam charitas sit vita animæ satis docet Dominus Io. 6. quod etiam sit lux & bona patet ex 1. Io. 1. vbi habetur eum in luce ambulare qui diligit, quod etiam charitas sit qua nos Deo grati sumus, patet ex Prouerb. 18. Ego diligentes me diligo, & Io. 14. si quis diligit me sermonem meū seruabit, & c. & ex vniuerso ferè cantico 50. Habetur ecclesiam, vel animam esse tanquàm sponsam à Deo coronatam dilectam & c. ꝙ docet etiam Greg. Hom. 38. in Euangelia, vt illud nuptialem esse charitatem. ex quibus omnibus concluditur frustra ob has proprietates induci gratiam à charitate distinctam, probatur, secundò, quia siue ponatur gratia charitati distincta ad hoc vt anima secundum essentiam esse diuinum participet, siue ad hoc vt sit effectus Dei bonus quem in nobis causat Deus nos amando, siue vt sit ratio amoris diuini nempe bonum propter quod Deus nos amat, propter nullum horum potest aliquid melius inueniri quàm charitas, nec distinguitur etiam quia charitas est etiam participatio esse diuini, non solum secūdum esse proprium, quod est illi commune cum gratia, sed etiam quia nos coniungit cum Deo, & tendit ad Deum vt obiectum supernaturale, & ipsum attingit quantum id fieri potest, prætterea quia inter omnes dignas perfectiones quæ ab homine hic participari possūt, suprema est amor, visio. n. ordinarie non pōt à nobis haberi in hac vita, ergo hæc est tātum hic participatio esse Dei, præter hęc requiritur medium quo tendimus ad beatitudinem, huiusmodi autem est charitas ipsa, ergo, propter tertium quia nulla est ratio propter quam mereamur magis à Deo diligi, quàm ipsa charitas, quia amor ex sua naturā redamantem requirit, & hęc charitas est quę constituit amorem amicitiæ inter Deum, & hominem, tertio si ponitur gratia à charitate distincta, vt sit principium meritorum & virtutum infusarum, sed contra, nam hoc est proprium charitatis, vt sit principium, & radix omnium meritorum, sic Gregor. Hom. 17. in Euangelia, non habet aliquid viriditatis ramus boni operis nisi manserit in radice charitatis, Aug. sermon. 33. in Io. inquit, ipsam charitatem habe, & omnia habebis, & patet, quia charitas est forma virtutum omnium, & est virtus quędam vniuersalis quæ omnibus imperat, & quę facit omnes esse & omnino veras, & perfectus virtutes, & meritorias, & opera nostra meritoria, quod facit & gratia, modo explicato, ergo non sunt distinctæ formaliter, quartò, si gratia est a charitate distincta, ergo possunt separari ab inuicem, vnde sequitur, quod aut sine gratia, aut sine charitate posset homo saluari, aut cum aliqua harum damnari, vel non saluari, ita quod posset homo diligere Deum super omnia, & non esse Deo gratus, aut esse deo gratus, & illum non diligere super omnia quæ falsa sunt ergo, & etiam quia charitas est excellentissima omnium virtutum, & donorum dei, vt 1. Cor. 13. & est communis patrum sententia, Aug. pręsertim 15. de Trinit. c. 18. 19. vbi dicit in donis dei nullum esse maius ea, Bernard. serm. 23. in cantica 5. gratia est habitus quidam animæ, vel mentis, neque enim a[...] a species qualitatis esse potest, & est habitus maxime operatiuus, tum quia hoc est maxime proprium habitus esse operatiuum, tum quia in diuinis scripturis describitur gratia maxime operatiua, & principium omnium bonarum operationum, & ob hoc tantum nobis in scriptura prædicatur, vt cognoscamus ab ipsa esse omnia bona

opera, & impletionem mandatorum, ergo gratia est propria virtus quæ definitur habitus operatiuus,& est immediatè in potentijs animæ quarum est operari, licet & sustineri possit quod sit in essentia animæ, sextò, per id formaliter sumus Deo grati per quod sumus iusti, sancti, & boni, quia hoc est quod maxime in nobis amat Deus, & nobis præcipit, vt patet ex scriptura, quia tota iustitię sanctitas per se primo, in ipsis operibus consistit, tum etiam in habitibus operatiuis, quæ sunt principia harum operationum, in ordine ad operationem, ergo per ipsam nostram iustitiam formaliter sumus Deo grati, & iustitia,& sanctitas nostra potissimum cōsistit in charitate, hæc enim est perfectissima iustitia ex Aug. lib. de natura, & gratia cap. 40.& vltim.& de moribus ecclesiæ.c.12.& 15.quæ gratia formaliter opponitur peccato, sicut enim per hoc sumus Deo offensi,&odibiles, ita illa sumus formaliter Deo grati, & amici, at peccatum formaliter est in voluntate, & consistit in auersione voluntatis à Deo, ergo gratia ex opposito erit in voluntate, septimo, gloria quæ est gratia quædam consummata, & quæ gratię corrispondet tanquàm premium, & terminus, non est aliquid immediate in essentia animæ, sed consistit in operatione illius potentiæ qua immediate Deū attingimus, idest in ipsa visione, neque potest Beatitudo, vel principaliter, vel essentialiter esse in aliqua qualitate quę sit in essentia animę, hac enim quia operatiua non est immediate Deus apprehendi non potest, quare neque apponenda est vlla gloria immediate in essentia animæ quia frustra esset, ergo etiam in hac vita gratia non est aliquid immediate in essentia animæ, sed id quo Deo coniungimur, quantum in hac vita fieri potest, & id quo ad gloriam tendimus, & eam meremur, hęc enim debet esse proportio inter gratiam viæ, & gloriam termini, cōfirmatur quia si in hac vita gratia est in essentia animę quę eadem in alia vita perficiatur, & cū gratiam Deus conferat, & gloriam, sequi videretur hominem in hac vita beatum esse, & habere gloriam licet non ita perfecte vt in alia vita, quia est idem habitus nostrę gratię in hac vita, & gloria alterius, differens secūdum perfectum, & imperfectum, vt etiam fatetur D.Th. quęst.seq. art.5. quod est falsum, ergo, Ad Concil. Vienense respondetur ibi gratiam informantem distingui à cęteris virtutibus, non à charitate, deinde quia in eo erat controuersia inter Theologos, de distinctione inter gratiam, & charitatem, quam controuersiam noluit Conc. diffinire, ideo vtranque nominat gratiam, & charitatem siue inter se distinguantur siue non, neq; enim est adeo absurdū sinonimis vti cū ijs vtatur etiam aliquando sacra scriptura, pręsertim vbi ratio aliqua id postulat, & maxime quia saltem ratione distinguitur gratia, & charitas, immo Conc. Trid. nobis fauet, nam post illa verba, exclusa gratia,& charitate, subdit quæ per Spiritum sanctum in cordibus nostris infundatur, & inhęreat, qui numerus singularis potius identitatem, quam distinctionem significat, & ca. 7. eiusdem sess. loquens de iustificatione non meminit gratiæ, sed solum fidei, spei,& charitatis, ad secundum respondetur omnia illa esse propria charitatis; neque mirum quod charitati, quæ est habitus accidentalis voluntatis tribuantur ea quæ videntur ad essentiā,& naturā pertinere, quia naturā,& essentiam diuinam, vt supernaturalem nos non possumus percipere nisi per habitus supernaturales quibus Deo coniungimur, nam etiam gratia in essentia animæ est quid accidentale, cum possit amitti ab homine.

SVMMARIVM.

1 Gratia qualiter diuidatur in gratis datam, & gratum facientem, & quę vtraque. nu. 1.2.

3 Gratia habitualis,& actualis,& quę vtraque.

4 Gratia vocans & excitans adest, & adiuuans, & quæ vtraq;, & earum effectus.

5 Gratia etiam sufficiens adest, & effi-

efficax, & quę vtraque, ac earum effectus.

De diuisione gratiæ in gratum facientem, & gratis datam, habitualem, & actualem, vocantem & adiuuantem, sufficientem, & efficacem. Cap. XIII.

1 Gr̄a qualiter diuidatur.

2 Gr̄a gratū faciēs, & gratis data, & quę vtraque.

DIuiditur gratiā in gratiā gratis facientem, & gratiam gratis datam, prima datur homini, vt beatitudinem consequatur propriam, secunda vt alios non se adiuuet ad eam beatitudinem consequendam, de gratia gratis faciente habetur. Rom. 3. iustificati gratis per gratiā ipsius per redemptionem quę est in Christo Iesu, & ad Eph. 1. in laudem glorię gr̄ę suę, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. De gratijs gratis datis fit mentio. 1. Cor. 12. alij quidem per spiritum datur sermo sapientię, &c. & hęc inuenitur etiam in peccatoribus. Io. 11. vt in Caipha qui prophetauit, & Matth. 7. multi dicent &c. & sic fuere sibillæ, quas Aug. lib. 18. Ciu. Dei c. 23. vocat prophetissas, de qua inferius habetur sermo, & prima proprie est, & simpliciter gratia, cum per eam homo iustus fiat, & Deo amicus.

3 Gr̄a habitualis, & actualis, & quę vtraque.

Diuiditur vlterius gratia in habitualem & actualē, Habitualis dicitur gratuitum donum, quod datur homini durabiliter, & in eo proinde manere continenter potest. Actualis gratia dicitur motus in mente diuinitus excitatus, siue is sit cognitio, siue appetitio, siue operatio aliqua supernaturalis, de habituali probari potest ex ap. Rom. 5. charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, & 1. Cor. 1. vbi dicitur pignus hęreditatis, & 2. Cor. 4. Thesaurum in vasis fictilib. & Dei semen manens in his qui sūt ex Deo. Can. Io. cap. 3. & de ea habetur Io. 14. si quis diligit me, pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, dono scilicet aliquo permanente de quo Io. epist. 1. c. 4. in hoc cognoscimus, quoniam in Deo manemus, & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis, ex eo enim quod aliquis diligitur supernaturaliter in hac vita à Deo, consequitur in homine ex ea dilectione aliquod donum supernaturale manens; & cum sic homo à Deo per aliquod temporis spatium diligatur, & sic ea dilectio duret, oportet fateri esse in homine aliquod donum durabile, quod dicitur donum habituale, cū ipsius naturę conueniens sit, & recte eam afficiat. De gratia etiā actuali, quę cōsistit in motu vel actione in mente diuinitus excitata, patet ad Philipp. 1. vobis datum est non solum, vt in eum credatis, &c. Hier. 32. Timorem meum dabo in corde eorum, vt à me non recedant. Act. 11. ergo & gētibus dedit Deus pęnitentiā ad vitā. Rom. 15. Deus autē spei repleat uos omni gaudio, & pace in credendo, vt abundetis in spe. 1. Thes. 3. Deus abundare faciat charitatem in inuicem, ad ꝙ faciunt etiam loca q̄ probant cōuersionē mentis ad Deū, q̄ in actione & motu cōtinet, & ēt progressio in via comprehenditur Thren. 5. conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Ezech. 36. faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini &c.

Ex his dignoscere licet ad quę se extendat, tum gratia habitualis tū actualis, & quo ad dona habitualia, cū in anima nostra sit ipsa essentia animę, & potentię, vnde naturę respondet quoddam habituale donum, quod est etiam principium primum supernaturaliūm actionū, quo anima modo excellētiori fertur in Deū, vt in obiectū, vt est id Io. 3 oportet hoīem nasci denuo. ad Gal. 6. in Christo Iesu, nec circuncisio aliquid valet, neq; ꝑputium, sed noua creatura. ad Tit. 3. saluos nos fecit per lauacrū regenerationis. 2. Petr. 1. Maxima & ꝑciosa nobis promissa donauit, vt per hęc efficiamini diuinę consortes naturę; quo vero ad potentias naturales adsunt supernaturales habitus virtutum quib. potentię perficiuntur, ꝑ habitus fidei, spei, & charitatis, vt patet 2. Cor. 13. vosmetipsos

ſos tentate ſi eſtis in fide, 1. Io. 3. charitas Dei manet in eo. 1. Cor. 13. nūc aūt manent fides ſpes charitas, vnde & in Cōc. Trid. ſeſ. 6. c. 7. dr̃ hęc tria ſimul infundi. Iiſdem ēt potentijs rñdent virtutes infuſę. Sap. 8. q̄ & pficiuntur donis Spũs ſancti, qui habitus ſunt, Iſ. 11. requieſcet ſup eũ Spũs dñi, &c. Io. 14. apud vos manebit, & in vobis erit, q̄ indubie intelliguntur de fide ſpe & charitate qui ſunt habitus permanētes. Quo vero ad grãm actualē in ea duplex motus concurrit, vnus conſiſtit in ijs motibus quib. Deus mentes noſtras excitat & inuitat, vt ad ipſum per fidē ſpē charitatē pęnitentiā, & huiuſmodi actiones conuertamur, alterũ continetur ijs motib. vel actionib. quibus Deo excitanti, vocāti, & inuitāti rñdemus, cum ad eum conuertimur, vt Apocal. 3. ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum.

4 Grã vocãs vel excitans eſt, & adiuuãs, & quæ vtraque.

Diuiditur vlterius gratia in vocātem, vel excitantem, & adiuuantē, grã vocãs, dr̃ diuinæ inſpirationes, vel motus qdã diuinitus in mente hoīs excitati, quibus Deus hoīem ad ſe allicit, & ad actiones pias & ſalutares mouet, vt fidei, ſpei, charitatis pęnitentiæ actibus conuertatur, gratia adiuuans ſignificat Dei dona, quibus Deus hoīem diuinę vocationi, & excitationi conſentiētem adiuuat; tum in eo quod conſentit & conuertitur, tũ in alijs actionibus pietatis per quas tenditur ad beatitudinem. Ad hanc gratiā adiuuantem in primis pertinet q̃ Deus peculiari cõcurſu cum hoīe cooperatur ad conuerſionem, i. ad credendum, ſperandum, diligendum, pœnitendũ &c. ſimiliter q̃ hoīem ſpeciali cura & prouidētia tuetur à malo, & dirigit ad bonũ, & ei robur prębet varijs inſpirationibus ad vitādas tentationes, & ſeruanda mandata, &c. Et gratiæ vocantis mentio habetur. 2 Thimot. 1. qui nos liberauit & vocauit vocatione ſua ſancta non ſecundum opera noſtra &c. & ſeq. Auguſ. lib. 83. q. 68. d. Chrs pro impijs & peccatoribus mortuus eſt, vt ad credendum non merito, ſed gratia vocaremur, de adiuuante fit mentio. Rom. 8. quicunque ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei, quod explicans Auguſ. ſerm. 10. de verb. ap. d. ſpiritu illuminãte, exhortante, adiuuãte, & de vtraque loquitur Conc. Trid. ſeſſ. 6. ca. 6. d. diſponuntur ad iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes libere mouentur in Deum & Can. 3. & ca. 5. Cum vero motus quibus gratia excitans continetur, eo tendant, vt homo illis excitatus, ad Deum ſeſe deliberata voluntate & ratione conuertat, generaliter loquendo, tales ſunt qui hominem ad hũc finem promouere poſſint, ad quod ſpectat illuminatio fidei, qua homo pcõcipit q̄ ſunt fidei. Rom. 10. & etiã illuſtrationes q̄dam quibus ſępe ſubito mens nr̃a pcellitur, vt noua luce experiamur nos cognoſcere dignitatē & magnitudinem rerum diuinarũ, fœditatē peccatorum, & rerũ humanarum vilitatē, & vlterius ad idem pertinēt motus varij qui diuinitus in appetitu excitãtur, vt amor, timor, ſpes, dolor confuſio, & huiuſmodi quibus quandoque trahitur ratio ſuperior vt virtutem ſectetur, & declinet à vitijs, eo modo quo voluntas & ratio trahi poteſt ab appetitu; ad idem pertinent opportunitates quas diuina prouidētia homini ſubminiſtrat, vt in eo concitentur huiuſmodi motus tã in intellectu quàm in appetitu, vt ſunt, infirmitas, pericula, aduerſitates, boni ſocij, &c. vt videtur ſentire. Aug. d. q. 68. Hi vero motus quibus diuina vocatio continetur, peculiari ratione ſunt opus Dei non nr̃m. 2. Thim. 1. qui nos liberauit, & vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra. Apocal. 3. ego ſto ad oſtium & pulſo. Pſal. 54. audiam quid loquatur in me Deus, & Conc. Arauſicano. Can. 20. multa in homine dicuntur bona fieri, quæ non facit homo, & Aug. lib. 1. ad ſimplic. q. 2. lib. de Spiritu & litera. c. 34. & licet homo his motibus conſentiat, dr̃ tñ conſentire non libere, & vt ſic dicũtur opus Dei, vt ſunt & primi motus naturales, vel dicuntur opus Dei, quia & ſi nos etiam producamus eos motus, tamen qua ratione per illos diuinitus admonemur & pulſamur, vt ei reſpondeamus, & aperiamus ianuam voluntatis per deliberatos actus

fidei,

fidei, charitatis, &c. dicuntur ideò sub hac ratione, Dei vocatio, & opus peculiari modo Dei proprium, quatenus libertas nostra ad illud nil sic cōfert. Vt verò contingit, vt fide, spe, & charitate feramur in Deum, non solùm quando primum à statu peccati ad statū; gratiæ resurgimus, sed etiam cum in gratia, & iustitia perseueramus, & proficimus, ita motus illi, quibus continetur gratia vocans, & excitans, non solùm habent locum in prima iustificatione, sed etiā in progressu post acceptam iustitiam, licet tunc non dicantur propriè vocatio, sed tunc cum primo mens hominis excitatur, vt se à peccatis ad Deum cōuertat, & hæc posterior gratia dicitur auxiliū diuinum ad progrediendum in iustitia, vel gratia adiuuans. Vocatio verò hæc quandoque est efficax, quandoque non. Efficax est, cum efficit vt ei homo respōdeat, vel quia vberior sit, vel quia concurrant tales circunstantiæ, temporis, modi, &c. vt de facto homo moueatur ad consentiendum. Inefficax, qñ per eā nō mouetur de facto ad consentiendū: de efficaci habetur Act. 9. Domine quid me vis facere? Is. 50. Dñs Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: de inefficaci. Rom. 10. non omnes obediunt Euangelio, & de vtraque etiam loquitur Aug. lib. de gratia, & lib. arbit. c. 5. & quando vocatio est efficax, non ipsa sola cum libero arbitrio hominis efficit consensum, & conuersionem, sed vnà cum peculiari quodam alio concursu, & auxilio Dei accedente, quo eget etiā homo vocatus & excitatus, vt vocationi & excitationi consentiat, vt infra dicet', vbi agetur de modo quo oportet hominem ad iustificationem disponi, Deus enim non solùm nos vocat, sed etiam peculiari auxilio nos ad se trahit, & respōdere facit. vt Ioan. 6. nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum: & diffinitur in Cōc. Tr. sess. 6. can. 3. si quis dixerit sine præuenienti Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia cōferatur, anathema sit. Et vt vocatio diuina ad totā mētem hominis dirigitur, vt tum per intellectum, tum per voluntatem respōdeat, ita diuinæ vocationi, & auxilio, quo De' nos efficaciter iuuat, acceptum referendum est, vt intellectu & voluntate respondeamus cum conuertimur, cum alioqui noster intellectus, & voluntas sit imbecillis ad respondendum sicut oportet, vt habetur in Conc. Arausic. can. 4. & Mileuit. cap. 4. & ex Aug. lib. de bono perseuer. c. 15. & lib. de gratia, & lib. arbit. c. 19. Ex quibus sequitur, ꝙ posita vocatione efficaci, necessariò ex suppositione, sequat' hominis conuersio, vt d. Vega lib. 6. in Conc. Trid. c. 9. quia hæc necessitas ex hyppothesi non pugnat cū libertate arbitrij simpliciter, quia liberè respondet; sequitur etiam ꝙ eo maior est conuersio, quo maior vocatio efficax est, vt efficax est, non aūt vt consistit in inuitamentis excitantibus, si efficax nō est: vt Mat. 11. Væ tibi Bethsaida &c. Vocatio verò hæc diuina, prout continetur motibus illis quibus inuitamur ad conuersionem, latissimè adhuc patet, nā sunt quædam inuitamenta, quibus possumus, Deo iuuante respondere, & etiā nō difficulter resistere, vt ea quib. homines ordinariè, vocari, & excitari solent: de quibus in Tr. Conc. sess. 6. c. 5. & can. 4. alia sunt ita vehementia, & opportuna, vt is, cuius mens illis excitatur, non nisi difficulter resistere possit; alia extra ordinaria sunt, vt qui ijs incitatur, spontè, sed necessariò respondeat, prima, dicuntur auxilium sufficiens, secunda, auxilium speciale, tertia, specialissimum; auxilium speciale nō semper est efficax, quia potest reijci: auxilium specialissimum difficillimè potest reijci, aut necessariò admittit', vel plerumq; aut semper est efficax, sufficiens, omnibus conceditur; specialissimum non omnibus, sed aliquibus pro diuino beneplacito; vnde Vega lib. 12. in Conc. Trid. c. 20. d. auxilium quoddam specialissimū esse datum confirmatis in gratia. Vocatio ēt efficax est propria prædestinatorum cū habeat ordinem ad beatitudinem certo consequendam, & dicitur ab Aug. secundùm propositum, alia non efficax, est ēt in reprobis quando iustificantur; q̄ non habet

habet respectum ad beatitudinem certo consequendam: vt d. Aug. lib. de prædestin. Sanct. cap. 16. Sine verò aliquali gratia vocante, & excitante, saltem interna, nemo adultus, vel infidelis, iustificari, vel ad iustitiam sufficienter se pparare potest: vt habetur Conc. Tr. sess. 6. c. 5. & can. 3. & consentit Aug. lib. 83. qq. q. 68. Hæc de gratia vocante.

Quo verò ad gratiam adiuuantem, de qua supra, ea necessaria est tum ad conuersionem, tum ad perseuerandũ in accepta gratia iustificationis, vt supra est dictum. Hæc verò gratia adiuuans necessaria ad conuersionem, nõ est solùm actualis concursus Dei, quo is simul cũ libero arbitrio hominis iã vocati & excitati, efficit actu ipsam supernaturalẽ conuersionem, sed etiam est donum gratuitum, quo simul mens hominis roboratur diuinitus ad illam conuersionem cum actuali Dei concursu eliciendam; nam per istam vocationem ita adiuuatur homo à Deo, vt per illã suppleatur in libero arbitrio aliqua facultas, cui licet alioqui vocato & excitato desit vt conuertatur: vt probatur Io. 6. nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Philip. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. & 1. Cor. 4. quid habes, ꝙ non accepisti? & ex Conc. Mileuit. can. 3. d. vtrumque est donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus. & Concil. Trid. sess. 6. can. 3. & ex Aug. de gratia, & lib. arbitr. c. 15. Fatendum tamen est etiam excitationem hoc præstare homini vt cõuertatur: vt dicit Aug. lib. 1. ad Simplicia. q. 2. ipsa tamen sola etiam efficax non est adequatè gratia adiuuans ad conuersionem, quia homo vocatus, eget alio adiutorio, vt vocationi respondeat & cõuertatur, vt supra est dictũ. Hoc verò donum gratuitum, quo præter vocationem, & concursum actualem Dei constat gratia adiuuans ad conuersionem, est quædã motio Dei, qua is per infusionem habituum gratię iustificantis, & virtutum, mentem hominis roborat, & adiuuat, vt eodem Deo simul concurrente, eliciat actus supernaturales, quibus in Deum cõuertatur.

Gratia porrò adiuuans, quatenus inadequatè cõsistit etiam in vocatione & excitatione, reijci potest ab homine, & quandoq; etiam reijcitur, vt & excitatio & vocatio; Vt verò adequatè constat etiam ex habitibus gratię & virtutum, sic, ex hypothesi, reijci non potest.

Diuiditur vlterius gratia in sufficientem, & efficacem; sufficiens dicitur per quam potest homo pijs actionibus salutem suã procurare, & consequi. Efficax per quam reipsa id facit, & de sufficienti habetur 2. Cor. 12. sufficit tibi gratia mea. Phil. 4. omnia possum ĩ eo qui me confortat. Deut. 32. Is. 65. Matth. 23. De efficaci habetur Ezec. 36. spiritum meũ ponam in medio vestri, & faciam, vt in pceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere; & vtriusque meminit Aug. de sufficienti. lib. 2. de pecc. merit. & rem. c. 17. de efficaci. lib. de gratia, & lib. arb. c. 16. de prædest. sanct. c. 8. de vtraque lib. de gratia, & lib. arbit. c. 15. 5 Gratia est & sufficiẽs & efficax, & quæ vtraque.

Vt verò quis dicatur habere gratiam sufficientem ad piam actionem, oportet eũ, aut habere omnia dona, & auxilia, quæ ad actionem piam tanquam illius principia requiruntur, vel ita aliquod vel aliqua ex huiusmodi donis habere, vt per illud, vel illa iam præuentus & excitatus, possit vsu aliquo liberę suæ facultatis, Deo adiuuante, acquirere reliqua huiusmodi dona, vel auxilia; quòd patet ex vi nominis gratiæ sufficientis, habere enim gratiam sufficientem ad actionem piam, est habere gratiam qua possit quis actionem piam liberè exercere, is verò dicitur posse liberè, qui habet totam facultatem ad id requisitam, vel potest habere, & acquirere; vnde in Concil. Trid. sess. 6. c. 13. dicitur posse iustos perseuerare, quia si gratię nõ defuerint, sed ea cum Dei auxilio, ꝙ est præsto, benè vsi fuerint, acquirẽt reliqua auxilia necessaria quibus perseuerare possint; vnde & Patres dicunt in Deo spem firmissimam locandam, is. n. nisi eius gratiæ homines defuerint, sicut cœpit bonũ ita perficiet, operans velle & perficere: vt d. Aug. lib. de natura, & gratia. c. 26.

Deus

Deus non deserit nisi deseratur, vt piè, iustéq; semper viuatur. Quilibet verò homo ratione vtens habet gratiam, vel auxilium sufficiens ad salutares actiones, vno ex modis ante explicatis, ita vt quouis tempore possit in Deũ se conuertere per salutarem pœnitentiã, si extra gratiam sit, & vincere tẽtationes, ac peccata mortalia vitare, seruando mandata. D.Th.lib.3.contra gen.c.159. Alb.2. dist.28.art.1. Alen.3.p.q.69.membro 5. art.4. D.Bonauen.d.dist.28.art.1.q.13. Scot.1.dist.46.q.vnica.ad primum. Vega lib.13.in Conc.Tr.c.13. Deus enim vult omnibus semper opem ferre, quantum in se est. Iob 25. Prouer.3. Eccl.18. Ioan.1. 1.Tim.5. & sequitur Ambr.lib. de paradiso.c.8. Damasc.lib.2.c.29.qui dicunt, Deum, quantum in se est, velle omnes consequi salutem. Idem probatur ex locis quæ habent non esse consilium Dei, vt propter peccata quamuis grauia & multa, aliquẽ destituat prorsus necessario auxilio. Is.49. nunquid obliuisci potest mulier, &c.& infra; & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Hier.3. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Ezech.33. nolo mortem impij, sed vt conuertatur & viuat. Matth.11. Venite ad me omnes. Tob.3. Ad idẽ faciunt loca quibus Deus homines ad celerem conuersionem hortatur, & vt piè viuant. Ecclesi.5. Non tardes conuerti ad dominum. Isa.31. conuertimini sicut in profundum recesseratis. Ezech.33. conuertimini à vijs vestris pessimis. Ps.94. Apoc.3. Heb.3. omnes ergo iuuãte Deo, id præstare possunt, Deus enim impossibilia non præcipit, sed iubendo mouet, & facere ꝙ possis & petere ꝙ nõ possis, & adiuuat vt possis: vt habetur in Conc. Trid.sess.6.c.10.& Aug.id explicat. lib. de natura, & gratia. c.43. Ad idem faciunt loca quibus habetur vitio hominibus ascribi, ꝙ non conuertantur, & piè viuant, & ideò puniri: vt Prou.1. increpationes meas neglexistis, ego quoque in interitu vestro ridebo. Matt.23. quoties volui &c.& infra, ecce relinquetur domus vestra deserta. 2.Thes.2. id verò fieret iniustè si per Deum ipsum staret, quominus aliqui possint conuerti, & piè agere, ꝙ nefas est dicere. Ad idem faciũt loca dicentia omnes homines esse iam redemptos per Christum; & reconciliatos Deo patri, idq; abundanter, & cumulatè: vt Ps.106. dicãt, qui redẽpti sunt à dño. Ps.129. copiosa apud eũ redẽptio. 1.Cor.7. pretio magno redempti estis. 2.Cor.5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Gal.3. Christus nos redemit &c. Eph.1. in quo habemus redẽptionem, ꝙ fieri non posset, si staret per Deum, quominus omnes, si velint, salutem consequantur. Idem probatur in Conc.Arausic. c.25. & Trid. sess.6.c.5. vbi etiam probatur, ꝙ omnes iusti habent sufficiens auxilium ad progrediendum in pietate, & perseuerandum. & c.14.& can.19.ibid.& in Conc.Arausic. prędicto, quòd & ex Patribus probatur; Dion.lib.de cœl.hierarc.c.9. Iren.lib.4. c.22. Orig.hom.20.in Num. Chris.homil.16.in ep.ad Hebr. Damasc.lib.2.c. 29. Cipr.serm.de lapsis. Aug.serm 8.in Ps.118. Hier.ep.ad Ctesiphontem contr. Pelag. velle & currere meum est, ipsum meum sine Dei semper auxilio non erit meum, nec esset consentaneum diuinæ iustitiæ, vel misericordiæ, vt Deus alicui deneget auxilium necessarium, vt quando vult, non possit conuerti, ergo id non facit Deus. Hæc de gratia sufficienti.

Quo verò ad gratiam efficacem, cum sit illa quæ facit non modo, vt conuerti & piè viuere valeamus, sed etiã vt cõuertamur, & piè agamus; vt supra est dictum, ideò, ꝙ homo conuertatur, & respondeat diuinæ vocationi & excitationi, non solùm libero arbitrio hominis respondentis est tribuendum, sed in primis etiam ipsi gratiæ efficaci, cuius scilicet beneficio conuertitur; vnde cum quæritur cur quis conuertitur, rectè respondetur, quia & habuit gratiam efficacem, quæ fecit vt liberè cõuerteretur, & ipse fuit liber, vt cum adiutorio eius gratiæ conuerteretur; ꝙ patet ex nomine gratiæ efficacis, ꝙ vnà cum libero arbitrio actu sit causa, & pręcipuè conuersionis; vnde ei principaliter cõuersio tribuitur.

buitur. Idem patet Io. 6. nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eū. Philip. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Idem probatur ex Aug. qui tribuit beneficio, & gratiæ efficaci, ꝙ homo conuertatur. lib. 1. ad Simplic. q. 2. lib. de prædest. sanct. c. 8. & si etiam conuersio sit tribuenda libero arbitrio hominis vocati, excitati, & adiuti per gratiam, aliter Deus non requireret à nobis vt conuerteremur: vt Matt. 11. Venite ad me omnes, quæ explicat Aug. d. q. 2. lib. 1. ad Simplician. d. vt velimus & suum esse voluit (Deus) & nostrum: suū vocando: nostrum sequēdo, & lib. de spiritu, & litera. c. 34. consentire vocationi Dei, vel ab ea dissentire propriæ voluntatis est, & habetur in Conc. Trid. sess. 6. c. 5. vbi habetur vtrunque concurrere. Hæc verò gratia efficax, cuius beneficio homo conuertitur, talis est, vt nec vnquam contingat, nec possit contingere, vt ea sola posita, homo nō conuertatur, & proinde ex illius hypothesi homo necessariò conuertitur, & infallibiliter, tametsi absolutè liberè: vt d. Vega lib. 6. in Conc. Tr. c. 9. cum iuncta sit cum libero arbitrio; & probatur Io. 6. omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me. Thren. 5. conuerte nos domine, & conuertemur, quia nunquam contingit, vt Deus aliquem conuertat, qui non conuertatur. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere; & probat August. serm. 13. de verb. Ap. Hæc etiā gratia efficax (talis qua homo cōuertitur, necessaria est omnibus ratione vtētibus, vt liberè conuertantur, & ideò nunquā contingit hominem liberè conuerti sine illa; probatur Io. 6. nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Thren. 5. conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Io. 15. sine me nihil potestis facere. & ex Conc. Trid. sess. 6. c. 5. & Aug. lib. de corrept. & gratia. c. 2 1. intelligant, si filij Dei sunt, spiritu Dei se agi, vt ꝙ est agendum agant, & cum agunt, illi à quo aguntur, gratiam agant. & ser. 13. de verb. Ap. lib. de gratia Christi contra Pelag. c. 12. Hæc verò gratia efficax, quæ omnibus iam vocatis, & excitatis, necessaria est, vt liberè conuertantur, ex qua posita certo, & infallibiliter homo ex hypothesi conuertitur, in aliquo dono consistit, quod homo iam præuentus à gratia vocante & excitante, possit cum auxilio Dei consequi per pium vsum liberi arbitrij, ita vt defectus sit hominis si ea gratia careat, sic sentit D. Tho. 1. 2. q. 112. art. 3. ad secundum. ex Ans. lib. de casu diaboli c. 3. & Vega lib. 13. in Conc. Trid. c. 12. Medina 1. 2. q. 109. art. 10. scilicet, quòd gratia efficax, quatenus præter vocationem & excitationē, est necessaria omnibus, vt liberè conuertantur, posse acquiri cū auxilio Dei ab homine iā præuento per gratiam vocantem, & excitantē, & proinde eam non omnibus modis antecedere omnē vsum liberi arbitrij hominis iam vocati, & excitati; probatur Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos; est ergo in hominis libera potestate positum, Deo iuuante, vt à Deo actu & sic efficaciter conuertatur. Io. 14. Si quis diligit me, pater meus diligit eum, & potest quisque diligere Deum, eo iuuante, ergo & obtinere vt ab eo diligatur, & ad eum veniat per gratiā efficacem. Rom. 10. Apoc. 3. Idē probatur ex Conc. Tr. sess. 6. c. 5. & 14. & can. 29. & ex Aug. lib. 1. retr. c. 22. lib. 1. ad Simplic. q. 2. aliter non esset situm in libera hominis potestate, qui non habet gratiam efficacem, etiam quòd præuentus sit à gratia vocante, vt homo possit, Deo iuuante, liberè conuerti, contra authoritates sacræ scripturę. Conc. Trid. & S. Aug. supra citatas; sequeretur etiam ꝙ ij qui habent actu gratiam efficacem, qua actu conuertuntur, liberè non conuerterentur, sed necessariò simpliciter, & absolutè, contra Conc. Tr. sess. 6. c. 5. & can. 4. sequeretur etiam ꝙ nemo censeri posset habere gratiam sufficiētem, nisi haberet illam etiam efficacē, & ita qui actu non iustificantur & saluantur, non possent iustificari & saluari, contra catholicam doctrinā, iuxta dicta supra, vbi de gratia sufficienti est actū. Bonum verò illius gratiæ efficacis in vno genere causę est natura prius quàm ipsa libera conuersio, & in alio genere causę est

ea posterius, consistit enim in infusione habituum gratiæ & virtutum, quatenus per eos habitus mens hominis roborata elicit actus conuersionis, Deo simul cũ eadem mente ad eos actus eliciendos concurrente: vnde in genere causæ efficiẽtis gratia hæc efficax prior est quàm conuersio. In genere verò causæ materialis, vel dispositiuę conuersio est prior quàm ipsa, & proinde conuersio hęc est ille pius vsus liberi arbitrij, quo gratia hæc efficax acquiritur. D. Thom. 1. 2. q. 113. art. 2. 7. 8. & Caiet. in d. art. 8. Sot. li. 2. de nat. & gratia. c. 18. Et licet fieri nõ possit, vt ex duobus habẽtibus gratiam efficacem talem, vt supra est dictum, vnus conuertatur, alter non, fieri tamen potest, & fortè quandoq; fit, vt ex duobus habentibus parem gratiam vocantem, & excitantem, & ordinariè dari solitam, vnus conuertatur per gratiam efficacẽ, vel efficaciter adiuuãtem sequẽtem, alter non, ꝙ illa careat. Maior patet, quia est impossibile, vt quis habeat gratiam, quæ vnà cum ipsius libero arbitrio actu efficiat conuersionem, & actu non conuertatur. Minor probatur ex locis scripturæ, vbi reprehenduntur ij qui cum vocati certo aliquo modo, & potuerint tali vocatione conuerti, id nõ fecerint, sed gratiam vocationis iam habitã repudiarint: vt Prou. 1. quia vocaui, & renuistis &c. ego quoque in interitu vestro ridebo. Isa. 65. Rom. 10. tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi. Luc. 14. nemo virorum illorũ qui vocati sunt (& non venerunt) gustabit cœnam meam: & probatur ex locis ex quibus patet ex pluribus vocatis, quosdam credidisse, quosdam nõ: vt habetur Act. 2. 28. Idem probatur ex Conc. Tr. sess. 6. c. 5. ex Aug. lib. de spiritu, & litera. c. 34. lib. 83. qq. q. 68. lib. 1. ad Simplic. q. 2. li. 12. ciuit. c. 6. cum huiusmodi vocationi possit actu quis dissentire, & alius assentiri, vt supra dictum est, vbi de gratia vocante est actum. Gratia demum efficax (siue consideretur adequatè, vt constat tum ex vocatione, & excitatione, tũ ex adiutorio, quo efficaciter fit ipsa cõuersio per habitus etiam gratiæ, & virtutũ) alia est propria prædestinatorum, quæ scilicet habet respectum ad certam consecutionem beatitudinis, & plerumque includit singularem quandam vocationem: alia est quandoque reproborum, quæ scilicet nõ habet respectum ad certam cõsecutionem beatitudinis, sed interdum datur reprobis cum iustificantur, secundùm præsentem, scilicet iustitiã: & illa est effectus prædestinationis, hæc non; vt latè probat Greg. de Valentia, vir eruditissimus. 1. 2. disput. 8. q. 3. puncto 1. 2. 3. & 4.

SVMMARIVM.

1 Gratia operans, cooperans, præueniens, & subsequens, quid sint, & earum effectus.

An gratia conuenienter distinguatur per operantem, & cooperantem, præuenientem, & subsequentem. Cap. XIIII.

HAE duæ diuisiones in gratiam operantem, & coopeverantem, præuenientem, & subsequentem, inter se tantum ratione differũt, ideò simul tractandæ, & explicandæ sunt. Differunt verò de hac gratia, & eius diuisione in 2. distin. 26. præcipuè Alb. D. Th. D. Bonau. Ricar. Durand. Marsil. & Gabriel Alen. 3. p. q. 79. membro 3. Sot. de natura, & gratia. lib. 1. c. 16. Vega li. 6. in Conc. Trid. c. 6 cum seq. pro his verò diuisionibus explicandis sunt quædam notanda; Primum est, hic agẽdum esse nobis de gratia propriè dicta, qua Deus dicitur in nobis operari, vel cooperari bonum morale aliquod, & spectãs ad salutem, & vitam æternam, non autẽ de illa gratia communiter, & minus ꝓpriè dicta, qua dicitur cooperari, vel operari quodcunque bonum naturale, & ad ipsam naturam spectãs. Secundò, notandum, licet gratiam ipsam nullũ pcedat meritum hominis personale, natura enim, & naturalia gratis Deus contulit,

1 Gratia operãs, cooperans, ꝑueniẽs, & subsequẽs quid sint, & earum effectus.

lit, est tamen quoddam debitum ex parte naturæ cui saltem ex ordine diuino debentur propriæ perfectiones, & imperfectiones, at in illa in primis gratia nullum est debitum etiam ex parte naturę, illud autē aduertendum, ꝙ sicut in hac gratia propriè sumpta, præsertim gratū faciente, vel quæ ad gratum facientem referatur, idest qua homo iustus est, vel benè operatur, vt iustus sit duo distingui .i. ipsam habitualem gratiam, qua homo iustus est, & Deo gratus, & qua tanquam principio quodam homo benè operatur, & auxilium illud speciale, quo Deus hominem vocat, excitat, vel ducit ad operādum, ita vt in illa gratia quæ ad naturam spectat duo etiā distinguantur .i. ipsa natura, & perfectiones naturales per quas hō habet esse, & per ipsum operatur, & gratia illa influxus, & concursus Dei, quo etiam Deus operando, vel cooperando causat omnes operationes naturales, & sicut in hac gratia, quæ ad naturam spectat non est magna quæstio quomodo natura ipsa operetur, est tamen magna difficultas de diuino concursu ad has operationes, præsertim contingentes, & liberas, quomodo istas operationes causet Deus prior, & moueat ad agendum, nec ipsam naturam, vel libertatem destruat, ita in alia gratia propriè sumpta, non tam est difficultas quomodo per gratiam inhærentē homo benè operetur, quàm quomodo concurrat Deus sine speciali auxilio illo, ad cæteras operationes bonas, tam mouendo, & operādo, quàm etiam cooperando, neque enim eadem est ratio huius specialis auxilij, & generalis auxilij, & concursus. Tertiò, notādum, hanc distinctionem gratiæ in operantē, & cooperantem continere, vt d. D. Tho. tum gratiā habitualem, tum etiam speciale auxiliū: nam gratia habitualis, vt hominem Deo gratū facit dicitur operans, vt per ipsam homo benè operatur dicitur cooperans, & ferè de hac tātum habituali gratia loquūtur Scolastici supra citati, cum de gratia operāte, & cooperante loquuntur, auxilium verò speciale saltem prout eo homo excitatur ad operandum, est operans, vt eodem iuuatur cooperans, hanc verò distinctionē in operantem, & cooperantē desumunt Scolastici, maximè ex Aug. in Ench. c. 32. ideò ait dici, non est volentis, neque currentis, sed miserētis Dei, quia habet homo etiā suo libero arbitrio, vt velit, & currat, initium tamen bonæ voluntatis, & bonæ operationis non est à nobis, sed est à Deo, & ideò ait totum dandum Deo, qui & bonam voluntatem præparat ad volendum, & præparatam ditat, & qui volentem præuenit, vt velit, voluntatem adiuuat, vt perficiat, & vtrunque ideò ait esse ex supradicta Dei misericordia, misericordia eius præuenit me, & misericordia eius subsequitᶠ me, item lib. de eccl. dogmatibus. c. 27. initium salutis nostræ Deo miserenti debemus, vt acquiescamus salutari inspiratione nostræ potestatis est, vt adipiscamur, ꝙ acquiescendo admonemur, diuini muneris est, & vt nō labamur in adepto. & lib. de natura, & gratia. c. 32. vbi ait quidē operamur, & nos, sed illo cooperante cooperamur, huius misericordia præuenit nos, nā præuenit eius gratia vt sanemur, quia & subsequitur, vt sanati vegetemur, pręuenit vt vocemur, subsequitur vt glorificemur, pręuenit vt piè viuamus, subsequitur vt perseueranter viuamus. & c. 33. & lib. 2. cōtra duas ep. Pelagij. c. 9. & de grat. lib. arbit. c. 17. qui præparat volūtatem, & cooperando perficit, vt operetur, cum sequentibus: propter ꝙ ait Apostolus, certus sum qm̄ qui cœpit in nobis opus bonū perficiet in die Christi Iesu, vt ergo velimus in nobis operatur, cum autem volumus, & sic volumus, vt faciamus nobis cooperatur, non sine illo operante, vt velimus, vel cooperante; verum quoniam gratia hæc, est auxiliū Dei speciale, quo Deus in nobis bonum operatur, vel cooperatur, multiplex est, & varia sunt q̄ Deus nobis causat per hanc gratiam, ideò nō inter omnes constat quæ nam sit gratia operans, & quæ cooperans, licet non est hæc difficultas magni momētu, illud tamen explicare non est ita facile, quoniam Deus in nobis hæc bona operādo, vel cooperādo causat, ex quo etiam intelligimus quomodo hæc ipsa operatio, & coo-

& cooperatio non excludat nostri arbitrij libertatem, & cooperationē, & quomodo, & quātum bonum sit illi in quo Deus operatur, aut etiam malū in quo Deus nō operatur bonum, & quomodo non omnes bonum operātur, si Deus in omnibus operatur, & cooperatur, quæ etiam aliqua ex parte sunt supra explicata in tract. de Prædestinatione. Quartò, notandum, diuersitatem huius gratiæ, vel auxilij operantis, vel cooperantis ex duplici potissimum capite desumi: primò, ex varijs modis, quibus Deus in nobis operatur, vel cooperatur, & hi modi ad duo genera reduci possunt, in primo sunt media externa quædam per quæ mouet, vel iuuat Deus hominē ad benè operandum, vt prædicationes, exhortationes, miracula, aduersitates, beneficia, pericula, timores, & huiusmodi: in alio genere sunt internæ motiones, & operationes Dei, quibus mediatè vel intellectum illustrat, vel mouet voluntatem ad operandum, ꝙ solus Deus facere potest, vel immediatè agit in intellectum, & voluntatem: alterum caput est ex parte eorum quæ in nobis Deus causat per hanc operationem, vel cooperationem, & hæc etiam ad duo genera reducuntur, in primo genere est donū habituale gratiæ infusæ simul cum cęteris donis infusis, quæ sunt ea bona q̄ Deus in nobis sine nobis operatur, licet enim ad hæc disponatur homo per actum liberi arbitrij, tamen illi habitus nō causantur à nobis vllo modo: in altero genere sunt ipsi nostri actus boni, qui etiā multiplices sunt, & varios habent gradus; primò, quidem sunt quidam actus boni, imò primi, & indeliberati, qui nō sunt in nostra potestate, eo modo, quo ī genere malorum sunt quidā primi motus, & indeliberati, deinde sunt primi actus boni, sed liberi, & deliberati, cum incipit bonum velle homo, sed liberè: tertiò, est perficere illud bonum ꝙ homo cœpit velle: quartò, est perseuerare in hoc ipso bono volendo, & faciendo, & simul tentationibus resistere, qui etiā actus possunt considerari, vel vt præcedant iustificationem, & gratiam infusam, vel vt eandem subsequantur, & habeant meritum vitæ æternæ, postremò sunt actus gloriæ, idest visionis Dei, qui sunt corona, & præmium antecedentiū actuum, si ergo hos posteriores actus cū omnibus antecedentibus compares illi omnes possunt dici à gratia præueniente, hi omnes à gratia subsequente, & ita loquitur Aug. lib. de nat. & gratia. c. 31. rursus si cōpares actus subsequentes iustificationem cum antecedentibus possunt ij dici à gratia præueniente, illi à subsequente, demum si illos ipsos actus cōparemus inter se posteriores semper dicuntur à subsequente, priores à præueniente. Quò ad gratiam verò operantē, & cooperantem existimo à gratia operante esse nō solùm prædictos actus bonos omnino indeliberatos, sed etiam omnes actus deliberatos, & liberos. i. initium bonæ voluntatis liberæ, à gratia verò cooperāte esse bonam voluntatem proficere, & in eodem bono perseuerare, cuius ratio est quia in illis verè mouetur voluntas à solo Deo, in his verò ēt à seipsa, ꝙ facilè intelligitur ex dictis supra de voluntario, & inuoluntario, de modo quo mouetur voluntas siue à seipsa, siue ab alijs, & de ijs quæ cōi illi motioni superaddit speciale Dei auxilium, & gratia respectu actuum bonorum.

Quintò, igitur notandum est, ad hoc vt dicatur voluntas ipsa mouere, non sufficit vt ipso arbitrio eliciat actū propriū, neque etiam vt liberè eliciat, quamuis per hoc actus eius sit in ipsius potestate, sed requiritur, vt seipsam reducat de potentia ad actū; hoc enim propriè mouens est apud Aristotelē, & hoc est mouens ꝙ debet esse in actu, cum hoc ꝙ possit mouere, respectu verò voluntatis duplex est mouens: alterum quò ad specificationem actus, quòd est quasi mouens formaliter per modum formæ, & hoc est ipsum obiectum, vel obiectū applicans: alterum verò quò ad exercitiū actus, ꝙ est mouens effectiuè, & hoc est illud quòd immediatè inclinat, & quodammodo determinat voluntatē ad ipsum obiectum volendo, vel non volendo, cur autem respectu voluntatis requiratur hoc duplex mouens, non autē respectu intellectus vel aliarum potentiarum,

rum, quæ & quò ad specificationem, & quò ad exercitium moueantur ad obiectum, vel applicãdo obiectum, est quia potẽtiæ, ita sunt ad agendũ terminatæ, vt proposito sibi obiecto, & debitè applicato non possint nõ agere, & ideò vt moueantur ad agendũ sufficit obiecti applicatio, at voluntas proposito, & applicato quocunq; obiecto adhuc est in potentia, & indeterminata ad volendum hoc vel illud obiectũ, & ideò vt moueatur, & determinetur ad volendum eget alio mouẽte, quò ad exercitium actus etiam si ab hoc ipso non necessariò, sed liberè moueatur, mouentia igitur voluntatẽ, quò ad specificationem actus sunt agẽtia externa, quæ obiectum proponunt, & applicant per sensus, & per ipsum intellectum, quæ actiones, quibus hoc ipsum obiectum applicatur, licet subsint diuinæ prouidentiæ, quia tñ id non est, nisi secundùm quẽdam communem influxum, ideò per illas actiones non dr̃ Deus immediatè, & ꝓpriè ipsam voluntatem mouere, quò ad exercitium verò actus voluntas non mouetur, nisi vel à seipsa, vel à Deo, à seipsa quidem quoniam ita est in actu, vt per hoc possit se ad aliud mouere, cum nempe iam actu finem aliquem appetit, per quem moueat se ad volendum aliud tanquam finem, à Deo verò dupliciter moueť, quò ad exercitium actus: primò, quatenus omnis actus voluntatis à Deo causatur, & potius q̃ ab ipsa voluntate, & quotiescunque voluntas agit, etiam cum à seipsa mouetur, prius ad agendum mouetur ab ipso Deo: altero modo, cum voluntas incipit aliquid velle, tunc enim cum adhuc non sit in actu, non à seipsa, sed à Deo tantum mouetur, & hoc per id solùm ꝙ incipit moueri voluntas ratione cuiusdam naturalis inclinationis in bonum, & finem, sibi à Deo inditum, excitatum ab obiecto externo, vel applicante obiectum, eo modo, quo graue mouetur à generante, ratione grauitatis sibi ab eodem communicatæ, ꝙ verum est etiam cum voluntas incipit primò velle liberè, sicut enim ratione actualis inclinationis in finem liberè mouetur ad volendum media, ita liberè ad eadem volenda mouetur ratione inclinationis habitualis, nunc vt ad rem proprius accedatur, Deus quò ad actus bonos moraliter, spectantes ad vitam æternam, particulari quodam modo voluntatem mouet, & adiuuat quò ad vtranque motionem. i. specificationem actus, & quò ad exercitium, quò ad specificationem quidem per media illa externa, quæ supra enumerata sunt. i. prædicationes, exempla, miracula, &c. quia per illa proponũtur, & applicantur nobis obiecta bona, & remouentur mala, & quia Deus particulari quadam prouidentia, qua omnia disponit ad bonum, præsertim hominum salutem, disponit etiam omnia illa media externa, vt ijs tanquam externis medijs, & auxilijs moueatur, & inclinetur homo ad benè volendum, & operandnm, & hoc etiam videtur, interdum enim per hæc media excitat nos Deus, & mouet primò ad volendum bonum aliquod cum prius nihil vellemus eiusmodi, & hoc spectat ad gratiam operantem, quia antequam moueamur à Deo per hæc media ad bonum volendum, non erat aliquid aliud ꝙ nos moueret ad ipsum, imò neq; alio modo mouetur voluntas ad volendum: altero modo postquam voluntas incipit bonum velle, & per hoc se mouet ad illud perficiendum mouetur etiam à Deo per huiusmodi media, ad illud ipsum perficiẽdum, & perseuerandum, & hæc est propriè cooperans, semper tamen in illo genere mouentis secundùm specificationem actus, quò ad exercitiũ actus mouet Deus volũtatem nostram immediatè in ipsam agendo, & causando volitionem bonam, & illam inclinando ad aliquod bonum, ꝙ etiam dupliciter facit interdum: primò, mouendo, & causando primam volitionem antequam voluntas sit in actu, & possit seipsam mouere, & hæc est gratia operãs, interdum verò voluntatem iam motam adiuuãdo vt proficiat, & perseueret, & hæc gratia est cooperans in genere mouentis, quò ad exercitium actus; rursus gratia operans duo actuũ genera in nobis causat, primò motus illos primos, & omnino indeliberatos, si enim à sensu, & passione pro-

ne proponentibus nobis aliquod obiectum prauum huiusmodi actus in nobis causantur, cur non, & multo magis boni à Deo, & ab obiecto, nobis à Deo applicato, & ij sunt illæ subitę vocationes, inspirationes, vel illuminationes internæ quas vnusquisque interdum in se ipso experitur, quas ait Concilium Trident. sess. 6. cap. 5. & 6. esse à gratia Dei præueniente, & excitante, quibus deinde est in nostra potestate consentire, vel dissentire, vel resistere, & ij actus possunt numerari inter ea bona, quæ Deus in nobis causat sine nobis inter quæ etiam habitus infusi numerantur, de quibus habetur in Concil. Arausic. cap. 20. & apud August. lib. 2. contra duas epist. Pelagiani. cap. 8. multa bona in homine facit Deus, quæ non facit homo, nullum autem facit homo, quòd non faciat Deus, ratio huius est, nam si actus huiusmodi non sunt in nostra potestate, vt in ijs dicamur magis agi quàm agere, non autem ex eo ꝙ ij actus qui et à nobis sunt producantur, & quòd merè passiuè ad illos se habeat noster intellectus, & voluntas, vt existimat Vega libro 6. in Concil. Triden. cap. 8. sed immeritò, nam actus illi, idest inspirationes diuinæ non possunt in nobis aliud esse, quàm actus intellectus, & voluntatis, qui quando sunt actus formales, & vitales non possunt esse, nisi ab ipsis potentijs, at obijcit Vega, non solùm illud citatum in Conc. Arausic. sed etiam lib. de ecclesiasticis dogmatibus. ca. 20. initium salutis nostræ miserenti Deo debemus, & Apocalip. 3. Ego sto ad ostium, & pulso, quòd pulsare sit solius Dei, aperire etiam nostri: Esaiæ 20. Dominus adaperuit mihi aurem, ego autem non contradico, hoc etiam est nostrum; sed hæc omnia nihil aliud probant, quàm id quòd dictum est, primas illas motiones non esse in nostra potestate, non autem probant non esse actus nostros. Alterum genus actuum causatur à gratia cooperante in nobis, idest, initium bonæ voluntatis liberæ, cum nempe Deus ita voluntatem nostrã mouet interius, vel exterius, vt tamen ipsa possit resistere, & deliberare, neque verò per hoc quòd illi actus sint liberi, & in nostra potestate, ideò dicuntur solum esse à gratia cooperante, quia quò ad hos actus Deus est primus, qui primo voluntatem mouet, cum ipsa non esset prius in actu per aliquod quo posset se ipsam mouere, tum quia ad hoc vt quis diuinæ gratiæ liberè consentiat, non est necessarium expresse, vt consentiat, vel acceptet gratiam per proprium aliquẽ actũ positiuũ, qui ipsam gratiæ operationem præcedat, sed satis est, vt voluntas non resistat gratiæ per actum contrarium, alioquin initium bonæ voluntatis, & primum bonum in nobis non esset à gratia, sed à nobis contra determinata superius cõtra Pelagium, & inde fit, vt in ipsa prima bona volontate, & operatione dicamur nos moueri, & trahi à Deo, vt Ioannis sexto: Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me traxerit eum, quare non ita se habet gratia respectu nostri, sicut gladius respectu militis, qui primò per actum proprium illum accipit, deinde cum illo pugnat, sed se habet tanquam id quòd primo nos mouet, & trahit, sed liberè, ideò etiam hos ipsos actus, quos nos liberè operamur dicitur etiã Deus in nobis operari, & facere vt operemur, vt patet ex illo loco Ioannis 6. & ibidem, hoc est opus eius, vt credatis in eum, & Ezechiel 36. Ego faciam, vt in præceptis meis ambuletis, patet etiã ex ipsa gratia, & auxilio generali, quo Deus non expectat determinationem nostræ valuntatis, sed prior ipse causat, & actum volendi, & nostræ voluntatis determinationem, ita ergo etiam in hoc auxilio speciali non expectat Deus determinationem voluntatis ad bonum, sed ipse primo ad bonum mouet, vt habet Conc. Arausic. cap. 4. vbi diffinitur, quòd nõ expectat Deus voluntatem nostram, vt purgari velimus, sed ipse præuenit voluntatem vt velimus, simile habetur cap. 9. & 27.

Dubitatur autem vtrum hæc gratia cooperans, aut operans secundùm vtrãque motionem sit semper efficax, necne, an aliquando frustretur secundùm effectum. Respondetur si sumatur gratia

tia pro illis externis medijs, quibus nos Deus mouet ad bonum operandum, sine dubio non est semper efficax, patet hoc experientia, si verò sumatur pro interna Dei motione adhuc potest dupliciter considerari: primò, vt dicit solam & præcisam Dei motionem, quæ voluntatem mouet, & adiuuat. Secundò, vt dicit eandem illam motionem cum omnibus suis circunstantijs, verbi gratia, cum hoc quòd Deus mouet, & eo tempore, & eo modo quo præuidet fore, vt voluntas nō resistet, sed consentiat, priori modo certum est gratiam illam non semper esse efficacem, nisi respectu illorum priorum actuum, qui nō sunt liberi, ex eo potissimum, quòd cum gratia gratis detur, & ex mero beneplacito Dei, & hæc sit gratia sine qua non potest homo benè operari, si esset semper efficax, aut omnes homines benè operarentur, & saluarentur, aut qui non saluantur gratia carerent, & consequenter non possent saluari, quia carerent gratia sufficienti, quòd est falsum: posteriori autem modo gratia Dei semper est efficax, quia nō potest diuina dispositio, & pſcientia falli, & horū prior omnibus datur, etiam ijs qui illam non recipiunt, & damnantur, posterior saltem ad perseuerandum vsque in finem non datur, nisi solis prædestinatis, & electis, quam gratiam quicunque habent saluantur, & qui non saluantur, illam non habent: & de hac gratia posteriori intelligendum est, quòd sæpè ait Aug. Deum esse, qui dat nobis voluntatem bonam, & fidem, & perseuerantiam, & omnia bona, & qui hanc à Deo habet benè operatur, & perseuerat, qui non perseuerat non habet, & hac quicunque à Deo mouetur hoc modo ad ipsum accedit, & credit, & benè operatur, vt ait in lib. de prædestin. sanctorū. cap. 8. & 9. lib. 1. ad Simplicianum, q. 2. hinc infertur gratiam illam, quæ dicta est non semper esse efficacem, differre ab efficaci, quia hæc semper est efficax, illam enim volitionem liberè producit voluntas, quàm prior in ipsa excitauit voluntas Dei, & demum infertur gratiam sufficientem differre ab efficaci, non per hoc quòd sit maior, vel minor gratia, nam multi etiā minori gratia saluantur, quàm habeant alij qui damnantur, sed differt per hoc quòd voluntas diuinæ gratiæ resistit, vel non resistit, accipit, vel non recipit, & sic efficacia gratiæ penetrat voluntatem nostram, & tamen reducendum est vltimò in Dei beneplacitum, & misericordiam, saltem per hoc quòd in nobis hanc gratiam Deus confert, prout præuidet nostram voluntatem accepturam, & assensuram.

SVMMARVIM.

1 Gratiæ gratis datæ quæ sint, quibus dentur, & earum effectus.

Vtrum gratia gratis data conuenienter ab Apostolo diuidatur. Cap. XV.

PRimò, notandum est, nomine gratiæ gratis datæ à nonnullis intelligi omnem gratiam, præter gratum facientem, ita vt comprehendat auxilium etiam speciale: alij verò intelligunt tantum omnia dona infusa supernaturalia, præter gratiam gratum facientem, & charitatem, ita Alen. in 3. part. q. 77. m. 2. qui diffinit gratiam gratis datam, esse donū infusum supernaturaliter animæ sine meritis quantum est in se ad salutem disponēs propriam, vel aliorum, & ait ad salutem propriam spectare fidem, & spem informem: ad salutem verò aliorum operationem miraculorū, & ipsum sequitur Gabr. in 2. dist. 26. at verò D. Tho. sic nomine gratiæ gratis datæ intelligit tantum dona illa supernaturalia, quę cum hoc nobis conferuntur, vt alios ad iustitiam, & salutem instruamus, vnde in responsione ad secundum inquit: Fidem, quæ est gratia gratis data importare certitudinem quandam eorum, quæ ad fidem spectant ratione cuius possumus alios instruere, & hoc modo distingui à fide, qua iustificamur,

1 Gratiæ gratis datæ q̄ sint, & q̄s earū effectus, & q̄bus dent.

mur, secundùm quam sententiam oportet dicere ad gratiam gratum facientem non solùm spectare habitum gratiæ, quo formaliter iustificamur, sed etiam & fidem, & spem informem, vt sunt principia iustificationis, & quicquid per se refertur ad salutem propriã, etiam auxilium speciale, illud additur ꝙ etiam gratia gratum faciens potest ad aliorum salutem iuuare, iuxta illud Matth. 5. sic luceat lux vestra &c. & gratia gratis data potest etiam conferri ad salutem propriam, quia per ipsam operationem potest quis sibi mereri gloriã, sed intelligendum est illud, quò ad ea quæ sunt per se. Secundò, notandum, gratiam gratis datam non esse necessario coniunctam cum gratia gratum faciente, nam etiam de peccatoribus, ait Christus Matth. 7. Multi dicent mihi in illa die Domine nonne in nomine tuo prophetauimus? dæmonia eiecimus? respondet non noui vos, & 1. Corin. 13. si habuero prophetiam, & nouero mysteria omnia &c. & Caiphas malus prophetat Ioan. 11. Saul etiam reprobatus. 1. Regum 19. Num. 23. Baalam, vt plurimum tamen gratiæ gratis datæ sunt in sanctis viris, & sunt signa sanctitatis eorum, vt rectè Greg. hom 13. in Ezech. dicit. Tertiò, notandum, quò ad harum gratiarum enumerationem, quòd Alen. loco citat. membro 3. dicit: quatuor harum genera enumerari, quædam eorũ, quæ spectant ad salutem propriam, vt fidem, spem informem, timorem seruilem, quædam ad honorem Dei, vt per eius sapientiam instruantur homines, & enumerantur. 1. Corinth. 12. alij per spiritum datur sermo &c. quædam ad honorem diuinæ potentiæ, de quibus intelligendum est illud, ibidem, dedit quosdam Deus in Ecclesia primò Apostolos &c. quædam ad honorem diuinæ bonitatis, vt per bonum exemplum alij deducantur ad bonum, de quibus illud 1. Corinth. 13. Si linguis hominum loquar &c. His ita notatis, quòd gratiæ gratis datæ conuenienter enumerentur ab Apostolo, probat D. Tho. q. 111. art. 4. nam gratia gratis data ad hoc datur, & ordinatur, vt homo alteri cooperetur, vt reducatur ad Deum, homo enim ita operari non potest interius mouendo, quòd solius Dei est, sed solùm exterius docendo, vel persuadendo, ideò gratia gratis data, illa sub se continet, quibus homo eget, vt alterum instruat in rebus diuinis, quæ sunt supra rationem, ad quòd tria requiruntur: primò, vt plenè diuina cognoscat, vt sic alios instruere possit. Secundò, vt possit confirmare, vel probare ea quæ dicit, aliter eius doctrina nõ esset efficax. Tertiò, vt ea quæ concipit possit conuenienter auditoribus proferre. Quò ad primum, tria requiruntur, vt fit etiam in magisterio humano, in quo alium instruens in aliqua scientia oportet primò, vt principia illius scientiæ ipsi certissima sint, & sic ponitur fides, quæ est certitudo de rebus inuisibilibus, quæ supponuntur, vt principia in doctrina catholica. Secundò, oportet, vt docens rectè se habeat circa principales conclusiones scientiæ, & sic ponitur sermo sapientiæ, quæ est cognitio diuinorum. Tertiò, oportet, vt abundet exemplis, & cognitione effectuum, per quos quandoque aperias causas, & sic ponitur sermo scientiæ, quæ est cognitio rerum humanarum cum inuisibilia Dei per facta intelligantur. Confirmatio verò in ijs quæ subduntur rationi est per argumenta, in ijs verò quæ sunt supra rationem diuinitus reuelata, confirmatio est per ea quæ sunt diuinæ virtuti propria, & id dupliciter: primò, vt Doctor sacræ doctrinæ faciat quæ solus Deus facere potest in operibus, miraculosis, vel sint ad salutem corporum, & sic ponitur gratia sanitatum, vel ordinentur solùm ad manifestationem diuinæ potestatis, vt quòd sol stet, vel mare diuidatur, &c. & sic ponitur operatio virtutum. Secundò, vt possit manifestare ea quæ solius Dei est scire, quæ sunt contingentia futura, & sic ponitur prophetia, & etiam occulta cordium, & sic ponitur discretio spirituum. Facultas verò pronunciandi attendi potest, vel quò ad idioma, in quo quis possit intelligi, & sic ponuntur genera lingnarum, vel quò ad sensum eorum, quæ sunt proferenda, & sic ponitur

nitur interpretatio sermonum.

Quòd si gratiæ gratis datæ comparentur gratiæ gratum facienti hæc vtique nobilior, & dignior est, nam quælibet virtus eo est excellentior, quò ad maius bonum ordinatur, finis etenim melior est ijs quæ sunt ad finem, sed gratia gratum faciens ordinat hominem immediatè ad coniunctionem vltimi finis: gratiæ verò gratis datæ ad quædam præparatoria finis vltimi, vt per prophetiam, & miracula, & huiusmodi homines inducuntur ad hoc, vt vltimo fini coniungantur. D. Thomas ibidem artic. 5.

SVMMARIVM.

1 Gratia an sit à Deo, & qualiter in anima producatur.

An Deus sit causa gratiæ. Cap. XVI.

1 Gratia an sit à Deo, & qualiter in aĩa producat.

NON est hoc loco difficultas de causa meritoria gratiæ, sed de vera causa efficiente, & productiua huius qualitatis, quæ est gratia, & charitas, neq; hic est locus agendi, quomodo sacramenta causent hanc gratiã, sed tantum in vniuersum quõ hæc gratia producatur in anima, siue à Deo, siue à quocunque alio, & an anima sit solùm in potentia naturali ad eam, quædam enim sunt quæ faciunt difficultatem, primò, id quòd ait Aug. lib. de prędestin. sanctorum c. 5. posse habere charitatem naturæ est hominis, habere autem gratiam est fidelium. & lib. 2. de vocat. gentium. cap. 2. aliud est posse habere charitatem, aliud habere. Secundò, quia actus credendi, sperandi, diligendi, & etiam actus veræ gloriæ produ cuntur ab ipsa anima, & consequenter sunt à potentia eductiua animæ, ergo idem dicendum erit de his habitibus; contraria sententia est D. Thomæ q. 112. art. 1. qui dicit, gratiã esse à solo Deo causante tanquam causa principali, nam vt instrumentali concedit id etiam sacramentis, & ait animam non esse in potentia naturali, vel eductiua ad gratiam, sed tantum obedientiali, & receptiua, quorum primum dicit Diuus Thom. hic, & 3. par. q. 62. art. 1. & de veritate, q. 27. art. 3. alterum verò eadem quæstione, de veritate, & de virtutibus, q. vnica. art. 10. ad decimumtertium. & in 1. sentent. dist. 17. q. 1. art. 3. vbi potentiam naturalem, & eductiuam vocat actiuam ratione cuius est in ipsa natura ratio seminali; formæ, vt virtutum acquisitarum, obedientialem verò, & receptiuam tantum appellat naturalem, vt & in 2. dist. 28. q. 1. art. 4. & hæc sententia videtur esse certissima, & probatur primò, quia potentię naturali debet respondere actus naturalis, vt sit inter ipsa proportio, at gratia est forma quædam supernaturalis eleuans potentiam ad esse supernaturale. ergo; secundò, quia alioqui sequeretur verè gratiã ab anima causari ex eo ꝙ seipsam ad gratiam disponit, quia forma ab agente producitur per productionẽ dispositionum, &c. & tamen in scriptura dicitur solus Deus causa gratiæ, vt ex scripturis. Psalm. 83. gratiam, & gloriam dabit Dominus, & ibi August. Prouer. 12. qui bonus est, gratiam hauriet à domino. Iacob. 4. humilibus dat gratiam. Vnde & dicitur gratia Dei, imò & Deus dicitur dominus gratiæ. 1. Petr. 5. Deus autem omnis gratiæ &c. vt qui solus salutem impertit. Ps. 3. Domini est salus. 67. Deus saluos faciendi. Is. 43. ego sum Dominus, & non est absque me Saluator. Os. 13. vt & iustificatio, & remissio peccatorum, qui sunt effectus gratię, soli Deo tribuuntur. Isa. 50. Iuxta est, qui iustificat. Rom. 8. Deus, q iustificat. Is. 43. ego sum, qui deleo iniquitates. Iob 14. quis potest facere mundum &c. idem habet Dion. de eccl. hier. c. 2. p. 3. & si afferatur instantia de aĩa rationali, ꝙ sequeretur semel causata gratia à Deo in anima esse illi naturalem, quia ꝙ forma aliqua sit naturalis non est spectandũ ex agẽte ꝙ est extraneũ, vt patet de anima rationali, sed ex ipso subiecto, & ratione potentiæ, nam ex ratione potẽtiæ, & actus fit vt

sit vt vnio sit naturalis inter potẽtiam, & actũ, quare sequeretur, quòd homo hac gratia naturaliter Deum diligeret, & quòd gratia ita esset animæ debita secundùm ordinem iustitiæ naturalis, sicut est debita quæcunq; alia perfectio naturalis, quia potentia naturalis ex se postulat actũ quæ omnia sunt absurda. Ad primum respondetur, illud posse significare capacitatem quãdam, & potentiam obedientialem, quæ est in natura humana, quia est etiam proximior potẽtia, & mouet formaliter mentem ad habendam gratiam; ad secundum respondetur, in illis actibus, & esse subiectum actus secundùm quem sunt vitales, & producti ab ipsis animę potentijs, & esse modum supernaturalem, vt attingunt enim obiectum supernaturale, vt sic non possunt produci ab animæ potentia, nisi prout est determinata, & quodãmodo perfecta secũdùm rationẽ potẽtiæ supernaturalis ab habitibus infusis, & supernaturalibus, ipsi verò habitus infusi habent solùm esse supernaturale, & respiciunt illos actus solùm secundùm esse supernaturale.

SVMMARIVM.

1 ad Gratiam an requiratur dispositio ex parte hominis, & qualis.

An requiratur aliqua dispositio, vel præparatio ad gratiam ex parte hominis. Cap. XVII.

1 ad Grãm an reqrat̃ dispositio ex parte hoĩs, quæ & qualis.

RES hæc nunquam fuit inter catholicos controuersa, sed modo excitata est à Luthero, & sequacibus, apud quos negatur hanc animæ dispositionem, & præparationem facere ad gratiam, dicit enim Lutherus art. 6. & 36. nõ posse hominem ante gratiam gratum facientem se ad ipsam gratiam præparare vllo modo, vel disponere, sed oĩa opera huiusmodi ante gratiam esse peccata, & cum magis nititur se ad eã disponere, & præparare maius odium Dei mereri, & grauius peccare, vnde huiusmodi ait esse timores seruiles, & pœnitentiam, quæ ex timore fit, imò verò ita vult solum Deum ad nostram iustificationem concurrere, vt in ea liberum arbitrium nihil cooperetur, sed omnino passiuè se habeat, imò ꝙ Deus nolentes, & reluctantes cõuertat, & iustificet, & cũ eo sentit Melancton, sed quia de liberi arbitrij cooperatione in ipsa iustificatione: & de dispositionibus gratiam antecedentibus, in particulari agendum est infra, in tract. de Iustificatione, ideò hic tantum in vniuersum est quærendum an possit homo se ad gratiam disponere per actus aliquos bonos liberi arbitrij gratiam antecedentes, & an sit necessaria huiusmodi dispositio, Lutherani autem qui has dispositiones negant, his potissimum fundamentis nituntur: primò, quia ante gratiam non pœnitet homo, neque dolet de peccatis, & amore iustitiæ, ac charitate, quare neque ex toto corde, ergo hipocrisis est hæc pœnitentia, quia nihil est aliud hipocrisis, quàm non ex corde aliquid facere, ideò Apostolus 1. Corin. 13. hæc omnia sine charitate ait nihil esse, secundò, per legem peccatum est. Rom. 5. Gal. 3. 1. Cor. 15. virtus peccati lex, ergo ante gratiam per solam legem homo nõ potest aliud facere, quàm peccare, præsertim quia qui non operatur ex amore iustitiæ, sed metu pœnæ, vel spe præmij ipsam legem odit magis q̃ ipsum peccatum, quare in hoc ipso semper peccat. Tertiò, homo ante gratiam non habet spiritum Dei, sed tantum legem peccati, & carnis, vt est tantum caro, ergo non potest facere nisi opera carnis, quæ sunt peccata, ergo nihil potest pugnare contra legem peccati, quia ipse contra se pugnaret, imò cum vix sancti per spiritũ Dei possint huic legi peccati resistere, quomodo resistet qui non habet spiritum Dei? ergo. Quartò, homo ante gratiam non habet liberum arbitrium ad bonum, sed tãtum ad malũ, ex Aug. de spiritu, & litera, & lib. 1. contra duas ep. Pelagiani. c. 2. & 3. & colligitur Ioã. 5. sine me nihil potestis facere, nam illud, nihil, peccatum significat,

vnde ibidem d. si quis in me non manserit, sicut palmes arescet, mittetur &c. vnde & ante gratiã dicitur homo pronus ad malum ab adolescẽtia sua, Gen. 6.& 8.& non põt non peccare. Quintò, si homo potest se ad gratiam disponere, & sic disponendo, & faciẽdo, quòd in se est, Deus gratiam conferet, ergo gratia datur ex meritis, qui est error Pelagij, imò ait Aug.ep.105.& 106.quòd homo ante gratiam mala sua merita inuenire possit quibus damnandus sit,& puniendus,non autem bona. Sextò, quia Deus conuertit ad se peccatores dum maximè ab illo recedunt,& peccant, vt Paulum conuertit in medio furoris persecutionis, & Petrum in medio negationis, sic de alijs, aliter diceretur, Deum à nostra bona voluntate præueniri contra Concilium Arausicanum cap. 4. & contra determinationem scripturæ. Vltimò,nam paruulis gratia confertur sine vlla præuia dispositione, hæc ergo non est necessaria.

Contraria tamen est veritas, & fides catholica posse etiam, & requiri has dispositiones ad gratiam antecedentes, per actus aliquos bonos liberi arbitrij, licet vt supra dictum est, hæ dispositiones non possint esse sine auxilio Dei speciali,contra Lutherum,in Concil. Trid. sess.6.cap.5.& 6.& can.4.7.8.& 9. diffinitur hæc veritas, probatur secundò,ex scriptura, quæ frequenter nos inuitat, vt conuertamur ad Deum, vt ipse conuertatur ad nos,quæ adhortationes frustrà essent si non essent in nostra potestate, ita vt, ad id nostra voluntas nihil cooperetur, aut essent malæ si id facere peccatũ esset, antecedens habetur Esaiæ 31. conuertimini filij Israel ad me &c. & salui eritis omnes. Hieremiæ 3. conuertimini filiæ reuertentes. cap.15. conuertere ad me, & ego conuertar ad te; & similia Ezechiel 18.33. Ioel secundo. Zachariæ 1.& Apocal.3. Ego sto ad ostium &c. Iacobi quarto. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Roman. secundo. an ignoras &c. idem sentiunt Sancti Patres. Ciprian libro secundo. epist. secunda. Cirillus Hierosolimit.cathec.1. August.lib.de spiritu,& litera. c.5.& 9. serm.19. de verbis Apostoli,dicens: esse potest iustitia Dei sine voluntate tua, sed in te esse non potest, nisi per voluntatem tuam. Tertiò, probatur,ex allegatis supra, vbi probatum est non omnia opera extra charitatem facta esse peccata, sed esse aliqua etiam bona, quare, & dispositiones ad gratiã. Quartò, absurdum est dicere eum, qui orat Deum,vt sibi remittat peccata, vel se conuertat, & qui aliquantum dolet de peccatis hoc ipso peccare. Quintò, expresè dicit scriptura, exauditas orationes,& eleemosynas Centurionis, & ideò Deum illuminasse illum, & Christus multum expressit in parabola prodighi præparationem ad gratiam, in se reuersus, surrexit, festinauit ire ad patrem: & experientia patet in iustificatione peccatorum seruari hunc ordinem, postremò gratia naturam perficit non destruit, sed secundùm dispositionem prouidentiæ Dei Deus, ita quamlibet creaturam mouet, vt apta est moueri, at in naturalibus forma inducitur per dispositiones antecedentes, & inter homines, qui præsertim inferior, læsit & deseruit superiorem, vt cum eo reconcilietur, & gratiam recipiat debet dolere de offensa, veniam petere, satisfacere, & cum homo creatus sit à Deo cum libero arbitrio debet etiã cum eiusdem cooperatione ad Deum conuerti: ad primum argumentum respondetur, Hipocrisim esse cum homo exterius aliud fingit,quàm in mente habeat, quòd non facit qui dolet imperfectè de peccatis,etiam metu pœnæ, id enim ex corde facit, licet non ex toto corde; ad secundum respondetur lege augeri peccatum,quatenus est occasio peccandi, & ex peccati cognitione, augetur concupiscentia, at non inde sequitur omnia opera ante gratiam facta esse peccata, nam manet in homine adhuc Dei imago,& quædam vis rationis naturalis; ad tertium respondetur, homo quatenus caro est, & secundùm legem carnis, & peccati non potest bonum agere, at est etiam in homine quidam Dei spiritus ante gratiam, & ratio naturalis secundùm quam potest a-

liquod

liquod bonum agere, & ante iustificationem potest cum auxilio Dei speciali aliqua bona agere, & habet etiam quendam spiritum Dei, quo contra carnem pugnat; ad quartum respondetur, hominem ante gratiam non habere aliquod opus bonum meritorium vitæ æternæ, habere autem liberum arbitriũ ad peccandum quidem, at non sequitur non habere ad aliquod bonũ opus morale, ꝙ tamen quia non est meritorium vitæ æternæ, ideò apud Deum nihil reputatur, & hoc est tantũ quòd dicit Augustinus, deinde etiam ante gratiam iustificantem potest homo, si non per vires naturales, vel liberum arbitrium, per auxilium speciale Dei bonum aliquod agere, ꝙ autem eos qui in Christo non manent, dicatur foras mitti, & arescere, non significat, vt ait Lutherus, ꝙ semper per hoc à Deo recedãt, sed quòd peccando elongantur à Deo, & ita elongantur, vt possint iterum ad ipsum reuerti, illud autem, cuncta cogitatio cordis humani, &c. intelligitur de hominibus illius temporis, qui ideò sunt diluuio extincti, vnde cap. 8. non additur illa particula vniuersalis cuncta, deinde etiam si sit inclinata ad malum non tamen semper peccat; ad quintum respondetur, has dispositiones nõ esse meritorias gratiæ, deinde etiam dispositiones ipsæ sunt à gratia, & auxilio speciali; ad sextum respondetur, quòd Deus ex nolentibus volentes facit, cum eos vocat ad se ijs concurrentibus ad volendum, & licet Deus aliquos conuertat sine antecedentibus dispositionibus, hæc non est lex ordinaria, neque tunc illos conuertit sine cooperatione liberi arbitrij; ad septimum respondetur, bonam voluntatem nostram præueniri à gratia Dei, idest auxilio speciali; ad vltimum, nos loquimur de adultis, qui possunt habere vsum liberi arbitrij, & peccata propria, quorum neutrum habent paruuli, ideò illis sufficit fides, & intentio Ecclesiæ, & meritum Christi.

Non tamen ex prædictis sequitur, ꝙ gratia necessariò detur præparãti se ad gratiam, & facienti ꝙ in se est, si præparatio consideretur secundùm quòd procedit à libero arbitrio, nam gratia excedit omnem præparationem virtutis humanæ, si verò præparatio consideretur secundùm quòd est à Deo mouente tunc habet necessitatem ad id, ad quòd mouetur, non coactionis, sed infallibilitatis, quia intentio Dei deficere non potest, vnde si ex intentione Dei mouentis est quòd homo cuius cor tangit consequatur gratiam, infallibiliter eam consequetur. Diuus Thomas prima, secundæ quæst. 112. art. 3.

Ex his etiam sequitur, quòd si gratia gratum faciens consideretur ex parte finis, vel obiecti, non potest esse maior, vel minor, quia secundùm sui rationem cõiungit hominem summo bono quòd est Deus: si verò consideretur gratia ex parte subiecti potest suscipere magis, vel minus, prout vnus perfectius illustratur gratiæ lumine, quàm alius, vt habetur in sacris literis, vbi quidam laudantur magis quò ad iustitiam, & gratiam alijs: vt Iob 1. nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra? Matth. 11. Inter natos mulierum &c. cum & constet gratiam augeri posse. 2. Cor. 9. potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis. 2. Petri 3. Apocalip. 22. qui iustus est iustificetur adhuc. Idem habet Cirillus cathec. 16. Iren. libro quarto, cap. 22. Chrisost. hom. 13. in Ioannem. Ciprianus lib. 2. epist. secunda. Hieron. lib. 2. contra Iouinianum. Aug. epist. 99. est etiam diffinitum in Concil. Trident. sess. 6. cap. quinto, & canon. 24. ratio verò aliqua diuersitatis huius potest sumi ex parte hominis magis se præparantis ad gratiam, licet ex hac parte non possit accipi prima ratio huius diuersitatis, quia præparatio ad gratiam non est hominis, nisi quatenus liberum arbitrium præparatur à Deo; principalius tamen, & prima ratio huius diuersitatis sumitur ex parte Dei, quia diuersè dispensat dona gratiæ suæ, vt ex diuersis gradibus pulchritudo, & perfectio Ecclesiæ consurgat, sicut diuersos gradus rerum instituit, vt vniuersum esset perfectum,

& patet ad Ephesios quarto, dicente: Vnicuiq; data est gratia secundùm mensuram donationis Christi. Diuus Tho. ibidem artic. 4.

SVMMARIVM.

1 Gratiam se habere an homo scire possit, & quibus coniecturis possit id æstimare, sub multis conclusionibus.

An homo possit scire se habere gratiam. Cap. XVIII.

1 Gratiã se hrẽ an hõ scire possit & quibus cõiecturis id possit æstimare, sub multis conclusionibus.

TRactant Scolastici hãc difficultatem in primo sententiarum, distinct. 17. tamen quidam recentiores ordine decreti Cõcilij Trident. sess. sexta, cap. 9. vbi diffinitur neminem posse scire certitudine fidei cui non potest subesse falsum, se gratiam esse consecutum, scripserunt contra hãc certitudinem gratiæ. Sotus libro 3. de natura, & gratia, à cap. 10. ad finem, & in responsione contra Catharinum. Vega etiam lib. 9. in Conc. Trid. per totum, pro certitudine autem gratiæ agit Catharinus, primò, in duobus opusculis, in quorum priore, exponit illud decretum Concilij, in posteriore ea quæ docet Sot. in lib. de natura, & grat. tum etiam in responsione ad Apologiã Soto, & in libello 14. assertione, pro gratiæ autem certitudine sunt duo notanda; Primò, ex Vega lib. 9. cap. 5. quatuor esse apud omnes certa circa hanc gratiæ certitudinem, primum est posse aliquem ex speciali Dei reuelatione certo cognoscere si est in gratia, & de facto cognoscit, & cognouerunt Beata Virgo Apostoli, & alij etiam Sancti. Secundũ, est neminem posse euidenter cognoscere in hac vita se esse in gratia, patet, quia tam ipsa gratia, quam eius principium est quid supernaturale, supernaturalia autem hic à nobis euidenter cognosci non possunt, sed ad summum certo credi tunc, quia gratiæ consecutio pendet ex diuinis promissionibus; quarum non euidentia, sed fides tantum habetur. Tertium, est posse iustum signis quibusdam, & coniecturis probabiliter cognoscere si est in gratia, idest in propria dispositione, vel suis operibus, vel alia ratione. Quartum, est neminem posse certo cognoscere aliquẽ esse in gratia, nisi in vno casu, cum scilicet, quis infantem baptizauerit, quia de fide est per baptismum gratiam conferri, certissimum est enim in infante non requiri aliquam propriam dispositionem, sed solam veram formam, & materiam sacramenti, cum intentione conferentis, quæ potest illud baptismum conferens certissimè cognoscere adfuisse in eo sacramento. Est autem difficultas an possit quis certo cognoscere certitudine fidei diuinæ, se ipsum esse in gratia, vt huic fidei falsum subesse non possit, & etiam an hæc fides, qua hæc certissimè credit necessaria sit ad salutem, & iustificationem. Secundò, notandum est certitudinem ex duplici potissimum capite spectari posse, idest, vel ex parte obiecti, vel ex parte subiecti: ex parte obiecti, cum hæc res ipsa certissima in se est, & certissimus modus, quo illa cognoscitur: ex parte subiecti cum etiam is qui cognoscit certissimè, & absque dubitatione adhæret illi veritati, certitudo fidei diuinæ, ex parte obiectiq; summum illud est, & debet esse summa in intellectu cuiuscunque viatoris eius rei certitudo, quia nititur primæ, & diuinæ veritati, cui nulla ratione potest subesse falsum, quare etiam qui credit aliquid fide diuina debet credere tanquam à Deo reuelantæ, & consequenter tanquam id quòd nulla ratione falsum esse potest, & cæteras omnes veritates firmissimè superat. Ex parte subiecti requiritur quidem vera certitudo, vt absque vlla dubitatione intellectus assentiatur, at non necessariò debet esse summa firmitas, & quæ omnium aliarum certitudinem superet, quia experientia constat, intellectum tantam habere certitudinem de miraculis, quæ euidenter

denter scit vt nulla ratione, aut vix ab ijs possit dissentire, & tamen fides non ita firmiter hęret intellectui nostro, quin facile ammitti, vel infirmari possit, vt quia homo interdum sentiat aliquas difficultates in intellectu, quę pertinent ad tract. de fide, infra certitudinem fidei diuinæ sunt multæ aliæ certitudines varios habentes gradus, vt est certitudo scientiæ, qua homo cognoscit aliquod verum esse, quod vere tale est ita vt sciat se scire certum per medium, quod vere talem certitudinem facit, interdũ vero assentitur intellectus alicui veritati, absque vlla dubitatione, & formidine, non tñ ita quin cognoscat rem aliter se habere non posse, siue id tantum fide humana cognoscat, sicut ego credo absque vlla dubitatione lutetiam esse, quam tñ nunquam vidi, at præter humanam fidem, sunt etiam alia media quæ certitudinem huiusmodi pariunt, remota omni dubitatione, etsi huiusmodi dubitationi possit subesse falsum, & hoc secũdum varios gradus prout sunt obiecta, & media varia. Est ergo hic difficultas an homo sine speciali Dei auxilio possit certo cognoscere se esse in gratia, vel certitudine fidei diuinæ cui falsum non potest subesse, idest, vt lumine fidei supernaturali cognoscat homo se esse in gratia, tanquàm hoc sit à Deo reuelatum, nam ad rationem fidei vtrumque requiritur nempe ratio formalis obiecti, vt sit quid reuelatum à Deo, & lumen supernaturale ex parte intellectus, vt certo assentiat hoc esse reuelatum à Deo, & verum, licet enim ad hoc ipsum habeat intellectus multa alia argumenta, & signa quibus inducitur ad hoc ipsum credendum, sine tamẽ hoc lumine supernaturali nõ certo crederet certitudine fidei diuinæ infallibiliter, neque sic esset vere fides diuina, vel si nõ potest hoc fide diuina certo cognoscere at saltem hoc ipsum possit cognoscere aliqua alia certitudine quę etiam dubitationem excludat, & dubium esse etiam potest an quilibetj possit & debeat semper dubitare an sit in gratia nec ne. His positis, qui asserunt certitudine fidei diuinæ, hominem posse certo cognoscere se esse in gratia, sunt in duas classes distincti, in prima sunt hęretici qui ita asserunt hanc fidem in hac vita esse homini possibilem, vt etiam dicant illam necessariam ad iustificationem, & salutem, imo vero hac sola fide hominem iustificari, quę est Luteri in artic. 11. 14. contra quos Rofensis, & Castro libr. 7. de hęresi, arguunt; in altera classe sunt quidam Catholici hanc gratię certitudinem asserentes, qui dicunt certam fidem se esse in gratia necessariam non esse ad gratiam, & iustificationem, dicunt tamen iustum posse cognoscere certitudine fidei firmè cui falsum subesse non possit, certo se esse in gratia & hoc vel quia certissime cognoscit suam dispositionem, & actus, vel ex aliquo interno Spiritus sancti testimonio, quod certum illum reddat de hac gratia, cum certitudine, hanc sententiã maxime tuetur Catarinus loco citato, qui tamen ait hanc cognitionem fidei non esse fidei Catholicæ, licet sit fidei diuinæ, idest cuius obiecta sunt ea quę vniuersaliter ab omnibus sunt credenda, Sed tantum fidei cuiusdam particularis spectantis illis tãtum qui sunt in gratia, quàm sententiam probat quibusdam scripturæ testimonijs maxime in assertione secunda quorum multa refert Vega lib. 9. capitu. 29. & sequenti. Alia sententia est negantium posse hominem certo cognoscere se esse in gratia certitudine infallibili, ac euidentię, licet possit à nobis probabiliter per quasdam coniecturas cognosci, est communis sententia Scolasticorum omnium, Baconę excepto, Alex. 3. p. quęs. 71. m. 3. D. Thom. hic & in 1. dist. 12. q. 4. art. 4. Alber. ibi. art. 5. D. Bonau. Egidij, Ricar. Duran. ibi. Argent. in 2. d. 26. Gabr. d. 27 dubio vlt. Scoti in 1. dist. 27. & in 3. dist. 37. 4. d. 9. & alijs locis citatis à Vega, & Adr. in 4. tract. de Bapt. q. 4. Gaiet. hic, & com. istarum, Rofensis Castro, Soto, & Vegę locis citatis, aliqui tamen admittunt certitudinem quandam moralem, quę omnem dubitationem excludat, vt Vega. cap. 48. & 47. alij opinionem solum probabilem per coniecturas, his positis.

Prima

Prima sit conclusio, non potest homo absque speciali Dei auxilio cognoscere certo se esse in gratia, certitudine fidei diuinæ, probatur hæc sententia 1. Eccles. 9. nemo scit an odio, vel amore dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta, neque verum est, quod dicit Catarinus hunc locum intelligi de amore, & odio prædestinationis, & reprobationis non præsentis iustitiæ, vel iniustitiæ, sed contra, nam primò dicit Ier. hunc locum exponi pro certitudine gratiæ secundum hunc sensum, ita etiã exponitur ab omnibus scolasticis, præterea propositio Salomonis vniuersalis est, licet eius particularẽ reddat rationem, vnde dicit omnia in futurum seruantur, secundò, probatur. Iob. 9. etiam si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea, tertiò 1. Corint. 4. nihil mihi conscius sum sed non in hoc iustificatus sum, vbi non simpliciter negat Paulus se non esse certum de propria gratia, sed negat se habere certum testimonium propriȩ conscientiȩ, sed se remittit ad reuelationem, & iustitiam diuinam, 5. Eccl. 5. de propitiato peccato noli esse sine metu, 6. Hier. 27. prauum & inscrutabile est cor hominum, quis cognoscit illum, ego dominus, 7. Prouerb. 10. quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum à peccato? Prouer. 18 Beatus homo qui semper est pauidus, pꝛterea sunt quædam loca quibus sub dubitatione promittitur venia pœnitentibus. Daniel. 4. peccata tua eleemosinis redime, forte ignoscet tibi dominus, Ioel 2. quis scit si cõuertatur dominus? Ionæ 3. & actuum 8. & pluribus alijs locis citatis per Sotum loco prædicto, ex patribus idem sentiẽtibus, probatur, ex Aug. serm. 18. de ver. Apostoli, & lib. 83. q. q. 58. pręcipuè Gregor. lib. 6. ep. 1. Chris. in illud, nihil mihi cõscius sum & hom. 71. in Ioannem & auctor imperfecti in Matth. hom. 48. Bernard. serm. 3. de aduentu domini, & secũdò in octaua paschȩ epist. 4. & 107. serm. 27. & 74. in Cant. 30. & probatur etiam ex determinatione ecclesiæ ab Inno. 3. in cap. accepimus de purg. can. & Conc. Triden. sess. 6. c. 9. ratione probatur, nullus enim potest scire se habere scientiam alicuius conclusionis si principium ignoret, principium autem gratiæ, & eius obiectum est ipse Deus, qui propter sui excellentiam est nobis ignotus, secũdum id Iob 36. ecce Deus magnus vincens scientiã nostram, & quia Dei pręsentia in nobis & absentia per certitudinem cognosci non potest secundum id Iob. 9. si venerit ad me non videbo eum, si autẽ abierit non intelligam, vnde homo non potest per certitudinem diiudicare, an habeat gratiam secundum id 1. ad Cor. 4. sed neq; meipsum iudico, qui autem iudicat me dominus est.

Secunda conclusio. Homo per aliquas coniecturas potest cognoscere se habere gratiam quatenus scilicet percipit se delectari in Deo, & contemnere res mundanas, & quatenus non est conscius sibi alicuius peccati mortalis, secundum quem modum potest intelligi, quod habetur Apocal. 1. vincenti dabo mana absconditum, quod nemo habet nisi qui accipit quia, s. per quandã experientiam dulcedinis nouit se eam habere, quam non experitur ille qui non accipit, ea tamen cognitio est imperfecta, vnde vt dicitur 1. Cor. 4. nihil mihi conscius sum sed non in hoc iustificatus sum, quia vt dicitur in Psal. 18. delicta quis intelligit ab occultis meis munda me domine.

Tertia conclusio. Per diuinam reuelationem specialem potest homo iustus habere certitudinem infallibilem de sua gratia.

Quarta conclusio. Qui magnum donum perseuerantiȩ se certo habiturum certitudine absoluta, & infallibili dicit, remota diuina reuelatione hȩreticus est.

Quinta conclusio. Nemo citra diuinam reuelationem potest cognoscere se esse in gratia certitudine infallibili, licet non sit fidei Catholicæ certitudo. Iob. 9. Ps. 18. delicta quis intelligit. Psal. 50. incerta & occulta sapientię tuæ &c. Eccl. 5. de propitiato noli esse sine metu. Hier. 17. prauum est Cor hominis. Dan. 4. Ioel. 2. act. 8. 1. Corin. 4. Prouer. 14. 21. Cipr. serm. de opere & eleem. Chrisost. hom.

hom.87.in Io. Hier. in c. 3. Hierem. & in c.13. Aug. lib. de præd. sanct. c. 20. lib. 1. de pecc. mer. c. 9. Greg. lib. 12. Mor. c. 13. & alij de quibus supra.

Sexta conclusio. Nemo potest habere certitudinem moralē de sua gratia, quæ omnem excludat dubitationem, & metum ita D. Tho. 1. 2. q. 112. artic. 5. & ibi Bart. Medina, licet eam possit habere quæ excludat, licet non potestatē timendi de contrario, saltem actualem formidinem, vt dum feruens de studio perfectionis quis est, vel raro vel nunq̄ de opposito formidet, nec nisi difficillime formidare possit, sed iugi quadam & suauissima conscientiæ securitate perfruatur, & oblitus formidinis, ad Deum confidenter adeat, ac cum eo securissime conuersetur, vt 1. Io. 3. si cor nostrū non reprehenderit nos, fiduciam habemus, sic fuisse credi potest Iacob qui Deum summe diligebat. Gen. 28. 33. & Moses, dum d. aut dimitte eis hanc noxam, aut si hoc non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Ex. 32. & Iob. d. etiam si occiderit me in ipso sperabo. Iob. 13. & Dauid d. mihi autem adhærere Deo bonum est. Psalm. 72. & Elias. 3. reg. 17. vnde & scriptura enarrat iustorum lętitiam. Psalm. 117. Is. 32. Gal. 5. 6. 1. Io. 4. Apoc. 2. Idem etiam probari potest ex patribus. Amb. serm. 7. in Psalm. 118. Aug. in Psalm. 149. Greg. lib. 6. registri, c. 187. Leo sermo. in Epiph. Bernar. sermo. 69.

SVMMARIVM.

1 Iustificatio quid significet.
2 Iustificatio quid sit.
3 Iustificationis diffinitiones.
4 Iustificatio impij est peccatorum remissio.
5 ad Iustificationem requiritur gratiæ infusio.
6 Iustificari an possit adultus sine actu liberi arbitrij in Deum.
7 ad Iustificationem quę requirātur.
8 ad Iustificationem requiritur motus fidei, & quomodo.
9 ad Iustificationem requiritur detestatio peccati.
10 Peccatorum remissio est vltimum eorum quæ ad iustificationem concurrunt.
11 Gratię infusio fit in instanti, quid vero de iustificatione.
12 In iustificatione quattuor concurrunt, & quę.
13 Iustificatio an sit maximum Dei opus.
Iustificatio an sit miraculosa.

De Iustificatione impij quę est effectus gratiæ. Cap. XIX.

Notandum, quod iustificationis nomen varie sumitur, primo pro ipsa lege, quæ iustitiam docet. Ps. 118. iustificationes tuas custodiam, secundò pro acquisitione iustitię 1. Cor. 6. hęc quidem aliquando fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, tertiò, pro incremento iustitię. Eccles. 18. ne verearis vsque ad mortem iustificari, quarto, pro declaratione iustitię, vt reus quandoque per sententiam iudicatur iustus. Prouerb. 17. quinto pro liberatione a seruitute aliqua. Roma. 6. qui mortuus est, iustificatus est à peccato, sextò, pro redditione sui cuiq;. Psal. 81. pauperem iustificate, idest in iudicio illi ius suū reddite, septimò, pro sui defensione. Iob. 9. si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, octauò, pro ex non iusto facere iustum. Rom. 4. vel mutatione de peccato ad gratiam, vt Rom. 3. iustificati gratis, & c. 8. quos vocauit, hos & iustificauit, & 1. Corint. 6. & sic accipitur hic. Trident. Concil. sess. 6. cap. 4. D. Th. 1. 2. q. 113. 1 Iustificatio quid significet

Secundò notandum, quòd iustitia, vnde iustificatio nomen habet, est ordinis rectitudo, id enim est iustum, quod est rectum, adęquatum, & cum sua regula optime congruens, sumitur vero iustitia in sacris literis pluribus modis, primo, sumitur pro iure. Is. 5. iustitiam iusti auferatis ab eo, secūdo, pro rectitudine scripta in libris, quę iustitia legis dici potest. Ps. 18. iustitię domini rectę, tertiò, pro rectitudine operum externorū. 2 Iustitia quid sit.

Matth.

Matth. 5. nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum, quartò, pro iustitia legali quæ est aggregatio omnium virtutum quæ necessariç sunt ad l. obseruandas. de qua Arist. lib. 5. de moribus cap. 1. & hæc est politica, œconomicaue, & distributiua ac commutatiua, vt est particularis, quintò, pro iustitia interna qua homo rectè ordinatur erga Deum, & proximum, quę sola absolute iustitia dicitur, & dicitur iustitia fidei spei, & charitatis quia illas virtutes complectitur Philipp. 3. & etiam iustitia Dei, quia ab illo donatur, & per eam seruantur mandata nō solum quo ad substantiam actus, sed etiam quo ad rectam intentionem præcipientis, cum intētione recta, & de hac est sermo hic.

3 Iustificationis diffinitiones. Tertiò notandum, quod iustificatio variè diffiniri solet, ab Alens. 4. p. q. 17. m. 4. art. 1. quod est liberi arbitrij rectitudo, qua anima ordinata est à Deo, vt primo principio. s. mouente ipsam in finem à D. Thom. d. q. cum gl. Rom. 8. q̧ est peccatorum remissio per gratiā Spiritussancti, vt d. Aug. d. c. 8. à Cōc. Trid. sess. 6. c. 4. quod est translatio ab eo statu in quo homo nascitur filius primi Adę in statum gratię, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christum Saluatorem nostrum, quæ colligitur Coloss. 1. qui fecit nos dignos in partem sortis sanctorum in lumine, & eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suę, & ex illis verbis, & hęc aliqñ fuistis, sed abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis, quæ diffinitio vltima refertur tantū ad primam iustificationem, quia cum iustificatur impius, q, iā semel iustificatus suā iustificationem perdidit, non transfertur in filium Dei ab eo statu, in quo nascitur homo filius primi Adæ, sed ab eo potius statu in quem seipsum sponte sua præcipitauit, efficiens se filium & captiuum diaboli, vt d. Vega. lib. 5. c. 1. de iustif. His ita constitutis.

4 Iustificatio impij est pctorū remissio. Prima sit propositio. Iustificatio impij est peccatorum remissio, probatur, Rom. 8. vbi glos. quos vocauit hos & iustificauit.

Ratio, nam iustificatio passiuè accepta, importat motum ad iustitiam vltimo modo supra acceptam, vt & calefactio motus ad calorem, à statu contrario, & secundum hunc motum iustificatio importat transmutationem quandā de statu iniustitiæ ad statum iustitiæ, & quia motus denominatur magis à termino ad quem quàm a termino a quo, ideo huiusmodi transmutatio, qua aliquis transmutatur a statu iniustitię per remissionem peccati. sortitur nomen a termino ad quem, & dicitur iustificatio impij, vt d. D. Thom. 1. 2. q. 113. artic. 1. potest tamen fieri, vt iustificatio non habeat adiunctam remissionem peccatorum, vt in primo parente qui in instanti suę conditionis fuit iustificatus, idest iustus creatus sine peccato. Iustificatio tamen impij non fit sine remissione peccatorum, cui sic remittuntur peccata, vt nihil ex eis damnabile, vel culpabile maneat coram Deo, quod probatur ex diffinitione iustificationis, & ex Concil. Tridēt. sess. 6. c. 7. 10. 11. 12. & probatur Io. 17. sanctifica eos in veritate. 1. Cor. 6 sed abluti estis, iustificati estis, sanctificati estis. Is. 27. vbi d. hunc esse omnem fructū, vt auferatur peccatum, & Rom. 8. & contrarium, vt hęresis est damnatum teste Epiph. her. 64. & diffinitur ēt in Conc. Trid. sess. 5. vbi habetur tolli in baptismo id totum quod habet veram, & propriam rationem peccati. Idem asserunt sancti Patres. Dion. lib. de eccl. hier. p. 3. c. 2. vbi d. baptismo, vitiosos affectus, idest peccata, pęnitus tolli, & Bas. lib. de Spiritus sancto c. 15. idem de baptismo loquēs. Naz. orat. in S. baptisma. Niss. hom. 2. in Cant. Cipr. libr. 2. ep. 2. Amb. lib. de ijs qui mist. init. c. 7. Hier. in cap. 2. Sophonię. Aug. lib. 1. con. duas. ep. pelag. c. 13. d. dicimus baptisma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere, & libr. 3. con. d. ep. c. 3. & lib. 3. de simb. ad Cath. & dixi trac. de baptismo. c. 7. in prin.

Secunda propositio ad remissionem culpæ, quæ est iustificatio impij, requiritur gratię infusio, probatur. Rom. 3. iustificari gratis per gratiam ipsius. 5 ad Iustificationē. requirit' gratiæ infusio.

Ratio, nam homo peccando Deum offen-

offendit, offensa vero nō remittitur alicui, nisi per hoc quod aīus offensi pacatur offendenti, & ideo peccatum nobis dimittitur quatenus Deus nobis pacatur, quę pax consistit in dilectione qua Deus diligit nos, quæ ex parte Dei est ęterna & immutabilis, sed quo ad effectum quem in nobis imprimit, quādoque interrumpitur prout ab eo deficimus, & iterum eum recuperamus, effectus vero diuinę dilectionis in nobis, qui per peccatum tollitur est gratia qua homo fit dignus vita ęterna a qua peccatum excludit, ergo non potest intelligi remissio culpæ si non adsit gratiæ infusio. D. Tho. d. q. art. 2. Pręterea, quod gratia faciat hominem Deo gratum, probatur. Ps. 40. ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Ier. 17. sana me domine & sanabor. Pro quo etiam aduertendū quattuor causas posse considerari in iustificatione impij, vt docet Conc. Tr. sess. 6. capit. 7. finalem quæ est gloria Dei, & Christi, & salus iustificati ęterna, probatur quo ad gloriam Dei Is. 43. omnē qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui illum, & Eph. 1. de gloria Christi, probatur. Heb. 2. decebat eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari, & de propria salute habetur. Rom. 6. & 1. Pe. r. 1. vt reportetis finem fidei vestrę salutem animarum vestrarum, secunda causa iustificationis est efficiens, & hæc primaria est bonitas & misericordia Dei Iob. 14. quis potest facere mūdum de immundo corde, nonne tu qui soles es? Isa. 43. ego sum qui deleo iniquitas tuas propter me, & Roman. 3. causa vero meritoria, vel efficiens per modum meriti est Christi passio. Rom. 3. iustificati gratis p̄ gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu quem proposuit Deus propitiatorem &c. 1. Petr. 1. non corruptibilibus auro, & argento redemit nos &c. & in ep. 1. Io. c. 2. ipse est propitiatio pro peccatis nostris &c. non quod pater in gratiam filij nobis peccata dimisexit, sed quod pretium redemptionis exactę persoluit & ex rigore iustitiæ pro nostrum omnium sceleribus satisfecit: causa instrumentalis coniuncta est humanitas Christi. Is. 53. & exponit Cirill. in Io. lib. 4. c. 12. 14. 23 & Damasc. lib. 3 c. 15. causa vero instrumentaria separata, sunt, verbum Dei, sacramenta, & ministri ecclesiæ. Iac. 1. voluntarie nos genuit verbo veritatis & infra suscipite verbū quod potest saluare animas vestras, loquens de verbo Dei, de sacramētis habet 1. Petr. 3. saluos nos facit baptisma. & Tit. 5. saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. De ministris habetur 1. Corin. 3. Dei adiutores sumus. 1. Cor. 3. Io. 20. quorum remiseritis peccata remittuntur eis, tertia causa est materialis, quæ dici potest animus hominis, vel eius voluntas, in qua voluntas, vt in subiecto moratur, ad hanc causam materialem pertinent etiam omnes dispositiones ad gratiam, scilicet omnes actus gratiæ, & liberi arbitrij quibus donum iustificationis acquiritur, scilicet actus fidei, timoris, spei, dilectionis, & pœnitentiæ de quibus in Conc. Triden. sess. 6. c. 6. quarta causa formalis intrinseca iustificationis est ipse habitus gratiæ, vel charitatis infusus, causa formalis extrinseca, vel exemplaris est ipsa Christi iustitia, conformando nos eius sanctitati, & eius imaginem in cordibus nostris portando. Rom. 8. 1. Cor. 15. formalis causa non in habitu, sed in actu sunt opera iusta, quæ dici etiam possunt effectus iustitiæ, vel iustificationis. Ex quibus sequitur qd̄ de iure ordinario Deus non remittit peccatum alicui sine gratiæ infusione; Is tamen potest de potententia absoluta remittere homini omnem pœnam, licet sit in peccato mortali, & animo prauo, quia non cogitur sumere vindictam de peccatoribus, qui & de potentia absoluta potest remittere peccatum absq; gratia quę sit qualitas animæ, quia potest per auxilium speciale, & inspirationem internam animū hominis ad se conuertere, in quo tamē. Valentia disput. 8. q. 5. punct. 5. contrarium tenet, quod peccatum remittit, nō possit absq; gratię infusione ēt de potentia absoluta, quę opinio nō placet mihi repu-

repugnantia enim est quod peccatum remittatur sine gratia & diuina beneuolentia acceptante, vel accipiatur pro gratia creata, vel increata, tunc enim remittũtur perfecte peccata cum redimus in gratiam cum Deo, & inimicitia quam peccatum induxerat, destruitur, quod fieri non potest sine beneuolentia Dei, vt & repugnat quod Deus remittat homini peccatum qui actualiter ei adhæret, quia implicat quod Deus non odio habeat peccatorem, & quod peccatum non sit contra diuinam voluntatem, ꝙ quidem peccatum nulla potentia deleri potest sine renouatione animi interiori, & transmutatione reali a prauitate ad rectitudinem, per gratiæ infusionem quæ de lege ordinaria est qualitas infusa & superaddita, de potentia tamen Dei absoluta non est necesse, vt supra, ꝙ sit qualitas superaddita, cum potentiæ possint recte ordinari inter se & cũ Deo absque huiusmodi qualitate superaddita per solum motum earum rerum quę ordinantur, vt d. hic Medina, quod tñ non est sine auxilio, Dei speciali, licet esse possit sine qualitate habituali, & inhærente. Ex his etiam sequitur quod homo dicitur iustus, & iustificari ex propria iustitia sibi inhęrente formaliter, quę est donum Dei gratuitum, idest gratia inhęrens, per quam fit obiectum diuinę dilectionis, & vere iustus constituitur, vt habetur in Conc. Trid. sess. 6. c. 7. & probatur. Eph. 1. vbi ap. d. per Christũ & in Christo gratificari nos, & benedici omni benedictione spirituali in cœlestibus. Idem etiam probatur ex scriptura, quæ indicat iustos diligi à Deo secundum propriam eorum bonitatem, & rectitudinem quam habent diuino beneficio per Christum. Sap. 4. placita enim erat Deo anima illius, & c. 11. parcis autem omnibus quoniam tua sunt domine qui amas animas, Io. 14. si quis diligit me pater meus diligit eum. Rom. 5. diffusa est charitas in cordibus nostris per Spiritus sanctus qui datus est nobis. Tit. 3. & renascimur in filios Dei, Rom. 8. per quem abluimur, iustificamur, sanctificamur, 1. Corin. 6. per quem accepimus nouum spiritum 2. Petr. 1. vt simus consortes diuinæ naturæ. Ex patribus. Naz. orat. in S. lumina, lauamini mundi estote si peccato rubri estis, nec prorsus sanguinei, quasi nix dealbemini, & infra, in nulla. n. re Deus proinde delectatur, vt hominis ꝓpter quē omnis doctrina, atque omnia misteria concessa sunt, resipiscētia & salute. Amb. li. de his qui mist. init. cap. 7. Hier. in c. 10. Dan. Aug. ep. 85. ad consentium. Ratione, probatur, nam oportet iustum esse obiectum diuinæ dilectionis per donum aliquod huiusmodi quod proprium iustorum sit, & vere ac proprie sit donum iusti ipsius qui diligitur, tale vero bonum non est gratia, & iustitia illa quæ est in Christo, sed donum illud gratuitum, ꝙ cuique iusto inhæret; maior probatur, nam ex scripturis patet iustos vere, ac proprie diligi per eam dilectionem qua Deus diligit solos iustos, vt supra est dictum, ergo cum Deus hoc ipso diligat quod bonum vult, oportet eum, si vere ac ꝓprie diligit iustos, ea dilectione pro tempore huius vitæ velle ipsius aliquod bonum, quod vere & proprie sit bonum ipsorum iustorum. Minor probatur, qa gratia Christi, licet per fidem & charitatem simus cum Christo coniuncti, nō est nostra nisi improprie, quatenus nobis ꝓdest, vt & eius opera, prętera gratia nostra modo est maior modo minor 2. Cor. 9. potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Iacobi. 4. maiorē autem dat gratiam. 2. Petr. 3. crescite vero in gratia, at gratia Christi semper est vna, ergo. Vnde sequitur, quod qui iustificantur coram Deo, sint vere iusti, & non tantum reputentur iusti, vt probatur in Conc. Tr. sess. 6. Can. 7. 10. 11. & probatur. Rom. 5. cum iustificatio impij includat nedum remissionem peccatorum, sed etiam acquisitionem iustitię, & renouationem hominis interioris. Fatendum tamen est iustitiā qua iusti sumus coram Deo, non esse ex nobis, nec ex viribus liberi arbitrij, sed ex iustitia Dei & Christi, ex Conc. Tr. sess. 6. c. 7. & probatur. Rom. 10. Philip. 3. Gal. 2. modo tamē explicato, quia scilicet est donum Dei eximium nobis collatum, quo nos efficit iustos ex Concil.

Trid.

Trid. d. c. 7. & explicat Aug. lib. de Spiritu, & litera. cap. 9. 11. 18. 21. & lib. 4. con. duas ep. pelag. c. 7. quæ ex parte Dei est gratia fluens nobis diuinitus collata, & charitas qua diligimus Deum, quę non est in Christo, sed in nobis, tametsi donum sit Dei, quæ tamen dicitur iustitia Dei efficiẽter. Es. 43. ego sum qui deleo iniquitates tuas. Rom. 8. Deus qui iustificat, est etiam Christi quia eius merito efficimur iusti, & quia etiam nemo efficitur iustus nisi de plenitudine eius accipiat, nostra est etiam quia cum donatur nobis, renouamur spiritu, & induimus nouum hominem. Quo vero ad modum, quo iustificatio est vel fit, effectus formalis effectus gratiæ intelligitur pro termino illius transmutationis ad statum gratiæ, qui est hominem esse iustum, & non à motu transmutationis illius, vt docet Conc. Trid. sess. 6. cap. 7. & Can. 10. 11. cum sit donum gratuitũ iustis inhærens, quod in termino tantũ vltimo quis consequitur, & per quod qs iustus efficitur, & non tantum per iustitiam Christi, vt supra est dictum, & probatur etiam nam iustitia illa qua iusti sumus est aliquid manãs à iustitia Christi, vt Io. 1. de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Roman. 1. per quem accepimus gratiam, & cap. 5. & Col. 1. ergo est separata ab illa, quæ est in nobis, licet vt supra per eius iustitiam, modo explicato, iusti simus. Rom. 5. sicut per vnius delictum &c. & 1. Cor. 5. sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Idẽ asserunt SS. Patres. Dion de eccl. hier. c. 2. prima p. dum d. diuinam natiuitatem seu regenerationem, quæ in baptismo fit, dum iustificamur, esse diuinum statum, qui in nobis efficitur secretissima, & ineffabili prorsus operatione, & Iren. lib. 5. c. 8. vbi d. quod qui pignus spiritus habent, nec seruiũt concupiscentiis carnis, sed iuste, viuunt, spirituales & iusti sunt, quia spiritus Dei habitat in ipsis, scilicet per gratiæ donum, quod est pignus hęreditatis nostrę. Naz. orat. in S. bapt. Niss. orat. adu. eos qui diff. bapt. Cipr. lib. 2. ep. 2. ad Donatum. Amb. de his qui mist. init. c. 7. accepisti post hæc vestimenta candida, vt esset inditium qꝫ exueris peccatum, induens innocentię casta velamina. Hier. in 19. Dan. Aug. libr. 6. de Gen. ad literam c. 24. de Sp. & litera c. 9. & alij quos hic Valentia luculenter recenset.

Tertia propositio. Nõ potest adultus de lege absq; actu liberi arbitrij in Deũ iustificari, quin dicat, pœnitet me peccasse, & volo deinceps placere Deo, vel martirium subeundo pro Christo absq; obice peccati, paruuli tñ amentes & furiosi qui nunquam habuerunt vsum liberi arbitrij per solum baptismi sacramentum absq; motu liberi arbitrij possunt iustificari, qui si in sanitate adulti quandoque ratione sunt vsi, nisi voluntatem suscipiendi baptismum cum suorum peccatorum displicẽtia, propositũ non reuocando, habuerint, non iustificabuntur, probatur. Io. 6. omnis qui audit à patre & didicit, venit ad me, sed discere non est sine motu liberi arbitrij, discens enim consentit docenti, ergo nullus adultus venit ad Deum per gratiam iustificantem absque motu liberi arbitrij, & diffinitur in Conc. Trid. sess. 6. c. 5. & 9. & probatur, Ioel. 2. conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. Es. 45. Cõuertimini ad me & salui eritis. Prou. 16. hominis est pręparare animã. Phil. 2. cum metu & tremore operamini vestram salutem, & ex Aug. in Ps. 144. qui creauit te sine te, non saluabit te sine te, Ratione probatur, nam iustificatio fit Deo mouente hominem ad iustitiam. Rom. 5. sed Deus omnia mouet secundũ eorum modum, aliter enim ab eo mouentur grauia, aliter leuia, vnde & hominem ad iustitiam mouet secundum conditionem eius naturæ, is vero ex natura habet quod sit liberi arbitrij, ideo in eo qui habet vsum liberi arbitrij non fit motio à Deo ad iustitiam absque motu liberi arbitrij, sed ita infundit gratiã iustificantem quod etiam simul cũ hoc mouet liberum arbitrium ad donũ gratiæ acceptandum, in his qui sunt huiusmodi motionis capaces, qui vero non sunt capaces liberi arbitrij mouentur à Deo ad iustitiam per solam informationem animę ipsorum, quod non fit sine

2 Iustificari an possit adult⁹ sine actu liberi arbitrij in Deum.

baptismo quia sicut peccatum originale sine eorum voluntate est contractū, per carnalemq; originem ad eos peruenit, ita etiam per spiritualem regenerationem à Christo in eos gratia deriuatur, qui vero habuit quandoque vsum liberi arbitrij & post ea caret, per infirmitatem, vel somnum, non consequitur gratiam iustificantem, per baptismum, vel aliud sacramentum exterius adhibitum, nisi prius habuerit sacramētum in proposito, cum detestatione etiam peccati, vt arbitror, & volendi quod requirit sacramentum suscipiendum, quod non fit sine motu liberi arbitrij, vt dicit D.Th.d.q.art.3. in corp. & ad primum dicit tamen Medina hic de potētia Dei absoluta posse adultum iustificari etiā sine motu liberi arbitrij. Valentia tñ. disput.8.q.5.puncto. 5. tenet absque gratia infusione etiam de potentia Dei absoluta nō remitti peccatum, cum Deus non possit remittere peccatum nisi odiū deponat, quod fieri non potest sine infusione illa doni gratiæ quod est propriū iustorum, & eatenus ipsum supernaturaliter diligat, quam opinionem sequendo, eadem ratio videtur concurrere etiā in hoc casu, quia oportet vt & ipse homo actiue concurrat ad eius iustificationem, quod non fit sine motu liberi arbitrij, alias ex parte hominis adesset repugnantia. Verum est tamen, quod gratiæ gratis datę dantur absque concursu hominis quia dantur in vtilitatē ecclesiæ non habentis, secus tamen est, vt supra de gratia iustificante. Nec etiam ad conseruationem gratiæ requiritur motus liberi arbitrij à contrario in contrariū, cum ibi non sit transmutatio, sed sat est obseruatio mandatorum.

7 ad Iustificatione, q̄ requirantur. Et cum ad obtinendam iustificationem requiratur motus liberi arbitrij, is explicatur per motum vel assensum fidei, spei, charitatis, pœnitentiæ atque timoris, vt diffinitur in Conc. Trid. d. sess. 6.c.6. quod ex scripturis elicitur quæ iustificationē modo fidei, modo spei, modo charitati, modo pœnitentiæ, modo timori, tribuunt de fide habetur. Rom.3. quē ꝓposuit Deus per fidē propitiatorē in sanguine ipsius. & c.5. Heb.11. sine fide impossibile est placere Deo, quod intelligitur non de fide Lutheranorū, qua quis certo statuit se in gratiam esse receptū, sed de ea qua quis credit omnia esse vera quæ sunt diuinitus reuelata, ac in primis iustificari hominē à Deo gratis per Christum, vt docet Conc. Trid. de charitate. Io.14. qui diligit me, diligetur à patre meo, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, scilicet per gratiam. Io. 16. ipse enim pater amat uos, quia vos me amastis. 1. Io.3. translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres. 1. Cor. 13. quod intelligitur de charitate, qua quis diligit Deum super omnia, de pœnitentia. Ezech.18. si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis. & c. vita viuet & non morietur. Lucæ 13. si pœnitentiā non habueritis, omnes similiter peribitis. de spe. Roman.8. spe salui facti sumus, & 1. Io.3. de timore. Eccl.1. Timor domini expellit peccatum, nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Ex patribus. Iren. lib. 1.c. 2. vbi loquitur de charitate, & pœnitentia. Bas. in Psal.33. vbi loquitur de timore. Chris. hom. de fide & lege, necessarium est vt præcedat vitam nostram spes in Christum, quæ postea pascenda est bonis operib. Nazorat. in S. Bapt. vbi loquitur de pœnitentia. Cipr. serm. de mortalitate, ad omnia te facere paratum fides & timor Dei debent. Amb. libr.7. in c.11. Lucæ. Hier. in c.55. If. August. de fid. & op. capit. 14. Quibus etiam accedere debent propositum suscipiendi baptismum in non baptizatis, & pœnitentiæ in baptizatis. ex d.c.6. Conc. Trid. scilicet implicitum ꝙ actu fidei spei charitatis & c. continetur, quia propositum explicitum suscipiēdi hęc sacramenta suo tempore, requiritur solum necessitate præcepti, q̄n id vrget, & cognitio necessaria suppetit, vt id explicite habeatur. Hæ autem actiones gratiam conciliāt, vt sunt dispositiones vltimæ, & secundum legem Dei ordinariam sufficientes, & Deus ex misericordia sua propter Christi merita, hominem, cui hoc promisit, qui huiusmodi actionibus in ipsum conuertitur, gratia exornat, & ꝙ huiusmodi actiones sint

dispositiones

dispositiones ad gratiã probatur 1. reg. 7. ꝑparate corda vestra domino. Psal. 9. ꝑparationem cordis eorũ audiuit auris tua, Prou. 16. hominis est animam ꝑparare. Eccl. 2. qui timẽt dñm, ꝑparabunt corda sua, & explicat Cipr. lib. 2. epist. 2. August. in Ench. cap. 32. non tamen suffiiunt quicunque boni motus, sed tantũ vltimæ illæ dispositiones, quæ etiam nõ sat est vt sint naturales ex viribus naturæ excitatæ, sed oportet vt sint supernaturales, nam scriptura sępe monet eam conuersionem qua ad gratiam conuertimur, esse à Deo. Ps. 79. Deus virtutũ conuerte nos. Ier. 31. conuerte me domine & conuertar Thren. 5. idem. Io. 6. nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum, & de fide habetur. Matth. 16. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. cap. 11. patrem nemo nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Eph. 2. Io. 6. de charitate, dilectio ex Deo est; Roman. 5. charitas Dei diffusa est in cordibus vestris &c. de pœnitẽtia. Hier. 31. postquam. n. conuertisti me, egi pœnitentiam & Act. 11. de Timore. Ier. 32. Timorem meum dabo in corda eorum. de spe. Roma. 15. quoniam ipse spem in cordibus excitat. Ex Concil. Mileuit. Can. 4. Arausic. cap. 7. 23. 25. & Trid. sess. 6. cap. 5. & canone. 3. si quis dixerit hominem, sine præueniente Spiritussancti inspiratione atque eius adiutorio, crẽdere, sperare, diligere', aut pœnitere posse, vt oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.

Idem probatur ex patribus. Iren. lib. 4. cap. 28. inquantum Deus nullius indiget, in tãtum homo indiget Dei communione, idest gratia. Cipr. lib. 2. ep. 2. Dei est omne quod possumus, inde viuimus, inde pollemus. Amb. lib. 2. in luc. Hier. in 63. cap. Is. Aug. de prędest. sanctorum cap. 20. In Enchir. cap. 32.

Quo vero ad modum quo eę actiones oporteat esse supernaturales, notandum eas debere proficisci ab auxilio, ꝙ continetur in gratia adiuuante, & efficaci, vnde non solum requiritur gratia vocans & excitans, sed etiam habitualia dona gratiæ, per quæ Deus simul mentem mouet ad illas actiones quibus mens vocationi respondet, idest vt animus feratur in Deum authorem gratiæ, & eo ipso tacite velle ab ipso vicissim amari, & ita ornari gratiæ dono; Et quod requiratur gratia præueniens, probatur. Io. 6. nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum, & sic nemo venit ad eum, nisi huiusmodi inspiratione edoctus & excitatus, & probus loco cit. Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. & Aug. lib. 1. ad simplic. q. 2. in fi. cum nos ea delectant quib. proficiamus ad Deũ, inspiratur hoc & prębetur gratia Dei', non nutu nostro & industria. Quod vero eę actiones progredi debeant ab habitualibus gratię donis, probatur. Io. 15 Ego sum vitis & vos palmites, q manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multum, quia sine me nihil potestis facere, vbi pater nos nullam actionem supernaturalem, quę ad gratiam vel gloriam conciliandam valeat, posse elicere nisi per Christum, & ex Conc. Arausic. Can. 4. vbi d. pręparari voluntatem à domino, & in Conc. Triden. sess. 6. cap. 7. recte omnes colligunt, iustificationem non fieri absque habitibus gratię, & virtutum, quia in iustificatione infunditur fides spes, & charitas, vnde cum homo in Deum cõuertitur, vt oportet à Deo, eodem momento, cum non egeat tempore diligitur, & sic ei infunditur gratia. Ex quibus sequitur quod nos etiam Deo adiuuante, ad eas actiones concurramus, vt diffinitur in Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. & Can. 4 & colligitur. Is. 31. Conuertimini, sicut in profundum recesseratis, scilicet bonis operibus. Ezech. 18. Conuertimini, & agite pœnitentiam, & sic actiue. Ioel. 2. Zachar. 1. Matth. 3. idem.

Idem d. sancti Patres. Ambr. in luc. capit. 3. Hier. in cap. 1. ad Eph. August. libr. 2. de pecc. mer. capit. 5. Ex quibus etiam sequitur, quod libere conuertamur, ex d. loco. Conc. Trident. cit. cap. 5 & Can. 4. & id probat. Ign. ep. ad Magnes. & Aug. lib. 50. hom. In tuo arbitrio Deus posuit, cui pares locum, Deo an Diabolo, cum paraueris qui possidebit,

bit, ipse imperabit, vt enim homo alias actiones agit libere, ita vt videat se potuisse ea etiã non agere, ita cum conuertitur in Deum, animaduertit se ita conuersum fuisse in Deum, vt potuerit conuerti, & non conuerti, vt optime. Id. hic Valentia. disput. 8. quæst. 5. puncto. 4.

8 ad Iustificationem reqritur motus fidei, & quo modo.

Quarta propositio. Ad Iustificationem impij requiritur motus fidei, scilicet assensus intellectus in illa, quæ per fidem nobis credenda proponuntur, probatur. Hebr. 11. accedentem ad Deum oportet credere, & cap. 15. sine fide impossibile est placere Deo. Marc. vlt. Io. 3. & diffinitur in Conc. Trid. sess. 6. cap. 6. 8.

Ratione, probatur, nam ad iustificationem requiritur, quod homo à Deo excitatus conuertatur ad illum. iuxta. Psalm. 84. Deus tu conuertens viuificabis nos, primum autem conuersio in Deum fit per fidem, Hebr. 11. accedentem ad Deum oportet credere, ergo motus fidei requiritur ad iustificationem impij, vt d. D. Thom. d. q. art. 4.

Sola tamen fides non sufficit ad salutem sine operibus in eo qui habet fidem, nec sola sine charitate obtinet iustificationem. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Io. 13. si hæc scitis, beati eritis si feceritis illa. Io. 14. qui diligit me sermonem meum seruabit. Roman. 2. non auditores tantum, sed factores legis iusti sunt apud Deum, & cap. 8. si secundum carnem vixeritis moriemini, & cap. 10. nolite errare, nec fornicarij, nec Idolis seruientes, nec masculorum concubitores regnum Dei possidebunt, & cap. 10. 1. Io. 3. Iacobi. 2. & alibi sæpe. Fides tamen est exordium iustificationis, iustificatio tamen habet complementum à charitate, qua homo sanctificatur interius, & renouatur. Crederem tamẽ sine operibus primò iustificationem posse obtineri, modo concurrat fides, charitas, & alia supra enumerata, quia iustificatio est transmutatio à statu iniustitiæ ad statum iustitiæ, quod fit solis animi motibus intellectus, & voluntatis, vt supra est expositum; Verum est tamen, quod iam iustificatus eget actu operum & obseruatione mandatorum suo loco, & tempore fiendarum, vt salutem consequatur, & sic intelliguntur authoritates superius allegatæ, cum proposito tamen exequendi bona opera, & obseruandi mandata, vt declarat hic aperte Valentia puncto. 4. Vers, quod ad primam ver. 3. ex Conc. Trident. sess. 6. cap. 6. & August. lib. de fid. & op. cap. 14. quod non ita accurate explicat Medina.

Quinta propositio. Ad iustificationem impij requiritur motus liberi arbitrij detestantis peccatum, probatur. Ps. 31. dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. 9 ad Iustificationem requirit detestatio peccati.

Ratione probatur, nam cum iustificatio sit motus à termino iniustitiæ ad terminum iustitiæ, vnde vt in motu locali, corpus motum recedit à termino à quo, & accedit ad terminum ad quẽ, sic mens humana dum iustificatur oportet per motum liberi arbitrij, quod recedat à peccato, & accedat ad iustitiam qui accessus, & recessus intelligitur in iustificatione secundum delectationem, & detestationem, vnde oportet quod detestetur libero arbitrio homo peccatum, & per desiderium tendat in Dei iustitiam D. Thom. d. quæst. artic. 5 In quo notandum, quod in iustificatione actus dilectionis est radix, & causa vnde oritur detestatio peccati, quæ delet peccatum, vnde & non tempore, sed ordine naturæ actus dilectionis est prior detestatione peccati, quia oportet vt quis detestetur peccatum ob Deum summe dilectum, & sic dilectio præcedit, sine qua non dimittitur peccatum, & detestatio subsequitur, vt patet ex Conc. Trident. sess. 6. cap. 6. cum & pœnitentia sit dolor de peccatis ob Deum summe dilectum, & sic amor est ratio & causa christianę pœnitentię, & sic non sat est ad iustificationem detestatio peccatorum, sed simul requiritur dilectio Dei super omnia, quæ est causa detestationis, & in iustificatione impij quę potest fieri in instanti, satest vna contritio omnium peccatorum, licet in ordine ad confessionem sit habenda contritio

tritio omnium, quæ memoriæ occurrunt, saltem in genere, & virtualiter, ita quod omnia & singula peccata quis detestetur, vt d. hic Medina, & latius de eo egi tract. de pœnitentia sub. c. de contritione.

10 Pctōrum remissio ē vltimū eorum, q̄ cōcurrūt ad iustificationem

Sexta propositio. Remissio peccatorum est vltimum eorum quæ requiruntur, vel concurrunt ad iustificationem impij, probatur, nam remissio peccatorum est finis, & fructus. Is. 27. ergo non debet prætermitti.

Ratione, probatur, qđ quattuor enumerentur quæ requirūtur ad iustificationem impij, scilicet gratiæ infusio, motus liberi arbitrij in Deum per fidem, & motus liberi arbitrij in peccatum, & remissio culpæ, quia iustificatio est quidam motus quo anima mouetur à Deo à statu culpę in statum iustitiæ, in quolibet vero motu quo quid ab altero mouetur tria requiruntur, primo, motio ipsius mouentis, secundo, motus mobilis, tertio, consummatio motus, vel peruentio ad finem; ex parte, ergo diuinæ motionis accipitur gratię infusio, ex parte liberi arbitrij moti duo motus accipiuntur ipsius secundum recessum à termino à quo & accessum ad terminum ad quem, consummatio vero, vel peruentio ad terminum huius motus importatur per remissionem culpæ, quia in hoc iustificatio consumatur D. Tho. d. quęst. art. 6. pro quorum clariori cognitione notandum, quod ex parte Dei in genere causæ efficientis ordine naturę primum est gratię infusio, secundum motus liberi arbitrij in Deum, tertium motus liberi arbitrij in peccatum, quartum remissio culpæ ex ratione supra alleg. si vero remissio culpę & adeptio gratię consideretur ex parte hominis iustificati sic est econtrario, quia prius est ordine naturę liberatio à culpa quàm consecutio gratiæ iustificantis, probatur, nam ex parte mobilis prius est ordine naturæ recessus à termino à quo quàm accessus ad terminum ad quem, sicut ex parte aeris illuminandi prius est eum purgari à tenebris quàm consequi lumen, ergo etiam in proposito ex parte mobilis prius est liberari à culpa, quę est terminus à quo, quàm consequi gratiam; Et pari ratione ex parte hominis prior est motus liberi arbitrij in peccatum, quàm in Deum, quia per motū in peccatum receditur a termino a quo, scilicet peccato, & acceditur ad terminum ad quem, scilicet ad Dei gratiam & iustitiam; similiter prior est vterq; motus iste ex parte hominis quam infusio gratię, quia ad eam disponunt, vnde iustificatio non fit in instanti secundum omnia omnino, quæ qūocunque concurrere possunt in iustificatione quia communiter inuitamenta conuersionis, quę ad auxilium speciale pertinent, tempore præcedunt gratiæ infusionem, & sępe etiam aliqua bona opera, quæ dicuntur dispositiones ad gratiam, fit tamen iustificatio in instanti quatenus consistit in transmutatione illa libera de statu peccati in statum gratię, in qua formaliter iustificatio consistit, quod nil aliud est quàm in eodem instanti, gratiam, quę peccatum expellit, infundit, & liberum arbitrium per vltimam supernaturalem dispositionem ad gratiā accedere, & peccatum auersari, ob enim hunc motum liberum liberi arbitrij, dicitur esse libera illa transmutatio a peccato in gratiam, vt d. Valentia. disp. 8. q. 5. puncto 6.

11 Grę infusio fit in instanti, quid vero de iustificatione.

Septima ꝓpositio, quo ad gratię infusionem fit in instanti absque successione, iustificatio tamen impij, quātum ad dispositiones pręcedentes, aliquando fit in tempore paulatim, aliquando subito, vt in conuersione. D. Pauli.

Ratio primi, nam iustificatio impij fit per gratiam Spiritus sancti iustificantis, sed Spiritus sanctus subito aduenit mentibus hominum. Act. 8. factus est repente de cœlo sonus & c. vt enim gratiam Deus infundat, nō requirit aliam dispositione quàm illam quam ipse facit, quandoque sufficientem ad recipiendam subito gratiam, quandoque paulatim, cum ergo virtus diuina infinita possit quamcunque materiam creatam subito disponere ad formam, & multo magis liberum arbitrium, cuius motus potest esse instantaneūs, sequitur, quod iustificatio impij fiat in instanti, quan-

do liberum arbitrium est sufficienter à Deo dispositum, cum non egeat tempore ad disponẽdum materiam ad formã.

Ratio secundi patet ex dictis, si enim liberum arbitrium non sit sufficienter dispositum, præcedunt prius dispositiones tum iustificatio fit in instanti modo supra explicat. D. Tho. d. q. art. 7.

12 in Iustificatione quattuor cõcurrũt, & quæ.

Octaua propositio. In iustificatione impij quattuor concurrunt, infusio gratiæ, dilectio Dei, detestatio peccati, & peccati remissio, quæ tempore sunt simul, ordine tamen naturæ prior est infusio gratiæ, secundo, dilectio Dei, quæ est causa detestationis peccati, tertio detestatio peccati, quarto remissio peccati, modo tamen supra sexta propositione explicato, à quo nõ recedendũ videtur.

Ratio, nam in quolibet motu, primũ naturaliter est motio mouentis, secundum dispositio materiæ, vel motus mobilis, vltimum terminus ad quẽ terminatur motio mouentis. Motio vero Dei mouentis est gratiæ infusio, motus mobiles est duplex, vt supra, terminus est remissio culpæ, vnde ordine naturę primũ est gratiæ infusio, secundum motus liberi arbitrij in Deum, tertium motus liberi arbitrij in peccatum, quartum remissio culpę, ad quam, vt ad finem, sola ista transmutatio ordinatur. D. Th. d. q. art. 8. quæ intelligenda sunt modo explicato supra sexta propositione, vel ex parte Dei, vel hominis prędicta considerãdo, vt ibi est dictum.

13 Iustificatio an sit maximũ Dei opus

Nona propositio. Iustificatio, si attendatur magnitudo eius quod in iustificatione impij fit, est maximum Dei opus, Ex parte vero rei factæ, maius opus absolute est glorificatio, sed respectiue comparando ad peccatorem, donũ gratię iustificãtis impium maius est dono glorificantis iustum, Ex modo tamẽ faciendi creatio maius est opus.

Ratio primi, nam iustificatio terminatur ad bonum ęternum diuinę participationis, sed creatio cœli, & terrę terminatur ad bonum naturæ mutabilis, quia cęlum & terra transibunt, pdestinatorum autem salus & iustificatio permanebit, vt d. Aug. tra. 72. in Io. & quia Deus parcendo maxime suam omnipotentiam manifestat, vt idem d. Augu. in Io. 14. & quia bonum gratię vnius hoĩs est maius bono naturæ totius vniuersi, vt d. hic. D. Tho. ad secundum, & sic sentit Gregor. Naz. orat. in S. bapt. & idem Aug. serm. 15. de verb. ap.

Ratio secũdi, nam gloria absolute est maius bonum quàm gratia, sed secundũ proportionem quam habet gratia cum statu impij, & glorificatio cum statu pij, maius opus est iustificatio impij, q᷑ magis distat status peccati à statu gratiæ, quàm status grę à statu glorię, quia iustificatus dignus est statu gloriæ, vt d. Aug. loco cit. tract. 72. in Io.

Ratio tertij, nam creatio ex nihilo fit, ad iustificationem vero aliquid Deo cooperatur, videlicet subiectum, quia ex impio fit iustus, & etiam liberum arbitrium eliciẽdo actiones supernaturales aliquãdo cooperatur, & cum gratia confertur ad hominis iustificationem non creatur, non fit ex nihilo, sed ex impio fit iustus, & opera liberi arbitrij concurrunt ad iustificationem, quæ gratia tamen infunditur à Deo. D. Thom. d. q. & ibi Med. art. 9. & Valentia puncto. 7.

Decima propositio. Iustificatio impij est miraculosa, si accipiatur miraculum pro eo quod sola diuina virtute effici potest, Si vero accipiatur miraculum pro eo ꝙ est supra naturalem potentiam talis materiæ, nõ est miraculosa, quia anima naturaliter est capax gratiæ, Si vero accipiatur miraculum pro eo, ꝙ fit præter communem cursum, iustificatio, quę communiter fit, non est miraculosa, quandoque tamen est miraculosa, vt in conuersione. B. Pauli. 14 Iustificatio an sit miraculosa.

Ratio primi, quia habet occultam causam, scilicet Deum, vt enim miraculum sit, oportet, vt à solo Deo fieri possit, secundò, vt fit supra naturalẽ potẽtiam subiecti, tertiò, vt sit insolitum, vt d. Augu. lib. de Vtil. cred. cap. 16.

Ratio secundi, nã naturaliter anima est grę capax, q᷑ est facta ad imaginem Dei, vnde Aug. lib. de pd. sanct. d. hoĩum esse, posse habere fidem, sicut & charitatẽ, quia licet illa capacitas naturalis, quæ est in anima ad recipiendam gratiam non possit in actum reuocari per vllum

vllum agens naturale, tamen nō est con iuncta cum aliqua dispositione naturali, quæ ex sua natura exigat priuationē gratiæ, vt mortuus vitę corpus, licet & tale subiectum sit capax animæ respectu cuius sustentat animam, quando ad eius actum, per suscitationem, reducitur supernaturaliter à Deo. Ratio tertij, nam cum impius subito perfecte in Deum conuertitur, à Deo valde incitatus, vt in Paulo nec ante habuit actionē moraliter bonam, quæ sit dispositio ad gratiam, vel quando primus actus quē habet est perfectissimus, & feruens admodum, contra ac solet communiter euenire, quia prius per actum supernaturalem non ita intensum homo solet progredi in charitate, & mereri augmentū eius sic est miraculosa, sed cum cōiter homines habēt aliquam dispositionem remotam prius qua volunt se ad meliorem vitę statum reducere, cum audiunt de ijs, quæ mouent ad conuersionem, vt postea pertingāt ad perfectam conuersionem, & sic non dicitur miraculosa, vterque tamen modus dicitur esse secundum legem ordinariam Dei, qui intendit semper hominem iustificare quacūque hora ingemuerit, siue ante non habuerit dispositionem remotam, vel sic, siue ingemuerit actu supernaturali intensè, vel non, prout ipse Deo cooperabitur, primus tamen modus quia minus frequens dicitur miraculosus. D. Th. d. quęst. art. 10. & ibi Medina, & Valentia. puncto. 8.

SVMMARIVM.

1 Meriti nomen quid significet.
2 Meritum quid sit.
3 Meritum condigni, congrui, & rigoris iustitiæ inueniuntur, & quid quodlibet, ac eorum effectus.
4 Meritum hominis apud Deum esse potest.
5 Mereri non potest homo sine gratia vitam æternam.
6 Meritoria an sint ex condigno vitæ ęternę opera iustorum, & quomō.
7 Mereri, vt possit homo quid requiratur.
8 Mereri an possit sibi homo gratiam iustificantem ex condigno.
9 Mereri an possit quis alteri primam gratiam, & quomodo.
10 Mereri nemo potest sibi reparationem merito cōdigni, vel congrui.
11 Meretur iustus sibi gratiæ, & charitatis augmentum.
12 Mereatur an quis sibi perseuerantię donum.
13 Mereatur an quis sibi temporalia bona, vel non, & quomodo.

De Merito quod est effectus gratiæ cooperantis, & principium operandi. Cap. XX.

NOtandum, quod meriti nomen qn̄que in bonam qn̄q; in malam partem accipi solet, vt patet. Iosue 11. vbi in bonam sumitur partem. Iob vero. 6. in malam. d. vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & quod vtroque modo sumatur colligitur ex Aug. lib. de gratia & lib. arb. cap. 6. & lib. 83. q. q. 68. hic vero accipitur in bonam partem, vt meriti nomen deducatur à mercede, idest vt sit opus, cui debetur merces, & mereri sit sibi, ius ad præmium facere. D. Th. 1. 2. q. 114. 1 Meriti nomen quid significet.

2 Secundò notandum, ꝙ meritum est actus cui de iustitia distributiua debetᷓ merces, & prę mium, ita ꝙ sic merenti irrogaretur iniuria si tale prę mium nō redderetur, vt d. Vega q. 6. op. de Iustificatione, vel vt d. Valentia. disput. 8. q. 6. pūcto. 1. quod meritū in genere est opus liberum bonum, ad alterum aliqua ratione spectans, quod proinde secundum modum aliquem ęquitatis, vel iustitiæ aliquo munere ab altero compēsari debeat, & sic seruus dicitur mereri stipendium à domino, ꝙ in illum bonum officium aliquod cōtulit, ꝙ secundum iustitiā commutatiuā dn̄s debeat illi cōpensare. Dr̄ opus liberū, vt sic ratio meriti remoueatur a brutis, ob defectum libertatis. Dr̄ opus bonū, tum quia procedit ex iustitia distributiua, q̄ attēdit p̄ter opus bonum, & meritorium, personæ Meritum quid sit.

dignitatem, vt homo sit virtute prę̃stitus & studiosus, tum opus non sit malum, sed ex genere bonum vel ex circumstan tia, dicitur ad alterum spectans, quia attinet aliquo modo ad alterũ, dicitur secundum aliquem modum ęquitatis vel iustitiæ &c. vel ex iustitia compensari debeat, vel ex congruitate, & sic describitur meritum in generali, vt vero accipitur meritum apud Deum sic describitur à Valentia. Meritum est opus liberum bonum ex gratia profectum, ad Deum aliqua ratione spectans, quod proinde per aliquem iustitiæ modum, vel congruitatem à Deo aliquo munere compensari debeat, vt d. hic Valentia.

3 Meritũ cō digni, cōgrui, & rigoris iustitię, & quid qd libet.

Tertiò notandum, quod meritum est triplex vnum de condigno, alterum de congruo appellatum, & aliud de rigore iustitiæ. Meritum de condigno est opus liberum, cui ex naturali propriaue dignitate, aut ex l. debet premium. Dicitur opus liberum, vt sic excludantur opera naturalia humana, quæ ab hominis voluntate nō procedũt, nemo enim meretur in eo quod necessario, & non libere facit, in his enim quę à natura sũt, nec laudamur nec vituperamur. Dicitur ex lege, quia non oportet, vt præmiũ semper sit debitum ex ipsa natura operis, sed satis est quod sit debitum ex lege, nullum enim opus humanum ex naturali virtute vitę ęternæ est meritoriũ, quia natura sua non est illi ęquale, cum terrena non æquentur cœlestibus, nec temporalia ęternis, vt d. ap. Roman. 8. q non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, & explicat Chris. lib. de compunct. cordis, d. etiã si millies moriamur, & omnes virtutes explęamus, nil dignum geri ad ea, quæ ipsi à Dẽo percipimus. Ex lege tamen, vel ex conuentione, vel promissione Dei nobis facta, opera hominis bona, cum diuinæ gratię auxilio æternæ fiunt vitę digna, vt in sacris literis habetur, quę seclusa Dei promissione tanto præmio fuissent prorsus indigna, sic tamen, vt sola nostra opera bona si non sint iuncta cum gratia, & charitate tanto non sunt bono digna. Io. 15. Vnde ad meritũ quattuor requirũtur, persona q̃ meretur, vt sit in gratia, actus studiosus qui dicitur meritum, merces quę merito respondet, & persona apud quam meremur. Et sic meritum de condigno est, quod licet gratiæ, & misericordiæ acceptantis innitatur, est tamen iustum, & præmio finito dignum, vt est meritum iustorum. Meritum de congruo est q non iustitiæ, sed soli gratiæ innititur, & congruentiæ cuidam, sub quo cadere possunt vel bona temporalia, vel gratia, vel gloria, modo quo infra. Meritum de rigore iustitiæ est quod gratiæ vel misericordiæ acceptantis non innititur, sed ex se & persona offerente habet valorem, & tale est meritum Christi domini. His ita not.

Prima sit propositio. Vere & proprie extare potest meritum hominis apud Deum, probatur. Psalm. 71. Rom. 2. qui reddet vnicuique secundum opera sua, Hier. 31. est merces operi tuo, ait dominus. 1. Cor. 3. si cuius opus manserit, qd super ędificauit mercedem habebit 1. Corint. 15. abundantes in opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in domino. Ex patrib. Cipr. li. 4. ep. 6. Eucharistię memor, quę domini corpus accepit, ipsum complectatur, postea à domino sumptura prẽmium cęlestium coronarum, & lib. 5. ep. 12. non minus enim coronæ mercede cōdignus est qui hortatus est, quàm qui & passus est. Amb. serm. 3. in Ps. 118. prærogatiua est fidei atque iustitiæ de Domini fauore mercedem expectare. & Hier. in 1. Is. liberum seruat arbitrium, vt in vtranque partem non ex præiudicio Dei, sed ex meritis singulorum, vel pœna, vel præmium sit. August. ep. 52. ad Macedon. quattuor virtutibus diuinitus impartitis, & bona vita nunc agitur, & postea præmium eius, quæ nisi æterna esse non potest, æterna vita persoluitur. 4 Meritum hominis apud Deũ esse pōt.

Secundò, probatur, nam merita iustorum de iustitia vitæ æternæ sunt digna, & meritoria. Gen. 15. ego sum merces tua magna nimis. Matth. 5. merces vestra copiosa est in cœlis. Matth. 20. voca operarios, & redde illis mercedẽ.

Eccl.

Eccle.16.omnis misericordia facit locũ vnicuique secundum meritum operum suorum. Heb.13. beneficẽtiæ & communicationis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus. Matth. 9. quisquis potum dederit &c. amen dico vobis non perdet mercedem suã. Ps.17. retribuet mihi dominus secũdum iustitiam meam. 2. Tim.4. cursum consummaui &c. in reliquo reposita est mihi corona iustitię Sap.3. tẽtauit eos dominus, & inuenit dignos se, Col.2. nos fecit dignos in partẽ sortis sanctorum, & diffinitur in Conc. Trident. sess.6. Cant.32.

Ratione, probatur, nam secundum promissionem diuinam, & ex lege opera iustorum sunt meritoria vitæ ęternæ de condigno secundum iustitiam distributiuã Psal.17. retribuet mihi dñs scd͂m iustitiam meam, idest secundum opera. Matth.20. cõuentione autem facta &c. 2. Tim. 4. bonum certamen certaui &c. cum sit fidelis Deus, & seipsum negare non possit. 2. Tim. 2.

Ratione probatur, nã merces dicitur quod alicui datur pro operis recompensatione, vel laboris vt pretium ipsius, vnde vt reddere pretium iustum, pro re accepta ab aliquo est actus iustitiæ ita & recompensare mercedem laboris, & operis est actus iustitiæ, cum iustitia sit quędam æqualitas. 5. eth. cap. 1. 2. 3. 4. Verum est tñ, quod vbi est simpliciter iustũ vt inter homines ęquales, ibi absolute est ratio meriti, & mercedis, vbi vero secundum quid, ibi sic etiã est tale iustum, inter Deum autem, & homines est maxima inequalitas cum in infinitum distent, & totum quod est hominis bonum, sit à Deo, vnde non potest hominis ad Deũ esse iustitia secũdum æqualitatem, sed secundum proportionem quandam, quatenus quisq; operatur secundum modum suum, modus vero humanę virtutis homini est à Deo, ideo meritum hominis ad Deum esse non potest nisi scd͂m p̃suppositum diuinę ordinationis, vt homo cõsequatur à Deo per suã operationem quasi mercedẽ ad q̃d Deus ei virtutem operandi deputauit, seipso homine tamen etiam mouẽte ad operandũ per liberũ arb. D. Th. q.114. art.1. Quod tamen meritũ licet sit opus iustitiæ distributiuę, est tamen ẽt actus gratię & misericordię Ps.102. qui coronat te in misericordia, & miserationib, nullus enim iustus secundum iustitiam commutatiuam, q̃ requirit ęqualitatẽ rei ad rem, vel eius p̃tium, ad ęqualitatẽ meretur beatitudinem, cũ opera nostra secundum substantiam actus non sint beatitudini ęqualia. Rom. 3. nõ sunt cõdignę &c. non. n. Deus fit simpliciter nobis debitor, cũ actio nostra ex se non habeat rationem meriti tanti, vt supra, nisi ex p̃suppositione diuinę ordinationis, & sic Deus non dr̃ fieri nobis debitor, sed sibi ipsi, quatenus debitũ est vt sua ordinatio impleat̃. D. Th. ibi ad 3. q̃ ita intelligitur, q̃ Deus iustis est debitor beatitudinis p̃ bonis operibus, sed gr̃a, quę nõ debetur, p̃cedit vt fiãt, vt habet̃ in Cõc. Arausic. capit. 18. & ex Aug. serm. 16. de verb. domini. In his quę habemus laudamus Deum largitorem, in his q̃ non dum habemus tenemus debitorem, debitor enim factus est, non aliquid à nobis accipiendo, sed, quod ei placuit promittendo. Et ita non sic extare potest meritum hominis apud Deum, vt ob solam bonitatem aliquam humani operis, seclusa ordinatione, & promissione diuina, Deus obligetur ad id compẽsandum iuxta aliquem modum ęqualitatis vel iustitię, posita tamen huiusmodi aliqua ordinatione, vel promissione qua Deus se obliget ad compensandum bonitatem aliquam humanorum operum secundum aliquem iustitię modum, verissime huiusmodi opera habebũt rationem meriti, & debebunt compensari secundum aliquem iustitię modum, vt d. Aug. in Ps.83. & colligitur ex Conc. Tr. sess.6. c.16. d. bene operantibus vsque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita ęterna, & tanquàm gratia filijs Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquàm merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda, obligatio enim qua Deus debet hominis merita compensare, non oritur ex bonitate sola bonorum operum, sed in primis etiam ex promissione, & ordinatio-

ne,quę consideratur in ipso Deo,vt non tam homini quàm sibi debere videatur, licet considerata diuina promissione verissime etiam id Deus debeat homini,licet non ob solam bonitatem hominis operum,quòd tamen etiam respectu hominis dicitur meritum,tametsi merces non detur ob sola eius opera, quia de ratione meriti non est, vt compensari debeat obligatione orta ex sola bonitate operis, sed vndecunq; ea obligatio oriatur,vt si princeps promittat se parua obsequia famulorũ remunerare, illa sunt vere merita famulorum qui ea exhibent, licet obligatio qua princeps ad id se obligat, non ex sola bonitate operum oriatur famulorum, sed in primis etiã ex principis promissione,quæ etiam obligatio,posita diuina promissione, & ordinatione, non ex illa tantum (licet ex illa quoque principaliter,) sed etiam ex bonitate operum,quę Deus se promisit compensaturum,extat obligatio, secundum quam Deus id pręstare debet,quia merces promittitur operãtibus,licet ex diuina ordinatione & promissione, vt d. hic Valentia.

5 Mereri non põt homo sine gratia vitã ęternam.

Secunda propositio. Homo sine gratia non potest mereri vitam æternam; probatur. Rom.6.gratia Dei vita æterna, cuius loci sensus est vitam ęternam dari pro meritis quę contulit gratia, vt exponit August.lib.de corr. & gratia. c. 13.vbi d. ideo gratiam vocari vitam æternam, quia redditur meritis quæ contulit gratia, vbi & exponit id Io. 1.de plenitudine eius omnes accepimus,gratiam pro gratia. d.ibi intelligi vitam ęternam, quatenus redditur pro meritis quę contulit gratia,& Roman.8.si filij, ergo heredes. Io.15.sine me nihil potestis facere.1.Corint.13.si tradidere corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. ita vt nec in statu naturę integrę homo sine gratia potuisset mereri vitam ęternam. Ex Concil. Arausicanum. Can. 18. d. debetur merces bonis operibus si fiant, sed gratia quę non debetur præcedit,vt fiant,& Triden.sess.6. capit.16. vbi habetur Christum Iesum, vt caput in membra & vitem in palmites, in iustificatos iugiter virtutem influere, sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria eorum opera esse possunt, & ita etiam diffiniuit Pius Quintus, in eius Bulla confirmata, & repetita à Gregor. decimotertio,anno 1579.4. Calen. Feb. Ex patribus sanct. Amb. epist.84.Hier. in Psalm. 102.August.lib. de prędestin. sanct.cap.5.vt d. Valentia.disput.8.q.6. puncto.3.

Ratione probatur,nam si homo consideretur in natura integra ante peccatum, non potest sine gratia mereri vitam ęternam per pura naturalia, quia meritum hominis dependet ex preordinatione diuina, actus vero cuiusque rei non ordinatur diuinitus ad aliquid excedens proportionem virtutis, quę est principium actus, sed vita ęterna est bonum excedens proportionem naturę creatę,cum excedat & eius cognitionẽ, & desiderium 1. Corint. 2. oculus non vidit &c. vnde nulla natura creata est sufficiens principium actus meritorij vitæ æternæ, nisi superaddatur aliquod donum supernaturale, quod gratia dicitur,loquendo vero de homine existente sub peccato,additur vlterius impedimẽtum peccati, quod est quędam offensa Dei excludens à vita ęterna;vnde nemo in peccato existens potest vitam ęternã mereri,nisi prius reconcilietur Deo, dimisso peccato,quod fit per gratiam,cũ peccatori nõ debeatur vita,sed mors.Rom. 6.An vero de potẽtia Dei absoluta possit homo mereri vitam ęternam sine gratia, dictum est supra,vbi est actum an sine gratię infusione homo possit obtinere remissionem peccatorum.

6 Meritoria an sint opera iustorũ ex condigno vitę ęternę,& quõ

Tertia propositio. Opera iustorum bona proprie & ex condigno sunt meritoria vitę ęternę,probatur,nam vbi aliqua opera bona aliqua mercede secundum aliquem modum iustitię compensari debent, talia opera sunt proprie, & vere ex condigno meritoria eius mercedis, condignũ si quidẽ dicitur cui debetur merces secũdum aliquem iustitię modum,sed opera iustorum debent cõpensari quatenus ex gratia & charitate procedunt secundum aliquem iustitię modum vita ęterna, ergo maior patet ex

ex dictis, & nomine condigni, vt supra. Minor probatur Iaco. 1. Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, &c. 2. Tim. 4. in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Vnde & in scriptura, vita æterna dicitur merces, quia secundùm iustitiæ debitum est reddenda. Rom. 4. ei qui operatur merces non imputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitum. Matt. 5. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Ioan. 4. Qui metet, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam. Sap. 5. Iusti autem in perpetuum viuent, & apud dominũ est merces eorum. Isa. 40. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & merces eius cũ eo. Apoc. 22. Ecce venio citò, & merces mea mecum est, dare vnicuiq; secũdùm opera sua. Apoc. 20. Ex Concil. Arausic. can. 18. & Trid. sess. 6. c. 16. supra alleg. Ex Patribus Cipr. lib. 4. ep. 6. August. in Psal. 83. 100. & ep. 52.

Verum est tamen, ꝙ si consideretur opus hominis secundùm substantiam, prout procedit ex libero arbitrio eius, ibi non potest esse talis condignitas, ob maximam inæqualitatem, sed ibi adest congruitas ob quandam æqualitatem proportionis. Si verò consideretur, prout procedit ex gratia Spiritus sancti, sic est meritorium vitæ æternæ ex cõdigno, quia attenditur valor meriti secundùm virtutem Spiritus sancti mouẽtis nos in vitam æternam: vt d. D. Tho. d. q. art. 3. attenditur etiam pretium operis secundùm dignitatem gratiæ per quam homo consors diuinæ naturæ adoptatur in filium Dei, cui debetur hæreditas iure adoptionis. Rom. 8. si filij, & hæredes, vt ibi dicit, quatenus, sic operantibus Deus promisit vitam æternam, vt supra est declaratum: & sic licet sit meritum ex cõdigno, tamen nititur aliqua liberalitate, & misericordia diuina, illa scilicet qua Deus promisit se compensaturum vita æterna opera iustorum.

Vnde sequitur, ꝙ non requiratur aliqua alia acceptatio diuina boni operis, ex gratia profecti, vt vitę æternę sit meritorium, sed satis est illa communis ordinatio, & promissio diuina, qua Deus decreuit opera bona iustorum vita æterna præmiare; vnde & cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat, quàm opera sua: vt d. Aug. ep. 105. vt habetur, & d. c. 16. Conc. Trid. vbi, & dicitur proponendam esse iustis vitam æternam, & tanquam gratiam propter merita Christi liberaliter eis promissam, & tanquã mercedem ex ipsius Dei promissione bonis eorum operibus, & meritis fideliter reddendam: vt not. & Aug. in Ps. 83. Vnde si non esset Dei promissio, posset Deus per potentiam absolutã sine iniuria, non remunerare opera bona quæ procedunt ex gratia, quia Deus omnia quæ erga creaturas facit, liberè facit: vt d. hic Valẽtia disput. 8. q. 6. puncto 4. Christi tamen meritum non nititur Dei liberalitate, sed dignitate in primis diuinæ personæ, quam filius Dei habuit naturaliter.

7 *Mereri vt possit hõ quid requiratur.*

Quarta propositio. Vt homo mereat, præter gratiam, & liberum arbitrium, requiritur ex parte hominis aliquis actus charitatis, idest, vt opus actualiter eliciatur propter Deum, quòd dicitur relatio actus in Deũ, probatur Io. 14. 17.

Ratione probatur, nam actus humanus habet rationem merẽdi ex duobus: primò, ex diuina ordinatione modo supra explicato: secundò, ex parte liberi arbitrij, quo homo voluntariè agit; & quò ad vtrunque principalitas meriti consistit penès charitatem, nam vita æterna in fruitione Dei cõsistit, motus verò humanæ mentis ad fruitionem diuini boni est proprius actus charitatis per quẽ omnes actus aliarum virtutum ordinãtur in hunc finem, prout aliæ virtutes imperantur à charitate, vnde meritum vitæ æternæ primò pertinet ad charitatem, secundariò ad alias virtutes, prout earum actus à charitate imperantur. Pręterea, ꝙ ex amore fit maximè est voluntariũ: vnde & prout ad rõnem meriti requiritur, ꝙ sit voluntariũ, principaliter meritũ charitati tribuit. D. Th. d. q. ar. 4. Nec charitas sine gr̃a si extat sic, sufficit ad meritum: vt d. D. Thom. de veritate, q. 27. art. 2. ad quintũ. Sed cum sit triplex charitas, vt & relatio in Deũ habitualis, virtualis, & actualis, sola habitualis,

bitualis, qua homo operatur bonum opus ex genere in gratia constitutus, absque aliqua relatione in Deum, non sat est ad meritum, cum non imperetur à charitate, vt ab eius forma. Actualis & non est necessaria, vt .s. semper dicat cũ opus bonum aliquod agit, ieiuno propter Deum, oro propter Deum, licet id optimum esset, cum cor hominis derelinquat eum quandoq;, vnde sat est virtualis relatio, vt .s. post baptismum, vel pœnitentiam, per quæ ad Dei amicitiã admittitur, proponat, & protestetur se velle deinceps placere Deo, & eius opera ad ipsius honorem agere, quæ sufficit donec per peccatum mortale interrumpatur, & efficit vt opera bona interim facta meritoria sint vitæ æternæ, vel vt in principio orationis id faciat gratia finis supernaturalis, & religionis, causa Deum colendi, sat est enim illa virtualis relatio causata ex actuali charitate præcedente, licet postea mens eum derelinquat, sat est enim cum incipit operari, ꝙ ex charitate operetur, & postea ex habitu; vel saltem ꝙ dum iustificat referat se, & omnia sua in finem supernaturalem, quæ relatio durat per totã vitam, nisi per peccatum mortale interrumpatur: vt d. hic Medina. ex D. Tho. dummodo opera sua referat in Deum, modo exposito. Vnde si Angelus, vel homo creatus in gr̃a nũquam existent in actum charitatis, licet habuissent gr̃am nõ meruissent gloriam: d. hic Medina.

8 Quinta propositio. Nemo ex condigno potest sibi gratiam primam .s. iustificantem mereri, siue per gratiã intelligatur donum id quo quis iustificatur, siue donum id quod gratis datur, siue donum id ꝙ sit proprium iustorum, & faciat eos diuinæ naturæ participes; primum probatur ex Conc. Tr. sess. 6. c. 5. vbi habetur homines vocari ad gratiã, per gratiam adiuuantem, & excitãtem, sine vllis eorum meritis; secundum probatur, nam implicat contradictionem, ꝙ quid gratis detur, & simul ex obligatione iustitiæ; tertium probatur, nã homines iustificantur gratis per gratiam Dei, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, & non propter meritum hominis, ex condigno. Rom. 3. 4. 6. 11. & Aug. lib. de gratia, & libe. arbit. c. 5. & 6. d. his & talibus testimonijs diuinis, probatur gratiam Dei non secundùm opera nostra dari, quandoquidem nõ solùm nullis bonis, verum etiam multis malis ꝓcedentibus videmus eã datam, & quotidiè dari. & ep. 105. serm. 15. de verb. Apost. lib. de pœnitentia. cap. 20.

Mereri ã sibi possit hõ gr̃am iustificantẽ ex condigno.

Ratione probatur, nam donum gratię potest considerari, vt donum gratuitum, & sic repugnat, ꝙ detur ob meritum, si enim ex operibus iam nõ est gratia. Rom. 2. vel secundùm naturam rei quæ donatur, & sic non potest cadere sub merito, quia excedit proportionem naturæ, vt supra, & quia homo in statu peccati habet impedimentum promerendi gratiam .s. ipsum peccatum, postquam verò habuit gratiam, gratia non potest cadere sub merito, quia est merces, & terminus, & gr̃a cuiuslibet est principium boni operis in nobis: si verò ratione gratiæ præcedentis, mereatur homo aliquod donum gratuitum, iam nõ erit prima, vnde nemo potest mereri primam gratiam. D. Th. d. q. art. 5.

Ampliatur, vt neq; ex congruo quis mereatur sibi primam gratiam. ex Concil. Trid. d. c. 5. vbi dicitur absolutè homines nullis eorum meritis existentib. vocari, & iustificari. & cap. 8. vbi dicitur nihil eorum quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiã promerẽtur, & ex Aug. d. lib. de gratia. c. 6. vbi d. gratiam Dei non secundùm merita nostra dari; & quia Deus peccatori vt tali non est debitor, vel ex promissione, vel ex natura rei, aut eius merito, ergo; & etiã ex congruo non dãtur actus ad gratiam disponentes, cũ tales dispositiones procedant à gratia: d. hic Valentia, d. puncto 5. ver. prętera.

Sexta propositio. Homo iustus nõ potest ex cõdigno alteri primam gratiam mereri, ex cõgruo tamen sic; probatur, nam in scriptura habetur Deum reddere vnicuique iuxta opera sua. 2. Cor. 5. & explicat Hier. in c. 25. Matt. Christo, cui vt capiti, gratia, quę alijs quoque prodesset, data est, proprium fuit vt ex con- 9

Mereri ã possit qs alteri primã gr̃am, & qũo.

condigno alijs gratiam, & vitam æternam mereretur; secundũ probatur Mat. 9. Videns Iesus fidem illorum, ait paralitico, confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & explicat Aug. q. 149. super Exo. & lib. 20. con. Fau. c. 21. d. Christianos colere martirum memorias, vt eorum meritis cõsocientur, & meritis adiuuentur: & lib. 21. ciuit. c. 27. ob quòd Ecclesia obsecrat Deum etiam ob merita sanctorum gratiam ab eo petendo.

Ratione probatur, nam opus nostrum habet rationem meriti de condigno ex vi motionis diuinæ, quilibet verò homo mouetur à Deo per donum gratiæ, vt ad vitam æternam perueniat, ergo meritũ condigni extra hanc motionem non se extendit, nisi Christus qui motus est à Deo, vt nõ solùm ipse perueniret ad gloriam æternam secundùm animã & corpus, glorificatum, cum secundùm diuinitatem beatissimus, & beatificans alios cum Patre, & Spiritu sancto existat, sed etiã vt alios in eã adduceret, quatenus est caput, & author salutis humanæ.

Ratio secundi, nam homo in gratia constitutus adimplet Dei voluntatem: vnde congruum est secundùm amicitiæ proportionem, vt Deus adimpleat hominis iusti voluntatem, qui alteri gratiam, & gloriam postulat. D. Tho. d. q. artic. 6. Ex quo fit, ex merito de cõgruo non solùm concedere Deum primã gratiam vni, quam ei concessisset, ipsius auxilio, & ex hominis dispositionibus, sed etiam cui eam non contulisset, quia nõ ita vehementibus auxilijs, & efficacibus excitet, ex merito de congruo alterius, quibus non fuisset fortè responsurus; ꝙ tamen meritũ de congruo habet effectũ non semper, sed pro Dei beneplacito, quia cum nõ innitatur Dei promissioni, nec certæ legi, potest impediri eius effectus ob aliquam rationem diuinæ prouidentiæ, vel ob impedimẽtum peccati, vt non solùm sit in peccato, quia sic de cõgruo potest iuuari, sed quia in eo ita sit induratus, vt ob id Deo resistat: vt habetur Hier. c. 15. si steterint Moyses: & Oseæ c. 13. perditio tua ex te Israel, &c. Vnde sancti impetrant pro nobis, d. tamen Medina eos propriè non mereri, cum sint extra statum merẽdi, sed benè impetrare pro nobis primam gratiam, & iustificationẽ, ꝙ est alterius loci examinatio, quò ad secundam partem.

Septima propositio. Nemo merito condigni, vel congrui potest sibi mereri reparationem post lapsum, probatur Ezech. 18. 10 Mereri nemo sibi potest reparationem merito cõdigni, vel congrui.

Ratione probatur, ꝙ non merito condigni; nam ratio huius meriti pẽdet, ex dignitate personę, opere bono, & debitè facto, & motione diuinæ gratiæ: primũ, non adest ob peccatum, non secundum cum faciens non sit bonus, nõ tertium, quia huiusmodi motio interrumpitur per sequens peccatum, vnde beneficia, quæ post aliquis consequitur, quibus reparatur, non cadunt sub merito, tanquã motione prioris gratiæ ad hęc se nõ extendente. Meritum etiam congrui, quo quis alteri primam gratiam meretur, impeditur ne consequatur effectum ob impedimentum peccati in eo cui quis meretur, multo ergo magis impeditur talis meriti efficacia per impedimentum, quòd est in eo qui meretur, & cui meretur, quæ in eodem concurrunt: vnde nullo modo potest quis mereri reparationem post lapsum. D. Th. d. q. art. 7. adeò, ꝙ non meretur quis post lapsum, vt excitetur diuinitùs ijs auxilijs, quib. possit facilè cõuerti, nedum in gratiam actu restitui: vt d. hic Valentia.

Octaua propositio. Iustus ex cõdigno meretur gratiæ, & charitatis augmentum; probatur ex Conc. Trid. sess. 6. can. 24. 32. vbi id diffinitur, & colligitur Apoc. 22. qui iustus est iustificetur adhuc. Eccl. 18. ne verearis vsq; ad mortem iustificari. & ex Aug. ep. 106. ad Bonifac. & tr. 1. in 1. Can. Io. & lib. de prædestin. sanctorum, cap. 2.

Ratione probatur, nam id cadit sub merito condigni, ad ꝙ motio gratiæ se extendit, motio verò alicuius mouentis, non solùm se extendit ad vltimum terminum motus, sed etiam ad totum progressum in motu, terminus verò motus gratiæ est vita æterna, progressus autem in hoc motu est secundùm augmentum gratiæ, & charitatis. Prouer. 4. iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit 11 Meretur iustus sibi gratiæ, & charitatis augmẽtũ.

crescit vsq; ad perfectum diem, qui est dies gloriæ, ergo augmentum gratiæ cadit sub merito condigni. D. Thom. d. q. art. 8. Quo verò ad ea quæ augent meritum, & præmium essentiale, d. ꝙ sunt; Charitas, bonitas obiecti, difficultas operis, intensio actus, & quicquid facit actum esse meliorem, sic facit eum magis meritorium, & charitati respondet præmium essentiale, quo enim erit illa maior, sic pręmium erit maius essentiale, cæteris verò actibus respondet præmium accidentale, nisi ibi detur maior intensio charitatis, vel ratione magnitudinis operis, vel intensionis actus, sic enim datur maius præmium essentiale: d. hic Medina, qui & d. quòd qui habet maiorem habitum charitatis non augmentat meritum, sine actu, quia habitibus non meremur, vt ibi dicit, sed actibus.

12 Mereatur an qs sibi perseuerãtiæ donũ.

Nona propositio. Nemo iustus merito condigni meretur perseuerantiæ donum propriè acceptum pro cõtinuatione bonorum operum sine peccato mortali, & ita pro conseruatione gratiæ vsque ad mortem, licet mereri possit perseuerantiam in gloria merito cõdigni.

Ratione probatur, nam homo cum habeat liberũ arbitriũ flexibile naturaliter ad bonum, & ad malũ, dupliciter potest aliquis obtinere perseuerantiam in bono à Deo. Vno modo per hoc ꝙ liberum arbitrium determinatur ad bonum per gratiam consummatam, ꝙ erit in gloria: alio modo ex parte motionis diuinæ, quæ hominem inclinat ad bonum vsque in finem, sed id cadit sub merito, ꝙ comparatur ad motum liberi arbitrij directi à Deo mouẽte sicut terminus, non autem id ꝙ comparatur ad dictũ motum sicut principiũ. Vnde perseuerantia gloriæ, quæ est terminus prædicti motus, cadit sub merito, perseuerantia aũt viç nõ cadit sub merito, qa dependet solũ ex motione diuina, quæ est principiũ oĩs meriti, sed Deus gratis perseuerantię donũ largiatur cuicunqs illud largitur, ergo, Secundò, ꝙ cadit in meritũ de condigno, id Deus concedit sic, vt tñ q̃nque ne̢get, s. si homo ex parte sua ponat obicẽ peccati mortalis, at hic ex natura flexibili potest ponere, ergo; Pręterea sequeretur, vt qui semel est iustificatus nanquã posset ex gratia excidere, ꝙ est cõtra fidem, sic enim Deus teneretur facere, ꝙ homo iustus nunquam in peccatum caderet, per quod perseuerantia impeditur, ꝙ est falsum, ergo. D. Th. d. q. art. 9. & ibi Valẽtia, qui & d. ꝙ licet perseuerantia accepta pro continuatione boni cum auxilio Dei vsque in finem, non cadat in meritum de cõdiguo, & sic nec auxilium gratiæ efficax, per quod iustus actu perseueret; tñ in meritum istud cadere auxilia illa sufficientia actualia, quæ præter gratiam sunt necessaria iusto ad hoc, vt superatis tentationibus, & difficultatibus grauioribus, quæ in vita occurrunt, perseuerare vsque in finem possit cum auxilio speciali Dei, quod est præsto, si homo sibi non defuerit, cum omnia illa cadãt in meritum de condigno, quibus post primam gratiam acceptam adiuuatur iustus, vt possit cõsequi beatitudinem, qui & sentit cũ Vega iustos ex congruo mereri perseuerantiam bonorum vsque in finem per orationes, & alia pietatis studia, licet hoc meritum, cum certa promissione, & lege non nitatur, non semper consequatur huiusmodi præmium; ꝙ probat etiã ex Aug. lib. de bono perseuer. c. 6. d. tamen Medina, ꝙ si homo perseuerauerit in bono, & oratione piè petens donum perseuerantiæ, infallibiliter saluabitur, & impetrabit donum perseuerantiæ, ꝙ tamen non videtur eneruare difficultatem, quia aliud videtur an perseuerans in bono de facto saluetur &c. aliud an quis mereatur donũ perseuerantiæ; primum enim est clarũ, secundum videtur declarandum, vt supra ex Valentia, & D. Tho.

Decima propositio. Temporalia bona si considerentur, prout sunt vtilia ad opera virtutum, quibus perducimur ad vitam æternam, simpliciter cadunt sub merito: si verò considerentur secundùm se, nõ cadunt sub merito, vt nec sunt simpliciter bona, sed secundùm quid, vt s. in eis homo vltimum finem non constituat, sed in vero, & diuino bono; primũ probatur Ps. 33. timentes dominum nõ minuen- 13 Mereatur an qs sibi tẽporalia bona, vel nõ, & qũo

minuentur omni bono. Pſ.36. Non vidi iustum derelictum, nil enim deficit iustis ex bonis temporalibus, ꝙ expediat, & sat sit ad beatitudinem conſequendã.

Ratio primi, nam Deus dat iustis tantum de bonis temporalibus, quantum eis expedit ad vitam æternã, quæ ob id dicũtur simpliciter bona, quatenus necessaria sunt ad eam conſequendam.

Ratio ſecundi, nam bona temporalia ſecundùm ſe nõ ſunt ſimpliciter bona, ſed ſecundùm quid, ideò nõ cadunt ſimpliciter ſub merito, ſed ſecundùm quid, vt in eis quis finem vltimum non constituit. D. Th. d. q. art. 10.

Ex quibus colligitur, ꝙ Deus dat iustis de bonis temporalibus, non ſecundùm proportionem iuſtitiæ diſtributiuæ, vt .ſ. magis iuſtus maiorem eorum copiam conſequatur, ſed prout maior, vel minor copia eorum ſecũdùm rationem diuinæ prouidentiæ, & conditionẽ cuiuſq; cõducibilis eſt ad beatitudinem conſequendam; qui ipſis in ipſa conſequenda de illis non deeſt, vel ſi ea illis det q̃ alioqui ſine meritis non dediſſet, vel ſi qui ea aliàs opera ſua eſſent acquiſituri, velit etiam Deus ipſis, vt meritorum mercedem attribuere, vt dicit hic Valentia. D. Th. tamẽ in ſolutione àrg. d. bona temporalia ſecundùm ſe conſiderata quandoq; cadere in meritũ; pro beneplacito diuino, non ſolùm iuſtorũ, ſed & eorum qui extra gratiam fuere. Exo. 1. vbi obſtetrices, quia Deũ timuere remuneratæ ſunt in domibus illis ædificatis, ſed ob mendacium mercedem temporalem habuere, cum caruerint æterna: vt d. Greg. lib. 18. Mor. c. 21. Aug. lib. 9. in Exo. q. 1. & lib. con. Mend. c. 15. quà ratione, & Romani, licet nõ habuerint veras & legitimas virtutes, meruerunt à Deo præmium temporale: vt d. Aug. lib. 5. ciuit. c. 12. 15. & D. Th. lib. 3. de regim. princ. c. 4. 5. & 6. quòd intelligitur tamen de merito congrui, vt dicit hic Valentia.

Et ex his, ad laudem Dei Opt. Max. & Beatiſſimæ Virginis, in cuius Natali die, opus hoc eſt abſolutũ, & omnium Sanctorum impoſitus ſit finis, iuxta ordinem Diuæ Thomæ 1. 2. principijs intrinſecis, & extrinſecis humanorum actuum. Deſenciani die 8 mẽſis Septembris 1595.

DE FIDE.

SVMMARIVM.

1 Fidei nomen quid ſignificet, & vt ſumatur.
2 Fidei diffinitiones variæ.
3 Fides quotuplex.
4 de Fide quid conſiderandum.
5 Fides vt differat ab opinione, ſuſpitione, & dubitatione.
6 Fidei laudes.
7 Fidei obiectum eſt veritas prima, & quomodo.
8 Fidei obiectum an ſit aliquid ſimplex, vel non.
9 Fidei non poteſt ſubeſſe falſum.
10 Fidei obiectũ an ſit aliquid viſum.
11 Fidei quæ ſunt an poſſint eſſe ſcita per ſcientiam.
12 Fidei credibilia per certos articulos ſunt diſtinguenda.
13 Fidei articuli an per tempora creuerint.
14 Fidei articuli conuenienter enumerantur.
15 Fidei articuli conuenienter in ſimbolo ponuntur.
16 Simboli ordinatio ad Papam pertinet, & quæſtiones fidei diffinire, generale ſinodum conuocare, & confirmare.

De Fide, quò ad eius obiectum. Cap. I.



OBSERVANDVM eſt, quòd Fidei nomen, quandoq. ſumitur pro ſponſione: vt 1. Tim. 5. primam fidem irritam fecerunt, ideſt, ſponſionem: quandoq; pro fidelitate: vt d. Hier. 7. perijt fides, & ſanctus de terra: quandoque pro conſcientia:

D. Tho. 2. 2. q. 1.

1 Fidei nomen quid ſignificet, & vt ſumatur.

tia: vt Rom. 14. omne quòd nō est ex fide peccatum est: quandoque pro sacramento fidei: vt d. Aug. ep. ad Bonifaciū. quandoq; pro ascensione conclusionis probatæ, & sic argumentum est ratio dubiæ rei faciens fidem, quandoq; pro cognitione: vt Rom. 5. Iustitia Dei reuelatur ex fide in fidem: quandoque pro habitu fidei informis, vt Iac. 2. Fides sine operibus mortua est: quandoque pro habitu fidei formatæ: vt Rom. 1. Iustus ex fide viuit: quandoque pro actu fidei, vt d. Aug. tr. 40. in c. 8. Ioannis, non procul à fine: quandoq; pro obiecto fidei, vt habetur in simbolo Athanasij, hæc est fides catholica, quam nisi quisque firmiter, fideliterq; crediderit, saluus esse nō poterit. Et dicitur fides, eo ꝙ fiat, ꝙ dicitur, vt inquit Aug. ep. 9. ad Hier. & Cicero lib. 1. Officiorum sumpta in prima significatione.

2 Fidei diffinitiones variæ. Secundò, notandum, ꝙ fides variè diffinitur. D. enim Aug. Homil. 32. in principio d. quòd fides est gradus intelligendi, & intellectus meritū fidei, & de verbis Apost. serm. 29. in princ. d. ꝙ fides est credere, ꝙ nondum vides, merces videre quòd credis, vel donum Dei supernaturale, quo creduntur à Deo nobis reuelata certitudinaliter, quę firmat intellectum, vt non erret in credendis, cum eius obiectū sit veritas prima, vel Deus, non vt est in se, sed vt reuelans credenda, vt purgatoriū esse resurrectionē, &c. & vt oculus dirigit spem, & charitatem, docens quę speranda sint, & amanda ēt si sint supra humanam capacitatē. Vel vt d. Bas. serm. de fidei confessione, fides est assensus approbatus sine vlla hæsitatione, cum animi persuasione, de eorum veritate, quæ Dei munere sunt prædicata, nempe Dei donum & lumen quo illustratus homo firmiter assentitur atque adhæret ijs, quæ, vt credantur, diuinitus sunt reuelata, & ab ecclesia nobis proposita. Vel vt inquit Ap. Heb. 11. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium, i. mentis habitus, quo in nobis vita æterna, incipit, faciens intellectum non apparentibus cōsentire, vt explicat D. Th. inf. q. 4. art. 1. vbi dictam diffinitionē apostoli latè explicat: vt ibi dicetur, & Alen. 3. p. q. 78. membr. 1. dictam diffinitionem Apostoli declarat, & apertius D. Bonauen. 3. dist. 23. in expos. literæ. & D. Th. loco cit. Vel & benè, fides diffinitur ex varijs modis, prout variè consideratur, vt d. ibid. D. Bonau. si enim cōsideretur iuxta genus proprium, sic diffinitur ab Aug. loco cit. de verb. Ap. serm. 29. ꝙ est virtus, qua creduntur, quæ non vident: si consideretur, quò ad obiectū, & principium motiuum, sic diffinitur ab codē ep. ad Constantium, ꝙ est illuminatio mentis ad summam veritatem; si consideretur quò ad actum proprium, sic diffinitur à Damas. lib. 4. c. 11. ꝙ est inquisitus consensus circa primam veritatē; si consideretur in ordine ad habentem, sic diffinitur à Dion. de diuin. nom. c. 7. ꝙ est vnicum credentium fundamentū, eos collocans veritati; si consideretur, iuxta modum assentiendi, sic diffinitur ab Vgo lib. de sacram. in summa sent. de fide. c. 1. ꝙ est certitudo quædam supra opinionem de rebus absentibus, & infra scientiam constituta; si consideretur iuxta vltimum finem, sic eam diffinit Apo. Heb. 11. modo supra dicto.

Tertiò, notandum, ꝙ fides est duplex, vt inquit Damas. d. c. 11. ex auditu, & ex Spiritus sancti infusione: prima est humana, secūda diuina, licet modo humano accepta, alia est etiam fides charitate formata, alia informis, quæ est in peccatoribus fidelibus, de quo supra tract. de Ecclesia, Tomo 1. 3 Fides quo duplex.

Quartò, obseruandum, ꝙ in fide consideratur id quo creditur, & sic est virtus, & hæc est ipsa credulitas; secundò, id ꝙ creditur, de quo infra: tertiò, ipsa tendentia intellectus cum assensu volūtatis in rem creditam. 4 de Fide q̄d considerādum.

Quintò, notandum, ꝙ fides differt ab opinione, suspitione, & dubitatione, qa per hæc tria vltima intellectus non firmiter adhæret alicui, per dubitationem enim non magis in vnam, quàm in alteram tēdit partem, per opinionem licet fortiter decliner ad vnam partem, est tamen cum formidine de opposito, per suspitionem verò leuiter declinat ad vnā partem, at per fidem firmiter hęret credi- 5 Fides, vt differat ab opinione, suspitiōe, & dubitatione.

ditis sine hæsitatione: vt inquit D. Ant. 4. p. tit. 8. c. 2. §. 1. & Hæc fides est virtus Christianis summè necessaria, cum ædi
6 Fidei laudes. ficij Christiani sit fundamentum, sine fide enim impossibile est placere Deo. Heb. 11. & accedentem ad Deum oportet credere, & qui non credit condemnatus est. Ioan. 3. & fides bonorum omnium est fundamentum, & humanæ salutis initium, & nullæ sunt maiores diuitiæ, quàm fides catholica, quæ peccatores saluat, cæcos illuminat, infirmos curat, cathecumenos baptizat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, virgines, viduas, & coniugales casto pudore conseruat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat, regnis cœlestibus præparat, in æterna hęreditate cum sanctis Angelis communicat: vt inquit Aug. ser. 38. de temp. & serm. 1. de verb. Ap. c. 4. & est oculus quo Deus cernitur, sine qua nemo potest ad æternam beatitudinem peruenire: vt idem d. serm. 118. de tempo. fides enim Religionis catholicę lumen est animæ, ostium vitæ, lumen salutis æternæ, quicunque hac derelicta, velut pessimum ducem proprium sequitur intellectum, quicunque per sapientiæ suæ sensum, ad mysteriorum cœlestium se putat posse peruenire secretũ, sic facit quo modo si absq; fundamento ædificet domum, aut si prætermisso ostio velit introire per tectũ, vel si nocte sine lumine inferat gressum, & totum se clausis oculis vrgeat in profundum: vt inquit Euseb. Emiss. hom. 2. de simb. & Chris. ser. de fide, spe, & charitate, qui inquit fides est origo iustitię, sanctitatis caput, deuotionis principiũ, religionis fundamentum, nullus vnquam sine hac dominũ promeruit, nullus sine illa sublimitatis fastigium ascendit; & necessaria est ad intellectum dirigendum in supernaturalia, vt enim si oculo videatur in aqua existentem curuum esse, imaginatio eũ emendat, dicens sic videri, sed tamẽ rectum esse, & si imaginationi videatur cœlum in puteo visum paruum esse, ratio eam corrigit, dicens sic videri, sed vastum esse, & si rationi bonum apparens pro verò obijcitur intellectus eã emendare, sic si intellectui videatur resurrectionem non dari, fides eam emendat, quæ in diuino lumine, & testimonio fundatur, & firmat in vero diuino, qua fretus D. Petrus princeps apostolorum vna die tria millia hominũ baptizauit: vt d. Sabell. lib. 5. & S. Basilius orando impetrauit à Deo Ioseph Iudæo à medicis destituto vitæ prorogationem, qui si id contigisset, se ad Deum conuersum iri asseruerat: vt d. Marullus. lib. 2. & S. Bartholomæus hac eadem dæmonem gentibus responsa dantẽ, reddidit mutum, teste Sabell. lib. 5. & S. Augustinus in Britannia hominem cæcum lumini restituit, quo facto illam prouinciam Christo domino acquisiuit: vt d. Marul. lib. 2. & iterum B. Petrus Simonem magum precibus ad Deum factis, è cœlo cadere fecit, vt d. Marul. li. 2. & alij multi eadem fide miracula ingentia fecere. His ita notatis.

Prima sit propositio. Obiectum fidei est veritas, prima formale, scilicet materiale verò sunt alia de quibus sacræ literæ loquuntur, probatur ex Dion. c. 7. de diu. nom. d. fidem esse circa simplicẽ & semper existentem veritatem, quę est veritas prima, & ex August. ep. ad Constantium. 7 Fidei obiectũ est veritas prima, & qũo

Ratione probatur, nam cuiuslibet cognoscitiui habitus: obiecta duo habet, scilicet, id quod materialiter cognoscitur, quod est materiale obiectum, & id per quod cognoscitur, ꝙ est formalis ratio obiecti, vt in scientia geometriæ materialiter scita sunt cõclusiones: formalis verò ratio sciendi sunt media demonstrationis per quæ conclusiones cognoscuntur; si ergo consideretur formalis ratio fidei eius obiectum est veritas prima, quia fides de qua est sermo, non assentit alicui nisi ꝙ à Deo est reuelatum, vnde veritati diuinæ fides innititur, vt medio; si verò considerentur materialiter ea, quibus assentit, non solùm est Deus, sed alia multa quæ tamen sub assensu fidei non cadunt, nisi secundùm ꝙ habent aliquem ordinem ad Deum, prout, scilicet per aliquos diuinitatis effectus homo adiuuatur ad tendẽdũ ad diuinam fruitionẽ, ideò intellectus ex hac

hac parte obiectum fidei est veritas, prima quodammodo, quatenus nil cadit sub fide, nisi in ordine ad Deum, vt obiectum medicinæ est sanitas, nil enim medicina considerat nisi in ordine ad sanitatem.

Quod verò dicitur obiectum fidei esse veritatem primam intelligitur de Deo, scilicet Deum esse obiectum fidei sub ratione veritatis primæ, nam si consideretur veritas prima in essendo sub eadem ratione terminat fidem Deus in quantum Deus, & in quãtum verus, quia credendo Deum esse trinum & vnum, credimus Deum esse sicuti est, quod est credere verum, & credere Deum sub ratione Deitatis, & sic idẽ ponit Caietanus hic esse obiectum fidei Deum sub ratione Deitatis, & sub ratione veritatis primæ, simpliciter tamẽ obiectum fidei de quo homo credit est Deus sub ratione Dei, vt excedit naturalem cognitionẽ, quia est mediũ per quod scitur, fidelitas tñ Dei reuelantis est ratio formalis fidei specifica. Et sic Deus est primum fundamentum fidei, & sic totius veritatis supernaturalis, & etiam naturalis, Iac. 1. Quo verò ad modum credendi explicitè, secundùm legem ordinariam, vt in pluribus requiruntur exteriora motiua, quibus homines inducantur suauiter ad recipiendum de nouo fidem infusam, vel etiam ad distinctè credendum, quæ credenda sunt, vnde prædicatio Ioannis disposuit mentes hominũ, vt crederent in Iesum. Ioan. 1. & 4. & Philippus Act. 18. mittitur ad Eunuchum, vt eum doceret explicitam fidem Christi, & Petrus ad Cornelium. ibi. c. 13. & Paulus ad Lidiam. ibi. c. 15. vnde gentilis, qui nunquam habuit prædicatorem externum, vel testimonium circa doctrinam fidei excusatur à peccato infidelitatis. Io. 15. qui tamẽ tenetur cum primum venerit ad vsum rationis se conuertere in Deũ, quo actu recipit remissionẽ peccati originalis, vt inquit D. Th. 1. 2. q. 89. art. 6. Assensus tamen fidei nostræ non potest reduci ad fidem acquisitam, qua credimus ecclesiam esse veracem, vt in regulam vel rationem formalem credendi, cum fides humana non sit ita certa, vt diuina, quatenus tamẽ ecclesia regitur à Spiritu sancto, & est vnus articulus fidei credere sanctam ecclesiam, testimonium ecclesiæ est id ad quod tandem resoluitur fides nostra, quò ad distinctionem & explicationem credendorum, quod intelligitur de fide nostra, qui nõ accepimus immediatè à Deo reuelationem cum distinctione credendorum, sed solam infusam fidem cum lumine inclinãte, & determinante mentem hominis ad assentiendum his quæ ecclesia proponit, vt à Deo reuelatis, qui enim vos audit, me audit inquit Christus; nõ reducitur tñ ad authoritatẽ ecclesię simpliciter, quod ecclesia sit regula infallibilis proponendi, & explicandi veritates fidei, sed assensus hic reducitur ad testimonium Spiritus sancti inclinantis per lumẽ fidei ad hoc credibile, ecclesia non põt errare, aliàs idem per idem cõfirmaretur: vnde Act. 16. dicitur de Lidia eius cor motum à Deo, vt crederet Paulo, sic tamen vt ratio formalis credendi pẽdeat immediatè à Spiritu sancto: vt d. hic Bannes; & quod d. Aug. con. ep. Fundam. c. 5. euangelio non esse credendum, nisi ecclesia id dicat, intelligitur, quò ad disponẽda, & distinguenda credenda. Et ita obiectum fidei formale est veritas prima, id est Deus consideratus non solùm sub ratione Dei, sed etiam, vt verus, vel verum reuelans, & cum sit triplex obiectum, de quo scilicet sciẽtia cognoscit, quod dicitur etiam subiectum scientiæ, & mediũ per quod scitur, his modis veritas prima dicitur obiectum fidei, quia nõ solùm est ratio cur assentiatur rebus creditis, sed etiam est res ipsa, quæ creditur, licet enim credatur ecclesiæ authoritas, sacramẽta, humanitas Christi, creaturarum creatio, & huiusmodi, hæc tamen ordinantur ad Deum, & ob diuinam veritatem ijs assentimur: vt dicit hic Diuus Thomas ad primum.

8 Secunda propositio. Obiectum fidei est quoddam simplex ex parte rei creditæ, ex parte verò credentis est complexum per modum enunciabilis.

Fidei obiectũ, an sit aliquid simplex, vel non.

Ratione probatur, nam cognita sunt in cognoscente per modũ cognoscentis, modus verò proprius humani intellectus,

est v e

est vt componendo, & diuidendo cognoscat veritates. p.p.q.85. art.5. ideò ea quæ secundùm se sunt simplicia intellectus humanus cognoscit per quandam complexionem, sicut èconuerso intellectus diuinus incomplexè cognoscit ea quæ sunt secundùm se cōplexa, ex parte ergo rei creditæ obiectum fidei est aliquid incōplexum. s. res ipsa, de qua fides habet, ex parte credentis, est aliquid cōplexū per modū enunciabilis. Et sic obiectū fidei cum sit Deus, vel veritas prima, qui est simplicissimus, & pura essentia non est quid complexum, secus ex parte credētis, qui nō potest credere nisi per modū complexi enunciabilis, vt & intelligere nisi componendo, & diuidendo.

9 Tertia propositio. Fidei non pōt subesse falsum; probatur, nā obiectū fidei est veritas prima, vel Deus, vt verax, at Deus non pōt mentiri. Num.24. non est Deus, vt homo, vt mentiatur. Io.1. Deus verax est: & latè probaui To.I. tr. de sacra script. circa princ. & explicat Aug. lib. de mendacio ad Consentiū, in rebus fidei non esse locū mendacio. li.1. c.10. Adeò, vt etiā de potentia absoluta Deus non possit mentiri per se, vel per alium, vt dixi in d. tract. & erroneum sit asserere cōtrarium, vt probat hic Bannes, qui & optimè respondet argumentis scripturæ in contrarium extantibus.

Fidei non potest subesse falsū.

Ratione probatur, nā nil subest alicui potentiæ habitui, vel actui, nisi mediante ratione formali obiecti, vt color videri non potest nisi per lucem, & conclusio sciri non potest, nisi per medium demonstrationis, sed ratio formalis fidei est veritas prima, art.1. vnde nil potest cadere sub fide, nisi quatenus stat sub veritate prima, sub qua nullū falsum stare potest, sicut nec non ens sub ente, nec malum sub bonitate, vnde fidei nil potest subesse falsum. Ampliatur, vt nec fidei, prout in nobis est habitus infusus possit subesse falsum, ita vt ex libero arbitrio, vel ignorātia nō possimus vti habitu infuso ad falsum credendum, quia si fides esset principium assensus falsi, Deus esset causa falsitatis, quod est impossibile. Vnde fides nostra nō potest esse indirectè principiū, vel causa, vel concausa falsi assensus, quia sic Deus, qui est obiectum fidei esset principiū, vel causa falsi assensus. Nec ēt fides est principiū eliciriuum, nec per accidens falsi assensus, quia habitus fidei immediatè elicit suum assensum circa obiectū propriū, sed ille assensus non potest vnquam esse falsus, cum sit circa propriū obiectum fidei, ergo nec per accidens ipse habitus fidei elicit assensum falsi. Nec etiā fides vnquā est causa alicuius falsi assensus per accidens, cū Deus non sit causa peccati per accidens, licet sit causa peccati quantū ad substantiam peccati, vel substratum peccati; & hoc modo cū Deus sit causa illius assensus, quò ad substratum, vel substantiā actus, non est inconueniens attribuere fidei, quod sit concausa assensus falsi, quò ad substātiam actus, vel illius substratum, cū præmissa falsa quò ad substantiam actus, sed quò ad substantiam assensus, sola præmissa falsa habet rationem causæ.

Quarta propositio. Obiectū fidei non potest esse aliquid visum; probatur ex Ap. d. Fidem esse argumentum non apparentium. & ex Basil. in Psal.115. hom. 29. d. Fidei principia esse indemonstrabilia, sed credēda, vt & si principia Geometriæ, vel Arithmeticæ non credātur, impossibile est quod sequatur conclusio. & ex Aug. de ciuit. lib.11. c.3. d. ea quæ sunt fidei remota esse à sensibus nostris interioribus, & exterioribus, & ideò in his testimonium aliud, scilicet Dei reuelantis, quiq; mentiri non potest, requirendum, & ex Ambr. libro 4. super Lucæ d. non interfuimus cum ex patre Dei filius nasceretur, sed interfuimus cum à patre Dei filius diceretur, si Deo non credimus, cui credimus? 10

Fidei obiectū an sit aliquid visum.

Ratione probatur, nam Fides importat assensum intellectus ad id quod creditur, intellectus verò assentit alicui dupliciter: Primò, quia ad id mouetur ab ipso obiecto, quod est vel per se cognitum, vt patet in primis principijs, quorum est intellectus, vel est per aliud cognitum, vt patet de cōclusionibus, quorum est scientia. Secundò, intellectus assentit alicui non quia sufficienter moueatur ab obiecto proprio, sed per quādam

dam electionem inclinās in vnam partem magis, quàm in aliam, & si id sit cum dubitatione alterius partis erit opinio: si verò sit cum certitudine sine tali formidine, erit fides, illa verò videri dicuntur q̄ per seipsa mouēt intellectum nostrū ad cognitionē, vel sensum: vnde nec opinio, nec fides potest esse de visis, vel secundùm sensum, vel secūdùm intellectū. Vnde nō visum intrinsecè pertinet ad rōnem formalem obiecti fidei, quia veritas prima, vt subest tali reuelationi, est formalis ratio obiecti fidei, igitur talis reuelatio est ratio formalis, sub qua veritas prima attingitur à fide, sed de rōne talis reuelationis est obscuritas, vel non visio, cū talis reuelatio requirat piam voluntatis affectionē, ergo intrinsecum est rationi formali sub qua creditur obiectū fidei, q sit obscura, & de re non visa: & sic ēt non visum pertinet ad rōnem formalem & specificā fidei, ex parte rerū credibiliū, ex parte verò nostri simpliciter loquendo ratio formalis positiua, sed cōpletiua obiecti fidei non est, non visum: vt d. Caiet. hic, prout refert Bannes. Præter aūt necessitatem, q̄ ad fidem requiritur, q eius obiectum sit non visum, requiritur ēt ex parte nostri necessariò motio volūtatis nostræ, vt intellectus per fidē Christianam rebus credendo assentiat, probatur Rom. 10. corde creditur ad iustitiam. Ex Conc. Arausic. c. 5. & Tolet. IIII. c. 55. & Tr. sess. 6. c. 6. vbi hr̄ homines ad iustitiā moueri dum excitati diuina gratia, fidē ex auditu cōcipientes liberè mouentur in Deum, & probat Aug. tr. 26. super Io. c. 6. d. credere non pōt homo nisi volēs. & lib. 1. con. duas ep. Pelag. c. 19. & li. 1. ad Simplic. q. 2. & ep. 105. Ad fidem etiā acquisitā requiritur per se loquēdo motio voluntatis. Ad prudenter ēt credendum siue fidem acquisitā, siue diuinam non sufficit sola motio volūtatis, sed requiritur aliqua persuasio ex parte intellectus, siue intus fiat per diuinā inspirationem, vel ab extrinseco proueniat ex argumentis humanis, vel diuinis miraculis. Eccles. 19. qui citò credit leuis est corde. Ad credendum ēt, vel assentiendum quomodocunq; requiritur ex parte intellectus aliqua persuasio, vel rationabilis, vel apparens. Illa tñ quæ sunt fidei Christianæ sunt euidenter credibilia, nam argumētis valdè probabilibus persuadentur, & confirmat Aug. ep. 112. c. 3. & 4. d. si scire dicimur ea quæ idoneis testibus didicimus, magis ea quæ sunt fidei, quæ innititur diuino testimonio: vt d. etiam Basil. in Ps. 115. hom. 29. Argumenta verò veritatis fidei sunt, nā quod tot ante seculis est prædictum, nō potest esse falsum, at res fidei sunt huiusmodi. Rom. 1. ergo, & Is. 41. & Greg. hom. 6. in Ezech. d. signum veritatis Euangelicę esse, q continetur in oraculis prophetarum, & idem Aug. lib. 4. ciuit. c. 34. secundum argumentū sumitur ex miraculis factis in confirmationem Euangelicæ veritatis, de quo Aug. lib. 22. ciu. c. 5. tertium, ex subuersione sinagogæ, de quo Chris. orationib. quinq; contra Iudęos. quartum, ex subuersione idolatriæ, de quo Leo ser. 8. de passione dñi. quintum, ex stabilitate apostolicæ sedis. Ier. c. 33. & dictum est supra tr. de Rom. Pont. sextum, ex conuersione principum, & regnorum potentium, ac Philosophorum ad fidem Christi. septimum, ex concordia Doctorū Ecclesiæ, de quo Aug. lib. 8. ciu. & lib. 18. c. 41. octauum, nam Christiana fides tradit cognitionē rerum diuinarū mores reformat omni vitio expulso, & demum confert virtutē operandi ad executionem vltimi finis: vt dicit hic latè Bannes.

Quinta propositio. Ea quæ sunt fidei non possunt esse scita per scientiam; probatur ex Greg. hom. 26. in Euang. II

Fidei quæ sunt à possint esse scita p scientiam.

Ratione probatur, nam omnis scientia habetur per aliqua principia per se nota, & sic visa, ideò oportet ea q̄ sunt scita esse aliquo modo visa, sed idem ab eodem non potest esse scitum, & creditum, art. præc. potest tñ contingere, vt id q est scitum, vel visum ab vno, sit creditū ab alio, quæ enim de Trinitate credimus, nos visuros speramus. 1. Cor. 13. videmus nunc in speculo, quam visionem Angeli habent, potest etiam contingere, quod id q est scitum, vel visum ab vno, etiam in statu viæ sit creditum ab alio, qui id demōstratiuè non scit: quod

tamen

tamen cōiter proponitur omnibus credendum & est non scitum, & ista sunt q̄ simpliciter subsunt fidei, ideò fides, & scientia non sunt de eodem. Vnde hæreticum esset asserere, necessarium esse ad assentiendum ijs quę sunt fidei, vt prius cognoscantur per scientiā, quæ resoluit conclusiones in principia euidentia lumine naturali, vt dixi in proœmio Tomi I. & tr. de sacra scriptura; & probat Eccl. 3. altiora te ne quæsieris, & infra; plurima enim supra sensum hominum ostēsa sunt tibi. & Matt. 11. quia hęc abscondisti à sapientibus, &c. & Hebr. 11. Fides dicitur argumentum nō apparentium. Ex Patribus Bas. lib. 2. cōtra Eun. prope fin. Aug. lib. de vtilit. cred. & ep. 56. & Greg. hom. 26. in c. 20. Ioan. Error est etiam in fide dicere ea quę per se cadunt sub fide, posse ostendi euidenti naturaliq; ratione ex prædictis. Nec etiā in his, quæ per se non cadunt sub fide, sunt tamen fidei, vt Deum esse, potest esse simul scientia, & fides, quia fides non habet meritū, vbi humana ratio præbet experimentum: vt d. Greg. loco cit. probabile tñ est q̄ fides, & Theologia possint esse in eodem subiecto, de eadem veritate, probatur, nam antequam in Concil. VI. Constantinopolit. diffiniretur in Christo esse duas voluntates, erat conclusio Theologica Christum hr̄e duas voluntates, diuinam, & humanam: vt d. hic Caiet. & Bannes. & D. Th. hic in respons. ad tertiū. Quod verò ea q̄ simpliciter sub fide cadunt non sint visa: probatur, quia apparentia non habet fidē, sed agnitionem, ea ergo quæ habent fidem agnitionem nō habent, sed ea quæ sunt scita agnitionem habent, ergo de his, quæ sunt scita non potest esse fides, potest tamen contingere, vt id q̄ est visum, vel scitum ab vno homine, etiā hic ab alio sit creditum, qui hoc non videt. Et licet à Philosophis probetur Deum esse id tamen procedit, vt talia inter credenda numerentur, non quia de hoc sit fides apud omnes, sed quia præexigitur ad ea quæ sunt fidei, & oportet ia p̄ fidem saltem pręsupponi ab ijs qui eius demonstrationē nō habent: vt d. D. Th. ibi ad tertiū. D. Bon. 3. dist. 24. ar. 2. q. 3.

Sexta propositio. Credibilia sunt per certos articulos distinguenda, q̄ in simbolo, vel collatione apostolorum continetur; probatur ex simbolo Niceno, & Apostolorum, vt testatur. & Clem. ep. 2. ad Iacobum fratrem dñi. Ambr. ep. 81. ad Siricium Papam. Aug. serm. 181. de tempo. Ruffinus expositione in simbolū Apostolorum. Iren. lib. 3. cap. 4. Hier. ad Pammachium. Leo ser. 11. de passione domini. & ep. 13. ad Pulcheriā Augustā. 12

Fidei credibilia per certos articulos sunt distinguēda.

Ratione probatur, nam articuli nomen significat quandam coaptationē aliquarum partium distinctarum, ideò particulæ corporis sibi ipsi coaptatæ dicuntur membrorum articuli, sic in grāmatica Græca articuli dicuntur quædā partes orationis coaptatæ alijs dictionibus ad exprimendum eorum genus, numerum, vel casum. Vnde & credibilia fide a per articulos distinguuntur, quatenus in quasdam partes diuidūtur habentes aliquam coaptationē ad inuicem, obiectum verò fidei est quid non visum circa diuina, ideò vbi occurrit aliquid speciali ratione non visum, ibi est specialis articulus, vbi verò multa secūdùm eādem rationem sunt cognita, vel non, ibi non sunt articuli distinguendi, vt aliam difficultatem habet ad credendum, q̄ Deus sit passus, mortuus, & aliā quòd mortuus resurrexerit, ideò distinguitur articulus passionis ab articulo resurrectionis, sed q̄ sit passus, mortuus, sepultus, vnam & eandem habent difficultatem, vno enim suscepto alia nō est difficile percipi, ideò ad eundem articulum pertinent.

Septima propositio. Articuli fidei per successionem temporum creuerunt non quò ad eorum substātiam, secus quò ad eorum numerum, & explicationē; probatur ex Greg. homil. 26. in Ezech. post medium, d. quòd scientia sanctorum Patrum creuit secundùm temporum incrementa. 13

Fidei articuli an p̄ tempora creuerint.

Ratione prabatur, nam ita se habent articuli Fidei, vt principia per se nota in doctrina, quæ per naturalem rationem habetur, in quibus principijs ordo quidam inuenitur, vt quædam in alijs contineantur, vt omnia principia redu-

euntur ad hoc, vt primū, impossibile est simul affirmare idem & negare. 4. Metaph. sic omnes articuli implicitè continentur i aliquibus primis credibilibus, vt credatur Deum esse, & prouidētiam habere circa hominū salutem. Heb. 11. accedentem ad Deū oportet credere, nā in esse diuino continentur oīa, quæ credimus in Deo æternaliter existere, in quibus nostra beatitudo existit. In fide verò prouidentiæ continentur oīa quæ temporaliter à Deo dispensantur ad hominum salutem, quæ sunt via in beatitudinem, & hoc modo aliorum articulorum sequentiū quidam cōtinentur in alijs, vt in fide redemptionis humanæ implicitè continentur incarnatio Christi, eius passio, & oīa huiusmodi; & sic quò ad substantiā articulorum non est factum augmentū per temporū successionem, quia q posteriores crediderunt continebant in fide pcedentium Patrū, sed implicitè, sed quò ad explicationē creuit eorum numerus articulorū, quia qdam à posterioribus sunt explicitè cognita, & non à prioribus, sed implicitè. Exo 6. nomen meū Adonai, non indicaui eis, & Dauid & super senes intellexi. d. Ephe. 3. Vnde error in fide est dicere, quòd post Apostolorum tempora Ecclesia plura credat de pertinentibus ad fidem, vel explicatius, quàm Apostoli crediderint; probatur, nā Spiritus sanctus docuit Apostolos omnem veritatem. Io. 14. 16. & Io. 15. vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Luc. vlt. aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas: & hanc plenitudinem cognitionis acceperunt in die Pentecostes: vt d. hic Bānes: quo tñ ad scientiam Scolasticæ Theologiæ, quæ humana diligentia comparatur nil obstat, quin multa à posterioribus doctoribus vlterius, & subtilius quàm ante sint pertractata. Articuli tñ fidei quò ad eorum explicationem per tempora creuerūt, vt in tr. de Ro. Pont.

14 Fidei articuli cōuenienter enumerantur.

Octaua propositio. Articuli fidei conuenienter enumerantur; probatur in c. qui episcopus. 13. dist. & authoritate Patrum citatorū in præced. sexta proposit. & ex Aug. de temp. ser. 124. de passione domini. serm. 2. & serm. 115. de temp.

Ratione probatur, ea enim pertinent ad fidem, quorum visione in patria fruemur, & per quæ ducimur ad vitam æternam, duo verò ibi nobis videnda sunt, scilicet occultum diuinitatis cuius visio nos beatos facit, & mysterium humanitatis Christi per quod in illam gloriā assumimur. Rom. 5. Io. 7. hæc est vita æterna. Ideò prima distinctio credibiliū est quod quædam pertineant ad maiestatem diuinitatis, quædam ad mysterium humanitatis Christi, quod est pietatis sacramentum. 1. Tim. 4. circa primum. Tria nobis credenda proponuntur primò, veritas diuinitatis, ad quod pertinet primus articulus: secundò, Trinitas personarum, & de hoc tres sunt articuli, secundùm tres personas: tertiò, proponunt nobis opera diuinitatis propria, quorum primum pertinet ad esse naturæ, & sic ꝓponit articulus creationis: scdm pertinet ad esse gratiæ, & sic proponūtur nobis sub vno articulo oīa pertinentia ad sanctificationē humanā: tertiū pertinet ad esse gloriæ, & sic proponitur nobis alius articulus de resurrectione carnis, & vita æterna, & sic sunt septē articuli ad diuinitatē pertinētes: similiter circa humanitatēChristi ponūtur articuli septem: primus de cōceptione Christi: secundus de natiuitate eius ex virgine: tertius, de passione, morte, & sepultura: quartus, de descensu ad inferos: quintus, de resurrectione: sextus, de ascensione: septimus, de aduētu ad iudicium; & sic sunt quatuordecim; quidā verò ponunt sex pertinentes ad diuinitatē, sex ad humanitatē, quia tres articulos personarū cōprehēdunt sub vno, qa est eadē cognitio triū personarū, articulos de resurrectiōe, & gloria distinguūt in duos: similiter articulū cōceptionis, & natiuitatis cōiungunt in vnū. Notandū aūt, ꝙ veritates in simbolo cōtētæ, vt ꝙ Deus est vnus, ops, super oīa colēdus, & prouisor oīum, & hmōi si cōsiderent vt Deus est author naturæ, potuere cognosci lumine naturali, & ab aliquibus Philosophis fuere cognitæ, secus si considerētur, vt Deus est author gratiæ, quæ sic per solam fidem cognosci potuere.

15 Fidei articuli cõuenienter in simbolo ponũtur.

Nona propositio. Articuli fidei cõuenienter in simbolo ponuntur, probatur ex authoritate ecclesiæ posita in simbolo Apostolorũ, ꝙ ab Apostolis certo est conditum, teste Cipr. in expos. simboli. & Amb. ser. 38. de ieiunijs, & Quadrag. & Clem. ep. 1. ad Iacobum fratrem dñi. & Aug. ser. 113. & 115. de temp. Leo ep. 13. ad pulch. Aug. Tur. Cr. lib. 1. summę c. 19. & licet non sit certũ, ꝙ singuli Apostoli suas ibi posuerint sententias, id tñ est probabile ex Leone, & Clemente, & Augustino alleg. & Ambr. & D. Th. 3. dist. 25. q. 1. art. 2. Et in simbolo Niceno, quòd est secũdum simbolũ, & explicatur in sinodo Ephesina, & in simbolo Athanasij, ꝙ est tertium simbolum.

Ratione probatur, nã accedentem ad Deum oportet credere. Heb. 11. credere verò quis non potest nisi veritas credenda ei proponatur, ideò oportuit fidei veritatem in vnũ colligi, vt facilius posset oĩbus proponi, ne quis per ignorantiam fidei à veritate deficeret, & ab hmõi sententiarum fidei collectione nomen simboli acceptũ est. Prętereà necessariũ fuit hos articulos poni in simbolo, qa oportet populũ Christianũ corde, & ore fidẽ confiteri, sed quia vulgus nõ potest vniuersa, q̃ in sacris literis cõtinentur intelligere, nec intellecta memoria tenere, ideò ecclesia proponit vniuersis fidelib. inter quos multi sunt paruuli hanc breuem summã, vt ea tanquã lacte nutriantur, per lectoribus proponẽs multa alia quæ sacris literis continentur, vt d. Aug. de fide, & simb. c. 1. ꝙ simbolum ab Ambro. d. ser. 38. de ieiun. dicitur clanculũ nostræ fidei, & dr̃ simbolum iudicium, & collatio, quia detur Christianis in signum fidelitatis Christianæ, vel ꝙ simbolum est cõplexio fidei Christianæ: vt d. Aug. ser. 115. de temp. & serm. 119.

16 Simboli ordinatio ad Papam ptinet, & qõnes fidei diffinire, generale siuodũ cõuocare, & confirmare.

Decima propositio. Ad summũ Pontificem pertinet simbolum ordinare, & qõnes fidei diffinire, & Conciliũ generale conuocare, & confirmare, probatur in c. oppressus. 2. q. 6. & Luc. 22. & tu aliquando cõuersus cõfirma fratres tuos.

Ratione probatur, nam noua editio simboli est necessaria ad vitandum insurgentes errores, ad eius ergo authoritatem pertinet editio simboli ad quem pertinet finaliter decernere ea quę sunt fidei, vt ab omnibus fideliter teneãtur, ꝙ pertinet ad summum Pontificem, ad quem maiores ẽt & difficiliores ecclesiæ quæstiones referuntur. c. oppressus. 2. q. 6. & Luc. 22. & tu confirma fratres tuos; ratio nam vna debet esse fides totius ecclesiæ. 1. Corin. 1. idipsum dicatis omnes, ꝙ seruari nõ potest nisi quæstio fidei de fide exorta, determinetur per eum qui toti ecclesiæ præest, vt sic eius sententia, à tota ecclesia firmiter teneatur. Ideò ad solam authoritatem summi Pontificis pertinet noua editio simboli, vt & omnia quæ pertinent ad totã Ecclesiam, vt congregare sinodum generale, & huiusmodi. Et quia hic cadit materia de authoritate Ecclesiæ, Papæ, & Concilij, & aliàs id tractaui satis copiosè supra Tomo I. tract. de sacra de scriptura, & tract. de Ecclesia, & tract. de Concilijs, & tr. de summo Pontifice, & idem latius explicatur infra parte quarta huius tertij Tomi, sub tract. de statu Romani Pontificis, ideò ad tradita in illis locis me remitto.

SVMMARIVM.

1 Credere est cum assensione cogitare, & quomodo.
2 Fidei actus sunt credere Deo, Deũ, & in Deum.
3 Credere aliquid supra rationem, est ad salutem necessarium.
4 Credere per modum fidei ea q̃ naturali ratione possunt probari, est necessarium.
5 Fidei quæ homo credere tenentur explicitè, & quæ implicitè.
6 Credendorum fidem magis explicitam, & scientiam tenentur ij qui alios instruere habent.
7 Christi incarnationis mysterium, qualiter secundùm diuersa tempora oportuerit credere.
8 Credere mysterium Trinitatis, qui olim tenerentur, & qui nunc.
9 Credere an sit meritorium.
10 Fidei meritum an minuatur, quando ratio inducitiua se habet ad hominis voluntatem.

De actu Fidei interiori. Cap. II.

D.Tho.2.2.q.2.

1 Credere ē cū aſſēſio ne cogitare,& qūo.

PRima propoſitio. Credere eſt cum aſſenſione cogitare; probatur ex Aug. lib.de prædeſt. ſanct.cap.2.ante medium, vbi credere ſic diffinit.

Ratione probatur, nam credere tripliciter capitur: primò, cõmuniter pro qualibet naturali cõſideratione intellectus; ſecundò, pro conſideratione intellectus cū aliqua inquiſitione, & ſic magis propriè antequā perueniatur ad perfectionem intellectus per certitudinem viſionis, & ſic Dei filius non cogitatio, ſed verbum dr̃; cum nō habeat quid q̄d poſſit eſſe informe; tertio modo cogitare ſumitur pro actu virtutis cogitatiuæ; ſi ſumatur primo modo, hoc quod dicit cum aſſenſione cogitare nō dicit totam rationē eius, q̄ eſt credere, hoc enim modo etiam qui cõſiderat quæ ſcit, vel intelligit, cum aſſenſione cogitat; ſi ſumatur ſecūdo modo, ſic in hoc intelligitur ſola ratio huius actus, q̄ eſt credere, q̄a actuum pertinētium ad intellectū quidam habent firmā adhæſionem ſine tali cogitatione, vt cum quis cõſiderat ea q̄ ſcit, quia hõmi cõſideratio iā eſt formata, quidā verò intellectus actus hñt informem cognitionē ſine firma adhæſionē, vel in neutrā partē inclinatione, vt accidit dubitāti, ſed actus iſte, qui eſt credere habet firmā adhæſionē ad vnā partē, in quo conuenit cū ſciēte, & intelligente, & tñ eius cognitio non eſt perfecta per maximā viſionē in quo cõuenit cū opinante, vel ſuſpectante, & ſic propriū eſt credentis, vt cū aſſenſu cogitet, & hic actus credendi diſtinguitur ab omnibus actibus intellectus qui ſunt circa verum, vel falſum. Notandum aūt, q̄ licet nomen aſſenſionis cõmuniter accipiatur pro quolibet iudicio intellectus, ſiue opinionis humanæ, ſiue ſcientiæ, ſiue fidei, tñ hic accipitur pro iudicio intellectus conſtanti & firmo, vt ſic differat actus credendi ab actu opinantis & ſuſpicantis, vt & in principio eſt dictū, & firmitas huius aſſenſus innititur authoritati diuinæ reuelanti, cui nullo modo poteſt falſum ſubeſſe.

2 Fidei act° ſunt credere Deo, Deum, in Deum.

Secunda propoſitio. Actus fidei conuenienter diſtinguitur hoc modo, credere Deo, credere Deū, & credere in Deū probatur ex Aug. tr.29. à medio. in Ioānem. & ſer.61.de verb. domini, qui hāc diſtinctionem ponit.

Ratione probatur, nam actus habitus potentiæ accipitur ſecundùm ordinem ad ſuum obiectum; Fidei verò obiectū cõſideratur tripliciter, quia cū credere ad intellectū pertineat, prout eſt motus in voluntate ad aſſentiendū art.præc.ad tertiū. poteſt obiectum fidei accipi, vel ex parte intellectus, vel voluntatis intellectum mouentis, ſi ex parte intellectus in obiecto fidei duo poſſunt cõſiderari, vt ſupra q.1.art.1.quorum vnū eſt materiale obiectum fidei, & ſic ponitur actus fidei credere Deo, quia nil nobis proponitur credendū, niſi prout ad Deū pertinet, d. ar.1.aliud verò eſt formalis ratio obiecti, q̄ eſt vt medium ob quem hmõi credibili aſſentitur, & ſic proponitur actus fidei credere Deū, quia formale obiectū fidei, eſt veritas prima, cui hæret homo, vt ob id aſſentiat creditis, d. art.1. ſi verò conſideretur tertio modo ſecundùm quod intellectus eſt motus à volūtate, ſic ponitur actus fidei credere in Deum, quia veritas prima ad voluntatē refertur, prout habet rationem finis.

Notandum aūt, q̄ ēt peccatores fideles iure credūt in Deum, nā per peccatum mortale non amittitur fides, licet amittatur gratia: vt diffinitur in Trid. Conc. ſeſſ.6.c.15.& can.27. Præterea fides informis, & formata ſunt eiuſdē ſpeciei, ſed fides formata habet intrinſecū ordinem ad voluntatem, ergo & informis, quia peccatores mouentur ex voluntate ad obiectum creditum.

3 Credere aliquid ſupra rõnē eſt ad ſalutem neceſſariam.

Tertia propoſitio. Credere aliquid ſupra rationem naturalē neceſſariū eſt ad ſalutē; probatur Hebr.11. d. ſine fide eſt impoſſibile placere Deo. & ex Aug. de temp. ſer.55. Dñica in quinquageſima ſer.1. d. fidem catholicā Chriſtiano eſſe neceſſariā, quia in ipſa diſtinguntur filij Dei à filijs diaboli, &c. & ſer.38.de temp.& ſer.de verb. Apo. c.4. Leone ſer. 4.in ſolenn. Nat. Dñi. vbi d. ſine fide nil eſſe ſanctum, nil caſtum, nil viuum.

Ratione

Ratione probatur, nam in omnibus ordinatis naturis ad perfectionem naturæ inferioris duo requiruntur, vnum ꝙ est secundùm proprium motum, aliud ꝙ est secundùm motum superioris naturę, vt aqua motu superioris mouetur ad centrum secundùm motum proprium mouetur circa centrum per fluxum, & refluxum, orbes planetarum secundùm propriũ orbem mouentur ab occidẽte in orientem; motu primi orbis èconuerso, sola verò natura rationalis creata habet immediatum ordinem ad Deum, quia aliæ creaturę non attingunt ad aliquid vniuersale, sed solùm particulare participantes diuinam bonitatem, vel in essendo tantum, vt inanimata, vel in viuendo, & cognoscẽdo singularia, vt plãtæ, & animalia; natura verò rationalis, quatenus cognoscit vniuersalẽ boni entisq; rationem, habet immediatum ordinem ad vniuersale essendi principiũ, & sic eius perfectio ei conuenit, non solùm secundùm propriam naturam, sed secundùm ꝙ ei tribuitur ex quadam supernaturali perfectione diuinæ bonitatis, sed vltima beatitudo hominis consistit in quadã supernaturali visione Dei, ad quam perueniri non potest, nisi per modum discentis à Deo Doctore, cuius disciplinæ homo fit particeps, non statim, sed successiuè.

4 Quarta propositio. Credere ea quæ ratione naturali probari possunt per modum fidei est necessarium; probatur, nam oportet credere Deum esse vnum, & incorporeum, quæ naturali ratione à Philosophis probantur.

Credere p modũ fidei ea quę naturali rõne pñt probari, est necessarium.

Ratione probatur, primò, vt homo ad veritatẽ diuinæ cognitionis citius perueniat; quia scientia ad quam pertinet probare Deum esse, & hmõi, de Deo discitur pręsuppositis multis alijs sciẽtijs, & sic non post multum tempus vitæ homo ad Dei cognitionem peruenit. Secundò, vt cognitio Dei sit cõmunior, qa multi in scientia proficere non possunt vel ob hæbetudinẽ ingenij, vel ob alias occupationes, vel fugam laboris, qui à cognitione Dei fraudarẽtur, nisi diuina eis proponerentur per modũ fidei. Tertiò, ob certitudinẽ, quia ratio humana in rebus diuinis est nimis deficiẽs: vnde Philosophi circa hæc in multis errarũt; vt esset ergo certa cognitio apud homines de Deo, oportuit ꝙ diuina eis per modum fidei traderentur, quasi à Deo dicta, qui non mẽtitur; pro intelligentia autem huius propositionis videatur tradita supra cap. præced. quinta prop.

Quinta propositio. Homo tenetur aliqua explicitè credere, quò ad fidei articulos, quò ad alia in sacris literis cõtenta sufficit fides implicita; probatur Heb. 11. accedentem ad Deum oportet credere, quia ipse est, & ꝙ inquirẽtibus se remunerator sit. & ex Aug. de quant. animæ. c. 3. d. non solùm credere, sed & intelligere fidelium esse. 5

Fidei quæ hõ credere teneac explicitè, & quæ implicitè.

Ratione probatur, nam præcepta legis quæ homo tenetur implere dantur de actibus virtutum, qui sunt via perueniendi ad salutem, actus verò virtutis sumitur secundùm habitudinẽ habitus ad obiectum. 1. 2. q. 60. art. 5. Fidei verò obiectum per se est id per quod homo beatus efficitur. s. veritas prima, vel occultũ diuinitatis. q. 1. art. 8. per accidens, vel secundò se habent ad obiectum virtutis omnia quæ in sacra scriptura diuinitus tradita continentur, vt quòd Abraham habuit duos filios, & huiusmodi, quò ad prima credibilia, quę sunt articuli fidei tenetur homo explicitè, credere, vt & tenetur habere fidem, quò ad secũdum nõ tenetur explicitè credere, sed solùm implicitè, vel in præparatione animi, quatenus est paratus credere, quod sancta scriptura continet, & explicitè id credere tenetur quãdo id scit in doctrina fidei contineri.

Sexta propositio. Qui alios instruere habent plenam de credendis fidem, & scientiam habere debent magis quàm alijs probatur ex Greg. lib. 2. Mor. c. 35. dicente, ꝙ minores debent in credendo cohærere maioribus. 6

Credẽdorũ fidẽ magis explicitã, & scientiã hñe tenẽtur ij q alios instruere habeat.

Ratione probatur, nã explicatio credẽdorum est per reuelationem diuinã, quia credibilia naturalem rationẽ excedunt, reuelatio verò diuina ordine quodam ad inferiores p superiores deuenit, vt ad homines per Angelos, ad Angelos inferiores p superiores; secundũ Dion.

de cœl. hier. c. 4. ideò ſic etiam oportet, quòd explicatio fidei perueniat ad inferiores homines per ſuperiores, ideò ſicut ſuperiores Angeli, qui inferiores illuminant habent pleniorem notitiã de rebus diuinis, q̃ manifeſtiores eis ſunt ſecundùm Dion. ita etiam maiores homines ad quos pertinet ad alios erudire tenentur habere maiorem notitiam de credendis, & magis explicitè credere. Vnde ex Conc. Tr. prouiſi de beneficijs, curam animarum habentibus tenentur intra duos menſes à die poſſeſſionis beneficij adeptæ in manibus epiſcopi, vel eius vicarij generalis, eo impedito, publicam fidei profeſſionem facere, & etiã prouiſi de canonicatibus, & dignitatib. in eccleſia Cathedrali idem facere tenentur coram ep̃o, & capitulo, aliter p̃dicti fructus non faciunt ſuos. ſeſſ. 24. c. 12. quam emittere etiam debent qui ſinodis prouincialibus intereſſe debẽt, in eodem Concil. ſeſſ. 25. c. cogit. quam profiteri etiam tenentur qui admitti volunt ad ſuſcipienda inſignia doctoratus in ſacra Theologia, canonibus, legibus, vel artibus, vel qui aliquam artem, & facultatem profiteri volunt, vel legere & artes tantum liberales publicè, vel priuatim. ex Bulla 101. Pij IIII. incip. In ſacroſancta. vbi & traditur formula eiuſdem fidei profitendæ.

7 Christi incarnationis myſteriũ, qualiter ſecũdùm diuerſa tẽpora oportuit credere.

Septima propoſitio. Myſterium incarnationis Chriſti oportuit de neceſſitate ſalutis apud omnes omni tempore eſſe creditum aliqualiter, id tamen ſecundùm temporum, & perſonarum diuerſitatem, diuersè fiebat, nec ſemper æqualiter; probatur ex Aug. lib. de correp. & gratia. & habetur epiſt. 117. poſt principium. vbi dicit: Nullum ſaluari ſine fide mediatoris.

Ratione probatur, nã id propriè per ſe pertinet ad obiectũ fidei, per quod homo beatitudinem conſequitur, via verò veniendi ad id hominibus, eſt myſteriũ incarnationis, & paſſionis Chriſti, ideò huiuſmodi myſterium aliqualiter oportuit eſſe creditũ apud omnes omni tempore, diuersè tamen ſecundùm diuerſitatem temporum, & perſonarum, nam in ſtatu integro homo habebat explicitè fidem de huiuſmodi myſterio ſecundùm quòd ordinabatur ad conſummationem gloriæ, non autem ſecundùm q̃ ordinabatur ad liberationem à peccato per paſſionem, & reſurrectionem, quia homo non fuit præſcius peccati futuri; videtur verò fuiſſe præſcius incarnationis Chriſti, cum dixit: propter hoc relinquet homo patrem, &c. Gen. 2. quòd ſecundùm Apoſt. ſacramentum eſt magnum, in Chriſto & Eccleſia. Epheſ. 5. quod ſacrũ non eſt credendum primum hominem ignoraſſe, poſt peccatũ verò huiuſmodi myſterium fuit explicitè creditum non ſolùm quò ad incarnationem, ſed etiam quò ad paſſionem, & reſurrectionem, quibus à peccato fit liberatio, aliter non figuraſſent Chriſti paſſionem ante legem, & ſub lege quibuſdam ſacrificijs, quorum ſacrificiorũ ſignificatum maiores explicitè cognoſcebant; minores verò ſub ratione velamenti credentes ea eſſe diuinitus diſpoſita, de Chriſto venturo habebant veluti velatam cognitionem, poſt tempus verò gratiæ reuelatæ maiores, & minores tenentur habere explicitã fidem de myſterijs Chriſti, maximè quò ad ea q̃ in eccleſia publicè proponuntur, vt ſunt articuli incarnationis, de quibus q. 1. art. 8. ſubtiles verò cõſiderationes circa incarnationis articulos tenent̃ aliqui magis, vel minus explicitè credere, ſecundùm q̃ conuenit eorum ſtatui, & officio.

8 Credere myſteriũ trinitatis explicitè, qui olim tenerentur & q̃ nũc.

Octaua propoſitio. Credere ante Chriſtum explicitè myſteriũ Trinitatis, maiores tantum; poſt verò omnes tenẽtur.

Ratione probatur, nã myſteriũ incarnationis Chriſti explicitè credi non põt ſine fide Trinitatis, quia ĩ hoc myſterio cõtinetur, q̃ filius Dei carnẽ aſſumpſit, q̃ per gratiã ſancti Spiritus mundũ renouarit, & inde q̃ de Spiritu ſancto conceptus ſit, ideò eo modo quo myſteriũ incarnationis Chriſti ante Chriſtũ fuit explicitè creditũ à maioribus: implicitè verò, & vt velatũ à minoribus, ſic myſterium Trinitatis, ideò poſt tẽpus gratiæ diuulgatæ oẽs tenentur ad explicitè credendum myſteriũ Trinitatis, q̃ renati in Chriſto cõſequunt̃ per inuocationẽ Trinitatis. Mat. vlt. Euntes baptizantes & c.

Vt

Vt ergo sciatur an actus fidei explicitus sit de necessitate medij & præcepti necessarius ad salutem.

Prima sit assertio. Actus fidei supernaturalis ex parte obiecti, & ex modo credendi omni tempore fuit & nunc est necessarius vt medium ad iustificationem, & ad vltimam salutem, probatur. Heb. 11. sine fide impossibile est placere Deo, & Rom. 4. quod tamen non fit sine præueniente auxilio Dei cū dono gratiæ supernaturalis, vt & spei, vel charitatis, vt diffinitur in Tr. Conc. sess. 6. Can. 3. & Conc. Arausic. 2. Can. 5. 6. 7. & Mileuit. Can. 4. & declarat Aug. lib. de præd. sanct. c. 2. 5. 10. 11.

Secunda assertio, actus fidei supernaturalis est necessarius necessitate pcepti, probatur, nā is actus est necessarius necessitate medij vt supra, at omnis talis actus sic necessarius, est etiam necessarius necessitate præcepti, quia præcepta dantur à prudente legislatore de medijs necessarijs, vt in proposito de baptismo dicitur, nisi quis renatus fuerit, & c. Io. 3 & de sanctissima Eucharistia. Io. 6. nisi manducaueritis, & c. & de pœnitentia Luc. 13. nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis, idque misericorditer Deus statuit, vt quę naturaliter sunt occulta, per fidē supernaturaliter fiant cognita. Notandū vero quod fides est duplex explicita, & implicita, explicita quæ est declarata in ordine ad rem, implicita quæ ibi non declaratur, sed tamen continetur in ea.

Tertia assertio, cognitio Dei naturalis nullo tempore fuit fides implicita alicuius misterij, probatur, nam cognitio naturalis est inferioris ordinis quàm cognitio supernaturalis fidei, ergo cognitio supernaturalis nō continetʳ in cognitione naturali, idem probatur, ex Hier. lib. 2. in ep. ad Gal. c. 4. Aug. lib. 19. con. Fau. c. 14.

Quarta assertio. Tempore legis naturæ necessarium fuit vt medium ad salutem credere explicite, quod Deus est author gr̄ę, & remunerator remuneratione supernaturali, probatur. Heb. 11. accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quia inquirentibus se remunerator est, vbi apostolus loquitur absolute, & secundum omnem statum, & etiam in statu naturæ necesse fuit vt medium, & præceptum habere fidem vnius mediatoris Christi implicitam vel explicitam, probatur. Rom. 3. quem proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, idem sentit Aug. ep. 157. & lib. 1. de gratia Christi. c. 7. 8. 9. 38. 39. 40. & lib. 2 c. 24. 25. 26. vbi d. omnes patres tam in lege naturæ quàm scripturæ fuisse spiritu licet non nomine christianos.

Quinta assertio, omni tpe etiā in statu naturę & innocētiæ fuit explicita fides in aliquibus de vno mediatore Christo, nam Adam id cognouit ante peccatum, & post id etiam nouit Enoch q etiā cognouit Christum iudicaturum, probatur ep. Iudæ. cap. 1. prophetauit de his septem ab Adā Enoch, & Iob. 19. scio quia redemptor meus viuit, & sibillæ teste. Aug. li. 13. ciu. c. 23. & multi gentiles, vt ibi. d. c. 47.

Quinta assertio in statu legis naturę, & scriptæ non fuit necessaria ad iustificationem fides Christi explicita, probatur ex Aug. lib. 19. con. Fau. ca. 14. & est communis in 3. d. 25.

Septima assertio, fides Christi explicita necessitate præcepti fuit necessaria populo fideli semper maxime tempore legis scriptę, quod scilicet crederetur esse reparator, licet modus ignoraretur.

Octaua, omnes fideles nūc pręcepto diuino, & ecclesiastico tenentur credere omnes articulos fidei contentos in simbolo apostolico, nec sufficit credere, in cōmuni absq; explicatione alicuius particularis articuli, id quod tenet sancta mater ecclesia, & etiam tenētur credere sacramenta baptismi Eucharistiæ pœnitentiæ, & scire decem pręcepta decalogi, & quod Deus à nobis est orandus, & esse glorificatorem animę & corporis, & credendum est explicite quod solus filius est incarnatus, & de eius morte, & resurrectione, & de alijs articulis, non tamen apud oēs est ita necessaria scientia articulorum de descensu ad inferos, de sessione ad dexteram patris, parochi vero confessarij concionatores, & Doctores tenētur diuino, & ecclesiastico p̄-

cepto

cepto scire explicite quæ pertinēt ad fidei articulos, vt alios possint erudire. Quo vero ad fidem implicitam, vel explicitā dicēdum est post publicatum euangelium per totum orbem sufficienter, fidem explicitam Christi necessariā esse tanquàm medium ad vltimum finē scilicet salutem ęternam, probatur ex Aug. lib. 1. ad simplic. q. 2. d. homini iustificato per fidem implicitam esse necessarium adhuc fidem explicitam, & hæc fides debet esse omnino de morte, & resurrectione Christi, quia per mortē & resurrectionem cōsummatur nostra salus. Rom. 4. & 10. & si quis sit inter infideles vbi nunquàm forte sit euangelium publicatum, cum primum peruenerit ad vsum rationis tenetur se conuertere ad Deum, & eo casu illuminabitur, supernaturaliter à Deo de fide Christi, vt d. D. Thom. 1. 2. q. 89. artic. 6. ad 3. Quod si sit Episcopus tenet scire maiora misteria nostrę fidei. 1. Tim. 3. Eph. 4. 1. Cor. 3. docet Dion. c. vlt. hier Eccl. Grat. d. 25. & 38. & habetur. Tomo isto. p. 4. tr. de episcopo. Et quod dicitur quemlibet teneri scire articulos fidei, non sufficit quod eos memoriter teneat, sed oportet quod eorum habeat aliquam intelligentiam vt d. hic late Bannes.

9 Credere an sit meritorium.

Nona propositio. Credere est meritorium si charitate sit informatum, probatur. Heb. 11.

Ratione probatur, nam actus nostri sunt meritorij quatenus procedunt ex libero arbitrio moto à Deo per gratiā, vnde omnis actus humanus qui subijcitur libero arbitrio si sit relatus in Deū, potest esse meritorius, ipsum vero credere est actus intellectus assentientis veritati diuinæ ex imperio voluntatis à Deo motę per gratiam, & sic subijcitur libere arbitrio in ordine ad Deum, vnde actus fidei potest esse meritorius.

10 Fidei meritūan minuat qn̄ rō inductiua se habet ad hominis volūtatem.

Decima propositio. Ratio inductiua, ad ea quæ sunt fidei minuit meritum, quando ad hominis voluntatem se habet, vt antecedenter, si vero ratio illa ad voluntatem eiusdem se habet vt consequenter, id auget, probatur 1. Petr. 3. parati semper ad satisfaciendum omni poscēti vos reddere rationem de ea quę in vobis est, fide & spe.

Ratione probatur, nam actus fidei potest esse meritorius, quando subiacet voluntati, non solum quo ad vsum, sed ēt quo ad assensum, ratio vero humana inducta ad ea quę sunt fidei potest se habere ad voluntatem credentis dupliciter, primo, vt præcedens, vt cum quis tantū haberet voluntatem, vel non haberet promptam voluntatem ad credendum, nisi ratione humana induceretur, & sic ratio humana minuit meritum fidei, vt etiam passio pręcedens electionem virtutis moralis, minuit laudem virtuosi actus. 1. 2. q. 24. art. 3. ad primum, nam sicut homo actus virtutum moralium debet exercere per iudicium rationis, nō per passionem, ita debet credere quæ sunt fidei non ob rationem humanam, sed ob authoritatem diuinam, secundò modo ratio humana se habere potest ad voluntatē credentis consequenter, quia cum homo habet promptam voluntatē ad credēdum, diligit veritatem creditā, & super ea excogitat, & amplectitur si quas rationes ad id inuenire potest, & quo ad id ratio humana non excludit meritum fidei, sed est signum maioris meriti, vt etiam passio cōsequens in virtutibus moralibus est signum promptioris voluntatis. 1. 2. q. 24. art. 1. ad primū, & rationes huiusmodi ostēdunt non esse impossibile id quod in fide proponitur, non tamen sunt demonstrationes, vt dicitur in respons. ad secundum, probatur etiam Hebr. 1. 1. Petr. 1. & in Trid. Conc. sess. 6. c. 16. & per Aug. trac. 74. in Io. Et ita ratio demonstratiua sequens voluntatem credentis iam determinatā & promptam ad credendum, non solū non minuit meritum, sed etiam est causa, vt id augeatur, probatur, nam speciale pręmium promittitur doctoribus qui dant operā explicādis rebus fidei. Eccl. 24. qui elucidant me, vitam ęternam habebunt. Nec etiam ratio demonstratiua minuit meritū fidei, ꝓbatur, ex D. Th. hic ad primum, & etiam quia fidelis licet habeat demonstrationem, quod sit Deus, est tamen animo ita dispositus vt si omnes etiam demonstrationes deficerent, adhuc crederet ꝙ esset Deus. Ratio

tamen

tamen demonstratiua tollit meritum fidei actualis, & formalis circa obiectum particulare demonstratum, quia tollit rationem formalem fidei, quod sit de obiecto obscuro, ergo tollit actum fidei, & sic meritum illius actus fidei. Nullum tamen testimonium, vel argumentum, quod non faciat euidentiam in obiecto, tollit vel minuit meritum actus fidei formalis, dummodo id argumentum sit consequens voluntatem, vt d. hic Bannes, quia tale argumētum nō tollit rationem formalem fidei, quin obiectum adhuc maneat obscurum.

SVMMARIVM.

1 Confessio est actus fidei.
2 Fidei confessio exterior est ad salutem necessaria, & quando.

De exteriori actu fidei. Cap. III.

D. Th 2. 2. q. 3.

1 Confessio est actus fidei.

PRima propositio. Cōfessio est actus fidei, probatur ex glos. 2. Thes. 1. d. cōfessionem esse opus fidei.

Ratione probatur, nā actus exteriores illius virtutis propriè sunt actus ad cuius fines secundum suam speciem referuntur, vt ieiunare secundum suam speciem refertur ad finem abstinentiæ, quę est compescere carnem, & ideo est actus abstinentię: confessio vero eorū q̃ sunt fidei, secūdum suam speciem ordinatur, vt ad finem, ad id quod est fidei, 1. Cor. 4. credimus propter q͂d & loquimur, nam exterior locutio ordinatur ad significandum id quod in corde concipitur, vnde sicut conceptus interior eorum quæ sunt fidei, est actus proprie fidei, ita & exterior confessio.

2 Fidei confessio exterior est ad salutē necessaria, & q͂n

Secunda propositio. Confessio fidei est ad salutem necessaria, probatur. Rom. 10. corde creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem, & ex Aug. tract. 113. in Ioannem c. 18. & habetur. in capit. non solum. 2. 11. q. 3. d. non solum abnegare Christum, qui negat Christum sed etiam qui negat se esse Christianū, & etiam qui negat Christum ore licet corde retineat, sic enim mortaliter peccat, vt ibi. d. gl. per. c. primum. 22. q. 2.

Ratione probatur, nam ea quæ sunt necessaria ad salutem cadunt sub pręceptis legis diuinę confessio vero fidei cum sit quoddam affirmatiuum, non potest cadere nisi sub præcepto affirmatiuo vnde eo modo est de necessarijs ad salutem, quomodo potest cadere sub pręcepto affirmatiuo diuinę legis, p̄cepta vero affirmatiua vt p. 2. q. 78. art. 5. ad 3. non obligant ad semper, licet semper obligant, sed pro loco tempore, & alijs circunstantijs obligant, secundum quas oportet actum humanum limitari ad hoc, vt sit actus virtutis, sic ergo confiteri fidem non semper nec in omni loco, est de necessitate salutis, sed in aliquo loco & tempore quando scilicet per omissione huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximis impendenda, vt si interrogatus de fide, taceret, vnde crederetur, quod non haberet fidem vel fides non esset vera, vel alij ex hoc auerterentur à fide, nam tunc confessio fidei est de necessitate salutis. Et vt prędicta melius intelligantur.

Sit prima assertio, Hęreticum est asserere licere negare Christum, vel veritatem fidei ad vitandam mortem ore, licet corde teneatur, probatur, ex Decreto Fabiani Papę, qui hunc errorem damnauit, & ex Hieron. cit. & Chris. vt habetur in cap. non solum. 2. cap. extimant. c. nolite timere. 11. q. 3.

Ratione probatur, nam præceptum confessionis fidei est affirmatiuum. Roman. 10. ergo includit negatiuum de actu contrario.

Secunda assertio mortale est negare se esse Christianum, cum quis publice interrogatur, vel dicere se esse Iudęum, Turcā, &c. licet timore mortis id dicat. probatur, ex Aug. loco cit. & habetur. in d. c. non solum. in principio.

Ratione probatur, nam qui negat se esse christianum, negat Christum, & Deum, ergo mortaliter peccat, præmissa probatur, nā Petrus quia mortis metu

tu negauit se esse Christi discipulum, & Christum negauit, vt illi prædixerat dominus, ter me negabis, & tamen dixit solum se non esse eius discipulum Matth. c. 26. ergo & idem est si quis secreto interrogatus neget se esse Christianum, licet primò modo grauius peccet.

Tertia assertio, interrogatus publice de professione suæ fidei à iudice publico tacens peccat mortaliter, secus si authoritate priuata, probatur, prima pars. Matth. 10. qui me negauerit & c. 1. qui me non fuerit confessus, & idem asserit Chris. loco alleg.

Ratione probatur, nam cõfessio fidei vocalis est necessaria ad salutem, quod non esset si id non esset necessarium, secũda pars probatur, quia sic nil subtrahitur diuino honori, is enim non iudicabitur negator suę fidei, sed contemptor petentis. Quod si christianus interrogatur ab infideli authoritate publica non in odium fidei, sed vt inuestiget eius mores, vel nationem, potest tacere, quia sic nil subtrahitur diuino honori.

Quarta assertio vti veste infidelis Christiano licet in eius regione, si illa vestis non sit distinctiua religionis, sed patriæ, secus si sit distinctiua religionis, vt ministrorum ecclesiæ ex lege, vel consuetudine regionis, tunc enim non licebit Christiano vti signo illo distinctiuo quo religiosus infidelis vtitur; vt nec dimittere proprium habitum si sit lex apud infideles quod Christiani certo habitu vtantur, quod si non sit talis lex vel consuetudo non est mortale dimittere habitum Christianorum apud infideles ob vitam seruandam, quod si illa lex vel consuetudo non sit ibi in distinctionem Christianorum, sed in odium eorum vt sic habeantur infames, tunc non esset peccatum dimittere illum habitum, non liceret tamen christiano deferre habitum Iudęorum, etiam si tale signum sit institutum ad bonum politicum, quia tunc is profitetur se esse Iudęum, cum is habitus lege Iudęo sit determinatus vt d. hic Caiet.

Quinta assertio, licebit quandoque Christiano relinquere signum mandatum lege Tiranni, vbi nullum scandalũ adsit, nec honor Deo, aut vtilitas debita proximo auferatur. Non licet tamen sine mortali vti signo proprio infideliũ, quia sic profitetur eius sectam, quod nõ licet, vt & si adoleret Thus in ara infidelium, Non per hoc tamen in comedijs est mortale, vti veste distinctiua religionis infidelium, cum id non fiat in contemptum religionis, & ab omnibus id sciatur, sed ad iocum, vt d. hic Bánes. Sunt porro nonnullæ personæ quę publicam fidei professionem, iuxta formulam Bullæ Pij Quarti desuper editam, coram ordinario, vel eo impedito, eius Vicario generali, emittere tenentur, nẽpe qui promouentur ad Doctoratum, & alios gradus in sacra Theologia, iure canonico, vel ciuili, medicina, & artibus, vel publice legunt, aut priuatim literas docent; aut prouisi sunt de parochiali, vel canonicatu, & hi etiam in capitulo eam emittere tenentur, c. cum dignitates. sess. 24. in Trid. Conc. & Bulla prędicta Pij Quarti; & ex Bulla Pij Quinti incip. in sacrosancta. ann. 1564. & etiam omnes beneficiati in prima sinodo diœcesana post concilium Tridentinum factam eandem profiteri tenentur. ex. c. 2. sess. 25. in Trid. Conc.

SVMMARIVM.

1 Fidei diffinitio cum eius explicatione.
2 Fides est in intellectu, vt in subiecto.
3 Fidei forma an charitas sit.
4 Fides informis, & formata idem habitus est.
5 Fides informis an virtus vera, & quid de formata.
6 Fides an sit vna virtus.
7 Fides an sit prima inter virtutes.
8 Fides an sit prior virtutibus intellectualibus, & donis Spiritus sancti ad eas spectantibus.

De ipsa fidei virtute. Cap. IIII.

PRima sit propositio. Hęc est conueniens fidei diffinitio fides est substã- D. Tho. 2. q. 4.
tia

1 Fidei diffinitio, cũ eius explicatione.

tia rerum apparentium, argumentum non apparentium, quæ ad formam sic reduci potest, quod est mentis habitus, quo in nobis vita æterna incipit, faciens intellectum non apparentibus consentire, probatur. Heb. 11. vbi sic fidem diffinit. teste Aug. tr. 79. in Io. & Hier. in ep. ad Gal. c. 5. & Bern. ep. 190.

Ratione probatur, nam habitus cognoscuntur per actus, & actus per obiectum, ideo fides cum sit habitus debet diffiniri per proprium actum in comparatione ad proprium obiectum, actus vero fidei est credere qui actus est intellectus determinati ad vnum ex imperio voluntatis, & sic actus fidei habet ordinem & ad obiectum volũtatis, quod est bonum, & finis, & ad obiectum intellectus quod est verum, at quia Fides cum sit virtus Theologica habet idẽ pro obiecto, & fine, p. 2. q. 1. ar. 3. oportet quod obiectum fidei & finis sibi proportionabiliter respondeant, veritas vero prima est obiectum Fidei secundum quod est non visa supra. q. 1. art. 1. & 4. & ea quib. ob ipsam inhæretur, & secũdũ hoc oportet qđ veritas prima se habeat ad actũ Fides per modum finis secundum rationem rei non visę quod pertinet ad rationem rei sperate, quia quod habetur non speratur. p. 2. q. 95. art. 4. & sic habitudo actus Fidei ad finem, quod est obiectũ voluntatis, significatur dum dicitur: Fides est substantia rerum sperandarum, nam substantia dicitur prima inchoatio cuiusque rei maxime quando res sequens continetur virtute in primo principio, vt si dicatur quod prima principia indemonstrabilia sunt subiectum sciẽtiæ quia primum quod in nobis est de scientia sunt huiusmodi principia, & in eius virtute tota scientia continetur, & sic Fides dicitur substantia quia substantia rerum sperandarum in nobis est per assensum Fidei, quæ virtute continet omnes res sperandas, quia in hoc speramus beatificari quod videmus aperta visione veritatem cui per fidem adhęretur p. 2. q. 4. art. 8 habitudo vero actus Fidei ad obiectum intellectus secundũ quod est obiectũ Fidei, significatur dũ dicitur, argumentum non apparentiũ, quia sumitur argumentum pro effectu argumenti quia per argumentum intellectus mouetur adhęrendum alicui vero, vnde firma intellectus adhęsio ad veritatem Fidei non apparentem, dicitur argumentum. Informa, hęc diffinitio redditur, vt in summario, nam quod dicitur argumentum distinguitur Fides ab opinione vbi non est firma adhęsio intellectus, dum dicitur non apparentiũ, distinguitur à scientia, & intellectu per quę fit aliquid apparens, dum dicitur substantia rerum sperandarum distinguitur hęc Fides à Fide communiter sumpta, quæ non ordinat ad beatitudinem speratam. Et de hac diffinitione dictum est supra late in principio.

2 Fides est in intellectu, vt in subiecto.

Secunda propositio. Fides est in intellectu, vt in subiecto, probatur, nam Fidei succedit visio patrię, 1. Corin. 13. sed visio est intellectus ergo, & fides.

Ratione probatur, nam cum Fides sit quędam virtus, oportet quod eius actus sit pfectus, ad perfectionem vero actus qui ex duobus principijs actiuis procedit, oportet quod vtrumque actiuorum principiorũ sit perfectum, quia non potest bene secari nisi secans habeat artẽ, & serra sit bene disposita, dispositio vero ad bene agendum in illis potentijs animæ quæ se habent ad obiectum, est habitus: ideo oportet quod actus procedens ex duabus huiusmodi potentijs sit perfectus habitu quodam prę existente in vtraque potẽtia, sed credere est actus virtutis secundum quod mouetur à volũtate ad assentiendum. q. 2. art. 1. 2. procedit vero huiusmodi actus, à voluntate & intellectu, quorum vtrumq; natum est per habitum perfici secundũ prędicta, ideo oportet quod tam in voluntate quam in intellectu, sit aliqs habitus, si actus fidei debet esse perfectus, vt etiam ad hoc quod actus concupiscibilis sit perfectus oportet quod sit habitus prudentię in ratione, & habitus temperantiæ in concupiscibili credere vero est immediatus actus intellectus quia obiectum huius actus, est verum, quod propriè pertinet ad intellectum, ideo oportet qđ Fides, quę est propriũ principiũ huiusmodi actus sit in intelle-

ctu, vt in subiecto. Notandum etiam, quod fides est simul speculatiua, & practica eminenter, sumendo speculatiuũ, & practicum prout sunt differentiæ oppositę diuidẽtes habitum multipliciter, vt d. Arist. 3. de anima t. 49. ꝓbatur conclusio nam fides est quædam impressio, & participatio diuinę scientiæ, quæ eminenter est vtrunque, si etiam sumatur speculatiuum, & practicum sublatis omnibus imperfectionibus quibus inter se in creaturis opponuntur, est formaliter speculatiua, & practica quia intellectus humanus est formaliter speculatiuus, & practicus.

3 Tertia propositio. Charitas est forma fidei non intrinseca, sed quæ ipsam perficere dicitur, probatur. Iacob. 2. Fides sine operibus mortua est, & 1. Io. 3. qui non diligit manet in morte, & probat. Aug. præfat. in Ps. 31. in lib. de fid. & op. c. 14. Chris. Rom. 2. in Gen. Hier. in c. 4. Oseę, & diffinitur in Conc. Trid. sess. 6. c. 9. & can. 12. 13. 14. qđ vero charitas nõ sit Fidei forma intrinseca patet quia scilicet sine charitate quis sit vere fidelis probatur, ex Fulg. de Incarn. cap. 26. & diffinitur in Triden. Conc. sess. 6. c. 15. vbi diffinitur per mortale peccatũ amitti gratiam, sed non Fidem, & traditur ibi etiam can. 28. vbi contrarium dicentes anathematizantur.

Fidei forma an charitas sit.

Ratione probatur, nam actus voluntarij recipiunt speciem à. 1. 2. q. 1. ar. 1. quod est voluntatis obiectum, id vero, à quo aliquid speciem sortitur, se habet, per modum formæ in rebus naturalibus, ideo cuiuslibet actus voluntarij forma velut est finis, ad quem ordinatur, tum quia ex ipso recipit formam, tum etiã quia modus actionis oportet qđ respondeat proportionaliter fini, sed actus fidei ordinatur ad obiectum voluntatis, quod est bonum vt ad finem supra art. 2. hoc vero bonum quod est finis Fidei, scilicet bonum est proprium obiectum charitatis, ideo charitas dicitur forma Fidei, quatenus actus Fidei in charitate perficitur. s. formatę non tamen intrinsecę, vt in resp. ad 2.

4 Quarta propositio. Fides informis & formata idem habitus est, probatur, ex glos. 2. Iacob.

Fides informis & formata idem habitus est.

Ratione ꝓbatur, nam habitus diuersificatur, secundum id quod per se ad habitum pertinet, cum vero Fides sit perfectio intellectus, id per se ad Fidem pertinet, quod pertinet ad intellectum, qđ vero pertinet ad voluntatem, non per se pertinet ad Fidem, ita quòd per hoc Fidei habitus diuersificari possit; distinctio vero fidei informis, & formatę est secundum id quod pertinet ad voluntatem, scilicet charitatem, sed nõ secundum id quod pertinet ad intellectum, vnde fides informis, & formata nõ sunt diuersi habitus. Fides etiam formata si fit informis, non mutatur ipsa fides, sed subiectũ fidei quod est anima, vt d. hic D. Thom. ad 4. est etiam errori proximum dicere, quod fidelis per peccatum mortale amittat habitum fidei formatę, & acquirat alium habitum fidei informis, cum fides sit habitus infusus, & probatur in Conc. Trid. c. 15. & can. 28. vbi diffinitur sine charitate fidem remanere in eo qui incidit in peccatum mortale.

5 Quinta propositio. Fides formata ex charitate est virtus, Fides vero informis non est vera virtus, probatur. Roman. 5. vbi iustificatio tribuitur fidei, ergo.

Fides informis an sit vera virtus, & quid formata.

Ratione probatur, nam vt p. 2. q. 55. art. 3. 4. virtus humana, est per quam actus humanus redditur bonus, vnde quicunque habitus est semper principium boni actus, potest dici virtus humana, huiusmodi vero habitus, est fides formata, quia cum credere sit actus intellectus assentientis vero, ex imperio voluntatis, vt istę actus sit perfectus duo requiruntur, primo, vt infallibiliter intellectus tendat in suum bonum, quod est verum, secũdo, vt infallibiliter ordinetur ad vltimum finem, ob quem voluntas assentit vero, & vtrumque est in actu fidei formatæ quia de ratione Fidei, est quod intellectus semper feratur in verum, cum fidei nõ possit subesse falsum supra q. 1. art. 3. ex charitate vero quæ format Fidem anima habet quod infallibiliter voluntas ordinetur in finem bonum, ideo Fides formata, est virtus Fides vero informis non, quæ licet habeas

beat perfectionem ex parte intellectus non tamen habet perfectionem debitã ex parte voluntatis, vt si temperantia esset in concupiscibili,& prudentia non esset in rationali, temperantia non esset virtus.1.2.q.58.articu. 4. sed requiritur vtrũque, sic ad actum Fidei requiritur actus intellectus,& voluntatis, vt sit virtus. Notandum vero, quod Fides secũdum essentiam suam est virtus si nomẽ virtutis accipiatur,vt d.essentiam virtutis,virtus enim accipitur,vel pro habitu inclinante ad bonum intellectus, scilicet verum,vel voluntatis,vel secundum essentiam virtutis, videlicet vt sit habitus operatiuus ex electione propter bonum finem 6.eth.c.3.vel vt includit nõ solum essentiam, sed etiam perfectionẽ virtutis, probatur conclusio,nam secundũ omnes tres sunt virtutes Teologicę Fides spes charitas, & infidelitas est magnum vitium, & vt sic Fides est virtus; & Fides natura sua semper haberet statum virtutis nisi vitio subiecti, & liberi arbitrij impediretur, probatur in Cõc. Trid.sess.6. cap.7. vbi habetur simul cũ iustificatione infundi Fidem spem charitatem. Fides tamen formata habet statum virtutis,quia prompte & delectabiliter & ex charitate operatur. Fides ẽt perficit intellectum magis quàm quilibet alius actus intellectus naturalis, vel acquisitus, vnde vere dici potest virtus intellectualis quia maxima perfectio intellectus est certissima cognitio rerũ diuinarũ, sed cognitio Fidei circa res diuinas est certior qualibet alia cognitione,ergo. Fides vero dicitur formata à charitate, vt ab extrinseca forma, vt & homo à veste dicitur vestitus; Aliqua tamen bonitas & perfectio est actualiter intrinseca in ipsa Fide, & in actu eius à charitate est deriuata, quia illa bonitas Fidei est ordinatio ad finẽ charitatis, sine tamen illa seruatur species Fidei, vt supra est probatum fidem sine charitate veram esse. Actus vero Fidei formatæ à charitate actualiter non potest esse peccatum mortale nec etiam veniale ex circunstantia finis, quia sic charitas virtualiter concurreret ad peccatum veniale,vt d.hic Medina.

Sexta propositio. Si Fides sumitur ꝑ habitu est vna virtus spẽ ex parte obiecti ex parte vero subiecti est differens secundum numerum; Si etiam sumitur Fides ꝑ eo quod credere est vna Fides, quatenus est vnum eius obiectum principale,licet sint diuersa credibilia, probatur.Eph.4.vnus dominus,vna Fides. 6 Fides an sit vna virtus.

Ratione probatur,nam Fides,si sumitur pro habitu,dupliciter consideratur, primo ex parte obiecti, & sic vna est Fides,quia obiectum formale Fidei est veritas prima, cui hærendo creduntur, q̃ sub Fide continentur,secundo, ex parte subiecti,& sic diuersificatur, secundum quod est diuersorũ,sed Fides, vt & quilibet habitus ex formali ratione obiecti habet speciẽ,sed ex subiecto indiuiduatur,ideo si Fides sumatur ꝑ habitu,quo credimus, sic Fides est vna species, & differens numero in diuersis, si vero sumatur, pro eo quod creditur, sic etiam vna est Fides quia idem est quod ab omnibus creditur,licet diuersa sint credibilia, quæ communiter omnes credunt, tamen omnia reducuntur ad vnum.

Septima propositio. Fides per se loquendo est prima inter virtutes, per accidens tamen, alia ea prior esse potest, probatur. Heb.11. Fides substantia est rerum sperandarum,sed substantia habet rationem primi,ergo,& ex August. de verb.apostoli.serm.22 d. Fidem esse primum fundamentum, & de Temp. sermo. 181. in vigilia pentecost. d. Fidem esse omnium bonorum fundamentum, & humanæ salutis initium. 7 Fides an sit prima inter virtutes.

Ratione,nam vt supra 1.2.q.32.ar.4 cum in agibilibus, finis sit principium, oportet virtutes, Theologicas quarum obiectum est vltimus finis esse priores alijs virtutibus, ipse vero finis oportet, quod prius sit in intellectu,quàm in voluntate cum voluntas non feratur in aliquid nisi prout est intellectu apprehensum, vnde cum vltimus finis sit in voluntate per spem, & charitatem,in intellectu per Fidem, oportet, quod Fides sit prima inter omnes virtutes quia naturalis cognitio,non potest attingere ad Deum secundum quod est obiectum Beatitudinis, prout tendit, in ipsum spes,

spes, & charitas,

Ratio secundi, nam causa per accidens, est per accidens prior, at remouere prohibens pertinet ad causam per accidens. 8. Phis. t. 32. & sic aliquę virtutes possunt dici priores fide, quatenus remouent impedimenta credendi, vt fortitudo remouet inordinatum timorem impedientem fidem, humilitas superbiam, per quam intellectus recusat se subijcere veritati Fidei, & idem de alijs virtutibus, licet verę nō sint nisi præsup posita F de spes tamen dicitur introducere ad Fidem, quatenus ex spe homo habet, vt perseueret in Fide, vt hic. d. D. Tho. ad 2. sine charitate tamen Fides non est fundamentum quia sine ea non cohærent aliæ partes ædificij, vt d. ad. 4. Dignitate etiam charitas est dignior Fide. 1. Cor. 13. vbi charitas dicitur maior, via tamen generationis Fides est prima omnium virtutum, cum nil sit volitum nisi pręcognitum, & est dignissima inter omnes charitate excepta. Et in via generationis Fides dicitur fundamētum quatenus est prima pars ex qua componitur spirituale ędificium, non tamen est fundamentum si cōsideretur quo ad effectum iustificandi, & sanctificandi, quia id tribuitur charitati, vt d. August. libro. de fid. & op. capit. 14. 15. 16.

8 Octaua propositio. Fides est certior prudentia, & arte, sapientia, scientia, & intellectu quæ sunt virtutes intellectuales, & etiam sapientia scientia, & intellectu, quæ sunt dona Spiritus sancti secundum quid tamē virtutes sapientiæ scientiæ, & intellectus sunt certiores fide, probatur, nam fides est ex verbo Dei ex auditu. 1. Thessal. 2. sed nil certius est verbo Dei. Luc. 21. cœlum & terra transibūt, verba autem mea non pręteribūt. Ex patribus. Bas. 1. in Exameron. Chris. Heb. 11. & hom. 4. in ep. ad Coloss. Aug. lib. 7. confess. c. 10. qui omnes. d. Fidem esse secundum se certiorem omnibus virtutibus intellectualibus, quæ innituntur lumini naturali.

Fides an sit prior virtutib. ītellectualib. & donis Spi. S. ad cas spectātibus.

Ratione, nam vt supra 1. 2. q. 57. art. 2. ad 3. virtutū intellectualiū duæ sunt circa contingentia, scilicet ars, & prudentia quibus præfertur fides in certitudine suæ materię quia est de ęternis, q̄ non contingit aliter se habere, tres aliæ virtutes, scilicet intellectus scientia, sapientia sunt de necessarijs, quę dupliciter sumūtur, primo pro vt ponuntur virtutes intellectuales à philosopho. 6. Eth. secundo, pro ut ponuntur dona Spiritus sancti, primo modo certitudo considerari potest dupliciter, primo ex causa virtutis, & sic id dicitur certius, quod habet certiorem causam & sic Fides est certior prędictis quia innititur veritati diuinæ, tria vero prędicta rationi humanæ, secundo certitudo potest considerari, ex parte subiecti, & sic certius dicitur quod plenius cōsequitur intellectus hominis, & hoc modo, quia ea quæ sunt fidei sunt supra obiectum hominis non autem ea quę subsunt ex p̄dictis, ideo ex hac parte Fides est minus certa, sed qa qd[r] liber iudicatur simpliciter secūdum causam suam, secūdum vero dispositionem, ex parte subiecti iudicatur scdm quid, ideo fides, est simpliciter certior, sed alia sunt certiora, secundum quid, scilicet quo ad nos. Si accipiātur etiam secundum quod sunt dona pręsentis vitæ cooperantur ad fidem, vt ad principium quod supponunt, vnde secundum hoc Fides etiam eis est certior. Ampliatur, vt fides ēt prout est in nobis superet certitudine omnem virtutum intellectualem quantum scilicet est ex parte virtutis fidei, & quo ad assensum intellectus ad verum quem in nobis efficit, p̄batur, ex Aug. loco cit. & Chris. Heb. 11 hom. 21. Vnde si fidelis philosophus putet se habere demōstrationē de aliqua conclusione, & audiat à Theologo fide digno talem conclusionem esse contra Fidem, incipit dubitare de sua scientia, ergo Fides est certior scientia quàm virtutes intellectuales.

SVMMARIVM.

1 Fidem qualiter habuerint angelus, & homo in sui conditione.

2 Fides an sit in dęmonibus, & quomodo.

3 Fidem informem de alijs articulis an

3 an habeat, vnum non credens pertinaciter.
4 Fides an sit diuersa in credentibus.

De habentibus fidem. Cap. V.

D. Th. 2. 2. q. 5.

1 Fidē qualiter habuerīt Angelus, & homo in sui conditione.

PRima propositio. Angelus & homo in prima sui conditione habuit Fidem, & quædam manifesta cognitione de diuinis misterijs cognouit, quæ nos non possumus modo cognoscere nisi per fidem, probatur, nam accedens ad Deum debet credere. Heb. 11. sed ij in prima sui conditione fuere in statu accedendi ad Deum ergo.

Ratione, probatur, nā principale obiectum Fidei est veritas prima, cuius visio beatos facit, & Fidei succedit, cum ergo, Angelus ante cōfirmationē, & homo ante peccatū non habuerit beatitudinem qua Deus per essentiam vr̄, patet qđ non habuit ita perfectam cognitionē, qđ excluderetur ratio Fidei, quia id esse nō posset nisi id eis esset ignotum de quo est Fides, & si essent creati in puris naturalibus secundum quosdam forte teneri posset, quod in eis Fides non fuerit, quia cognitio Fidei est supra naturalē, cognitionem de Deo & hominis & Angeli, sed quia homo & Angelus creati sunt cum dono gratię vt supra, ideo oportet dicere quod per gratiam acceptam & nondum consummatam in eis necessarium fuerit in eis inchoatio q̄dā speratę beatitudinis, q̄ inchoatur in voluntate per spem, & charitatē, sed in intellectu per Fidem supra q. 4. art. 7. sed aduertendum quod in obiecto Fidei est quid formale, scilicet veritas prima supra omnem cognitionem naturalem, & aliquid materiale, scilicet id cui assentitur adhęrendo primę veritati, respectu primi, est in omnibus habentibus cognitionem de Deo hęrendo primę veritati, quoad secundū q̄dā sunt credita ab vno, quę ab alio manifeste sunt scita etiam in statu p̄senti supra q. 1. art. 5. ideo ante peccatum homo, & Angelus ante confirmationem q̄dam de diuinis misterijs cognouere q̄ nūc non cognoscimus nisi credendo, pręterea Angelus & homo habuere spem futuræ retributionis, ergo & fidem, quia Fides est substantia rerū sperandarum. Angeli etiam Adam & Apostoli, & prophetæ habuere cognitionem pleniorem quàm nos, & etiam de aliquibus habuere, euidentiam de quibus nos habemus Fidem.

2 Fides an sit in demonibus. & q̄uo.

Secūda propositio Fides in demonibus est acquisita, & quodāmodo coacta, non tamen laudabilis, nec per hoc minuitur malitia eorum quia credant, probatur. Iacob. 2. demones credunt, & contremiscunt.

Ratione probatur, nam vt supra q. 1. artic. 3. intellectus credentis assentit rei credite non quia ipsam videat secundū, se vel per resolutionem ad prima principia per se visa, sed quia authoritate diuina conuincitur assentire his quæ non videt, & ob imperiū voluntatis mouentis intellectum & obedientis Deo, quod vero voluntas moueat intellectum, ad assentiendū potest contingere ex duobus, primo, ex ordine voluntatis ad bonum, & sic credere est actus laudabilis, secundo, quia intellectus conuincitur ad hoc quod iudicet esse credendum his quę dicuntur licet non cōuincatur per euidentiam rei, vt si quis propheta prænuntiet quid futurum, & daret signum mortuū suscitando, ex hoc signo conuincitur intellectus videntis vt cognoscet id dici à Deo qui non mentitur, licet id futurū in se euidens non esset, vnde per id ratio Fidei non tolleretur infidelibus vero Christi fides laudatur primo modo, & sic non est in demonibus, sed solum secundo, quia vident multa manifesta inditia, quibus vident doctrinam ecclesiæ, ex Deo esse, licet res ipsas quas ecclesia docet non videant, vt Deum esse trinum & vnum, & huiusmodi. In demonibus tamen, nec in dānatis est fides infusa. Nam p̄dicti non possunt habere finē Fidei qui est salus ęterna. 1. Petr. 1. reportantes finem Fidei vestrę salutem animarum vestrarum, ergo frustra in ijs relinqueretur hoc donum supernaturale, & in demonibus est Fides quodammodo coacta, quatenus volūtas demonis mouet eius intellectū in id quod

non videt, licet non ita libere vt non adsit aliqua coactio ex euidentia signorum, & miraculorum, cum ad Fidem infusam, vel acquisitam non sit necessaria voluntas omnino libera, sed sufficiat si imperfecte sit libera, & quodammodo coacta, vt & eius qui proijcit meres in mare, vt saluetur quo casu est simpliciter volitus actus ille, licet non secundum quid, & hoc modo demones habēt fidem moti miraculis, & testimonijs diuinis Fide acquisita, non autem infusa in qua requiritur aliquis pius affectus, qui non est in demonibus.

3 Fidē ifor mē de alijs articulis an habeat, vnū nō credēs pertinaciter.

Tertia propositio. Qui discredit vnum articulum Fidei hęretica pertinatia, non potest habere Fidem informem de alijs articulis, nam vt peccatum mortale contrariatur charitati, quæ non remanet in homine post mortale, sic discredere vnum articulum contrariatur Fidei, vnde non remanet in eo Fides etiā informis, & videtur idem diffiniri in Conc. Trid. sess. 6. cap. 15. vbi dicitur infidelitate amitti Fidem, & tunc Fides in alijs articulis est fides humana vel opinio, non autem infusa, quia is non innititur infallibiliter primę veritati, & determinationi ecclesiæ, quæ pendet à prima veritate.

Ratione probatur, nam species cuiuslibet habitus pendet ex ratione formali obiecti, qua sublata, species habitus manere non potest, formale vero obiectum Fidei est veritas prima, secundum quod manifestatur in scripturis sacris, & doctrina ecclesię, quę procedit ex veritate prima in doctrinis sacris manifestata, ideo is nō habet habitū Fidei, sed ea, quæ sunt fidei alio modo tenet quàm per Fidem, vt si quis scit conclusionem non cognoscens medium illius demonstrationis patet quod non habet eius scientiam, sed solum opinionem; sed clarum est quod qui hęret doctrinę ecclesiæ, vt infallibili regulæ in oībusque assentit, quę ecclesia docet fidelis est, aliter si de his quę ecclesia docet, aliqua non credit non hæret ecclesię doctrinæ, vt infallibili veritati, sed ꝓpriæ voluntati, & sic hęreticus discredens vnum articulum pertinaciter, quia si nō est pertinax, non est hæreticus, sed errans, non habet fidem de alijs articulis, sed opinionem quandam secundum propriam voluntatem, scilicet fidem humanam. Prætereasi fides maneret in tali, sequeretur quod hæreticus simpliciter loquendo esset pars ecclesiæ, & membrum coniunctum actu cum Christo, q actualiter recipiat influentiam fidei infusæ à Christo, vt & christiani peccatores, quòd est falsum, & erroneū, ac contra sensum communem ecclesiæ, vt dixi Tomo. 1. Tr. de ecclesia.

Quarta propositio. Fides ex parte obiecti formalis non est diuersa in credentibus. Ex parte tamen obiecti materialis potest esse maior in vno quàm in alio. Et etiam ex parte subiecti secundum quod participatio potest esse maior in vno quàm in alio, tam ex parte intellectus quàm ex parte voluntatis, probatur. Luc. 17. adauge nobis fidem. Matth. 14. modicæ fidei quare dubitasti? Matth. 15 mulier magna est fides tua.

4 Fides an sit diuersa in credentibus.

Ratione, nam vt supra 1. 2. q. 112. art. 4. quantitas habitus attenditur, vel ex obiecto, vel ex participatione subiecti, obiectum vero Fidei potest considerari, vel secundum formalem rationem, vel secundum ea, quæ materialiter credenda proponitur, formale obiectum fidei, est vnum & simplex, scilicet veritas prima supra q. 1. artic. 1. vnde sic fides, est vna species in omnibus supra q. 4. art. 6. ea vero quæ proponūtur credenda sunt plura, & possunt accipi magis & minus explicite, & hoc modo, vnus homo potest plura explicite credere quam alius, & sic maior esse in eo Fides, secundum maiorem explicationem, si vero considerent secundū participationem subiecti id contingit dupliciter, quia actus Fidei procedit ex intellectu & voluntate supra q. 4. art. 2. ratione intellectus potest dici fides maior in vno, quàm in alio, ob maiorem certitudinem, ratione voluntatis, ob maiorem promptitudinē deuotiorem, vel confidentiam, prætereà Dei visio beatifica, quæ respōdet vt premium fidei, est maior in vno quàm in alio, vt dixi Tomo. 1. cap. de cognitione Dei, ergo, minima vero Fides viua est

maior

maior simpliciter loquendo quàm maxima informis, quia viua attingit simpliciter suum obiectum qui est vltimi finis, non autem informis, in ratione tamẽ cuiusdam habitus intellectualis potest esse maior informis, nam si habens intensiorem Fidem alio incidat in mortale non minuitur in eo fides in ratione habitus intellectualis. Ex parte etiam obiecti materialis potest maior esse Fides informis formata, quia peccator potest habere Fidem magis explicitam misteriorum quàm iustus, & etiam in peccatore potest crescere Fides secundũ participiationem subiecti ex parte intellectus, & etiam quatenus eius voluntas ex motione Spiritus sancti pie afficitur ad diuinam veritatẽ, vt d. hic Baunes.

SVMMARIVM.

1 Fides an sit à solo Deo.
2 Fides informis est donum Dei, & vera Fides est in peccatoribus.
3 Fides qualiter à Deo infundatur.

De causa Fidei. Cap. V.

D. Th. 2. 2. q. 6.

1 Fides an sit à Deo solo.

PRima sit propositio. Fides necessario est à Deo quo ad credibilium, quæ excedunt humanam rationem, propositionem, credẽda tamen non proponũtur omnibus immediate à Deo, sed quibusdam vt prophetis, & Apostolis, quibusdã mediante prædicatione aliorum iuxta eius beneplaciti diuersitatẽ, solus tamen Deus est causa principalis & sufficiens quo ad assensum Fidei interius mouendo, probatur. Eph. 2. gratia estis saluati per Fidem & non ex vobis, & ex Aug. de spiritu & litera c. 32. vbi pluribus comprobat Fidem esse à Deo, & idem d. esse Fidem à Deo, & Dei donum, vt in eum credamus, & pro eo patiamur libr. 3. de doctr. christiana. c. 33. ad fi. & alibi sæpe.

Ratione, nã ad Fidem duo requiruntur, primo, vt homini credibilia proponantur qđ requiritur ad hoc, vt homo explicite credat aliquid, secundo, assensus credentis quo ad ea q̃ proponuntur, ratione primi, oportet, quod Fides sit à Deo, quia ea, q̃ sunt Fidei excedũt rõnẽ humanã, vnde non cadũt in cognitionẽ hoĩs, nisi Deo reuelante, ea vero quibusdã reuelantur immediate à Deo, vt Apostolis & Propheris, quibusdam proponuntur à Deo mittente fidei p̃dicatores. Rom. 10. q̃uo p̃dicabunt? respectu assensus hoĩs in ea q̃ sunt fidei considerari potest duplex causa, vna extra suadens, vt miraculũ visum, & suasio inducentis ad fidem, quarum neutrum est sufficiens causa, quia videntiũ idẽ miraculum, & audientiũ eandẽ p̃dicationẽ quidã credunt, quidã nõ, ideo oportet ponere aliã causam interiorẽ, q̃ moueat hoĩem interius ad assentiẽdum his, q̃ sunt fidei qui est Deus mouẽs interius per grãm, qua homo eleuatur supra naturam suã, ideo oportet quod id ei insit ex supernaturali principio interius mouẽte, quod, est Deus. Actus tñ fidei est à nobis efficiẽter simul cũ Deo, quia credere est actus vitalis à nostro intellectu elicitus, ergo habet intrinsecum principiũ effectiuũ in credente, cõcurrente simul Deo principaliter ad mouendum intus sufficienter, vt possit quis credere, exterius postea mouente sufficienti prędicatione, vel doctrina diuina aut miraculis.

2 Fides informis est donum Dei, & vera fides in peccatoribus.

Secũda propositio. Fides informis est donum Dei, probatur, ex gl. 1. Cor. 13. & diffinitur in Conc. Arausic. can. 5. 6. 7. & Mileuit. can. 4. & Trid. ss. 6. can. 28. quibus locis probatur, peccatorem habere fidem veram, si alias sit fidelis, & manere christianum, & habetur Math. 7. multi dicent in illa die, dñe nonne in noĩe tuo prophetauimus, & probat Aug. li. 1. de fid. & op. c. 15. lib. 1. de baptismo con. Donat. c. 8. li. 15. de Trin. c. 18. Greg. 25. Mor. c. 14. d. in pectore posse esse verã fidẽ.

Ratione, nã informitas est priuatio q̃dam, sed priuatio quãdoq; pertinet ad rõnem spẽi, quãdoq; nõ, sed superuenit rei iã habenti propriã speciẽ, vt priuatio debitę cõmẽsurationis humorũ est de ratione speciei ægritudinis, tenebrositas vero non est de ratione speciei diaphani, sed ei superuenit. & quia cum de causa est sermo intelligitur quod in propria specie existit, ideo qđ non est causa pri-

nationis nō dr̄ causa illius rei, ad quam pertinet priuatio, vt existens de ratione speciei illius, quia non potest dici causa ægritudinis quod non est causa distemperantiæ humorum, pōt vero quid dici esse causa diaphani, licet non obscuritatis, quæ non est de ratione diaphani, sed informitas fidei non pertinet ad rationem speciei illius, cū dicatur fides informis ob defectum cuiusdam exterioris formę supra q.4.ar.3. ideo id est causa fidei informis qđ est causa fidei simpliciter dictæ, qui est Deus, vnde etiam informis fides est donum Dei. Quo vero ad modū quo à Deo infunditur Fides.

3 Prima sit assertio, homini disposito ad Fidē infunditur in baptismo Fides quantum ad actum & habitum ēt si tunc forte interueniēte fictione non infundatur gratia, probatur, in ca. maiores. de bapt. vbi habetur in baptismo paruulorū infundi virtutes, & ex Aug. de fid. & op. p tot. vbi d. eos qui baptizatur in mortali habere veram fidem, dicitur vero, disposito ad Fidē, idest vt pie afficiatur ex voluntate circa oīa, q̄ Deus per ecclesiam suam reuelat, cū assensu intellectus circa eadem saltē in cōi, Deus n. quandoq; prius disponit ad Fidē, ostēdendo homini prius eius omnipotentiā iustitiā &c. & demū tribuit illi, vt in vniuersum credat oīa quę ꝓponūtur ab ecclesia, vt reuelata à Deo; & sic homo ille sic dispositus est vere Fidelis, cū habeat baptismū qui tn̄ solus nō facit fidelem, cum hæreticis collatus, nō faciat eos fideles, cum fidelis credat omnia credenda, dicitur etiam si non infundatur gr̄a, quia Fides in sui infusione non pendet simpliciter à gratia nec à baptismo, sed à Deo infundente, & homine acceptante.

Fides qualiter à Deo infundat.

Secunda assertio, Fides quo ad habitū & actum infundi pōt homini sic disposito ēt sine gr̄a, & ante baptismum, & per consequens magis post baptismum, probatur, ex Aug. de fid. & op. c. 21. 22. 23. d. Cathecumenū ēt cōcubinarium posse habere Fidem, & li. 1. ad simplic. q. 2. & videtur probari in Conc. Arausi. can. 25 vbi habet Deū inspirare Fidē, vt Baptismum fideliter suscipiatur, & Trid. sess. 6 c. 6. dum d. Fidem ex auditu concipientes libere moueri in Deum, & c. 8. quia intellectus hominis sic dispositus extollitur supra naturam suam, & sic habet Fidem. Quo vero ad certitudinem an quis habeat Fidem.

Prima sit assertio, qui credit videt se credere, quia id experitur in se, & sic sentit Aug. lib. 13. Trin. c. 1.

Secunda assertio, nullus christianus certus est certitudine Fidei cui non possit subesse falsum, se credere habitu Fidei infuso.

Tertia assertio, Fides Catholica est directe, & immediate solum de obiectis ab ecclesia propositis.

Quarta assertio, Lumen Fidei, vel sit habitus, iuxta communem, vel actualis illuminatio quādo fidelis credit, potest facere in ipso credente certitudinem huius, quod est credere, propter testimonium supernaturale Spiritus sancti probatur. 2. Cor. vlt. vos ipsos tentate si estis in Fide, vbi sancti Patres.

Quinta assertio, hęc certitudo ꝙ quis habeat lumē Fidei supernaturale, nunq̄ est tanta, licet infallibilis, quanta est ipsius Fidei circa obiectū directe reuelatū à Deo, & ab ecclesia propositum. Vnde nullus tenetur credere actu se habere fidem supernaturalem, & fidelis potest ignorare se habere Fidem infusam.

SVMMARIVM.

1 Fidei effectus an sit timor.
2 Fides est principium purificationis cordis.
3 Epilogus tractatus fidei.

De effectu Fidei. Cap. VII.

D. Th. 2. 2. q. 7.

1 Prima sit propositio, Fidei informis effectus potest esse timor seruilis, formatæ vero castus, vel filialis, probatur. Iac. 2. demones credunt, & contremiscunt.

Fidei effectus an sit timor.

Ratione, nam timor est motus appetitiuæ virtutis. 1. 2. q. 22. art. 23. sed bonū est principium omnium motuum appetitiuorum, vel malum apprehensum, vnde oportet quod aliqua apprehensio sit principium timoris, & aliorum motuum

tmum appetitus, per fidem vero fit in nobis quædam apprehensio de aliquibus malis pœnalibus, quæ secundum diuinũ iudicium inferũtur, & hoc modo Fides est causa timoris seruilis, quo q; timet à Deo puniri, est etiam causa timoris filialis, quo quis timet à Deo separari, vel quo timet, se Deo comparare, dũ per Fidem apprehendit eum esse immensum bonum, à quo separari fit pessimum, & & æquari velle fit malum primi tamen timoris, causa est fides informis, secũdi, Fides formata, quæ per charitatem facit hominem Deo hęrere, & ei subijci. Notandum autem fidem posse considerari, vt habitus speculatiuus, vt cũ quis speculatur per Fidem Deum esse trinũ, & vt habitus practicus, vt eum quis speculatur Deum vnum & trinum esse obiectum suæ beatitudinis quibus notatis, dicẽdum est Fdem esse causam timoris non solum vt est habitus speculatiuus, sed etiam practicus, habitus tamẽ Fidei vel actus non potest dici causa efficiens timoris, quatenus causa efficiens accipitur, vt distincta à finali, materiali, & formali, nulla enim est causa efficiens, & motiua actus voluntatis præter D.ũ, & ipsam voluntatem; F des est tamen causa timoris, vt proponens obiectum, vt d. hic Bannes.

2 Fides prĩcipiũ est purificationis cordis.

Secũda propositio. F des est primum principium purificationis cordis, ꝓbatur act. 15. Fide purificãs corda eorum. Ratione probatur, nam impuritas est ex eo quia aliquid vilioribus rebus miscetur, vt argentũ ex mistione plumbi, vel stamni dr̃ impurum, sed rationalis creatura est dignior oĩb. tpalib. & corporeis creaturis, ideo impura redditur ex hoc qd tpalibus subijcitur p amorem à qua impuritate purificatur p contrariũ motũ, dũ.s. tẽdit in id quod est supra se scilicet, in Deum, in quo motu primum principiũ est fides. Heb. 11. accendentẽ ad Deũ &c. primũ ergo, principium purificationis cordis, est fides, qua purificatur impuritas erroris, q̃ si pficiatur per charitatẽ formatã causat pfectam puritatẽ; Fides tamen etiam informis excludit impuritatem erroris, vt hic d. in resp. ad secundum, licet non habeat perfectam puritatem, vt hic d. D. Thom. Et ita breuiter circa prædicta.

3 Epilogus tractatus fidei.

Sit primũ dictũ, q fides est substantia rerum sperãdarũ, argumẽtum nõ apparẽtium, vel habitus intellectus à Deo infusus, ad assentiendum his q̃ sunt fidei, & ab ecclesia nobis credẽda ꝓponũtur.

Notãdũ primo, in hac definitione contineri oĩa, q̃ ad Fidei substãtia pertinẽt, primo, explicatur natura fidei, p suũ genus & differentias, est.n. habitus quidã intellectus, nõ acquisitus nostra opera, sicut habitus moralis, sed in fusus.

Secundò explicatur causa efficiẽs fidei, q̃ est ipsemet Deus infundẽs istũ habitũ in mentibus nostris, vt recte colligit. D.Th. 2.2.q.6.ar.1. & Apostolus ad Eph. 2. sic ẽt definit cõc. Tr. sess. 6. de iustificatione c. 7. vbi ait in iustificatione oĩa hęc à Deo infusa accipit homo, fidẽ, spem, charitatẽ, & c. 3. explicatur in hac diffinitione materia Fidei, sunt.n. materia fidei, illa oĩa q̃ sunt à Deo nobis per ecclesiam reuelata, siue continẽatur expresse in articulis fidei, siue ex ijs collecta su paddita sint & requiritur ẽt assensus intellectus firmus circa ea q̃ sunt à Deo reuelata per ecclesiã, vnde Apostolus corde inqt, creditur ad iustitiã. Hinc est qd qui actu interno, nõ discedit à fide: non sit propriẽ infidelis, & hęreticus ẽt si actu exteriori neget fidẽ: propterea qd proprius actus fidei in interiori consistit, pter hunc actum, habet fides aliũ actum exteriorẽ qui non est actus fidei scdm se, sed est actus fidei in ordine ad proximum, & iste est actus exterioris confessionis fidei de quo Apostolus, ore autem fit confessio ad salutem.

Notandũ secundo, qd materia fidei est duplex, alia est fidei materia per se, & sub hac continentur illa oĩa, q̃ homo credit in ordine ad suã salutẽ cuiusmodi sunt oẽs articuli fidei. Ad eandẽ materiã pertinent oẽs conclusiones quę sunt ab ecclesia de fide determinatę & nobis ad credendũ propositæ cuiusmodi multę habẽtur in sacris Cõcilijs, & decretis Conciliorũ, q̃ oẽs conclusiones ptinent, & reducũtur ad aliquẽ articulum fidei: Alia materia est fidei per accidens, propterea quod cum contineat ea quæ à

Deo sunt reuelata per ecclesiam, si hęc negemus, necessario consitemur Deum esse mendacem, & si id non admittamus corruit etiam Fides articulorum; quare ne destruatur fides articulorum, confiteri debemus, & credere omnia quæ Deus reuelauit esse vera, etiam si illa nihil ad nostram salutem forte pertinerent per se, & sub hac materia Fidei continentur per accidens omnia, quæ habentur in sacra scriptura, quæ est per ecclesiam recepta.

Sit secundum dictum, omnes homines post legem gratię, & post sufficientem Euangelij promulgationem tenentur habere legem Christi, & quomodo habent, tenentur eam acceptare; quod si non acceptent impossibile est eos consequi salutem, probatur, primo, ex simbolo Athanasij: vbi dicit, hæc est Fide Catholica quam nisi quisq; fideliter, firmiterq; crediderit saluus esse non poterit. Sic Christus d. qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui non crediderit condemnabitur, & alibi qui non credit iam iudicatus est.

Notandum primo, quod duobus modis potest quis esse infidelis idest carere, Fide, vno modo positiue qñ Fidem sibi sufficiẽter promulgatã non vult admittere, quõo infideles sunt omnes iudęi, magna pars ẽt Thurcarum, & Maurorum.

Alio modo potest esse infidelis negatiue, quando non resistit fidei, sed quia ei non est promulgata, nõ admittit illã, quomodo infidelis est magna pars orbis noui in Indijs iam à principio, sed nũc in pluribus locis ibi euangeliũ est promulgatum. Infidelis positiue dãnatur, tum propter alia peccata, tum propter ipsum peccatum infidelitatis. Infidelis aũt negatiue damnatur saltem propter alia peccata, vt docet expresse. D. Th. in 2. 2. q. 10. ar. 1. cum. n. Deus facienti, qđ in se est, non deneget gratiam, si isti qui sunt infideles negatiue fecissent quod in se est, & moraliter vixissent, Deus probabiliter illuminasset illos.

Notandũ secũdo, q adhuc duob. modis põt aliqs esse infidelis positiue. Vno modo qđ nunq̃ receperit fidẽ, licet fuerit sibi sufficienter promulgata quomodo, vt dixi infideles, sunt iudei, &c. Altero modo qđ semel acceptauerit q-dẽ Fidẽ, sed postea ab ea defecerit. Deficere aũt quis põt à Fide suscepta duob. modis. Vno modo deserendo aliquã partẽ Fidei, negando aliquẽ articulũ, & talis vocatur ꝓpriè hæreticus; Altero modo deserendo totã Fidem, & talis vocatur apostata à fide. Vnde Apostasia, est hęresis quædam cõsumata, & perfecta, vnde Apostasia, & hæresis differunt secundum magis, & minus.

Notandum tertiò, quod sicut fides, nõ consistit in solo intellectu, licet principalius sit in intellectum, sed connotat piã affectionem voluntatis, sic hæresis aut Apostasia non consistit in solo errore intellectus, sed ẽt in obstinatione voluntatis per quã voluntas non vult, aut credere aliter, quam sit à Deo per ecclesiam reuelatum. Et habet se hęresis opposito modo q̃ Fides: nam fides principalius est in intellectu secundario in voluntate: hęresis principalius est in obstinatione voluntatis, quàm in errore intellectus: Vnde, si qs erraret, ex simplicitate, vel ex ignorãtia iusta, vel ex pietate & deuotione, & haberet prõptitudinẽ voluntatis ad submittẽdum se ecclesię; non esset hęreticus, nec incideret pęnas illatas cõtra hęreticos, de quo latius loco suo, modo vt ibi tract. de hæresi.

Sit tertiũ dictum, oẽs Christiani qui habẽt vsum rõnis tenentur explicite credere misteriũ trinitatis, & saltẽ illa misteria pertinentia ad Christi humanitatẽ, q̃ per ecclesiam solemnizãtur, vt misterium incarnationis Christi Natiuitatis, mortis, Resurrectionis, Ascensionis, Aduẽtus ad Iudiciũ quibus additur misteriũ sacratissimi sacri Eucharistiæ. Ita expresse tenet. D. Th. 2. 2. q. 2. art. 5. 3. & 7. Siluest. in ver. fides 1. q. Nauar. in sum. c. 11. nu. 18. Vnde cõiter qui hęc ignorãt sunt in statu peccati mortalis, & nõ sũt capaces absolutionis. Aduerte aũt quod dico cõiter, quia sunt aliqui licet valde pauci, ita rudes, & incapaces, vt oĩno capere nõ possint hęc misteria, nec memoriæ retinere, & qa nemo tenetur ad impossibile, putandum est istos excusari, postq̃ per aliquod tps ad arbitriũ boni viri,

viri, diligēter elaborauerint, pro ijs addiscēdis, qui saltē, eo sunt perducendi à Parochis, vel ab ijs ad quos spectat, vt si nō possint hęc addiscere, nec p se possint referre, saltem ita addiscant, vt interrogati respondere veritatem sciant, & sint parati, ecclesiæ obedire mandatis.

Notandum primo, non teneri rusticos sub pęna peccati mortalis, memoriter scire istos articulos, sed satis, esse si saltem, de ijs sciāt reddere rationem ita vt interrogati recte respondeant qui sic absolui possunt: qui si non recte respondeant, sicut ex supradictis patet, sunt probabiliter in statu peccati mortalis, & consequenter communiter, sunt incapaces absolutionis, & ideo dimittendi sunt, vt prius hęc addiscant. Nec videri debet hęc opinio nimis crudelis, & rigida, cum constet experientia infideles, quosq; iudęos Mahumethanos, & rudes illos gentiles, qui sunt in multis partibus Indiæ communiter, quod sciant de sua religione, & Fide multa plura quàm hęc, quæ nos dicimus esse necessaria Christianis. Negligentia autem memoriter addiscendi articulos Fidei, in rusticis, non videtur esse plusquàm peccatū veniale, vt notat. Nauar. in sum. vt sup.

Notandum secundo, probabilissimū esse homines populares, qui habitant in ciuitate sub pęna peccati mortalis teneri, scire expliciter articulos Fidei omnes, Probatur, quia isti cum habitent in vrbe facile possunt addiscere, & habent magnā commoditatem, ad addiscendū, secundo, sunt capaciores, tertio, res est valde necessaria ad salutē, ergo videtur teneri omnino. Confirmatur quia ab ijs qui baptizādi sunt exigitur ratio totius fidei, ergo necessaria est fides tota saltē qū haberi potest. Hoīes vero nobiles, & præsertim studiosi literarum, vt iureconsulti, Medici, Philosophi, Astrologi studiosi humanarū literarum, videntur nō posse excusari nisi sciant memoriter totum simbolum Apostolorum, & valde probabile, est eos teneri scire aliquā paruam declarationem, ita vt non solū memoriter sciant, sed etiam aliquantulum id intelligāt, clerici vero pręcipuè qui sunt in sacris, & beneficiati tenētur ad aliquam maiorem cognitionem Fidei, Curati adhuc tenētur, ad maiorem quam alij clerici, quia tenentur habere totam cognitionem, non solum articulorum Fidei, sed etiam aliarum rerum ad Fidem pertinentium, & magis eam tenentur habere Episcopi, & maiores ecclesiæ prælati, quia ad istos spectat, defendere Fidem contra hæreticos, & conuenire ad generalia concilia, ad defensionem, & determinationem Fidei, de qua re latius suo loco est dictum.

Sit quartum dictum. Homo aliquando tenetur, confiteri Fidem actu externo, probatur, quia præceptum Fidei, est affirmatiuum, ergo obligat saltem suo tempore ad externos actus.

Tempus autem confitēdi Fidem est, primo quando quis serio ab habente potestatem de Fide interrogatur, tunc. n. tenetur respondere veritatem, secundo, etiam si non interrogetur de Fide aliqñ tenetur sub peccato mortali, confiteri Fidem, etiam cum periculo mortis, nēpe si in persecutione Pastor videret suas oues valde timidas, ita vt periculum esset, ne illę metu mortis Fidem negarēt, teneretur Pastor præire exemplo, & ē non requisitus sponte pręire exemplo, & etiam sponte se offerre ad Fidei confessionem.

Dubium est à quando quis in itineribus, in hospitijs, in portibus interrogatur de Fide à viro priuato, teneatur sub peccato mortali confiteri Fidem, pręsertim si serio interrogetur.

Respondeo primo, certum est esse quod siue serio, siue ioco interrogetur à quocunque etiam priuatissimo viro nunquàm potest negare Fidem, sine peccato mortali, nisi quando aliquis ioco negaret apud eum, à quo est cognitus quo tamen casu peccat, & subijci potest iudicio inquisitionis, ratio est, quia quantum ad negationem Fidei hoc pręceptum est negatiuum, ita vt numquàm liceat negare Fidem.

Secūdò, in tali casu proposito homo, nō tenetur sub peccato mortali cōfiteri Fidem & aliqñ laudabilissimum, & sanctissimum est eam non confiteri, sed tacere vel alio sermonem diuertere modo

do illam non neget, vt cum ille qui interrogatur, esset persona vtilis reipub. Christianæ, & ex hac confessione, vel detruderetur in carcerem, vel ita tractaretur, vt non posset prodesse alijs. Dices quid ergo faciet; Respondeo primo, potest subterfugere responsionem introducendo sermonem de alijs rebus vt supra, vel secundo, per aliquam energiam, aut acutam responsionem illi indicere silentium, vel tertio, posset dicere, se nolle respondere.

Notandum primo, quod fides non solum verbo, sed etiam opere negari potest, & habitu corporis, opere vt si quis Thurificaret, vel genuflecteret coram Idolis, &c. Habitu corporis, vt si assumat habitum proprium infidelium, per quē à fidelibus distinguuntur, vnde tam circa habitum, quam circa aliqua opera est magna difficultas inter doctores. De habitu primo certum est quod sacerdos etiam religiosus transiturus per terras hęreticorum, & infidelium, potest accipere habitum mercatorum etiā infidelium, hoc communiter tenetur.

Secundò certum est, quod vbi fideles ab infidelibus non distinguuntur per habitum, idest non habent habitum distinctiuum religionis, ibi licitum est fidelem accipere habitum infidelium. Patet quia iste habitus non est ad significandam contrariam religionem, sed morem patriæ.

Tertiò, vbi est habitus distinctiuus religionis, valde dubium, est an licitum sit fideli accipere habitum infidelium.

Communior sententia videtur esse, non posse fidelem suscipere talem habitum sine peccato mortali, probatur, quia suscipiendo istum habitum ostendit se esse infidelem.

Secunda sententia est Adriani in 4. sent. in materia de baptismo, qui putat sine peccato mortali sumi posse talem habitum, & hæc sententia est magis pia & mihi propter difficultates, quæ in praxi occurrunt, videtur probabilior. Probatur primo, quia habitus non est ex natura sua distinctiuus religionis, vnde sicut possum ego in scena accipere istum habitum ad ludum, & recreationem, ita possum in necessitate ad euadendam mortem. Vnde sumptio istius habitus ex natura non arguit me esse infidelem. Deinde quia vestitus, non est ita significatiuus. Sicut vox. Vnde falsum est quod tam ostendo me infidelem assumendo istum habitum, quam si voce negarē fidem. Confirmatur idem dictum, ista assumptio habitus, potius est simulatio, quàm negatio Fidei, & Animus gestantis, hunc habitum est talis, vt si serio, ab habente potestatem interrogetur paratus sit confiteri Fidem, etiam cum periculo vitæ, ergo, videtur non esse negatio Fidei; Dices infideles apud quos fidelis vtitur tali habitu, ex habitu iudicant illum infidelem.

Respondeo hoc prouenire tum ex malitia eorum tum ex eorum ignorantia, quia si volunt certo scire cuius religionis iste sic incidice interrogetur, & sic cognoscent esse Christianum. Rursum difficultas, est circa aliqua opera exteriora pro cuius resolutione distinguendum est de istis operibus.

Alia enim sunt opera, quę ex natura sua, sunt opera infidelitatis aut hæresis, & consequenter, per se contra Fidem; vt Thurificare Idolo: similiter apud hęreticos, accedere ad eorum communionem, præsertim illorum hęreticorum quando consecrant.

Alia vero sunt opera, quæ non sunt per se contraria Fidei, etiam si accipiantur ab hęreticis, & infidelibus, in signū infidelitatis, vt apud hæreticos ingredi eorum templa, interesse eorum concionibus & similia: & de his dico eos qui hęc faciunt, non peccare contra Fidem, ad eundem modum, quo dixi de habitu, imo aliquando fieri posse sine vllo peccato: Vnde si quis ad euadendam mortem hæc faceret per simulationem sincero animo, nec vlla esset extrinseca circumstantia, quæ actum istum vitiaret non peccaret hoc faciendo.

Aduertēdum est tñ quod isti actus & habitus vitiari possunt primo, ratione scandali, propterea qđ dum alij, qui cognoscunt istum esse Christianum, vident eum hæc facientem, scandalizantur

tur quare tunc ratione scandali esset peccatum mortale.

Ad quod peccatum euitandum satis esset, si iste, qui in necessitate est constitutus prius exprimeret eis qui hæc vident, ne scandalizarentur; & si instructi nollent deponere scandalum ipsis imputetur. secundò, possunt isti actus vitiari ratione periculi spiritualis, verbi gratia, ex eo quod quis adit concionem hæreticorum, periculū est ne seducatur, quare ratione huius periculi peccat mortaliter audiendo. Huic periculo potest obuiari si homo ingressus locum concionis, non attendat, vel secundò, si est vir doctus studendo prius diligenter aduersus ea quæ dicit concionator.

SVMMARIVM.

1 Donum quid sit.
2 Dona Spiritus sancti, quot sint, & quæ.
3 Donum intellectus ad quid detur.
4 Donum intellectus an possit esse simul cum fide.
5 Donum intellectus an sit speculatiuum, vel practicum.
6 Donum intellectus est in omnibus habentibus gratiam, & quomodo.
7 Donum intellectus nō adest nō habentibus gratiam gratū faciētem.
8 Donum intellectus distinguitur ab alijs donis, & quid det.
9 Dono intellectus respondet sexta beatitudo.
10 Donum intellectus quid habeat pro fructu.

De dono intellectus, & scientiæ Fidei correspondentibus. Cap. VIII.

D. Tho. 2. 2. q. 8.

1 Donum quid sit.

Obseruandum est, quòd dona sunt habitus quidam, quibus homo disponitur ad exercenda opera virtutis secundùm quòd est mobilis à Spiritu sancto, virtutes verò ponuntur in homine, quatenus est mobilis à ratione, vel mente, & sic dona sunt potiora virtutibus exceptis tribus Theologicis, per quas homo vnitur supernaturaliter Deo mouenti, vt inquit Diuus Thomas 1. 2. q. 68. art. 1. cum sequent. vt supra de virtutibus.

2 Dona Spiritus sancti quot sint, & q.

Secundò, obseruandum est esse septē dona Spiritus sancti, vt ibi est dictum: & inter hęc donum intellectus, & scientiæ respondent fidei, & probatur Is. 11. & ex August. de ser. domini in monte, lib. 1. cap. 9. lib. 2. de doctr. Christiana. cap. 7. serm. 209. de tempore. cap. 4. Ambro. libro 1. de Spiritu sancto. cap. 20. Greg. homil. 19. in Ezechiel. & libro 1. Moral. cap. 28. Bernard. serm. de donis Spiritus sancti.

3 Donū intellectus ad quid detur.

Prima propositio. Homo eget lumine supernaturali, quo penetret ad cognoscendum aliqua quæ per lumen naturalem cognoscere non valet, quòd est donum intellectus, probatur Is. 11. requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ, & intellectus.

Ratione probatur, nam nomen intellectus importat quandam intimam cognitionem, quia intelligere, est quasi intus legere, quòd patet ex differentia intellectus, & sensus, quia cognitio sensitiua occupatur circa qualitates sensibiles exteriores, cognitio verò intellectus penetrat vsque ad essentiam rei, obiectum verò intellectus est, quod quid est. 3. de Anima, tex. 26. multa verò genera sunt eorum quæ intra latent, ad quæ oportet cognitionem hominis, vt intrinsecus penetrare, quia sub accidentibus latet natura substantialis rei, sub verbis latent significata verborum, sub similitudinibus, & figuris veritas figurata, quia res intelligibiles sunt velut interiores respectu rerum sensibilium, quæ extra sentiuntur, & in causis latent effectus, & è conuerso: Vnde respectu horum omniū potest dici intellectus, sed cum cognitio hominis à sensu incipiat, vt exteriori, patet, quod quo lumen intellectus est fortius, eo magis potest ad intima penetrare, lumen verò naturale nostri intellectus est finitæ virtutis; vnde vsq; ad determinatum aliquid potest pertingere, eget ergo homo supernaturali lumine, vt vlterius penetret ad cogno-

gnoscendum quædam, quæ per lumen naturale cognoscere non potest; & id lumen supernaturale homini datum, dicitur donum intellectus.

4 Donũ intellectus ã possit esse simul cũ fide.

Secunda propositio. Donum intellectus potest esse simul cum fide, probatur ex Greg. lib. 1. Mor. c. 32. ante med. vnde non est officium doni intellectus penetrare res fidei perfectè, prout in se sunt, sed vt sunt credibiles, ita vt nulla ratione ab illis sit discedendum, cum nec in statu fidei possimus perfectè intelligere, quæ per se cadunt directè sub fide, sed imperfectè, quædam tamen ordinata ad fidem possumus perfectè cognoscere in hoc statu.

Ratione probatur, nam respectu fidei quędam directè, & per se cadunt sub fide, quæ naturalem rationem excedunt, vt Deum esse trinum, & vnum, Filium Dei, esse incarnatum, quædam cadunt sub fide, vt ordinata ad ista aliquo modo, vt omnia quæ in sacra scriptura cõtinentur, ex parte verò intellectus dupliciter dici possimus aliqua intelligere primò perfectè quãdo attingitur ad cognitionem essentiæ rei intellectæ, & ipsam veritatem enũciabilis intellectã secundùm quòd in se est, & sic ea q̃ sunt sub fide; directè intelligi nõ possunt durante statu fidei, sed quædam alia ad fidem ordinata & hoc modo intelligi possunt. Alio modo aliquid intelligitur imperfectè quando essentia rei, vel veritas propositionis non cognoscitur quid sit, vel quomodo sit, sed tãtum cognoscitur secundùm quòd ea quæ extra apparent veritati non contrariantur, quatenus si homo intelligit, quod ob ea q̃ exterius apparent, non est recedendum ab his q̃ sunt fidei, & sic nil prohibet durante statum fidei intelligere etiam ea quæ per se sub fide cadunt.

5 Donũ intellectus ã sit speculatiuum vel practicũ.

Tertia propositio. Donum intellectus est principaliter speculatiuum, & secundariò practicum, & perfectiuum rationis superioris, probatur Ps. 110.

Ratione probatur, nam vt art. 1. donum intellectus, non solùm se habet ad ea quæ primò, & principaliter cadunt sub fide, sed etiam ad omnia quæ ad fidem ordinantur, sed operationes bonæ habent quendam ordinem ad fidẽ, quia fides per dilectionem operatur. Gal. 5. Ideò donum intellectus, etiam ad quædam operabilia se extendit, non vt circa ea principaliter versetur; sed vt in agendis regulamur rationibus æternis, quibus consulendis, & inspiciendis hæret superior ratio secundùm Aug. lib. 12. de Tr. c. 7. quę dono intellectus perficitur. Vnde si quæratur an donum intellectus sit supra fidem, & lumen eius. Resp. q̧ ad habitum fidei, & lumen eius hoc solum attinet secundùm se, q̧ determinet intellectum ad vnum, scilicet ad assentiendum rebus reuelatis à Deo: donum verò intellectus ad intelligenda, & penetranda ea quæ sunt reuelata, datur homini.

6 Donũ intellectus ẽ in oĩbus habentib. gratiã, & quomodo

Quarta propositio. Donũ intellectus est in omnibus habẽtibus gratiam, nec vnquã se subtrahit sanctis circa ea quæ sunt necessaria ad salutem; probatur Ps. 81. nescierunt &c.

Ratione probatur, nam in omnibus habentibus gratiam oportet esse rectitudinem voluntatis, quia per gratiam præparatur voluntas hominis ad bonum, voluntas verò non potest rectè ordinari in bonũ nisi præexistente aliqua cognitione veritatis, quia obiectum volũtatis est bonum intellectum. 3. de Aĩa t. 34. sicut verò per donum charitatis, Spiritus sanctus ordinat voluntatem hominis, vt directè moueatur in bonũ quoddam supernaturale, ita etiam per donũ intellectus illustrat mentem hominis, vt cognoscat veritatem quãdam supernaturalem, in quam oportet tendere voluntatem rectam. Ideò, vt donum charitatis est in omnibus habentibus gratiam gratum facientem, ita etiam donũ intellectus.

7 Donũ intellectus non adest nõ hñtib[9] grãam gratũ faciẽt.

Quinta propositio. Donũ intellectus non adest non habentibus gratiam gratum facientem; probatur ex Greg. lib. 1. Mor. c. 32. quia non habent rectam æstimationem finis.

Ratione probatur, nam vt 1. 2. q. 68. art. 1. & 2. dona Spiritus sancti perficiũt animam secundùm q̧ est benè mobilis à Spiritu sancto, huiusmodi verò motus consideratio in hoc est, q̧ homo apprehendat

hendat veritatem circa finem, vnde nisi hucusque moueatur intellectus humanus à Spiritu sancto, vt rectam æstimationem de fine habeat, nõdum obtinuit donum intellectus, licet ex illustratione Spiritus sancti, alia quædam præambula cognoscat, rectam verò æstimationem de vltimo fine nõ habet nisi is qui circa finem nõ errat, sed ei firmiter hæret vt optimo, quod est solum habentis gratiam gratum facientẽ, vnde sine gratia prædicta, nemo habet donum intellectus.

8 Donũ intellectus distinguitur ab alijs donis, & quid det.

Sexta propositio. Donum intellectus distinguitur ab alijs donis, & dono intellectus ea quæ sunt fidei homo prius penetrat, tum oportet, vt habeat de eis iudicium rectum, vt iudicet ijs inhærendum, & à contrarijs recedendum, ad quod ponuntur tria dona: sapientia, scientia, & consilium, donum sapientiæ quantũ ad credẽdum de rebus diuinis: Donum scientiæ ad iudicãdum de rebus creatis: Donum consilij, quò ad iudicium singulare, quia per illud homo applicatur ad opera singularia.

Ratione probatur, nam à pietate, fortitudine, & timore differt, differt verò à dono scientiæ, sapientiæ, & cõsilij, quia omnia hæc quatuor ordinant ad supernaturalem cognitionem, quæ in nobis per fidem fundatur: Fides verò est ex auditu. Rom. 10. Vnde oportet aliqua proponi homini non vt visa, sed vt audita, quibus per fidẽ assentiat. Fides vero primò, & principaliter se habet ad veritatẽ primã. Secundò, ad quædam circa creaturas consideranda; & vlterius etiam se extendit ad directionem exteriorum operum, secundùm quod per dilectionem operatur, sup. q. 1. art. 1. & 6. sic ergo circa ea quæ fidei proponuntur credenda duo requirũtur ex parte nostra: primo, vt intellectu penetrentur, vel capiantur, quòd pertinet ad donum intellectus. Secundò, vt de ijs homo habeat iudiciũ rectum, vt æstimet his esse inhærendũ, & ab oppositis recedendum, quod quò ad res diuinas pertinet ad donũ sapientiæ, quò ad res creatas pertinet ad donum scientiæ, quo verò ad applicationem ad singularia opera pertinet ad donum consilij.

9 Dono intellectus respondet sexta beatitudo.

Septima propositio. Dono intellectus respondet sexta beatitudo, Beati mundo corde, &c. probatur ex Aug. lib. 1. de serm. dñi in monte. c. 9. ante medium.

Ratione probatur, nam in sexta beatitudine, vt etiam in alijs duo continentur, vnum per modum meriti, s. munditia cordis, aliud per modum præmij. s. visio Dei. 1. 2. q. 3. art. 2. & 4. & vtrunque pertinet aliquo modo ad donum intellectus, quia est duplex munditia, vna præambula, & dispositiua ad Dei visionẽ, quæ est depuratio affectus ab inordinatis affectionibus, quæ munditia cordis fit per virtutes, & dona quæ pertinẽt ad vim appetitiuã: alia vero munditia cordis est quæ est quasi cõpletiua respectu visionis diuinæ, quæ est munditia mentis depuratæ à phantasmatibus, & erroribus, vt. s. ea quæ de Deo dicuntur, non accipiantur per modũ corporaliũ phantasmatum, nec secũdùm hæreticas peruersitates, quam puritatem facit donũ intellectus. Similiter est duplex visio Dei, perfecta per quam videtur Dei essentia, & imperfecta ex qua licet non videatur de Deo quod est, videtur tamen quod non est, & tanto in hac vita Deus perfectius cognoscitur, quanto magis intelligitur eum excedere quicquid intellectu comprehenditur, & vtraq; Dei visio pertinet ad donum intellectus: prima ad donũ intellectus cõsummatum, secundùm quod erit in patria: secunda, ad donum intellectus inchoatũ secundùm quod habetur in via. Beati tamen in patria ad videndum Deum non vtuntur dono intellectus, sed tantum lumine gloriæ, quòd eminenter continet omnem perfectionem luminis inferioris.

10 Donũ intellectus quid habeat pro fructu.

Octaua propositio. Donum intellectus habet pro fructu proprio fidem, id est certitudinẽ fidei, sed pro vltimo fructu habet gaudium quoddam de certitudine fidei; probatur ex gl. Gal. 5.

Ratione probatur, nam fructus Spiritus dicũtur vltima, & delectabilia, quæ in nobis proueniunt ex virtute Spiritus sancti. 1. 2. q. 70. art. 1. vltimum verò, & delectabile habet rationẽ finis, qui est proprium obiectum voluntatis, ideò oportet quod id, quod est vltimum, & delectabile

ctabile in voluntate, sit velut fructus omnium aliorum quæ pertinēt ad alias potentias, secundùm hoc ergo doni, vel virtutis perficientis aliquam potētiam potest accipi duplex fructus, vnus pertinet ad suam potētiam, alius, vt vltimus pertinet ad voluntatem, & sic dono intellectus respondet pro proprio fructu fides, scilicet fidei certitudo, sed pro vltimo fructu respondet gaudium, quod pertinet ad voluntatem.

SVMMARIVM.

1 Scientia, vt sit donum.
2 Donum scientiæ an sit circa res diuinas, vel creatas.
3 Donum scientiæ an respiciat speculatiuam, vel practicam.
4 Dono scientiæ respondet tertia beatitudo.

De dono scientiæ. Cap. IX.

D.Tho.2.2.q.9.

1 Scientia, vt sit donum.

PRima propositio. Scientia est donum, nō vt est gratia gratis data, nec vt habitus acquisitus studio humano, sed vt ponitur ab Es.c.11.

Ratione probatur, nā gratia est perfectior, quàm natura, vnde non deficit in his in quibus homo per naturam perfici potest, cum verò homo per naturalē rationem assentit secūdùm intellectum alicui veritati, dupliciter perficitur circa illam veritatem, primò, quia capit illam: secūdò, quia de ea certum iudiciū habet, ideò vt intellectus humanus perfectè assentiat veritati fidei, duo requiruntur: primò, ꝙ sanè capiat ea quæ ꝓponuntur, ꝙ pertinet ad donum intellectus, vt supra: secundò, vt habeat certum, & rectum iudicium de eis, discernendo, s. credenda, à non credendis, & ad hoc est necessarium donum scientiȩ. Et ita donum scientiæ nō est habitus discursiuus, sed participatio quædam diuinæ scientiæ, quæ non est ratiocinatiua, sed facit vt homo simplici assensu distinguat credenda à non credendis, & permaneat in illis. Vnde omnis discursus, qui habetà Christiano Theologo de rebus supernaturaliter cognitis per fidē, vel per donum scientiæ, vel sapientiæ, pertinet ad scientiam Theologiæ acquisitam, vel ad gratias gratis datas ad alios erudiendos.

2 Donum sciētiæ an sit circa res diuinas, vel creatas.

Secunda propositio. Donum scientiæ non est circa res diuinas, sed magis circa creaturas; probatur ex Aug. lib. 14. Trin. c. 1. & lib. 12. c. 14. vbi d. cognitionem rerum diuinarum, dici sapiētiam, humanarum verò scientiam.

Ratione probatur, nam certum iudiciū de aliqua re maximè datur, ex sua causa, ideò secundùm ordinem causarū oportet esse ordinem iudiciorum, nam vt causa prima est causa secūdæ, ita per primam iudicat de secunda, de prima verò non potest iudicare per aliam causam, ideò iudicium ꝙ fit per causam primam est perfectissimum. In his verò in quibus quid est perfectissimum nomen commune generis appropriatur his quę deficiunt à perfectissimo, ipsi verò perfectissimo aptatur aliud speciale nomen, vt in Logicis, vt in genere conuertibiliū, id ꝙ significat, ꝙ quid est dicitur diffinitio, quæ verò in hoc deficiunt conuertibilia existentia, propria dicuntur: sed quia nomen scientiæ importat quādam certitudinem iudicij, vt art. præc. si certitudo iudicij fit per altissimā causam illius generis per quā potest de omnibus iudicare, speciali nomine dicitur sapientia, quia in quolibet genere sapiens dicitur qui nouit altissimā causam illius generis per quam potest de omnibus iudicare: simpliciter verò sapiens dr̄ qui nouit altissimam causam simpliciter. s. Deum, ideò cognitio diuinarū rerum dicitur sapientia, humanarū scientiam, quasi cōmuni nomine importante certitudinem iudicij, appropriato ad iudicium, ꝙ fit per causas secundas, & ideò sic accipiendo scientiæ donum distinguitur à dono sapiētiæ, & est solum circa res creatas.

3 Donum sciētiæ an respiciat speculatiuam, vel practicā.

Tertia propositio. Scientiæ donum primò, & principaliter respicit speculatiuam: secundò, practicam: probatur ex Greg. lib. 2. Mor. c. 32. ante medium.

Ratione probatur, nam donum scientiæ,

tiæ, vt & intellectus ordinatur ad certitudinem fidei: fides verò primò, & principaliter in speculatione consistit, quatenus hæret primæ veritati, sed quia veritas est etiam vltimus finis ob quam operamur, inde fides etiam ad operationem extenditur. Gal. 5. Fides per dilectionem operatur. Vnde oportet ꝙ donum scientiæ primò, & principaliter respiciat speculationem, quatenus scilicet homo scit quid fide tenere debeat. Secundò, se extendit etiam ad operationem, secundùm ꝙ per scientiam credibilium, & eorum quæ ad credibilia consequuntur, dirigitur in agendis.

4 Dono sciētiæ respōdet tertia beatitudo

Quarta propositio. Dono scientiæ respondet tertia beatitudo, Beati qui lugent &c. probatur ex Aug. de ser. domini in monte. lib. 1. c. 9. ante medium.

Ratione probatur, nam ad scientiam propriè pertinet rectum iudicium creaturarum; creaturæ verò sunt ex quibus homo occasionaliter à Deo auertitur. Sap. 13. creaturæ factæ sunt in odium, & muscipulam, pedibus insipientium, dum scilicet rectum iudiciū de his non habent, dum in eis æstimant esse perfectum bonum: vnde in eis ponendo finē peccant, & verum bonū perdunt, & hoc damnum homini innotescit per rectū iudicium de creaturis, quòd habet per donum scientiæ: ideò beatitudo luctus respondet dono scientiæ. Notandum tamen quando in gratia existēs credit per fidem infusam non esse necessarium ꝙ simul exerceat donum intellectus, & scientiæ, quia fieri potest: vt sicut Christianus credens res fidei, credat per solā fidem acquisitam non exercendo infusam, sic quoq; dum exercet actum fidei infusum fieri potest, vt non exerceat habitum charitatis, licet habeat illum, & sic non exerceat dona Spiritus sancti: vt dicit hic Bannes.

SVMMARIVM.

1 Infidelitas quot modis sumatur, & vt hic.
2 Infidelitas an sit peccatum, vel pœna, & vt.
3 Infidelitas in qua potentia sit.
4 Infidelitas an sit maximum peccatorum.
5 Infideles an possint facere opera bona.
6 Infidelitatis species quot sint, & quæ.
7 Infidelitas an sit grauius peccatum hæresi, & iudaismo.
8 Infideles an sit dubitans de fide, & quomodo, & an de fide disputare liceat.
9 Infidelis an possint cogi ad fidem.
10 Fideles an possint cum infidelibus communicare.
11 Infideles an habeant dominium in fideles, & quomodo id habere possint, vel non in dominijs temporalibus.
12 Infidelium ritus an sint tolerandi.
13 Infidelium pueri an possint inuitis parentibus baptizari.

De infidelitate in communi. Cap. X.

D. Tho. 2. 2. q. 10.

1 infidelitas quot modis sumat, & vt hic.

OBseruandum est, ꝙ infidelitas dupliciter accipitur; primò negatiuè, vt sic comprehendat eos qui carent fide, secundùm puram negationem, vt est in illis qui nil audierunt de fide, & sic non habet rationem peccati, sed magis pœnæ, cū talis ignorantia diuinorū sit ex peccato primi parentis. Io. 15. Rom. 10. Secundò, accipit, prout quis contradicit fidei, & sic ei dissentit, & sic per anthonomasiam infidelitas dicitur peccatum, vt d. Aug. contra duas ep. Pelag. lib. 3. c. 3. & tenebræ, vt idem d. in Ps. 87. & mundus, vt idem d. de verb. domini. ser. 61. post principium. His notatis.

2 infidelitas an sit peccatum, & quomodo

Prima sit propositio. Infidelitas si accipitur, vt dicit cōtrarietatem ad fidem est peccatum: si verò secundùm puram negationem nō est peccatum, sed habet rationem pœnæ, & vt sic infideles secundùm puram negationem non condemnabūtur propter infidelitatē, sed ob alia peccata; prima pars probatur ex Aug. loco cit. con. duas ep. Pelag. lib. 3. cap. 3.

ſecunda pars probatur Io. 15. ſi non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem peccatum non haberent, quòd de tali infidelitate exponit Aug. tract. 89. in Ioan. inter principium, & medium. tertia pars probatur ex Auguſt. d. tract. 89. vbi d. eos puniri de alijs peccatis, non de eo quòd non crediderunt.

Ratione probatur, nam ſumpta, non prout dicit argumentum, ad ipſam ſolam fidem pertinet, vt ſcilicet infidelis dicatur non qui non habet fidem, ſed vt habet contrarietatem ad fidem, qua quis recipit auditu fidem, & contemnit ipſam, in quo propriè conſiſtit ratio infidelitatis, & ſecundùm hoc infidelitas eſt peccatum, ratione primi, nam ſi infidelitas accipitur ſecundùm negatiuã puram, vt in illis ꝙ nil audierũt de fide nõ habet rationẽ peccati, ſed magis pœnæ, quia huiuſmodi ignorãtia diuinorum, ex peccato primi parẽtis conſecuta eſt; qui verò ſic, ſunt infideles damnãtur ob alia peccata, quæ ſine fide remitti non poſſunt, non autem ob infidelitatis peccatũ. Et infidelitas eſt contra ipſam hominis naturã, vt hic d. D. Th. ad primũ. Vt autem prædicta clarius intelligant, prima ſit aſſertio, ſi loquimur de fide explicita euangelij excuſantur ab infidelitate, qui id nunquam audiuere ex prædictis, ſcilicet Io. 15. & Aug. d. tr. 89.

Secunda aſſertio, ſi loquimur de fide neceſſaria ad iuſtificationem, multi infidelium excuſantur à peccato infidelitatis. d. c. 15. Io. Præterea nemo tenetur ad impoſſibile, ſed lumine naturali nemo cognoſcit ſe eſſe reum ob peccatũ originale, nec alia media quęrenda quę ſint ſupra naturalem rationem ad rectè viuendum: vnde non peccat talis peccato infidelitatis negans Deum eſſe trinũ, & vnum, cum id lumine naturali non cognoſcat.

Tertia aſſertio, non quilibet infidelis perueniens ad vſum rationis tenetur ſe conuertere in Deum diſtinctè ſimpliciter, & formaliter, quia nemo tenet̃ prius diligere Deũ, quàm cognoſcere, ſed cognitio Dei explicita peruenit poſt multum tempus, & minus tenetur ſe conuertere ad Deum ratione naturali, conuerſione ſupernaturali neceſſaria ad iuſtificationem, cum careat cognitione Dei ſupernaturali. Veniens tamen ad vſum rationis tenetur ſe cõuertere per aliquẽ actum ad bonum ſecundùm rationem proſequendam, ſcilicet ſe cõuertere ad Deum, ſiue implicitè cognoſcatur, vel explicitè: vt d. D. Tho. 1. 2. q. 89. art. 6. quia tunc incipit homo agere vitam humanam, ergo & tenetur ſe cõuertere in bonum honeſtum, & tũc eſt periculum errandi; Præterea is tenetur deliberare tunc de ſe ordinando ad finem honeſtũ, cum eo caſu primum occurrens rationi ſit de ſe ordinando ad finem: vnde ſi nõ ſe ordinet ad finem honeſtũ, peccat mortaliter, quia aliàs conſtituit vltimum finem in ſeipſo, neutra tamẽ ex prædictis aſſertionibus eſt de fide, ſed tantum probabilis, vt d. hic Bannes. & ſi homo in inſtanti vſus rationis nõ ſe conuertit in Deum, ſed actu poſitiuo ſe diligat quærens propriam excellentiam, nec ſe ſubijciat dictamini ſinderesis, erit peccatũ ſuperbiæ. Dicitur autem homo tunc habere vſum rationis, cũ eſt dominus ſuæ operationis per liberum arbitrium practicè, nam probabile eſt vſum rationis ſpeculatiuæ præcedere in pueris ante vſum liberi arbitrij.

Quarta aſſertio. Homo tenetur infidelis præbere auditum dicenti audi me, quia volo te inſtruere de ſupernaturalibus, is enim non habet lumen niſi naturale, nec poteſt princeps Chriſtianus inferre bellum gentilibus, vt audiant concionatorem, ſed ſolum defendendo concionatorẽ, & eos qui audire voluerint.

Quinta aſſertio, licet gentilis audiat explicitè euangelium à concionatore Chriſtiano, nõ ſtatim incurrit infidelitatis peccatum ſi nõ credat, niſi is proferat teſtimonia apta eum cõuincere. Eccleſ. 19. Rom. 10. efficacia verò erunt argumenta, quibus oſtenditur aliquos obijſſe pro fidei defenſione, & euangeliũ eſſe euidenter credibile.

Sexta aſſertio. Licet concionator probet euangelium eſſe euidẽter credibile, non tenetur ſtatim gentilis credere niſi ſibi oſtendatur eſſe magis credibile, q̃ omnem religionem aliam veri Dei, aliter

er teneretur recipere gentilis sectam Iudæorum, si sibi probaretur.

Septima assertio. Si gentili probaretur euangelium esse magis credibile omni alia religione circa cultũ veri Dei, si non credit, peccat infidelitatis peccatum, quia in re tanti momenti tenetur sequi quod est probabilissimum.

Octaua assertio. Quando sufficienter non ostenditur euangeliũ credibile, tũc credens, credit auxilio Dei supernaturali, quod tamen auxilium non est necessarium, vt homo iustè damnetur, quia solo lumine naturali huiusmodi euidentiam potest cognoscere, & tunc ignorantia non solum est pœna, sed etiã culpa, & infidelitatis peccatum: vt d. hic Bann.

3 infidelitas in qua potentia sit. Secunda propositio. Infidelitas est in intellectu, vt in proximo subiecto: in voluntate verò vt in proximo motiuo.

Ratione probatur, nam, vt 1.2.q.74. art.1.2.& 3. peccatum dicitur esse in illa potentia, quæ est principiũ actus peccati: actus verò peccati potest habere duplex principium, vnum primum & principale, quod imperat omnes actus peccatorum, quod principium est volũtas, quia omne peccatum est voluntarium, aliud principium actus peccati est proprium, & proximum, quod elicit actũ peccati, vt concupiscentia est principiũ gulæ humanæ, & sic gula, & luxuria dicuntur esse in cõcupiscibili, dissentire verò qui est proprius actus infidelitatis, est actus intellectus, sed moti à voluntate, vt & assentire: ideò infidelitas, vt & Fides est in intellectu, vt in proprio subiecto: in voluntate autẽ, vt in proprio motiuo, & hoc modo omne peccatum dicitur esse in voluntate. Non tamen est aliquis habitus in voluntate pertinens ad rationem infidelitatis.

4 infidelitas an sit maximũ peccatorum. Tertia propositio. Infidelitas est maximum peccatorum, quæ committũtur contra bonos mores, secus de peccatis quæ committuntur contra virtutes Theologicas; probatur primum ex Aug. tr.29. in Ioan. inter principium, & mediũ, vbi d. infidelitate cuncta teneri peccata.

Ratione probatur, nam omne peccatũ formatur in separatione à Deo. 1.2. q.71. art.6. Vnde peccatũ eo est grauius, quo quis magis à Deo separatur: per infidelitatem verò homo maximè à Deo elongatur, quia nec veram Dei cognitionem habet per falsam veræ fidei cognitionẽ nec accedit ei, sed magis elongatur, nec potest esse quòd quò ad quid verè cognoscat qui falsã de Deo opinionem habet, quia id quod ipse opinatur non est Deus: vnde peccatum infidelitatis maius est omnibus peccatis, quæ in morum peruersitate contingunt, secus de alijs peccatis, quæ opponuntur alijs virtutibus Theologicis, vt in q.34. art.2.

Quarta propositio. Infideles nõ possunt facere opere bono, quæ ex gratia sint meritoria. Non est tamen opus, quod in omni opere bono peccent infideles, si tamen operãtur aliquid opus ex infidelitate peccant; primum probatur, quia deest eis fides, quæ est fundamentum vitæ spiritualis, & per consequens meritis secundum probatur ex Aug. in sent. cap. 106. to. 3. d. non omne opus infidelium esse peccatũ, nec minus opus bonum: vt idem d. cont. Iul. Pelag. lib.4. c.3. vbi id fusè probat; probans si gentilis nudum operiat nõ esse peccatũ, non tñ meretur apud Deum, vt ibi d. cum sine fide non liceat placere Deo; tertiũ patet ex dictis. 5 Infideles an possint facere opera bona.

Ratione probatur, nam, vt 1.2.q.85. art.1.& 2. peccatum mortale tollit gratiam gratum facientem, non autem totaliter, corrumpit bonum naturæ: vnde cum infidelitas sit quoddam peccatum mortale, infideles quidẽ gratia carent, manet tamen in eis aliquid bonum naturæ: vnde infideles non possunt operari opera bona, quæ sunt ex gratia, scilicet opera meritoria, tamen opera bona, ad quæ sufficit bonum naturæ aliqualiter operari possunt; vnde non oportet, quod in omni opere suo peccent, sed quoties aliquid opus operantur, ex infidelitate, tunc peccant, nam vt habens fidem potest aliquid opus committere, in actu quod nõ refert ad fidem, venialiter vel etiam mortaliter peccando, ita infidelis potest aliquem actum bonum facere nõ relatum ad finem infidelitatis. Vt verò prædicta apertius intelligãtur.

Prima sit assertio. Ex fide certum est ante iustificationem hominem posse habere

bere multa opera bona q̃ non sunt peccata; probatur in Conc. Trid. sess. 6. can. 7. & 8. & in Constantien. sess. 15. errore 16. Ioannis Hus.

Secunda assertio. Peccator, vel fidelis, vel infidelis, vel etiam idolatra potest facere multa opera bona, quæ non sunt peccata absque auxilio supernaturali, probatur, quia sine gratia manet liberũ arbitrium, per quod possit operari bona quæ sunt præsentis vitæ: vt d. Aug. lib. 2. Hipog. in princ. & lib. de spiritu, & lite. c. 28. Hier. super Matt. & D. Tho. 1. 2. q. 89. art. 5. & q. 109. art. 1. 2. & 4. nã potest viso paupere is misereri illi, & dictante ratione naturali illi subuenire, quòd est bonum opus.

6 Infidelitatis species quot sint, & quæ. Quinta propositio. Tres sunt generaliter infidelitatis species, Paganismus, Heresis, & Iudaica perfidia, plures verò si singuli eorum errores considerẽtur; probatur, nam bonũ contingit vno modo, malum verò multipliciter: vt dicit Dion. de diu. nom. c. 4. post med. & Philosophus 2. Eth. c. 6. post med. & D. Th. 1. 2. q. 19. art. 3. & 4. & q. 64. art. 1. & q. 66. art. 1. & q. 90. art. 1.

Ratione probatur, nam, vt supra 1. 2. q. 19. art. 5. Virtus consistit in hoc quòd attingat aliquam regulam cognitionis, vel operationis humanæ: attingere verò regulam est vno modo circa vnam materiã, deuiare verò ab ea est multipliciter, ideò vni virtuti multa vitia opponuntur, diuersitas verò vitiorũ q̃ virtuti opponuntur, potest considerari dupliciter: primò, secundùm diuersum habitum ad virtutẽ, & sic determinatæ sunt q̃dam species vitiorum, quæ opponũtur virtuti vt virtuti morali opponitur vnũ vitium, secundùm excessum ad virtutẽ, & aliud secundùm defectum. Secundò, potest considerari diuersitas vitiorũ, vni virtuti oppositorũ secundùm corruptionem multorum, quæ ad virtutem requiruntur, & secundùm hoc vni virtuti, vt temperantię opponuntur infinita vitia, secundùm q̧ infinitis modis contingit diuersas circunstãtias virtutis corrumpi. Vnde Pithagorici malum infinitum posuere; si ergo infidelitas consideretur circa comparationem ad fidem diuersæ sunt infidelitatis species, & numero determinatæ, quia cũ peccatum infidelitatis fidei renitatur id potest cõtingere dupliciter, quia vel renitatur fidei nondum susceptæ, & huiusmodi, est infidelitas Paganorum, vel gentilium, aut renitatur fidei susceptæ Christianæ, vel in figura, & sic est infidelitas Iudæorũ, vel in ipsa manifestatione veritatis, & sic est infidelitas hæreticorum: si verò cõsideretur infidelitatis species secundùm errores in diuersis, quæ ad fidẽ pertinent, tunc non determinãtur species infidelitatis, quia errores possunt esse infiniti secundùm Aug. li. de hæresib. infidelitatis. & si infans baptizatus nutriatur inter infideles perueniens ad vsum rationis, habens ignorantiam inuincibilem se esse baptizatum, si resistit euangelio erit paganus non hæreticus, quia is non peccat contra fidem, contra suam conscientiam. Iudæi verò qui habuerunt veram fidem, & amiserunt illam quando Christus venit in mũdum, peccant peccato infidelitatis eiusdem speciei, ac si re suscepissent fidem Christi in figura, quam Iudæi qui nunc sunt recipiunt in figura secundùm eorum ęstimationem: sic filij hæreticorum qui nunquam habuerunt veram fidem, & habent errores quos patres habuere, sunt hæretici si sũt baptizati, quia per baptismum debeant profiteri fidem in manifestationem veritatis: vt dicit Bannes.

Sexta propositio. Si consideretur grauitas infidelitatis secundùm renitentiã ad fidem grauior est culpa hæreticorũ, quàm Iudæorum, & Iudæorum, quàm paganorum: si verò consideretur grauitas infidelitatis, secundùm corruptionẽ eorum quæ pertinent ad fidem: infidelitas paganorum est grauissima, secundo verò loco infidelitas Iudęorum. Simpliciter tamen loquendo culpa hæreticorum est grauior. 7 infidelitas an sit grauior peccatũ hæresi, & iudaismo.

Ratione probatur, nam in infidelitate duo possunt considerari: Primò, comparatio eius ad fidem, & sic grauius contra fidem peccat, qui renititur fidei susceptæ, vt grauius peccat, qui non implet quod promisit, quàm si non implet quod nunquam promisit, & sic infidelitas hæ-

tas hæreticorum confitetur fidem euangelij, & ei renititur, eam corrumpens grauius peccat, quàm Iudæi, qui fidem euangelij non susceperunt, sed quia susceperunt eius figuram, in veritate legis quam malè interpretantes corrumpunt, ideò etiam eorum infidelitas, est grauius peccatum, quàm infidelitas gentilium, qui nullo modo fidem euangelij susceperunt: si verò in infidelitate consideretur corruptio eorum, quæ ad fidem pertinent, sic cum in pluribus errent infideles, quàm Iudæi, & hi quàm hæretici, sic infidelitas est grauior infidelitate Iudęorum, & horum, quàm hæreticorum; Prima grauitas tamen est maior secunda, quò ad rationem culpæ, quia infidelitas habet rationem pœnæ magis, quàm culpæ quandoque, vt supra; vnde hæresis est pessima inter infidelitates.

8 Infidelis ā de fide dubitās verò de ea ad confutandos errores, vel qsio, & an de fide disputare liceat.

Septima propositio. Disputans de fide vt dubius de ea est infidelis: disputās de fide, & exercitij causa, laudabiliter facit, licet etiam sine periculo cum sapientibus disputare de fide, cum infidelibus nō simplices, sed docti, & prudentes, cum simplices de populo fideli sollicitantur ab infidelibus, aliàs periculosum est corā simplicibus de fide cum infidelibus publicè disputare cum non sollicitantur ab infidelibus hæreticis, vel paganis; probatur Act. 9.

Ratione probatur, nam in disputatione de fide, duo considerantur, vnum ex parte audientium, aliud ex parte disputantis, ex hac parte, si quis disputet de fide, vt de ea dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens, & argumentis experiri intendens, peccat vt dubius in fide, & infidelis: si verò de ea disputat ad confutandum errores, vel ad exercitium laudabile est, ex parte audientium cōsiderandum an sint instructi in fide, vel dubij, vel simplices, & ideò coram sapientibus fide firmis de ea disputare non est periculum, circa simplices, vel sollicitantur ab hęreticis nitentibus eos auertere à fide, aut non sunt sollicitantur, in primo casu necessarium est disputare publicè de fide; dummodo aliqui inueniantur idonei, qui errores confutare possint; sic enim simplices in fide confirmabuntur, & tolletur infidelibus decipiendi facultas, & taciturnitas eorum qui resistere deberent, peruertentibus fidei veritatem, esset erroris confirmatio: in secundo casu periculosum id est scilicet disputare de ea coram simplicibus, vt tota fides sit firmior, quia nil diuersum audierunt. Notandum tamen circa primam conclusionem licere pagano disputare de fide cum de ea dubitat, quia sic est in via ad fidem, secus si sit catholicus. capit. 1. de hæreticis. laicus etiam prohibetur publicè disputare de fide, capit. quicunque. §. inhibemus. de hæret. in sexto; quòd intelligitur quando disputat contra malè sentientes de fide formaliter, & si esset doctus posset etiam disputare de fide formaliter maximè in casu necessitatis: vt dicit hic Caiet. & etiam simplex laicus si à Spiritu sancto moueatur, poterit cum fructu de fide disputare: vt patet in exemplo, de quo lib. 10. historiæ ecclesiasticæ habetur: quòd vir simplex sanctus superauit in Concilio Niceno argutissimum Philosophum; in qua re consilio piorū, & prudentum vtendum est: vt dicit hic Bannes.

Octaua propositio. Infideles qui nunquam susceperunt fidem, non sunt cogendi ad fidem; tales tamen cogi possunt, si adsit facultas in ecclesia, ne impediant fidem blasphemis, vel malis persuasionibus, vel alijs persecutionibus. Infideles tamen qui semel susceperè fidem, cogendi sunt etiam corporaliter, vt teneant quòd semel susceperunt; probatur Lucæ 9. exi in vias compelle intrare, quò ad secundam partem; quo verò ad primum probatur in c. de Iudæis. 45. dist. vbi Iudæi non sunt cogendi ad fidem, & ex August. trac. 26. in Ioannem post principium, dicente, ad fidem tales non cogendos, qui tamē eam suscepere cogi possunt ad credendum, vt idem d. ep. 50. ad Bonifac. 9 Infideles an possint cogi ad fidem.

Ratione probatur, nam quidam infidelium, nunquam susceperunt fidem, vt Gentiles, & Iudæi, qui ad fidem non

sunt compellendi, vt ipsi credant, quia credere voluntatis est, sunt tamen compellendi à fidelibus, si adsit facultas, vt fidem non impediant blasphemijs, malis persuasionibus, vel etiam apertis persuasionibus. Ideò fideles Christi sæpè contra infideles bellum mouent, non vt eos ad credendum cogant, quia si eos vicissent in libertate relinquerent, an credere vellent, sed compellunt, ne fide Christi impediant, qui verò fidem profitentur, & eam quandoq; suscepere, vt hæretici, & quandoque apostatæ sunt etiam corporaliter compellendi, vt impleant quod promiserunt, & teneant quod semel susceperunt.

10 Nona propositio. Fideles possunt cum infidelibus, qui nunquam fidem suscepere communicare, secus si eam suscepere in pœnam infidelium. Et fideles constantes non sunt prohibendi à communione infidelium qui fidem nunquā suscepere, secus de simplicibus: probatur, quò ad secundam partem. Deut. 7. non inibis fœdus cum eis, & per gl. Leuit. 15. & ex August. de verbis domini. serm. 6. circa medium. dicente: infidelium conuersationem vitandam, eis tamen blandiendum, vt audiant veritatē, sic tamen, vt in Christianis vitetur putredo, vt dicit ibi, & cum Iudæis in quo possit communicari, vel nō, habetur infra parte tertia tract. de statu Papæ.

Fideles ā possint cū infidelib' cōicare.

Ratione probatur, nam communio alicuius personæ fidelibus vetatur, vel in pœnam eius cui huiusmodi communio fidelium subtrahitur, vel ad cautelam eorum quibus vetatur, ne alijs cōmunicent; Primo modo, non vetatur communio cum paganis, vel Iudæis, quia non habent de eis iudicare spirituali iudicio, sed temporali, cum inter Christianos morantes aliquam culpam committunt, & per eos temporaliter puniuntur, sic tamen interdicitur fidelibus eorum communio, qui fidem suscepere, & ab ea deueniant, vel etiam corrumpunt, vt hæretici, vel totaliter à fide recedunt, vt apostatæ, in vtrosque enim horum Ecclesia sententiam excommunicationis profert. Secundo modo, si qui sunt firmi in fide, ita quòd ex communione eorum cum infidelibus conuersio infidelium magis sperari posset, quàm fidelium à fide auersio, non sunt vetandi communicare paganis, & Iudæis, maximè vrgente necessitate; si verò sint simplices, & infirmi in fide de quorum subuersione timeri possit, vitandi sunt à communione infidelium, maximè ab eorum familiari conuersatione, nec nisi necessitate instante.

11 Decima propositio. Non est permittendum, quòd infideles de nouo dominium super fideles accipiant, si quis tamen conuertatur ad fidem, adhuc subijcitur infideli qui erat ante eius dominus; potest tamen ecclesia condere legē iustam, qua conuersi ad fidem subtrahantur ab infidelium dominio, & prælatione; & etiam de facto eam tulit respectu infidelium subditorum temporaliter regibus Christianis, sed non respectu infidelium non subditorum temporaliter, licet vniuersaliter potestatem habeat illam statuendi; probatur, quò ad secundam partem. Dan. 2. vbi Nabuchodonosor non priuatur dominio ob infidelitatem, & habetur in cap. dispar. 23. q. 8. in c. quis nos. 24. q. 4. & in Concil. Constant. per infidelitatem non amitti dominium, quòd habent iure humano, vel habuerunt ante legem euangelicam in prouincijs, & regnis, quæ possident; ecclesia enim non iudicat de ijs qui foris sunt. 1. Cor. 6. c. gaudemus. de diu. l. Christianis. C. de sacr. san. eccl. Couar. in c. peccatū. 2. p. §. 10. de reg. ī 6.

Infideles an habeāt dñium in fideles, & quō id hēre possint, vel nō ī dñijs tpalibus.

Ratione probatur, nā facilè qui subduntur aliorum iurisdictioni immutari possunt ab eis, vt sequantur eorū imperiū, nisi qui subsūt sint magnæ virtutis, & similiter infideles contemnunt fidē, si fideliū defectus cognoscant, ideò non permittit Ecclesia, vt infideles acquirāt dominium super fideles, vel super eos pficiantur in aliquo officio; circa secundum, aduertendum, quòd prælatio, vel dominiū est de iure humano, distinctio verò fidelium, & nō, de iure diuino, ius verò diuinum, quod est ex gratia nō tollit ius humanum, quod est ex naturali ratione, ideò distinctio huiusmodi secūdùm se considerata, nō tollit dominiū, & præ-

& prælationem infidelium, supra fideles: Potest verò iustè per sententiam Ecclesiæ anthoritatē Dei habentis, huiusmodi ius dominij, vel prælationis tolli, quia infideles merentur amittere dominium super fideles, qui transferūtur in filios Dei, id tamen Ecclesia facit quandoque, quandoq; non, nam vbi infideles subijciuntur Ecclesiæ statuit vt seruus Iudæorum factus Christianus, statim à seruitute liberetur, nullo pretio dato, & idem de infideli empto ad seruitium, secus si ad mercationem, modo vt ibi, & id iustè Ecclesia facit. Nam cum Iudæi sint serui Ecclesiæ iustè de eorum rebus disponit, vbi verò infideles Ecclesiæ, vel eius membris temporaliter non subiacent, Ecclesia dictum ius non statuit, licet possit de iure, id tamen omittit ad scandalum vitandum.

Vt autem prædicta melius intelligātur,

Prima sit assertio. Infideles, qui nunquam fidem susceperunt, licet sint subditi principibus Christianis, non possunt cogi ad fidem. cap. maiores. de baptism. capit. sicut. de Iudæis. & sic sentit Ricard. 4. dist. 6. q. 1. art. 2. Sot. dist. 5. q. vnica, artic. 10. & D. Thom. hic art. 8. & probatur Matth. 10. & Luc. 10. vbi Apostolos mittens ad prædicandum, d. eos mittere, vt oues in medio luporum, & si non recipiantur, non d. quòd resistentibus euangelio bello molestiam inferant, sed patienter ferant, & excutiant puluerem quæ hæsit pedibus Apostolorum, in testimonium condemnationis eorum in die iudicij, qui eos audire noluere.

Secunda assertio. Potest princeps Christianus cogere subditos infideles, vt seruent legem naturę, tam in cultu vnius Dei, quàm ne blasphement, periurent, furentur, fornicentur, & huiusmodi; probatur in l. 1. C. de paganis. vbi statuitur ne idolis sacrificetur, & idem probat Ambr. epist. 30. ad Valentin. & August. epist. 38. & 50. nam lex naturę intima communis est omnibus hominibus; licet in aliquibus particularibus egeat declaratione; nō expedit tamen vt princeps semper vtatur ea potestate, sicut tolerantur & aliqua peccata fidelium ad vitanda maiora mala. Nec potest etiam punire peccata infideliū commissa contra legem naturæ, ante legem latam ab ipso principe, iuxta communem, in cap. 1. & finali. extra de constitut. quia ante talia delicta non censentur perturbare pacem politicam, quam intendit ipse princeps politicus.

Tertia assertio. Etiam si principibus Christianis liceret iure pugnare contra infideles non subditos, ob peccatum infidelitatis, vel idolatriam, vel crimina commissa contra naturam, id tamen nō expedit, quia Ecclesia sæpè abstinet ab vsu iuris sui ob scandalum vitandum, ne fides blasphemetur, & impediatur conuersio infidelium, sed ex huiusmodi bello oritur huiusmodi scandalum, nam euangelium docet mansuetudinem Christi, & humilitatem, patientiam martirum, & Apostolorum, bellum verò ècontra repugnat huic doctrinæ, quòd statim in principio homines debellentur, quibus euangelium est prædicandum, & occidantur, & eorum bona diripiantur, cum adhuc maximè non cognoscant, quòd princeps Christianus habeat tale ius, Vnde Christus soluit censum ob scandalum vitandum. Matth. 17. & domini omni honore sunt honorandi, ne Christi nomen blasphemetur. 1. Tim. 6.

Secunda propositio. Papa, nec princeps Christianus possunt contra huiusmodi bellum ea de causa indicere, quia si id non possunt erga subditos, nec ante legem per eos latam, multo minus erga non subditos.

Tertia propositio. Si princeps infidelis, & alij magistratus populorum nolunt audire euangelium, nō possunt cogi vt audiant, quia illi non possunt cogi ad credendum, ergo nec ad media per quæ debent credere, & sic sentit Greg. lib. 1. registri ep. 34. & probat Bannes loco citando. probabile tamen est q princeps Christianus possit cogere subditos infideles, vt semel saltē audiant euangelium, vt si velint credere, credant, sin minus dimittantur in pace, & si scandalum oritur, vt inde euangelium odio habeatur, nec etiam semel sunt cogendi.

Quarta propoſitio. Infideles nõ ſubditi principibus Chriſtianis ex ſola infidelitate non poſſunt à fidelibus ſpoliari ſuis bonis, ſed illi habent verum dominium, & veram iuriſdictiones, nam in ſcriptura infideles principes vocantur reges, & principes. Pſal. 2. Aſtiterunt reges terræ, &c. & Dominus dicit: Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Matt. 22. & Luc. 22. Rom. 13. 1. Pet. 2. & diffinitur in Conc. Conſtant. errore 15. per infidelitatem non amitti dñium, & eſt communis ſententia Theologorum, & Iuriſperitorum, vt tradit Couar. loco cit.

Quinta propoſitio. Infideles non ſubditi principibus Chriſtianis non poſſunt puniri, vel impugnari bello ob idolatriam, vel crimen peſſimum contra naturam, licet pluries moniti ſint, vt abſtineant ab huiuſmodi, & nolint; probatur ex Aug. lib. 6. ſuper Ioſue. q. 2. & habetur in c. dominus. 23. q. 2. quia non faciunt ex prædictis iniuriam principibus Chriſtianis, nec vnus poteſt alium punire, qui non ſit ei ſubditus; & ſic ſentit Caiet. hic art. 8.

Sexta propoſitio. Infideles non ſubditi cogi poſſunt ne impediant fidẽ Chriſti blaſphemijs, vel alijs perſecutionib⁹: vt d. Aug. ep. 48. & 50. & D. Tho. hic art. 8. nam omnis Reſpublica perfecta poteſt vlciſci iniurias ſibi illatas, eccleſia eſt huiuſmodi, ergo, at hæc eſt iniuria maxima, ergo: vnde ſi concionator fidelis diuertat ad infideles, vt ibi prædicet, & impediatur à principe infideli, poteſt princeps fidelis ob id eum bello impugnare vt miniſter Papæ, quia ſic populi nõ compelluntur audire euangeliũ, ſed innocentes defenduntur, ſi tamẽ is princeps reſipiſcat, non expedit eum bello impugnare, nec etiam ſi verbis neget articulos fidei, dummodo ſic nõ impediat prædicationem euangelij, nec conuerſos peruertat, nec derideat religionem Chriſtianam, quia ſic nõ facit iniuriam religioni noſtræ, ꝙ ſi in Republica infidelium aliqui inducũt ad idolatriam vel crimina carnis nefanda dicentes vi, vel fraude illa non eſſe peccata principe ſciente, vel permittente, tunc is princeps infidelis poteſt bello impugnari, ſecus ſi id ſuadẽt donis rogatu &c. poſſent tamen ij iuſtitia vindicatiua puniri, ſi fieri poſſet.

Septima aſſertio. Infideles non ſubditi cogi poſſunt, ne homines immolent, etiam volentes, quia innocens poteſt à quolibet defendi ne occidatur. Eccl. 17. Prouerb. 24. vel ne quis ſe occidat, prius tamen monendo infideles, vt ab huiuſmodi ceſſent, & dũmodo tales iuſtè non ſint damnati ad mortem, & dummodo ex tali bello nõ ſequatur mors plurium innocentium, quàm eſſet numerus immolandorum.

Octaua aſſertio. Infideles non ſubditi poſſunt priuari dominio, & iuriſdictione, quam habent ſupra fideles: vt dicit D. Th. hic art. 10. ex illo Apoſt. 1. Corin. 6. vbi reprendit fideles, quòd lites habebant apud tribunal infidelium, quibus erant ſubiecti, ergo Eccleſia habet in hoc iuriſdictionem, ne infideles paruifaciant religionem noſtram cognoſcendo peccata fidelium, & ſimiliter filius eripitur à patria poteſtate, ſi mulier ſit fidelis, pater infidelis. c. Iudæorum. 28. q. 1. ex Conc. IIII. Tolet. can. 59. 62. & ſic benè facit Eccleſia eripiens fideles de poteſtate infidelium, vt fecit de Iudæis. cap. cum ſit. de Iudæis. etiam ſi ſint infideles tantum negatiuè.

Vndecima propoſitio. Ritus infideliũ ob maius bonũ ne impediatur, quandoque ſunt tolerandi, vel ad malum vitandum. c. qui ſincera. 45. diſt. 12

Infideliũ ritus ã ſint tolerãdi.

Ratione probatur, nam humanũ regimen deriuatur à diuino, & id debet imitari, Deus verò licet omnipotens, & ſummè bonus permittit tamen aliqua mala fieri in vniuerſo quę vitare poſſet, ne eis ſublatis maiora bona tollantur, vel peiora mala ſequantur, ſic in regimine humano qui præſunt, rectè tolerant aliqua mala ne bona impediãtur, vel maiora mala incurrantur, vt d. Auguſt. de ord. lib. 2. c. 4. aufer meretrices, omnia turbaueris libidinibus, & ita licet infideles in ſuis ritibus peccent tolerari quandoque poſſunt ne bona impediantur, vel mala ſequantur, nã Iudæorum ritus, qui fidem noſtram figurabant addunt teſtimoniũ veritati noſtræ,

quam

quam habemus, ideò tolerantur. Ritus verò aliorum infidelium, qui nil vtilitatis, vel veritatis afferunt non sunt tolerandi, nisi ad vitandum scandalum, vel nisi impediretur salus eorum qui paulatim sic tolerati conuertirentur; Vnde & hæreticorum, & paganorum ritus, quandoque Ecclesia tolerauit, quia erat magna infidelium multitudo.

Prædicta verò sunt intelligenda de infidelibus subditis Christianis. Hinc sequitur, ob maius malum vitandum, vel conuersionem multitudinis infidelium, posse tolerari quandoque idolatriam, non autem minora peccata, quia magis turbãt pacem Reipublicæ, quam intendere debet princeps politicus; sequitur etiam ꝙ fideles non possunt vendere infidelibus ea quæ sunt instituta ad ritus fidelium: vt d. D.Tho.2.2.q.169. art.2.ad quartum. nec separare mezquitas, aut sinagogas infidelium, quia id est cooperari ad malum, licet tamen eis vendere ea quorum vsus est bonus, licet sciat fidelis infideles eis abusuros ad suos ritus, quia sic directè, vel indirectè non cooperatur ritui infidelis, & possit quis vendere cuique res suas ad bonum vsum destinatas: vt dicit Caiet. in hac quæst. 10. artic. 4.

13 Infideliũ pueri an possint inuitis parẽtibus baptizari.

Duodecima propositio Pueri infidelium, qui habent vsum rationis possunt inuitis parentibus ipsis consentientibus baptizari, aliàs non.

Ratio primi, primò, quia sic semper Ecclesia vsa est, ergo eius authoritas debet præualere authoritati Augustini, & aliorum Doctorum. Secundò, ob periculum fidei, nam si pueri vsu rationis carentes baptismum susciperent, cum ad perfectam ætatem peruenissent, possent facilè à parẽtib' induci, vt relinquerẽt, quod ignorantes susceperint, quod surgeret in detrimentum fidei. Tertiò, id etiã repugnat rationi naturali aliqualiter, quia filius est aliquid patris, in vtero enim existens non distinguitur à parentibus, natus ante vsum rationis, est sub parentum cura, vt sub spirituali vtero, quia tunc non differt ab animali irrationali, & sicut hoc est in pleno dominio possessoris, sic cõtra iustitiam est naturalem, ꝙ puer ante vsum rationis à cura parentum subtrahatur, vel de eo quid ordinetur inuitis parentibus, cum verò habet vsum liberi arbitrij, incipit esse suus, & potest quò ad ea quæ sunt iuris diuini, vel naturalis sibi prouidere, & tunc ad fidem est ducendus suasione, non coactione, & inuitis parentibus potest suscipere fidem, & baptizari; Vnde filij antiquorum patrum dicuntur saluari in fide parentum, & sic ante vsum rationis ad parentes pertinet eorum saluti prouidere. De hac verò quæst. agitur plenè infra Tomo IIII. tr. de sacramento Baptismi.

SVMMARIVM.

1 Hæresis vnde dicatur, quid sit, & qui dicantur hęretici.

2 Hæresis & error, vt differant, & qd vterque.

3 Propositiones hæreticæ, sapientes hæresim, erroneæ, malè sonantes, scandalosę, temerarię, iniuriosę, blasphemę quę dicantur.

4 Hæretici qui sunt, & qui suspecti de hęresi.

5 Suspitiones de hęresi quot sint, & quę quęlibet.

6 Hęresis diffinitio cum eius explicatione, & quis non dicatur hęreticus.

7 Hęresis est species infidelitatis, & quos tangat.

8 Hęresis est circa ea quę sunt fidei.

9 Hęresis an sit inordinatè loqui de rebus fidei.

10 Hęreticus non est qui non est pertinax, & quomodo.

11 Propositiones non solũ hęreticę, sed & alię supra relatę sunt vitandę.

12 Hęreticos vel suspectos de hęresi denunciare quilibet debet, cum ampliationibus, & limitationibus, & quomodo.

13 Inquisitores quales esse debeant, & vt procedant in fidei negotio tam cũ episcopis, quàm sine eis, & contra quos, latè de hoc agendo, & explicando magnam eorum potestatem, & quid in foro conscientię.

14 Inquisitores quo ordine, & modo in iudicio fidei procedant.
15 Testes qui admittantur in fidei negotio, & vt contra testes procedatur, & alios.
16 Hæreticorum pœnæ quæ iure statuantur, & quare, idq; iustè.
17 Hæresi redeuntes qualiter recipiantur ab Ecclesia, quo ordine, qualiter procedatur, quæ recuperent, vel quæ non.
18 Hæretici redeuntes abiurare debēt, & quomodo, & quid de suspectis, &c. & quæ pœnitentia ijs iniungatur.
19 Hæretici impœnitentes, vel relapsi qualiter puniantur.

De Hæresi. Cap. XI.

D.Tho.2. 2.q.10.

1 Hæresis vnde dicatur, quid sit, & qui dicantur hæretici.

OBseruandum, quòd nomen Hæresis dicitur ab electione, vt inquit Hier. ad Tit. cap.3. & Isid. lib. 8. etimol. c. 3. eo quòd ex pluribus medijs quis accipiat, quod sibi melius videtur, vt habetur etiam in cap. hæresis. 24.q.3. Vel quòd quidam peruersum dogma cogitantes de ecclesia arbitrio suo recesserunt, vt inquit ibi Isidor. nos verò, vt idem dicit, nil arbitrio nostro eligere debemus, Apostolos enim Dei habemus authores, qui nec ipsi quicquam, quòd ex arbitrio suo inducerent elegerunt, sed acceptam à Christo doctrinam nationibus fideliter assignarunt: & latè idem comprobat Alphon. à Castro contra hęreses. lib.1.c.1. Dicitur etiam hæresis sæpè secta, quia qui eligit vnam viam alia relicta, quasi secatur, & diuiditur ab alia: & sic accipitur. Galat. 5. & Act. 28. vbi hæresis dicitur secta. Vnde licet Philosophi dogmata sua sectas, & hæreses vocent, dogma tamen Christianum secundùm primam nominis etimologiã non debet sic dici, quia dogma Christianũ non est inuentum hominis, sed determinatur nobis ab ecclesia quid credere debeamus, & quid non, quæ authoritate Dei proponit nobis quid sit credendum; & qui se separant ab hoc vniuersali doctrina, propriè dicuntur hæretici, quia iuxta suum sensum eligant quid sit credendum, & quid non, & non iuxta ecclesiæ determinationem, vt dicit Hieron. loco citato, & etiam Isid. vt supra, & Theoph. col.2 & Tertull. lib. de proscript. hære. vnde hi errant, quia iudicio suo innixi relinquunt infallibile iudicium, & determinationem Ecclesiæ.

Secundò obseruandum est, quòd differt hæresis, & error, nam non omnis error est hæresis, cum errare quis possit in aliqua propositione vbi etiam ecclesia nil determinauit, cum tamen communiter alij contrarium sequantur, & contraria opinio magnis rationibus fulciatur, hæresis tamen non est sine errore: vt inquit Aug. lib. de hæresib. in præfatione ad fin. vbi notandum aliquam propositionem esse hæreticam, aliam erroneam, hæresim sapientem, scandalosam, temerariam, iniuriosam, & schismaticam, & malè sonantem. 2 Heresis & error, vt differant, & quid vterque.

Hæretica propositio est quæ contrariatur canonicis scripturis, de quibus in Concil. Triden. sess. 4. secundùm tamen earum sensum catholicè ab ecclesia approbatum, & per traditiones Apostolicas, vel sanctorum Patrum doctrinam acceptum, & debet etiam esse contraria scripturæ, quæ non variè de ea re sit locuta, vt fecit de hora mortis Christi: vt habetur Matth. 15. & Ioan. 19. & etiam oportet vt locus scripturæ non sit obscurus: vnde si quis dicat Saulem non fuisse filium vnius anni cum regnare cœpisset, licet scriptura dicat. 1. Regum 13. non erit hæreticus; similiter nec si locus is variè à Patribus explicetur, vnde oportet vt is locus explicetur secũdùm sensum literalem contrarius scripturæ, & nō in sensu mistico, vt id tota pulcra es. Can. 4. in sensu mistico significat Beatam Virginem immunem esse à peccato originali à principio, si enim quis neget id ibi probari in sensu literali, non erit hæreticus, nec hæresis incurritur, ex contradictione ad sensum misticum, sed tantum ad literalem. Similiter illa propositio censetur hæretica, q̃ contrariatur diuinis, vel apostolicis traditionibus

3 propositiones hęreticæ, erroneæ, sapiẽtes hæresim, malè sonantes, scādalosę, temerarię iniuriosę, blasphemæ quæ dicantur.

nibus à Christo acceptis, vt est imaginũ adoratio, quædam formæ sacramentorum, quòd paruuli baptizentur, quòd orationes fiant pro defunctis, quòd ieiunium Quadragesimæ obseruetur, vt dixi tract. de traditionibus, Tomo I. in fine. Similiter, qui contrariantur traditionibus, quas Apostoli diuino spiritu illustrati statuere, vt quòd aqua in Missa vino misceatur, vt aqua baptismi, sacro oleo sit permixta, & huiusmodi, quę Apostoli à Christo diuinitus accepere, & idem si alias eorum traditiones quis reijciat, licet aliquæ recipiant dispensationem, vt de bigamo, de big. per totũ. Idem est si quis contrarietur traditioni, quæ Conciliorum, Papæ, vel sanctorum Patrum authoritate sit roborata, sic enim de fide est, secus si à magna parte Patrum tradatur, vel ecclesia eo magis inclinet, vt de cõceptione immaculata Beatæ Virginis, licet enim sic sit magnæ authoritatis non tamen est de fide. Similiter propositio est hæretica, quæ contrariatur authoritati Ecclesiæ, idest communi cõsensui omnium fidelium, sic enim propositio illa est de fide, vt dixi Tomo I. tract. de Ecclesia, in princip. Similiter, qui contrariatur determinationi Romani Pontificis, cum determinatio eius sit de fide, vt dixi Tomo I. tractatu de Romano Pontifice; sic tamen, vt eam determinet tanquam de fide, & vt Doctor vniuersalis Ecclesiæ è cathedra docens, & quòd doceat è cathedra vt iudex quæstionum quæ pertinent ad fidem, vel mores, secus si ad vitam politicam, vel etiam in particularibus moribus, vel quæstionibus diffiniendis, & corrigendis, vbi ob factum decipi potest, & etiam oportet vt id principaliter determinet, secus si secundariò, vel vt priuatus Doctor. cap. à quodam. de consecrat. distin. 4. cap. licet. de sponsalibus. similiter, qui contradicit determinationi Concilij generalis hęreticus est, dummodo Concilium sit congregatum authoritate Papæ, & ab eo sit confirmatũ, aliàs enim nõ facit argumentum de fide: vt dixi Tomo I. tract. de Concilijs; idque intelligitur quando Concilium, statuit aliquid de fide, vel ad mores pertinens, aliàs ei contradicens non est hæreticus, sicut nec si Concilium aliquid dicit non principaliter, sed accessoriè, sicut nec cũ definit aliquid non, vt de fide tenendum, sed vt probabile, vt habetur in cap. 1. de summa Trin. & clem. 1. eo. si etiam Conciliũ prouinciale, vel diœcesanum à Papa sit confirmatum, quod in eo statuić pertinens ad fidem, vel mores, facit argumentum de fide, vnde illi dogmati pertinaciter contradicens, hæreticus erit, dicit Carbo. de introduct. Theolog. lib. 4. cap. 18. ad finem. Similiter cõtraueniens diffinitioni sanctorum Patrum de fide aliquid determinantib. vel afferens contrarium expositioni cõmuni sanctorum Patrum in sacræ scripturę expositione, aut eam impugnans, hæreticus est, cum prædictis casibus eorum authoritas faciat argumentum de fide, vt dixi tract. de authoritate sanctorum Patrum, Tomo I. Similiter contradicens authoritati communi Scolasticorum asserentium aliquam propositionem esse de fide, hæreticus est, cum tale argumẽtum sit de fide, vt dixi d. Tomo I. tract. de authoritate Scolasticorum. Et generaliter omnis propositio contraria fidei hæretica dicitur: vt dicit Simanca. Tit. 54. & Dir. Inquis. 2. p. q. 2. cõment. 27. cum seq. vbi declarat propositiones, de quibus supra est dictum, hæreticas esse. Et sic summatim, vt & supra est de omnibus ferè dictum, modo ibi exposito, hæretici sunt, qui negant Deum esse vnum, & trinum, ac ei cultum latriæ non debendum, nec omnia ab eo condita esse, vel idola colunt, & verbum diuinum dicunt non sumpsisse carnem humanam ex Maria virgine propter nostram salutem, nec mortuum in cruce esse resurrexisse, ad cœlos ascendisse, ad dexteram patris sedere, nec inde venturum ad iudicandum viuos, & mortuos; quive negant sanctos, & præcipuè Beatam Virginem, esse colendos, ac inuocandos, aut eorum imagines, vel reliquias venerandas; quive Ecclesiæ potestatem negant, & maximè Pontificis summi, Conciliorum legitimorum, & Ecclesiæ prælatorum, & ministrorum, & eis obediendum non esse

asserunt; quive negant anthoritatem sacræ scripturæ, diuinarum, & apostolicarum traditionum, Conciliorum & sacrorum canonum, vel dicunt in Ecclesia non esse potestatem excommunicandi, suspendendi, vel interdicendi, & leges sanciendi; aut reijciunt Indulgentiarum vsum, festorum solennitates, sacra ieiunia, sancta Ecclesiæ sacramenta, & sacrificij Missæ celebrationem; aut negant suffragia communia, publicas orationes, & diuina officia, animæ immortalitatem, Purgatorium, Infernum, vel Regnum Cœlorum, ac carnis Resurrectionem, aut peccatum originale ex Adam contractum nõ sentiunt; quivè dicunt opera bona non esse necessaria, vt ad gloriam perueniatur, & per peccatum mortale non incurri æternam damnationem, nisi pœnitentia deleatur, & huiusmodi; & similiter si quis credat aliquam hæresim ab Ecclesia damnatam. cap. à recta. cap. hæc est fides. 24. quæst. 1. vel dicit animam intellectiuam non esse formam corporis humani, vel vsuram non esse peccatum, vel malè sentiat de articulis fidei, vel de sacramentis, aut sacramentalibus, vel de Papæ potestate, & huiusmodi, vt dixi de Casibus Reseruatis, casu octauo.

Erronea propositio dicitur, quæ aliquid asserit contra veritatem ab Ecclesia, nondum planè diffinitam, vt si quis diceret hęresim esse, vel peccatum mortale asserere Beatam Virginem esse conceptam in peccato originali, vel sine eodem, extrauag. graue nimis. de reliq. & venerat. sanctorum in extrauag. communi. cum id ecclesia non diffinierit; vt ibi habetur, vel dicere vestem nuptialem esse fidem, non autem charitatem, cum Matt. 22. id non exprimatur de fide: Vel si quis dicat contra veritatem catholicam non omnibus manifestam, vel certè ignoratam ab eo qui propositionem erroneam dicit, vt dicit Simanca loco citato, & Carbon. cap. 20.

Sapiens hæresim dicitur propositio, quæ prima verborum significatione, quam verba præseferunt habet sensum hæreticum, licet piè intellecta possit habere sensum catholicum, & tunc hæc propositio dicitur sapere hæresim manifestè quando aliquid sapit contra fidei articulos, sapit verò hæresim occultè cum quid asserit contra dogmata fidei solùm viris doctis perspecta, vt si quis dicat filius Dei non potuit pati sapit hæresim manifestam, cum contrarietur articulo. Passus &c. saluari tamen potest intelligendo quò ad naturam diuinam, vel quò ad suppositum, quia cum sit Deus pati non potuit; sic etiam si dicatur Christus est creatura, subolet hæresim Arrianam, piè tamen intellecta propositio de natura humana saluari potest: vt dixi Tomo I. tractatu de Incarnatione, cap. 14. & ita sentiunt etiam prædicti.

Propositio malè sonans, vel pias aures offendens, est quæ licet nil hæreticum gustui sapiat, cum non sit ita grauans, vt gustum qui est sensus crassior, quàm auditus lædat, auditũ tamen qui est subtilior offendit, dum quid asperũ sonat; vt si dicatur plures saluantur ex laicis, quàm clericis, leguminibus, & piscibus venter inflatur, & ad concubitum redditur aptior, qui sic proferens cogi potest à iudicibus inquisitionis verum sensum eorum verborum explanare, si quis inde sit scandalizatus: vt dicit ibi Simanca. num. 11.

Temeraria, quæ contra ecclesiasticam modestiam audacter absque authoritate asseritur, vt si quis sine ratione aliquid nouum dicat, vt diem iudicij venturum post annum, si tamen temerariè id dicat, & non vt terreat, licet etiam id non liceat si certo asseratur etiam ex signis, si tamen signa non sint aperta, vt tũc erit; Christum post resurrectionem mansisse in arca fœderis, paruulos alia via posse liberari ab originali cum non adest facultas baptismi, & huiusmodi, vt dicunt prædicti, est temeraria.

Scandalosa dicitur, in qua scãdalum notari potest, licet non sit hæretica, vt enumerare incommoda frequentis confessionis, & communionis, publicè narrare abusus Romanæ ecclesię particularis, dicere cõfraternitates vanitate Introductas, & huiusmodi, cum hæc pijs cau-

famtuinę & scandalum generent.

Propositio schismatica est quæ diuisionem ecclesiæ inducit, vel tollit vnionem membrorum ecclesiæ vniuersaliter, vel particulariter, vt hæc, episcopus non est superior simplici sacerdote, Papa non est superior alijs episcopis, prælato malo non est obediendum, omnia bona sunt communia, per peccatũ omnis amittitur potestas, subditi possunt arbitrio suo superiores arguere, vt d. Carbon. loco cit.

Propositio iniuriosa est, quæ alicui statui fidelium, vel illustri personæ detrahit, vt, qui ingreditur religionem est ineptior obseruantię mandatorum Dei, Romana ecclesia est sinagoga satanæ, Cardinales sunt ministri Antichristi, omnes de ordine mendicantium sunt hæretici, dantes eis eleemosinas sunt excommunicati.

Propositio seditiosa est quæ causa est seditionis in ecclesia.

Propositio blasphema est quæ Deo, vel sanctis iniuriam irrogat.

Propositio fauens hæreticis est, quæ ipsis, vel eorum erroribus fauet, vt hæretici non sunt puniendi.

Potest etiã aliqua propositio simul sapere hæresim, esse blasphema, & scandalosa, vt, Deus non fuit ante mundi constitutionem, quia potest exponi Deum ante mundum non habuisse relationem ad creaturas, & in erroneis vel sapientibus heresim habenda est ratio non solum verborum, sed etiam temporis, & loci, vnde à prudenti viro prædictæ Propositiones sunt fugiẽdæ, ac si essent hæreses, cum non solum error, sed & suspitio erroris vitanda sit vt d. Carbon. loco cit.

4 Hęretici, qui, & q sint suspecti de hęresi.

Tertiò, obseruandum est aliquos esse hęreticos, aliquos suspectos de hęresi, hæretici sunt de quibus supra est dictum, & infra dicetur.

5 Suspitiones de hęresi quot sint, & q̃ quælibet.

Suspecti de hęresi in triplici sunt differentia, modica, magna, & maxima, primo modo, vt si qui celebrent priuata cõuenticula, vel vita à communi conuersatione fidelium deuiant. c. accusatus. de hęret. in 6. c. excommunicamus, in fin. de hęret, & hęc vt leuibus oritur coniecturis, sic etiam tollitur leui defensione, & oritur ex suspitione qua non frequenter, sed raro vel casu sic proferens hęreticus sit, vt si quis ita argueret, Petrus sæpe deierat, ergo non credit in Deum, quo casu inquisitores non debẽt procedere ad aliquid quod sit magni momẽti, nec homo honestus, & probus ob has leues suspitiones, vel pręsumptiones, quæ hic pro eodẽ capiũtur, debet trahi in iudiciũ, nec eũ de Fide quis interrogare, aduersus tamen viles & improbos ex huiusmodi suspitionibus probabilius procedi poterit, vt d. Simanca tit. 50. nu. 28. & comment. Dir. commẽt. 80. n 2. part. Dir. Nullus enim pro suspitione etiam vehementi potest de hęresi damnari, pœna scilicet ordinaria, licet mitiori possit, vt dicit Boer. decis. 164. numero 6.

Secunda suspitio dicitur vehemens, vel fortis, & dicitur præsumptio iuris, vt si quis occultet hęreticos, eis fauorẽ impendat, vel societ, recipiat, defenset, eis uenena offerat. c. accusatus. §. illę vero, de hęret. in 6. vbi Archid. & similiter cũ ex signis operum, vel verborum capitur argumentum concludens frequenter, & vt in pluribus, quod talia agens vel dicens hæreticus est, vt si quis diebus prohibitis sine necessitate & superioris authoritate carnibus vescatur, licet id prouenire ex ingluuie possit, vel quis neget explicare ea quæ scire debet ex se vel ex officio, de quibus supra dixi tr. de fide. & vbi quis sic suspectus inuenitur non potest vt hæreticus damnari, mandari tamen debet ei, vt generaliter abiuret omnem hæresim, & specialiter eam de qua est valde suspectus. d. c. accusatus in principio, quod si postea is relabitur in illam hæresim, vel aliam, vel receptat hęreticos, relapsorum pœnam non euadit. d. c. accusatus, cap. ad abolendam. §. præsenti vero de hęret. pegna tamen ibi Comment. 81. & bene d. vt quis curiæ seculari tradatur, vt relapsus, oporteret vt saltem semel plene constet de hæresi relapsi in iuditio, vnde qui prius abiurauit de vehementi, licet postea receptet hæreticos, quod facit tantum suspitionem, vel aliam incidat suspitionem, non

debet

debet censeri relapsus, vt d. Gemin. in d. c accusatus. §. ille quoque Vers. quæro. & si is ad mandatū iudicis noluerit abiurare, excommunicabitur c. excommunicamus. §. qui vero. de heret. & si per annum steterit in excommunicatione, vt hæreticus condemnabitur d. c. excommunicamus, vt d. Dit. d. q. 55.

Tertia suspitio dicitur maxima, vel violenta. c. contumatia. c. accusatus. de hære. in 6. & etiam dicitur præsumptio iuris, & de iure cōtra quam regulariter non admittitur probatio in contrarium cum oriatur à violētis indicijs, & signis exterioribus operum, vel verborum ex quibus concludi solet efficaciter, & fere semper, quod talia dicens vel faciens hæreticus sit, vt si quis transit ad ritus iudæorum. c. contra. de hæret. in 6. vel hæreticos adoret, vel cōmunionem ab eis recipit, vel similia quę ad ritum eorum pertinent. c. filij. c. accusatus. de hær. in 6. similiter qui impedit officium inquisitoris nisi indirecte impediret, attenta personarum, & factorū qualitate si quis enim ob consanguinitatē, vel amicos iuuandos & nō in odium officij, impediat officiū, licet grauiter sit puniendus, non erit tamē forte vehemēter suspectus, & ob id in abiuratione ei tradēda erit habenda ratio personarum, & idem considerandum in receptantes hæreticos, si enim sint consanguinei, & maxime pater frater, vel amicissimus, mitius enim sunt puniendi, licet non excusentur à tota pęna; similiter qui non reuelat hæreticos iudicibus sine causa redditur vehementer suspectus, vel si in iudicio interrogatus eos scienter celauerit. Sic ēt qui libros vetitos ab alio cōpositos legit in quo attēdēda est qualitas personarū, & facti, vnde si parū vel semel legerit, si vnum tantum, si reprehendenti obedierit, si statim illum detulerit ad inquisitorem, & absolutionem petierit, surgit tantum leuis heresis suspitio. Si non semel nec vnum nec parum legerit, si non obedierit reprehendenti, si sciens legerit, si nō detulerit ad inquisitorem, nec petierit absolutionem surgit vehemens suspitio si studiosè legit, si totum & plures, si omnes passim, si correctus tuetur factum, si curat sibi huiusmodi afferri, si contemnat nō esse præsentandos, vel comburendos, si absolutionem contemnit & huiusmodi, surgit maxima hæresis suspitio: vt d. Pegna in 2. p. in princ. in c. fraternitatis. §. sed alter casus. sic q cū pluribus simul scienter matrimoniū cōtraxit, redditur suspectus, & tales solent abiurare, multa tamen factum solent excusare, vel possunt: sic qui in sacramento confessionis pęnitentem prouocat ad peccata venerea, vel alia ī quo tamen multæ circunstantiæ sunt considerandæ, sic qui cum hereticis contrahit societatem ad eos confugit literas mittit, eos defendit, laudat, excusat, & huiusmodi, similiter religiosi qui in partibus vltramarinis detrahūt sanctæ Romanæ ecclesiæ. c. ad nostrum. de regul. in extr. contu. vt d. pegna. d. comment. 81. vbi tamen d. considerandas circunstantias personarum, & factorum: quod si quis citatus ad respondēdum de fide, non comparuit, & ob id excommunicatus in excommunicatione per annum stet, vt hereticus censetur. c. cum contumatia, de heret. in 6. similiter deficiens in purgatione canonica in causa fidei. Sic qui relabuntur in heresim quā abiurarūt, in genere vel specie, pręsumūtur heretici pertinaces. c. accusatus. §. cum vero. de heret. in 6. vel post abiurationē cum hereticis communicant, illos visitant, receptant, dona eis dant &c. d. §. ille quoque qui ad mādatum episcopi, vt suspecti se non purgauerint, & ob id excommunicātur si in ea per annū steterint, vt hæretici putātur, similiter qui sanæ mentis in articulo infirmitatis hereticos consolatores petiere. cap. filij. de hæret. in 6. sic enim heretici reputātur, sunt etiam aliæ suspitiones nunc leues, nunc vehementes heresis, vt ad aras idolorum turificare, dæmones colere, vel inuocare, sidera venerari, signa sunt manifestæ hæresis. glo. in d. c. accusatus. §. sane, conuersari cum hæreticis, & libenter ac sepe cum alijs infidelibus, vt indęis, vitando commertia fideliū, rato diuinis interesse maxime si adest pceptū, sunt heresis inditia. c. excōmunicamus. §. adijcimus, de hæret. similiter non reci-

pere

pere eucharistiam, vel non confiteri vbi adest pceptum, non ieiunare sine causa, vel nō abstinere ab esu carnium temporibus vetitis inditia sunt malæ credulitatis. Feli. in c. ad abolendam num. 2. de hæret. similiter iudaizare, vt sabbatum colere; similiter impedire officium sanctissimæ inquisitionis similiter indigno aliquo facto iniuriam facere plātis, vel religiosis, vel expurcare eorum edicta, suspitionē facit hęresis quasi male sentiatur de potestate eorum, vt d. Pegna. 3. p. Dir. comment. 24. Similiter abuti sacramētis, vel sacramētalibus exercere sortilegia diuinitationis, & superstitiones sapientes hæresim manifestā, rebaptizare quem scit quis iam baptizatum, conspuere crucem, vel sacras imagines lamias exercere, post ordinem sacrum matrimoniū ducere, similiter qui exercet astrologiam iudiciariam, dat operam Geomantiæ, hidromantię, aeromantiæ, piromantię, enomantię, chiromantię, Necromātię, & alijs sortilegijs cum tacita saltem demonum inuocatione, signis intēdens ad notitiam futurorum, vel in phiala, vnguibus, vel palma manus demones inuocant. Hi omnes sūt suspecti de hęresi, & subijciūtur officio sanctissimę inquisitionis, vt dixi. tra. de casibus reseru. cas. 2. explicando prędicta, vt ibi habetur.

6 Quartò obseruandum est, quòd hęresis uel hęreticus sic diffiniri potest, vt sit error pertinax, ex parte, catholicę fidei manifeste contrarius, in eo qui fidē Christi profitetur. Dicitur error loco generis, qui error est in intellectus iudicio, vnde non sufficit prauitas voluntatis, vt quis sit hęreticus, nisi habeat errorē in intellectu, similiter si quis suspendit iudicium dum se sentit tentari contra Fidem, non est hęreticus nec dubius in fide, qui tamen debet consulere peritiores eo casu, & esse paratus corrigi, erroremq; deponere ad ecclesię determinationē, vt gl. d. in cl. 1. §. porro. de summa Tr. Abb. in c. 1. de hęret. vbi enim qd credēdum proponitur firmitas exigitur & simplicitas, illa ad excludendam titubationem hęc ad errorem pellendum, vt d. Athanas. in Simb. in fi. & hr in c. 1.

Hæresis diffinitio, cum eius explicatione, & quis non dicat hæreticus.

de summa Tr. in 6. & in cl. 1. eo. in fi. fides enim ambiguum non habet, & si habet, Fides non est, vt inquit Hier. Habac. 1. 2. & dixi late supra tr. de Fide, dubitās tamen de credibilibus per modum dubitationis ad declarandas Fidei veritates, supposito tamen quod veritates illę sint certissimę, meretur, dubitare vero de eis imperfecta adhęsione non facit hęreticum, sed malum christianum, quia sic omnes peccantes imperfecte credunt; qui vero sciens, & uolens nec resistēs dubitat de credibilibus, Non animo deliberato, ita vt non applicet magis animum ad veritatem catholicam quàm ad contrarium errorem, sed medius inter vtrumq; non curans quid potissimum sequatur, paratus nunc hanc nunc illam partem sequi, parum sua interesse curans quid sequatur, est censendus hęreticus, & eo magis si plus inclinat in dogma hęreticum, & ei tenaciter hęret q̄ christianum, & si dubitat de tota Fide Christiana, est hęreticus infidelis, & incorrigibilis, & etiam hęreticus est si sic dubitat de aliquo particulari articulo; Dubitans tamen non de his q̄ directe ad Fidem pertinent quę sunt articuli fidei, sed q̄ pertinent indirecte ad fidem, ad eorum tamen negationem sequitur corruptio alicuius articuli, vt d. D. Th. 2. 2. q. 11. ar. 2. vt quod Abraham habuerit duos filios, nō est hęreticus, de nec de cōtraria monitus veritate nō resipiscit. Si quis vero dubitet de credibilibus tertij generis q̄ ex pste non diffiniūtur in sacris literis, sed ex illis per ecclesiam sunt definita, vt quod Spiritus sancti procedat a patre, & filio vt vno principio, & vnica spiratione cap. fideli. de summa Tr. in 6. de quibus credibilibus, vel eorum distinctione agit D. Th. 2. 2. q. 2. non censetur hęreticus, si psumitur ea ignorare, donec moneatur. Et minus qui dubitat de ijs quę per ecclesiam nō sunt diffinita, vt d. late Pegna. ī c. dubius de hęret. in Dir. 2. p. circa principiū ver. dicitur pertinax, dicitur autē pertinax is qui plus nimium tenax est suę sententię, vnde qui scienter relinquit ecclesię authoritatē, & sequitur suum iudicium pertinax est, si non paratus sit corrigi moni-

monitus cōtrarium ab ecclesia teneri, nec ad id requiritur temporis diuturnitas, nam in momento quo quis assentit sciens propositioni cōtrariæ ecclesiæ determinationi dicitur pertinax, vt & vnico actu quis committere potest homicidium mentis, furti, &c. Econuerso vero licet quis perseueret in aliquo errore cōtrario fidei reuera, si tamen ignorat id contrariari fidei, paratus corrigi doctus de errore, nō est pertinax nec hæreticus, potest tamen is peccare mortaliter ob ignorātiam vincibilem & culpabilem, sed non erit hæreticus, similiter non est hæreticus qui habet ignorantiam affectatam, paratus corrigi ab ecclesia monitus de contrario, licet vix fieri possit, vt habeat talem animum, quod si quis dissentit alicui propositioni, putans contrarium esse diffinitum ab ecclesia est hæreticus, licet ecclesia id non diffinierit, quia habet errorem pertinacem, nō esse in vniuersum verum, quod ecclesia determinauit, vnde nemo potest iudicare se esse hæreticū, quia si iudicat se esse hæreticum, ergo iudicat esse errorem id quod sentit, ergo non fallitur in eo, quia sentit esse errorem. Dicitur, fidei catholicæ manifeste contrarius, si enim in alia materia habeat errorem pertinacem, nō est hæreticus, in eo vero quod dicitur manifeste contrarius, oportet vt homo sciens sentiat cōtra id quod ecclesia Romana tenet, licet putet suam fidem esse fidem veram, vt putant omnes hæretici, dicitur etiam fidei Catholicæ cōtrarius intelligendo de credibilibus primi generis quæ pertinēt ad Fidem directe, vt sūt ea quæ principaliter diuinitus proposita sūt ad credendū, vt articuli fidei, & ea quæ sunt Christianæ fidei principia, & fundamenta, quæ à quolibet explicite credi debent, cum & negare laicum teneri explicite aliquē Fidei articulum credere & asserere sufficere credere in cōi quicquid ecclesia tenet, hæresis sit vt d. hic Bann. ar. 1. quod si erret in his quæ pertinēt ad Fidem indirecte, ad quæ tamen negata sequitur corruptio alicuius articuli, vt quod Abraham habuerit duos filios non est hæreticus, si paratus sit corrigi monitus ab ecclesia contrarium teneri, vt d. D. Th. 4. d. 13. q. 2. art. 1. & similiter si erret in credibilibus tertij generis, quæ non colligūtur expresse ex sacris literis, ecclesia tamen ea diffiniuit, vt ex scriptura collecta, non est hæreticus, vt quod vsura sit peccatum, anima intellectualis sit forma corporis humani, si in eo adest probabilis ignorātia paratus corrigi monitus de ecclesiæ veritate, & diffinitione, vt d. Pegna in cap. dubius supra cit. 3. p. D. r. in princ. Et in summa is tantum hæreticus dicitur, qui pertinaciter errat in his quæ de fide sunt diffinita, vt dixi supra 2. notab. vbi & declaratur quæ de Fide sint diffinita, dicitur ex parte, vt sic differat ab apostata à Fide, qui recedit ab omnibus fidei articulis, hæreticus tamen proprie tantum ab aliquibus, vt D. Th. 2. 2. q. 12. art. 1. ad 3. Dicitur vltimo loco, in eo qui Fidem Christi professus est, vt sic excludatur error Iudæi, vel pagani qui resistit fidei catholicæ, ad hoc enim vt sit hæreticus proprie oportet, vt Fidem Christi in baptismo sit professus, licet & cathecumenus recedens à Fide quam intendit profiteri coram Deo hæreticus sit. Et ita ex prædictis in foro conscientiæ dignoscitur quis sit hæreticus, nam in foro fori inquisitores procedunt ex inditijs, & tenentur ex dictis vel factis punire vt hæreticum eum qui talis apparet, licet re vera non sit, cum debeant iudicare secundum allegata, & probata, vt d. hic Bannes. His ita notatis.

7 Hæresis est spēs īfidelitatis: & quos tangat.

Prima sit propositio. Hæresis est infidelitatis species pertinens ad eos qui Christi Fidem profitētur, sed eius dogmata corrumpunt; nam opponitur veritati cui fides innititur, præterea hæresis in electione consistit, electio vero est eorum quæ sunt ad finem, præsupposito fine, in credendo vero volūtas assentit alicui, vt proprio bono supra q. 1. art. 3. vnde quod est principale verum habet rationem vltimi finis secundario vero eorū, quæ sunt ad finem, & quia credēs alicuius dicto assentit, ideo in qualibet credulitate, vt finis videtur esse is cui assentit, & vt secūdario sunt ea quæ quis tenendo vult alicui assentire, sic ergo qui veram Christi Fidem habet, assentit sua voluntate

Christi

Christi in his q̃ ad doctrinam eius pertinẽt, à rectitudine ergo fidei Christianę potest quis duobus modis recedere, primo quia Christo non vult assentire, qui habet velut malam voluntatem circa finem, quod pertinet ad speciem infidelitatis paganorum, & iudęorum, secundo, per hoc quod intendit Christo assentire, sed deficit in eligendo ea quibus Christo assentiat, quia non eligit à Christo tradita, sed q̃ sua mens sibi suggerit, ideo hęresis est species infidelitatis ad eos pertinens qui fidẽ Christi profitentur, sed tamen eam corrumpunt, vt d. D. Th. q. 11. art. 1. declarãdo hanc definitionem vt supra.

8 Haeresis est circa q̃ sunt fidei.

Secunda propositio. Hęresis proprie tam primario quàm secundario est circa ea quæ sunt fidei, probatur ex Aug. lib. 18. ciu. c. 51.

Ratio, nam hæresis importat corruptionem fidei Christianę, ad corruptionem vero nõ pertinet si quis habeat falsam opinionem in his q̃ non sunt fidei, vt in Geometricalibus, vel huiusmodi, q̃ ad fidem non pertinet, sed solum q̃ ad fidem pertinẽt, ad quam quid pertinet directe, & principaliter, vt sunt articuli fidei, secundo indirecte & secundario, vt ea ex quibus sequitur corruptio alicuius articuli, & circa vtrumq; potest esse hęresis eo modo quo & fides, vt d. hic D Thom. art. 2.

9 Haeresis an fit inordinatè loqui de reb. fidei.

Tertia propositio. Si fit inordinata loquutio circa ea q̃ sũt fidei, sequi potest ex hoc corruptio fidei, vt d. hic D. Th. ad 2. in quo notandum posse quem dupliciter proferre verba inordinata circa res fidei, primo vt sentiens catholice, sed non se conformans in modo loquendi cum catholicis, & sic in alijs potest generare malum sensum, secundo dum quis loquitur inordinate contra prohibitionem ecclesię, putans ecclesiam errare dum sic loquendo diffinit, vel licere aliter loqui quàm ecclesia definiat, & hęc est hęresis, quia habet hunc errorem, ecclesia non est regula infallibilis ad definiendum modum loquendi in rebus fidei, cum ecclesia sit regula infallibilis ad proponendum nobis res fidei, ergo etiam ad determinandum per quę verba Fides debeat explicari, vnde nostra editio vulgata non debet suppleri per linguam gręcam, vel hębream, cum ecclesia hãc approbarit, vt d. Hic Bann. ex Cõc. Trid. sess. 4. & de hoc dixi supra tra. de sacra scr. tomo 1. c. de versionibus sacrę scripturæ.

10 Haeretius, nõ est qui nõ est pertinax, & q̃uo.

Quarta propositio. Non est hęreticus qui tenet falsam sententiam circa ea q̃ sunt Fidei, si non habet pertinaciam, sed paratus est corrigi ab ecclesia monitus de eius determinatione, vt d. hic D. Th. ad 3. cum ad hęresim in foro cõscientiæ requiratur pertinacia in voluntate. Vnde nulla ꝓpositio per se dicitur hęretica, sed denominatur hæretica ex pertinacia voluntatis ad illam, in quo etiam est notandum, quod aliquæ propositiones sunt secundum se contrarię Fidei, & nõ quo ad nos, quia talis contrarietas non est nobis nota, alię sunt hęreticę quo ad se & quo ad nos, vt quando ex scriptura aperte colligitur illa contrarietas, vel constat ex ecclesię determinatione, & sic propositio hæretica non facit hominem hæreticum, nisi adsit pertinatia voluntatis, vt d. hic Bann. cum Gaiet.

11 Propositiones nõ solũ haereticę, sed & alię supraelatę sunt vitãdae.

Quinta propositio. Non solum propositiones hæretice sunt vitandæ, sed & aliæ per quas & si Fides non destruatur omnino, vt per hæreticas, tamen male habet, & quasi disponitur ad corruptionem, vt aliæ scilicet sunt propositiones hæretice, aliæ erroneæ, sapientes hæresim, scandalosæ, temerarię, blasphemę &c. de quibus supra, vt probatur in Cõc. constant. sess. 8. & sess. 15. & has proferentes in foro conscientię, non statim indicanť hæretici, vt nec proferẽtes hęreticas ꝓpositiones, nisi adsit pertinatia, tamen grauiter peccant, & in foro fori, redduntur suspecti, & sępe tenẽtur abiurare prædictas propositiones, vt inf.

12 Haereticos, vel suspectos d hæresi denuntiare quilibet debet, cũ ampliationib. & li

Sexta propositio, sciens hęreticos aliquos esse vel de hęresi suspectos, vel libros hęreticorum habere, vel superstitionibus sapientibus hęresim manifestã operã dare, vel hęreticis fauere, vel protulisse propositiones hęreticas, scandalosas &c. teneť illos iudicibus sacre inquisitionis sub pœna peccati mortalis denuntiare, probatur, ex Bulla Sixti V.

Non.

mitatio-nibus, & quomó.

Non. Ianuarij. 1588. & sic sentit. D. Th. 2.2.q.68.art. 1. & Dir. lib.2. in Scol. q. 53. Turr. Cr. in c. si peccauerit 2.q.1.

Ampliatur etiam si proferens id ioco dixerit, quia cum ecclesia non iudicet de occultis. c. erubescant. 32.d. præsumitur quis haereticus simul ac verba haeresim sapientia protulerit.

Secundò, ampliatur etiam si id sit occultum, nec sciens possit probare, cum haeretici etiam occulti fauore Fidei sint denuntiandi, vt d. D. Th. & Dir. loco praedicto, cum secus tamen sit in alijs delictis.

Tertiò, ampliatur etiam si pater vel frater sit qui praedicta commiserit, vt d. Dir. 2. p. sub tit. de praesumpt. in c. literas. §. 14. comment. 15.

Quartò, ampliatur etiam si sit commissum sub sigillo secreti, cum secretũ quod vergit in corruptionem multitudinis corporalẽ, vel spiritualem sit detegendum, vt inquit D. Th. 2.2.q.70.art. 1. ad 2. secus si sciatur in confessione, vt d. ibi D. Th. & tunc sufficit generaliter dicere praelato, vt vigilet super gregem vt d. D. Bon. 4.d.21.q.1. de Sigillo confessionis & etiam si quis tantum sit dubius in Fide, modo supra tamen declarato.

Limitatur, quo ad libros, si sint versiones tantum ad haereticis conscriptę, modo nil contra sanam doctrinam contineãt, vt in regula. 3. indicis lib. prohibitorum, vel si sint libri prohibiti nõ ob haeresim, sed quia contineant res obscenas nõ tamen ex professo, vt in regula. 7. d. indicis, vel si sit biblia tantum vulgari lingua conscripta, ijs .n. qui sic eã detinẽt sine licentia episcopi, vel inquisitoris subtrahitur tantum absolutio, vt in d. indice regula. 4.

Declaratur vero eum non satisfacere suo muneri qui nomen suum non declarat, nec si id faciat cum literis sine nomine, c. cũ dilectus. de accusat. Host. in summa. de denunt. §. qualiter, & cum proceditur in causa inquisitionis Fidei, denuntiator cõnumeratur cum alijs testibus, & eius nomen recitetur à iudice, vbi periculum adest, & etiam p̃cipit ijs qui ad sunt cõsilio inquisitionis sub poena excommunicationis ne prodant ea, q̃ super dicto negotio aguntur. c. statuta. de hæret. in 6. 13

Inquisitores quales esse debeant, & vt p̃cedãt in Fidei negotio, tũ cũ epis, q̃ sine eis, & contra quos late de hoc agendo, & explicando magnam eorũ potẽtate.

Septima propositio, quod attinet ad Inquisitores, vel Iudices haereticorum, & modum procedendi in hoc negotio. Dicendum est primo inquisitores duplices esse, quidam enim sunt ordinarij vt Papa, & Episcopi locorum qui ex electione, & consecratione iure diuino potestatem habent in haereticos, vt d. Simanca. de cath. instit. tit. 25. nu. 5. & delegatus qui a sede Apostolica specialiter ad hoc delegatur qui debent esse virtutibus conspicui, prudentes, constãtes, & in Fidei doctrina eminenter eruditi, vnde vbi fieri potest congruum est vt sint doctores in Theologia, & iure canonico, licet Theologi sit magis discernere, q̃ ad Fidem pertineant quàm iuristae, vbi authoritas ecclesiae non adest, debent etiam esse ætatis quadraginta annorum. Cl. nolentes, de haeret. quia in hac aetate maxime uiget mens & intellectus, vt d. philosophus. 7. Polit. c. 6. & prudẽtia, & sunt delegati Papæ à quo habent authoritatem delegatam. c. ad abolẽdam. §. si vero. de haeret. c. per hoc §. sicut autem. de hæret. in 6. & etiam inquisitores instituti à p̃latis sui ordinis sunt delegati Papae, nec eorum potestas morte Papæ expirat, etiam quo ad negotia non cœpta fauore Fidei, c. ne aliqui de haeret. in 6. etiam si sint instituti à Cardinalibus, Episcopis, vel praelatis ordinum, quibus etiam defunctis viget eorum officium, & inquisitores possunt remoueri etiam à p̃latis suorum ordinũ authoritate apostolica, nõ tamen ex mera eorum voluntate, sed ex causa rationabili, nec prælati prædicti authoritate propria possunt prohibere inquisitorib. ne exerceant eorum officium, vel ab eo supersedeant, nec ipsi etiam inquisitores tenẽtur reddere rationem suis prælatis de his quæ spectant ad officium inquisitionis; causæ vero remouendi sunt infirmitas q̃ reddat inquisitores officio ineptos, & senectus si eos inhabiles officio reddit, secus si in eis vigeat mẽs & indiciũ, imperitia ad officiũ exercendũ negligentia quando non exercent, vel nõ debito

debito tempore quę ad eorum officium spectant, vel si pecunias extorqueant illicite, qui tunc à suis plątis puniuntur, cl. 2. §. qui equidem. de heret. hodie tamen Cardinales inquisitores generales eos puniunt; secundò dicendum est, quod si inquisitores cum Episcopis comparentur, pares sunt quando procedunt, vt delegati, vnde citatus ab eis diuersis temporibus vtriq; tenetur parere, & si eadē hora vtri voluerit obediet, si vero Episcopus procedit via ordinaria, maior eo est inquisitor, nec ordinarius potest inquisitoris processum impedire. c. per hoc. de heret. in 6. tertio inquisitor potest sibi Vicarium constituere. c. ne aliqui. de hæret. in 6. & Vicarius constituitur ab inquisitore non ab eius prelatis, hic tñ Vicarius non poterit dare alium Vicarium gl. in c. super §. porro. de off. deleg. licet possit ei ab inquisitore committi officium suum, & hic Vicarius debet pollere qualitatibus inquisitoris, de ętate tamen non est iure expressum, qui tñ debet esse triginta annorum per rescriptum Clem. 7. & solus inquisitor, nō autem prælati ordinū eū amouebūt; Inquisitor etiam poterit creare sibi vel eligere notarium, & cogere clericos & alias personas idoneas ad exequendum hoc officium. Non potest tamen inquisitor ad libitum socios sibi assumere fratres sui ordinis, sed sunt ei idonei & gratis à prelatis consignandi, tertiò dicendum est quod inquisitor non potest excommunicari à delegatis, vel executoribus apostolicis, ipse vero potest absque incursu excommunicationis requirere dominos temporales excommunicatos c. præsidentes. de heret. in 6. & etiam inquisitor & eius socius mutuo se possunt absoluere ab excōicatione, & dispensare super irregularitate nisi sint excōmunicati ob sordes factas in iudicio d. cl. multorum. §. verum. de heret. vel si sede episcopali vacante illicitis modis pecuniam extorqueant, vel ob delictum clericorum bona ecclesiæ detentent. cl. nolentes. §. & tam. eo. quia hi casus Papę sunt reseruati, quarto, dicendum est quo ad personas cōtra quas inquisitores procedere possunt, quod non possunt procedere contra Papam deprehensum in heresi, quia id pertinet ad concilium legitimum. Nec etiam contra officiales, vel nuntios Papæ, idest legatos sedis Apostolicæ qui gerunt negotia sedis apostolicę, non autem excluduntur delegati ad aliquam causam à sede apostolica. Nec etiam contra episcopum c. inquisitores, de heret. in 6. possunt tamen recipere dicta testium aduersum Episcopū, vt ea referant ad sedem apostolicam, & cōtra Episcopum procedere possunt vbi esset suspectus de fuga, vel aliquid moliretur in Fidei detrimentum, potest vero procedere cōtra religiosos exemptos c. vt officium. §. denique de heret. in 6. nisi sint generales ordinum, vel religionum militarium, tūc enim prius res est aperiēda generalibus inquisitoribus, potest etiam procedere contra sacerdotes. capit. accusatus. §. sacerdotes. de heret. Non tamen cōtra alium inquisitorem, nisi ex graui malitia, vel quia esset suspectus de fuga, & facile Papa consuli non posset, potest etiā procedere contra Reges, & laicos indistincte. c. vt officiū. §. deniq; de heret. in 6. & magis contra Barones, in quo tamen cōsultum est Papam prius consulere, nisi periculum sit in mora, potest etiam cogere rectores ciuitatum ad iurandum de defendenda ecclesia contra haereticos c. vt officium §. statuimus. de hæret. in 6. quod iuramentum præstare debent in principio officij. cap. excommunicamus itaque. §. moneantur. de heret. & etiam potest cogere dominos temporales ad reuocāda statuta impedientia officium sanctæ inquisitionis c. statutum de heret. in 6. & potest procedere contra dominos temporales qui non iuuant eum in officio. c. vt inquisitionis de heret. in 6. & magis contra impedientes eius officium. d. c. §. prohibemus, & iudex secularis absque visione processus tenetur exequi sententiam inquisitoris etiā si reum illi tradat vltimo supplicio afficiendum, non tamē iubendo vt pęnam mortis ei irroget, quia sic forte fieret irregularitis, sed vt sententiam à se latam executioni mandet, seruando iura cōtra hereticos lata; pōt etiā inquisitor prohibere quæstuarios,

&

& laicos ne prædicent, vel disputent de Fide.c.quicunq;.§.inhibemus de hæret. in 6.potest etiam procedere contra aduocatos vel notarios patrocinantes pro hæreticis,vel eis auxiliũ pstantes, cap.si aduersus . de hæret. & cogere habentes instrumenta vel scripturas contra hæreticos,vt illi assignent. c.vt commissi.eo. in 6.quando tamen cõueniũtur hæretici ante annum non negatur eis defensio, potest etiã procedere contra scienter sepelientes hæreticos in loco sacro c.quicũque de hæret.in 6.& si sepeliũtur sunt exhumandi, & comburi si ossa separari possunt.c.sacris.de sepult. & locus pollutus debet reconciliari. c. consuluisti. de cons.eccl.& idem si sint, fautores hæreticorum , & sic sepeliens est suspectus de hæresi,potest etiam procedere contra recusantes iurare in causa Fidei.c.excõmunicamus.§. adijcimus.de hæret.,ij.n. sunt suspecti de hæresi,potest etiam procedere contra denuntiatos qui alio se transtulerunt. c. vt commissi. cap. cum contumatia. de hæret.in 6. potest etiam procedere contra mortuos.c.filij.de hæret.in 6.per quadraginta annos quo ad confiscationem bonorum ad abolendã vero memoriam eorum etiam post, & idem in his qui vere sunt credentes hæreticorum , & eo casu statua defuncti damnandi traditur curiæ seculari. Et generaliter potest procedere contra hæreticos , suspectos de hæresi , diffamatos , credentes,receptatores,fautores, & officij impeditores directe, vel indirecte,vt d.Dir.3.p.vsq; ad 43.q. & cõtra aliosde qbus supra hæreticos,& suspectos. Similiter procedere pñt contra blasphemos verba hæreticalia proferentes contra fidei articulos , vt quod Deus non possit facere factibilia,vel d. B. V. meretricẽ, vel abnego Deum , renego Fidem , vel Chrisma,vel Baptisma,& huiusmodi & si tales pertinaciter maneant in huiusmodi erroribus, vt hæretici sunt habẽdi, & tradendi curiæ seculari. c.ad abolendam.§.psenti.de hæret.in quo tamen ratio personarum est habenda . Similiter contra sortilegos hæreticales,vt honorẽ latriæ , vel duliæ demonibus exhibentes puerum rebaptizãtes , vel in quibus miscetur aliquod dictum, vel factũ hæreticale,vt si in sortilegio amatorio abnegetur Deus,vel sacramẽta ei misceantur,vel sacramentalia, vel vbi quis reb. sacris abuteretur ob demonum inuocationem,vel si candela aut aqua benedicta vult scire occulta vel futura, vel furta,si vero sacra non misceantur in sortilegio,vt Simbolum , Pater noster , Aue Maria &c. esset simplex sortilegium . Similiter contra inuocantes demones honorem latriæ, vel duliæ eis exhibentes,& etiã sine cultu,quia si eis se supponunt vt hæretici sunt puniendi, vel etiã si ab ariolis futura inquirãtur , id enim sapit hæresim manifestã , cum id solius sit Dei scire.26.q.5.in summa,si vero inuocetur ad tentandum mulieris pudicitia, si depcatiuo modo rogo &c.vt hæretici puniũtur,si imperatiuo , licet cõtra eos procedi possit vt suspectos , non tñ ita sunt suspecti cum demonis sit tentare . Similiter contra Christianos transeuntes ad iudaismum , vel eis ad id auxilium præstantes etiam si iudæi sint,& idem de transeuntibus ad sectam Saracenorum, & fautoribus etiam si sint Saraceni,Similiter contra infideles,explicando vt supra de hoc est dictum tract. de infidelitate,& idem si demones inuocent vel hæreses seminent.Similiter contra excommunicatos in causa fidei , vel quia citati responsuri de fide noluerunt comparere vel respondere,qui ideo à iudice excommunicãtur c.cum contumatia , de hæret. in 6. vel quia impediunt officium inquisitionis directe,& indirecte,vel pstant ad id fauorem &c.qui sũt ipso iure excommunicati c.vt inquisitionis §.prohibemus.de hæret.in 6.vel quia crediderunt, defenderunt, receptarunt &c.hæreticos, qui ipso iure sunt excommunicati c. excommunicamus itaque §.credentes.eo. Hi si per annum steterint in excommunicatione non vt suspecti,sed vt hæretici condemnãtur d.c.non contumatia,ex alijs vero causis excommunicati per annum sic perseuerantes hæresis suspitionem incurrunt leuẽ tamen.c.grauem, vbi glo.de pœnis.ex cõsuetudine tamen officium inquisitionis contra hos nõ procedit. Similiter cõtra

Schismaticos, qui diuisi sunt ab ecclesia quo ad credentiam, qui nolunt credere determinationibus ecclesiæ, vt de Fide factis, vt quod Sãctus spiritus procedat à Patre, & Filio, qui vt hæretici habentur. capi ad abolendã. §. præsenti. de hęret. non autem contra eos qui nil male sentiunt de Fide, sed ex superbia, auaritia, malitiave deuiant ab obedientia ecclesiæ hi tamen redeuntes tenentur abiurare Schisma, cap. quotiens. 1. quæstio. 7. Similiter contra apostatas à Fide, qui vt hæretici sunt habendi. capit. ad abolendam. §. præsenti. eo. etiam si metu mortis recedant à Fide, nec consentiant erroribus, qui in foro conscientiæ non sunt hęretici, in foro tamen ecclesiæ abiurare tenentur, vt hæretici, sic apostatantes reuertentes, non autem si à religione apostatarẽt, qui tamen, si per annum sic manserint, quia sunt excommunicati capit. grauem de pœnis. sunt suspecti, & semper si matrimonium contrahunt, ecclesiá tamen contra eos qui tantum recedunt à religione non procedit in officio inquisitionis, Similiter contra credentes hęreticorum, si credant eorum erroribus qui sunt & hęretici. cap. excommunicamus. 1. §. credentes. & cap. excomm. 2. in fi. quod deprehenditur si hæreticos adorent, consolationem, vel communionem ab eis recipiunt, orationes eorum implorarint, vel pacem ab eis, & benedictionem petunt, vel credunt eos saluari posse in eorum secta, eos visitant, & c. nisi ignorantia probabilis aliquos excuset. Si vero eis seruiunt, redduntur suspecti, non tamen iudicantur credentes, nisi in eorum ritibus illis seruiant, qui tamen abiurare etiam tenentur, vel se purgare tormentis etiam si in ritibus non communicent ob suspitionem inde ortam. Similiter contra receptatores hęreticorum, qui duplices sunt, aliqui qui sæpe eos receptant, & hi quandoque sunt sine culpa quia nesciunt, nec audierunt quid sinistrum de eis, quandoque cum culpa quia sciunt eorum errores, & quod ecclesia eos persequitur, & tamen eos latenter, & sepę receptant ne ad manus ecclesiæ deueniant, & hi sunt excommunicati cap excommunicamus. 1. §. credentes. extra. eo. & sunt valde suspecti, quod eis credant, & eis abiuratio, & purgatio canonica est indicenda. d. cap. §. qui autem & capitulo accusatus. eo. in 6. & illi præsumuntur id scire, cum tales publice sunt denuntiari, etiam si caupones sint qui illos recepten, & tales receptatores alias pœnas incurrunt de quibus in d. capit. excommunicamus. §. credentes. quidam vero semel vel bis tantum hęreticos receperunt, si id faciunt occulte ne ad manus iudicis perueniant, ex tali receptatione redduntur suspecti, quod credant eorum erroribus, & vltra alias pœnas receptatores excommunicandi sunt, & si sic persistant in perpetuum relegantur, & eorum bona amittunt, si tamen sint consanguinei qui illos receptent, mitius cum eis agitur. Similiter contra defensores hæreticorum, qui si eorum defendant errorem haeresiarchę sunt habendi. capitulo, qui aliorum vigesimaquarta quęstione tertia. Si vero tantum defendunt personam errant, vt qui viribus resistunt ne tales perueniant ad manus iudicis, & ij sunt excommunicati. capit. excommunicamus primo. §. credentes. extra. eodem, & sunt suspecti de eorum erroribus leuiter, vel grauiter pro modo defensionis, & si conantur eos eripere de manibus iustitię sunt relegandi, & domus à qua sunt prohibiti destruenda, & si quis supponit alium hominem loco hęretici, sic suppositi perpetuo carceri mancipantur, & hęretici redire coguntur, & sic suspecti debent abiurare, quod est commune omnibus suspectis. Similiter contra fautores hęreticorum qui & ipsi sunt excommunicati, & suspecti de hęresi. Et hi vel sunt iudices, & sic vel peccant omittendo, quia requisiti à iudicibus fidei non capiunt hęreticos suspectos, vel fautores, vel captos diligentes non custodiunt, vel non de-

ducunt ad locum qui eis mandatur, vel executionem promptam de eis non faciunt. c. vt inquisitionis in principio de hęret. in 6. commissione vero peccāt si captos sine licentia episcopi, vel inquisitoris, vel alterius eorum liberent, vel eorum processum, vel iudicium aut sententiam directe vel indirecte impediūt, qui omnes sunt excommunicati, & si sic permanserint per annum, vt hęretici condemnātur. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. eo. in 6. & si dominus temporalis permittit pecunia vel alia causa morari hęreticum in loco suo amittit terram suam, si vero scienter id non faciunt, sed ex negligentia ibi inueniūtur hæretici pęnis legitimis puniuntur ex Conc. Tolos. c. 3. 4. Minores vero magistratus amittunt in prædictis bona sua, & priuantur officio vbique ibid. c. 6. & Tutius est vt à Papa, vel maioribus inquisitoribus tales puniātur iuxta canonicas sanctiones, si vero sunt priuatæ personæ ex omissione non peccant, nisi quo ad eos denunciandos, cum omnes hęreticos denunciare teneantur etiam occultos, vt tradit Thom. secunda, secundę, quæst. 68. articulo primo. Alen. 3. p. quęst. 42. Sot. libro 5. q. 5. art. 1. de Iust. Simancas de cath. inst. tit. 19. num. 10. idque sub pęna excommunicationis si tamen quis id omittat ex metu non dicetur fautor hæreticorum, committendo fautores dicūtur si captos liberēt, vel auxilium ad id dent, vel capientibus se opponunt, vel processum iudicium aut sententiam impediunt directe vel indirecte, qui sunt omnes excommunicati & 12. pœnas incurrunt capit. excommu. §. credentes. extra. eo. c. vt inquisitionis §. prohibemus. eo. in 6. & si sic permanent per annum, vt hęretici damnātur d. §. fautores etiam dicuntur receptatores & defensores, vel q̄ impediunt extirpationem hæreticorum, vel eos celant, vel incarcerationem impediunt, vel punitionem vel omittunt eos capere à iudicibus Fidei requisiti, ex Cōc. Narbon. cap. 14. 15. 16. vel eos captiuos clam visitant, vel dolent valde de eorum comprehensione vel morte, vel dicunt esse iniuste damnatos si tamen cōuicti sint, vel odio persequūtur punientes tales, vel colligant ossa hęreticorum furtiue, vt reliquias quę faciūt vehemēmentem suspitionem de hæresi. Similiter contra impedientes officium inquisitionis, vel directe liberando captos propria temeritate, vel processus lacerant, vulnerant testes qui in causa illa testificati sunt, vel si dominus temporalis statuit nullum de hoc crimine nisi coram eo vocari posse, vel qui processum impediunt qui sunt excommunicati d. §. prohibemus, & si sic permanēt per annū vt hęretici damnantur d. §. vel minus ēt solis impediunt officium, vel indirecte impediunt vt si statuant quod nullus portet arma præter suos, vel capere nisi sui, quia sic impeditur officium inquisitionis Io. And. in c. statutum, de hęret. in 6. qui non sunt hęretici, sed excommunicati, & si sic permanēt per annum, vt hęretici damnantur d. §. prohibemus. Et tales redeuntes tenētur abiurare fautoriam, & impedimētum & si tantū personam defendunt, sufficit generalis abiuratio hęresis, secus si errorem, tūc enim particulares errores tenentur abiurare, quod si sunt impœnitentes curiæ seculari tradūtur cap. ad abolendam. extra. eo. Et licet per annum non stent sic, tamen contra huiusmodi impedientes potest procedi cum contrahant suspitionem hęresis, idque pœnis arbitrarijs, & alijs de quibus in const. Pij Quinti incip. de protegendis, & Iulij Tertij incip. licet. Ita Dir. cum comment. 2. p. incip. à q. 41. ad 54. inclusiue. In foro vero conscientiæ in quo non pręsumptio, sed sola veritas attenditur. c. tua. desponsal. hęreticus exterior tantum, sine hæresi interiori non incurrit excommunicationem. D. Ant. 3. p. tit. 14. cap. 5. Tab. hæreticus. nume. 2. Silu. eodem verbo. num. 9. Nau. in Man. c. 1. num. 24. 25. & cap. 27. sub nu. 56. Ver. 6. vt si quis metu iusto faciat actum hęreticum, non est hęreticus, & sic nec excommunicatus nec qui hæresim in animo detinuit, nullo signo eam exprimens.

Secunda conclusio, hęretici qui vere hę-

hęretici sunt, si aliquo signo exteriori etiam occulto, & secretissimo suam hęresim manifestarunt, vt verbis, nutu, vel signo verbis æquipollenti, sunt excommunicati. Gaiet. 2. 2. q. 94. art. 1. Silu. loco cit. pal. 4. d. 9. quæst. 13. Nau. d. cap. 27. num. 56. Ver. 5. Et idem si ij scripsissent literas manifestantes suam hæresim, licet eas postea lacerarint, modo ea sint signa sufficientia hęresis, non autem si ex pręcogitata hęresi, oculis, digitis, vel capite annuant, cum hoc non sit signum ex quo ecclesiá soleat facile deuenire in cognitionem hęresis intellectus. ita Nau. c. 27. nu. 269. Simanca. de cath. inst. c. 24. Clarus. lib. 4. hęret. §. hęreseos. Cordubá. lib. 4. quæst. q. 13. op. 3. Coroll. 3. in fi. nisi forte esset altercatio tunc de aliqua hęretica propositione, & aliquis signis sic annueret, quia hoc pacto est signum sufficiens hęresis interioris.

Tertia conclusio, suspecti de hæresi, si vere hęretici non sunt, non incurrunt excommunicationem Bullæ cęnę, alias sic. Nau. d. c. 27. nume. 49. cum seq. sed quandoque aliam, vt illam quę exprimitur in c. si quis ariolos. c. qui diuinationes. 26. quæst. 5. & in extrauag. Io. 22. de qua re dixi. lib. de cas. res. cap. 8. sub nu. 8. & sic nec magi incurrunt excommunicationē Bullę cęnę nisi alias sint hęretici. Nau. d. cap. 27. num. 85. nec astrologi, arioli, malefici, & huiusmodi, nisi & hæretici sint, vt quia à dęmone scire vult quis occulta cordis, vel futura contingentia, quæ se habent ad vtrumlibet, vt quæ pendent à libero arbitrio, cum ea scire, Dei tantum sit, vel aliqua ope demonum agere, quæ solus Deus facere possit, vel cultum latriæ eis interne & externe, aut idolis exhibent, vel credunt maleficijs homines posse cogi ad amorem, vel odium, vel per astra, quæ ad liberum arbitrium spectant, posse protendi, & effici vel credunt aliquam imaginem esse susceptiuam baptismi, vel si inuocent demonem, vt Deum, vel sanctum, aut Dei amicum, vel per eum iurant, aut ei obedientiam promittunt, vt Deo, vel abutuntur sacramento Eucharistię, credentes illud potestati demonum subiectum esse, vel hominem credunt in brutum realiter conuerti, vel à demone responsa, vt à Deo, expectant, vel imagines sacras conspuunt, eis non credendo, & huiusmodi agendo, cum errore intellectus, quæ hęreticalia per se sunt. Quod si in aliquibus maleficijs agendis, & alijs nefarijs operibus, non errent in Fide, sed passione aliqua moueantur, amoris, odij, auaritiæ, & c. licet grauiter peccent, & subsint iudicio ordinariorum in foro exteriori, & iudicum Fidei, attamen cum non sint hæretici, non incurrunt excommunicationem Bullæ contra hęreticos latam, licet aliam quandoque incurrere possint, vt arioli, vel detinentes, quo ad se, demones in annulis, vel amphoris, vt quæ fertur in d. cap. si quis, & in extrauag. Io. 22. & aruspici, Necromantici, Geomantici, Areomantici, Piromantici, Chiromantici, Astrologi, malefici, lamiæ, Diuini, materia sacramentorum abutentes, carnes comedentes diebus vetitis, & huiusmodi, si non errent in fide, non incurrunt excommunicationē Bullæ, vt supra, sed aliam quandoque, & episcopi solent passim hos casus sibi reseruare, & ideo iure ordinario, modo prædicto, possunt in occultis in foro conscientiæ eos absoluere; Quod si demum quis vtatur simplicibus superstitionibus, horam & diem in aliqua re agenda, obseruando, vel vana miscendo, casus huiusmodi non solent ab Episcopis reseruari, vt dixi. de cas. reser. cap. 2. & 8. & zerola in eius praxi Episcopali, verbo, casus, salua tamen semper in prædictis sanctæ ecclesiæ diffinitione, & meliori sententia.

Sciens tamen aliquos, prædicta commisisse, nisi sint simplices superstitiones tenetur eos inquisitoribus denuntiare, ex Bulla Sixti Quinti contra astrologos lata, etiam si aliqua sint ioco sic facta vel dicta, vt supra est dictum, & colligitur ex Bulla prædicta,

& Bulla Pauli Tertij 14 Ianuarij.1542. vid. Pegna. 3. p. comment. 24.

Et licet prædicta superius forte sustineri possint, tamen quia ex congregationis Cardinalium declaratione. decis.486. & praxi curiæ vetitum est Episcopis absoluere ab hęresi in foro conscientię, etiam in casu occultissimo. vt d.Nau.cap.27 numero 171.not. 15.nec etiam in Iubileo, nisi id specialiter exprimatur, vt ibi.d. & vix fieri possit vt hęresis prędictis casibus non implicetur, ideo consultius erit confessoribus prędictos mittere ad multũ Reuerendos inquisitores, qui eos absoluent cum abiuratione deleui, vel graui iuxta casus qualitatem cum pœnitentia salutari.

Quarta conclusio, credens hęreticorum, qui licet nullum errorem habeat in intellectu, dicit tamen se velle mori in Fide alicuius haeretici, incurrit excommunicationem Bullæ.

Quinta conclusio, qui viribus, vel potentia defendunt hęreticos ne deueniant in manus iudicum examinandi, vel condemnandi, incurrunt excommunicationem Bullę, Archid. in cap. quicunque de hęret. in 6. vel si aduocati eos defendunt iniuste scientes eos esse hæreticos alias secus de licentia iudicum Fidei. Card. in clemen. 1. de pœnis. & idem suo modo de notarijs, cum distinctione de qua supra, non tamen eam incurrit qui hæreticos defendit ne occidantur à latronibus, vel priuatis personis eorum inimicis, vel vt liberentur ab alio periculo. Ang. hæresis.num.23.Silu.hæresis. 1.num.30.

Sexta conclusio, vt fautores hæreticorum incurrunt excommunicationem, iudices qui non procedunt contra hæreticos in causa hęresis, & eos non comprehendunt cum possunt, vel eos traditos brachio seculari cum tenentur & possunt, non puniunt. cap. ad abolendam. de hæret. D.Ant. 3. p.tit.2. Silu. hæresis. 1. numero 10. Castro. de hæresibus libr.1. cap. 9. Nau. capit.27. numero 55. 56. Sot. 4. dist.22.quęst.1. articu.5. comm. 1. Similiter qui ex officio vel iuramento tenentur denuntiare hæreticos, incidunt Bullam cœnę si non denuntient, alias secus, licet sint denuntiandi sub peccato, etiam si id sit commissum sub sigillo secreti. D. Thō. 2.2. quæstio.70.articulo. 1.ad 2 secus si sciatur per viam confessionis sacramentalis, quia tunc sufficit dicere prælato, vt vigilet super gregem. Diu. Bonauent 4.distinct. 21.quæst.1.de sigillo confess. vt & quis denuntiare eos tenetur quando præcipitur ab inquisitore etiam si id probare non possit, nec credat sic proferentem id sentire. Dir. 2. p.com.de præsumptio. in cap. literas. §. 14.comment. 15. Sic incurrunt excommunicationem Bullæ qui fauent hæreticis verbis, dicentes eos iniuste in genere condemnari, inquisitores in hoc non bene procedere, vel si laudant hęreticos ex Can.70.ap.vel eis pecuniam, arma, aut alimoniam præbent quibus liberentur,& alia huiusmodi ex quibus officium sanctissimæ inquisitionis impeditur, agunt.

Septima conclusio, receptantes hęreticos ne deueniant in manus iudicum fidei incurrunt excommunicationem Bullæ cœnę, etiam si semel tantum id agant, Archid. loco cit. Tab.ver.excommunicatio. 5. cas.28. Caiet.excommunicatio.capit.1. etiam si id faciant propter affinitatem, vel amicitiam,& non propter hęresim arg. l. 2. ff. de recept. secus si recipiantur non vt occultentur, sed hospitio ab hospite recipiantur. arg.capit. pasce. 86.dist.vel ab alio ad subueniendum eorum necessitati, licet non extremæ, Nau. cap.27.numero 56. vel si recipiantur ab amico, vel consanguineo, vt tales, non autem, vt occultentur, Eud. Carr. tractat. de hęret.num.165.

Octaua conclusio, legentes scienter libros hęreticorum incurrunt excommunicationem Bullæ, quod intelligitur si contineant hęresim, vel damnati sint, ar c. fraternitatis. de hęret.etiam si obiter id fiat, si tamen ex-

cusio-

curiositate parum legatur, ex Nau. in simili. c. 11. num. 4. & c. 27. num. 56. non videtur incurri. Non tamen eam incurrit legens libros catholicorum continentes res hæreticorum, etiā si id legat, vt sciat eorum opiniones, nec qui legit libros catholicorum elucidatos per annotationes hæreticorum, si nil adsit contra fidem, expurgato tamen eorum nomine, licet is incidere possit in censurā indicis librorum Pij Quarti, vt d. Nau. d. num. 56. Nec si sint tantum versiones ab hæreticis conscriptæ, modo nil cōtra sanam doctrinam contineant, vt in reg. 3. indicis. Nec qui legit alios libros prohibitos non ob hęresim, sed quia tractēt res obscenas, licet ij puniendi sint ab episcopis, vt in reg. 7. indicis. nec qui legunt lexica, apophtegmata hæreticorum, & huiusmodi in quibus ij nil fere de suo apponunt, modo expurgata sint ab episcopis & inquisitoribus, vt in reg. 5. indicis, Nec qui legunt bibliam vulgarem, aut controuersias cum hæreticis vulgares similiter sine licentia episcopi, licet eis peccatorum absolutio subtrahi possit, si id agant sine licentia episcopi, vel plati sui, si regulares sint, vel inquisitoris cum consilio parochi, & confessoris, vt in reg. 4. & 6. Indicis hodie tamen ex noua regula indicis nomi episcopi talem licentiam dare non possunt, nec etiam inquisitores, aut superiores regularium, vt patet in d. indice. in expos. 4. reg. §. 7. Ver. Animaduertendum. Dicit etiam Nau. quod qui legunt libros magicæ artis, non incidere hanc bullam, modo hæresim non contineant. c. 27. in manc nouiori num. 55. Ver. 2. licet contra tales ex Bulla Sixti Quinti contra astrologos à sancto officio procedi possit, & ita credam fieri, vt hæresim non contineant. Quod si quis scienter retineat, imprimat, vel defendat libros hæreticorum incidit pariter in hanc bullam.

14 Quoad modum procedendi in hoc negocio, si plures sint inquisitores in vna prouincia à Papa delegati, vnus sine alio, & simul procedere possunt. c. vt officium. eo. in 6. nō tamen contra eum cui à Papa datus est specialis inquisitor, qui si non procedit, ex malitia, alij inquisitores id Papæ debent significare, secundo dicēdum, quod episcopus sine inquisitore potest reum citare, capere, & carceri tradere cl. multorum de hęret. & econuerso, non tamen potest vnus deuenire ad sententiā, vel carceri duro tradere sine alio, etiam absolutoriam & si nolunt vel non possunt adinuicem personaliter conuenire, potest vnus committere alteri vices suas, vel mittere commissarium, vel suum alteri consilium, vel consensum per literas significare, q si noluerint, vnus requirat alium, vt intra octo dies, vel substituat, vel mittat suum consensum, & assensum d. cl. multorum, vt d. Dir. 3. p. q. 49. Simancas. tit. 34. num. 38. q si inquisitor & episcopus discordāt, vterq; negotium bene instructum ad Papam trāsmittere debet. c. per hoc de hęr. in 6. quod procedit nedum quando discordant in condemnādo, vel absoluendo, sed etiam vbi in reb. non ita arduis dissentiunt, vt d. comment. d. 3. p. q. 50. in Dir. qui tamen d. curandum vt simul concordent, quod fiet si iuri operam dent, alias grauiter peccant, vt d. ibid. & sim. tit. 34. nu. 39. Quando vero episcopus & inquisitor diuisim processerunt, debēt sibi communicare processus c. per hoc. §. verū de hęr. in 6. vt absq; errore sententia proferatur, vt ibi d. q. 51. Dicuntur vero procedere diuisim, quādo episcopus per se procedit, & ecōuerso ita quod fiant duo processus, non autem si vnus ex illis tantum formauit processum, & licet fieri possint diuersi processus, commodius tamen est vt per inquisitorē vnicus processus fiat, & episcopus transmittat ad inquisitorem secreto quicquid contra reum inquisitum nosse & habere poterit, aliter magna fiet confusio, vt ibi d. comment. q. 52. & ista communicatio processuum debet fieri in fine causę tantum, nisi alter commode procedere non posset nisi alterius visis actibus quia sic debet dari copia ante finem, & etiā antequām deueniatur ad torturam, si reus est torquendus, secus si testis, vt ibi d. comment. q. 53.

Inquisitores quo ordine, & modo in iudicio sidei procedant.

Debent etiam ijdem in caufis arduis, non autem femper, fabricato proceffu carcerato delato ac examinato, & finita informatione, confulere fummum Romæ inquifitorem, mittendo copiam informationis. pegna. comm. 127. q. 78. 3. par. direct. In negotio vero fidei fummarie, & de plano procedi poteft c. ftatuta. de hæret. in 6. ita quod non tenetur quis ordinem iuris feruare, & eo nõ feruato proceffus valet, id enim operatur facultas procedendi de plano, vt d. glo. in d. c. & poteft procedi etiam die feriato ob hominum commoditatem conceffo. fic tamen, vt non omittantur fubftantialia caufæ, & iudicij; idest vt non denegentur defenfiones legitimæ appellationes ab interlocutoria, & huiufmodi, vt ibi d. comm. q. 54. fummarie vero facultas procedendi non requirit libelli oblationem litis conteftationem, dilationes fuperfluæ amputandæ, & teftium fuperfluitas, probationes tamen neceffariæ, & defenfiones funt admittendę cl. fępè de verbor. fignific. & fi proceditur per viam accufationis accufator non fe fubfcribet ad pœnam talionis, conclufio in caufa non eft neceffaria, fed reus quoties volet fe defendere audietur, vt ibi, d. glof. fubftantialia tamen omitti non poffunt, vt citationes, probationes legitimæ, iuramentum de veritate dicenda, exceptiones vtiles, appellationes neceffariæ termini competentes, & huiufmodi, fine quibus non poteft delictum probari, vel reus fe iure defendere, & huiufmodi, quæ naturali ratione conceduntur quia fic non poffunt ab inquifitoribus prohiberi. Et vt inquifitor poffit tueri fuam perfonam, capere hæreticos, & eorum fautores, poteft habere familiam armatam, fic tamen, clemen. nolentes. §. porro. de hæret. vt ea non abutatur, & inuocare brachium feculare in auxilium. capit. vt officium §. deniq; cenfuras eo. & etiam poteft cogere magiftratus per ad id præftandum, capit. ad abolendam. de hæret. & etiam poteft habere carcerem propriũ ad cuftodiam. cap. vt inquifitionis. eo. in 6. & idem poteft epifcopus, & quilibet eorum poteft facere carcerem communem ambobus, & cuftodes habere debent qui iurent fe fideliter munus exequuturos, nec permiffuros aliquem cum reis loqui fecreto, & fub duabus clauibus carcerem cuftodiant d. capit. multorum. de hæret. in clem. fi tamen reus eft perfona infignis, vt litterata religiofa, nobilis, bonæ famæ, non eft conueniens, vt inquifitor deueniat ad capturam fine confilio fuperiorum mittendo ad eos fummarium inditiorum, & delictorum informationes, nifi fit timor de fuga rei, vel fit hæreticus manifeftus; quia fic ad capturam eft quamprimum deueniendum, vt d. pegna. q. 56. 57. 58. 59. vbi multa d. de modo quo carcerati tractari debēt, vt fcilicet feparatim in cubiculis ponantur, fingulis menfibus eos vifant, & videant quomodo tractentur, & an neceffaria eis tribuantur, & pluries fi opus eft, nec cum eis loqui debent inquifitores nifi impertinentibus ad eorum negotium, nec foli eos inuifere, & lite pendente rei repelluntur à miffa audienda, quæ celebratur in carceribus, & tam cuftodes quàm notarij debent iurare de fidelitate d. clem. multorum. Poteft etiam epifcopus, & inquifitor torturę exponere reos coniunctim, fed non diuifim d. clem. multorum in principio, & tunc eft deueniendum ad torturam cum adeft vacillitas & variatio, vel infamia cum vno tefte de fcientia, vel infamia cum indicijs vehementibus vno, vel pluribus, vel teftis de fcientia cum vno vel pluribus inditijs vehementibus, vel infamia cum tefte de fcientia, & inditijs vehementibus, non autem ex fola infamia, vel vnico tefte, vel inditio tantum, vnde non eft quis etiam torquendus antequàm de delicto conftet, vel dicto aut facto hæreticali, quod fit cum adeft femiplena probatio, vel inditium fufficiens ad torturam, Neceft pariter tortura adhibenda vbi aliter veritas haberi poteft, nec in delictis manifeftis facile, fed in occultis, nec vbi inditia non funt probata, nec legitima & à iure

re non probata, & cum tortura est danda cum moderamine est infligenda, vt reus superfit supplicio, vel innocentiæ. l. quæstionis modum. ff. de quæstionibus, & in hoc iudicio fidei nulla persona excipitur quin torqueri possit, licet in alijs iudicijs sit secus. l. 4. C. ad. l. Iul. maiest. sim. tit. 65. num. 44. cum seq. & idem de clericis monachis, & huiusmodi, dummodo nimis dura non sit quæstio, nec ignominiam afferat, excipiuntur tamen senes, pueri, infirmi, mulieres prægnantes, qui nec in hoc iudicio torqueri debent, vt d. pegna. dict. 3. p. in comment. quæst. 62. vbi & late examinat inditia quibus quis est torquendus. Maxime vero fidei fauore testium examen latissime se extendit, potest enim inquisitor recipere testes super crimine hæresis, & eos cogere ad testificandum iuramento eis etiam delato, ac illos iterato examinare, cap. vt officium. §. verum de hæret. in 6. vbi Archid. & omnes ad id cogi possunt non obstante quolibet priuilegio. vt d. Inn. in cap. 3. de testibus cog. etiam si contrarium vouerint vel iurauerint. capit. peruenit. cap. fi. de testibus cog. nec etiam si ordinarius excommunicet testificantes coram inquisitore, quod si requisitus in hoc negotio testificari non impeditus, recuset, si contra consanguineos debebat testificari, potest puniri ab inquisitoribus si contra alios redditur suspectus quod sit fautor hæreticorum, vt d. Eimericus & pegna. quæst. 62. vbi id late examinat. excusarẽtur tamen à testificando in hoc negotio qui super hoc habent priuilegium speciale. Non tamen debet solus inquisitor examen facere, sed cum duabus personis religiosis & discretis, cap. vt officium eo. in 6. nomine vero religiosorum intelligũtur etiam clerici seculares, & poterit etiam inquisitor cum laicis tantum discretis id facere si sibi videbitur, & nomine discretorum intelligũtur viri periti, & docti, qui sciant negotium discernere, vt d. Arch. in d. cap. vt officium. §. verum, & hodie sine religiosis personis fiunt processus in curia & tolerantur, licet melius sit eos adhiberi, & idem seruare debent episcopi, vt d. ibi pegna q. 63. Admittuntur vero in negotio fidei in testes fidei fauore excommunicati, & socij criminũ in defectum aliarum probationum cap. in fidei, eo in 6. & idem de periuris in famibus, & huiusmodi, sic tamen, vt duo ex his non sufficiant ad faciendam plenam probationem, sed tantum ad præsumptionem inducẽdam, vel inditium ad torturam. Abb. in cap. per tuas. de Sim. Fel. in cap. testimonium. de testibus nume. 22. & plures quàm duo testes alias inhabiles tunc facient probationem ad pœnam ordinariam imponendam quando ex alijs conjecturis apparet eos verum dicere. d. capit. in fidei, nec sufficit etiam vnus testis idoneus cum alio infami ad condemnationem nisi minus dignus esset postea emendatus, vel aliæ concurrant coniecturæ, & inditia de crimine perpetrato, quia sic eum coadiuuant; & testis minus idoneus iurare debet de veritate dicenda, & idem si sit socius criminis vt d. clar. in pract. §. fin. quæst. 21. & facit inditium etiam sine tormentis magis, & minus pro personæ qualitate, & idem de testibus inhabilibus, vt ibi. d. pegna. quæst. 64. qui. d. & socium criminis dici qui inducit quem, vt intersit sermonibus hæretici. periuri etiam admittuntur in hoc iudicio c. accusatus. §. licet. eo. in 6. dummodo ex coniecturis pateat eos zelo fidei, non leuitate, vel corruptione deponere, qui tamen non probant nisi concurrentibus ijs de quibus supra, quæ coniecturæ si non concurrunt est torquendus, possunt tamen testes corrigere dictum suum si prius deierauerant, & statur secundo dicto. Archid. & alij in cap. accusatus. §. licet. eo. in 6. quando tamen ex coniecturis patet secunda dicta esse verisimiliora quàm prima, & etiã si testes testificentur contra se & complices suos, possunt reuocare suum dictum, si tamen in secundo dicto quis reuelat hæresim, secus si negat, quia tunc non admittitur reuocatio dicti, & generaliter huiusmodi reuocans dictum suum pu-

15 Testes q admittantur ĩ fidei negotio, & vt contra testes procedat & alios, & circa eos.

punitur pœna falsi, vt ibi. d. Pegna, in quæst. 65. Quo vero ad infames & criminosos, dicendum est fauore fidei tales posse admitti ad agendum, & testificandum in causa Fidei. capit. pagani. §. in hoc. & §. sed queritur. 2. quæst. 7. c. in Fidei de hæret. in 6. cap. accusatus. §. licet. eo. in 6. vbi Archid. idque vel agatur contra regulares, vel seculares. Abb. in cap. licet heli de sim. seruis tamen, & famulis modica fides adhibetur, vt d. Pegna. dict. 3. p. quęst. 66. commen. 115. Inimici tamen capitales repelluntur ab hoc indicio. cap. 2. 3. q. 5. cap. licet. e. per tuas de sim. c. accusatus. §. licet. de hær. in 6 oritur vero inimicitia capitalis, cū quis occidit consanguineum testis, Bar. in l. 4. ff. de alim. leg. vel cum quis conatus est occidere eum contra quem vult testificari, vel etiam ex solis minis de occidendo, vel insidijs paratis contra reū Fidei, vel cum quis aliquem accusauit de causa capitali, vel deposuit contra eū in causa capitali, vel talem detinuit in vinculis, vel eius vxorem tenuit marito inuito, vel sorores aut personas coniunctas, vel alteri mouit quæstionem status, vel de omnibus bonis, aut maiori parte, vel de magna pecuniæ quantitate, vel eum offendit in persona, vel rebus, vel eum in facie vulnerauit, & si dudum fuit inimicus eius, licet recenter reconciliatus. cap. accusatores. 1. 3. q. 2. & idem de defendentibus ab inimico capitali, vel commorantibus cum inimico, vel cum eo contrahit amicitiam, vel qui etiam forte sunt de factione contraria arbitrio iudicis, qui omnes repelluntur dum subsistit causa inimicitiæ, nisi essent testes spectatę virtutis, vel intercessisset recōciliatio antiqua & bene fundata, & in prædictis consideranda est personarum qualitas, sic tamen, vt nullo modo inimicus possit inimicum accusare, vt d. late. Pegna. quęst. 67. comment. 116. Hæreticus etiam admittitur ad testificandum contra eum qui reputatur fidelis, & ei crimen hęresis imponitur, sic tamen, vt talis dictum non faciat semiplenam probationem, sed tantum indicium ad inquirendum, non tamen admittitur hæreticus ad testificandum pro fideli in causa Fidei; contra hæreticum vero absolute admittitur hæreticus in defectum aliarum probationum, cap. in Fidei. de hęr. in 6. non tamen admittitur ad testificandum pro hæretico, si tamen hæreticus torquetur, ei creditur si aliquid vtile Reipublicæ patefaciat, vel si vera præsumitur dicere aliquem excusans, concurrentibus alijs coniecturis pro reo. Quo vero ad domesticos, non admittuntur ad defensionem rei, contra vero sic. cap. filij. de hęret. in 6. Dicūtur vero domestici, & familiares, seruus, colonus, libertus, ascripticius mercenarius, famulus licet gratis seruiat, patri filius vxor viro & contra, & qui viuunt vno pane, & vino, vel quibus ratione patriæ, vel dominij potest imperari, si tamen domesticus esset spectatę virtutis, & probitatis, eius dictum non esset contemnendum pro reo, vt d. Pegna. comm 117. 118. 119. Quo vero ad numerum testium, cum dictum sit de eorum qualitatibus dicendum est, quod duo testes legitimi sufficiūt ad cōdemnandum aliquem de hæresi, vt d. Simanca. de Cath. inst. tit. si nume. 7. & 8. & est communis, oportet tamen, vt sint omni exceptione maiores, licet equius sit plures duobus testibus debere contra aliquem deponere, quod tamen arbitrio iudicis committitur, vt d. Pegna. quæstio. 71. comment. 120. per testes tamen singulares nemo est condemnandus, etiam si cum teste singulari iungatur infamia. capit. tam litteris, de testibus, dicuntur vero testes singulares quando vnus tantum testificatur super vno facto, & alius super alio, vt d. Practica Pap. in forma oppos. contra testes vet. suntque etiam singulares, idque etiam, si singularitas sit cumulatiua, vt quia vnus coadiuuat dictum alterius, vt si vnus deponat de facto, alter de fama, vel alter de visu, alter de auditu, vt d. Crauet. tract. de antiquit. temporum, parte 4. numero 157. si tamen concurrat infamia cum teste singulari, licet id non sufficiat ad imponen-

hendam pœnam ordinariam, potest tamen imponi purgatio, vel alia pœnitentia, nec etiam damnãtur, si testes singulares sint in dictis, conueniant tamen in substantia rei, sic enim nec probatur hæreticus in genere, quia de articulis differentibus nemo conuincitur hæreticus per testes singulares, cum de nulla hæresi per eos conuincatur, vt dicit Pegna, comment. 121. vbi latè id examinat distinguendo non dici testes singulares si deponunt per diuersa verba æquipollentia, & tamen in facto principali concordent, licet in aliquibus circunstantijs minus præcipuis discordẽt.

Quòd si testes falsum deponunt, vel aliter delinqunt in tribunali, inquisitores possunt eos punire ex consuetudine recepta, & potest inquisitor sine episcopo torquere testem, & èconuerso, nisi fiat ex teste reus, quia sic vnus sine alio id non potest; & testis falsus in hoc iudicio pœna talionis punitur, vt scilicet relinqui possit curiæ seculari puniendus, si tamen grauiter nocuit ei contra quem deposuit, vel aliquem iniustè liberauit, vel qui pretio aut prece testẽ corrumpit, vt falsum dicat, vel minis eum ad id cogit, & idem de mandante prædicta, in his tamen casibus testium priuatus inquisitor eos non tradet curiæ seculari, sed expectabit iudicium supremi inquisitoris, quòd si testis falsus spontè se detulit, & misericordiam petiuit, potest ei vita condonari, sic tamen vt in perpetuum carcerem immittatur, & si leuiter nocent falsi testes mitius puniuntur, & sententia per præconẽ publicatur apertè, & testis falsus dicitur etiã si verum celat, & cum iuramento, licet eius dictum aliàs non valeat, vt quia iã iurauit, attenta etiam personarum qualitate testi falso pœna augetur, vel minuitur. Et in tantum punitur testis falsus in hoc iudicio, quòd licet hæreticus ad Ecclesiam conuersus admittatur ad pœnitentiam subeũdam, modo quo infra, non tamen parcitur testi reuertenti, vel pœnitenti: vt dicit Simanca. titu. 64. num. 24. nisi vt supra, spontè se deferat, & veniam petat, quia sic ei pœna capitalis minuitur. Et testes falsi in hoc iudicio per episcopum, & inquisitorem simul puniri debẽt, ex Breui Leonis X. 1520. Filij tamen, & nepotes testis falsi combusti non subijciuntur pœnis, quibus filij hæreticorum puniuntur, vt d. Pegna. q. 73. comment. 122.

Id etiam est speciale in hoc iudicio, vt inquisitor possit trahere delatos de vna diœcesi ad aliam, vel accusatos de hæresi, & similiter testes. c. vt officium. §. denique. de hæretic. in 6. si tamen personæ sint egregię, quæ testificari debent rogari potius quàm cogi habent, & idẽ de monialibus, & honestis fœminis, & idem possunt facere etiam episcopi, nec tenentur ijdem mittere processum ad episcopum è cuius diœcesi quis euocatur, sed debet is visis literis episcopi requirentis, testes mittere, vt dicit Pegna comment. 123.

Id quoque in hoc iudicio est speciale, vt nomina denũciatorum, & testium reis non denuncientur: vt dicit Simanca, tit. 64. num. 27. ex rescripto Innoc. IIII. incip. Cum negotium fidei, ne signo quidem ita vt venire possint in notitiam reis, etiam si nullum adsit periculum, ex rescripto Pij IIII. incip. Cum sicut. & idem est de cognomine testium, ex d. rescripto, post probationem verò factam, & testes reproductos, eorum depositiones suppressis nominibus, & circunstantijs, publicari debent, & inquisitores diligenter examinare debent mores testiũ, & delatorũ, vt sciant an ijs fides sit adhibenda, & si inquisitor nõia corũ publicet, mortaliter peccat, dicta tñ testium & delatorum reis sunt edẽda suppressis nominibus, & circunstantijs: vt d. Pegna. com. 124. 125. nec tamen denegatur reis debita defensio, nam ijs licet nominare inimicos quos habent, vel suspectos de inimicitia. Potest etiã inquisitor aduocare peritos in consilium in causa fidei. c. vt commissi. §. aduocandi. eo. in 6. vel cũ est ferenda sententia condemnatoria, vel absolutoria, peritorum verò nomine intelligũtur Theologi canonistæ, & iurista: vt d. Archid. in d. cap. Et sententia de eorum consilio est ferenda. c. statuta. §. iubemus. eo. in 6. non tamen tenetur inquisitor necessariò eorũ

con-

consilium sequi, cum illorum vota non sint decisiua, sed tantum consultiua, nō tamen tutum est sine causa ab eis recedere, nec à peritorum consilio circa ordinem iudiciarium, si inquisitor Theologus sit; & licet inquisitores adhibeant in consilium peritos si errent sunt puniendi, quod vix tamen contingit, cum hodie plures periti adhibeantur, & in arduis supremum officium sit consulendum, & his peritis totus processus est cōmunicandus. c. statuta. §. iubemus. eo. in 6. cum aliàs rectè consulere nō possint, sic tamen vt nomina testium ijs nō aperiantur, licet debeant exprimi eorū qualitates, & si opus est illis nomen est detegendum, sic tamen vt iuramēto, vel excommunicatione ad secretum adigant, quod etiam subintelligitur, licet non fiat, cum fidei negotia non sint propalanda, & inquisitor ac episcopus possunt indicere silentium consultoribus sub pœna excōmunicationis. c. statuta. §. & vt eorundem. eo. in 6. nō tamen id potest episcopus erga inquisitorem, vel contra vtendo excommunicatione, qui tamen tenetur ad secretum. d. §. & vt eorundem; aliàs mortaliter peccant.

16 Hæreticorū pœnæ, quę iure statuātur, & quare, idque iustè.

Tertia propositio. Hæretici, iustè morte, & alijs pœnis plectuntur; probatur ex c. non vos. cum seq. 23. q. 5. c. nimirū. c. displicet. 23. q. 4. c. nec is. 15. q. 1. in c. ad abolendam. de hæretic. Ex Pontificibus Leo ad Leonem Augustum. ex Patribus Bernard. in Cantica. homil. 66. Orig. in Num. hom. 9. Cipr. lib. de exhort. mart. c. 5. Aug. lib. 3. contra Gaud. c. 26. & ep. 48. Leo ep. 72. 80. 91.

Ratione probatur, nam circa hæreticos duo considerantur: vnum ex parte ipsorum, aliud ex parte Ecclesiæ: ex parte eorum est peccatum per quod meruere ab Ecclesia per excommunicationē separari, & etiam à mundo per mortem, grauius enim est falsare fidem, quæ est animæ vita, quàm pecuniam, qua vitæ corporali subuenitur, & tamen hi iustè per principes seculares morti traduntur, & alij malefactores, ergo magis hæretici de hæresi conuicti possunt non solùm excommunicari, sed etiam morte puniri, & occidi iustè; ex parte Ecclesiæ est misericordia ad errātium conuersionem. Ideò eos statim non damnat, sed post primam, & secundam correptionem. Galat. 5. postea si sit pertinax de eius salute desperans, aliorum saluti prouidet eū excommunicando, & vlterius relinquit iudici seculari à mundo exterminādum per mortem, secundùm Hier. Ioā. 9. præterea id iustū est vt Christianæ Reipublicę satisfiat, vt cæteri timeant, nec bonis noceant, & ne multis noceant, cum eorum sibilus irremediabiliter mentes auditorum vulneret: præterea adulteri puniuntur, quia fidem coniuncto frangunt, ergo magis hæretici qui Deo, vt d. Aug. ep. 50. ad Bonifacium. & Amb. serm. 50. Vlterius falsarius monetæ principis iustè punitur, ergo magis qui legē Dei offendit, & sacram, quod ad se attinet, falsat scripturam interpretatione impia & falsa; præterea quis iustas delicti pœnas subit, maximè si per insidias, vel veneno interimat, at hæreticus homicida est, cum aīas lethalibus sensibus perdat, & rē publicā seditionibus turbans, punitur & ciuitate pellitur, vt d. Plato. lib. 5. de Repu. hæretici tales sūt, & peiores, ergo, vlterius comici qui obscęnas fabulas publicè recitāt, cum ijs animos iuuētutis corrumpant, nisi se corrigant, puniuntur & exilium à ciuitatibus subeunt; teste Plat. 9. de Legibus libro; hæretici magis nocent, ergo, præterea sacrilegi morte plectuntur. l. sacrilegij. ff. ad legē Iul. pecul. hæretici huiusmodi sunt, ergo, vlterius militiæ desertores capitali pœna plectuntur. l. non omnes. §. desertor. ff. de re milit. & transfugæ viui exuruntur. l. aut damnum. §. hostes. l. si quis aliquid. §. 1. ff. de pœnis. hæretici tales existunt, ergo, vlterius sacros ministros lædentes capite puniuntur. l. si quis in hoc. C. de epis. & cleric. & idem de raptoribus virginum, & monialium. l. raptorem. l. si quis non dicam C. de episc. & cler. hæretici peiores sunt, vltimò parricidę dira morte puniuntur. l. pœna. ff. ad leg. Pomp. de parricid. hæretici matrem ecclesiam eos regenerantem trucidant, quod ad se est, ergo.

Multiplex verò pœna infligitur aduersus hæreticos; & prima vltimi suppli-

cij, quòd elicitur ex sacris literis vnde Deut. 13. 18. mandatur, vt propheta qui dicit eamus, & sequamur Deos alienos, morte puniatur, quòd executum est. Numer. 25. & merito huiusmodi igne cremantur, vt omnes d. in c. ad abolēdam. de hæret. nam Christus Ioan. 15. d. eum qui in se non manserit igni tradendum, & huiusmodi pœna est antiquissima, ex Conc. Calcedon. act. 1. & testatur Greg. lib. 1. dialog. c. 4. Euseb. lib. 4. hist. c. 15. Ruffi. lib. 11. c. 2. Sozom. lib. 6. hist. trip. c. 9. & 11. & habetur in l. 1. C. de Iudæis. in Cod. Theodos. ꝙ si clericus sit qui in hæresim est lapsus, & sit pertinax, vel relapsus, est degradandus ab ordinario loci, & iudici seculari relinqui puniendus. c. excommunicamus. §. 1. c. pen. de hæret. c. ad abolendam. eo. c. 1. eod. in 6. Conc. Tr. sess. 13. c. 4. idq; cum solemni detractione insigniū clericalis militiæ, singulis ornamentis ei demptis, quibus actibus omni priuilegio clericali priuatur, idq; in præsentia iudicis secularis, cui relinquitur, non tamen traditur, rogando tamen eum vt citra sanguinem eum puniat. c. degradatio. de pœn. in 6. Brun. lib. 4. de hæret. c. 13.

Hæc verò pœna ignis non oībus hæreticis imponitur, sed tm̄ relapsis, pertinacibus, & impœnitentibus, quia sic lata sententia, qua declarantur hæretici, iudici seculari relinquēdi sunt, qui statim eos condēnare, & viuos cremare debet, cum alij antequam crementur, strangulentur: vt d. Couar. lib. 2. var. resol. c. 10. & Alph. de Iusta hæret. punit. cap. 1. & etiam pertinaces aliquandiu expectari, & moneri debent antequam occidant̄, ne eorum animæ pereant: alij verò hæretici pœnitentes Ecclesię gremio, salutari pœnitentia iniuncta, si relapsi non sint, modo quo sequenti propositione dicetur, iunguntur.

Id tamen fallit in muliere prægnante, quæ non est punienda si hæretica sit, sed expectanda donec pariat. l. prægnās. ff. de pœnis.

Secunda pœna, ꝙ hæretici iustè bello impetūtur, & in dicto bello licet eos comprehendere, spoliare, occidere, & eorum ciuitates ferro, & igne depopulari. Deut. 13. c. si audieris. c. si vos. 23. q. 5. cap. excommunicamus. §. catholici. de hæret. Doct. in c. præsidentes. de hæret. in 6. Castro. li. 2. de iusta hær. pun. c. 14.

Tertia pœna, vt fides illis data seruāda nō sit, cum ipsi Deo fidem fregerint. ex Conc. Constant. can. 6. tradit D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. & q. 40. art. 3. Doct. in l. conuentionum. ff. de pact. etiam si iuramento sit firmata. c. in malis. c. inter cætera. 22. q. 4. tradit Brun. lib. 3. de hęret. c. 14. si tamen fides à publica potestatę eis esset data seruanda esset, nisi fides data contineat peccatum, vt d. Herm. de Inst. rel. c. 14.

Quarta pœna, vt omne commercium cum ijs sit interdictum, ita vt eorū contractus, vel vltimæ voluntates inualidæ sint, maximè si conuicti sint. l. Manichæos. l. Arriani. C. de hæretic. Brun. de hæret. lib. 5. c. 14. nec ex testamēto eorū quis capere potest, & si quid illis relinquitur fiscus rapit si scienter id actū sit, aliàs non: vnde si ignorās hæreticum ei relinquat, inualida est institutio, & proximioribus defertur. Bal. in l. cum quę. C. de fideicom. Imol. in c. 2. de testamē. Brun. lib. 5. c. 11. & si episcopus, vel ecclesiastici eis relinquāt, licet consanguineis scienter excommunicandi sunt, & eorum nomen delendum, vt d. prędicti.

Quinta pœna, ꝙ repellūtur ab accusatione testimonio, & omni actu iudiciario, nec sibi debitum exigere possunt in iudicio petendo. c. alieni. c. non potest. 2. q. 7. cap. excommunicamus. de hæret. l. quoniam. C. eod. Brun. lib. 5. c. 10. nec ēt iudices esse possunt, & omni dominio, ac iurisdictione priuati sunt. c. fi. eod. in 6. l. vlt. C. de Iudæis. non enim potest hominibus esse fidelis, qui Deo est infidelis. c. non potest. 2. q. 7. sic etiam aduocati procuratores, vel tabelliones esse non possunt. c. nulla. 54. dist. c. infames. 6. q. 1. cap. alieni. 2. q. 7.

Sexta pœna, ꝙ ecclesiasticam potestatem habere non possunt, cum diuisi à capite sint à quo potestas accipitur, nec subiectos aliquos habent. c. dicimus. ca. pudenda. 24. q. 1. c. verbum Dei. de pœnit. dist. 1. & omnibus beneficijs, ac iuribus ecclesiasticis priuati sunt, nec defendun-

duntur ex annali possessione, vel regulis alijs apostolicis: vt d. Lamb. de iure patron. lib. 1. q. 1. art. 7. Brun. lib. 5. c. 7.

Septima pœna, ꝙ eodem tempore cõtra eundem hæreticum plures iudices procedere possunt, & tenetur edere libros contra seipsum, & probationes ad confirmandum intentionem accusatoris. c. per hoc. eo. in 6. clem. 1. eo. Franc. in c. vt commissi. eod. in 6.

Octaua pœna, ꝙ ad ecclesiam confugiens non defenditur immunitate ecclesiastica, cum delinquat contra ecclesiã. cap. fi. de immun. eccl. not. Couar. lib. 2. var. resol. c. vlt.

Nona pœna, ꝙ perpetua notãtur infamia. c. infames. 6. q. 1. c. alieni. 2. q. 7. authen. Gazaros. C. de hæret. c. 2. §. hæretici. eo. in 6. Brun. lib. 5. c. 8. & eadem pœna afficiuntur nobiles, & ignobiles hæretici, licet aliàs inter tales distinguatur. l. 49. lib. 16. C. Theod. l. si quenquã. C. de epis. & cler. l. nec infames. C. de decur. lib. 10. Feli. in c. cum quidam. de iureiur. Brun. lib. 5. de sedit. c. 13.

Decima pœna, ꝙ ijs obligati pacto ad obsequium illis præstandum, non tenẽtur manifestis hæreticis ad prædicta, sed absoluti sunt à debito fidelitatis dominij, & omnis obsequij, à die commissi criminis, & custodes arcium liberati sunt à vinculo sacramenti, nec quis depositum apud se talibus tenetur reddere, nec catholica vxor viro hæretico debitum reddere. c. fi. de hæret. cap. illa. de diu. l. bona fides. ff. depos. Castro. lib. 2. de iusta hæret. punit. c. 7. & etiam pater hæreticus priuatur omni dñio politico naturali, & ciuili, ꝙ habet in filijs. d. c. fi. 2. §. fi. c. cum secundum. eo. in 6. l. Manichæos. C. eod. nec emancipatio facta de filijs quicquam prodest: vt d. Pegna. loco infra citando, scilicet comm. 163. 3. p. Dir. ꝙ si Rex sit hæreticus regnum eius pertinet ad eius filium, ac si is mortuus esset, & si filij, ac cõsanguinei eius sint hæretici, regnum catholicũ potest sibi eligere Regem, nam si regnũ esset hæreticum electio Regis ad Papã pertineret, vt d. Castro. lib. 2. de iusta hær. punit. c. 7. & tale regnum potest à catholicis occupari. c. alius. 15. q. 6. c. grandi. de suppl. negl. c. vergentis. de hæret. Aluar. lib. 1. de planctu ecclesiæ. art. 56. Eimer. 3. p. comment. 165. 168. & si serui sunt Christiani, vel cathecumeni liberi fiunt, si infideles cum alijs bonis transeunt in fiscum, nisi dominũ detulerint, quia tunc liberantur, & prædicta procedunt etiam si delictum sit occultũ, nec ea recuperabunt, licet ecclesiæ reconcilientur, nisi restituantur, vt d. Commẽ. d. comment. 168. nõ tamen tenẽtur exequi id contra se, si occulti sint, vt nec bona dimittere in foro conscientiæ, vt infra dicetur.

Vndecima pœna, ꝙ eorum bona omnia iustissimè publicantur mobilia, immobilia se mouentia, iura actiones, & et iura sepulchrorum. c. cum secundũ. eo. in 6. l. bonorum. ff. de verb. sign. idq; ipso iure, ꝙ intelligitur si sunt relapsi, & impœnitentes, aliàs sua bona non perdunt, si verò hæretici pœnitent post sententiam antequam tradantur curiæ seculari, licet ad misericordiam admittantur, bona tamen non recuperant, nisi domini temporales id concedant, ꝙ si pœnitent antequam per sententiã tradantur curiæ seculari eorum bona non confiscantur, & cum confiscantur, si laici hæretici sint, eorũ bona ad dominos temporales pertinent: vt d. Pegna. comment. 158. in q. 109. Non tamen tenetur hæreticus non accusatus, vel denunciatus, nec condemnatus in foro conscientiæ dimittere bona sua ex quo die est lapsus in hæresim, vt ibi d. Pegna. vbi allegat multa breuia Pontificum diffiniẽtium bona hęreticorum esse confiscata, & vnam partem dari communitati loci, secundam in fauorem officij, officialibus, qui tunc negotia expediunt, tertiam ponendam in loco tuto, & de consilio episcopi, & inquisitoris expendendam in fauorem fidei, vel ad vtilitatem sancti officij, vnde in locis vbi principes subsidiũ ferunt officio inquisitionis iuxta. c. vergentis. de hæret. aliquid de bonis hæreticorum à Papa, ad quem de illis disponere spectat, condonari potest, vbi verò non sunt inquisitores bona hęreticorum applicanda sunt fisco episcopi loci, vt ibi d. Pegna in fi. idq; cum

dictio is

oneribus suis, quæ transeunt in fiscum. l.via constituti. ff. de seruit.rust.præd.

Ampliatur, vt procedat etiam si quis causa mortis donauerit, si enim in hæresim sit lapsus, reuocatur donatio, vt imperfecta, cum assimiletur legato, & confiscatur cum alijs bonis.l.3.§.pen.ff. de bon.lib.l.illud. ff.de mort.cã donat.

Secundò, ampliatur, vt si vir vxori donarit, & post mortem eius memoria dãnetur, donatio reuocetur, licet ea quę alijs donauit, valeant, cum donatio inter virum & vxorem non confirmetur, vbi quis impius est.l.cum hic status.§.si maritus vxori.ff.de donat.inter vir. non tamen perdit vxor sibi donata à consanguineis viri, nisi addita sit cõditio, quòd sint viri: vt d.Siman.tit.9.nu.76.

Tertiò, ampliatur, vt si quid hæretico sub conditione debeatur ex cõtractu eueniente conditione, si tñ fiscus conditioni parere possit, ei acquiratur: vt d.Couar.lib.q̃st.c.59.Siman.d.tit.9.nu.11.

Quartò, ampliatur, vt etiam peculiũ profectitiũ filij, publicatis bonis patris hæretici confiscetur, cum in eo filius tãtum habeat administrationem: vt d.Cynus, Bal. & Ang.in l.si finita.§.si de vectigalib.ff.de dam.infect.

Quintò, ampliatur, vt vxor quæ cum viro hæretico sciẽter à principio contraxit matrimonium dotem amittat, gl.in c.decreuit.de hæret.in 6.quia eius delicto cõsentire videtur, vt d.Archi.& alij in d.c.secus si à principio id ignorauit, licet postea sciat, cum pœnæ tenere debeant suos tãtum authores, nisi eius delicto postea consentiat, nec etiam si non reuelet iudicibus fidei delictũ viri, nec etiam si virum receptet, cum pietas id suadeat: vnde si dos à fisco sit occupata vxori catholicæ est restituenda, ꝙ intelligitur de ea quam verè maritus ab vxore habuit, nõ quæ dicitur ab ea recepta in instrumẽtis dotalibus: vnde vltra instrumẽtum oportet per testes, vel aliter legitimè probare numerationem dotis à viro factã; Similiter restitui debẽt vxori bona paraphernalia, & alia eius propria, vel ante nuptias quę à viro catholico adhuc recepit, vel alijs modis habuit explicatis in l.si quis posthac.C.de bon. proscript.& idem de arris, & alijs muneribus, quę dantur à viro innoxio sponsæ osculo interueniente, quæ non confiscantur, & si quid vxor est lucrata dum viueret cum viro hæretico, ei est restituendum, arg.l.ob maritorũ. C.ne vxor pro marito. ꝙ si vxor sit hæretica, omnia eius bona confiscantur, vel dotalia, vel paraphernalia, vel arræ aliæve donationes, sic tamen vt maritus omnes actiones contra fiscum saluas habeat, & ad id tantum, quòd potest, teneatur. l.si maritus. ff.solut.matrim. Simanca. d.cap.num.12.

Sextò, ampliatur, vt si filius sit hæreticus, eius peculium castrense confiscetur, cum in illo loco patrisfamilias habeatur.l.2.ad Maced.l.4.l.ex tota. ff.de castr.pec.Alex.in l.3.§.si filius.ꝙ quisq; iuris, & similiter bona materna filij cõfiscantur, licet sit in potestate patris, cũ proprietas eorum filij sit. l.1.& 2. C.de bon.mater.& similiter vsufructus patri debitus cõfiscatis bonis filijfamilias cõfiscatur, cum per hæresim amittatur, & cum proprietate consolidetur.l.1. C.de bon.mat. & etiã vsusfructus eorum bonorum, quæ hæreticus post mortẽ erat rogatus restituere fisco debetur quò ad hæreticus viuit, & si hæreticus possideat fundum, ꝙ ecclesiæ debet annuum censum is fundus confiscatur cũ onere pensionis illius soluendæ: vt d. Simanca d. c.9.vsque ad num.21.

Septimò, ampliatur, vt bona hæretici eo ipso à die commissi criminis publicentur.c.cum secundum. vbi omnes.co. in 6. tametsi cõtrarium teneat Bannes. 2.2.q.12. art.2.vlt.conclus. d. cum illa amittere solùm ante sententiam, d. esse communem apud discipulos D.Th. fundans se in d.c.cum secundum. vbi tantum dicitur executionem non dari ante sententiam declaratoriam confiscationis ipsorum, glo.tamen ibi, & Doct.d.à die commissi criminis pœnam incurri, & hæc opinio est iuri conformior. Vnde sequitur, ꝙ de ijs bonis postea disponere non valeat, & ideò donationes postea factæ reuocantur à fisco. l.post contractum.l.donationes.§.fi.de donat. & idẽ de dotibus filiabus datis. l.quisquis.§.emancipat.o.

mancipatio. C.ad leg.Iul.maiest.l.pro oneribus.C.de iure dot.etiam monialibus datæ.d.§.emancipatio.& idē de omnibus alienationibus, postea factis, quæ nullæ sunt.d.§.& l.fi.eo. bona tamē eius qui defecit in purgatione, vel ob contumaciam damnatur, confiscantur à die tantum sententiæ;& si occultus hæreticus res suas vendidit, fiscus ab emptore eas repetit nullo dato pretio. Doct.in c. cum secundum.eo.in 6. Fallit tamen dicta conclusio, si nummi dati sunt in bonis hæretici, ne fiscus habeat rem & pretium, arg.l.pen. ff.de rebus eor. & idem si pars tantum extat, quæ est reddenda. Secundò, fallit, si inde vel ex mutuo sibi dato hæreticus factus sit ditior, vt quia rem aliam emit.l.si cum dotem.§.fi.sol. matr. Tertiò, fallit, si nummis illis res suas meliores reddiderit, vel hypotecas liberauerit, vel censum redemerit, vel creditoribus satis fecerit. Quartò, fallit, si illa pecunia in rem hæretici est versa, vt quia se & familiam aluerit, horreum necessarium emerit, plātauerit arbores, fluuij vim abegerit, vel in alias expēsas necessarias, vel vtiles, licet postea res perierit, quia domino perit, idest, domino vel fisco, hoc verò probandum est, ꝙ res in domini vtilitatem sit versa. Quintò, fallit, vbi quis inuincibili ignorātia mutuum dederit occulto hæretico in necessitate constituto, si probabilibus coniecturis probare possit ignorantiam, & si nō adsunt prædictæ coniecturæ, sufficit probare eo tempore illum tunc eguisse, cum coniecturis, ꝙ ea pecunia in rem eius sit versa, cū id mutuans præcisè nō teneatur probare, vt probat Simā.d.c.9. à nu.43.vsque ad 51. & idem iuris est si quis emit aliquam rem ab occulto hæretico, & prædicta probet: vt d.Sim.ibi nu.52.qui & ibi nu.53.d.in casibus prędictis in dubio satius esse restituere rem creditori vero, quàm fisco, qui confiscauit bona hæretici, cum in dubio iudicetur cōtra fiscum, maximè si lucrū quærit cum alterius damno.l.nō puto. ff.de iure fisci.l.fi. C.de codicill. secus est vbi res est certa, vt si quis sciēter emit ab eo quem scit hæreticum esse, vel ei mutuū dat, tunc enim rem restituere debet nullo dato pretio, & in eum etiam inquiri poterit, ꝙ non denunciarit hæreticum. c.decreuit.eo.in 6.l.si debitor. ff.quæ in fraudem credit.

Octauò, ampliatur, vt nō solùm à die hæresis ab hæretico occulto alienata à fisco vendicentur, sed etiam paulo ante in fraudem fisci, quæ fraus probatur, si dicat se alienare metu confiscationis bonorum, vel post alienationem.l.in fraudem.ff.de iure fisci.l.omnes.§.Lucius.ff. quæ in fraud.cred.

Nonò, ampliatur, vt si vxor aliquid alienarit sine licētia viri, & postea in hęresim incidat, fiscus vendicet rem alienatam, licet iuramentum interuenerit. Bart.in l.fi. C.ne fid.dot.

Decimò, ampliatur, vt alienata reuocentur à malę fidei possessoribus, vnà cum fructibus. l.ait prętor.§.per hanc. cum seq.& l.fi.ff.quę in fraud.credit. & etiam à bonę fidei possessoribus post litem contestatam, quia tūc incipit in eis mala fides, & vt prędones habētur.l.sed & si lege.§.etiam.ff.de petit.hęr.

Quòd si clerici in hęresim lapsi sint, bona ipsorum, quę ex ecclesia, vel respectu eius quęsiuere, illi ecclesię cuius cōtemplatione ea habuere sunt applicāda. c.excommunicamus.1.§.1.de hæret. ꝙ intelligit si sint beneficia curata in quibus beneficiati dominium non habent, quę in vsus pauperum, cultum ecclesię, & necessitates ministrorum expendi debent: vt d. D.Th 2.2.q.185.art.7.Sot.de iust.lib.10.q.4.art.4.Couar.in c.cum in officijs. de testam. exceptis tamen ijs q̄ pertinent ad ipsorum sustentationem, quia sic in eis verum dominium habēt, & confiscari possunt: ꝙ si habeant simplicia beneficia, eorum reditus applicari poterunt officio inquisitionis, non ecclesiasticis à quibus habent beneficia, cum in ijs habeant verum dominium, quò ad administrationem: vt d.Couar. & Sot.locis cit.& idem de distributionibus quotidianis, in quibus habent verū dominium.c.vnico. de cler.non resid.in 6.Sot.& Couar. locis prędictis, saltē attenta consuetudine locorum cui in hoc est standum, & eo magis cōfiscantur q̄sita ab eis ex industria, in quibus habent plenum

plenum ius: si verò habent bona feudalia, ea non confiscantur, sed redeunt ad dominos directos, & idem de bonis restitutioni subiectis, licet vsufructus eorum spectet ad fiscum viuente heretico: ved. Pegna q. 112. comment. 161. vbi in fi. remissiuè tradit quid iuris in bonis emphyteuticis, & iure patronatus, & in sūma ius patronatus transit in fiscum, ex consuetudine tamen non transit, sed ecclesia fit libera, sic emphyteusis hominis priuati transit in fiscum, sed ius suū dño conseruatur, ecclesiastica verò si sit facta cū debitis solēnitatibus, & sic transit in fiscum, aliàs non, potest tamen ecclesia rem suam recuperare. c. fœlicis. §. si qua. de pœn. in 6. & habet etiam biennium ad deliberandum an velit eam recuperare, vel fiscum habere in emphyteotam, qui & restituitur aduersus lapsum huius biennij, & si res sit meliorata post heresim melioramenta transeunt in fiscū, si ante ecclesię accrescūt, vt d. Simanc. d. c. 9. nu. 95. vsque ad 110. vbi & tradit quādo impensę factę in re confiscata sint deducendę, vel non. nu. 111. cum seq. ꝙ si cum quis fecit impensas erat verus dominus fundi, fructus fundi eius sunt, nec cōfiscari debent cū impensis, & idem si erat bonę fidei possessor, quia compensare eos non tenetur ante litem contestatam, secus si sit malę fidei possessor, vel lis sit contestata, quia sunt compensandi cū meliorationibus, & si meliorationes fructus percepros excedant, debent refici à dño fundi, & si fructus percepti sint à malę fidei possessore, compensatio impensarū debet fieri domino fundi vero, & si meliorationes sint factæ in re sterili potest qui eas fecit soluere ęstimationem fundi domino, ac si factę non essent, & sibi fundum retinere, vel meliorationes petere: vt ibi dicit.

Fallit verò prędicta conclusio in pluribus casibus.

Primò, enim bona futura non confiscantur, vnde si quid postea acquiratur non confiscatur. l. si mandauero tibi. §. is cuius bona. ff. mandat. nec bona conditionalia in vltima voluntate, si conditio extiterit post condemnationem. l. 1. §. si autem. C. de cadnc. toll.

Secundò, nec alimenta publicantur, quia vel hæreticus occiditur, vel ecclesiæ reconciliatur, & ea habet. l. is cui. ff. de alim. l. pen. de cap. dim.

Tertiò, cōfiscatio nō debet tertio nocere. l. sancimus. C. de pœn. vnde si in bonis heretici adsit depositum, commodatum, conductum, domino est statim restituendum. l. in fraudem. §. ex his. ff. de iure fisci. vnde si maritus hæresis damnatus sit, dos vxori innoxiæ, & quę sponte hæretico non nupserit, statim est reddenda. l. 2. de fundo dot. c. decreuit. cod. in 6. dummodo vxor probet eam datā, cum ad id non sufficiant dotalia instrumenta. l. 1. C. de dot. caut. non num. sed oporteat concurrere alias præsumptiones. Soc. & alij in l. 1. ff. sol. matr. & potest fiscus intra annum opponere de dote non numerata. l. fi. C. de dot. caut. l. si cui. C. de non num. pecu. & etiam vxori sunt restituenda bona paraphernalia, & alia eius propria. l. si quis posthac. C. de bon. damn. & similiter pars lucri, quę cedit vxori ex loci statuto ei est danda. Lupus in rubr. de donat. inter. & similiter arræ, donationes propter nuptias vxori sunt reddendæ, marito damnato. l. res vxoris. C. de donat. inter vir. l. si quis post hac. C. de bon. damn. & idem si vir vendidit fundum dotalem vxore cōsentiente, & iurante, detecta enim hæresi vxori est reddendus, nisi hæresi consenserit. l. non putauit. §. si exhęredatus. l. si & post mortem. ff. de bon. poss. & similiter donationes factæ vxori à cōsanguineis viri, ei enim sunt reddendæ, nisi ea conditione sint factæ, vt viro acquirerentur. l. si mater. C. de donat. ante nupt. & idem de donatione facta filio arrogato, vel vni ex socijs, quia acquiritur ei cui est facta, nisi aliud tempore donationis sit dictum. l. socium, qui in eo. §. fi. ff. pro soc.

Quartò, fallit, in muneribus factis legatis, quia eis acquireretur. Brun. lib. 4. de legationibus. c. 6.

Quintò, fallit, in legitima debita filio quæ nō confiscatur confiscatis bonis patris. l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui. Doct. in auth. nouissima. C. de inoffic. testam. nec similiter quam pater habet in

bonis aduentitijs filij, cum tunc filius fiat sui iuris. c. 2. §. fi. de hæret. in 6. sicut è conuerso filio damnato nõ publicatur peculium profectitium ei à patre concessum, cum proprietas eius patris sit. l. 3. C. de bon. proscrip. & si maritus ignoret tempore alienationis vxorem hæreticam, & alienet partem dimidiã lucrorum, quę lege municipali ad ipsam pertinet, alienatio tenet, aliàs fiscus ea vindicabit, si maritus id scierit, illam tamẽ partem maritus donare non potest, licet ex iusta causa alienare pòssit: vt d. Sim. à nu. 82. vsque ad 88. & in dubio ignorantia præsumitur. l. verius. ff. de probat.

Sextò, fallit, in feudo, ꝙ hæreticus habuit, non est confiscandum, sed domino catholico restituendum, nisi sit tale vt alienari possit. c. excommunicamus. §. moueantur. de hæret. Bossius tit. de bon. public. num. 54.

Septimò, fallit, in creditoribus hæretici, qui tamen creditores erant antequã is hæreticus esset, ij enim fisco præferũtur, & eis à fisco est satisfaciendum. l. 1. C. de pœn. fiscal. l. non potest. l. quod placuit. l. in summa. ff. de iure fisci. etiam si ecclesiæ recõcilietur, & postea locuples fiat, nisi pars bonorum ei relinquatur, quia ex ijs pro rata creditoribus est satisfaciendum, vt d. Sim. nu. 122. & si hæreditas est adita ab occulto hęretico, nõ acquiritur fisco, sed debet proximioribus, quia hæreditas ab hęretico adiri nõ potest, & idem de legatis, & fideicommissis, & si tempore quo adita est hęreditas, confessus fuerat hęresim, sed nondum absolutus erat, & ecclesiæ reconciliatus, eam adire non potest, secus si suffragijs iudicũ iam erat absolutus, licet nondum sententia absolutoria prolata fuerit: vt ibi d. Siman. nu. 124. 125.

Octauò, fallit, in occupatione bonorum hæreticorum, quia licet eorum bona ipso iure sint publicata, occupatio tamen bonorum, & executio confiscationis fieri non debet antequam sententia hæresis declaratoria per episcopũ, & inquisitorem fuerit pronunciata. c. cũ secundum. de hæret. in 6. & vbi agitur de confiscatione bonorum, si duo sint domini vnus inferior, vnus superior, ad regem sub quo est alius dominus inferior confiscatio pertinet: vt d. Bal. in rubr. de priui l. fisci. & si bona hæretici sint in diuersis regnis eius bona ab vnoquoq; rege sub cuius dominio sunt, occupari possunt, vt not. in d. c. cum secundum. & similiter actiones, quæ ibi dicuntur esse, vbi est ius ad quid exigendum, vt annuã pensionem. l. qui actionem. ff. de reg. iu. actiones verò in personã, & nomina debitorum ad eum pertinent vbi debitores sunt conueniendi. Rom. in l. si constãte. §. fi. ff. sol. matr. bona tamen hæreticorũ pręscribi possunt spatio quadraginta annorum contra fiscũ, nisi iam sint publicata, & si quid debetur hæretico singulis annis ex contractu publicatis eius bonis omnes præstationes publicantur: si verò ex vltima voluntate non publicantur præstationes futurorum annorum: vt d. Sim. d. c. 9. nu. 126. vsq; ad 137.

Quòd si is qui in hæresim est lapsus, habeat ius primogenituræ, seu maioratum, si quidem id habeatur ex principis concessu, confiscari potest: si verò ex testamento, vel contractu sine principis decreto, si quidẽ testator hæreticus fuerit, non hæres, confiscatur, nisi ante hęresim in alium ius id transtulerit, quia tunc non confiscatur, & confiscatur etiã id ius, licet sub ea cõditione sit relictũ, vt ob hæresim confiscari non possit, & etiam si id sit ex cõtractu, & etiam si testator dicat, si quis ĩ hæresim sit lapsus, ius id ad alios transferatur, quia adhuc confiscari potest; secus tamen si cui id sit relictum, cum conditione vt eo mortuo ius id alij restituat, tunc. n. eo mortuo confiscari non potest, sed substituto debetur, vt latè probat Sim. d. c. 9. num. 252. vsque ad fi. cap.

Duodecima pœna est, ꝙ hæretici priuantur dignitatibus, officijs, publicis beneficijs, tam ecclesiasticis, quàm secularibus, & idem de eorum receptatoribus, credentibus, fautoribus, & defensoribus, ac eorum filijs, & nepotibus. c. vt commissi. §. priuandi. de hęret. in 6. & cũ sunt priuandi beneficijs ecclesiasticis, inquisitor debet expectare consiliũ episcopi, licet non teneatur expectare consensum. cap. vt commissi. eo. in 6. si verò

agitur

agitur de priuatione officiorum secularium id solus inquisitor potest. clem. 1. de hæret. licet sit decentius, vt tunc etiam adhibeatur cōsilium, & etiam cōsensus episcopi; ac hęretici sunt ipso iure priuati beneficijs ecclesiasticis à die commissi criminis. d. c. vt commissi. fautores verò eorum &c. non sunt ipso iure priuati beneficijs ecclesiasticis, sed priuandi per sententiam. c. excōmunicamus. 1. §. credentes. extra eod. Quòd si episcopi scienter hæreticis conferant beneficia, vt eorum fautores, amittunt priuilegium, ne vocentur ad eorum priuationē, & vt tales puniri possunt à Papa tātum, qui est eius legitimus iudex, & videatur an ob id sit suspectus de hæresi episcopus talis, vel non, vt quia non vt hæreticis, sed vt amicis, & cōsanguineis beneficia contulerit. Quòd si hæretici reuertantur ab hæresi, an recuperent beneficia ipso iure iam ammissa, si sint episcopi, vel prælati maiores à solo Papa sunt restituendi: si parochi, vel religionum præfecti, si subditos infecerint non sunt restituendi: si verò nullis nocuerint, & se detulerint, mitius cum eis est agendum à senatu tamen tantū supremo inquisitionis: si clerici simplices, vel religiosi qui sponte reuertantur, ab episcopo, & inquisitore restitui possunt; sed si post multas admonitiones cum difficultate redeunt, non debent facilè ad officia, & beneficia restitui, sed verbaliter depositi debent trudi in monasterium ad pœnitentiam agendam, & solus Papa potest restituere ad beneficia, quæ hæretici obtinebāt antequam in hæresim essent lapsi, cum per hæresim beneficia ipso iure amittātur, ac beneficia suspectorum vel diffamatorum tantum de hæresi ipso iure non vacant, sed iuxta circunstantias ijs quandoque priuari possunt. Hæreticus etiam ad ordines promoueri nō potest, cū reuerso tamen dispensari potest post aliquod tempus, vt in susceptis ordinibus ministret, non autem vt ad superiores ascendat, nisi ecclesiæ vtilitas euidens, vel necessitas aliud postulet, quia sic ad maiores ordines, & etiam beneficia promoueri poterunt: vt dicit Brunus lib. 3. de hæretic. cap. 7. & in hac irregularitate solus Papa dispensat, ex priuilegio tamē apostolico inquisitores super hac irregularitate dispensare possūt ob constitutionem Clem. VII. vt d. Pegna in q. 113. 3. p. Dir. comment. 162.

Ampliatur, vt prædictæ pœnæ procedant nedum in hæreticis, credentibus, fautoribus, & receptatoribus, sed etiam in eorum filijs vsque ad secundam generationem, qui & ipsi iustissimè inhabilitantur ad officia publica, & beneficia ecclesiastica, vt habetur in c. quicunq;. §. hæretici. eo. in 6. Idque rationabiliter, tum quia paterna infamia afficiuntur, tum in odium paterni sceleris, vt parentes ab huiusmodi scelere deterreantur, & alijs rationibus, de quibus per Castr. de iusta hæret. pun. lib. 2. c. 10. & pœnæ prædictæ extenduntur ad quoscunque filios vel legitimos, vel naturales tantū, quibuscunq; nominibus nuncupentur: vt inquit Anch. Io. And. Archid. Franch. & alij in c. statutum. 2. eod. in 6. Idque procedit etiam si filij prædicti sint geniti vel nati antequā patres crimen id incurrerint. glo. in cap. si quis. 6. q. 1. & est communis, nam viget eadem ratio, vt patres deterreantur ab huiusmodi scelere patrandis etiam si filij ante sint geniti. Quòd si filij obtinebant beneficia cū pater crimen commisit, non sunt priuati ipso iure beneficijs illis, licet ad alia inhabilitentur, cum id iure non sit cautum, & pœnæ non sint extendendæ. cap. odia. de reg. iur. in 6. priuandi tamē sunt per sententiam beneficijs illis, quæ obtinuerint post parentum crimen: vt d. Pegna. 3. p. q. 114. comment. 163.

Limitatur verò prædicta conclusio, vt prædictę pœnæ non extendantur ad nepotes ex filia, sed tantum ad nepotes ex filio: vt gl. asserit in c. statutum. eo. in 6. cum magis timeatur audacia filiorum, quàm filiarum: vt dicit Buttig. in l. 1. C. de hæret. instit.

Secundò, limitatur in filijs hæreticorum pœnitentium, & qui redierunt, sic enim non inhabilitantur ad beneficia, nisi sint relapsi, & ob id traditi curiæ seculari puniendi, licet postea in fine catholici moriantur. Quòd si filij suspectorum de hæresi ob fauorem, receptationem,

tionem,&c. inhabilitantur etiam ad beneficia. cap.statutum. 2.§.fin. eod.in 6. post mortem tamen parentum non potest agi in eos, cum eo casu crimen morte extinguatur, vt nec si ipsi filij deferunt patres iudicibus fidei, filij etiam inhabilitantur ad beneficia, quòd tamen intelligitur quando quis est verè contumax, secus si ad iudices ob infirmitatem, vel aliud impedimentum accedere non potuit, vel pro absolutione institit, &c. & etiam si filij in prædictis catholici sint, potest cum eis dispensari ad beneficia. ad sacros tamen ordines facilè admitti non debent: vt dicit Pegna, quæst. 115. commen.164. Et dum pendet iudicium fidei, delati & carcerati pro hæresi, non admittuntur ad orationes communes, nec confessor eis datur nisi in periculo mortis. Simanca, tit.16.num.30. Pegna comment.108. in tertia parte Direct.in quæst.49.

Decimatertia pœna, quòd libri hæreticorum damnatorum, similiter damnantur ex Concil.Constantien.sess.8. & 15.& cap.fraternitatis.de hæret.& sunt comburendi ex sexta syno. generali. canon.63. l.quicunque. l.damnato. C.de hæret. & testatur Naz. orat. 19. id factū à Cipriano de libris magorum. & idem testatur Athan. lib. de incarnat. verbi, de libris Manichæorum iussu Gelasij, & Simmachi Pontificum, & idem est dicendum de libris corruptis ab hæreticis, licet sanctorum fuerint, qui & ipsi comburi debent: vt dicit Leo ep.91.nec eos quisque legere, aut habere potest sine Papæ licentia, sicut nec vlli libri sunt imprimendi sine licentia sancti officij, & retinens libros damnatos est suspectus de hæresi: vt dicit Simanca, tit.38. de cath.instit.

Decimaquarta,& vltima pœna, quòd etiam post mortem, hæretici damnari possunt, & contra eos inquiri de hæresi in vita contracta,& bona eorum publicantur, ac si viui essent. cap.sané.24.q.2. c.à nobis.2.de senten.excommu. c.accusatus.§.in eo. eodem in 6.l.Manichæos. C.de hæret.idq; etiam post quadraginta annos à morte ipsorum.l.2. vbi gl. & Bar.C.de apostat.Fel.in c.cum nobis.de præscript. citatis tamen filijs, successoribus,& omnibus quorum interest, licet & quilibet sit admittendus ad eorū defensionem. c.filij. eod.in 6. Egid.decis. 678.679.Alber.in rubr.C.de hæret.filij tamen eorum qui morti proximi petierunt consolationem hæreticorū, vel aliter in dictis, vel factis hæreticalibus decessere, vel eorum hæredes non admittuntur ad eorum defensionem. d.capit. filij. nisi hæredes eos probent per testes extraneos omni exceptione maiores fuisse furiosos, quia sic præsumuntur durare, si tamen probetur eos tempore mortis non fuisse furiosos, non excusantur, licet dicant tempore delicti commissi tales fuisse, cum id oporteat probare,& etiam est considerandū qualitas infirmitatis, ætas,& huiusmodi, nec creditur in hoc notario testanti in testamento eum fuisse sanę mentis: vt dicit Alex.cons.141,lib.1.nisi testes adducantur: vt d.Commen.Dir.3.p.q.131.comment.170. viuo tamen patre filius non admittitur ad eius defensionem, & ad defensionem defuncti præsentes, & certi specialiter sunt citandi, absentes, vel incerti edictis propositis, & si nullus comparet ad eorum defensionem, iudices defensorem constituent: vt d.Egid. d. decis.679. & si bona defuncti sint publicata, non tenentur hæredes ad restitutionem fructuum si bona fide possederint, nisi à die litis contestatæ, & processus quamprimum expediri debebit; Et vlterius memoria hæreticorum, ob eorum hęresim iure damnari debet. ca. accusatus. § in eo. eodem in 6. l. Manichęos. C.de hęret.& ipsorum cadauera ossa, & cineres sepultura ecclesiastica carere debent. d.cap. accusatus. §.in eo. eodem in 6.Castro. libro 2.cap.19. de iusta hęret. punit. Quòd si suspectus tantum de hęresi moritur lite pendente, poterunt iudices vlterius procedere, vel absoluendo, vel condemnando, non tamen imponendo pœnitentiam pecuniariam hęredibus ob solam suspitionem. Egid. decis.677. & 680. & si qui in carcerem positi seipsos occidant, pro hęreticis sunt habendi, idque conscientia criminis fecisse: vt dicit Simanca tit.18.

& qui

& qui scienter hæreticos sepelierunt, fautores, &c. debent eos exhumare, & subiacent excommunicationi, usq; ad congruam satisfactionem, quos tamen potest inquisitor absoluere. capit. quicunque. eodem in 6. Eimer. quæst. 118. 3. p. vbi commen.

Hę sunt pœnę contra hęreticos iure inflictę, ad quas vitandas non suffragatur appellatio, cum in causa fidei à diffinitiua non appelletur, licet ab interlocutoria id liceat. cap. vt inquisitionis. eodem in sexto; de quo supra est etiam dictum.

17 Hęretici redeũtes, qualiter recipiãtur ab ecclesia quo ordine, qualiter puniãtur, q̃ recuperẽt, vel non.

Vltima propositio. Ecclesia semper recipit reuertentes ab hęresi absoluendo illos per sacramentum pœnitentię: & primò reuertentes ab hæresi recipit cõseruando in vita, & quandoq; dispensatiuè restituendo ad dignitates: pertinaces verò, vel relapsos, non recipit, ita vt eos conseruet in vita temporali, probatur in cap. ad abolendam. de hęret. & in Conc. Bitur. cap. 5.

Ratione probatur, nam Ecclesia ex Domini dicto charitatem extendit, ad oẽs amicos, & non Matt. 5. diligite &c. pertinet enim ad charitatem, vt quis bonũ proximi velit, & operetur, quod duplex est spiritnale. scilicet salus animæ, q̃ principaliter respicit charitas. Id .n. quilibet ex charitate debet, alij velle, & secundùm hoc hęretici relapsi recipiunt ad pœnitentiam, & eis aperitur via salutis; secundum bonum est corporale, q̃ secũdò respicit charitas, vt vita, corpus, possessio mũdana bona, fama, dignitas, ecclesiastica, vel secularis: hoc verò non tenetur quis alij velle, nisi in ordine ad salutem eius, & aliorũ: vnde si quid ex his existens in vno impedire posset ęternam salutem in multis, non oportet vt ex charitate huiusmodi bonum ei velle mus, sed magis vt velimus eum illo carere, tũ quia salus ęterna pręfertur bono temporali, tum quia bonum multorum præfertur bono vnius; quòd si hęretici reuertentes semper admitterẽtur, & bonis suis restituerẽtur id posset nocere saluti aliorum, tum quia si relaberentur alios inficerent, & etiam quia si sine pœna euaderent, alij securius in hęreses relaberentur; vnde ecclesia primò reuertentes non solùm admittit ad pœnitentiam, sed & conseruat in vita, & quandoque restituit ad dignitates ecclesiasticas, si velint verè conuerti, dispensatiuè, sed quando recepti iterum relabuntur, vnde est signum inconstantię in fide, ideò vlterius reuertentes recipiuntur ad pœnitentiam, sed tamen non liberantur à sententia mortis.

Pro cognitione verò huius materię, notandum, quòd pœnitentes dicuntur, qui ad seipsos cõuersi ab errore intellectus ad fidei vnitatem reuertũtur, qui in duplici sunt differentia, quidam enim redeunt spontè, vel intra tempus gratię, non citati, vel specialiter inquisiti, alij post citationem, deprehensionem, & inquisitionem, & sępè post multas monitiones, & quandoque tormenta, primi mitissimè tractantur, secundi seuerius pœnitentijs afficiuntur.

Vnde vt dignoscantur quando pœnitentes sint admittendi, dicendum, q̃ si quis est occultus hęreticus à nullo talis iudicatus, & seipsum inquisitori defert, est recipiendus, & secretò absoluendus absq; publica pœnitentia; si verò in alio regno hęreticus quis fuit, & resipiscens veniam, & absolutionem ab inquisitore petit ante testium depositionem est admittendus, sed errores abiurare debet, & solemnem agere pœnitentiam, sine tamen pœna carceris, vel habitu pœnitentium, quòd si metu imminentiũ probationum aliquis se defert, ac complices, ac errores suos fatetur, & si testes cõtra eum superueniunt, ad perpetuũ carcerem non est damnãdus, nec habitum pœnitentiũ diu portare debet; Aut comprehensus in carcere fatetur hęreses, antequam ei dicta testiũ edantur, conuersus benignè est recipiendus, nec in perpetuum carcerem tradendus; Aut fatetur post accusationem, & est admittendus, sed puniendus seuerius, vel publicatis testimonijs fatetur, & est admittendus, sed in perpetuum carcerem tradendus. c. pen. §. fi. c. ad abolẽdam. extra eo. Et generaliter admittitur vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiuè, nam vlterius non est locus venię: vt d. Gerson

tr.2.de schismate. Sim. de cath. instit. tit. 47. nu. 27. vsque ad num. 53. & idem d. Dir. 3. p. q. 109. & ibi Commen. commẽ. 145. d. hæreticis pœnitentibus ante sententiam, & vitam, & bona relinqui, post verò nõ, nisi bona à principe eis donentur.

Fallunt tñ prædicta in hæresiarchis, & Doctoribus errorum, qui non recipiuntur ad veniam etiam si pœniteãt, sed sunt relinquendi curiæ seculari: vt dicit Siman. pluribus id probans d. c. nu. 54. vsque ad 68. Fallit item in eo qui regi, vel principi, filijs, vxori, vel sororibus eius hæreses persuadere tentauerit: vt ibi d. nu. 68. vsque ad 71. ꝙ si nulli quis nocuit licet tentare voluerit, recipi poterit si verè pœnitens sit, & non fictus, cũ tali non sit facilè credendum: vt dicit ibi Siman. num. 72.

Quòd verò est dictum pœnitentes, ante sententiam diffinitiuam cõuersos ad veniam ab ecclesia recipiendos esse, nõ simpliciter procedit, sed cũ multis conditionibus, & qualitatibus.

Primò enim abiurare debent hæreses, & errores, quas docuere, vel protulerunt, aut secuti sunt, est enim abiuratio solemnis hæresum detestatio, cum assertione catholicæ veritatis, cum iuramento, & pœnali obligatione permanẽdi in fide Christiana. c. ego. de consecr. dist. 1. c. ad abolendam. §. illos quoq; extra eod. & de ea meminit Nic. sin. c. 8. & Conc. Ephes. sub Cœlestino I. & Laodicen. c. 7. & c. saluberrimum. c. donatum. vbi habetur nullum hæreticum recipiẽdum in vnitatem ecclesiæ, nisi prius abiuret, & anathematizet hæresim, vt abiurationis rubore homines in vnitate ecclesiæ firmi permaneant, & hæc abiuratio fieri debet apertis verbis cum subscriptione abiurantis manu propria, vt statuit Leo primus ep. 84.

Diuiditur verò abiuratio in abiurationem de leui, de vehementi, de violenta, & de formali hæresi, prima fit in domo episcopi, secunda in publico, nisi causa rationabilis contrarium suadeat, & abiuranti de leui minor pœnitentia imponitur, nec si is relabitur traditur curiæ seculari, secus in eo qui abiurat de vehementi. Et generaliter abiurans debet in principio profiteri se tenere eam fidem ac credere, quam tenet sancta Romana apostolica ecclesia, cum detestatione omnis hæresis.

Abiurare verò debent omnes ab hæresi reuertentes, vel suspecti, nisi canonicè se purgauerint, si quartumdecimũ annum transegerint, nam ante delinquentes aliter sunt puniendi, nisi maxima sit intelligentia abiurantis, & eo casu probabile est, vt tanquam de leui tantum suspecti abiurẽt; & generaliter instrumentum publicum abiurationis fieri debet, & reuertentes ei se subscribere debent, si scribere norint, aliàs inquisitor & notarius se subscribent, & vlterius iurare debet reus de stando mãdatis inquisitoris, qui iniusta tamen mandare non poterit, sed imponere habebit pœnitẽtias salubres reuerso, & honorificas inquisitioni, vt qui negabat orationes, oret, & huiusmodi, & licet non sit laudabile imponere pœnitentias pecuniarias ex Conc. Narbon. c. 17. auaris tamẽ iniungi possunt, & debet etiam abiuratio fieri lingua vulgari, & post eam inquisitor habet iniungere pœnitentias, & monere reuersum, ne de cętero talia, vel huiusmodi committat, cum nõ sit futurus locus pœnitentiæ, & vbi quis est violenter suspectus debet indui vestẽ pœnitentialem duabus crucibus signatam, & eo habitu super alias vestes vti debet tempore à iudicibus præfinito, ꝙ procedit etiam in alijs pro hæresi pœnitentibus. c. in capite. 50. dist. & qui eum abiecerit, vel recusauerit, vt impœnitens est puniendus. Anan. in rubr. de apost. nec ipsi inquisitores possunt restringere tempus eisdem ad eum habitum gestandum ab illis præfinitum, nisi ex causa, sed ad supremos iudices est recurrendum, & is habitus post id tempus est suspendẽdus in ecclesia parochiali reuersi, ex quo loco si quis illum furatus sit fustibus mulctã, vel exilio arbitrio iudicum est puniendus: vt dicit Simanca d. cap. 47. num. 9. ad 15.

18 Hæretici redeuntes abiurare debent, & quo, & qui de suspectis &c. & quę pœnitentia ijs iniungat.

Peracta abiuratione, pœnitentia est iniungenda conuerso arbitrio iudicum, prius pronunciata sententia eum fuisse hæreticum, vel suspectum, qui tenuere

sibi dent facultatem aggrauandi, minuendi, & commutandi impositas pœnitentias in quo considerare debebunt, ætatem, infirmitatem, humilitatem, veram conuersionem, & huiusmodi, ob quę minui debebunt pœnitētiæ, vel mutari, sicut grauari rixosis, indeuotis, & hmōi, qui & poterunt in habitu deferendo dispensare, licet cum difficultate, vt nec in auferendo habitu in ecclesijs posito, & omnes hæretici conuersi publicè pœnitere debent etiam prælati: vt d. Siman. d. c. 47. num. 74. cum seq.

Quandoque purgatio indicitur suspectis, vbi comparet in publico reus cum suis cōpurgatoribus, vbi iuret se non credere, nec dixisse quod sibi imponitur compurgatoribus iurantibus se etiam ita credere esse cum norint.

Secundo loco imponitur pœnitentia abiuranti hæreses, & qui eas animo indurato adimplere recusant, vt impœnitentes tradendi sunt curiæ seculari, nisi ex iusta causa vt ægritudine impediantur: vt d. Pegna. 3. p. in q. 97. vbi & d. fugientē è carceribus traditis ei ad pœnitentiā non vt relapsum, sed vt impœnitentem esse iudicandum, & generaliter eos quibus est in dicta pœnitentia ob hæresim, durante tempore pœnitentiæ esse sub iurisdictione inquisitorum, & si eas omiserint puniri posse: in alijs verò causis forum aliàs ipsorum sequi debere in ciuilibus, & criminalibus, qui & d. pœnitentias antiquas olim solitas imponi hęreticis pœnitentibus, hodie non seruari, de quibus pœnitentijs meminit Sim. d. c. 47. & istæ pœnitētiæ imponendæ sunt in ieiunijs, orationibus, &c. & qui spontè ad ecclesiam redeunt ante accusationem, vel denunciationem nō sunt damnandi ad perpetuum carcerem; qui verò post deprehēsionem conuertūtur, & de se, ac alijs hæreticis confitētur, vel ante dicta testium publicata, ad perpetuum carcerem de rigore dānari possunt, sed post paucum tempus cū eis dispēsatur, & si fuerit mulier mariti domus pro carcere ei est aßignāda: vt d. Cōm. 3. p. q. 93. comm. 113. & eps, ac inquisitor possunt dispensare cū cōdemnato ad carcerem, & ad alias pœnas. c. vt cōmissi. eod. in 6.

Tertio loco absoluendi sunt ab excōmunicatione, in quo notandum hæreticum purè mentalem nullam incurrere excommunicationem, iuxta cōem: vt d. Alen. 2. p. q. 183. nu. 2. D. Tho. 1. 2. q. 91. art. 4. D. Ant. 3. p. tit. 25. c. 4. Silu. excommun. 7. nu. 1. Nau. in c. cogitationis. de pœnit. dist. 1. Secundò, quod in foro poli hęreticus exterior tantum sine hęresi interiori nō incurrit excommunicationem. D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 5. Tab. hæreticus. nu. 2. Silu. hæreticus. §. 9. Nau. in Man. c. 1. nu. 24. & 25. & c. 27. nu. 56. vt si quis metu mortis facit exterius actum hæreticum sine errore interiori, nō enim est excommunicatus. D. Ant. 2. p. tit. 12. c. 5. §. 1. Tertiò, quod vere hæretici incurrūt excommunicationem, si exterius hæresim manifestant, verbis, nutu, vel signo verbis æquipollēti etiam occultissimo. Pal. 4. dist. 9. q. 13. Nau. d. c. 27. nu. 56. ver. 5. Quartò, quod episcopus, & inquisitor hæreticum pœnitentem, & abiurantem iure cōi absoluere possunt. c. vt commissi. eo. in 6. sed hodie ob Bullam cœnæ id non licet episcopis, sed tātum inquisitoribus in foro exteriori: vt d. Com. 3. p. Dir. q. 92. com. 141. & ita sæpè in senatu supremo inquisitionis pronūciatum, & Zerola in praxi ep. verbo, absolutio, ad quartum, & quintū, d. inquisitores non posse absoluere hæreticos occultos in foro cōscientiæ ex decis. cong. 486. vnde in foro confessionis absolutio à Papa est petenda: in foro verò exteriori id ex priuilegio episcopis competit: vt ibi dicit Pegna, si tamen inquisitor aliquem excōmunicat solus absoluit.

Quæ quidē absolutio hac forma impendi debet, vt absoluēdus: primò, iuret de stando mandatis ecclesiæ, & subeunda pœnitentiam imponendam sibi à iudice, & hoc iuramentum est præstandū ab omni excommunicato, & maximè suspecto de hæresi, & potest etiā ex causa inquisitor sub pœna pecuniaria petere à tali cautionem de perficiendo pœnitentiam, licet sit laudabile abstinere à pœnitentijs pecuniarijs. ex Conc. Narbon. cap. 17. nisi quis sit auarus, & si vlterius suspectus ecclesiam cōbussit, & huiusmodi, de rigore non debet absolui,

nisi post præstitam satisfactionem. cap. porrò.de senten.excom.vel saltem cautione fideiussoria, vel pignoratitia de satisfaciendo cum peruenerit ad meliorem fortunam.cap.ex parte.1.de verb. sign.vel saltem iuratoria. c.si presbiter. 26.q.6. Tum absoluitur ab eo, qui potest cum Ps. Pœnitentiali, oratione dominica, & alijs consuetis,virga cũ molliter percutiendo, & demum iniungantur iusta, & rationabilia, aliàs is posset appellare, seruatis dictis supra, vt dicit Pegna. 3.p. Dir. comment.7. & huiusmodi si sint prælati,vel curati non sunt restituendi ad beneficia, nisi eorum peccatum sit occultum, & seipsos detulerint, & nulli nocuerint, cum alijs verò mitius agendum, cum distinctionibus, de quibus supra est actum, & de quibus Dir.3.p.q.113. & ibi Comment.comm. 162.& tales peccata sacerdoti confiteantur,nec facilè ad religionem admittendi: vt d.Comm.2.p.comm.65.

Quòd si pœnitent post sententiam,acrius cum eis agitur,nisi in puncto sententiæ proferendæ conuertantur,post enim eam latam, non est locus clementiæ, si illa quis declaretur conuictus de hæresi, & sententia sit diffinitiua: vt dicit Gerson.2.tract.de schismate.Zanch. de hæret.cap.16. Simanca.de cath.instit.tit.num.40. ij tamen non traduntur curiæ seculari, nisi sint relapsi. cap.ad abolendam.de hæret. cap. super eo. eod. in 6.l.3.C.de episc.aud.

Si verò impœnitens sit hæreticus, legitimè tamen cõuictus probationibus, vel propria confessione, diu est detinendus, & monendus vt conuertatur, & si in pertinacia perseuerat,sine misericordia est tradendus curiæ seculari,quæ illum igni tradere habet lingua, & ore ipsius alligatis, ne in morte hæreses proferat.ex Cõc. Biteren.cap.6.7.8.9.17.Castro.lib.1. de iusta hære.punit.c.9. Hostien.in c.ad abolendam. extra eo.Commen.in Dir.2.p.q.40.comm.65.

19 Hæretici impœnitẽtes,vel relapsi, qualiter puniantur.

Præsumuntur verò,& deteguntur impœnitentes, & pertinaces, qui vocati à iudice,& eis ad oculum ostenso id quòd credunt esse contra sacram scripturam, articulum fidei, vel determinationem ecclesiæ, vt de fide factam, & tamen in suo errore perseuerant; vel si post deprehensionem erroris ad mandatum iudicis nolunt resilire, & abiurare, ac congruam facere satisfactionem, vel si sint imperiti docti à peritis, vel inquisitore nolunt resilire, & acquiescere veritati: vt d.Pegna.1.p.q.12.comm.26.

Si verò sint relapsi,vel pœnitẽtes, vel non, tradendi sunt sine venia curiæ seculari, intercedendo tamen pro eis ne contra eos deueniatur ad pœnam sanguinis,& si tales sunt pœnitentes, pœnitentiæ, & Eucharistiæ sacramento sunt prius reficiendi. cap.super eo.de hæret. in 6.qui ideò non recipiuntur ad veniã, cum per falsam conuersionem sufficiat semel ecclesiam decepisse: vt docet Concil.Narbon.cap.11.

Dicuntur verò relapsi pluribus modis: primò, si quis incidit in hæresim quam abiurauit. cap.ad abolendam.§. præsenti. extra eodẽ. vel cum hæreticis scienter communicat. Secundò, si quis abiurat hæresim,vt de ea vehemẽter suspectus,& post in eandem incidit, vel cũ hæreticis cõmunicat, quia sic detegitur malus eius animus.cap.accusatus.§.ille quoque.eodem.in 6. si verò quis de leui abiurauit, non dicitur relapsus, licet in prædicta inciderit, nec si quis ante abiurationem in plures hæreses successiuè incidit, dicitur relapsus, sed tãtum post abiurationem si in aliquam incidit, vel communicationem cum hæreticis:vt dicit Pegna,loco infra cit. Tertiò, si quis generaliter, vt valdè suspectus abiurauit omnem hæresim, & postea in illam vel aliam incurrit. d.capit. §.cum verò. Quartò, si post abiuratam fautoriam, simul cum aliquo errore, vel hæresi, in aliam hæresim, vel fautoriam incidit: non autem si abiurauit tantum fautoriam sine hęresi.Quintò,si magistratus, vel domini ecclesiastici in schisma, vel hęresim inciderint,vel ea excitarint, & idem si quis pertinaciter dixerit Deum non esse trinum in personis, vnũ in substantia,vel Christum non esse verũ Deũ eiusdem substantię cum Patre, & Spiritu sancto, vel non esse cõceptum de Spiritu sancto in vtero Beatę Virginis, &

non

non esse mortuũ morte acerbissima crucis, vt nos Patri reconciliaret, & Beatam Virginem non esse verè Dei matrẽ, & semper virginem ante partum, in partu, & post, cum hæc omnibus sint nota, ex Bulla Pauli IIII. cum quorundam: vt d. Pegna. 2. p. 58. comm. 83.

Si verò quis est legitimè conuictus de hæresi, & eam negat, est carceri tradendus, & monendus, vt se agnoscat, & si testes in affirmatiua stent, nec vacillẽt, & sint legitimi, si sponte confiteatur est recipiendus modo supra tradito, & si fatetur, ꝙ incidit in hęresim, quam nec aliam vult abiurare, tradendus est curiæ seculari, & idem si per annum steterit in negatiua, & testes in affirmatiua: vt d. Dir. 3. p. fol. 561. 562.

Et hæc dixisse sufficiat de hæresi, ad laudem Dei Optimi Maximi, & sanctæ fidei exaltationem.

SVMMARIVM.

1 Superstitio quid sit, vnde dicatur, & cur fugienda.
2 Superstitio est vitium religioni contrarium.
3 Superstitionis species diuersæ, & q̃.

De superstitione. Cap. XII.

D. Tho. 2. 2. q. 92.

Licet D. Th. hanc rem infra alio loco pertractet, cuius sequi vestigia proposui, tamen quia materia hæc cum hæresi multam habet affinitatem, ideò de ea hic agere libuit, ne lector grauetur cõsimiles materias diuersis in locis quærendo de qua re, & egi libro de Casib. Reseruat. casu 2. & 8.

1 Supstitio q̃d sit, vnde dicatur & cur fugienda.

Notandum verò, quòd superstitio opponitur religioni, quæ est virtus moralis, & in medio consistit, nam dicitur superstitio à supersum superes, quia superstitio non solùm per circunstantias diuersas, quę sunt circa finem, & obiectũ, & vt sic mutãt speciem peccati, recedit à medio, & sic à virtute, sed quia facit etiam quod non debet, vel quando non debet, vel cui non debet, & huiusmodi, de quibus 4. Ethic. quæ facit superstitio, quatenus exhibet cultum, vel cui non debet, vel modo quo non debet, per idolatriam, diuinationes, & alia, de quibus infra, quæ quidem superstitio fugienda est. Act. 17. Viri Atheniẽses quasi per omnia superstitiosos vos video. & col. 1. vnde & Cic. lib. 2. de natura Deorum. & lib. 2. de Diuin. separat superstitionẽ à religione. & latius S. Aug. & vere. lib. 4. ciuit. cap. 30. & Epictetus, in Enchir. cap. 36. His ita notat.

2 Supstitio est vitium religioni contrariũ

Prima sit propositio. Superstitio est vitium religioni contrarium per excessum; probatur ex August. lib. de decem chordis. cap. 9.

Ratio, nam quocunque vitio exhibetur cultus diuinus cui non debetur, vel eo modo quo non debetur, illud opponitur religioni per excessum, sed superstitio est huiusmodi, ergo, prima probatur, supposito, quòd religio, quæ est virtus moralis incedit inter vitia sibi contraria, quorum alterũ habet se per defectum, alterum per excessum; medium enim virtutis contingit excedere nõ solùm secundùm circunstantiam, quæ dicitur quantum, sed etiam secundùm alias quatenus scilicet aliquid fit, cui nõ debet, quando, vel quomodo non debet. 4. Eth. & sic fit hic ergo.

3 Supstitionis species diuersę, & quæ.

Secunda prodositio. Diuersæ sunt species superstitionum, diuinatio, cultus Dei indebitus, idolatria, & vana obseruatio; probatur ex Aug. libro 2. de doctrina Christ.

Ratio, nam tot sunt species superstitionis, quot modis, Deus non eo modo vt debet colitur, vel cultus ipsius alteri tribuitur, sed id fit dictis quatuor modis, ergo, prima probatur, quia id nominat vitiũ superstitionis, vt supra, secunda probatur, nã potest coli Deus verus, sed indebitè, vt in lege noua seruando cœremonias veteris legis, quæ sunt abrogatæ; potest etiam cultus eius alteri tribui, idque vel exhibendo ei reuerentiam, & sic est idolatria, vel instructionẽ ab eo accipiendo, & sic est diuinatio, vel secundùm quædã instituta ad directionem actuum humanorum, & sic est vana obseruatio.

SVMMARIVM.

1 in Cultu Dei aliquid potest esse perniciosum.
2 in Cultu Dei potest aliquid esse superfluum,& quomodo.

De Superstitione indebiti cultus diuini. Cap. XIII.

D.Thom.2.2.q.93.

1 in Cultu Dei potest esse aliqd perniciosum.

PRima propositio. In cultu Dei potest esse aliquid perniciosum; probatur ex Aug. in ep. ad Hieron. epist. 18. 19. glo. ad Galat. 1.

Ratio, nam quandocunque per cultum exteriorem significatur aliquid falsum, is erit cultus perniciosus, sed id euenire potest, ergo, prima probatur, quia hoc est mēdacium perniciosum in facto, quia est contra Christianam religionem. Secunda probatur, ex parte rei significatæ, vt si quis nunc vtatur cæremonijs veteris legis, quæ significabant Christum venturum, sic enim demonstratur Christum nōdum venisse, quòd est falsum, & sic perniciosum; idem etiam probatur ex parte colentis, vt si quis modum ecclesiæ Deum colentis immutare præsumeret.

2 in Cultu Dei potest esse aliqd superfluū, & qūo.

Secunda propositio. In cultu Dei potest esse aliquid superfluum, licet nō absolutè; probatur ex Aug. lib. 2. de doctr. Christ. cap. 18.

Ratio, nam quicquid non est proportionatum fini in cultu Dei respiciendo, hoc in eadem quantitate proportionis est superfluum, sed id contingere potest, ergo, prima patet ex terminis, secunda probatur, nam finis cultus Dei est, vt homo det gloriam Deo, & ei mente, & corpore se subijciat: vnde quicquid fit proportionaliter ad illa, id non est superfluum, si quid verò aliter se habet, quia scilicet fit extraneo modo, vel indiscretè, id est superfluum, quia est improportionatum: vt si fit præter consuetudinem communem, vel ecclesiæ institutionem, nec referatur ad gloriam Dei, nec ei se subijciendo, nec ad carnem frenandam, quia in exterioribus solum consistens ad interiorem cultum Dei non pertinet: vt dicit Augustinus libro de vera religione, epist. 80. de ecclesiast. dogmat. cap. 52.

SVMMARIVM.

1 Idolatria inuentum diaboli, & cur.
2 Idolatria quid sit, cum eius malis.
3 Deorum gentium inuocatio damnatur.
4 Idolatria est species superstitionis.
5 Idolatria est peccatum,& cur.
6 Idolatria est grauissimum peccatorum, & quomodo.
7 Idolatriæ causa vnde fuit.

De Idolatria. Cap. XIIII.

D.Thos.2.2.q.94.

1 Idolatria inuentum diaboli,& cur.

TAmetsi dæmonis à cœlo Dei iusto iudicio præcipitati, ea nequitia fit vt homines ad omnia scelera patranda iugiter instiget, prima tamē ei cura fuit vt homines in idolatriam inducerent, vt homines à Deo alienati, damnarentur. Est autem idolatria, cultus Deo debitus creaturæ exhibitus, vel honor diuinus exhibitus creaturæ repræsentatæ per aliquam sensibilem formam, vel figuram, quæ dicitur idolum, quòd fiebat etiam per aliquos qui artibus nefarijs simulachra construebant, quæ dæmonum astu varios effectus, & responsa dabant, vel etiam creaturis ipsis cultum diuinitatis tribuebant absque alio respectu, quòd reprobatur. Rom. 1. mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium, & est grauissimum crimen, cum idolatra, quantum ex se, alium Deum faciat, & minuat principatum veri Dei, & creaturam exequet creatori: vt inquit Orig. in lib. Iudicum hom. 2. glo. in lib. 1. Reg. cap. 15 Exo. 32. Tertul. lib. de idolat. Aug. lib. 3. ciuit. c. 7. lib. 19. cap. 9. & ideò

2 Idolatria quid sit, cum eius malis.

& ideò merito hi in l. veteri morte plectebantur. Ex. 22. 32. Deut. 17. & executioni est datum in nece prophetarum Baal. & eorum qui vitulum adorarunt. Ex. 32. 3. reg. 18. lib. 4. cap. 10. 2. par. cap. 15. quod etiam iure ciuili inducitur cũ publicatione bonorum, l. ex senatus. de sicar. l. 1. & pen. C. de paga. & inquisitores procedunt contra Christianos, Idolatrãtes, vt & contra hæreticum. Abber. in Rubr. de hęret. lib. 6. q. 2. nu. fi. quia is censetur hęreticus, nec excusatur q metu est coactus, Abb. ibid. Archid. Card. in cap. philosophos. 50. dist. & hoc malum cœpit apud homines ab Ismaele, Nemb. oth vel Nino, Sap. 14. apud Hębreos, apud gręcos à prometeo. Et nedum actus Idolatrici, sed & verba eam redolentia vitanda sunt, vt Iouem apollinem, Bacchum, & huiusmodi pro Deo resonarę, vel Deos dicere, vt not. ap. 1. Tim. 4. ineptas & inanes fabulas deuita. & Hier. ad Damas. d. absit, vt de ore Christiano sonet, Iuppiter omnipotens, mehercule, me castor & cætera magis portenta quàm nomina.

3 Deorum gentium inuocatio dãnatur.

4 Idolatria est species superstitionis.

Prima propositio. Idolatria est species superstitionis. probatur. Act. 17.

Ratio, nam quo vitio exhibetur creaturæ cultus diuinus id pertinet ad superstitionem, sed Idolatria est huiusmodi, ergo prima probatur, nam superstitio excedit debitum modum diuini cultus, quod maxime est cũ is cultus exhibetur ei cui non debetur, secunda probatur, nam cultus latriæ, vel latria exhiberi debet soli vero Deo creatori, vnde si exhibetur imaginibus, vel rebus creatis per imagines repræsentatis, vel partibus mundi, animalibus & huiusmodi erit semper superstitiosum.

5 Idolatria est pctm̃, & vet.

Secunda propositio. Idolatria est peccatum. probatur. Exo. 20. Sap. 13. Hier. 16. 20. 1 Corint. 8. Bar. vlt. Ex patribus clem. Rom. lib. 5. recogn. Alex. libr. adhort. ad gentes. Cipr. de Idolor. vanit. & lib. de exhort. mart. Naz. orat. in san. Epiph. lum. Chrisost. lib. cont. gent. lact. lib. 1. 2. de diu. inst. Iust. apol. 2. pro Christianis, & orat. paranet. ad gentes philo lib. de decalogo. Cirill. libr. contra Iul. August. libro 2. de ciuit. Dei. D. Thom. libr. contra gent. & alij.

Ratio, nam quicquid Deo est iniuriosum peccatum est, sed Idolatria est huiusmodi, ergo, prima patet secunda probatur, nam idolatria dat cultum diuinum creaturæ, qui specialiter soli Deo debetur, quia singulari ratione omnia excellit, nec etiam id licet vt mos vulgo geratur, etiã simulare, nec etiam timore humano, quia esset mendatium pernitiosum in opere, cum exterior cultus sit signum interioris, vt d. Aug. 10. ciu. cap. 19.

Tertia propositio. Idolatria est grauissimũ peccatorum, licet ex parte peccantium sit grauior hæresis, probatur ex gl. leuit. 15. 6 Idolatria est grauissimũ peccatorũ, & quomõ.

Ratio primi, quo. n. peccato honorẽ soli Deo debitum aliquis creaturæ impendit, id secundum se est grauissimum sed Idolatria est huiusmodi, ergo, prima probatur, vt si quis honorem regiũ personæ priuatę deferret, esset crimen graue, cum perturbet ordinem Reipublicę, sed sic fit in Idolatria à maiori ergo.

Ratio secundi, nam qui peccat scienter is ex parte peccantis grauius peccat quàm qui ignoranter, sed respectu Idolatræ hæreticus est huiusmodi, ergo, prima patet, secunda probatur nam hæreticus fidem quam recepit, corrumpit, non sic Idolatra ergo.

Quarta propositio. Causa idolatriæ ex parte hominis fuit dispositiua, consummatiua vero ex parte demonis, probatur. Sap. 10. 7 Idolatriæ causa vnde fuit.

Ratio, nam quod in homine facit pronitatem ad cultum idolorum, id potest dici causa dispositiua ad ipsum ex parte hominis, sed illatria in homine specialiter inuenitur, ergo, prima patet secunda probatur quia homines nimis amarunt & venerati sunt defunctos, ob quod eis diuinum honorem impenderunt, vt habetur. Sap. 14. secundo ex hoc quod homines nimis delectantur de repræsentatione, vt d. phil. in poet. capit. 1. ideo homines rudes à principio vidẽtes imagines hominũ arte ad viuũ formatas, diuinitatis cultum eis impẽderunt. Sap. 13. tertio, ob ignorantiam veri Dei, cuius excellentiam homines non consi-

derantes,

derantes, quibusdam creaturis ob pulchritudinem, vel virtutẽ, diuinitatis cultum exhibuere. Sap. 13. neque operibus attendentes, agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut girum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem, aut lunam rectores orbis terrarum, Deos putauerunt. Ex parte demonum causa idolatriæ fuit consummatiua, quia se colendos hominibus errantibus exhibuerunt, in idolis dando responsa, & aliqua, quæ hominibus mirabilia videbantur, faciendo. Psal. omnes dij gentium demonia.

SVMMARIVM.

1 Diuinatio est peccatum.
2 Diuinatio est species superstitionis.
3 Superstitionis species quæ.
4 Diuinatio per demonum inuocationem est illicita.
5 Demonum inuocatio quot modis fiat, & quod peccatum in quolibet.
6 Astronomia an licita sit vel non, & in quibus cum eius pœnis.
7 Somniorum obseruatio an licita sit, vel non cum varijs distinctionibus.
8 Auguria illicita sunt cum eorum pœnis.
9 Sortium obseruatio an licita sit, vel non, cum eorum pœnis.

De superstitione diuinatiua. *Cap. XV.*

D.Th. 2. 2. q. 95.
1 Diuinatio est peccatum.

PRima propositio. Diuinatio est peccatum, probatur. Deut. 18. non sit qui pythones consulat, neque diuinos. c. qui diuinationes. 26. q. 5.

Ratio, nam qui vsurpat sibi illa quæ Dei sunt, peccat iniuste agendo, Isa. 4. annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & scietis quia Dij estis vos, sed diuinatio est huiusmodi, ergo, prima patet, secunda, probatur, nam nomine diuinationis intelligitur quædam futurorum prenuntiatio, futura vero si pendeant ex certa causa, & causa similiter & eius efficientia cognoscatur, nil prohibet ita pdicere futura, vt patet in prædictione ecclipsis facta ab astrologo: similiter etiam si effectus, vt in pluribus à causa dependeant, si prædicantur, vt de pluuia & siccitate ex motu cœlesti, & medicus de sanitate, vel morte infirmi, non est illicitum, si vero futura pendeant ex causa quæ se habet ad vtrumlibet, illa certo scire pertinet solum ad diuinam prescientiam. d. c. 4. Is. ergo.

Secunda propositio. Diuinatio est species superstitionis probatur ex orig. hom. 16. in periarchion. 2 Diuinatio est species superstitionis.

Ratio, nam vbi sumitur auxilium demonum ad aliquid faciendum, vel cognoscendum, id pertinet ad superstitionem, sed diuinatio est huiusmodi, ergo, prima probatur, ex Aug. lib. 2. de doctr. Chr. c. 20. d. quod quicquid procedit ex societate demonum, & hominum superstitiosum est, secũda probatur, nam omnis illicita diuinatio ex opere demonũ prouenit, vel quia demones expresse inuocentur ad futura manifestanda, vel quia demones ingerunt se vanis inquisitionibus futurorum, vt mentes hominum implicent vanitate.

Tertia propositio. Plures sunt species superstitionis, scilicet Necromãtia, augurium, & sortilegium, probatur ex Isid. lib. 8. Etimol. c. 9. sub quibus singulis aliæ etiam species superstitionum continentur. 3 Superstitionis species quæ.

Ratio primi, nam quot sunt diuersi modi communes prædicẽdi futura consilio vel auxilio demonum, tot sunt genera superstitionis, sed huiusmodi sunt tres prędicti, ergo, prima, probatur quia omnis diuinatio vtitur ad cognitionem futuri euentus aliquo auxilio demonũ, vel consilio, secunda probatur quia Necromantia est per manifestam demonũ inuocationem, & habet sub se pręstigiũ, phitonicam, geomantiam, idromantiã, piromantiam, aeremantiam, & aruspicium. Augurium autem est per solam dispositionem, vel motum alicuius rei, & habet sub se genethlicam, auspiciũ, omen, chiromantiam, spatulantiam, sor-

sortilegium autem est dum fit aliquid seriosum, vel iocosum, vt manifestetur aliquod occultum, & in his demones solent se immiscere, quæ optime explicat D.Tho. hic art. 3.

4 Quarta propositio. Diuinatio quæ fit per inuocationes demonum est illicita, probatur, Deut. 18. non inueniatur in te qui ariolos sciciteur, neque qui pythones consulat.

Diuinatio per demonũ inuocationẽ est illicita.

Ratio, nam ibi primo est pactũ cum demone, quod si est expresse initum per eius inuocationem, est omnino illicitũ. Isa. 28. dixistis, percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactũ, quod est adhuc grauius si reuerentia, vel sacrificium demoni inuocato exhibetur, secundo est illicitum ex parte finis, qui est ex parte demonis homines inducere, vt ei credant, vt inde perducat eos ad aliquid saluti eorum nociuum, & ideo non est ei credendum aliqua ratione, etiam si verum quandoque dicat vt d. Athan. Luc. 4. nefas est enim cũ adsit nobis scriptura diuina, vt à diabolo instruamur.

5 Aduertendum vero, quod demones inuocantes in triplici sunt differentia, quidam enim eis cultum latriæ exhibent, vt eis obedientiã promittendo, eos adorando, illis Thurificando, per demones iurando, vel aliquem demonem per superiorem adiurando, laudes demonum recitando in eorum honorem genua flectendo, orationes ad illos dirigendo, pro eorum reuerentia ieiunando, caracteres & signa ignota obseruando, illis sacrificando, futura contingentia, vel cordis occulta inquirendo, hi non vt sortilegi, sed vt hęretici tenentur. Dir. Eimerici. 2. p. q. 43. quod si pocula amatoria dentur ad tentandum, cum demonis sit tentare, non est simpliciter hęreticum, nisi credatur liberam voluntatem posse cogi, & ideo aduertendum ad verba quę proferuntur, si enim quis dicat impero iubeo, non est simpliciter hęreticum, secus si dicatur obsecro oro, tunc enim sapit hęresim manifestam, & si cum illis misceantur sacramentorum materię, vel sacr̃atalia, is est suspectus de hęresi Pegna d. q. 43.

Demonũ inuocatio quib. modis fiat, & q̃ peccatũ in quolibet.

Secundus modus inuocandi est si eis non exhibetur cultus latriæ, sed duliæ quæ conuenit sanctis, vt miscendo nomina demonum in numero sãctorum, vel beatorum, vel eis vtendo vt mediatoribus ad impetrãdum à Deo gratias, hi etiam, vt hæretici, non vt sortilegi iudicantur, quasi inuocans credat demonem esse sanctum, vel Dei amicum, & ei se subijciendo, quod est crimen apostasiæ, vt d. Eimer. d. q. 43. in quo tamen est spectanda personarum qualitas, & modus inuocandi, vt ibi d. Pegna. nu. 11. in foro exteriori.

Tertius modus est cum demonibus cultus latriæ, vel dulię non exhibetur, sed sine reuerentia inuocatur, vt circulum in terra faciẽdo, puerum in medio statuendo, speculum, amphoram, vel aliud corpus pertium coram puero statuendo, negromantico librum tenente, & demonem inuocante: is cadit in hæresis suspitionem, non tamen iudicari debet hæreticus, maxime si id facit semel, vel bis ex curiositate, vt d. ibi Pegna. nisi se subijciat demoni, quia id est apostasia à Fide, vt d. Dir. d. q. 43. vel aliter erret in Fide, peccat tamen grauiter, cum omne fœdus cum demone prohibeatur. Isa. 28. nec ab eo auxilium aut consilium petere liceat D. Tho. hic art. 4. 5. & in 2. sent. dist. 7. q. 3. ar. 2. & ex Bulla sanctissimi Sixti Quinti contra astrologos huiusmodi in foro exteriori subijciuntur officio sanctissimę inquisitionis.

Quinta propositio, è motu astrorum licet aliqua prædicere, aliqua non, scilicet, quæ spectant ad mores vel liberum arbitrium probatur, ex Aug. lib. 4. conf. c. 3. vt nec quæ spectant ad fortunia, vel infortunia, sanitatem, infirmitates, mortem, dignitatem, quæ ab aspectu vel influxu cœlesti non possunt prædici, nec cœli id protendere aut efficere possunt, vt probat Picus lib. 3. & 4. contra Astrologos, & late Pererius libr. 3. de Magia, qui & probat vlterius non posse astrologos ex arte & sciẽtia prænosse vel prędicere futura contingẽtia, tametsi astra dispositiue inclinent, quatenus intellectus, & volũtas accipiunt aliquo modo 6

Astronomia an licita sit, vel nõ, & in quibus cum eius pœnis.

ab

ab inferioribus viribus, quæ organeis corporibus alligantur, sic tamen vt voluntas remaneat libera, nec necessario sequatur inclinationem appetitus inferioris, cum sit domina sui actus, & ideo corpora cœlestia nil possunt in intellectum, & voluntatem, quæ non sunt affixæ organis corporeis, & minus in voluntatem. D. Thom. p. p. q. 115. art. 4. & hic ar. 1. & hoc ar. 5. & q. 138. ar. 1. ad primum, tametsi concedatur vt ex cœlestibus possit fieri iudicium de his quæ pertinent ad agricolturam, nauigationem, rem medicam, & ecclipses, vt dixi lib. de casib. res. cas. 8. nu. 6. vnde ecclesia olim Aquilam ponticum ex ecclesia est pulsit quia natiuitatum iudicijs operã dabat, vt d. Epiph. lib. de mẽsuris & pon deribus, & sanctissimus Sixtus Quintus in eius Bulla contra Astrologos, mãdat eos subijci officio sanctissimę inquisitionis, vt retuli. d. casu. 8. quorum etiam mẽdatia pluribus damnat Io. Picus lib. 12. contra Astrol. & Franciscus Picus lib. de prenotione, & à Pitagora, Archidemo Fauorino, Panętio, Seneca, Cic. lib. de Fato. lib. 2. de diuin. Gellio. lib. 14 c. 1. à Plotino, Aphrodiseo, Auerroe. c. vlt. Suc. 1. philosophiæ. orig. Aug. lib. 2. de gen. ad litt. cap. 17. & alibi sępè lactantio, & alijs damnatur & ea prohibentur. Leuit. 19. 20. Deuteron. 18. Gal. 4. & alijs multis locis.

7 Sõniorũ obseruatio an licita sit, vel non cum varijs distinctionibus.

Sexta propositio. Diuinatio quæ fit per somnia est illicita vt in pluribus aliquando tamen non, probatur. Deut. 18. non sit in te qui obseruet somnia. Causa enim somniorum aliquando est animalis, vt quando ea occurrunt hominis phantasiæ in dormiendo quæ prius cogitata fuerunt, & hęc non est causa futurorum, & si id contingat est casuale; causa exterior quandoque est corporalis, nam ex dispositione corporis formatur in phantasia dormientis aliquis motus, vt in quo abundant frigidi humores, occurrit in somnis visio quod sit in aqua, & huiusmodi quæ medici obseruant ad cognoscendum corporis dispositionẽ de quibus Hippocr. li. de somn. languẽtium, & li. de insomnijs. & Arist. lib. de somno & vigilia, quandoq; causa extrinseca est spiritualis, & aliquando est à Deo, qui ministerio Angelorum aliqua reuelat in somnijs, Nume. 12. vel ex operatione demonum qui reuelant futura his cum quibus pacta illicita habent; si ex reuelatione diuina, vel corporali futura præcognoscantur, non est illicitum, secus si fiat ex operatione demonum cum quibus pacta expressa, vel tacita habeantur, vt d. hic D. Thom. ideo cum dubium sit ex qua causa procedant, periculosum est per ea iudicare, vt d. Gaiet. ibi, si tamen appareat visio aliqua vt bona opera agãtur, peccata fugiantur, signum est ea esse à Deo, cum ducãt ad bonũ, vel vt d. Pererius. li. 2. de Magia. q. 3. ea per somniũ qñq; homini innotescunt quorum certa cognitio, solius Dei concessũ potest homini contingere, vt futura contingentia, arcana cordium, & fidei misteria, secundo si interiori illuminatione sic animus commouetur, vt certo credat Deum illius esse authorem quod probat ex Gregor. lib. 4. dial. c. 48. & 8. mor. cap. 13. quod ibi probat Pererius multis sacrę scripturę exemplis, cum enim causa somniorũ ea sit, quod spiritus animę sensitiuæ maxime vero phantasiæ, cuius est fingere somnia, seruientes, speciebus in vigilia rerum perceptis, agitati in somno vaporibus cibi, & potus subeuntibus varia reddunt visa, & somnia, vt d. Perer. d. li. q. 1. & Arist. lib. de somn. & vig. profecto ista somnia, quæ à speciebus in vigilia perceptis non pendent, si ad bonum ducant, diuina esse censeri debent; licet & vsquequaque in his non sit fidendum, cum demon se transfiguret in Angelũ lucis, & sub specie boni plerunque ad malum ducat, ideo in his Deus rogandus vt mentem illustret, ad percipiendam eorum veritatem, & Pererius loco cit. q. 7. d. tuto. 4. genera sõniorũ posse obseruari primo, quæ indicant morbos animi vel corporis. Tum quæ nos terrent, vt faciebãt sancti patres perquirẽdo eorum causam de quibus cass. collat. 22. tertio in quibus pernotescit aliqua veritas circa scientias speculatiuas; vel ad res gerendas conferunt, quarto, licet cõsiderare somnia, quæ ad flagitia inui-

inuitant, an sint à demone, vt ea vitentur, & q̃ inuitāt ad cœlibatū, & huiusmo di bona, an sint à Deo, vt sequenda. Sic ẽñ vt non habeatur ratio somniorum, cum maxima eorum pars nil veri, vel certi habeat, & minus licet obseruare somnia quasi sit in eis aliquid diuinum. Leuit. 19. Deut. 18. vlt. Paral. c. 33. & magis temerarium est per ea velle scire futura quæ Deus sibi reseruauit, vel q̃ certa signa futurorum in ijs contineantur, quæ nullam cum rebus futuris habent conuenientiam; & minus quod iuxta somnia quis dirigat actiones suas, aliqua negotia agendo, vel dimittendo, cum vt plurimum vana sint, nec quibuslibet indifferenter Deus futura per somnia reuelet, & diuina somnia nemo possit interpretari, nisi diuinitus afflatus & eruditus, vt d. idem Pererius. d. lib. 2. quæst. 8.

8 Auguria vt illicita sint, cum eorum pœnis.

Septima propositio. Diuinatio, quæ fit per auguria, omnia, & alias huiusmodi obseruationes rerum exteriorum est illicita, probatur. Deut. 18. nam garritus auium non sunt causa futurorum euentuum, ideo nec eos possunt causare, nec ex eis vt ex causis prænosci, fieri tamen potest, vt aliquæ eorum operationes sint futurorum signa, bruta enim operantur secundum instinctum naturalem, & cum nō habeant dominiū sui actus, mouentur ad motum continentium corporum, & præcipue corporum cœlestium, & aeris continentis, in quo duo aduertenda, primo, vt operationes huiusmodi non extendantur nisi ad prę cognoscenda futura quæ causantur per motum cœlestium corporum, secundo, vt non extendatur nisi ad ea, quæ ad huiusmodi animalia potest aliqualiter p̃tinere, nam per cœlestia corpora consequuntur cognitionem naturalem, & instinctum ad ea quæ sunt eorum vitę necessaria, vt immutationes quæ fiunt per pluuias, ventos, & huiusmodi, Quandoque vero huiusmodi instinctus causantur ex causa spirituali, vel ex Deo, vt in columba quæ descendit super Christū, & in coruo qui pauit heliam, vel ex demonibus qui vtuntur huiusmodi operationibus brutorum ad implicandos animos hominum vanis opinionibus, vnde obseruatio talis & diuinatio, si extenditur vltra id ad quod potest pertingere secundum ordinem naturæ animalium, vel diuinę prouidentię, est superstitiosa & illicita, & hę diuinationes ex auibus si ex volatu colliguntur, dicuntur prępetes, si ex cantu, & voce, oscines, vt d. Varro. libr. 5. linguæ lat. & ijs Romani maxime addicti erant, ita vt nil, licet paruum, auguribus inconsultis agerent, vt ait Dio. Cass. lib. 37. & habet. Max. lib. 1. c. 1. Plin. lib. 10. c. 55. qui tamē à christianis explosi sunt iussu Dei. Leuit. 19. quod Samuel executioni dedit. 1. reg. 28. & etiam à christianis imperatoribus. in l. 2. C. de paga. in l. nullus. c. de malefi.

9 Sortiū obseruatio an sit licita, vel nō cū pęnis ei addictis.

Octaua propositio. Diuinatio quæ fit per sortes est illicita in multis, quandoque tamen non, probatur in c. 1. c. sortes 26. q. 5. quod est Leonis Papę, & habetur. Deut. 13. Hęc autem sortium adhibitio multiplex esse potest, vel enim per eas quæri potest quid cuique sit adhibendum, vel res, vt dignitas, honor, pœna, vel alia actio, & dicitur sors diuisoria, vel inde quæritur quid agere oporteat, & dicitur sors consultoria, vel quid sit futurum, & dicitur ars diuinatoria, & si in huiusmodi expectatio euentuū per siderum dispositionem expectetur est vana huiusmodi consideratio, non carens demonum suggestione, cū actus hominum non subdantur, nec eorum euentus dispositioni stellarum, vt proxime dictum est sexta propositione. Si vero huiusmodi euentus expectetur in sorte diuisoria tantum à fortuna, non est vitium nisi vanitatis, modo non diuidantur res prohibitę sic adiudicari, vt beneficia ecclesiastica, q̃ non sorte, sed ex electione & pro meritis sunt assignanda. Si vero euentus sortium expectetur à demone est illicitum. Ezech. 21. Si vero à Deo, scd̃m se nō est malum, nisi in aliquibus casibus, primo, si sine necessitate recurratur ad sortes, quia id videtur pertinere ad Dei tentationem, secundo, si quis etiam in necessitate sine reuerentia sortibus vtatur, tertio, si diuina oracula ad terrena negotia cōuertātur, quarto, si fiat

si fiat id in electionibus ecclesiasticis q̃ Spiritus sancti inspiratione fieri debent, id tamen licet in dignitatibus temporalibus sæpe, vt & in diuisione rerum temporalium, instãte vero necessitate, licet cum reuerentia diuinum iudicium implorare, vt si tempore persecutionis disceptetur qui fugere debeant, & qui manere ad ecclesię defensionem, ne omnin̈ morte ecclesia deseratur, sorte dirimi potest, vt d. Aug. li. 1. de doctr. chr. c. 18. iudicium etiam ferri candẽtis vel aquæ feruentis est illicitum, quatenus ibi expectatur miraculosus effectus à Deo, nã ordinatur ad reuelandum occulta quæ Deo reseruantur. D. Thom. d. q. art. 8. in corp. & ad 3. Quod si quis in sortilegio exerceat actum vel dictum hęreticale, vt abnegando Deum, vel sacramenta, vel illis immisceat sacramenta, vel sacramentalia, vt si quis baptizet imagines, demonibus genuaflectat, eos adoret, illis sacrificet, vel eos adoret, sapiũt hæresim manifestam. Pegna. in Dir. in 3. p. lib. 2. quæst. 41. Sed si simplices superstitiones exerceantur absque demonum tacita, vel expressa pactione, nec adhibeantur ad magiam, necromantiã, piromantiam, astrologiam, & huiusmodi, non sapiunt hæresim manifestam, vnde nec subiacẽt officio inquisitionis gl. in c. accusatus. de heret.

Dicuntur, & sortilegi omnes magorum vanæ obseruationes, diuinatrices, lemures, lamię, striges, laruę, sortiariæ. c. si per sortiarias. 33. q. 2.

SVMMARIVM.

1 Obseruantię notoriæ artis quę, & vt illicitę.

2 Obseruationes ad sanitatem illicitę, & quando non.

3 Obseruationes ad pręcognoscenda fortunia, vel infortunia, illicitæ sunt.

4 Breuia suspendere ad collum an licitum sit, & quibus conditionibus, vel non.

De superstitionibus obseruantiarum. Cap. XVI.

Prima propositio. Vti obseruãtijs notoriæ artis est illicitũ, probatur. Deut. 18. & dicitur ars notoria, quæ vtitur ad scientiam acquirendã ijs quæ secundum se eam vim non habent, vt inspectione figurarum, & prolatione verborum ignotorum, & huiusmodi, & cum prædicta eam vim non habeãt, sequitur quod sint signa pertinentia ad pacta quædam significationis cum demonibus placita & fœderata, quæ & non iuuant ad scientiam acquirendam, cũ scientiæ acquisitio fiat per illuminationem intellectus, ad demones vero non pertinet illuminare intellectum. p. p. q. 109. ar. 3. licet demones hominibus loquentes possint exprimere aliqua documenta scientiarum, quod tamen non fit per artem notoriam. D. Th. d. q. 96. ar. 1. in corp. D. Tho. 2. 2. q. 96. 1 Obseruãtię Notorię artis quę, & vt illicitæ.

Secunda propositio. Obseruatio ordinata ad corporum immutationes vt sanitatem, & huiusmodi est illicita, probatur ex Aug. 2. de doctr. chr. c. 20. si. n. quæ adhibentur non habent ad id virtutem naturalem quia sic non esset illicitum, remota superstitione, sequitur quod pertineant vt signa ad pacta significationum cum demonibus inita, per varias obseruationes herbarum, verborum, lignorum, carminum, rituum, sonorum animalium, obseruationes variarum figurarum in cœli conuersione, motu siderum, & huiusmodi, quæ pertinent ad demones ludificatores animarum sibi subditarum, cum caracteres qui ibi fiunt ad nil naturaliter operentur, nec supernaturaliter vt signa à Deo data. 2 Obseruatio ad sanitatẽ illicita, & q̃ non.

Tertia propositio. Obseruationes quæ ordinantur ad præcognoscenda aliqua fortunia, vel infortunia, sunt illicitæ, probatur, ex Aug. d. libr. 2. de doctr. chr. c. 20. quia non sunt causæ ad p̃dicta nec signa à Deo dato, ideo sunt superstitiosa, ac reliquiæ Idolatriæ secundum 3 Obseruationes ad pcognoscẽda fortunia, vel ifortunia illicitæ sunt.

quam

quam obseruabantur auguria, quidam dies fausti, vel infausti, quod pertinet quodammodo ad diuinationem quę fit per astra, quæ est prohibita; signa tamẽ futurorum morborum licitè considerantur, quia ex causis morbi procedunt. D. Thom. d. quæst. art. 3. in corp. & ad primum.

4 Breuia suspendere ad collũ an licitũ, & quibus conditionibus, vel non.

Quarta propositio. Suspendere diuina verba ad collũ est illicitũ, nisi certis regulis licitis fiat, probatur ex Chrys. hom. 43. in Matth. in op. imperf. ante med. si enim ibi est aliquid pertinens ad inuocationem demonum est illicitum, vt & cauendum si nomina ignota contineantur, ne sub illis aliquid illicitum lateat, vt & cauendum ne aliquid falsitatis contineat, quia sic effectus nõ posset expectari à Deo, vt & cauendum ne cum verbis sacris vana contineãtur, vel aliqui caracteres inscripti præter signũ crucis, vt & cauendum, ne spes habeatur in modo scribendi, vel ligandi, vel in qualibet huiusmodi vanitate quæ ad diuinam reuerentiam non pertineat. c. nõ liceat. 26. q. 5. nisi tantum cum simbolo & oratione dominica, & quod non habeatur respectus ad aliud quàm ad diuinum nomen, & virtutem, & verba sacra. sic in gestatione reliquiarum sacrarũ, si portantur ex fiducia Dei, & sanctorũ quorum sunt, non erit illicitum, modo cum debita licentia habitę sint, sed si attẽditur aliquid vanum circa id, vt quod sint triangulares, & huiusmodi est illicitum. D. Th. d. art. 4. in corp. & ad 3.

SVMMARIVM.

1 Magi qui sint, & vnde dicantur.
2 Magia quotuplex, & quæ quęlibet, & quę illicita.
3 Magorum effectus qui, & an veri vel ficti.
4 Dęmones quę opera facere possint, vel non.
5 Dęmones quo pacto mira faciant.

De Magia. Cap. XVII.

D. Th. 2. 2. q. 97.

NOtandum, quod vox Magus apud persas significat sapientem, apud gręcos diuinarum rerum interpretem, vt d. Cęlius Rhodig. lib. 5. cap. 42. & vt Plin. lib. 30. c. 1. d. is qui callebat philosophiam naturalem, & moralem, medicinam, mathematicas, & Theologiam, magus dicebatur, vel qui habebat consummatam philosophiam circa diuina, & humana, vt notat Apuleius apol. 1. pro se edita. cum apud persas idem essent magi quod apud nos sacerdotes, vt ibi. d. & colligitur ex primo Alcibiade Platonis, quod confirmat & Chrisost. hom. 2. in cap. 2. Matth. & Strabo. in. 1. Geograph.

1 Magi qui sint, & vnde dicãt.

2 Magia quotuplex & q̃ q̃libet, ac q̃ illicita.

Diuiditur autem Magia in veram, & naturalem, ex occultis rerum naturis, & virtutibus profectam, ab omni superstitione alienam, paucis tamen perspectam, & alteram ab omni ratione, & veritate vacuam, fallacem & noxiã, dęmonum fraudibus, & maleficijs implicatam, & ob id abominabilem, & damnatam, de qua vulgo fit mentio.

Magia naturalis est cognitio, & applicatio quarundam singularium virtutum quæ sunt in rebus naturalibus, & latent fere mortales, agentia & patientia suo loco & tempore, sicut opus est, inuicem componendo & temperando, effectus quosdam inusitatos & admirandos producens quæ quandoque humano studio comparatur, quandoque per reuelationem à Deo, vel angelis bonis, quandoque ex dęmonis opera ijs tradita qui seipsis fœdere impio deuixere. Et quod adsit Magia naturalis, quæ vsu quarundam rerum naturalium mira agit, clare patet, cum sint multæ virtutes rerum naturalium occultę, rerum mirabilium effectrices, quas si quis bene nosset, & ad vsum aptare sciret, mira efficere valeret, quę dęmonũ opera acta crederentur, & tamen naturalia essent. Vnde Arist. librum scripsit de admirandis auditionibus, & de miris naturę operibus etiam Plinius agit maxime lib. 2. naturalis historię. proclus. lib. de sacrificio. D. Aug. lib. 21. ciu. c. 4. 5. Alb. Magnus. lib. 2. Mineralium. tr. 2. c. 1. 11. 17. Ficinus. libr. 4. Theol. Plat. c. 2. & inter cętera Plin. d. lib. 2. c. 96. d. quod prope Harpasa oppidum Asię stat causis hc r-

rēda vno digito, mobilis, quæ si toto corpore impellatur, resistit, & duo montes sunt prope flumium Indum, quorum vnus omne ferrum trahit, alter respuit, qui & c.105. d. ignem in Naphtā visum circa Babiloniam, statim insilire, & c. 107. d. in Nimphęo exire è Petra flammam quę pluuijs accenditur, & Remora piscis paruus nauigia licet magna ijs adhærens currentia sistit, vt d. Arist. lib. 2. de hist. anim. c. 14. & Plin. lib. 32. c. 11 & multa alia huiusmodi quæ recenset Pererius lib. 1. de Magia. c. 3. qui & alia de hominibus refert ex B. Aug. lib. 14. ciu. c. 23. quod quidam ea quę comederant varia & integra, præcordijs parum cōtrectatis, exuomebant, & quod Archimedes spheram fecit quæ omnes cœlestium orbium conuersiones suis motib. repræsentabat, vt d. Cic. lib. 1. Tuscul. q. qui pariter nauem onerariam, vi quadā multiplicię machinę ad se trahebat, & cū Romani Siracusas obsiderent, terribiles omnis generis machinas magiæ naturalis vi, & tela confecit, vt magnam hostium stragem ederet, qui putarent se contra Deum pugnare, & Archita Tarentinus columbam fecit è ligno ita libramentis suspensam, & aura spiritus repletam, vt volaret, vt ibi. d. Pererius. Quod vero attinet ad Magiam naturalem Dei beneficio inditam, clarum est Salomoni perfectissimam rerum omnium naturaliū cognitionem infusam, per quam verisimile est eum mira fecisse, vel facere potuisse, & ideo eum instituisse occulta quædam remedia ad morbos pellendos, & dęmones fugandos, vt inquit Ioseph. lib. 8. de iudaicis Antiqu. licet modus ille quem ij adhibebant in dęmonis expulsione non liceret, vt ibi. d. Perer.

Magia naturalis discitur dęmonum auxilio quandoque, vt fecerunt Magi Pharaonis, & omnes fere qui hodie eā exercent, cum sint homines improbi, & philosophiæ ineruditi, vt ibi. d. Perer. Altera est Magia non naturalis, eo q. nullo modo per causas naturales effici potest, ideo referri debet ad aliquas substantias incorporeas, quæ occultè cum ipsis Magis, ex pacto operantur; Magi enim quandoque formant statuas e ligno, vel alia materia, quas faciunt moueri, & quandoque loqui, & responsa dare, & ad diuersas quęstiones respōdere, vnde cum illę operationes sint tantum animalium perfectorum, & quandoque hominis, nec ibi anima humana aut animalis esse possit, cum illę statuæ non possint esse animæ subiectum, oportet quod illę operationes ab aliquo dęmone, qui ibi lateat, proficiscantur, qui & præterea occultissima quædam manifestant, quæ ratione humana nota esse non poterant, vt furta clam facta, Thesauros absconditos, res quæ fiunt in remotissimis regionibus, quę præterita diu sunt, & quandoque futura, quę sunt opera mentis sublimioris quàm humanę, vt & faciunt quod fores repente aperiantur, & quod homines ex aspectu hominū eripiantur, vt de Apollonio Tyaneo contigit, qui cum esset in prætorio ante Domitianum Imperatorem, statim ex oculis omnium euanuisse dicitur, quæ omnia faciunt Magi certis vestibus induti, describendo certos caracteres, quędam verba vel voces emittendo, quæ ex se non habent vim mouendi rem corpoream, sed tantum animos, vnde oportet quod operatione dęmonū id fiat, nec id esse potest opus Angeli boni, cum velint sibi sacrificium offerri, Thurificari, & adorationem præstari, quæ omnia Angelus bonus auersatur, volēs ea tantum summo Deo præstari. Apoc. 19. Magi p̄terea sunt homines flagitiosi & artibus magicis abutūtur ad malum inferendum, vt adulteria, furta, homicidia, neces infantium, & miscent mendatia quibus omnibus boni Angeli cooperari non possunt, præterea homines non possunt imperare Angelis bonis, Magi vero ijs spiritibus imperant, vt adsint, ne discedant, opem præstent, includantur in annulo, &c. quod fit potestate dęmonum superiorum, cum quibus magi fœdus habent, qui eos cogunt obedire Magis, vel quod fingunt se cogi vt decipiāt, quæ licet dęmones non faciant nisi sub certis constellationibus herbis, lapidibus, figuris, & c. id agunt, nō quod aliter id agere non possint, sed vt sic decipiunt

Magos,

Magos & in errorem inducant, quòd ijs rebus adsit aliqua diuinitas, & eas adorent, vt à Dei cultu auocentur; vel quia opera rerum naturalium dęmones ea faciunt, icirco obseruant certas stellarum constellationes in ijs agendis, vt d. Perer. d. lib. 1. c. 4. & 5.

3 Magorũ effectus q & an veri vel ficti.

Aduertendum autem, quod non oĩa, quę de magis sunt scripta vera fuere, sed multa conficta, & falsa, vt ficta sunt quæ Ouidius dixit de Circe & Medea; & de socijs Diomedis in aues conuersis, & huiusmodi, tametsi negari nõ possit multa mira facta à magis, vt legitur de magis Pharaonis. Ex. 7. & de Phitonissa quæ suscitauit Samuelem 1. reg. 28. vt & Simon magus multa miratu digna edidit, vt d. Iustinus Mar. in Apolog. Iren. lib. 1. contra Valent. & alij, de quibus. Perer. d. li. 1. c. 1. & infra dicetur.

Aliqui præterea effectus magorum vere naturales sunt, opera enim magorum Pharaonis vera fuerunt, vt patet. Ex. 7. & assentitur orig. & B. Aug. dęmones enim naturali solertia, & scientia cũctarum rerum naturalium, quam ob peccatum non amiserunt, & experientiã, occultas & mirandas rerũ facultates norunt, & ipsarum rerũ sympathiam, & antipatiam, & quomodo simul applicari & temperari debeant, vt miros effectus producant, & per magos suos ministros præstent, vt testatur Aug. lib. 3. de Trinit. cap. 7 8. lib. 83. qq. q. 79. vnde mater Deorum cum Romam è Phrigia esset delata, ita hæsit in Tiberi, vt nec hominum nec boum vi inde demoueri posset. vt d. Plin. lib. 28. c. 2.

Multa tamen opera ex his simulata sunt, hominum aspectus fallentia, nudam imaginem habentia earum rerum quas referebant, non autem veram illarum naturam, vt fuere Metamorphoses quas B Aug. lib. 15. ciu. c. 17. 18. de socijs Vlissis à Circe mutatis in varias feras, de socijs Diomedis in aues cõuersis, de Arcadibus transformatis in lupos; vt & Philostr. li. 4. c. 2. narrat accidisse Apollonio, cui cum cõuiuium splẽdidissimum paratum esset, & comedere vellet nil inuenit, vt & habetur in cap. Episcopi. 26. quæst. 5. cum nec dęmones possint inducere formam in materia, vt d. Ric. D. Bonauen. D. Tho. 2. dist. 7. q. 2. & p cõsequens nec suscitare mortuos. vt d. Perer. d. li. 1. c. 2. in fi. & Guil. d. dist. 7.

4 Dęmones q̃ opera facere possint, vel non.

Aduertendum vlterius dęmones aliqua posse agere, aliqua non, & per consequens magos qui eorum opera, & auxilio vtuntur, pari ratione, possunt ergo, primo, dęmones per se ex vno loco in alium moueri maxima celeritate, vnde diabolus. d. Iob. 1. 2. Deo interroganti, circuiui terram & perambulaui eam, & Matth. 12. habetur spiritum nequam perambulasse per loca arida, & inaquosa.

Secundò, potest dęmon alia quoque corpora ex vno loco in alium trãsferre, dęmones enim per peccatum non amiserunt naturalia, vt ait Areop. de diu. nom. p. 3. c. 4. D. Th. 3. p. q. 64. art. 1. sed Angelus Habacuc prophetam capillo apprehensum ex Iudea in Babiloniam transportauit Dan. 14. & idem transtulit Dominum in mõtem excelsum. Matth. 4. sequitur D. Tho. 2. dist. 8. q. 1. art. 7. & ibi D. Bon. q. 2. quia cum natura spiritualis sit superior corporali, oportet q̃ ei natura corporalis obediat quo ad motum localem per quem nulla forma ponitur in remota, & eo maior virtus inest vni dęmoni mouendi plura corpora quàm alij, quo est superioris gradus.

Quo vero ad modum mouendi, dęmones immediate mouent corpora, vt intelligentiæ orbes cœlestes, secundum locum; secundo, mediate quatenus per causas naturales applicando actiua passiuis ex varijs locis collectas, miros producunt effectus, qui immediate proficiscuntur ex causis naturalibus, mediate vero per dęmones qui illas causas præsentes fecerunt, & materijs, quę ab illis aptatę pati sunt accommodatæ.

Quo porro ad ea quæ dęmon in particulari facere potest ea multa sunt, & miranda.

Primò, enim potest ignem ex superiori aeris parte demittere quo multa consummat, & ventos immittere vehementes qui diruãt ædificiã, vt legitur fecisse. Iob. 1. & grauissimas pcellas & tẽpestates in mari excitare, vel aquas ab imo

mari cõmouendo, vel per ventos cõcitatissimos; & etiã potest terrã magnis motibus concutere, vel mittendo aliquem spiritum in cauernas terræ, ibiuè existẽtem vehementer agitando.

Secũdo, potest homines & animalia, & alia corpora ex vno loco in aliũ q̃uis remotum transferre, vt fecit Simon magus qui per aerem volabat, & quandoq; visi sunt serpentes, & homines per aera volantes.

Tertio, potest subito res p̃sentes subtrahere è cõspectu hominũ, vt de Apollonio est traditum supra, & de Gige, qui se reddebat inuisibilem, vt d. Plato. 2. de rep. Cic. li. 3. de off. dęmonum artificio, & non vi annuli quem gestabat, vt ipsi dicunt, si modo id fuit.

Quarto, potest efficere vt statuæ ambulẽt more hominum, dęmone eas mouente, & motũ moderante, vt de pincernis æreis legitur qui apud Iarchã p̃sente Apollonio per se mouebantur, & mensis ministrabant, pocula & fercula conuiuis suo loco & tempore præbentes.

Quinto, efficere potest, vt statuę, arbores, & aĩalia more humano loquantur, vt de simulacro Iunonis tradidit Valer. Max. lib. 1. c. vlt. q fieri potuit, qui & d. simulachrum fortunę bis locutum esse, & bos dicitur consl. Caio Volumnio, & Seruio Sulpitio locutus esse more humano, & arbor salutasse Apollonium dum esset cum Gimnosophistis Aethiopum, vt d. Philostratus, quæ efficit dæmon formando illos sermones articulatos & humanis similes prope, vel intra illa corpora, vt Angelus fecit quod Asina balaam loqueretur. Num. 22.

Sexto, efficere potest, vt animalia mirabili ratione se moueant, & aliqua agant quæ sine intelligentia, & ea solerti fieri nequeunt, vt de serpente æsculapij refert Valer. Max. lib. 1. c. 8. qui videbatur rationis expers, & de Leone qui ad Apollonij se abiecit pedes plorãs, cũ dixisset Apollonius eum fuisse quondam Amasim regem Aegipti, quod opera dęmonum est effectum, vt homines in errore transmigrationis animarũ de corpore in corpus, vt recitat Philostratus. lib. 5. cap. 15. detineret.

Septimo, efficere potest vt corpora hęreant, & leui via moueantur, vt legitur de Claudia Vestali, quæ cum nauis ita in Tiberi insideret, vt multi homines eã à loco dimouere non possent, ipsa sua Zona, quo volebat, nullo labore eam traxit, vt & Tuccia Vestalis aquam Cribro à Tiberi ad capitolium portauit, q̃ opera dęmonis facta sunt, qui nauem mouebat, & aquam suspendebat.

Octauo, efficere põt vt globus igneus prope aliquem appareat subito, vt contigit Seruio Tullio ex cuius dormientis capite flamma exibat, vt ait Plin. lib. 2. c. 107. q & Martio, Scipionibus interemptis, & ad vltionem milites accendenti, concionanti, contigit.

Decimo, potest aquas fluminis diuidere, & retro pellere, vt Plin. li. 2. c. 103. d. suo tempore accidisse.

Decimo, potest varia corpora varie formata assumere, & ea mouere, ita vt videatur homo, Agnus, leo, vel aliud animal, ad homines terrendos & decipiendos, vt S. Antonio contigit, & castor ac pollux visi sũt pugnantes acies hostium Romanorum fudisse, vt d. Valer. lib. 1. cap. 8.

Vndecimo, põt repræsentare varias figuras cuiuslibet rei, auri, gẽmarum, dapum, hoĩum, qui ex aere cõdensato, vel alia quauis materia, cuiuslibet rei figuram effingere potest, vt d. D. Bon. 2. d. 8. q. 2. & hęc quo ad figuram, quę tñ non sunt omnino similia corpori humano quo ad tactum, cũ frigida sint, nec solida, licet quo ad vocẽ motum colorem, sint similia humano, vt d. Perer. lib. 8. in Gen. 3. disp. nu. 77. 78. qui & d. non esse in eo mollitiem corporis humani, nec durities ossis, nec rigor nerui, & arteriæ asperitas, cum sit aereum, vt ibi. d. vsq; ad nu. 84. Tomo 2. qui & ob id tactu. d. facile dignosci posse eos dęmones esse, quòd frigidissimi sint, &c.

Duodecimo, põt commouere & conturbare humores, vel spiritus q sunt in corpore humano, & disiũgere partium cõnexiones, vnde graues cruciatus oriãtur, vt ijs cõtingit q à dęmonib. vexantᷣ.

Decimotertio, potest spiritus aĩales qui seruiunt agendis functionib. sensuũ

interiorū, ita mouere & conformare, vt quasdam res p̃teritas, pñtes vel futuras repſentent, & ẽt põt eoſdem ſpiritus q̄bus inſunt ſpecies rerū ſenſibilium extrinſecus p̱ ſenſus interiores impreſſę, vſq; ad exteriores ſenſus deuoluere, ita vt ẽt qui vigilant, videantur ſibi aliquid videre, audire, & facere quod reuera non eſt, vt etiam in freneticis euenit.

Decimoquarto, poteſt dormientium phantaſmata mouere, & cõformare ad repſentandū aliqua futura, q̃ dęmones cognoſcũt eſſe futura, vt decipiãt hoĩes fidẽ hñtes ſomnijs, vt & põt partẽ ex interiorib. aĩalium vt cor, auferre vt decipiat. de q̄b. Valer. li. 1. c. 1. Cic. li. de diu.

Decimoquinto, põt ſenſus exteriores immutare & ſeducere, primo, extrinſecus obijciẽdo ſenſib. varia ſenſibilia nõ vera, ſed ſolũ eorũ imagines & ſimulacra, vel intrinſecus commouẽdo ſpũs & humores, quorũ cõmotione ẽt ſenſus exteriores varie afficiuntur & turbantur, vt non recte iudicent de ſuis obiectis.

Decimoſexto, põt varias paſſiones amoris, odij vel timoris vehementer excitare in hoĩe, idq; vel obijciẽdo ſpẽs rerũ, q̃ plurimũ valent ad tales paſſiones excitandas, vel interius mouẽdo phantaſmata ad tales res repręſentandas, vel agitando & accendendo humores, qui ſunt harum rerum materia, ſcilicet ſanguinem, vel atram aut flauam bilem.

5 Dęmones quo pacto mira faciant.

Quę quidẽ licet poſſint dęmones facere naturaliter, id tamẽ actu nõ agunt niſi quatenus per diuinã prouidentiã eis eſt permiſſum, hñt. n. potentiã à Deo reſtrictã & quaſi ligatam, quã qñdoq; Deus illis laxat, ad exercẽdos bonos, vt patet. c. 1. 2. Iob. vel malos puniendos. 3. reg. 22 Et prędicta agit dęmon per motũ localẽ. Altero porro modo vel actione dæmonum q̃ nõ eſt motus localis, ſed eam cõſequitur, ſ. per actiones cauſarum naturaliũ, quas dęmones inuicẽ applicãt, & componunt, mira ẽt dęmones facere poſſunt ſunt. n. q̃dã ſingulares virtutes in certis aquis, terris, ſuccis, gemmis, lapidibus herbis, lignis animalibus, & in ipſo corpore hominis, ignotæ hominib. incredibilium fere operũ effectrices, de q̄bus ſupra eſt actũ, & multa reperiuntur apud Solinũ, Pliniũ, & Alb. li. de Mineralib. & aĩalib. Quę quidẽ virtutes in quibus reb. naturalibus inſint, vbi locorũ, quibus cum reb. miſceri, & tẽperari debeant, quo tp̃e, dęmonibus eſt notiſſimum, quas ẽt mira facilitate & celeritate transferre poſſunt, & ex ijs producunt effectus qui hoĩbus videntur miri, quia noui & inuſitati, & modus operandi dęmonum occultus eſt & inuiſibilis, & accipiunt res illæ virtutem maiorẽ, vt inſtrumenta ex dęmonib. qui ijs vtuntur prout procedunt ex arte operantis, vnde poſſent ſanare plures morbos incurabiles mira celeritate, tum quia norũt omnes morborum cauſas & affectiones etiã abſtruſas, tũ quia ſciunt oĩa genera remediorum, & idoneã eorum applicationem, non tñ oẽs poſſent ſanare, cum aliqui morbi ſint ſimpliciter creatę naturæ incurabiles. vt d. Peret. d. lib. cap. 5. Sunt tñ multa q̃ dęmon nec per magos, nec per ſeipſum põt efficere, primo. n. non põt deſtruere, vel ſubuertere ipſum vniuerſum, cũ ſit eius pars q̃ non habet vim in totũ cuius eſt pars heb. 2. D. Th. de potentia. q. 16. ar. 8. nec ẽt põt ſubuertere ordinẽ vniuerſi, cum bonũ vniuerſi ſit ordo, nec poteſt pturbare vel ſuis locis mouere p̃cipuas partes orbis ex quibus eius integritas coaleſcit, nec ſiſtere cęlũ, vel eius motum in contrarias partes agere, nec aliquod elementũ ex vno loco in alium transferre, nec facere vt detur vacuum, nec põt mouere quodlibet corpus quãtalibet velocitate, & minus in inſtanti, cum habeat uim motiuã definitã, nec facere, vt duo corpora ſint ſimul in codẽ loco, vel vnum corpus in duobus locis ſimul, vel q̃ vnũ penetret dimenſiones alterius, nec diſtans à corpore mouere ſecũdũ locum, aliter poſſet mouere per vacuum, nec transferre corpus ab extremo ad extremum & nõ per mediũ. Quo vero ad actionẽ dęmonis mediatã per applicationẽ, non põt immediate introducere vllã formã ſubſtantialẽ vel accidentalem, quia cum ſit incorporeus nõ põt alterare materiam corporeã, vnde formæ naturales educũtur, ſecundo, non põt aliquid creare ex nihilo, cum id requirat infinitã virtutẽ,

nec ex quolibet facere quodlibet, nec p quamlibet cām, vel instrūm quemlibet effectum producere, cum nec medicus per q̄ vult sanet, tertio, nō pōt producere formas substātiales non p̄missis alterationib. & dispositionib. nec eas ī instāti vel q̄tumlibet paruo tpe producere, nec q̄libet rē naturalē immediate in aliā ēt cum causis naturalib. trāsmutare, quarto, non potest aīalia pfecta sine semine producere, sed sic visa sunt tm̄ eorum simulacra, quinto, nō pōt perfectum aīal scdm eius virtutē & magnitudinē subito producere, nec agere ea ad q̄ virtus agētuum naturalium nullo modo se extendit, sexto, non pōt immutare ordinē qui est inter formas & dispositiones rerū naturalium, vñ non pōt mortuos ad vitā reuocare, septimo, nō pōt impedire ne agens naturale habens oīa requisita ad agendum agat, vt d. Perer. d. li. 1. c. 6. Quo porro ad dęmonis scientiā, licet p species inditas oīa naturalia cognoscat, q̄ naturaliter cognosci pñt; non cognoscit tñ futura contingētia q̄ pendent ex libero arbitrio, vel hñt causas contingētes adutrūlibet, q̄ tñ hñt causas naturales certas vt ecclipses cognoscit, qui & nō cognoscit cordis occulta, nisi per aliqua signa coniecturaliter, cognoscit tñ p̄ientia ēt q̄ remote fiunt, vt dixi. tra. de cas. res. cas. 8. in principio. Non pōt & generare, nec habet semen prolificum, q͏ est residuum alimenti, & si quid generaret ex muliere non generaret tamen hominem vt probat Perer. lib. 8. in Gen. disp. 2. nu. 55. cū seq. 2. to. qui & disp. 3. seq. licet dicat dęmonem vt incubum, posse coire cum mulieribus & vt succubum cum viro, d. tamen quod semen q͏ accepit à viro vt succubus, si immittat in mulierem, non posse inde generare, cum extra vas manens aliquantulum; vis illa genitalis exhalet & euanescat, cum illa pars seminis virilis quæ est prolifica, sit velut aerea. i. tenuissima subtilissima spumosa, vigens calore tenuissimo simili calori siderum, vnde illa pars est facillime dissipabilis, & expirabilis, qui & d. dęmonem non sentire voluptatem ex re venerea, sed ea delectari ob hominum pernitiē, cum valde afficiat.

SVMMARIVM.

1 Magos quę opera fecisse legatur, & an omnia facta, vel ficta fuerint.

De operibus magorum & maleficorum. Cap. XVIII.

TAmetsi ex supra relatis satis colligi possit quę opera magi, & malefici opera dęmonum agere possint, attamen ad alia singularia transitum faciēdo, legitur eos susurris, veneniſue homines occidere. in §. item lex Corneliæ. Inst. de publ. iud. quod & Plato asserit. lib. 12. de legib. & D. Aug. lib. 18. ciu. Dei. c. 18. d. se audiuisse esse mulieres veneficas, quæ dato caseo homines statim conuerterent in iumenta, quę necessaria portarent, & eosdem finito opere in hoīes restituere; quod & testatur alius in eius libro q̄d & de Circe quæ Vlissis socios venenis, & edulijs in varias ferarum formas mutauit, tradit Hom. Odiss. 10. quæ de moribus intelligi debent, vel quod demon homines illos sustulerit, & ipse cum alijs demonib. varias ferarum formas susceperint, & post hoīes illos restituerint, cum & has metamorphoses sic simpliciter intellectas irrideat Plin. li. 8. c. 16. Apollon.[s] ēt Rhodius refert ēt Rhod. 3. Argonauti. d. ab Hecate Mędeā doctū miscere pharmaca, quibus ignis immensi flamma extingueretur, & fluuius sisteretur, & Plin. li. 26. c. 4. d. eos ex medicis herbis venefacia facere, ex viribus naturæ, quibus multa mala peragunt. Ijdem quoq; fascinant sponsos ne coire possint, Gen. 31. quod & contigit Amasi Regi Aegiptiorum qui non potuit concūbere cū Ladice vxore sua, licet alijs mulieribus vteretur, donec vxor statuam Veneri Citenas misit, vt scribit Herod. libr. 2. quod contigit & Theodorico regi qui Iustam vxorem filiam regis Hispaniæ integrā ad patrem remisit, vt d. Paul. Aemil. libro 1. hist. Franc. in Clodou. 2 tertio, possunt magi Thesauros ostendere, furtaque secreta, & infirmitates sanare, quo-

1 Magos q̄ opera fecisse legatur, & an oīa facta, vel ficta fuerint.

quorum tamē opera in his vti prohibitū est. c. nō liceat. 26. q. 1. l. 1. C. de Thesau. lib. 10. c. 2. de sortileg. qui & impostores dicuntur, in l. 1. §. impostores. ff. de var. & extr. quarto, refert Marsi. Chrum. lib. 8. de reb. polon. Tartaros arte Magica vicisse aciem pij Regis Poloniæ, & φ eorum signier gestabat vexillum, quod eum quateret, emittebat fumum & nebulam densissimam & fœtidissimam, φ aspectum polonis auferebat, & exercitum perturbabat, & alius in Anastasio. d. Bulgares incantationib. Romanos cęcidisse & vicisse, & Lothilda Maga hostes filij sui incātationibus deleuit, quod & fecit Heligastus sacerdos Idolorum, vt ait. Tritem. li. 2. Bren. ann. Franc. in rege 18. vt olim & Heliseus Dei reuelatione & ope arcana regis Siriorum detegit regi Israel, & eos execęcauit, donec deduxerit eos ī Samariā. 4. reg. 6. & Philostr. li. 2. de vita Apollonij. d. Magos eorū ciuitatem tuētes quæ erat intra Hypasidem, & Gangem flumos tonitruis & fulminibus à dęmonibus susceptis, in hostes illa emittere, & Herculem Aegiptium eam obsidentem fugasse, quarto, legitur apud Tritem. loco cit. in reg. 18. Hiligastū pdictū ijs peractis, omnibus spectantibus disparuisse, φ & fecit Bazanus Rex, ostenso Ione visibili supra templum, & filio in regem designato, vt ij dicunt, quinto, dicit & Suidas. verbo. efesia littera, d. Milesio & Ephesio certantibus, Milesium luctari nō potuisse, quia alter iuxta talum litteras ephesias habebat, quibus inuētis & demptis ephesius cōcidit, sexto, refert D. Hier. in vita Hilario, cū Italicus quidā equitum esset ductor, fuisse quendā maleficū qui eius equos incātationibus sistebat, & suos ad cursum concitabat, qui cū ab Hilarione auxiliū Italus petijsset, accepta aqua ab Hilarione, equos respersit & solutū est maleficium ac vicit, septimo, dicitur & Magos qui & malefici dicūtur permissu Dei ita turbare homines, vt sine vllo veneni haustu solis carminibus interimant. c. nec mirum. §. magi. 26. q. 5. vt d. Lucanus. lib. 1. mens hausti nulla sanie polluta veneni, excantata perit. & Virg. lib. 4. Aeneid. hęc se carminibus promittit soluere mentes, quas velit. & Gagarinus. lib. 7. hist. in vita Philippi Hucrini cum Enguer. ranus quidam quęstor expilasset Thesaurum regium, & in carcere detineretur eius vxorem recurrisse ad artes magicas, adhibito quodam Pauieto malefico & claudia ei⁹ vxore, qui simulachrum cereum ad formam regis & Caroli Valesij se habens ad modum languentis, arte demoniaca confecit, φ nisi detectum fuisset, macie certo tēpore perijssent, quo detecto prædicti malefici morte cum Enguerrano mulctari sunt; & sortilegæ dicuntur visu etiam tantum pueros & agnos necare, cū spiritus mali inficiant aerem proximum donec perueniat ad terminatum spatiū. d. & Gell. lib. 9. c. 4. esse in Africa familias hominum lingua fascinātium, qui si impēsius laudauerint, pulchras arbores lętas segetes, infantes formosos, vel equos pecudesue, hæc oīa statim perire, octauo, dicitur magos quoq; incantationib. lędere fruges, & pellicere eas vt ex aruo vicini in alium eant, vt d. Plin. lib. 18. c. 6 & ob id lege 12. tabularum pœna est inflicta ei qui fruges excantasset, vt idem. d. li. 28. c. 2. & li. 30. c. 1. qui & li. 17. c. 25 d. Oliuetū Vectij Marcelli viā publicā transgressum, & in alio agro sedem posuisse, qui & li. 28. c. 2. d. prohibitum esse ne mulieres p viā ambulantes torqueāt fusos, vel detectos ferāt, φ noceāt bonę spei frugum, nono, fertur & magos amatorias incantationes adhibere quib. pudici animi ad libidinem alliciātur, vt hr̄ in l. 4. C. de malef. vt narrat Niceph. li. 5 hist. ca. 27. de Cipriano prius mago qui Iustinam magicis artib. ad se allicere conatus est, q̄ orationib. vigilijs, & ieiunijs eū deuicit, & ipse est conuersus ad Christi fidē libris magicis in ignē iniectis, & D. Hier. ī vita Hilar. d. fuisse iuuenē emporij Gazensis qui virginem deperibat, qui formatis quibusdam figuris, statim puella amore insaniuit, & eū semper inclamabat, donec per hilarionē est curata, & vir factus anachoreta φ & Virg. significauit, cum Egl. 8. d. ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnim, q̄ maleficæ ad pdicta agenda characterib. & etiam rebus sacris ac Eucharistia

abutuntur, vt d. gl. in c accusatus. §. sane de hęret. Grillan. tr. de sortil. q. 3. num. 19. 21. 22. & q. 5. nu. 8. sunt & aliqui malefici qui pocula amatoria dant ad amorem, ex quo Caligula dicitur in furorē conuersus, vt d. Sueton. in Calig. cap. 50. quæ tamen non habent vim id agendi, cum hominis voluntas libera sit, sed id faciunt dęmones, quia sunt inimici salutis hominum, & gaudent honoribus sibi impensis, maxime id agēdo erga personas fragiles, & ad Venerem propensiores. c. 2. de cland. despons. c. forus. de verb. sig. decimo, dicitur magos elementa magicis artib. turbare posse. l. multi, C. de malef. & habetur in li. qui dicitur onus. c. 17. §. 12. vnde Dio. Cass. libr. 56. hist. d. dū Gn. Sidius Geta cōtra Salabū ducē expeditionē faceret, nec aqua esset ad sitim sedandā, quendam incantationibus multā aquā è cęlo elicuisse, qđ fecit & Arnuphis ægiptius, vt d. Suidas. Ver. Arnuphis. qui & d. Corinthi fuisse familiam, quæ ventos sopiebat, quod & Empedocles fecit, vtribus ventos excipiendo, qui & dicitur tradidisse pausaniæ medicamentum ꝙ per 30. dies corpus seruaret sine spiritu & sine cibo, vt idem Suidas ait, & Virg. ecclog. 8 & Lucanus. lib. 6. asserunt veneficas carminibus aerem & sidera afficere, vndecimo, dicitur magos se posse transformare in varias formas animantium & stirpiū, vt de Proteo. d. Diod. Siculus. libr. 2. Bibloth. & Hom. Odiss. 4. & Virg. 4. Georg. quod & Circem facere de hominibus. d. Hom 10. Odiss. & Plut. in Gryllo. & de Arcadibus dr̄, qui dū transnatarent quoddā stagnū, cōuertebantur in lupos, & post. 9. annos, renatantes, reuertebantur in hoīes, vt d. Plin. lib. 8. D. Aug. 18. ciu. c. 17. quod & Pomp. Mela. lib. de situ orbis, de Neuris Scithiæ Europę gente contingere ait, quę tñ reuera non sunt, cū nec anima, nec corpus humanū in ferinū potestate dęmonū possit cōuerti, sed id fit phātastice, dū dęmon varias corporū formas sumit, hoībus illis interim sopitis, vt docet Aug li. 18. ciu. c. 18. vt est id ēt ꝙ d. Luitpr. de rebus per Europā gestis, Baianū filiū Simeonis regis Bulgarorū, se lupū vel quęcunq; vellet facere, & se inuisibilem reddere, vt inquit Tritem. in Cron. Mon. Hiosgamneus. & de Xenophonte. d. Athęn. lib. 1. dipnos. c. 14. ꝙ ignē sua sponte nasci faciebat, & de Simone Mago. d. Niceph. li. 2. hist. c. 27. 36. Aug. ep. 86. qđ faciebat statuas se mouere, & vasa domestica se transferre, & ꝙ flāmis circundatus non vrebatur, & ꝙ ex lapidibus, fuco hoībus obiecto, panes faciebat, & in diuersa animalia mutabatur, in aurum se transformabat, fores clausas dicto aperiebat, ferrea vincula frāgebat, morbos inferebat dapes & simulachra varia faciebat apparere, donec oratione D. Petri Christi nomine inuocato, ex aere est detrusus, & confractus, vt d. Arnob. lib. 2. contra gentes, & Abdias Babil. li. 6. hist. apost. d. ꝙ magi zaroes, dū apud persas p̄dicarēt Apostoli Simō & iudas, producebāt serpentes, & mutos reddebāt loquētes, q ab apostolis victi sunt, & saxo in hist. d. ꝙ Craca mulier appositas dapes in aliarū formas rerū mutabat, d. & Trite. loco cit. Zedechiā magū videri comedere hominē armatū, & currū cum equis, & caput alicui videri abscindere, & eū reuiuiscentē ostendere, & alia q̄ refert. D. Aug. li. 10. ciu. c. 16. duodecimo dicit magos morbos curare cū superstitione, vel sine, adhibitis virtutib. rerum naturalium occultis latenter, vel sublatis impedimentis sanitatis, ꝙ & tm̄ ad tēpus qñq; faciunt, ijsdē in morbū reincidentibus, vt de Adr. Cęsare refertur ꝙ aquā intercutē qua laborabat, incantationib. eduxit, q̄ tamen redijt. vt d. Dio. Cass. in Adriano, vt ēt de eo dr̄ ꝙ cum mulier eius iussu aqua alicuius fani se lauisset, visum recepit, ꝙ & de Alio cęco fecisse. d. Spart. in Adr. q̄ tñ oīa conficta fuisse. d. Marius Maximus, vt & d. Xiphil. ex Dione in Vespas. Vespasianum cęcum hoīem sanasse, & alterū cui manus erat imbecilla. & Strabo. li. 15. Geophr. d. circumire per indiā incantatores qui medicare creduntur, & Plin. 28. cap. 2. refert carmine plures morbos sanatos, quod & pro luxatis. d. Cato, factum lib. de re rustica. cap. 160. & refert etiam alius in eius libro. Qui tamen modi curandi cū ex arte magica prodeāt, respuuntur &

ab

ab Hippocrate.li.de sacro morbo,& puniebantur qui talia agebant,vt Ammia. Marcell.li.16.& Aelius Spartia.in Antonino Caracalla, q̃ & figmẽta esse magorũ.d.Plin.li.28.c.4.duodecimo dr̃ & magos seu dęmones, vt hoĩes decipiant,ex materia quam ipsi norũt, spectra diuersa in aere formare, ita vt ibi videantur exercitus,radijs mediantibus, & voces vel fletus edere, vt refert Aristophanes de Proteo, in Ramis, q vtsup.in varias formas animaliũ se mõstrabat, nunc hominẽ nunc bouẽ,nũc canẽ,nunc speciosam mulierẽ,apparent.n.dęmones sępe nõ vt sunt,sed ludicris inuoluti mõstris. vt d.S.Chris.in Ps.41.vt de spectro lilith dr̃,& Philostr.lib.4.de vita Apoll.refert dęmonẽ in forma hominis senis Ephesi pestem disseminasse,quem cum Appollonius detexisset, iussit lapidibus obrui. & Suet.lib.1.de vita B Martini,d.apparuisse dęmonẽ cum diamedare & splendore,dicẽtem se esse Christum, ꝙ tamẽ detectum fuit,& alia exempla huiusmodi tradit Niceph lib.14.hist.eccles.c.40. Socr.lib.2.hist.trip.cap. 9 Ex prædictis multa sunt confecta,& tantum apparentia,dum demones ex aere vel alia materia formant corpora se mouentia, & vocem edentia, licet non perfectam, cum ea corpora careant organis completis. vt d.D.Thom.2.d.8.

SVMMARIVM.

1 Necromantici quę se posse efficere glorientur,& qui ij sint, quæuę facere nequeant.
2 Alchimicum aurum an arte,vel dęmonis opera fieri possit.
3 Cabala magica an vera sit, & licita.

De Necromanticis. Cap. XIX.

1 Necromãtici quę se posse efficere glorientur, & q ij sĩt, & quę facere neqãt.

NEcromãtici 1.d.se aĩas mortuorum euocare posse, maximeeorum qui scelestę vixerunt, vel violenta morte perierunt, ex quibus dicunt q ij sĩt, & se cognoscere multa occultissima, vel etiã futura, vt testatur Porphirius li. 2. de abstinentia animalium, ꝙ Plin.li.30 c.2.ait osthanẽ exercuisse,ꝙ apud quosdam fiebat per quandam herbam, ꝙ & Homerus sentit libr.11. Odyss. & Virg. lib.6.Eneidis. d. Euridicem ab Orpheo excitatam ad superos.

Sed hę mortuorũ apparitiones Necromãtica arte factæ fictæ fuere,& imaginariæ, sed dęmones tales se ostẽderũt Necromanticis eos cõsulentibus,vt erãt hoĩes mortui inuocati, dum inter viuos essent,habitu,specie,ętate,voce, & affectu,cum anima separata naturali vi nõ possit mouere secundum locum nisi corpus ꝙ informat, & viuificat.vt d.D.Th. 1.p.q.117.ar. 4. vnde animę mortuorũ, non possunt assumere corpora,nec cum illis ad viuos venire; Necromantæ prętere a non habent uim in animas, quæ sunt in cœlo nec in purgatorio,cum sanctę sint,nec q̃ in inferno,cũ ibi ex diuina iustitia sint vt in carcerem detrusę ibi ęternas pœnas luentes, vnde inde eripi non possunt nisi Dei mandato, nec credibile est Deũ id concedere Necromãtis,per quos dęmon hoĩes decipere & à veri Dei cultu abstrahere nititur, idem sentit Tert.li.de anima.d.dęmones id simulare,& Vgo de S. Vict.li. 6.Erud.didascal.c.5. vbi late hãc fictionem dęmonum probat.Perer.lib.1. de Magia.c.11. Qui. c.12. quærit an per artem magicã verum aurũ fieri possit ab Alchimistis, qui tria dicit in sequentibus suam explicans opinionem,primo, nõ esse impossibile arte fieri posse verum aurum, vt & fit natura, tũ quia ignis quo vtimur non differat specie à calore cœlesti, & pulli alicubi calore igneo excudantur, vt d.ex.Iul.Scalig.exercit.23.cõt.Gard. & Plin.libr.33.c.4. testatur ex auri pigmento fieri verum aurum,secũdo, d.nõ phisice, sed moraliter loquendo,chimicam rationem efficiendi verum aurum esse impossibilem,vel fere,cũ experiẽtia constet vnum tñ, aut alterum hac arte verum aurum & probatum ac perfectũ effecisse,& ob id artem chimicam, lic & sit vtilis in distillationibus, in effectione tñ auri esse vanam noxiam & reipublicæ perniciosam, tum quia multi hac via ad extremam egestatem sunt deducti,tũ quia fit impostura, & falsitas ven

2 Alchimicũ aurum an arte, vel dęmonis opera fieri possit.

dendo aurum fictum & monetam fictã, ac gemmas pro veris, ex quo Respublica maximum patitur detrimentum, tũ quia verum aurum adhibetur in medicamentis vtiliter ad exhilarandum, & roborandum cor, chimicum verò nõ habebit huiusmodi proprietates, vel non ita vtiles, vnde cum periculo vitę in medicinis adhibebitur.

3 Cabala magica an vera sit & licita.

Idem etiam d. li. 1. c. 10. quærit an magia Cabalistica vera sit, & licita, quam aliqui asserunt traditam Moisi in monte Sina, & ab eo in alios per manus sine scripto descendisse, senioribus tantum communicata, & peritioribus legis, qua dicunt haberi veram intelligentiam sacræ scripturæ, & misteriorum sub cortice literæ contentorum, ab ore Dei acceptam, quam postea Esdras voluit vt scriberetur quia ob captiuitatem nõ poterat seruari ille ordo eam tradendi per manus, quæ scripta dicitur adhibitis septuaginta notarijs, & redacta in septuaginta principalia volumina, ea lege vt sapientibus tantum, & maioribus, quadraginta annis communicaretur, & dicunt hanc Cabalam continere vniuersam philosophiam diuinam, naturalẽ, & moralem, & omnium rerum doctrinam simbolice, non rationibus vel argumentis vtendo, sed numeris figuris, ac simbolis, obseruãdo figuras nomina elementa, apices, lineas accentus spiritus, cuiuslibet literæ, d. omnia habere profundissimam significationem, & qui ea pollet oĩa scire, naturæ imperare, cunctas res ei obedire, qua Moisen dicunt miracula fecisse, & alios prophetas.

Hãc tñ opinionem ibi Perer. improbat, dicẽs esse vanam, cum impossibile sit ad illos caracteres & voces homines, & res creatas moueri, maxime cũ caracteres linguę hebreę diuersi nũc sint à caracterib. q̃ erãt ante captiuitatẽ Babilonicã, vt d. B. Hier. ĩ ꝓlogo Galerato, qui & d. verũ nõ esse in lingua hebrea repiri voces q̃ rerũ oĩum naturas, infimas drĩas, & ꝓprietates exprimãt, & nõ sit significãtior hębrea lingua in reb. declarãdis, q̃ gręca, vel latina, & Moises ac Aaron ꝑ virgam eis à Deo traditã, & non per linguã hębreã miracula ediderint, vt ibi. d.

SVMMARIVM.

1 Lamiarum opera quæ, & an vera.
2 Lamiarum species quæ.

De Lamijs, & strigibus. Cap. XX.

1 Lamiarũ opera, & an vera.

Mira sunt quæ de Lamijs dicũtur, q̃ sępe tortę confessæ sunt, se certis diebus in desertis noctu cõuenire ex pluribus & diuersis oppidis & prouintijs vtriusq; sexus hoĩes, & ibi saltare, iocari, epulari splendide, cõcumbere, per auia eo duci, inebriari fatigari, dęmonum obsequijs initiare, & perniciem humani generis promittere quam postea exequantur.

2 Lamiarũ spẽs quæ.

Duæ autem sunt species sagarum, vt sciatur in q̃bus iudices nõ decipiantur, vna earum q̃ relicto Deo, imaginationibus tm̃, & illusionibus adhęrent & venenis vtuntur. Alia spẽs earũ q̃ exꝓsse fidei renuntiant, & sunt apostatę à Christo, vel dęmonib. se deuouerunt, q̃ mira agunt, in figuras aĩalium se vertere videntes, in cubicula ingrediuntur, inuisibiles q̃nq;, pueros suffocãt, vel strangulãt, & alia praua agunt, vnde Horatius od. 5. Epod. d. Vectabor humeris tũc ego inimicis eques, & Apuleius. lib. 2. de asino aureo. d. magam in mastellã transfiguratam. Dicitur etiam animam harũ mulierem abire corpore semianimi relicto, vnde anima redeunte, & corpore inuento cremato, velut vagina amissa, q̃nq; aõijsse dicitur, de q̃bus, & Plin. li. 7. c. 52. cum & sępe inuẽtę sint huiusmodi magę nudę in aliena patria, vt d. Grill. tr. de sortil. q. 4. nu. 26. 27. 28. non obstante. c. epi. 26. q. 5. dicente has esse illusiones, quia fieri potest, vt sint solum spectra & illusiones imaginarię, sed tñ reuera id fieri potest, cũ s. fieri possit vt corpus illud magę alio feratur, vt fuit factum de Abacuch. Daniel. 14. & de D. Philippo. Act. 8. & quod corpus relictũ semianime sit cõfictum, vel quod id sit corpus sagæ, sic sopitum, & dęmonem eius figuram alio tulisse, quia fieri non potest, vt vi dęmonis anima separetur à corpore, & ad idẽ recursum habeat, vel modis huiusmodi, & forte tpe illius canonis

nonis nondum experientia compertum fuerat id accidere posse, cum canon nō definiat ibi id fieri non posse, sed quòd erant illusiones fictitiæ, ꝙ esse potuit. & Olaus Magnus. lib.2. popu.septentr. c.2. d. in partibus septentrionalibus, de quibus scribit esse spiritus, qui se visibiles exhibeant, & in Islandia frequentiores, qui hominibus seruiant, & eorum equos ad pastū ducere, & reducere, nec detegi eorum insidias donec euanescāt; ꝙ & Viues.lib.de verit.fidei cath. d. de partibus noui orbis detectis, ibi spiritus familiariter hominibus apparere, & eos alloqui etiam in ciuitatibus, & illis imperare, ꝙ & Hom.testatur Odiss.1. dū d. dæmonem in forma Mentæ Thelomacho filio Vlissis apparuisse, & ei patrem quærendum suasisse, & demum disparuisse. & Olaus lib.3. hist.septentr. c.81. d. in illis partibus videri spiritus, & spectra saltantia, & chorizātia ad sonitum omnium instrumentorum musicorum noctu maximè, ꝙ & Pomp.Mela.lib.3.in Etiopia.c.10. dum d.ibi nullum vestigium in Etiopiæ parte apparere, & micare ignes, & crepare cimbala, & tympana, & tubæ sonantes maius humanis, ꝙ & Plin.lib.5.c.1.confirmat. sicut olim compositum fuit idolum Moloch facie vituli. Hier.32.4.Reg.23. Dicunt & magæ totæ se habere rem cum dæmonibus, & sperma illorū inter coeundum sentire frigidissimum, de quib. supra est actum; & tradit Aug.lib.15.ciuit. c.23. & olim fuit talis hominū conuentus, qui dicebātur pauperes de Lugduno, qui simul concumbebant, & cum dæmonibus: vt d.M.Rosier.historia. de France.fol.119.col.3.& Aug. loco cit.& gl.in c.23.& 34. Is.loquuntur de dæmonibus incubis, & succubis. & Isid.lib.8. c.ſi.D.Th.1.p.q.15.& quolib.8. & Horatius.lib.3.Od.Od.18.qui tamen vt supra generare nō possunt etiam ex semine hominis seruato, licet Mall. lib.Malef.q.3. contrarium sentiat, & Philostr. lib.4. de vita Apollo. d. dæmones concumbere cum hominibus. & Sozom.li. 8.hist.trip.cap.8.d.dæmonem in forma mulieris formosæ apparuisse Appelli viro sancto, & ab eo ignē fugatum; & hi spiritus dæmones sunt, non animæ ob peccatum in dæmones cōuersæ, vt probat contra Plat. in Timæo, & Cratylo. D.Chris.hom.29. ex c.8.Matt. & Aug. lib.9.ciuit.c.11.12.13. Hæ porrò lamiæ pueros suffocant ingredientes thalamos clausos vi dæmonis, persuasæ puerorū carnes ad eorum veneficia valdè proficere: vt d.& Horat. epod.Odæ 5.

SVMMARIVM.

1 Diuinatio quotuplex, & quæ quælibet.
2 Diuinationes cur à Deo permittantur, & cur dæmon eas procuret.

De Diuinationibus. *Cap.* XXI.

Tametsi aliqua de hac materia supra sint acta, attamen eā prosequendo, aduertendum artes Magicas vel Diuinatrices esse, vel mirabilium operum effectrices, Diuinatrices versantur in curiosa, & superstitiosa indagatione præteritorum, absentium, & futurorum: vnde diuini dicuntur, ꝙ diuinitate se plenos mentiantur, dum astuta coniectatione prędicere tentant præterita, absentia, & futura.

Diuinandi verò duæ sunt causæ, in hoc sensu, ars & furor, vt d. Plato in Phędro. & D. Aug. lib. de nat.dæm.c.igitur. 26.q.4. furore à dęmone concepto, arte signis, vel phisicis, vel aliqua superstitione assumptis. 1 Diuinatio quotuplex, & quæ quælibet.

Rursus diuinatio diuiditur in diuinā, quæ ex Dei afflatu fit, phisicam, quę ex phisiognomia, vel astrologia, & huiusmodi futura indagatur. Diabolicam, q̄ ex dæmonum inuocatione, & ministerio fit, & communem cū his postremis, omissa verò diuina, de qua alibi, de alijs aliquid, ꝙ attinet ad eas dignoscendas, & earum partes agendum. Erant verò multæ species harum diuinationum, q̄dam enim dicebatur Lecanomantia, ex peluí, & aqua immissa, vbi dæmon consulebatur. Alia Gastromantia, qua non vocibus, sed figuris respondebatur. Alia

Catoptromantia, diuinatio ex speculis nitidis. Alia Chrystallomantia, diuinatio ex pollito chrystalo. Alia Dactylomantia diuinatio per annulos ad certas cõstellationes fabrefactos. Alia Hydromãtia, ex annuli ictibus in ciatho aquæ factis, & alia quæ per aquam fit, in qua consuluntur vmbræ dæmonum, & fiunt imaginum ludificationes. Alia Onichomantia ex vngue pueri impolluti. Alia Coscinomantia, diuinatio per cribrum. Alia Axinomantia, diuinatio per secures. Alia Gastrimantia per spiritũ phytonicum ex vtero respondentem. Alia Cephalæomantia, per caput asini assaturm super prunas, Chyromãtia per sortes fortunæ, Oniromantia, per somnia diuinatio. Botanomantia, ex herbis diuinatio. Necromantia, per defunctos elicitos, vt credebant, atque ex cadaueribus. Scormantia, ex vmbris. Astragatomantia, ex iactu astragatorum. Geomantia, ex proiectione punctorum, & linearum, astronomia, per astrorum iudicia, physiognomia, ex facie ĩspecta. Chiromantia, ex inspectione linearum manuum. Cæl. Rhodig. lib. 15. c. 5. Pyromantia, cũ ceræ pila, igne, incensa. Spatulamantia, per os hirci recẽs occisi. Haruspicina, diuinatio per extorum inspectionem. l. 2. C. de paga. l. nullus. C. de malef. Auspicium, augurium, ex auibus sumptæ diuinationes, quæ si ex volatu, dicebantur præpetes, si ex cantu, & ore oscines: vt d. Varro. lib. 5. ling. lat. vt supra est dictum. Diuinatio ẽt erat ex pastu pullis gallinaceis, ex cauea eductis. Arioli à fando, vel prædicendo, vel quia circa aras idolorum nefarias preces emitterent, funesta exercẽtes sacrificia, & dæmones cõsulentes. Aug. lib. de nat. dæmo. c. igitur. 26. q. 3. præstigium, quo oculi hominum præstringuntur. §. præstigium. 26. q. 5. diuinatio; per arreptitios. c. igitur. 26. q. 4. omen, cum quis retorquet ad futura nomina sine intentione dicta. D. Th. 2. 2. q. 95. art. 3. aruspices, quasi horarum inspectores in negotijs agendis, volentes & his futura prędicere; salitores, qui dum membra saliunt, putãt inde aliquod prosperum, vel triste significari. d. c. igitur. fanatici vates, consulentes exta, & alij huiusmodi, de quibus in lib. de Casib. Reser. c. 8. quę omnia fiunt suasione diabolica. c. episcopi. 22. q. 5. & prohibentur à Deo. Deut. 18. Hier. 27. 2. Paral. c. 33. 1. Reg. 28. Leuit. 19. quibus diuinationibus Romani maximè addicti erant, ita vt Romæ esset collegium augurum: vt d. Plin. li. 10. cap. 55. Erat & diuinatio per literas, vel inspectionem scripturarum. c. illud. 26. q. 2. quæ vetatur in c. 1. de sortil. ne scilicet per aperitionem librorum, maximè poetarum aliquid quis diuinet, quã vanitatem sequebatur Adrianus putans in poetis esse aliquid diuinitatis, ex Ouid. lib. 3. de Ponto: vt d. Spar. in Aelio Adriano, quo in numero erant olim sortes Musæi: vt d. Herod. lib. 7. in Polyb. ꝙ aliqui transtulere ad sacram Bibliam, vt susciperent notionem ex ijs quæ illis occurrerent, ꝙ improbat Aug. in inquisitionibus ad Ianuariũ. c. hi qui. 26. q. 2. Plut. etiam in vita Iulij Cæs. d. sortilegas fuisse apud Germanos, quæ per fluuiorum cursus, vorticum strepitus, futura prædicebant: vt & alij accipiebant omen, ex sternutatione, singultu, corrosione soricum, occursu hominum, vel fe rarum, offensione pedum ad limina, narũ pulsatione, & huiusmodi. c. illud. 26. q. 2. vt & obseruabantur Calendæ Ianuarij, dies Aegyptij, horæ, momenta, constitutiones cœli in operibus agẽdis, quæ improbantur, vt superstitiosa. c. nõ liceat. c. si quis. c. admoneant. c. pen. 26. q. 7. vt & sortilegia, de quibus supra, ea de causa vetita sunt, possunt tamen dies aliqui, & lunæ status considerari in satione, medicina, & nauigatione. Aliæ ẽt sunt species diuinationum, de quibus Plin. lib. 28. c. 2. 3. & 4. vt & apud Schitas per virgas diuinabant: vt d. Herod. lib. 4. d. etiam Philostr. lib. 3. de vita Apollon. in Parta ciuitate Indorum, homines comestis hepate, vel corde draconis ex eo animalium concentus, & admurmurationes intelligere, qui Philostrat. d. etiam Apollonium Tianæũ intellexisse auium garritus; per furorem aliqui diuinabãt, qui quodam numine se afflari dicebant, qui & dicuntur fanatici. l. 1. §. exempli. ff. de ædil. ed. de quo

& Plato

& Plato in Phædro meminit, qui explosi sunt: vt d. Aug. lib. 6. ciu. cap. 9. & Liu. lib. 39. ob scelera, quæ in bacanalibus fiebant, vbi scilicet ex dæmone diuinãt.

2 Diuinatio nes cur à Deo pmit tãt, & cur dæmõ eas procuret.

Permittit autem Deus quãdoq; prædicta fieri dæmonũ ministerio, quibus laxat vim suam, vel ad probationem bonorum, vt de Iob c. 4. & Tobia. c. 3. & 7. legitur, vel ad punitionem malorum: vt de Saule legitur. 1. Reg. 16. & de fornicario Corinthi. 1. Cor. 7. & de alijs. Iudic. 9. sic tamen, vt dæmon nisi volẽtem capiat. Gen. 3. vt & capito piscem solũ mortuum, vel se non mouentem capit: vt d. Aelia. lib. 1. de nat. anim. c. 3.

Quæ & dæmon procurat, vt homines perdat, & ab ijs vt Deus habeatur, ideò prædicta adinuenit, vt laqueos quibus homines decipiantur: vt d. Clem. lib. 4. & 8. recogn. Aug. lib. 10. ciu. c. 10. & Lactant. li. 2. de orig. erro. c. 17. Multa quorum sunt falsa, & tantũ conficta ad decipiendum: vt d. Sibilla Erithrea, quia error hæc omnia sunt, quæ homines stulti scrutantur quotidiè. & Porphy. lib. 2. de sacrific. vt sic homines ex delectationibus sensibilium delectationum auertantur paulatim à Deo, vt ita demum inimici fiant Christiani nominis; Vnde Valerianus Cæsar, qui prius fauebat Christianos, magicis artibus addictus, persuasus fuit, vt sanctos viros, non solũ domo eijceret, sed & ferro etiã tolleret, quod postea fecit, vt d. Niceph. lib. 6. hist. c. 10. sic & Iulianus Imperator pietatem Christianam ariolorum consuetudine adductus primum abiecit, qui monachus factus ne Constantio auunculo in suspitionem veniret, vbi incantationib. operam dedit, & post Christum apertè negauit, & demum incantationibus operam dedit, & multos homines occidit; & clam domi abscondit: vt d. Niceph. lib. 2. hist. c. 1. & lib. 10. c. 1. Socr. lib. 3. hist. trip. c. 1. & 35. sic enim dæmon magos à pietate ad idolatriam detrudit, & ab idolatria ad omnem impietatem: vnde est obseruatum hæresiarchas semper magos fuisse, vel hæresibus magicas artes successisse. Talis .n. fuit Simon Magus, Menãder etiam habuit dæmonem familiarem: vt d. Euseb. lib. 3. hist. c. 26. & idem de Marco Valeriano, & Carpocrate. d. Iren. libro 4. & de Hermogene. Hier. ep. contra Pelagiũ ad Thesiphon. Marcus etiam Valentiniani erroris sectator magus fuit: vt d. Iren. lib. 4. c. 8. 9.

SVMMARIVM.

1 Magica, diuinationes, incãtationes, & huiusmodi, quibus legibus vetitæ, cum earum pœnis.

De prohibitione artis Magicæ, diuinationis, incantationum, & huiusmodi, ac earũ pœnis. Cap. XXII.

Communibus hostis humani generis Maleficis, communis omnium nationũ quoq; consensus semper obstitit, & pœnis debitis affecit: primò enim eorũ libri igni traduntur ex l. 11. C. de episc. aud. l. cæteræ. ff. fam. ercisc. vt & libri aliorum impiorum dogmatum, l. damnato. §. 1. l. quicunque. §. nullus. & §. seq. C. de hæret. Magicæ enim omnes artes pœna sunt dignæ. l. 4. C. de malef. & maximè si homines inde occidunt, ij enim capite damnantur. §. item lex. Instit. de publ. iud. quod & Plato sensit. lib. 11. de Legib. Ariolorum quoque interrogatio prohibetur. 1. Reg. 28. & Leuit. 19. vt & præsagium futurorum, vel auguriũ. Deut. 18. Hier 27. 2. Par. 33. Ezech. 21. c. 1. c. sortilegi. 26. q. 1. c. 1. de sortil. cap. illud. 26. q. 2. & c. hi qui. ibid. vt & sortium vsus. cap. fin. de sortil. & diuinatio, Deo enim iniuriam facit, qui vult scire futura, absconditave quæ à Deo reseruantur. Act. 1. c. erubescant. 32. dist. Esa. 41. & Virg. 10. Aeneid. cum & hæc incerta sint, & magi, ac diuini impostores, & mendaces. c. contra idolorum. 26. q. 5. c. sed & illud. 26. q. 2. quod & Eurip. in Helena. act. 2. ver. 356. asserit, dicens:

1 Magia, q̃bus legib. prohibita, diuinationes, incantationes, & hmõi, cũ eorum pœnis.

Quàm vani vates, q̃q; pleni mendacijs cum diabolus cuius opera vtuntur sit pater mendacij. Ioan. 8. 1. Ioã. 2. 3. Reg. 22, quod & fallus est Cic. lib. 1. de diuinat. nec

mala

mala futura amicis sint nuncianda, dicebat Cic. lib. 2. de diuin. & Horat. lib. 1. Carm. Odæ 11. tu ne quæsieris scire nefas, &c. nisi Deus id ad bonum reuelet: cum & diuini vterentur fraudibus quibus diuinarent, exploratores emittẽdo, qui actus hominum referrent, & ijdem simulachra vana fingebant innixa muris templorum, è quibus non visi magi, quæ vellent responsa dabant: vt d. Nicephor. lib. 10. c. 37. d. dæmones mirabilia docuisse ethnicos, quæ furati essent à prophetis Dei; vt & maleficia prohibentur in l. multi. C. de malef. c. si per sortiarias. 33. q. 1. & qui ea exercent, iure diuino morte mulctãtur. Deut. 18. Leuit. 19. Exo. 20. 22. vt & qui dant pocula amatoria grauiter puniuntur. l. 4. C. de malefic. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. l. 3. §. ad hæc. ff. de sicar. vt & qui pudicitiam attentant, dictis legibus, & l. multi. C. de malef. vnde Dion. Cass. lib. 58. d. quosdam morti adiudicatos, quod obuij iuissent Liuiæ matri Tiberij Cæsaris, quibus veniam ipsa impetrauit, vt & Philosophis vetitum in publico impudica tractare: vt d. de Atheniensibus Herodot. lib. 6. Plut. in Polit. Amin. Marcell. lib. 18. d.

Deueniendo porrò ad gentium instituta in his puniendis, & exempla, apud Scythas eam falsorum vatum pœna erat, vt pedibus implicatis, & manibus post terga vinctis, & ore obstructo excãderentur in medio sarmentorum, & cõburerentur bobus plaustrum trahentibus: vt d. Herod. l. in 4. inter Indos, ei qui in diuinando ter à vero aberrat loco pœnæ silentium perpetuum indicitur, ita vt nunquam loqui possit: vt d. Amia. lib. de reb. Indic. & Philimerus rex Gothorum magas, vel suspectas, in remotas regiones Scythiæ abire coegit: vt d. Ioã. Goth. lib. 6. hist. Goth. c. 14. quod & de Mathematicis à Roma expulsis habet in l. Manichæos. C. de ijs qui cont. de relig. in Cod. Theodos. & Plato lib. 12. de Legib. nocẽtes grauiter ad mortem, vel non morte vel alijs pœnis mulctari iubet: & Carolus Magnus iussit magos, quitem pestaces, vel alia mala faciũt, cognito per episcopum ita rem se habere, in districto carcere detineri, donec emendẽtur, vt habetur in cap. Caroli Magni. c. de pace. c. 25. ijdem magi iterum Roma pulsi ob Libonem Drusum, qui infernas vmbras, scilicet dæmones adhibebat: vt d. Corn. Tac. lib. 2. Ann. qui & ab agricolis expelli debẽt: vt d. Colum. lib. 1. cap. 8. de re rust. & etiam è castris sunt expulsi; & Iulius Paulus in recept. sententijs. & tit. ad leg. Cornel. de sicar. iubet conscios huius criminis bestijs subijci, vel cruci affigi, ipsos magos comburi, & eorum libri. & apud Anglos maga est exustat: vt d. lib. 23. hist. Anglic. quòd fecit & Tiberius Imperator eos necando. l. 2. 3. & 4. C. de malef. Dionis. Cass. lib. 57. quod & Neron egit, vt dicit Xiphil. ex Dione in Nerone, quod & Aesopus Frigius in apologis, de quadam maga, d. lege quoque diuina ij morte mulctantur. Deut. 18. 19. 20. & Deus minatur se regno expulsurum veneficos. Apocal. 9. Gal. 5. & Constantinus Imperator iubet eos ab omnibus domib⁹ excludi, aliter cremari. l. nullus. C. de malef. qui & securi feriuntur. l. nemo. C. eod. & tormenta grauia eis ad veritatem eruendã immittuntur. l. si excepta. C. eod. & lege Corn. de sicar. tenentur, qui veneficis, susurris, vsus fuerit. §. item lex. Instit. de publ. iud. vt & qui mala sacrificia habuerit cuius pœna, mors, vel deportatio. l. ex senatusconsulto. ff. ad leg. Cornel. de sica. l. 3. & pen. ff. eod. vt & qui paganorum se sacrificijs polluerit. l. 2. 3. & 4. C. de pag. & sacr. eor. quæ tamen pœnę minuuntur si mors nõ sit attentata, vel secuta, de his etiam habetur in l. 1. 3. fina. C. de malefic. Vuisig. tit. 2.

Iure canonico clericis sortilegis, & magis imponitur pœnitentia quinque annorum, suspensio ordinum, & priuatio beneficiorum. c. 1. & fin. de sortil. sed si malefici sint remittuntur ad iudicem ecclesiasticum puniendi. cap. super eo. de heret. in sexto.

Quo verò ad ordinem cognitionis in his, si contineant superstitiones heresim manifestam, vt quòd dęmoni sacrificetur, fides eiuretur, tunc iudices ecclesiastici, scilicet episcopus & inquisitor, possunt inquirere etiam contra laicum, & punire,

punire, aliàs non. c. accusatus. §. sanè. de hæret. in 6. vnde si hæc non concurrant, licet alia superstitiosa ad tentandū, non est procedendum per indices ecclesiasticos. Gem. Franc. in d. §. ex Bulla tamen Sixti V. contra Astrologos, proceditur contra tales etiam si id agant tātum ad tentādum, vt & si quis abutatur Eucharistia, vel alijs sacramētis aut etiam sacramentalibus: c. de homine. de celebr. miss. de quibus latius dixi lib. de Casib. Reser. casu 8. & supra de hæresi, quibus locis etiam explicatur quid sit cum his agendum in foro conscientiæ.

Vnde cum tot pœnæ his sceleribus omni iure, & ab omnibus gentibus inferantur, ab illis quilibet sui non inimicus, abstinere debet, cum & si humanam effugiat quandoque vindictam, diuinam non effugiat, qui & quandoq; hos permittit miserè interire, vt cōtigit Excesto Phocensium tiranno, qui duos gestabat annulos, ex quorū elisione mutua, & sonitu tempus gerendarum rerū obseruabat, & dolo est interfectus, etiā si prius illud ei sonitus significasset, teste Arist. in Rep. Phocensium, & Clem. Alex. lib. 1. strom. blanditur enim prius dæmon ijs quos decipere vult, & linit mortis poculum dulcedine ambitionis, diuitiarumq;, vel voluptatibus, quos tandem sinit miserè interire.

SVMMARIVM.

1 Maleficia quibus modis soluantur.
2 Maleficium per maleficium soluere non licet, & quibus modis liceat ea soluere.

De remedijs Maleficiorum. Cap. XXIII.

TAmetsi nō sit potestas quę dæmonis potestati comparetur super terram. Iob 41. attamen Deus Opt. Max. nō patitur homines supra vires tentari, sed dat eis in tētatione fortitudinem, & ex tentatione prouentum. Iac. 13. maleficijs impetitor quandoq; eripiendo, & saluti restituendo; ideò de horum remedijs agendum.

Tria sunt autem remediorum genera aduersus maleficia, diuina, vel supernaturalia, quæ à diuina potestate, qui omnia pro eius arbitrio moderatur, procedunt; naturalia, quæ non ex quatuor elementis, vel eorum cōpositione pendent, sed ex tota substantia, & proprietate eis à Deo indita. Superstitiosa, quæ arte dæmonum, vel leui saltē obseruatione inducuntur. Diuina remedia præcipua, & vera sunt, & certiora, cū Deus sit dominus omnium creaturarum, & author, & cum vult dæmonum potestatem flagellat, vel solo imperio, vel per media, cum enim dæmones vbiq; insidias tendant: vt d. Ciril. hieros. cath. 4. illuminat: De^9 quoq; angelos bonos destinauit, qui hominum custodiam, & curā gerant. Dan. 10. Matt. 18. Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te. Apoc. 12. q̃ testatur, & Proclus in Alcibiade Plat. d. dæmonē, scilicet Angelum, vniumquemq; custodire à pueritia, & omnes eius actiones explorare. & Eurip. in Frag. Rhes. in fi. qui ope Dei dæmonibus superiores, eos loco cedere cogunt, vt cum Angelus Raphael ligauit Asmodæum, & expulit à Sara. Tob. 3. 8. 11. & habetur Lucæ 11. 1. Ioan. 3. cum in nomine Iesu dæmonia eijciātur. Matt. 7. Marc. 16. q̃ & factum esse tradit Euseb. lib. 1. de præpar. euāg. c. 9. vnde & exorcistæ sunt introducti dęmones ex Dei virtute expellētes. cap. cleros. 21. dist. c. exorcista. 23. dist. c. per lectis. 25. dist. & Lact. lib. 2. de orig. err. c. 16. d. dęmones à Deo flagellari, & torqueri voce iustorum, & illis mentiri nō posse. His Angelorū tutelis summa vis est vt homo patiens ad Deum conuertatur, & pœnitentiam agat, orationibus, vigilijs, & ieiunijs se dedat, quæ & exorcizans præstet: vnde D. Antonius dicebat dæmonem pertimescere piorum vigilias, orationes, ieiunia, maximè verò ardentem in Christum charitatē, cuius vnico sanctissimæ crucis signo debilitatus aufugit: vt legitur in eius vita ex Athanasio, q̃ & dæmon ipse asseruit, qui cum à Cipriano rogaretus, vt Iustinam virginem ad sui libidinem adduceret, nulla m

1 Maleficia quib⁹ modis soluātur.

nullam illi artem profuturam, respondit, aduersus eos qui verè Christum colerent, vt in vita Cipriani habetur, quòd probatur etiam Tobiæ, cap.6.

Huc spectant exorcismi pro ecclesiã ordinati ad dæmones expellendos à corporibus obsessis, & fugandas nubes ne frugibus noceant, & huiusmodi, de quibus in sacerdotali Romano, in flagello dæmonum, & alibi, operando, vt patientes deuotè sanctissima sacramenta confessionis, & communionis frequentent, sancti inuocentur, de quibus Ioã. Cassia. in collat. patrum. d. etiam Ioseph. lib.8. antiquit. artem Salomoni datam cõtra dæmones, vt & non improbantur remedia non superstitiosa cõtra grandinem. l.4. C. de malefic.

Remedia naturalia multa esse dicuntur, quæ habent antipathiam cum dæmonibus, occultam nobis, nec nisi experientia cognitam. Vnde dicitur maleficiũ ligationis solui, si maleficiatus herbam Iouis comedat, habetur etiam Tobiæ 6. & 8. dæmonem sæuissimum qui sponsos Saræ necabat, suffitu iecoris piscis cuiusdam carbonibus superpositi fugatum, tametsi Nicol. de Lira ibid. & in 1. Reg. c.16. d. id contigisse non ex virtute illius iecoris, eo q corporale in spirituale impressionem facere nõ possit, sed vt signum, ad denotandum orationem Angeli virtute Dei illum fugasse, quæ sicut fumus in altum, sic illa ad Deum conscendit, naturalia tamen dicit alleuiare patientem dæmonem, vt cantus, & medicamẽta, vt melius se habeat, nec ita vexetur à dæmone. D. Tho. 4. dist.7. art. vlt. d. tamen Maleus, d.2. p. c.5. in fi. posse obsessos per sensibilia liberari quãdo atrociter non affliguntur, vel vbi dispositio corporis est dispositiua ad actionem dæmonis, sic enim sublata dispositione prędicta, vt est mania, cessat & dęmonis actio, primum tamen est tutius. Tibul. etiã eleg.5. lib.1. d. maleficia sulphure expelli. & Plin. lib.19. c.10. d. rostrum lupi veneficijs prodesse, & amiatus lapis dr̃ resistere oĩbus veneficijs, & maximè magorum: vt idem d. lib.36. c.19. Spinea etiam virga dicitur ab Ouid. 6. Fast. Fascinum leuare, vt & Rhamni ramos dicitur à Dioscoride, lib.1. c.100. valuis, & fenestris impositos veneficia depellere, & Amatus Lusitanus Thapsiam. d. lib.4. in Dioscor. enarr.157. dæmones pellere; & Apuleius lib. de virtu. herb. c.71. d. Verbascum herbam datã Vlissi, ne vlla maleficia ei nocerent, vt & dicitur eius virgultum, qui secum portauerit, nullo metu affici, & q nec bestiæ, nec occursus mali molestabunt eũ, q tamen in vltimo non credo verum, cui & data fuit herba Moly, quæ dicit̃ resistere incantationib. Hom. Odiss.10. & Plin. lib.4. c.25. & dicitur etiam prodesse si gladio districto curratur ĩ obsessam à dęmone, quasi eam occisurus nisi cum eo concumberet, sic enim dicitur dæmonem fugere: vt d. Philostr. lib.2. de vita Appollonij, Pselus de dæmonibus. Odis.10. q tamen mihi abominabile videtur, d. & Ludo. Bunairol. in Enneade muliebri. c.1. tactis postibus, menstruo sanguine irritas fieri magorum artes. Dr̃ & basilisci virus si speculo repercutiatur seipsum extinguere, & q lupus si prior homina inspiciat, vocẽ ei adimit, secus si prius ab homine videatur, quia hoc casu timẽs sibi insidias parari, dum se cõspici videt, pati metu fauces, è quibus virus exit, intercipiãtur: vt d. Auicen. lib.3. natura. c. fi. Plura tñ ex superioribus remedia vana esse libenter affirmarem, quemadmodum, & alia non nisi maleficiatum alleuiare posse, nõ autem sanum reddere dicerẽ, Deum autẽ sicuti naturæ dęmonum cõditorem, ita operum eorundem dissipatorẽ esse constanter tenẽdum dixerim, salua semper naturæ virtute eidem à creatore indita. Superstitiosa plurima sunt, vt id, contra fascinum, sibi in sinum conspuere, de quo Virg. in Cixide, & huiusmodi: vt d. Rhodig. li.27. c.12. Ouid. 6. Fast. & Gril. tract. de sortil. q.3. nu.27. & D. August. 3
lib.6. ciuit. cap.9.

Circa verò hæc superstitiosa, si superstitio sit grauis, ita vt Deo cultus nõ exhibeatur, vel huiusmodi omnes fatent̃, non licere maleficium per aliud maleficium soluere, vt refert Malleus malefi. 2. p. c.1. si verò sit leuis, vt quia sit vana tantum obseruatio, d. ibi post adhibitas ora-

Maleficiũ per maleficiũ soluere non licet, & qb. modis liceat ea soluere.

orationes, pœnitentiam, & huiusmodi, quæ non profuerint, non esse illicitum vti huiusmodi leui superstitione ad curandum. Contrarium tamen ego sentirem, q̄ id non sit licitum, ex cap. non liceat. 26. q. 2. D. Th. 2. 2. q. 96. art. 4. & ibi Caiet. non est tamen illicitum adhibere herbas, maximè benedictas ad alleuiandum patientem, & non q̄ habeant vim in dæmonẽ; vt nec licet morbos per incantationes curare, q̄ id vanum sit, & fallax: vt d. Hippocr. lib. de sacro morbo, & vetitũ. C. de malef. & Aelius Spar. in Anton. Carac. d. damnatos, qui remedia quartanis collo annexa gestabant, scilicet superstitiosa. c. admoneant. 26. q. 7. vt & prohibentur incantamenta cõtra serpentes, glires, & cuniculos, de q̄bus Greg. Turon. lib. 2. hist. Franc. c. 33. Probabile tñ est maleficum cogi posse, vt inueniat nodum, vel vinculum, & sic soluat maleficium, cum sic maleficium per aliud non soluatur, sed tantum vinculum illatum tollatur.

Quo porrò ad remedia particularia cõtra maleficia, licet aliqua superius relata, accõmoda sint, tñ speciatim de eis agendo, si quis à dęmone sit obsessus, ad pœnitentiam, ieiunia, orationes, humilitatem, sacramenta, & exorcismos, signum crucis, aquam benedictam, & huiusmodi deuotos actus est incumbebunt, licet nõ sit illicitum vti remedijs naturalibus ad alleuiandum patiẽtem, si ab incubo & succubo aliqui agitẽtur, ad prædicta pariter est recurrẽdum, nec illi actui consentiendum, prodest etiam locum mutare, & crines dimittere ornatos. Si etiam quis sit maleficiatus ne cũ sponsa procumbere possit, ad prædicta est recurrendum, & ad impediẽdum ne eueniat, est Deo inhærendum per orationem, pœnitentiam, & ieiunia, ac alia opera bona. Tob. 1. 3. & 8. qui verò infestatur odio, vel amore immodico, ad p̄dicta item recurrat. Quòd si qui videntur transformari in feras, ad prædicta recurrant, & cum maga se amicè componant, sine peccato tamẽ, vel pacto aliquo illicito, ne illis noceat; Si verò quis patiatur infirmitates per maleficia, recurrendum ad prædicta, & orationes, ac exorcismos, modo ibi nil sit q̄ pertineat ad pactum tacitum, vel expressum cum dæmone, dicitur tacitum vbi quis non curat siue à Deo, siue à diabolo habeat intentum, faciens ea quę naturaliter, vel supernaturaliter id obtinere nequeunt: secundò, cauendũ ne ibi contineãtur benedictiones, vel carmina ignota: tertiò, ne materia verborum aliquid falsitatis contineat: quartò, ne ibi contineantur vana, & caracteres inscripti, præter signũ crucis: quintò, ne spes habeatur in modo ligandi, vel scribendi, vel huiusmodi vanitate, quę ad diuinam reuerentiam non pertineat: sextò, vt in prolatione verborum respectus habeatur solũ ad diuina verba, & Dei virtutem, vel reliquias sanctorum, à quib⁹ vt intercessoribus expectatur effectus à Deo: septimò, vt totum cõmittatur Dei beneplacito; cum vsu aquæ benedictæ prædicta agendo. Contra porrò grandines, & iumenta maleficiata, d. Malleus d. 2. p. c. 7. non esse illicitũ colligere herbas, quę habent ad id virtutem, vt supra dictum est, cum oratione dominica, & simbolo, & ea suspendere super ostio stabuli, committendo effectum diuinę custodię, & voluntati, vt & licet ponere signũ crucis ex lignis benedictis die Palmarum, vel alijs in agris, habendo respectum ad prędicta, & non ad modum ponendi, vt & licet primã extractionem lactis pauperibus dare Dei intuitu, & modo vitentur septem prędicta; possunt etiam contra grandinem tres grani grãdinis inijci in ignem sub inuocatione sanctissimæ Trinitatis, signo crucis, aqua benedicta, oratione dominica, simbolo, euangelio Ioãnis, modo sine prædictis septem vitandis supra, & secundùm statutum ecclesię prędicta fiant.

Alia etiam remedia ad maleficia tollenda opportuna esse, d. Tolos. lib. 13. de Republ. c. 31. d. herbam dictam, fugam dęmonũ vim habere ad dęmones expellendos, & galli aspectum obiectũ quandoque dęmonem eiecisse, vt d. Lira. in 1. Reg. c. 16. Alb. in Luc. c. 9 & etiã incensum sulphuris, & rerum fœtidarũ idem facere; ex cogitatione fortè pęnarum propositarũ, quas patiuntur in stagno-

gno sulphureo, vel fœtido; & etiam virtute medicinæ, d. id fieri, quæ humores atros euacuet, in quibus dæmon degit; & idem d. fieri ex herba, quæ dicitur hipericon, vel perforata, cuius seminis fumigatio fugat omnem dæmonē appropinquantem corpori, vel domui, maximè vbi Dei sit inuocatio; & irrisionum etiam dicta, vel facta, vt amara, fœtida, & iniurias d. dæmones offendere, quia sint signa afflictionum quas in inferno patitur; & hæc d. Tolos. esse remedia naturalia: vt & prodesse dicit, si maleficæ verberentur trunco vitis, sic enim d. cogi soluere maleficia, & etiā lædi ex torque vitis palmitum facta, in modum laquei collo iniecta, ex perientia teste, fortè memoria, ꝙ vino cōficiatur quotidiè sanctissimum sacramentum, ꝙ torquet dæmonem: vt ibi d. Tolos. vbi & refert modos multos alios sæpè vanos, quibus maleficia videntur impediri, vel auferri, qui & num. 10. d. grandines tolli si tria grana grandinis accipiantur, & in igne mijciantur, cū inuocatione sanctissimæ Trinitatis, oratione dominica, salutatione angelica, & euāgelio. In principio. vel dicendo. Adiuro vos ventos, & tempestates per sancta vulnera Christi, per tres clauos, qui eius manus, & pedes perforarunt, & per quatuor sanctos Euangelistas Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, vt in aquam resoluti die ista descendatis.

Maximè verò prosunt contra maleficia, orationes, & exorcismi, modo nil contra fidem catholicam mixtum habeant, cum fide iuncta, & possunt adhiberi etiam orationes ad curāda animalia, cum & eorum cura non sit contemnenda ob vsum quem hoībus afferunt; maximè verò prosunt exorcismi à sacerdotibus facti, præsertim qui cōfessi fuerint peccata sua, & pij sint, vt & prodest aspersio aquæ benedictæ, cereum benedictum, vt & pelli d. dæmones incubos, & succubos. Tolos. d. lib. c. 32. per confessionem obsessorum, sacramenta, angelicam salutationem, per verbum, benedicite, loci mutationem, excommunicationem ecclesiasticā, & exorcismos; sic vt prius maleficiatus exorcizetur, postea diabolo imperetur, vt recedat; vt & timent dæmones fidem, ac pietatē Christianorū: vt d. Cipr. lib. exhort. ad mart. in princ. Tatianus orat. contra gentes, vt d. Tolos. loco cit. vbi & d. exorcizari posse serpentes, vermes, & huiusmodi, frugibus, vel hominibus nocentes, idest dæmonibus imperari eos immittentibus, vt illos amoueant.

SVMMARIVM.

1 Apostasia vnde dicatur, & quid significet.
2 Apostasia quotuplex sit, & quę quęlibet, & vt in ijs peccetur, & quæ pœnæ incurrantur.
3 Recessus à fide est apostasia, & vt dicatur hæresis, & alij apostatæ an sint hæretici.
4 Apostatas à fide ecclesia punire potest.
5 Communicare cum infidelibus an liceat.

De Apostasia. Cap. XXIIII.

D. Tho. 2. 2. q. 12.

1 Apostasia vnde dicatur, & qd significet.

Notandum est primo loco ꝑ clariori intelligentia dicendorum, Apostasiam esse gręcam vocē, & significare secundùm se recessum à bono vel malo, sed communiter sumitur pro retrocessione à bono aliquo, in quo homo tenebatur perseuerare ex præcepto, vel voto solemni, aut professione, & sic largè omnis peccator dicitur à Deo apostatare. Prouer. 6. homo apostata vir inutilis. Eccl. 10. initiū omnis superbiæ hominis apostatare à Deo, sic tamen generaliter non sumitur hic.

2 Apostasia quotuplex sit, & q̄ q̄libet, & vt in ijs peccet, & q̄ pœnę īcurrātur.

Secundò, obseruandum, ꝙ apostasia est triplex, à fide, ab ordine, & à religione; apostasia ab ordine est retrocessio à statu ordinis sacri ad statum secularem propria authoritate per vxoris susceptionem, vel militiæ secularis, quę si fiat ꝓpria authoritate, est peccatū mortale. Eccl. 2. Maledictus homo qui terrā duabus vijs ingreditur. Lucæ 9. nemo mittēs manum ad aratrum, &c. & quia is recedit

is recedit à voto solemni, quòd est mortale, & is etiam excommunicationem incurrit vxorem ducendo. clemen. 1. de consanguin. si verò retrocedit cum Papæ dispensatione, & ex legitima causa etiam ducendo vxorem nõ est mortale, quia huiusmodi votũ est de iure positiuo in sacro ordine introductũ. c. vnico. de voto. in 6. ergo in eo potest Papa dispensare ex causa. Si verò quis retrocedat ab ordinibus minoribus, si quidem ex contemptu est mortale, si verò sine eo, & quis ob id retrocedendo fit incapax ordinibus exercendis, vt si contrahit cum vidua, vel fit bigamus, dicit Caietanus esse mortale, quia ibi est contemptus, quòd tamen non auderem asserere, cum recessus sibi permittatur, & id possit fieri inaduertenter, vel ignoranter; & sic absque contemptu, & sic sentit Bannes; si verò per id non fit incapax ordinibus exercendis, vt quia viuicam, & virginem ducat, non peccat vllo modo secundùm Bannem, vel solùm veneliter, iuxta Caietanum. Quo verò ad dimissionem habitus, & tonsuræ clericalis, si in minoribus quis sit constitutus, non peccat mortaliter si deferat tonsuram sine vestibus clericalibus, quia defert quòd est præcipuum in statu clericali, nisi inde scandalum surgat, dimittens verò habitum, & tonsuram peccat venialiter, si verò is habet beneficium ecclesiasticum peccat mortaliter dimittendo habitum, & tonsuram, & incurrit eius priuationem, ex Bulla Sixti Quinti, de habitu, & tonsura. Si verò sit in sacris constitutus illum dimittens peccat mortaliter, nisi id fiat ex necessitate ob curandam vitam, honorem, diuitias proprias, vel proximi, vel ad breue tempus, & eo magis est peccatum si id agat vt liberius vagetur, & peccet, & oportet ex Bulla Sixti Quinti, vt habitus sit talaris, & coloris gradui conuenientis; & constituti in sacris ab ordine recedentes per dimissionem habitus, & tonsuræ, sunt infames, cap. alteni. 2. quæstione 7. & non possunt esse testes, vel accusatores. cap. præcipimus. 2. quæst. 4. & incurrunt beneficij amissionem, ex dicta Bulla, & post monitionem nõ correcti deponi possunt ab ordine, nec gaudent priuilegio. cap. si quis suadente; si verò in minoribus, carent priuilegio. cap. vnico. de cler. coniug. in sexto; & Concil. Trident. sessione 23. cap. sexto.

Secundò, quis apostatat à religione, cum dimittit habitum suæ religionis, quam vouit solemniter, cum animo nõ redeundi ad illam, vel si recedit à religione sine licentia sui prælati, cum animo nunquam redeũdi ad illam, etiam si habitum non dimittat, dicitur apostatare à religione. c. vt periculosa. ne cleric. vel monach. in 6. nisi recedat à religione iuxta eius tenorem, qui verò dimittit habitum suæ religionis temerè, cum animo redeundi ad illam, est excommunicatus. d. cap. sed non apostata, potest tamen procedi cõtra eum ex Bulla Sixti Quinti, & incurrit pœnas in dicta Bulla contentas, vt & qui alio modo apostatat, modo, vt in ea, vt nec qui transit ad aliam religionem, etiam laxiorem, qui tamen peccat si id facit sine licentia sui prælati, & excommunicatus est si sit ex ordine minorum, nisi ad Carthusianos transeat. cap. viam. de regularib. in extrauag. communi; qui tamen recedit tantum à monasterio absque licentia, cum animo redeundi, non est excommunicatus, vt nec qui dimittit habitum ex causa quæ sit veniale peccatum, si verò id agit vt liberè vagetur eam incurrit, non autem si id facit occultè ad horam in domo parentum ex calore, quam tamen incurrit si sumit habitum alterius religionis ad vagandum, nisi de licentia prælati eiusdem & ex causa, vt nec si dimittit ex causa venali, nec præbeat scandalum; quam tamen incurrit si etiam occulat ad liberè vagandum: vt dicit hic Bannes, quæstione 12. artic. 1. de quibus latius dixi tract. de Cler. & tractat. de Regularib. His ita notatis.

3 Prima sit propositio. Retrocessio à fide est simpliciter apostasia, quæ & simpliciter pertinet ad infidelitatem, quæ tamen apostasia non dicit determinatam speciem infidelitatis, sed circunstãtiam illam aggrauantẽ, probatur Io. 6. Ra-

Recessus à fide est apostasia, & vt dicatur hære-

fis, & alij apostatæ an sint hæretici.

Ratione probatur, nam apostasia importat retrouersionem à Deo, quæ diuersè fit secūdùm diuersos modus, quibus homo Deo coniungitur primò, homo enim Deo coniungitur per fidem: secundò, per debitam voluntatem ad obediendum præceptis eius: tertiò, per aliqua spiritualia supererogationis opera, vt per religionem, & clericaturam, vel sacram ordinationem, remoto verò posteriori, remanet prius, sed non è conuerso; Aliquando verò quis retrocedit à Deo per retrocessionem à religione, vel ab ordine suscepto, quæ dicitur apostasia ordinis, vel religionis, contingit etiam quem apostatare à Deo, per mentem eius mandatis repugnantem, quibus duabus apostasijs manentibus, potest homo manere Deo coniunctus per fidem, quòd si à fide recedat omnino à Deo dicitur retrocedere, vnde id simpliciter est apostasia per quā quis discedit à fide, quæ dicitur apostasia à fide, quæ simpliciter dicta ad infidelitatem pertinet. Diuus Thomas 2.2. quæst.12.art.1.

Aduertendum autem, quòd hæresis, & apostasia sunt eiusdem speciei, & differunt tantum secundùm magis, & minus: vt dicit Caietan. secunda, secundæ, quæst.10. artic. quinto; & quæst.11. art. primo, 2. secundæ, quæst.12. artic. 1. ad tertium; vbi Diuus Thomas, Pegna in Direct. secunda parte, quæst.49. comment.74. nam vt dicit Bannes, dicto artic.1. quæstione 12. qui contradicit fidei iam susceptæ in manifestatione veritatis, est hæreticus, apostata est talis, ergo, apostata enim à fide dicitur qui omnino à fide catholica deuiat per susceptionem Iudaismi, Paganismi, vel Maumethicæ sectæ. cap non potest. secunda quæst. septima. l. 1. & 2. l. qui sanctam. C. de apostat. qui & infideles hæretici dicuntur: & pro talibus habentur etiam si metu mortis id agant, licet apud Deum ita non sint si non assentiunt animo huiusmodi infidelitati. c. sicut. 32. q. 4. Eimer. in d. q. in fi.

Ex his apostatis, qui recedunt ab ordine tantum clericali, non sunt hæretici, nec subiecti iudicio inquisitorum, nisi in sacris constituti matrimonium contraxerint; si verò apostatant à religione, modo supra explicato, si contrahunt matrimonium subijciuntur vt suspecti iudicio inquisitorum, & idem si persistant in excommunicatione per annum, vt dicit Pegna dicto comment. si verò apostatant à fide de ijs agendum est, vt de hæreticis, quòd si volunt resilire admittuntur, vt hæretici pœnitentes, si verò nolunt vt impœnitentes traduntur curiæ seculari, vel si sint relapsi, vt dicit Eimer. dicta quæst.49. & ibi Pegna, comment.74.

Secunda propositio. Ecclesia potest punire infideles illos, qui iam fidem susceperunt, & priuare eos dominio in subditos, & eo ipso quòd quis declaratur excommunicatus ob apostasiam à fide, manet priuatus dominio, quod habebat in subditos, & subditi sunt absoluti à iuramento fidelitatis, quo ei tenebantur adstricti, tametsi Ecclesia non possit priuare dominio infideles illos, qui nunquam fidem susceperunt: probatur prima, & secunda conclusio. Prouerb. 6. homo apostata prauo corde machinatur malum. & in cap. absolutos. extra de hæret. cap. quicunque. §. illorum. eo. in 6. vbi subditi ob hæresim absoluuntur à iuramento fidelitatis. 4

4 Apostatas à fide Ecclesia puniri pōt.

Ratione probatur, nam infidelitas secundùm se non repugnat dominio, supra quæst. 10. artic. 10. quia dominium est introductum de iure gentium, quod est ius humanum, distinctio verò fidelium, est secundùm ius diuinum, per quòd non tollitur ius humanum, sed quia per infidelitatē peccans potest sententialiter ius dominij amittere; vt etiam quandoq; ob alias culpas, ad Ecclesiam verò non pertinet punire infidelitatem in his qui nunquam fidem susceperunt. 1. Corinth. 5. quid mihi de his qui foris sunt iudicare? sed infidelitatem eorum qui fidem susceperunt, potest sententialiter tales punire, & conuenienter in hoc puniuntur, quòd subditi eis non subdantur, id enim posset in fidei corruptionem vergere, quia, vt articulo præcedenti; Apostata in corde machinatus malum, iurgiaq; seminat intendens

dens homines separare à fide, & ideò cum primum quis per sententiam denunciatur excommunicatus ob apostasiam à fide, ipso facto subditi eius absoluti sunt à dominio, & iuramento fidelitatis, quo ei tenebantur. Diuus Thomas d.q.art.2.

Vt autem rectius id intelligatur, aduertendum id intelligi de quacunque recessione à fide in eo qui fidem Christi est professus, etiam si non sit totalis recessus à fide per apostasiam propriè dictam, sed etiam si labitur in hæresim tantum; sic enim procedunt dictæ pœnæ, & etiam ob solam excommunicationem principis absque hæresi, subditi absoluti sunt à iuramento fidelitatis: capit. nos sanctorum. cap. iuratos. 15. quæstione sexta, dummodo sint manifesti excommunicati per denunciationem, vel clerici notoriam percussionem, ex extrauaganti. ad euitandam in Concil. Bas. editam, argumento. l. barbarius. ff. de offic. prætor. vt dicit hic Bannes. qui & dicit, quòd si excommunicatio est lata ob crimen ob quod bona veniunt confiscanda ipso iure, is etiam priuatur dominio, & eget nouo titulo, nisi Papa eum restituit in ius suum, vel virtualiter eum etiam absoluendo ab excommunicatione tolerat in dominio suo. Si verò non sit tale crimen addicens bona fisco, is non priuatur dominio, sed tantum iurisdictione in subditos. Et si crimen apostasiæ, vel hæresis est occultum, oportet quòd præcedat declaratio excommunicationis antequam subditi se eximant ab eius iurisdictione, nec est opus exprimere, quòd sit priuatus iurisdictione, cum id in excommunicatione subintelligatur, cap. cum secundum. de hæreticis, in sexto. Post latam verò sententiam declaratoriam de crimine hæresis, princeps iniustè possidet principatum, & iurisdictionem in subditos, qui tenentur se eximere ab eius obedientia, & bellum gerere contra illum si vires illis suppetunt. d. cap. nos. & d. cap. iuratos. quod fortè non procederet si ad sanam fidem reuerteretur. Nec licet cum hæreticis denunciatis habere commercium, & huiusmodi; aliàs quis tenetur restituere fisco pretium rerum, quas quis ab eis emit, nisi ab ecclesia tale commertium toleretur: vt dicit ibi Bannes. Ante tamen sententiam declaratoriam iudicis non tenentur subditi eximere se à iurisdictione principis, & eum pellere à regno, nisi criminis notitia euidens sit, quia tunc subditi, si vires eis suppetunt, possunt se eximere à potestate principum ante sententiam iudicis declaratoriam: vt dicit hic Bannes. Abbas in capit. cum non ab homine. de iudicijs. Felinus in cap. Rodulphus. de rescriptis.

Et ita breuiter, quòd attinet ad communionem cum infidelibus, & pœnas hæreticorum. Notandum primò, ex Diuo Thoma in 2. 2. quæstione 10. art. 9. communionem alicuius duplici de causa posse alteri prohiberi. Altera causa est ad cautelam, & vtilitatem eius cui fit prohibitio, & hoc modo prohibitum est fidelibus communicare cum quibuscunque infidelibus, quando periculum est ne ipsi seducantur. Sic Apostolus prima Corint. quinto. Postquam protulit sententiam excommunicationis subdit, quia modicum fermentum totam massam corrumpit, idest ratio, quare nolo alios communicare cũ isto excommunicato, hæc est quia modicũ fermentum totam massam corrumpit, idest, ne iste malus vnus corrumpat omnes alios bonos. 5 Cõicare cũ infidelibus an liceat.

Secundò, prohibetur alicui alterius communicatio in odium, & detestationem illius, cuius communicatio prohibetur; & hoc modo Ecclesia prohibet expressè fidelibus, ne communicent cũ hæreticis, apostatis, & excommunicatis in odium, & detestationem ipsorũ, & non prohibet conuersationem gentilium.

Notandum secundò, quòd multiplex potest esse communio cum infidelibus, & cum alijs. Prima communio, est communio negotiationis, & negotiorum; & hæc communio non est prohibita cum infidelibus, qui nunquam fuerunt mem

bra Ecclesiæ, nisi quando ista communio negotiorum esset periculosa saluti spirituali.

Secunda communio, est communio disputationis contra ipsos infideles, & eorum religionem, & cultum; & hæc communio est prohibita laicis sub pœna excommunicationis. c. quicunque. de hæret. in 6. quam excommunicationem, ibi glo. vult non esse latæ sententiæ, sed solùm commutatoriam; quo loco aduerte, quòd si laicus esset vir doctus in scriptura, & Theologia, & contra infideles, vel hæreticos disputaret in articulo præsertim necessitatis, tunc nõ solùm non peccaret, sed faceret opus bonum, & optimum.

Tertia communio, est communio fauoris, & auxilij, & hæc prohibita est fidelibus cum omnibus hæreticis, & apostatis. Vnde excommunicati sunt hæretici, & eorum receptatores, fautores, defensores, &c. vt dixi in explicatione huius rei.

Quarta communio, est ecclesiasticæ sepulturæ, & sic excommunicati sunt, qui sepeliunt hæreticos in Ecclesia, & eorum fautores, & defensores, &c. cap. quicunque. vbi supra.

Quinta communio, est conuersationis, & amicitiæ, & hæc prohibita est cũ excommunicatis ex percussione clericorum, vel publicè denunciatis, &c. per quam prohibemur loqui cum illis, orare cum illis, vel pro illis, salutare eos, &c. de quibus in tractatu excommunicationis.

Sexta communio, est communio tolerationis rituum eorum, & ritus quidẽ Iudæorum tolerari possunt à Christianis propterea quòd illi sunt vmbra, & figura nostræ fidei; ritus verò aliorum infidelium non possunt licitè tolerari sine peccato, nisi fortè ad euitandum aliquod magnum malum publicum: vt docet Diuus Thomas 2. 2. q. 10. art. 2. modo, vt supra suo loco.

Septima communio subiectionis, & obedientiæ, & de hac circa Iudæos statuit Ecclesia, vt nullus Iudæus possit tenere seruum, siue mancipium Christianum; & si Iudæus aliquem habet, sit Christianus ipso facto liber: Excipitur vnus casus, quãdo Iudæus emeret Christianos, ab alijs infidelibus, causa mercaturæ, & negociationis, tunc enim permissum est Iudæis per tres menses tenere penès se tales Christianos, intra quos menses debent illos exponere vendendos, vel redimendos; quòd si non proponant ipso sunt facto liberi. De alijs infidelibus, Ecclesia non statuit, vt non possit habere seruos Christianos, nec eos qui sunt serui liberat à seruitute, vnde tales sunt veri serui.

Infideles verò domini, & principes, qui aliquando habuerunt fidem, & eam negarunt priuati sunt eo ipso ab Ecclesia, omni dominio, & eorum subditi sunt liberati à iuramento fidelitatis. cap. vergenti. cap. absolutos. de hæreticis. Sylu. in verb. hæresis primo, numero 14. in vndecima pœna hæreticorum, qui ait non esse expectandam sententiam iudicis, nec probationem in actu ad hoc, quòd subditus sit liberatus à iuramento fidelitatis prædicto, sed satis esse certam probabilitatem probandi. Vnde subditus quando certus est se posse probare dominum suum esse hæreticum, tunc potest deficere ab illo: Panormit. in illo capit. absolutos: quendam refert Philippum Canonistam asserentem idem in crimine hæresis occulto dummodo probare possit, cuius sententiam Panormitanus probat quantum ad realem obligationem quam habet, licet ista absolutio allegari non possit, nisi manifesta causa probetur: Parisiensis, qui cunque aliquid alicui promisit, vel quacunque obligatione est ei obligatus, si ille labitur in hæresim, est liberatus ab illa obligatione, de quibus supra latè egi.

SVMMARIVM.

1 Blasphemia quid significet.

2 Blasphemia quotuplex, & quæ qualibet.

3 Blasphemiæ quæ hæreticales sint, & earum pœnæ.

Blaspho-

4 Blasphemus, & blasphemia quid dicatur.
5 Blasphemia quod peccatum sit, quando, & quomodo.
6 Blasphemia an sit maximum peccatorum.
7 Blasphemiæ pœnæ quæ.
8 Blasphemia an sit in damnatis, & vt.

De Blasphemia in generali. Cap. XXV.

D. Tho. 2, 2. q. 13.

1 Blasphemia quid significet.

OBseruandum est primo loco, quod blasphemiæ nomen significat maledictionem, vel execrationem boni alicuius, præsertim excellentis: vt inquit Hier. ad Eph. 4. & ad Tit. 3. & sic extenditur etiam ad homines constitutos in aliqua excellentia. Ex vsu tamē sumitur pro maledictione, qua quis conuitiatur, & maledicit diuinæ excellentiæ, de cuius bonitate, & excellentia dubitari non potest; vt inquit Aug. lib. 2. de moribus Manich. cap. 11. Inde blasphemia dicitur loquutio falsa contra Deum per modum conuitij, dicitur loquutio, vt distinguatur ab assensu, quia etiam est sine assensu est blasphemia, & etiam blasphemia cordis, dicitur falsa, cum falso tribuat Deo, quòd ei non conuenit, vel remoueat ab eo, quod ei conuenit: vt colligitur ex Aug. lib. de mendac. cap. 19. vel attribuit creaturæ, quod conuenit creatori.

2 Blasphemia quotuplex, & q̄ q̄libet.

Secundò, notandum, quòd blasphemia alia est cordis cum quis corde tantum derogat diuinæ bonitati, alia oris cum huiusmodi derogatio exterius progreditur per loquutionem: vt inquit D. Th. 2. 2. q. 13. ar. 1. in corp. Secundò, blasphemia alia est Dei, in quātum Deus, alia Dei, vt Spiritus sanctus: prima, fit multis modis; primò, si affirmatur de Deo, quòd est falsum, vt si dicatur, quòd Deus est improuidus, iniustus, & huiusmodi; secundò, si de eo negatur verum, vt si dicatur, Deus nō est iustus, prouidus, non potest facere hoc vel illud factibile, faciam hoc eo inuito, &c. tertiò, si appetitus detestetur diuina, vt veniat hoc malum Deo, maledictus sit Deus, & huiusmodi, quasi Deus sit creatura subdibilis huiusmodi malis, quæ dicitur imprecatio, execratio, maledictio, & blasphemia. Quartò, si affirmatur, vel negatur aliquid de sanctis prædicto modo, detestaturve quis de ijs, in quibus ipse Deus hoc pacto inhonoratur. Quintò, si Deo incarnato tribuitur aliquid verum, vel sanctis eius, sed cum magna irreuerentia, vt qui iurant per corpus, sanguinem, membra pudenda Christi, vel sanctorum, quæ in eis pudenda non sunt, cum irreuerentia, sunt blasphemi. Sextò, si tribuitur Deo, vel sanctis eius aliquid verum, sed irreuerenter, vt iurando per corpus, & sanguinem Dei, ex ira & c. vel consuetudine dicitur maledicus, & etiam blasphemus, si credit Deum habere corpus, vel sanguinem.

3 Blasphemiæ q̄ hæreticales sint, & earū pœnæ.

Tertiò, notandum, quasdam blasphemias esse, quæ articulis fidei non obuiant, vt cum quis malum Deo, vel Beatæ Virgini imprecatur, aut sanctis, vel eis maledicit, & oppositum gratiarum agit, blasphemus enim is dicitur, sed non hæreticus, & similiter si quis maledicit terræ, & huiusmodi, vt creaturæ Dei: vt dicit Nau. in Man. cap. 12. n. 86. alias de directo esse oppositas articulis fidei, vt si qui Dei potentiā infringunt, dicentes non posse Deum facere tempus clarum, vel alia factibilia, cum sit contra primum articulum, de potentia Dei, vel si dicatur Deum esse iniustum, immisericordem, personarum acceptatorem, non videre, vel non curare quæ in mundo geruntur, non credo in Deū, abnego fidem, chrisma, crucem Domini nostri, puritatem Beatæ Virginis, vel dicēdo Beatam Virginem meretricem, & huiusmodi, quæ habent significationem infidelitatis, & fidei abnegationis, & directè opponuntur fidei confessioni, & tales in foro exteriori possunt ab inquisitoribus fidei, vt suspecti de hæresi inquisitionis officio subijci, cum faciāt actum exteriorem infidelitatis: vt inquit Eimer. in Direct. q. 41. 3. p. & ibi Pegna, commen. 66. qui si deprehendun-

tur, ita sensisse vt dixere, coguntur abiurare, vt in hæresi deprehensi: si verò ita non credidere, sed frequenter in ludo, & extra, & ex leui turbatione id egisse cõstat, vt valdè suspecti debẽt abiurare; si verò rarò, & in ludo tantum, vt leuiter suspecti: vt dicit ibi Eimer. vel aliter pœnitere cum mitræ gestatione, & huiusmodi arbitrio inquisitorum, vt ibi dicit Pegna, licet in foro conscientiæ, si ita non credunt, non sunt excommunicati, nec hæretici: vt dicit D. Tho. 2. 2. q. 13. art. 1. & ibi Caiet. Boer. qst. 301. col. 1. proferentes verò maledictiones in Deũ, vel sanctos non subijciuntur officio inquisitionis, nec qui iurant per corpus, & sanguinem Dei, nisi fallo credant Deũ corpus habere, & si id dicunt de Christo, cum veritate, iustitia, & iudicio est iuramentum, & licitum, vel veniale si adsit aliqua parua irreuerentia.

Quartò, notandum, quòd quædam blasphemia est imperfecta, quę iactatur in Deum non ex aliquo odio, & detestatione Dei, sed ex aliqua iracundia, perfecta verò, quæ ex odio, & detestatione Dei profertur, & licet blasphemiæ non differant specie, notabiliter tamen differunt inter se quò ad grauitatem peccati, vnde in confessione talis circunstãtia est necessario explicanda: vt dicit Caiet. 2. 2. quæst. 13. art. 1. ad tertium. His ita notatis.

4 Blasphem⁹ & blasphemia, quid dicatur.

Prima sit propositio. Quicunque negat aliquid de Deo, quòd illi conuenit, vel tribuit illi aliquid, quòd non conuenit, derogat diuinę bonitati, & per consequens blasphemat, quæ si corde tãtum proferatur dicitur blasphemia cordis: si verò exterius, dicitur blasphemia oris, & opponitur confessioni fidei, & cõsummata blasphemia est cum quis intellectu simul, & affectu derogat bonitati diuinæ: probatur 1. Tim. 1.

Ratione probatur, nam nomen blasphemiæ importare videtur quandam derogationem alicuius excellentis bonitatis, maximè diuinæ: Deus verò est ipsa essentia bonitatis, vnde quod Deo conuenit pertinet ad bonitatem eius, & quòd ad ipsum non pertinet longè est à ratione perfectæ bonitatis, quæ est eius essentia, qui ergo, vel negat aliquid de Deo quòd ei conuenit, vel asserit de eo quod ei non conuenit, derogat diuinæ bonitati, quòd contingit dupliciter: primò, secundùm solam opinionem intellectus: secundò, coniuncta quadam affectus detestatione, sicut ẽcõtra fides Dei perficitur per dilectionem eius, huiusmodi ergo derogatio diuinæ bonitatis, vel est secundùm intellectũ tantum, vel etiam secundùm affectum. Si cõsistit in corde est cordis blasphemia, si verò extra prodeat per loquutionem est oris blasphemia, & sic cõfessioni opponitur. D. Th. 2. 2. q. 13. art. 1.

Notandum verò pro intelligentia, ꝙ cõfessio fidei sumitur dupliciter: primò, pro assertione fidei: secundò, pro laude, & honore diuino: primo modo, infidelitas, & hæresis contrariantur confessioni fidei: secundo modo, blasphemia, & ita intelligi debet D. Th. hic, dum dicit, ꝙ blasphemia opponitur cõfessioni fidei, hoc secũdo modo, quia blasphemia formaliter, & per se primo cõtrariatur religioni, quàm confessioni fidei: vnde est prohibita in secundo præcepto. Non assumes nomen Dei tui in vanum: vt dicit hic D. Th. art. 3. nisi sit blasphemia hæreticalis, modo supra explicato, quia tunc contrariatur cõfessioni fidei in foro exteriori, & etiam interiori si ita credatur affectu, vt dicitur.

Secunda propositio. Blasphemia ex genere suo est peccatum mortale; probatur Leuit. 24. vbi blasphemis imponitur pœna mortis, sed huiusmodi pœna non imponitur, nisi pro peccato mortali, ergo. 5 Blasphemia ꝙ peccatum sit, qñ, & quo

Ratione probatur, nam 1. 2. q. 74. art. 10 peccatum mortale, est per quod homo separatur à primo principio spiritualis vitæ, ꝙ est charitas Dei: vnde quę repugnant charitati, ex suo genere sunt peccata mortalia, blasphemia verò secundùm suum genus repugnat charitati diuinę, quia derogat diuinæ bonitati, quæ est obiectum charitatis. 2. 2. q. 92. art. 1. Ideò blasphemia ex genere est peccatum mortale. D. Th. d. q. art. 2. Potest tamen esse peccatũ veniale in sexto modo, supra explicato, cum sit iuramentũ, ꝙ licet,

ꝙ licet si fiat cum debitis circunstãtijs: veniale verò est si interuenit parua irreuerentia, mortale si cũ irreuerentia magna, vel si habeatur sensus erroneus, ꝙ Deus habeat corpus, capillos, & huiusmodi, similiter est veniale cum quis ex surreptione subito ex passione prorũpit in blasphemias, & verba contumeliosa Dei, quarum significationem non considerat, si verò aduertit id esse blasphemiam considerans significationem verborum, non excusatur à mortali, vt nec qui ex ira hominem occidit; ꝙ si nõ aduertit ex praua consuetudine, concomitante quodam contemptu propriæ salutis, vel lata negligentia, qua homo non curat cauere peccata, probabile est, ꝙ sit mortale saltem exterius, cũ lata culpa æquiparetur dolo. l. ꝙ nerua. ff. depo sit. & consuetudo non tollat, sed grauet peccatum. Silu. blasphemia. nu. 4. ꝙ intelligitur si id aduertit, vel si aduerteret adhuc blasphemaret, si verò subreptio etiam ex consuetudine dederit causam blasphemiæ, ita quòd si aduerteret, non blasphemaret, non est mortale: vt dicit Nau. c. 12. nu. 84. potest etiam blasphemia esse veniale ratione actus indeliberati, modo explicato, ratione tamen materiæ semper est mortale: vt dicit hic Bannes. ꝙ si quis maledicit creaturæ ratione carẽti, vt est creatura Dei, est mortale, si verò simpliciter id dicit aliud nõ intendens, est tantum vanum, & veniale. Nau. loco cit. nu. 86. post Caiet. in d. art. 1. hac q. sic si quis diuino cultui misceat cantilenas prophanas, & turpes in cantu, vel sono, est mortale: vt ibi dicit Nau. nisi præ simplicitate id faciat credens esse licitum ob recreationem, vel consuetudinem, si enim scit esse illicitum, & cantet turpes, vel prophanas cãtilenas durante diuino officio, est mortale. Nau. ibi nu. 87.

6 Tertia propositio. Blasphemia est maximum peccatorum pertinens ad infidelitatis genus, & aggrauans illud; probatur ex gl. ord. in Is. 18. in id ad populum terribilem, vbi dicit, omne peccatũ blasphemiæ comparatum leuius est; & ex Chris. in Psal. 95. d. nihil peius esse blasphemia. & Athan. Matth. 12. in id, quicunque dixerit blasphemiam, dicit, inter peccata alia hoc interesse, quòd qui peccat, legem transgreditur, qui blasphemat contra ipsam Deitatem impiè agit, ob quam Iustin. in auth. vt non lux. contra nat. §. præterea, dicit, Deum multum hoc non relinquere, & per hoc pestem, famem, terræmotum, & alias plagas à Deo hominibus immitti, & gl. in §. quibus. in procem. Pragm. sanct. dicit, quòd cum Robertus Gallicarum Rex à Deo pacem peteret, ab imagine Crucifixi, responsum accepit, eam non futuram, donec notoria crimina, & blasphemias non extirpasset.

Blasphemia an sit maximũ peccatorum.

Ratione probatur, nam blasphemia opponitur confessioni fidei, supra art. 1. ideò habet in se grauitatem infidelitatis, & grauatur peccatum si superueniat detestatio voluntatis, & magis si prorumpat in verba sicut laus fidei augetur per dilectionem, & confessionem; Vnde cum infidelitas sit maximum peccatum secundùm suum genus, supra q. 10. art. 3. sequitur, quòd blasphemia sit maximum peccatorum ad idem genus pertinens, & id grauans. D. Th. d. art. 2. quòd intelligitur de blasphemia, quæ procedit ex odio Dei, quæ est grauior infidelitate ob circunstantiam grauantem, quia opponitur charitati, quæ est maxima virtutum, non autem ex proprio obiecto, quia infidelitas directè opponitur virtuti fidei, quæ est Theologica: blasphemia verò opponitur confessioni fidei reductiuè, quatenus ex confessione fidei redundat quædam laus in Deũ: vt dicit hic Bannes. Et est grauior homicidio ratione obiecti in quod peccatur, qui est Deus, licet ex nocumento grauius sit homicidium, at in peccato attenditur magis intentio volũtatis prauæ, quàm effectus operis, ideò est grauior homicidio, vt dicit hic Diuus Thomas ad primum. & etiam grauior periurio, & excusatione peccati, vt hic dicit ad secundum, & tertium. & blasphemia, quæ est cum cognitione eius, ꝙ blasphematur est grauius peccatum cæteris paribus, quàm illa quæ est cum ignorantia culpabili, non tamen affectata, quia habet plus de malitia in intentio-

ne: vt dicunt hic Caiet.& Bannes. si tamen in illa ignorantia, vel inaduertentia, dedit causam rei illicitæ, vt quia est inebriatus sua culpa, est mortalis, vel si id egit ex causa iniusta, vt quia in ludo amisit, si tamen ex causa iusta accensus calore iracundiæ, blasphemando non aduerteret quod dicit, est tantum veniale. D. Thom. ad secundum. & si infidelis conculcat imaginem Crucifixi, ob hæresim iunctam, plus peccat, quàm fidelis ob solam iracundiam: vt d. hic Bannes, quæ etiam blasphemia est grauior si fit in Deum, quàm in Beatam Virginem, & hæc quàm in alios sanctos.

7 Blasphemorũ pœnæ quæ.

Vnde cum tantum sit scelus blasphemia, multiplex in blasphemos est pœna sancita: vnde Leuit. 24. pœna mortis in huiusmodi sanciebatur, nam vt d. Heli filijs suis. 1. Reg. 2. si peccauerit quis in virum, placari illi poterit Dominus, si autem in Dominũ, quis orabit pro eo? vnde is vix etiam in alio seculo veniam obtinet dicitur. Mat. 12. nisi sufficienter pœnituerit. c. ferrum 50. distin. cap. 1. §. pen. de summa Trin. Vnde & Iudæi non audebant nominare blasphemiam, sed eius nomine per ironiam, vocabant benedictionem. 3. Reg. 21. & eas audiẽtes obturabant aures suas, & vestimẽta scindebant. Matth. 26. & Deus Moabit. 8 ob blasphemias interitum similem Sodomitis minatur. Sophon. secundo; & Nabuchodonosor legem tulit, vt qui Deũ blasphemassent comburerentur, & eorum domus destruerentur. Danielis tertio cap. non inuenitur. 23. quæstione 4. Vnde ob blasphemiam Sennacherib, vniuersus eius exercitus centum octuaginta millia vna nocte ab Angelo est interfectus. 4. Regum 19. & idem contigit filijs Israel, qui contra Dominum murmurarunt. Exodi 12. & Maria soror Moysis lepra percussa. Numer. 12. Dathan, & Abiron à terra absorpti, & Chore ab igne. Numer. 16. & lingua Nicanori eo mortuo excisa, & manus amputata. 1. Machab. cap. 7. & secundo, capit. 17. & Maxentius vndis est obrutus, Herodes pediculorum esca fuit, Iulianus occisus, Commodus interijt, & Pharao ab vndis submersus, & Philastius cæsus: vt dicit Iustinus Globerus in cap. 4. Politiæ Caroli Quinti Cęsaris. Niceph. libro septimo, ecclesiasticæ histor. cap. 29. qui & lib. 18. cap. 31. dicit, quosdam Beatam Virginem blasphemantes domo lapsa oppressos, & dominum domus, qui hæc tulerat, cruribus priuatum. & Beatus Gregorius libro 4. dialog. cap. 18. dicit puerum ob id à dæmonibus raptum; & Vincentius in eius Speculo historiali alia ad idem exempla recenset.

Iure verò ciuili iurans per capillos, vel caput Dei, vltimo supplicio afficitur. §. præterea. authen. vt non lux. contra nat. coll. 6. quæ pœna tunc tantum locum habet cum quis ex consuetudine, & incorrigibiliter blasphemat. Cynus, Baldus, & Salicetus in l. 2. C. de rebus cred. Alexan. consil. 233. volum. 6. & Pegna loco citato.

Iure verò canonico olim in laicos excommunicatio ferebatur, in clericos depositio ob blasphemiam. cap. si quis. 22. q. 1. post sancitum, vt laici publicè blasphemantes septem Dominicis diebus stent præ foribus ecclesiæ dum aguntur Missarum solemnia, & vltimo die sine pallio, & calceamentis, & ligata corrigia in collo, & septem sextis ferijs prædictarum Dominicarum ieiunent in pane, & aqua, & non intrent ecclesiam, & quolibet prædictorum dierum tres, si poterunt duos, vel vnum saltem pauperem reficiant, & si non possunt in aliam pœnam commutetur, quam pœnitentiam si facere noluerint, interdicatur eis ingressus ecclesiæ, & in obitu careant ecclesiastica sepultura, & si sunt diuites per temporalem potestatem, cogentur episcopo si opus erit, soluere quadraginta solidos monetæ vsualis, vel triginta vel saltem viginti. c. statuimus. extra de maled. & etiam si in extremis velint pœnitere, si per episcopum fuerat lata sententia cõtra eos carebunt sepultura: quæ tamen pœnæ non habent locum si quis calore iracundiæ, vel ex ebrietate blasphemet, nisi iracundia ex causa iniusta processerit & vsus rationis sit absorptus; nec in foro animæ habent locum, sed confessor

poterit

poterit eas moderari; & poteſt in prædictis pęnis diſpenſari cum perſona honorabili quam non deceat publice pœnitere, redempta ea pœnitentia eleemoſinis, vt d. Abb. in d. c. & vt incurrantur dictæ pęnæ oportet etiã, vt blaſphemia ſit notoria de iure vel de facto, vel poſtea delata ad epiſcopum, & procedunt in quattuor, primis modis blaſphemandi ſupra relatis, & in quinto, & in ſexto, ſi iurans per caput Dei, habet ſenſum erroneum, vel dicit non iurãdo licito modo, ſed deteſtando, & cum contemptu; & prædicta pœna pecuniaria erit iudicis condemnantis ſiue laici, ſiue clerici; quæ tamen pęnæ non procedunt in clericis, qui non debent publice pœnitere, vt d. Silu. blaſphemia. nu. 6. vſque in fi. Aliæ quoque pœnę imponuntur tam cõtra clericos quàm laicos blaſphemos in Concilio. Later. ſeſſ. 9. §. ad abolendam, & in Bulla VI. Pij Quinti vbi laicus primo blaſphemans Deum, Chriſtum, vel Beatam Virginem prima vice punitur in viginti ducatis, ſecunda in quadraginta, tertia in centum, & in exilium mittitur, qui ſi non eſt ſoluendo, prima vice manibus poſt tergum ligatis plebeius, per vnum diẽ ſtet ante fores eccleſiæ, ſecunda fuſtigetur per vrbem, tertia lingua ei perforetur, & ad triremes mittatur, clericus, prima vice fructibus beneficiorum vnius anni, ſecunda beneficijs priuetur, tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur; qui reliquos ſanctos blaſphemarit pro qualitate blaſphemiæ, iudicis arbitrio puniatur, & de ijs poteſt cognoſcere etiam iudex laicus, vel eccleſiaſticus inter laicos & datur locus præuentioni. vt in d. Bulla habetur.

8 Quartu propoſitio. In damnatis eſt blaſphemia cordis, ſcilicet deteſtatio diuinæ iuſtitiæ, & probabile eſt quod poſt reſurrectionem erit etiam vocalis blaſphemia, vt in ſanctis erit diuina laus, probatur Apoc. 19. vbi gl.

Blaſphemia an ſit in damnatis, & vt.

Ratione, nam vt ſupra, ad rationem blaſphemiæ pertinet deteſtatio diuinæ bonitatis qui, vero ſunt in inferno, retinebũt peruerſam voluntatem auerſam à Dei Iuſtitia, in hoc quod diligunt ea pro quibus puniuntur & vellent, eis vti ſi poſſent, & odiunt pœnas, quę pro huiuſmodi peccatis infliguntur, dolent tamen etiam de peccatis commiſſis, non quia ea odiunt, ſed quia pro eis puniuntur, ſic ergo, talis deteſtatio diuinæ iuſtitiæ eſt in eis interior cordis blaſphemia, & eſt credibile, qđ poſt reſurrectionem erit in eis etiam vocalis blaſphemia, vt in ſanctis erit vocalis laus Dei &c. D. Th. d. q. 13. art. 4. Notandum vero differre deteſtationem diuinæ bonitatis à deteſtatione interiori, quod prima eſt actus voluntatis, ſecunda actus intellectus, vt loquutio quædam ſpiritualis.

SVMMARIVM.

1 Blaſphemia in ſpiritum ſanctum, quæ dicatur.
2 Peccare in ſpiritum ſanctum quis dicatur.
3 Peccati in ſpiritum ſanctum ſpecies quot & quæ.
4 Peccatum in ſpiritum ſanctum an ſit remiſſibile, vel nõ, & quomodo.
5 Peccare ex inclinatione, & certa malitia vt contingat.

De Blaſphemia in Spiritum ſanctum. Cap. XXVI.

D. Th. 2. 2. q. 14.

1 Blaſphemia ĩ Sp. S. quæ dicatur.

Notandum quod peccatum, vel blaſphemia in ſpiritum ſanctum, dicitur peccatum quod ſit contra Deum, vt eſt Saluator, & author gratiæ, vel vt per ſpiritum ſanctum ſit remiſſio peccatorum, vt d. Amb. li. 1. de Sp. S. c. 3. & lib. 2. de pœnit. c. 4. vel pro finali impœnitentia vt d. Aug. li. de verb. domini ſerm. 11. & ep. 50. & poteſt id contingere vel ſit in corde, vel in ore, vel in opere formaliter, & directe, quando quis ex intentione loquitur, contra Deum, vel facit aliquid ad ſignificandam blaſphemiam mentalem, ſecundo, cum non ex intentione id facit, quod tamen cedit in contumeliam Dei, quam tenebatur vitare, & ſua culpa, vel ignorantia culpabili non euitat, vt ſi hæreticus cõcul cat ima-

imagines Christi, vel aliquid facit quod est causa, quod alij blasphement nomen Christi; vel cum quis proponit perseuerare in peccato vsque ad mortem, & maxime dicitur peccatum in Sp. S. cũ quis contra opera diuinitatis stupenda conuitia iactat cum animo perseuerandi in illo peccato vsque ad mortem, abiecta spe & timore Dei, vt d. hic Bannes. Vel peccatum in Sp. S. quãdoq; dicitur blasphemia contra sanctissimam Trinitatem, quandoque contra personã Sp. S. quandoque pro finali impœnitentia, q̃nque & proprie, sunt peccata illa, quæ contra attributum spiritui sancto quod est bonitas committuntur, vel repugnãt remissioni peccatorum, quod est attributum spiritui sancto tributum, cum ex amore Dei peccata remittãtur, & amor spiritus sanctus sit amor, & ea quæ ad amorem Dei spectant, tribuuntur ei. His notatis.

2 Peccare I Sp. S. quis dicatur.

Prima sit propositio. Peccare in Sp. S. non est peccare ex habitu, sed ex certa malitia, & electione mali, ea contemnendo quæ à peccato retrahere poterãt, quod peccatum in Sp. S. est speciale peccatũ, ab alijs tamen aliter distinguitur.

Ratione probatur, nam de peccato in spiritum sanctum tripliciter loquũtur patres, aliqui enim dicunt esse in spiritum sanctum, quãdo ad literam dicitur blasphemia cõtra spiritum sanctum, vel accipiatur spiritus sanctus secũdum qd essentialiter cõuenit toti Trinitati, cuius q̃libet persona, & spiritus & sanctus est, vel vt est nomen personale, vnius personæ in trinitate, & ita. Matth. 11. distinguitur blasphemia in spiritum sanctum ab illa in filium hominis, quia Christus operabatur quædam humanitus, vt comedẽdo, quædam diuinitus, vt mortuos suscitando, qui ergo opera per eum facta per virtutem propriæ diuinitatis, & opere spiritus sancti, quo secundum humanitate erat plenus, tribuebant Principi dæmoniorum, dicebantur peccare in Sp. S. secundum Hilar. Ambro. Chrisost. Aug. vero id peccatum dicit esse finalẽ impœnitentiam dum quis perseuerat in mortali vsque ad mortem, dicitur enim esse contra spiritum sanctum quia est contra remissionem peccatorum quę fit per Sp. sanct. qui est charitas patris, & filij. Alij id d. quando quis peccat contra appropriatũ bonum spiritus sancti, cui appropriatur bonitas, vnde peccare dicunt eum in patrem qui peccat ex infirmitate, in filium, qui ex ignorantia, & in Spirit. sanct. ex malitia. i. ex ipsa electione mali. 1. 2. q. 78. art. 1. 3. quod contingit dupliciter. Primo ex inclinatione habitus vitiosi, qui malitia dicitur, & sic non est idem peccare ex malitia, & in Sp. sanct. secundo, quia ex contẽptu abijcitur id quod electionem peccati poterat impedire vt spes per desperationem, & timor per præsumptionem, quæ vero peccati electionem in nobis impediunt sunt effectus spiritus sancti in nobis, ideo sic ex malitia peccare, est peccare in spiritum sanctum, & c. D. Thom. 2. 2. q. 14. art. 1.

3 Peccati in Sp. S. spẽs quot & q̃.

Secunda propositio Peccati in Spirit. sanct. recte sex species assignantur, scilicet desperatio, pręsumptio de diuina misericordia, impœnitentia, obstinatio, impugnatio veritatis agnitę, & inuidia fraternę gratię, probatur ex Aug. lib. de fide ad Petrum. c. 3. in Ench. c. 82. sermo. 11. de verb. domini lib. de serm. domini in monte. c. 44.

Ratione, nam distinguũtur peccata in spiritum sanctum secundum remotionem, vel contemptum eorum, per quæ potest homo ab electione peccatorum impediri, quæ sunt vel ex parte diuini iuditij, vel donorum Dei, vel peccatorum. Homo enim auertitur, ab electione peccati ex consideratione diuini iuditij, quod habet iustitiam cum misericordia, & per speme quæ surgit ex consideratione misericordiæ remittentis peccata, & præmiantis bona, quæ tollitur per desperationem, & iterum per timorem qui consurgit ex consideratione diuinæ iustitiæ punientis peccata, qui timor tollitur per præsumptionem, dum quis præsumit consequi veniam sine pœnitentia, & gloriam, sine meritis, dona vero quib. homo retrahitur a peccato sunt duo, Primò Agnitio Veritatis, contra quod ponitur impugnatio veritatis agnitę, Dum Veritatem fidei agnitam

tum quis impugnat, vt liberius peccet: secundum est auxilium interioris gratiæ contra quod ponitur inuidentia fraternæ gratiæ, dum scilicet quis inuidet fratris gratiæ, & etiam gratiæ Dei crescēti in mundo, ex parte peccatoris duo à peccato retrahunt, primo inordinatio, & Turpitudo Actus, cuius consideratio inducit in homine pœnitentiam peccati contra quod ponitur impœnitentia, non vt supra dicitur perseuerantia in peccato vsque ad mortem, quia, sic est speciale peccatum, sed vt significat propositum non pœnitendi, secundo, paucitas, & breuitas boni quod in peccato est, quod retrahit à peccato, quod tollitur per obstinationem, quando homo suum propositum firmatū in hoc quod peccato hæreat; & istę dicuntur species peccati in Spirit. sanct. quatenus constituuntur per contemptum eorum quę retrahunt à peccato. D. Thom. d. q. ar. 1. & ibi Gaiet. Hæc autem ita intelliguntur, quod qui intendens aliquod peccatum committere, cogitationes sanctas cordi suo aduenientes, & diuini iudicij timorem repellēs, veniam sine pęnitentia sibi promittens, dicitur peccare peccato in Sp. sanct. sed si veniam speraret peccando, quia à peccato desistere & dignā pœnitentiam agere cogitaret, non diceretur peccare in Sp. sanct. sed id peccatū minueret. D. Th. 2. 2. q. 21. ar. 2. ad 3. sic qui sua peccata considerat, & diuinam iustitiam desperās de misericordia Dei, peccat in Sp. sanct. sed si veniret in desperationem salutis, vel contemptum beneficiorum Dei, quia vellet forte non esse natus, vel esse bestia, vel mori; non peccaret in Spir. sanct. licet mortaliter. Silu. accidia. §. 2. sic si cōmittens fornicationē statuit inhęrere semp peccato, dicitur peccare in spir. sanct. Turr. Cr. in c. importuna. §. quod autem de pęnit. d. 1. Sic qui videt proximos in Dei seruitio proficere, vel peccatores agere pœnitentiam, vel numerum fidelium augeri, & dolore angitur peccat in Sp. sanct. vel d. vsuram non esse peccatum, vt ipse & alij liberius peccent, peccat peccato in spirit. sanct.

4 Peccatū in Sp. S. an sit remissibile, vel non, & quomō.

Tertia propositio. Peccatum in spiritum sanctū sumptum pro finali impœnitentia est irremissibile, alijs modis, nō dicitur irremissibile, difficile tamen remitti, quia habet de se meritum vt non remittatur siue quantum ad pœnam, siue quantum ad culpam.

Ratione probatur, si accipitur pro finali impœnitentia, sic est irremissibile, quia peccatum mortale in quo perseuerat vsque ad mortem in hac vita, quia non remittitur per pœnitentiam, nō remittetur etiam in futurum; secundùm alias acceptiones dicitur irremissibile, quia non habet meritum, vt remittatur, vno modo quò ad pęnam, qui enim ex infirmitate, vel ignorantia peccat aliquam excusationem habet, qui verò ex malitia, non habet excusationem, vt pœna minuatur, sic qui blasphemat filium hominis diuinitate eius nondum reuelata aliquam excusationem habebat ab infirmitate carnis, quā in eo cernebat, & ita minorem pœnam merebatur, sed qui blasphemat diuinitatē, opera Spirit. Sancti Diabolo tribuens non excusabatur vt eius pœna minueretur, vnde secundum Chris. Iudęi passi sunt, & in præsenti vita per Romanos, & in futuro in pœna inferni. Et quod omne peccatum per pœnitentiam sit remissibile, late probaui tr. de pœnit. sub. c. de effectu pœnit. & supra tr. de iustific. vnde illa loca. Matth. 12. spiritus aūt blasphemiæ non remittitur, & Io. 8. in peccato vestro moriemini, explicantur ab eodē domino. d. c. 8. d. enim, si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro, vbi Christus dominus docuit arbitrij libertatem, & gratiæ suæ efficaciam, ita vt nulli sit desperandum in hac vita, licet grauissimis sit criminibus irretitus, sed tantum in huiusmodi locutionibus significatur difficultas pœnitentię, vt sic homines excitentur ad statim diuinam quærendam misericordiam. Sic enim exponit illum locum Matthæi Amb. lib. 2. de pœnit. cap. 4. & Chris. Math. 12. quia peccatum in Sp. S. ibi significatur quo quis cognitam, vel manifestam veritatē, spiritus sancti virtute, reuelatione & signis sufficienter contestatam malitiose negat & insectetur.

tur, vt faciebant iudęi tribuentes miracula Christi Beelzebub, vt d. ibi. Ilar. & Hier. quod ideo dicitur nō remitti, quia vt plurimum non remittitur quia per id malitiose respuitur fidei veritas, sine qua non potest quis placere Deo, & tū tale peccatum est etiam quandoque remissum, vt patet act. 2. & notat Amb. li. 2. de pœnit. c. 4. & quod dicitur Heb. 6. impossibile est, &c. & Heb. 10. intelligitur de ijs qui ceciderūt a gratia baptismi, quod amplius non baptizantur, vt d. ibi. Chris. & quod habetur. Io. 8. & 1. Io. 5. intelligitur de finali impœnitentia vt exp. Aug. lib. de Corr. & gratia. c. 12. vel quod grauia peccata difficiliter remittuntur, vt d. Hier. li. 2. con. Iou. omnia tamen per pœnitentiā remittuntur, vt diffinitur in c. firmiter. de summa. tr. & in Conc. Trid. sess. 14. cap. 3. & sess. 6. c. 7. & 14.

5 Peccare ex inclinatione, & certa malitia vt cō tingat.

Quarta propositio. Peccare ex inclinatione habitus nunquam contingit à principio, & similiter peccare ex certa malitia, idest contemptu eorum quæ possunt à peccato retrahere plerunque contingit præsupponendo alia peccata, potest tamen contingere, vt in primo actu quis peccet cōtra Spiritū sanctū q̄ in viris perfectis vix, aut nunquam contingit, si vero peccatum in Sp. S. intelligitur finalis impęnitentia necessario p̄supponit alia peccata, probatur. Eccl. 12 D. Th. à contr. sensu.

Ratione probatur, nam peccatum in Spirit. S. vno modo est ex certa malitia, supra art. 1. quod contingit dupliciter, primo ex inclinatione habitus quod nō est proprie peccare in spiritū sanctū & sic à principio peccare nō cōtingit, quia oportet actus peccatorum pręcedere, ex quibus causatur habitus inclinans ad peccatum, secundò, dicitur quis peccare ex malitia abijciendo ex contemptu ea per quæ homo retrahitur à peccato, quod est proprie peccare in spirit. sant. supra art. 1. quod sęp e præsupponit alia peccata. Prouer. 18 Impius cum in profundum peccatorum venerit, cōtemnit; potest tamen quis p propriū actum peccati in spirit. sanct. peccare per contemptum, tum ob libertatem arbitrij tum etiam ob multas dispositiones pręcedentes, vel etiam ob aliquod vehemens motiuum ad malum, & debilem affectum hominis ad bonum, vnde in viris perfectis id raro, vel nunquàm accidere potest, vt d. Orig. 1. Periar. c. 3. & eadem ratio est, si peccatum in spiritum sanctum accipiatur ad literam pro blasphemia, de qua dn̄us, d. sic enim semper ex malitiæ contemptu procedit, si vero accipiatur pro finali impœnitentia nō habet difficultatem, quia ad peccatum in spiritum sanctum requiritur continuatio peccati vsque in finem vitæ.

SVMMARIVM.

1 Mentis cœcitas quid sit.
2 Mentis cœcitas an sit peccatum.
3 Hęberudo sensus quid sit, & an sit peccatum vel pœna.
4 Cœcitas mentis vnde oriatur.

De vitijs oppositis intellectui, & scientiæ & primo de cœcitate mentis. Cap. XXVII.

Notandum, quod vsus luminis naturalis, circa principia immediata tam speculatiua quàm practica potest impediri, non solum ex læsione organi corporalis, quæ potest accidere sine peccato actuali, sed ex læsione culposa in sua causa, vt ex ebrietate, & luxuria, & tunc si huiusmodi impedimentum fuit præuisum, vel non consideratum cum culpa, grauat culpam p̄cedentem, nec excusat ab actu qui postea sequitur, vt si quis patitur in ebriatis, vt cum eo mulier coniungatur actus luxurię sequens voluntarius ęstimatur, secundo, notandum quod circa conclusiones quæ deducuntur ex lumine naturali, vt non esse mecandum, potest esse cęcitas mentis, quæ habeat rationem pęnę respectu originalis, vel actualis peccati quatenus Deus subtrahit in pœnā peccati lumen gratiæ suæ, quod impediret illam cœcitatem, & culpæ, quatenus homo poterat attēdere ad principia ex

D. Tho. 2 2. q. 15.
1 Mētis cœcitas q̄d sit.

ex quibus dictæ conclusiones deducuntur, & noluit, quia sequitur passionem, vel quid aliud ex malitia, vel habitu malo, tertio, notandum quod lumen superadditum quandoque potest esse supernaturale, vt donũ fidei & intellectus cuius priuatio habet rationem pœnæ, quia Deus directe id subtrahit propter peccatum; quandoque acquisitum per eruditionem, & tunc id potest amitti ob obliuionem, vel errorem cõtrarium, & id potest etiam esse pœna, quia Deus per illa damna corporalia punit peccatum hominis, vltimo, notandum, quod excæcari quidam dicuntur ex eo, quod non datur eis auxilium efficax quo de facto conuertantur, nec bono resistant, datur tamen eis auxilium sufficiens ad salutẽ sico vti nolunt qui dicuntur indurari quia non cedunt quibuscunque inspirationibus diuinis ob magnitudinem impietatis suæ, licet sufficientes sint ad salutem, quia licet Deus non det illis gratiã illam peculiarem, tñ non impartiendo malitiam, vt qui non vult illorum peruersitatem, sed non impartiendo illam gratiam efficacem, vt d. Aug. lib. 1. ad simpl. q. 2. & ep. 105. Iren. lib. 4. c. 48. Valentia. 1. 2. q. 9. disp. 6. puncto. 1. & 2. non est causa cæcitatis. His ita not.

2 Prima sit propositio. Cæcitas mentis non est peccatum, vt dicit priuationem luminis rationalis, sed sic vt dicit priuationem luminis habitualis, modo explicato, sic tamen vt anima nunquàm priuetur lumine naturali, licet impediatur ab eius vsu, probatur ex Grego. 31. mor. cap. 31.

Mentis cæcitas an sit peccatum.

Ratione, nam vt cæcitas corporis est priuatio eius quod est principium corporalis visionis, ita cæcitas mẽtis est priuatio eius quod est principium intellectualis visionis mentis, cuius est triplex principium, primo, lumen rationis naturalis, quod lumen pertinet ad speciem animæ rationalis, quod numquam priuatur ab anima, impeditur tamen quandoque à proprio actu per impedimẽtum vitium inferiorum quibus eget intellectus ad intelligendum vt patet in furiosis P. P. q. 84. art. 7. 8. secũdum principiũ intellectualis visionis, est aliquod lumẽ habituale naturali hominis rationi superadditum quod lumen quandoque priuatur ab anima, Et dicitur cæcitas, quæ est pœna; tertium principium visionis intellectualis est id p quod homo intelligit alia, cui principio intelligibili mens potest intendere vel non, & qd nõ intendat, contingit, vel quia sponte se auertit à cõsideratione huius principij Ps. noluit intelligere, vt bene ageret, secundo, per occupationem mẽtis circa aliaque magis diligit quibus ab inspectione huius principij mens auertitur. Ps. Supercecidit ignis, scilicet concupiscentiæ & non viderunt solem, & vtroque modo cæcitas mentis est peccatum.

3 Secunda propositio. Hebetudo sensus est aliud peccatum, vel pœna à cæcitate mentis, quia hebetudo sensus dicit quandam debilitatem mentis circa considerationem spiritualium bonorum, cæcitas vero mentis omnimodam priuationem cognitionis ipsorum, quæ hebetudo est peccatum vt & cæcitas, quatenus est voluntaria, probatur ex Greg. li. 31. Mor. c. 31. post Med.

Hebetudo sensus quid sit, & an sit peccatũ, vel pœna.

Ratione, nam hebes acuto opponitur, acutum vero dicitur quia penetrat, vnde hebes dicitur obtusum non valens penetrare, sensus vero hominis dicitur penetrare medium per quandam similitudinem, quatenus ex aliqua distãtia suũ obiectum percipit, vel quatenus potest intima rei percipere; vnde in corporalibus acuti sensus dicitur qui potest percipere sensibilia ex remotis videndo, vel audiendo &c. econtrario dicitur sensus hebetatus, qui nõ percipit nisi ex propinquo, & magna sensibilia, sensus etiã aliquis dicitur esse causa intelligentiæ ad similitudinem corporalis qui est aliquorum principiorum, & extremorum sicut sensus est cognoscitiuus sensibiliũ, vt principiorum cognitionis; sensus vero qui est circa intelligibilia non percipiet suum obiectum per medium distantiæ corporeæ, sed per alia media, vt cum per proprietatem rei percipit eius essentiam, & per effectũ causam, is ergo dicitur acuti sensus intellectiui qui statim ad apprehẽsionem proprietatis rei, vel effectus naturam rei apprehendit, &

vltimas

vltimas eius cõditiones, hebes vero qui veritatem percipere non potest nisi per multa ei exposita, & tunc etiam nõ perfecte cõsiderat omnia quę ad naturam rei pertinent, sic ergo hebetudo sensus circa intelligentiam importat quamdã debilitatem mentis circa considerationem spiritualium bonorum, cęcitas vero omnino priuationem cognitionis ipsorum, & vtrunque dono intellectus opponitur per quod homo spiritualia bona apprehendendo cognoscit, & ad eorum intima penetrat, & vtraq; est peccatum, vt est voluntarium quatenus quis affectus circa carnalia, negligit & fastidit discutere spiritualia.

4 Coecitas mẽtis vnde oriat. Tertia propositio. Cęcitas mentis ex luxuria oritur, & hebetudo sensus ex gula, vt contra abstinentia, & castitas maxime disponunt ad perfectionem spiritualis, vel intellectualis operationis, probatur. Eccl. 19. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapiẽtes, & ex Greg. lib. 31. Mor. c. 32. post Med.

Ratione, nam perfectio intellectualis operationis consistit in quadam abstractione à sensibilium phantasmatibus. Ideo quanto intellectus hominis est magis liber ab huiusmodi phantasmatibus eo magis intelligibilia considerare potest, & ordinare omnia sensibilia, quia agens oportet vt dominetur super materiam, vt eam possit mouere 8. Phisi. te. 77. sed delectatio applicat intentionem ad ea in quibus quis delectatur, & huiusmodi optime operatur 10. Eth. c. 4. & 5. vitia vero Carnalia, scilicet Gula & luxuria, cõsistunt circa delectationes tactus ciborum scilicet & Venereorum quę sunt vehementissimæ inter omnes delectationes corporis, ideo per hæc vitia intentio hominis maxime applicatur ad corporalia, & sic operatio hominis debilitatur circa intelligibilia, & magis per luxuriam, quia huiusmodi delectationes sunt vehemẽtiores, quàm ciborum: ideo ex luxuria oritur coecitas mentis, quæ quasi omnino excludit cognitionem spiritualium bonorum, & ex gula hebetudo sensus, quæ reddit hominem debilem ad huiusmodi intelligibilia, è cõtra oppositę virtutes, scilicet abstinentia, & castitas maxime disponunt hominem ad perfectionem intellectualis operationis Daniel. 1. D. Th. d. artic. 3.

SVMMARIVM.

1 Preceptum de credendo an sit datum in lege veteri.
2 Precepta pertinentia ad scientiam, & intellectum conuenienter data.

De praeceptis fidei scientia, & intellectus. Cap. XXVIII.

D. Tho. 2. 2. q. 16.

1 Preceptũ de credendo an sit datum in l. veteri.

PRima sit propositio. In lege veteri præter præceptum de credendo vnum Deum ipsis appositum, non est datum pręceptum de alijs credendis, licet supposita fide vnius Dei, potuerint dari alia præcepta credendi, & in ea continerentur multa credenda, probatur. Rom. 3.

Ratione, nam lex imponitur tantum subditis, ideo præcepta l. præsupponunt subiectionem recipientis legem ad eum qui dat legem, prima vero subiectio hominis ad Deum est per fidem. Heb. 11. accedentem ad Deum &c. Ideo fides presupponitur ad l. præcepta, ideo quod est fidei pręmittitur ante l. præcepta, cum dicitur Ex. 20. ego sum dominus Deus tuus &c. sed quia in fide multa continẽtur ordinata ad fidem, qua creditur Deum esse, quod est primum inter omnia credibilia supra q. 1. ar. 7. ideo supposita fide de Deo per quam mens humana Deo subijcitur, possunt dari præcepta de alijs credendis, ideo supposita fide vnius Dei nulla alia præcepta sunt in veteri l. data de fide. Pro quorum explicatione aduertendum, omnes homines, vel in l. naturæ vel scripta, vel gratiæ, obligatos esse ad fidem supernaturalem vnius Dei, nec satesse id scire, vnum scilicet Deum esse per demonstrationem naturalem, sed opus esse assentiri huic veritati maiori certitudine, quàm sit in demostratione, scilicet certitudine fidei, quia præceptum vnius Dei semper præ-

præsuppositum fuit in populo fideli cũ actus fidei sit primus motus mentis in Deum, vnde in omni. l. diuinitus fuit reuelatum Deum esse & remuneratorem, ac iustificatorem, in illo sperandum & super omnia diligendum, & pœnitendum esse de peccatis, ex quo postea alia colligebãtur, quæ egebant aliqua explicatione, vnde & in l. veteri sunt explicata præcepta de spe, & charitate, licet nõ ita expresse, vt in l. gratiæ, & ita verum est quod d. D. Thom. præter preceptum vnius Dei quod semper præsuppositum fuit, non esse datum præceptum aliud explicitum de credendis, licet ex illo primo alia colligi potuerint ꝑcepta fidei, ad quę tenerentur homines in l. scripta, vt quod homines illius l. tenerentur credere explicite incarnationem Christi, quo ad aliqua etiam eius misteria, & non in vniuersali tantum, vt d. in tr. de sacram. in genere. cap. 5. & huiusmodi, quæ postea in l. noua explicite erant declaranda.

4 Secunda propositio in l. veteri conuenienter traduntur præcepta pertinentia ad scientiam & intellectum, licet abundantius in l. noua.

Pręcepta ptinentia ad sciam, & intellectũ conueniẽter data.

Ratione, nam circa scientiam & intellectum tria possunt considerari, primo acceptio eius, secundo conseruatio eius, tertio vsus eius. Acceptio scientiæ vel intellectus, fit per doctrinam & disciplinam, & vtrunque in l. præcipitur, Deut. 6. Erunt verba hæc quæ ego ꝑcipio tibi in corde tuo, quod pertinet ad disciplinã, & narrabis ea filijs tuis quod pertinet ad doctrinam, Vsus vero scientiæ, vel intellectus est meditatio eorum quę quis scit, ideo subditur & meditaberis sedens in domo tua conseruatio, fit per memoriam ob quod subditur, & ligabis ea quasi signũ in manu tua &c. per quę iugis memoria mandatorum significatur, nam quę sensibus sępe occurrunt, & ad quę oportet sępe recurrere, à memoria non excidunt, & Deut. 4. ne obliuiscaris verborum quę viderunt oculi tui, quę tamen abundantius in doctrina euangelica, & apostolica in nouo testamento mandata leguntur. D. Tho. d. q. 16. ar. 2.

DE SPE.

SVMMARIVM.

1 Spes quid significet in vniuersali, & vt hic.
2 Spes virtus quid sit, cum eius declaratione, & laudibus.
3 Spes est virtus.
4 Spei obiectum quod.
5 Spes an tendat ad bona alterius, vel propria tantum.
6 Sperare an liceat de creatura.
7 Spes est virtus Theologica.
8 Spes est virtus ab alijs distincta.
9 Fides an pręcedat spem.
10 Spes an sit prior charitate, vel contra.

De spe, secundum se. Cap. I.

D. Tho. 2. 2. q. 17.



Bseruandum est pro clariori intelligentia, primo loco quod spes in vniuersali sumpta est motus in bonum arduum futurum possibile, dicitur motus, scilicet animi, vel erectio animi cum conatu quodam, dicitur in bonum, quia spes ꝓprie est boni, & abusus vocabuli est vt ad malum referatur, vt inquit. Aug. in Ench. c. 8. Dicitur futurum, vt distinguatur à gaudio quod est quies in bono adepto, dicitur arduum, vt differat à desiderio, & concupiscentia, quę non important difficultatem in bono concupito, vnde spes addit supra desiderium conatum quendam animi ad consequendum bonum arduum, dicitur possibile, quia si cognoscimus bonum nobis impossibile, statim animus deprimit, & id obtinere desperamus, vt inquit. D. Th. 1. 2. q. 25. artic. 1. & q. 40. ar. 1. Et secundum hanc acceptionem translatum est nomẽ spei, ad significãdum similem motum in voluntate ad bonum intelligibile, futurum, arduũ, possibile per lumen & auxiliũ supernaturale obtineri cuius obiectũ materiale est res ipsa adipiscenda beatitu-

1 Spes qd significet in vniuersali, & vt hic.

titudo supernaturalis, formale, auxilium diuinum cui innititur, vt colligitur ex Aug. enarr. in Ps. 62. & in Psalm. 65. in princ.

2 Secundo notandum, quòd spes diffinitur, quod sit virtus diuinitus infusa, qua certa cum fiducia nostræ salutis, & æternę vitę bona à Deo expectantur, ex consideratione accepta diuinæ bonitatis & promissionis bene operantibus factæ, vt colligitur Ps. 36. spera in domino & fac bonitatem. Eph. 2. Tit. 3. Rom. 2. 1. Io. 3. si cor nostrum non reprehēdit nos, fiduciā habemus apud Deum, quę etiam excitatur ex cōsideratione beneficiorum Dei, & maxime quæ Christus dominus nobis contulit, modo iuncta sit conscientiæ puritas, & operum bonorum actio. vt inquit. Aug. li. 1. de doctr. chr. c. 40. & lib. 3. c. 10. Greg. lib. 33. Mor. cap. 15. significata iccirco per vas mãna continens, & viñeam quam plantat fidelis, vt inquit Hier. in 24. Iob. assimilata etiam baculo quo peregrinus sustentatur ne corruat. Psal. 33. Iob. 13. etiam si occiderit me, in ipso sperabo, Ps. 55. in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro, & ancorę, quia scilicet nauem, idest animam seruat ne à procella tentationum irruatur, vel vt de naui, quæ in ancoris est, dicimus rectè quiam in terra sit, adhuc tamen fluctuat, sed in terra quodãmodo educta est contra ventos & tempestates, sic contra tentationes huius peregrinationis nostræ, spes nostra fundata est in illa ciuitate Hierusalem, q̄ facit nos nō abripi in saxa, vt inquit Aug. in Psal. 64. col. 2. vnde & Bias apud Diog. lib. 1. dicebat spem dulcē esse, & à Pindaro dicebatur somnium vigilantium, & ab Amb. in Ps. 12. furari, labores, & metū periculi ob cōmodum futurum, in Deo vero posita non fallit, vt inquit Aug. serm. 170. de temp. Vltimo notandū, quod nemo sperare potest ex viribus naturæ prout conuenit sine auxilio Dei gratuito, & supernaturali, cum vt fides sic spes sit donum Dei, vt diffinitur in Conc. Tr. sess. 6. can. 26. 27. & colligitur. Ps. 118. memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. Rom. 8. spe salui facti sumus. 1. Io. 3. omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sed opus ex viribus naturæ non saluat hominem idem habet. Aug. in Psal. 90. & Amb. li. 5. ep. 22. His ita not.

Spes virtus q̄d sit, cū eius declaratione, & laudibus.

3 Prima sit propositio. Spes est virtus, probatur ex Greg. lib. 1. Mor. c. 28. ante Med.

Spes est virtus.

Ratio, nam virtus cuiusq; rei est quę facit bonum habentem, & opus eius bonū, vbi ergo inuenitur aliquis actus hominis bonus oportet quod respondeat alicui virtuti humanę, in omnibus vero regulatis, & mensuratis bonum consequitur per hoc quod aliquid propria regula attingit, vt vestis dicitur bona, quia nec excedit nec deficit à debita mensura, sed vt supra q. 8. art. 3. ad 3. Duplex est mensura, vna proxima & homogenea, scilicet ratio, alia suprema, & excedens scilicet Deus, ideo omnis actus hominis attingēs ad rationem, vel ad Deū est bonus, sed actus spei de qua est sermo, attingit ad Deum, quia obiectum spei est bonum futurum arduum possibile obtineri 1. 2. q. 40. art. 1. possibile nobis per diuinum auxilium, spes vero nostra attingit ad Deum cuius Auxilio innititur, ideo spes est virtus, cum faciat actum hominis bonum, & debitam regulam attingentem. D. Tho. q. 17. art. 1. Et quod dicitur spem esse virtutem, intelligitur etiam de spe non formata charitate secundum rationem sui actus, & obiecti, licet sine charitate nulla virtus sit proprie, & simpliciter virtus in statu naturæ lapsæ, vt d. D. Thom. 1. 2. q. 65. artic. 4.

4 Secunda propositio. Proprium, & principale obiectum spei est beatitudo æterna, probatur. Heb. 6. vbi gl. ord.

Spei obiectū quod.

Ratione probatur, nam spes attingit Deum innitens eius auxilio ad consequendum bonum speratum, sed oportet effectū esse proportionatū causę ideo bonum quod primo, & principaliter à Deo sperare debemus est bonum infinitum, quod proportionatur virtuti Dei adiuuantis, quia infinitę virtutis est proprium ad infinitum bonum ducere, hoc vero bonum est vita æterna, quæ in fruitione Dei consistit, nam minus ab eo speran-

sperandum non est quàm sit ipse, cum non sit minor bonitas eius per quam bona creaturæ communicat, quàm eius essentia, ideo proprium & principale obiectum spei est vita æterna, & alia petuntur, & optantur in ordine ad eam. D.Th. ar.2. Alia tamen bona temporalia respicit secundario spes in ordine ad beatitudinē, vt ad eā expediunt. Aug. in Enc.c.114.& vt d.hic D.Th. ad 2. Et qđ dicitur obiectum spei esse beatitudinē æternam, intelligitur quod Deus clare videndus est obiectum nostræ spei unico obiecto Dei, & visionis eius.

5 Spei obiectū an sit proxim⁹. Tertia propositio. Absolute loquendo spes est solius boni ad se pertinentis, ratione tamen charitatis potest quis alteri sperare vitam æternam; quæ beatitudo sibi & proximo per eandē virtutem spei speratur, probatur primum ex August. in Ench.c.8. t.3.

Ratione, nam spes alicuius potest dupliciter esse, primo, absolute & sic est boni ardui ad se solū pertinentis, secundo modo, ex suppositione alterius, & sic potest eorum esse quę ad alium pertinent, amor enim & spes differunt, quia amor, importat quandam vnionem amati ad amatum, spes vero quendam motum appetitus in bonum arduum, vnio vero est aliquorum distinctorum, ideo amor directe potest respicere alium, habens cū vt se, motus vero est ad proprium terminum proportionatum mobili, ideo spes directe respicit proprium bonum, præsupposita vero vnione amoris ad alterum, quis potest sperare alteri vitam æternam, quatenus est ei vnitus per amorem, & vt est eadem virtus charitatis qua quis diligit Deum, se & proximum sic est eadem virtus spei qua quis sperat sibi, & alij.

6 Sperare an liceat de creatura. Quarta propositio. Non licet sperare de aliqua creatura sicut de prima causa mouente ad beatitudinem, sed bene de secundario & instrumentali agente, probatur primum. Ier.17. maledictus homo qui confidit in homine.

Ratione probatur, nam vt art. 1. spes respicit bonum intentum, & auxilium per quod id obtinetur, primum habet causæ finalis rationem, secundum causę efficientis in genere vero vtriusq; causę inuenitur principale & secundariū, quia principalis finis est finis vltimus, sed ut bonum quod est ad finem, sic principalis causa est primum agens, secunda secundum instrumētale, spes vero respicit beatitudinem æternā, vt finem vltimū, diuinum vero auxilium, vt primam causam inducentem ad id, ideo vt non licet sperare aliud bonum præter beatitudinem, vt vltimum finem, sed tātum vt id quod est ad finem beatitudini subordinatū, sic etiam non licet sperare de aliquo homine vel aliqua creatura, vt de prima causa mouente in beatitudinem, sed vt secundo agente, & instrumentali, ob quem quis adiuuatur ad consequenda bona quælibet in beatitudinem ordinata, ob id ad sanctos conuertimur & ab hominibus aliqua petimus: vnde nec est fidendum posse consequi beatitudinem merito suorum operum, vel fauore alicuius creaturę, sine Deo vt prima causa, & eius auxilio gratuito ac gratia.

Quinta propositio. Spes est virtus Theologica, probatur 1.Cor.13. vbi spes connumeratur fidei, & charitati quæ sunt virtutes Theologicæ. 7 Spes est virtus teologica.

Ratione, nam spes dicitur virtus quia attingit supremam regulam humanorum actuum, quam attingit, vt primam causam efficiētem quatenus eius auxilio innititur, sicut vltimam causam finalem, quatenus in eius fruitione beatitudinem expectat, & sic principale obiectum spei, vt est virtus, est Deus, cum ergo ratio virtutis Theologicæ, in hoc consistat, quod Deum habeat pro obiecto 1.2.quæstio.62.articu.1. patet quod spes est virtus Theologica.

Notandum pro explicatione, quod virtutes Theologicæ conueniunt in hoc quod habent Deum pro obiecto, sed differunt secundum quod Deitas aliter, & aliter consideratur, nam charitas tendit in Deum prout Deus in se est bonus, sed quia summa bonitas est Deus essentialiter, ideo dicitur quod obiectum charitatis est Deus, sic fides habet Deū pro immediato obiecto, sed sub ratione primæ veritatis quę essentialiter est Deus, spes etiā habet Deum pro obiecto, sed sub ratione

tione misericordiæ cui innititur immediate, vt per eius actionē assequatur beatificam visionem & fruitionem, cumq; & misericordia Dei, & finis immediatus intentus per spē, essentialiter sit Deus, ideo obiectum spei est ipse Deus, non solum vt principale obiectum, sed etiam vt immediatum, tametsi sub ratione formali misericordiæ auxiliatricis, & bonitatis beatificantis; cum fide cognoscamus Deum esse primam causam iustificationis, cuius auxilio gratuito disponimur, & iustificamur, & bona agimus, & perseueramus, & etiam cognoscimus eum esse vltimum finem, in cuius visione & fruitione nostra consistit beatitudo, primo modo consideratur, vt causa efficiens, secūdo, vt finalis, vtroq; tamē modo simul respectu spei, habet Deus rationem obiecti integri & perfecti, cū vtrunq; ad id requiratur, licet Deus clare videndus sit principalius obiectum spei, cuius est expectatio, gratia vero & merita, quæ sunt à Deo efficiente ponuntur vt media ad beatitudinem consequendam.

8 Spes est virtus ab alijs distincta.

Sexta propositio. Spes est virtus distincta ab alijs virtutibus theologicis, probatur ex Greg. li. 2. Mor. c. 28. ante, med. vbi numerat. tres virtutes teologicas, fidem spem charitatem, ergo ab inuicem distinguūtur, cum vbi est numerus sit distinctio. & probatur 1. Cor. 13. vbi charitas separatur ab alijs virtutibus & ijs dicitur maior. & August. in Ench. cap. 8. vbi d. distinguenda est fides à spe, & diffinitur in Conc. Trid. c. 7. & can. 12.

Ratione probatur, nam virtus theologica hæret Deo quē habet pro obiecto, alicui vero quis potest hęrere, vel ex seipso, vel quatenus ex eo in aliud deuenitur, charitas vero facit hominem vnitū Deo per seipsum, mentē hominis vniēs Deo per affectum amoris, spes vero & fides faciūt hærere Deo, vt cuidam principio, ex quo aliqua nobis proueniunt, de Deo vero proueniunt nobis, & cognitio veritatis, & adeptio perfectę bonitatis, fides ergo facit hominem Deo hęrere quatenus est nobis principiū cognoscendi veritatē, quia creduntur vera esse ea quæ nobis à Deo dicuntur, spes vero facit Deo hęrere, prout est in nobis principium perfectæ bonitatis quatenus per spem diuino auxilio innitimur ad beatitudinem obtinendam.

Septima propositio. Fides præcedit spem, probatur ex glos. interl. Matth. 1. d. quod fides generat spem. 9 Fides an precedat spem.

Ratione, quia obiectum spei est bonum futurum arduum possibile haberi, vt ergo aliquis speret, oportet quod obiectum spei proponatur ei, vt possibile, obiectum vero spei est beatitudo æterna, & diuinum auxilium supra artic. 1. quorum vtrunque proponitur per fidem per quam nobis innotescit, quod ad vitam æternam possumus peruenire, & quod ad id paratum est nobis diuinum auxilium Heb. 11. accedentem ad Deum; vnde patet quod fides præcedat spem.

Octaua propositio. Via generationis prior est spes charitate, sed perfectione prior est charitas, cum finis præcepti sit charitas. 1. Tim. 1. vbi glo. & habetur 1. Corin. 13. 10 Spes an sit prior charitate, vel cōtra.

Ratione, nā duplex est ordo, primus via generationis, & naturæ, secundum quem imperfectum est prius perfecto, secundus perfectionis, & formę, secundum quē perfectū naturaliter est prius imperfecto, primo modo spes est prior charitate, qa spes, & omnis appetitiuus motus ab amore deriuatur 1. 2. q. 29. ar. 2. amor vero est perfectus, & imperfectus, perfectus cum quis secundum se amatur, secūdo vt inde bonum sibi proueniat, quomodo quis amat rem concupitam, primus amor pertinet ad charitatem, quę hęret Deo secundum se, sed spes pertinet ad secundum amorē, quia is qui sperat aliqd sibi obtinere intēdit, ideo in uia generationis spes est prior charitate, sicut enim quis introducitur ad amandum Deum per hoc, quod timens ab ipso puniri cessat à peccato secundum Aug. ita etiam spes introducit ad charitatem quatenus quis sperans remunerari à Deo accēditur ad eū amandum & seruandum eius pręcepta, sed secundum ordinem perfectionis charitas prior est naturaliter, ideo adueniēte charitate spes perfectior redditur quia de

Amicis

Amicis maxime speramus, & sic spes est ex charitate secundum Ambros. Et amor ille quo quis mouetur ante spem potest esse naturalis, sed quod ex tali amore moueatur quis ad sperandum, est ex auxilio Dei supernaturali, vt d. hic Bannes.

SVMMARIVM.

1 Spes est in voluntate vt in subiecto.
2 Spes an sit in beatis.
3 Spes an sit in damnatis.
4 Spes theologica an sit in hæreticis.
5 Spes an habeat certitudinem.

De subiecto spei. Cap. II.

D.Tho.2 q.18.

1 Spes est I volũtate.

PRima propositio. Spes est in voluntate vt in subiecto.

Ratione probatur, nam vt supra, 1. 2. q.49. habitus cognoscitur p actus: actus vero spei est quidam motus appetitiuæ partis, cũ eius obiectum sit bonum, cum vero sit duplex appetitus in homine sensitiuus qui diuiditur per irascibilem, & concupiscibilem, & intellectiuus, qui dicitur volũtas. p.p.q.80.81.82. motus in appetitu inferiori sunt cũ passione, qui vero sunt in superiori sunt sine passione 1.p.q.8.ar.quinto ad vigesimumprimũ, actus vero virtutis spei, non potest, pertinere ad appetitum sensitiuum, quia bonum quod est obiectum principale huius virtutis non est aliquod bonum sensibile, sed bonum diuinum, ideo spes est in appetitu superiori, scilicet in volũtate, vt in subiecto nõ autem in inferiori ad quem pertinet irascibilis, verum est tamen, quod voluntatem comitatur intellectus aspiciens id obiectum, cui nititur spes.

2 Spes an sit in beatis.

Secunda propositio. Spes non est in beatis, sicut nec fides, quod enim videt quis, non sperat. Rom. 8. at beati fruuntur Dei visione, ergo in eis non est spes, & 1. Corin. 13. vbi sola charitas manet, fides & spes euacuantur, cum fides sit substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium, ergo vbi res apparet, aufertur fides, & per consequẽs etiam spes.

Ratione, nam subtracto eo quod dat speciem rei, resoluitur species & res non potest eadem manere, vt remota forma corporis naturalis, nõ remanet idem secundum speciem, spes vero recipit speciem à suo obiecto principali, vt & aliæ virtutes q. præc. ar. 5. obiectum vero principale spei est vi a æterna secundum qd est possibile haberi ex auxilio diuino supra artic. 1. quia ergo bonum arduum possibile non cadit sub ratione spei, nisi secundum, quod est futurum, ideo cũ beatitudo iam eis sit præsens, non potest esse ibi virtus spei, ideo spes sicut & fides euacuatur in patria, & gloria corporis non habet rationem ardui habenti gloriam animæ.

Tertia propositio. Spes non est in dãnatis, sed tantum in viatoribus, vel existentibus in purgatorio, probatur, nam spes causat gaudium. Rom. 12. sed damnati sunt in dolore. Is. 65. ergo. 3 Spes an sit in dãnatis

Ratione, nam vt de ratione beatitudinis est quod in ea quietetur voluntas, ita de ratione pœnæ, vt voluntati repugnet, id vero quod ignoratur non potest voluntatem quietare, vel ei repugnare, sed ad beatitudinem requiritur, quod quis sit certus de suæ beatitudinis æternitate, aliter non quiesceret, & sic Angeli à principio non fuerunt perfectè beati secũdum August. quia non fuerũt prescij sui euentus, similiter cum perpetuitas damnationis pertineat ad pœnam damnatorum, non haberet pœnam nisi voluntati, repugnaret, quod non posset esse, si perpetuitatem suæ damnationis ignorarent, ideo ad consideratiõnẽ miseriæ eorum pertinet quod sciant, quod nullo modo possunt damnationẽ euadere, & ad beatitudinem peruenire, vnde non possunt apprehendere beatitudinem, vt bonum possibile, sicut nec beati, vt futurum, ideo in neutris potest esse spes, sed solum in viatoribus vel sint in hac vita vel in purgatorio, quia vtrique apprehendunt beatitudinem, vt bonum futurum possibile.

Notandum quoque q in hæreticis nõ ma- 4 Spes Teo-

logica an sit in hæreticis. manet spes Theologica nec habitus, nec actus eiusdem, quia non habẽt fidem, quæ est fundamentum spei christianæ, ergo nec spem. Licet tamen sine charitate nõ sit virtus simpliciter, vt d. D. Tho. infra. q. 23. ar. 7. tamen habitus spei non amittitur in peccatore per quoduis peccatũ, probatur ex Conc. Tr. sess. 6. c. 6. & c. 15. & can. 8. Arausic. 2. c. 4. 6. 7. licet non sit tam certum manere spem in peccatore, vel secundum habitum, vel secundum actum eiusdẽ rationis, sicut de fidei habitu vel actu, cum in Conc. Tr. sess. prædicta c. 15. & can. 28. asseratur solum de fide, quod fides maneat in peccatore, quæ & manere in damnatis informis, magis potest quàm spes, vt d. hic D. Th. ad 2. de spe tamen id clare non asseritur, probabile tamen est quod maneat in peccatore, ex d. cap. 6. sess. 6. vt sentire videtur hic Bannes.

5 Spes an hẽat certitudinem. Quarta propositio. Spes viatorum essentialiter non habet certitudinem, sed participatiue secundum quandam fidei certitudinem, licet spes certitudinaliter tendat in suum finem.

Ratione probatur, nam certitudo inuenitur in aliquo essẽtialiter, vel participatiuè essentialiter inuenitur in vi cognoscitiua, participatiuè in omni eo qd à vi cognoscitiua infallibiliter mouetur ad finem suum, secundum quem modum dicitur quod natura certitudinaliter operatur, vt mota ab intellectu diuino mouente quemlibet ad finẽ suũ, & hoc modo virtus moralis certius arte dicitur operari quatenus per modũ naturæ mouetur à ratione ad suos actus, & sic etiam spes certitudinaliter tendit in suum finem, quasi participans certitudinem à fide quę est in ui cognoscitiua. Et quod spes certitudinaliter tendat in suum finẽ diffinitur in Conc. Tr. sess. 6. c. 13. vbi habetur, quod in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent, & colligitur. Rom. 5. spes autem non confundit.

Notandum præterea, quod spes respicit non solum diuinam gratiam, & misericordiam, sed etiam merita & opera nostra. Matth. 7. non omnis qui dicit mihi domine dñe &c. Matth. 19. si vis ad vitã ingredi, serua mandata. Rom. 5. 8. Ps. 36 spera in domino, & fac bonitatem, & diffinitur in Conc. Tr. sess. 6. c. 13. & vlt. & can. 20. Vnde etiam iustificatus deficere potest à consecutione beatitudinis nisi ex priuilegio ex Conc. Trid. d. sess. cap. 14. 15. 16. 23. Rom. 11. tu autem fide stas, noli altũ sapere, sed time, &c. spes tamen nostra firmissima est & tuta, cum nitatur diuinis promissionibus, & eius misericordię, quę nos fallere nõ potest, & etiam quia nititur operib. nostris quatenus sunt ex gratia Dei, & dona ipsius, per quem etiam sunt conseruanda, non autem prout ex nobis pendent. vt d. hic Bannes.

SVMMARIVM.

1 Timor quot modis sumatur, & vt hic.
2 Timor quotuplex sit, & q quilibet.
3 Timeri an Deus possit, & quomodo.
4 Timor quadruplex cum singulorum declaratione, & qui bonus & malus.
5 Timor mundanus an sit malus.
6 Timor mũdanus quando sit bonus, vel malus.
7 Timor seruilis an bonus sit, vel non.
8 Timor seruilis an idem sit cum filiali.
9 Timor seruilis an maneat cum charitate, & quomodo.
10 Timor est initium sapientię, & quo modo.
11 Timor initialis an differat à filiali.
12 Timor filialis est donum spiritus sancti, & quid de seruili, & mundano.
13 Timor seruilis minuitur crescente charitate, filialis vero eo modo augetur.

De Dono timoris. Cap. III.

D. Th. 2. 2. q. 19.

1 Timor quot modis.

NOtãdum, quod timor sumitur tripliciter, primo, vt fugit malum naturaliter, & sic est passio appetitus sensitiui,

dis fama- tur, & vt hic. seruiui, secundo, vt est vitium oppositum fortitudini, secundum quem homo fugit malum quod secundum rationem non esset fugiendum, tertio, pro quodam dono Sp. sancti quo mens frenatur, ne per spem in elationem efferatur, & de hoc agitur præcipue in præsenti, licet & de alijs timoribus sermo aliquis habeatur.

2 Timor quotuplex, & quilibet. Secundò notandum, quod timor diuiditur in mundanum, seruilem, filialem, & initialem, cū enim timor habeat pro obiecto malum verum, vel imaginariū, si homo propter mala quæ timet, à Deo recedit, is timor est mundanus, & semper malus, vt d. Aug. li. de lib. arb. & habetur Matth. 10. nolite timere eos qui occidunt corpus &c. si vero ob mala quæ homo timet, ad Deum conuertitur, aduertendum quod duplex est malum pœnæ & culpę, vnde si ob pœnam conuertitur dicitur timor seruilis, si vero ob malum culpę, dicitur filialis, si ob vtrunque dicitur initialis, qui est medius inter vtrunque.

3 Timeri an Deus possit, & vt. Prima propositio. Deus si secundū se consideretur, vt summa bonitas, non potest timeri, cum timoris obiectum sit malum, si vero vt à quo malum potest nobis imminere, vel per comparationē ad ipsum, potest timeri, probatur. Iere. 10. quis non timebit te ô rex gentium? Mal. 1. si ego dominus, vbi timor meus.

Ratione, nam vt spes habet duplex obiectum, scilicet bonum futurum possibile cuius adeptionem expectat, & auxilium alicuius per quem id expectat, sic etiam timor duplex obiectum habere potest, primo malum quod homo fugit, secundo, id à quo malum prouenire potest, primo modo Deus qui est ipsa bonitas obiectum timoris esse non potest, secundo sic quatenus scilicet ab ipso vel per comparationem ad ipsum malum nobis potest imminere, ab ipso quidem potest nobis imminere malum pęnę qđ non est simpliciter malum, sed secundū quid bonum vero simpliciter, quia cum bonum dicatur in ordine ad finē, malū vero importet huius ordinis priuationē, idest vero malum simpliciter quod excludit ordinē à fine vltimo, quod est malum culpę, malum vero pęnę est malum quatenus priuat aliquo particulari bono, est bonum vero simpliciter, quatenus pendet ab ordine finis vltimi per comparationem vero ad Deum potest nobis malum prouenire si ab eo separemur, & sic Deus debet timeri:

Secunda propositio. Timor cōuenienter diuiditur in seruilē, filialem, initialem, & mundanum, probatur ex Mag. 3. d. 34. & colligitur. Psal. timor sanctus permanet in seculum seculi, vbi Aug. d. loqui de timore casto vel filiali, de seruili. 1. Io. 4. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, de mundano. Matth. 10. al leg. nolite timere eos, &c. de initiali agit Aug. lib. de verb. ap. serm. 18. & videtur colligi. Eccles. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem, serua timorem domini, & veterasce in illo. Idem Aug. tr. 43. in Io. & tr. 9. in primam can. Io. & ep. 120. c. 21. Greg. li. 34. Mor. c. 14. 4 Timor quadruplex cum singulorū declaratione, & q bonus, vel malus.

Ratione, nam cum obiectum timoris sit malum, quandoque ob mala homo quæ timet, à Deo recedit, & hic dicitur timor mundanus, vel humanus, quandoque ob mala quæ timet homo ad Deum conuertitur, & hęret, quod malum est duplex, culpę & pœnę, si ergo quis conuertitur ad Deum, & ei hęreat ob timorem pœnę, erit timor seruilis, si ob timorem culpæ erit timor filialis, quia filiorum est timere offensam patris, si ob vtrunque est timor initialis, qui est medius inter vtrunque.

Notandum autem, quod culpa vel peccatum potest esse obiectum timoris, cum sit summum malum eius in quo est, ergo timeri potest antequàm sit, quę tamen culpa secundum suam totam rationem intrinsecam, non est immediatum obiectum timoris, cum culpa secūdum suam rationem sit voluntaria, nisi culpa proueniat à causa exteriori, scilicet à passione inuoluntaria, seductione dęmonis, iniquorum, ignorantia, vel permissione diuina, quod tamen intelligitur de veniali, cum mortalis nil sit causa efficax præter voluntatem, vt nec

venialis secundum se, licet facilius in id ob humanam fragilitatẽ incurratur.

Notandum prętera, quod timor filialis est donum spiritus sancti à gratia in voluntate fluens, quo quis disponitur ad prompte & faciliter sequendum motionem spiritus sancti qua mouet aliquem, vt reuereatur Deum tãquàm patrem, & timeat illum offendere, atque ab eo separari. qui timor filialis habet triplicem actum, vel motum, alium alio perfectiorem, primus, & infimus timere culpam propter separationem à Deo, & à visione ipsius, qui motus est filiorum certe nolle separari à patre, & gaudere de eius præsentia, sed infimus, quia respicit Deum, vt bonum propriũ nostrũ, secũdus motus est fugere peccatũ, vt possibile est, quia est contra honorẽ debitũ Deo, qui est perfectior primo, quia oritur ex cognitione, & amore Dei qui consideratur in tali motu, vt dignus secundum se honore, & amore, tertius gradus, cum ex consideratione diuinæ maiestatis, & peccati possibilis naturæ rationalis. creaturæ, licet iã non sit possibile ex virtute gratiæ Dei, surgit quidam motus quo voluntas refugit ipsum Deum non secundum se, sed quatenus ad eum accedere pręsumptuose malum est, qui motus est summa reuerentia debita diuinæ maiestati, & est perfectissimus gradus, cum oriatur ex magna cognitione, & perfecta charitate, qui manet in beatis, & fuit ac est in Christo domino perfectissimus, cum id sit Deum reuereri ob bonitatẽ, & dignitatem patris, q timor significatur in visione Is. 6. de Seraphim qui duabus alis uelabãt faciem, vt d. Dion. c. 13. cęl. hier. & in illo quod d. Iob. 26. columnæ cœli contremiscunt & pauent ad nutum eius, vt d. hic Bannes. Qui timor filialis in via non contrariatur spei, quia per timorem filialem non timemus quod deficiat nobis auxilium diuinum, quod speramus, sed timemus nos ab hoc auxilio subtrahere, & hoc donum datur contra superbiam, quæ facit à Deo apostatare. Eccles. 10. per timorem vero filialem homo reueretur Deum, & se subijcit illi, vnde hic timor excludit primum principium, vel effectum superbiæ, nec ideo est idem cum virtute humilitatis, sed bene est principium eius, cum dona Spiritus sancti sint principia motiua virtutum intellectualium, & moralium, virtutes tamen Teologicæ sunt principia donorum, maxime charitas; timor vero seruilis, licet sit à Sp. sancto non tamen dicitur donum Sp. sancti prout de donis nunc est sermo, quia potest habere annexam voluntatem peccandi, non autẽ dona Spiritus sancti, cum fluant à gratia, vt d. Aug. li. de nat. & gratia.

5 Tertia propositio. Timor mundanus est semper malus, probatur. Matth. 10. alleg.

Timor mũdanus an sit malus.

Ratione, nam actus moralis & habitus ex obiectis speciem, & nomen accipit p. 2. quæst. 1. art. 3. primum vero obiectum appetitiui motus est bonum finale, ideo à proprio fine omnis motus appetitiuus specificatur, & dicitur, vnde cupiditas dicitur amor diuitiarum, & malum, cum ijs quis heret, vt fini, & sic amor mundanus dicitur quo quis innititur mundo vt fini, & sic amor huiusmodi est malus semper, timor vero ex amore oritur, quia id timet quis ammittere quod amat, ideo timor mundanus est qui procedit ab amore mundano, vt à mala radice, ideo huiusmodi timor semper est malus. Diuus Thom. d. quæst. art. 3. Vt vero clarius noscatur,

6 quando amor mundanus sit bonus, vel malus; notandum quod amor rerum temporalium moderatus, non dicitur amor mundanus, vt nec amor vitę qui est naturalis, ergo & amor mediorum ad vitæ conseruationem non est malus; amor vero rerum temporalium superfluus, non semper est mortale ex parte intentionis, vel aliquarum rerum optatarum, quia ratio bonitatis, vel malitię sumitur ex obiecto fine, & circunstantijs, ergo si actus est bonus, non erit malus ex sola intensione 10. Eth. capit. 4. potest tamen esse peccatum ex circunstantia intensionis, quod accidit primo ob periculum negligendi impletionem alicuius præcepti suo tempore, non tamen est iudicãdum mortale nisi ob experientiam, quod homo sit transgressus

Amor mũdanus qñ sit bonus, vel malus.

aliquod

aliquod præceptum ob talem intensionem amoris temporalium, nisi amet quis appretiatiue magis creaturā quàm Deum, nedum intensius, & quia homo ponat in ea vltimum finem, quia sic est mortale, & pariter timor mundanus procedens ex eadem radice est mortale, quod dignoscitur quod quis constituat vltimum finem in aliqua re temporali, quam amat, cum adhibet media quæ sunt peccatum mortale actu, vel proposito expresso, & ante ea media adhibita non potest perfecte cognosci, siue actu vel proposito adhibeantur, an talis amor intensissimus rerum temporalium sit mortale, quia ista signa, vt multa cura, cogitatio labor &c. possunt dirigi in bonum finem, & esse in homine qui statuit nullum transgredi præceptum, vt colligitur ex Aug. lib. 21. ciu. cap. 26. licet in hoc sit superfluus, intensio tamen amoris temporalium est periculosa, quia qui volunt diuites fieri, &c. & quanto quis inferius delectatur tanto à superno amore disiungitur, vt d. Greg. in hom. pent. licet enim amoris origo sit honesta in hoc tamen magnitudo est deformis, vt d. Hier. libr. 1. cont. Iou. c. origo. 23. q. 4. Vnde econuerso si timor originatur ex amore inordinato, ita vt homo statuat peccare mortaliter ne priuetur aliqua re, peccatum inde sequens vt periuriū, est aliud ab illo quod ex amore, sed præcedēti oritur, si vero non ob id quis transgredi statuat diuinam l. est tantum vnum peccatum quod sequitur, vt d. hic Bannes.

Quarta propositio. Secundum suam
7 substantiam est bonus timor seruilis,
Timor secundum vero eius seruilitatem est ma-
seruilis an lus, probatur, primum ex gl. Roman. 8.
bonus sit, Ecclesi. 1. Timor domini expellit pec-
vel non. catum. Is. 8. Matth. 3. 10. Timere eum &c. vbi timere pœnas inferni est bonum, vt interpretatur. Aug. tra. 3. in can. Io. Ier. in c. 26. Is.

Ratione, nam seruitus libertati opponitur, vnde liber est causa sui 1. Met. seruus non causa sui operatur, sed vt ab extrinseco motus, qui vero ex amore qd facit, vt ex ipso agit, quia ex propria inclinatione operatur, vnde contra rationem seruilitatis est quod quis ex amore operetur, sic ergo seruilis, vt talis charitati contrariatur, sed seruilitas nō pertinet ad speciem timoris seruilis, sicut nec informitas ad speciē fidei informis, quia species habitus vel actus moralis ex obiecto accipitur, obiectum vero timoris seruilis est pœna, cui accidit, quod bonum, cui contrariatur pœna, ametur, vt finis vltimus, & sic pœna timeatur, vt principale malum, quod non contingit in habente charitatem, vel quod ordinatur in Deum, vt in finem, & sic pœna non timeatur, vt principale malum, quod contingit in habente charitatem, quia non tollitur species actus, vel habitus per hoc quod eius obiectum ordinetur in vlteriori fine, ideo timor seruilis secundum suam substantiam est bonus, sed seruilitas eius est mala. Præterea timor seruilis secundum suā substantiam non est malus, nec incompassibilis charitati, & sic nec peccatū saltem mortale quia originatur ex amore sui, cum malum pœnę quod est eius obiectum, sit detrimentum proprij boni, sed amor sui non contrariatur charitati, quæ requirit vt quis diligat se super alios post Deum, nisi cum quis constituit vltimum finem in seipso, cum tunc contrarietur charitati quæ habet Deum pro vltimo fine, & quod timor seruilis sit bonus probatur ex locis alleg. & diffinitur in Conc. Trident. sess. 6. can. 8. metum gehennæ non esse peccatum, cum ob illum ad misericordiam Dei patris dolendo, & illa fugiendo recurramus, & explicat Chris. lib. de compunct. cordis ante medium. Tert. lib. 2. contra Marc. Cassia. Collat. 3. capit. 4. & Collat. 11. capit. 6. vbi dicunt timorem nunc esse bonum, & dicitur à Basilio Isagogicus. 1. introductorius amoris filialis, & est donum Spiritus sancti nondū inhabitantis, sed tantū mouentis quo pœnitens sibi ad iustitiā viam parat. ex Conc. Trident. sess. 13. de pœnit. capit. 4. Vnde & sancti patres. d. pœnitentiam non inepte ab hoc timore

 ordiri.

ordiri, Augus.tract. 9.in 1. Io. sunt homines qui timent gehennam, ipse est timor qui introducit charitatem, sed sic venit vt exeat, 1. Io 2. charitas foras mittit timorem, timendo enim homo se corrigit; & incipit bona desiderare, & sic exit timor, vt charitas introducatur. Idem Cipr. libr. 3. contra. Iouin. Gregor. in Iob. 29. Hoc pacto prophetæ homines à malo reuocabant. Ionas. Ion. 3. adhuc quadraginta dies &c. Esaias. c. 38. dispone domui tuæ, & morieris, & Ioannes Baptista. Matth. 3. Luc. 3. & Christus dominus. Luc. 13. 15. Matth. 10. licet & contritio oriri possit ex amore filiali idque proprie, quæ enim oritur ex seruili, dicitur attritio. d. cap. 4. Trident. Conc. sess. 13. & sic intelligitur. Psal. 46. beneplacitum est domino super timentes eum, Roman. 2. an ignoras quod benignitas Dei te ad pœnitentiam adducit.

Si vero cōsideretur vltra substantiā timoris seruilis, seruilitas ei annexa, qua operatus quis non propter Deum, nec seipsum in ordine ad Deum, vt malum pœnæ euadat, & sic contra Deum, quod charitas reprobat, sic timor seruilis est malus, serui enim est operari non causa sui, sed quasi ab extrinseco moti, vel clarius, seruilitas potest dupliciter intelligi dicere seruilitaté, primo, ex parte subiecti pro timore qui est in seruo, secundo pro seruilitate.

8 Timor seruilis an sit idē cū filiali.

Quinta propositio. Timor seruilis non est idem substantia cum timore filiali, probatur ex Aug. trac. 9. in can. Io. circa med. d. duos esse timores, vnum seruilem, alium filialem, vel castum.

Ratione, nam proprie obiectum timoris est malum, & quia habitus & actus distinguūtur secūdum obiectum 1. 2. q. 54. ar. 2. oportet quod secundum diuersitatem malorum, & timores specie differant, differt vero specie malum pœnæ quod fugit timor seruilis, & malum culpæ, quod fugit amor filialis supra art. 2. vnde hi timores differunt specie.

9 Timor seruilis an maneat cū charitate, & quomō.

Sexta propositio. Timor seruilis manet cum charitate quo ad substantiam, non autem quo ad seruilitatem.

Ratione, nam timor seruilis ex amore sui causatur, quia est timor pœnæ quæ est detrimentum proprij boni, vnde hoc modo timor pœnæ stat cum charitate, quo & amor sui; quia eadem ratione quis amat bonum suum, & timet eo priuari: Amor vero sui, tripliciter se habere potest ad charitatem, vno enim modo contrarie charitati prout quis in amore proprij boni finem statuit, & alio modo in charitate includitur, secundum quod homo se ob Deum, & in Deo diligit, tertio modo à charitate distinguitur, sed ei non contrariatur, vt cum quis diligit se, secundum rationem proprij boni, sic tamen quod in hoc bono proprio non statuat finem, vt proximus etiam diligi potest ratione consanguinitatis, commoditatis, & huiusmodi, sic tamen, quod sit referibile ad charitatem, sic & timor pœnæ vno modo includitur in charitate quia separari à Deo, est maxima pœna, quod charitas fugit vnde id pertinet ad amorem castum, secundo, contrariatur charitati prout quis fugit pœnam contrariam bono suo naturali, vt principale malum contrarium bono quod diligitur, vt finis, & sic non est cum charitate, tertio, timor pœnæ distinguitur à timore Casto, quia homo timet malum pœnæ, ratione separationis à Deo, & quatenus est nociuum proprij boni, sed in eo non ponitur finis vltimus, vnde nec id malum timetur, vt principale malum supra artic. 2. & ideo huiusmodi timor pœnę potest esse cum charitate, sed non dicitur seruilis nisi quādo pęna timetur, vt principale malum, ideo timor seruilis quatenus seruilis non manet cum charitate, substantia tamen eius sic vt & amor sui manere potest cum charitate. Aduertendum autem, quod timor dupliciter accipi potest, primo modo, vt timor seruilis oriatur ex amore quo quis se amat vt vltimum finem, & sic timor ipse est peccatum, secundo modo, vt principale explicetur negatiue, quatenus quis timens pœnas inferni, non timet aliud malum maius, scilicet culpam, & hic timor etiam

tiam

tiam dicitur seruilis, quia homo adhuc est in peccato; primo modo, timor non manet cum charitate, nec quò ad substantiam specificam, quia non manet idem obiectum; secūdò, manet, quia peccatores conterentur ob pœnas inferni: vt dicit hic Bannes, qui & dicit, quòd timor seruilis non est habitus propriè, non infusus, cum possit esse in peccatore, in quo manet solùm habitus fidei & spei, non acquisitus, cum præsupponat fidem supernaturalem, qui & dicit fortè posse dici habitus acquisitus supposita fide, vt ex frequenti consideratione timoris inferni, & consideratione mortis habitus multis actibus generetur; nec esse virtutem simpliciter, cum virtutes aucta charitate augeantur, hic verò minuatur, cum signum prouectus charitatis sit imminutio timoris, signum perfectionis, nullus timor: vt d. Aug. lib. 83. qq. q. 36. loquendo de timore seruili, quia filialis quò ad reuerentiam perficitur in patria, & est in beatis, vt infra patebit: qui Bannes, & dicit, quòd timor seruilis est aliquid minus virtute, vt & continentia.

10 Timor est initium sapientiæ, & quomodo

Septima propositio. Timor est initiū sapientiæ, quò ad eius effectum, aliter tamen se habet sapientia ad timorem seruilem, aliter ad filialem: filialis enim est initium sapientiæ, vt primus eius effectus, seruilis sicut principium extra disponens, fides tamen est initium sapientiæ essentiale, quia est cognitio principiorum sapientiæ, probatur in vniuersum Psal. 110. Initium sapientiæ timor domini. & de hoc agit Aug. quæst. 36. supra citato.

Ratio, quid enim potest dici dupliciter initiū sapientiæ: Primò, quia est principium sapientiæ, quò ad eius essentiā: secundò, quò ad effectum, vt initium artis secundùm substantiam sunt principia, ex quibus procedit ars, sed secūdùm eius effectum, vnde incipit ars operari; Sapientia verò, quæ dicitur cognitio diuinorum, aliter consideratur à nobis, aliter à Philosophis. Nam quia vita nostra ordinatur ad diuinam fruitionem secundùm quandā participationem diuinæ naturæ, quæ est per gratiā: sapientia apud nos consideratur, non solùm vt est cognoscitiua Dei secundùm Philosophos, sed etiam vt est directiua humanę vitæ, quæ non solùm dirigitur secūdùm rationes humanas, sed etiam secundùm rationes diuinas: sic ergo principium sapientiæ secundùm eius essentiam, sunt prima principia sapientiæ, scilicet articuli fidei; vnde fides dicitur initium sapientiæ, sed quò ad eius effectum initiū sapientiæ est vnde sapientia incipit operari; & sic timor est initium sapiētiæ, aliter tamen seruilis, aliter filialis, quia seruilis est, vt principium extra disponens ad sapientiam, quatenus quis timore pœnæ recedit à peccato, & per hoc habilitatur ad sapientiæ effectum. Eccl. 1. Timor Dominus &c. Castus verò, vel filialis est principium sapientiæ, vt primus eius effectus, quia cum ad sapientiam pertineat, quòd humana vita reguletur secundùm rationes diuinas hinc oportet sumere principium, vt homo Deum reuereatur, & ei se subijciat, quia sic in omnibus secundùm Deum regulabitur.

Octaua propositio. Non differt timor initialis secundùm substantiam à timore filiali, sed sicut perfectum ab imperfecto; probatur ex August. tract. 9. in canon. Ioannis. 11 Timor initialis ā differat à filiali.

Ratio, nā timor initialis dicitur, quia est initium, sed cum timor seruilis, & filialis sint aliquo pacto principium sapientiæ, vterque potest aliquo modo dici initialis, sed sic non accipitur initialis, prout ab illis distinguitur, sed secundùm quòd competit statui incipientiū, in quibus inchoatur timor per inchoationem charitatis, non tamen est in eis timor filialis perfectè, quia nondū peruenit ad perfectam charitatem, ideò timor initialis hoc modo se habet ad filialem, vt charitas imperfecta, ad perfectam, charitas verò perfecta, & imperfecta nō differunt secundùm speciem & essentiam, sed solùm secundùm statum, ideò secundùm essentiam non differt timor initialis à filiali. Notādum autem, q timor initialis est medius inter seruilem & filialem, non modo quo color viridis est medius inter albū & nigrum, sed

sed vt est idem essentialiter cum extremo, sed differt secundùm perfectum, & imperfectum, & sic timor initialis essentialiter est idem cum filiali, eo tamẽ imperfectior, hi enim tres timores, mundanus, initialis, & seruilis respiciũt pœnam, sed diuersimodè, quia timor mundanus respicit pœnam auertentẽ à Deo: initialis, & seruilis respiciunt pœnã inflictam, & comminatam à Deo per quã homines trahuntur ad Deum, aliter tamen & aliter, quia timor seruilis respicit primò, pœnam: secundò, bonitatem Dei; initialis bonitatem Dei, secundariò eius iustitiam, & peccata commissa pro quibus timet à Deo puniri, & est idem essentialiter cum timore filiali imperfecto, quia perfectus foras emittit timorẽ per charitatis virtutem ei iunctam, scilicet illum timorem qui habet pœnã, & seruilem totaliter, sed non initialem, cũ eiusdem sit essentiæ, sed imperfectionẽ eius, quæ est secũdò respicere pœnam. Dicitur verò initialis, quia in eo inchoatur filialis secundùm essentiam & paulatim perficitur, qui timor filialis est donum Spiritus sancti à gratia in voluntate fluens, quo quis disponitur ad promptè, & faciliter sequendum motionem Spiritus sancti, qua mouet aliquem vt ex amore reuereatur Deum tanquã patrem, & timeat illũ offendere, & ab eo separari, qui habet duos actus, & per cõsequens duo obiecta, scilicet timere, & reuereri: obiectum primum est malum culpæ: secundum bonitas, & dignitas patris, vt & supra est dictum.

12 Timor filialis ẽ donũ Sp. S. & quid de seruili, & mũdano.

Nona propositio. Timor filialis est donum Spiritus sancti, non autem seruilis, licet sit donum Dei, & à Spiritu sancto impellente; probatur primum Is. 11. secundum probatur ex Conc. Trid. sess. 13. de sacram. pœnit. c. 4.

Ratione probatur, cũ enim sint multi timores, mundanus nõ est donũ Dei, quia hoc timore Petrus negauit Christum, similiter nec seruilis est donum Spiritus sancti, licet à Spiritu sancto, qa potest habere annexam voluntatem peccandi, dona verò Spiritus sancti nõ possunt esse cum huiusmodi volũtate, quia nõ possunt esse sine charitate. 1.2.q.68. art. 5. Vnde sequitur, ꝙ timor Dei, qui numeratur inter dona Spiritus sancti sit timor filialis, vel castus, quia dona Spiritus sancti sunt quædã habituales perfectiones potentiarum animę &c. secundùm ꝙ sunt bene mobiles à Spiritu sancto, d.q. art. 1. & 2. sicut virtutibus moralibus potentiæ appetitiuæ redduntur bene mobiles à ratione; vt verò quid sit bene mobile ab aliquo mouente: primò requiritur, vt sit ei subiectum non repugnans, quia ex repugnanti mobilis ad mouens, non sequitur motus, idq; facit timor filialis, quatenus, & Deum per eũ reueremur, & nosipsi subducere fugimus. Ideò timor filialis quasi primũ locum tenet inter dona Spiritus sancti; vltimum verò descendendo secundùm Aug. lib. 1. q. 7. de serm. dñi in monte.

13 Timor seruilis minuitur crescẽte charitate, filialis verò eo modo augetur.

Decima propositio. Timor seruilis crescente charitate minuitur, & eius seruilitas non potest stare cum charitate, filialis verò crescit charitate aucta, probatur ex Aug. lib. 83. qq. q. 36. in fi.

Ratione probatur; nam cũ sit duplex timor Dei, filialis quo quis timet offensam patris, vel à se separari, & seruilis quo timet pœnã. Filialis oportet, ꝙ crescat crescẽte charitate, sicut effectus crescente causa, quo enim quis magis diligit aliquem eo magis timet eius offensam, & ab illo separari, sed seruilis, quò ad seruilitatem omnino tollitur adueniente charitate, manet tamẽ secundùm substantiam timor pœnæ, supra art. 6. & hic timor minuitur crescente charitate, maximè quò ad actum, quia quo plus quis diligit Deum, eo minus timet pœnam: primò, quia minus attendit ad proprium bonum cui contrariatur pœna: secundò, quia firmius hærens magis confidit de præmio, & sic minus timet de pœna.

14 Timor seruilis non manet in patria, castus sic, & quomodo

Vndecima propositio. Timor seruilis non manet in patria, castus tamen sic, sed aliter ibi habet actum, quàm hic; probatur Ps. 18. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi.

Ratio primi, quia huiusmodi timor excluditur per beatitudinis securitatẽ, quæ est de ratione beatitudinis, supra q. 18. art. 3.

Ratio

Ratio secundi, nam proprium obiectum timoris est malum possibile, sicut spei bonum possibile, & cum motus timoris, sit vt fuga, timor importat fugã mali ardui possibilis, quia parua mala non timentur, & sicut bonum cuiusque est vt in suo ordine cõsistat, ita malum vt suum ordinẽ deserat, ordo verò creaturæ rationalis est, vt sit sub Deo, & super alias creaturas. Vnde sicut malum creaturæ rationalis, est vt subdat se creaturæ inferiori per amorem, ita malum eius est si Deo non subijciatur, sed in ipsum præsumptuosè insiliat, vel contemnat, quòd malum creaturæ rationali secundùm suam naturã consideratæ possibile est, ob naturam liberi arbitrij flexibilem, sed in beatis fit nõ possibile per gloriam perfectã: fuga ergo huius mali vt possibilis naturæ, scilicet Deo non subijci impossibilis beatitudini erit in patria: timor verò castus erit ibi, scilicet nolle peccare, nõ sollicitudine infirmitatis, sed tranquillitate charitatis, vel si timor ibi nullus est, dicitur tamen manere in seculum, quia manebit id quo timor ipse ducit.

15 Paupertas spiritus ẽ beatitudo respondẽs timori.

Duodecima propositio. Paupertas spiritus est beatitudo respondens timori; probatur ex Aug. lib. 1. cap. 9. de serm. domini in monte.

Ratio, nam cum ad timorem filialem pertineat Deo reuerentiam exhibere, & ei subditum esse, quòd ex huiusmodi subiectione consequitur pertinet ad donum timoris, dum verò quis Deo se subijcit desinit in seipso, vel in alio magnificari nisi in Deo, quia id repugnat perfectæ subiectioni ad Deum. Psalm. hi in curribus, &c. ex eo ergo quòd quis perfectè timet Deum, sequitur quòd nõ quærat magnificentiam in se per superbiam, nec in exterioribus bonis, vt diuitijs, & honoribus, quorũ vtrumq; pertinet ad paupertatem spiritus, secundùm quòd paupertas spiritus intelligitur, vel exanimatio inflati spiritus, vel abiectio temporalium rerum quæ fit spiritu, id est propria voluntate per instinctũ Spiritus sancti.

SVMMARIVM.

1 Desperatio quid sit.
2 Desperatio quotuplex sit.
3 Desperationis mala.
4 Desperatio est peccatum, & quod.
5 Desperatio sine infidelitate esse potest.
6 Desperatio an sit grauius peccatũ, quàm infidelitas, & odium Dei.
7 Desperatio vnde oriatur.

De desperatione opposita spei. Cap. IIII.

Notandum, quod desperatio est animi demissio, qua quis ob peccata quæ commisit, vel bona quæ omisit, desperat de Dei misericordia, credẽs Deum nolle vel non posse sibi parcere, vel in gratiam recipere: vt d. Ang. verbo desperatio. & Silu. eodẽ. Vel diffidentia de assequenda beatitudine ob defectum gratiæ, & meritorium propriorum, vt cum quis æstimat se damnandum, quia non credit Deum sibi miseraturum, nec intendit conuerti: vt d. Viguer. de virt. Theolog. c. 11. §. 1. D.Tho. 2. 2. q. 20. 1 Desperatio q̃d sit.

Secundò, notandum, quod desperatio est triplex: primò, de gloria adipiscenda. Iob 7, desperaui, nequaquam vltra viuã, s. de vita gratiæ, & per consequens gloriæ: secundò, de venia consequenda, de quo Ezech. 18. tertiò, de miseria euadenda. Eccl. 2. & est graue malum, ac peccatum, cum desperatio certa mors sit, & animæ homicida: vt d. Amb. in Lucam. lib. 2. & perpetrare delictum aliquod mors animæ sit, sed desperare sit in infernum descendere: vt inquit Isid. lib. 2. de sum. bono. & ob id d. Aug. in Ps. 50. nemo diffidat, nemo veterum conscius peccatorum præmia diuina desperet, nouit dominus mutare sententiam (scilicet comminationis) si tu noueris mutare delictũ. & lib. de vtilit. pœnit. Iudam proditorem non tam scelus, quod commisit, quàm indulgentiæ desperatio fecit pœnitus interire. & Chris. de reparatione lapsi. nullus desperet veniam etiam si circa

2 Desperatio quotuplex sit.

3 Desperationis mala.

si circa finem vitæ ad pœnitentiam conuertatur, vnumquemque enim Deus de suo fine, non de vita præterita iudicat; quòd & Isid. loco cit. confirmat.

4 Despatio est pcm, & quod. Prima propositio. Desperatio est peccatum; probatur Eph. 4.

Ratio, nam quòd est in intellectu affirmatio, vel negatio, in appetitu est prosecutio vel fuga, & quòd est in intellectum verum, & falsum, est in appetitu bonum & malũ. 6. Eth. c. 2. ideò omnis motus appetitus conformiter se habens intellectui vero est secundùm se bonus, falsus malus, & peccatum; circa Deum verò vera existimatio intellectus est ꝙ ex ipso prouenit hominum salus, & venia peccatoribus. Ezech. 18. nolo mortem &c. falsa verò opinio, est ꝙ peccatori pœnitenti venia negetur, vel ꝙ peccatores ad se nõ conuertat per gratiam iustificantem. Ideò sicut motus spei, qui est cõformis ad existimationem veram est laudabilis, & virtuosus, ita oppositus motus desperationis, qui se habet conformiter existimationi falsæ de Deo, est vitiosus, & peccatum, & est peccatum mortale, quia est omissio actus necessarij ad salutem æternam, cum impossibile sit sine spe operari ad tam excelsum præmium consequendum, vt & sine fide: vt dicit hic Caiet. & in summa, verbo desperatio.

5 Despatio sine infidelitate esse potest. Secunda propositio. Desperatio sine infidelitate esse potest.

Ratio, nam infidelitas pertinet ad intellectũ, desperatio ad vim appetitiuã; intellectus verò est vniuersaliũ, sed vis appetitiua est circa res particulares, quia est motus appetitiuus ab anima ad res q̃ in seipsis particulares sunt, sed cõtingit aliquem habentem rectam existimationem in vniuersali circa motum appetitiuum nõ rectè se habere corrupta eius æstimatione in particulari, quia oportet ꝙ ab æstimatione in vniuersali ad appetitum rei particularis perueniatur mediante æstimatione particulari 3. de anima, tex. 58. Vnde habẽs quis rectam fidem in vniuersali, deficit in motu appetitiuo circa particulare corrupta particulari eius æstimatione per habitum, vel passionem, vt fornicãs, eligendo fornicationem, vt bonum sibi, vt nunc, habet corruptã æstimationem in particulari, cum tamen retineat vniuersalem æstimationem veram secundùm fidem, scilicet ꝙ fornicatio sit peccatum mortale, & similiter aliquis retinendo in vniuersali veram æstimationem fidei, scilicet quòd est remissio peccatorũ in ecclesia, potest pati motum desperationis, quòd scilicet sibi in tali statu existenti non sit sperãdum de venia, corrupta æstimatione eius circa particulare, & sic potest desperatio esse sine infidelitate, vt alia peccata mortalia. Præterea hic iudicat de re non secundùm se, quia id facit speculando rem secundùm se, sed practicè & in particulari, considerando rem non secundùm se, sed in ordine ad appetitum, & affectum operantis: vnde cum appetitus hic sit falsus, nõ sequitur ꝙ sit is infidelis, quia remoto prauo appetitu ex consideratione diuinæ misericordiæ, & intendendo conuerti, remouetur illa falsa opinio, vt d. Aug. lib. de vtilit. pœnit. Nemo desperet, Iudam proditorem non tam scelus, ꝙ commisit, q̃ indulgentiæ desperatio fecit penitus interire, & infra. Ne desperando augeamus peccata, propositus est pœnitentiæ portus, rursus ne sperãdo augeamus, datus est dies mortis incertus. & in Ps. 50. nemo diffidat, nemo veterum conscius peccatorũ, præmia diuina desperet; nouit dominus mutare sententiã, si tu noueris mutare delictum, cum desperatio sit certa mors: vt d. Ambr. in Luc. lib. 2. proponendo quoq; sibi Dominicam passionem, & quæ pro nobis protulit Deus nos redimendo, vt ad spem veniæ, cum pro peccatoribus saluandis venerit, excitemur, eos quoq; sibi proponendo, qui in magnis peccatis existentes, à Deo misericordiam impetrarunt, vt Paulus, Petrus, Matthæus, Magdalena, latro, & alij permulti.

Tertia propositio. Infidelitas, & odiũ Dei secundùm se sunt grauiora peccata, quàm desperatio, sed quò ad nos hæc est periculosior; probatur Hier. 15. Plaga mea desperabilis, renuit curari. 6 Despatio an sit grauius pcm, q̃ infidelitas, & odiũ Dei.

Ratio, nam peccata q̃ opponũtur virtutibus Theologicis, ex genere sũt alijs gra-

grauiora, quia cum huiusmodi virtutes habeant Deum pro obiecto, vitia opposita directè dicunt auersionẽ à Deo; at in peccato principale malum est auersio à Deo, quia si posset esse conuersio ad bonum cõmutabile sine auersione à Deo, non esset peccatum mortale, ideò id ꝙ primũ habet auersionem à Deo est grauissimum inter peccata mortalia, virtutibus verò Theologicis opponuntur infidelitas, odium Dei, & desperatio, ex quibus prima duo secundùm propriam speciem sunt grauiora desperatione, quia infidelitas prouenit ex incredulitate diuinæ veritatis, odium Dei, quia voluntas hominis diuinæ bonitati contrariatur: desperatio verò quia homo nõ sperat se diuinam bonitatem participare; vnde secũdùm se sunt illa grauiora, sed si desperatio consideretur ex parte nostra, est illis periculosior, quia per spem reuocamur à malis, & inducimur ad bona prosequenda, ideò spe sublata, homines sine freno labuntur in vitia, & à bonis operibus retrahũtur. Vnde Isid. lib. 2. cap. 34 de summo bono. d. perpetrare peccatum malum est, sed desperare, est descendere in infernum; hæreticus verò non est sine spe, quia is in sua cõscientia sperat, & abstinet à quibusdam propter hanc spem.

7 Desperatio vnde oriatur.

Quarta propositio. Desperatio ex accidia specialiter oritur, quandoque tamen ex luxuria; probatur ex Greg. lib. 31. Mor. c. 31. à medio.

Ratio, quia obiectum spei est bonum arduum possibile obtineri per se, vel alium, supra q. 17. art. 1. & 2. dupliciter verò spes beatitudinis obtinenda potest in aliquo deficere: primò, quia non reputat eam vt bonum arduum; secundò, quia non reputat eam, vt possibilem adipisci per se vel alium, bona verò spiritualia quandoq; non videntur nobis bona, vel non magna bona maximè, quia affectus noster est instans amori rerum corporalium, inter quas præcipuè sũnt delectationes venereæ, quia ex affectu harum delectationum contingit, ꝙ quis fastidit bona spiritualia, nec sperat ea vt bona ardua, & secũdùm hoc desperatio causatur ex luxuria. Ad hoc verò, quòd quis bonum arduum nõ æstimet, vt possibile adipisci per se, vel aliũ ducitur ex nimia deiectione, quæ quando dominatur videtur homini ꝙ ad bonum nunquam possit releuari, & quia accidia est tristitia quędam deiectiua spiritus, ideò hoc modo desperatio ex accidia generatur; obiectum verò spei proprium est ꝙ possibile sit, quia bonum, & arduum etiã ad alias passiones pertinet: vnde specialius oritur ex luxuria.

SVMMARIVM.

De Præsumptione. Cap. V.

D. Tho. 2. 2. q. 21.

1 Pręsũptio quotuplex, & quid sit.

Notandum, ꝙ præsumptio sumitur tripliciter: primò, pro actu intellectus, quo iudicatur aliquid secretum ex aliquo aperto, vt cum lex ex actu alicuius aliquid aliud vlterius præsumit, & sic sumitur à Iuristis, de qua in pñsenti non est sermo. Secundò, pro vitio opposito per excessum virtuti magnanimitatis, de qua infra est locus dicẽdi. Tertiò, prout opponitur spei, & est peccatum in Spiritum sanctũ, & de hac est sermo; & est vitãda: vt d. Aug. lib. de singularitate clericorũ. aduersaria est confidentia, quæ periculis vitam suam pro certo commendat, & lubrica spes est, q̃ inter fomenta peccati saluari se sperat, incerta victoria est inter hostilia arma pugnare, & impossibilis liberatio est flãmis circumdari, & nõ ardere. & serm. de S. Vincent. nemo de suis viribus cõfidat quando sufferre tentationem, quia vt & bona prudẽter loquamur à Deo est, nõ nostra sapientia, & vt mala fortiter perferamus, ab illo est non nostra patiẽtia. His ita notatis. 2 Præsumptiõis mala.

3 Pręsũptio cui rei innitatur.

Prima sit propositio. Præsumptio ꝓut opponitur virtuti spei, innititur virtuti

tuti diuinæ inordinatè,& est species peccati in Spiritum sanctum, quæ verò opponitur magnanimitati innititur propriç virtuti inordinatè,& prima est grauius peccatum, quàm ista.

Ratio, nam præsumptio videtur importare quandam immoderationē spei, obiectum verò spei est bonum arduum possibile, aliquid verò est possibile homini, vel per propriam virtutem, vel virtute diuina,& circa vtranq; speciē per immoderātiam potest esse præsumptio, in prima dum quis tendit in aliquod bonū vt sibi possibile, ꝙ suam facultatem excedit. Iudith 6. & huiusmodi ꝑsumptio opponitur virtuti magnanimitatis, quæ medium tenet in hmōi spe; circa spem verò qua quis hæret diuinæ potentiæ, potest esse per immoderantiam præsumptio, dum quis tendit in aliquod bonū, vt possibile, per virtutem, & misericordiam diuinam, ꝙ possibile non est, vt cū quis sperat se obtinere veniam sine pœnitentia, & gloriam sine meritis quæ præsumptio est propriè species peccati in Spiritum sanctum, quia per huiusmodi præsumptionem tollitur, vel contemnitur auxilium Spiritus sancti, per ꝙ homo reuocatur à peccato. D.Tho. q.21. art.1. in corp.& ad primum.

4 Secunda propositio. Præsumptio est peccatum,& grauissimum, maius tamē est desperatio.

Prçsūptio peccatum est,& quale.

Ratio, nam vt q. præc. art.1. motus appetitiuus conformis intellectui falso secundùm se est malus,& peccatum, præsumptio verò est motus appetitiuus, q̄ importat spem inordinatam, & est conformis intellectui falso, vt & desperatio, quia vt falsum est, ꝙ Deus pœnitētibus non parcat, vel ꝙ peccantes ad pœnitentiam non conuertat, ita falsum est, ꝙ in peccato perseuerantibus veniam det, & à bono opere cessantibus gloriā largiatur, cui existimationi conformiter se habet præsumptionis motus, ideò est peccatum, minus tñ quàm desperatio, quia magis propriū est Deo misereri & parcere, quàm punire ob infinitam eius bonitatem, id enim Deo, secundùm se conuenit, hoc verò secundū nostra peccata. D.Th.d.q.art.2. & ex genere est peccatum mortale, potest tamen esse veniale ex imperfectione deliberationis ipsius actus,& potest esse etiam ꝙ non sit infidelis qui peccat cum proposito perdurandi in peccato sub spe veniç, si iudiciū non sit erroneum circa fidem, sed quia perseuerat in peccato, ac si esset possibile saluari sine pœnitentia, nō tamen iudicans id esse speculatiuè verū, quia sic esset error Pelagianus;& etiā sat est virtualiter,& interpretatiuè inniti gratiæ, & meritis, & medijs necessarijs secundùm legem Dei, nec opus est, quòd qui sperat beatitudinem teneatur expressè sperare ex gratia, & meritis; Nec semp amittitur habitus spei infusæ per præsumptionem, sicut per desperationem, quoties peccatur contra spem, vel præceptum spei, quia qui præsumit de diuina misericordia, ꝙ morietur in peccato, & vult in illo perseuerare, sperat ꝙ non est sperandum secundùm legem, & ita præsumit, tamen non amittit spem; si verò præsumat ꝙ sit prædestinatus,& sine termino vult peccare, probabile est ꝙ amittat spem infusam, cum destruat rationem formalem interpretatiuè, quia non requiritur actus desperandi tam expressus, vt error ad infidelitatem: vt dicit hic Bannes.

Tertia propositio. Præsumptio habet manifestiorem oppositionem ad timorem, maximè seruilem, quàm spem, secundùm tamen opinionem falsam magis opponitur spei. 5

Prçsūptio cui rei opponatur.

Ratio, nam, secūdùm Aug. lib.4. contra Iul. c.3. omnibus virtutibus non solùm vitia sunt manifesta discretione cōtraria, sed etiam quadam specie fallenre similia, vt prudentiæ, astutia, virtus enim habere videtur maiorem conuenientiam cum vno oppositorū vitiorū, quia cum alio. 2. Eth.c.8. præsumptio ergo apertam oppositionem videtur habere ad timorem maximè seruilē, qui respicit pœnam ex Dei iustitia prouenientem, cuius remissionem præsumptio sperat, secundùm tamen similitudinem falsam magis cōtrariatur spei, quia importat quandam spem inordinatam de Deo, & quia contraria sunt in eodem genere, ideò secundùm similitudinem falsam

falsam magis opponitur spei.

6 Quarta propositio. Præsumptio de qua hic, quæ inordinatè innititur diuinæ misericordiæ, directè oritur ex superbia, quæ verò innititur propriæ virtuti, oritur ex inani gloria; probatur ex Greg. lib. 31. Mor. c. 31. à medio.

Præsũptio vnde oriatur.

Ratio, nam ex quo quis multum desiderat gloriam, sequitur quod attentet ad gloriam quandã supra vires suas, & huiusmodi maximè sunt noua quæ maiorem admirationem habẽt, quæ verò innititur inordinatè diuinæ misericordiæ, vel potentiæ, qua quis sperat veniam sine pœnitentia, & gloriam sine meritis videtur oriri directè ex superbia, ac si se tantum æstimet, vt cum Deus peccantẽ non puniat, vel à gloria non excludat.

SVMMARIVM.

1 de Spe an dari debuit aliquod præceptum.
2 de Timore an sit aliquod præceptũ, & de quo.

De præceptis pertinẽtibus ad spem, & timorem. Cap. VI.

1 Prima propositio. De spe non debuit dari aliquod præceptũ in prima legislatione, sed alia via erant homines inducẽdi, vel post legem huiusmodi præcepta danda, est tamen præceptum de spe sicut de fide, nõ in lege positum, sed præambulũ ad fidem; probatur ex Aug. tract. 83. in Ioan. inter med. & fi. & colligitur ex sacris literis præceptum esse de spe, per verbum imperatiui modi, licet non in prima legislatione. Exod. 20. Ps. 4. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino. Ps. 61. Sperate in eo omnis congregatio populi. ad Tit. 2. expectantes beatam spem. Hebr. 11. accedentem ad Deum oportet credere, quia ipse est, & quod inquirentibus se remunerator est, quod intelligitur de spe, cum obiectum spei sit remuneratio æterna, vnde & spes est dispositio necessaria ad iustificationem. Conc. Tr. sess. 6. c. 6. & can. 26. ergo de ea est præceptum, cum de omni necessario detur præceptum.

de Spe an dari dbuerit aliqd præceptũ.

Ratio, nam præceptorum quæ sunt in sacra scriptura quædam sunt de substãtia legis, quædam præambula ad eam: præambula sunt quibus non existentib. lex locum habere non potest, & huiusmodi sunt præcepta de actu fidei & spei, quia per actum fidei homo inclinatur, vt cognoscat authorem legis talem, vt ei se subdere debeat, per spem verò homo inducitur ad obseruantiam præceptorum: præcepta verò de substantia legis sunt, quę homini iam subiecto, & ad obediendum parato imponuntur, ad vitæ rectitudinem: præcepta verò fidei, & spei non erant ei proponenda, quia si nõ crederet, & speraret frustra ei lex proponeretur, sed vt pręceptum fidei fuit proponendum per modum denunciationis, & commemorationis, supra q. 16. art. 1. ita præceptum spei in prima legislatione fuit proponendum per modum promissionis, quia dum obedientibus præmia promittit ex hoc inuitat ad spem: vnde omnia in lege contenta sunt spei excitatiua, sed quia lege imposita homines inducendi sunt non solùm ad obseruationem præceptorum, sed etiã ad conseruandum legis fundamentum, ideò post primam legislationem in scriptura multipliciter hoĩes inducuntur ad sperandum etiam per modum monitionis, vel præcepti, & non solùm per modum promissionis, vt in lege. Ps. Sperate in eo omnis congregatio populi, &c. Quo verò ad tempus, quo præceptum spei obligat, cum primo homo venit ad vsum rationis, & facit quod in se est, & illuminatur à Deo, tenetur sperare beatitudinem ab illo, quia de ea illuminatur à Deo, vnde si nõ fuerit conuersus primò in Deum, cũ tenetur, triplex peccatum incurrit, contra fidem, spem, & charitatem; quo verò ad tempus speciale quo tenetur sperare homo post istã illuminationem in speciali, probabile est, quoties tenetur agere pœnitentiam sub vi alterius præcepti, saltem vt arbitror, virtualiter, & quando insurgunt tentationes, quæ hominem ad desperationem rapiunt, quia eodem præcepto tenetur homo sperare, &

& non desperare, maximè in articulo mortis si surgunt tentationes, & quandoque in anno excitando actum spei. Et si cui à Deo eius reprobatio reueletur, ꝙ non est credibile, nisi de Antichristo, is non tenetur sperare beatitudinem, & non peccat desperando ab eius cõsequutione, potest tamen & debet sperare opē diuinam ad vitanda singula peccata, & debet petere ab eo auxilium ad non peccandum; qui tamen potest conformare se diuinæ voluntati, & pro tunc diligere eum magis quàm seipsum, ex vi charitatis, & auxilij gratiæ Dei: vt d. hic Bannes, qui tamen vt opinor posset adhuc sperare, existimando ꝙ illa sit tantum diuina cõminatio, & ꝙ Deus mutet sententiam si ipse mutet delictum.

2 Secunda propositio. De Timore seruili, vel pœnæ præceptum est, nõ positum in lege, sed præambulum ad legem, vt & præceptum fidei & spei, de timore verò filiali est præceptum in lege positū, sicut & dilectione, vel charitate; probatur Deuter. 10.

de Timore â sit aliquod prçceptū, & de quibus

Ratio, duo enim sunt timores, seruilis, & filialis, & sicut quis inducitur ad obseruationem præceptorum per spem præmiorum, ita per timorem pœnę qui est timor seruilis, & sicut in ipsa legislatione non fuit dandum præceptum de actu spei, sed ad id fuere homines inducendi per promissa, att. præc. ita nec de timore qui respicit pœnā fuit dandum præceptum per modum pręcepti, sed ad id fuere homines inducendi per comminationem pœnarū, ꝙ actum fuit in præceptis decalogi, & postea in secundarijs præceptis legis, & sicut sapientes vt homines stabilirent in obseruātia legis documenta dedere de spe per modū admonitionis, & præcepti, sic etiā de timore, timor verò filialis, qui reuerētiam Deo exhibet est vt genus ad dilectionē Dei, & principium omnium quæ in Dei reuerentia seruantur, ideò de huiusmodi dātur pcepta in lege, vt de dilectione, quia vtrumq; est præambulum ad exteriores actus qui præcipiuntur in lege, ad quos pertinent pcepta decalogi, ideò in authoritate legis inducta, requiritur ab homine timor, vt ambulet in via Dei, ipsum colendo, & amando. Aduertendum tamen, ꝙ præceptum timoris nõ est præcisè necessarium, vt spei præceptū, quia homo potest per totum vitæ tempus nõ timere pœnas inferni, & saluari, est tñ præceptum affirmatiuum obligans tempore necessitatis, quando. s. timor pœnæ est necessarius ad cõuersionem eius qui non ducitur amore, vt abstineat à peccato, qui tenebatur se disponere cogitãdo de pœnis inferni, vt saltem illarū timorę concussus conuertatur: & timor filialis obligat quandoq; sub præcepto, v.g. tenetur quis cauere occasiones offensæ Dei ex timore ipsius offensæ, ꝙ si non timet, peccat, licet pro tunc nõ teneretur diligere Deum ex speciali pręcepto charitatis: vt dicit hic Bannes.

DE CHARITATE.

SVMMARIVM.

De Charitate, virtutibus adiunctis, & vitijs oppositis, & primò secundùm se. Cap. I.

OBSERVANDVM est primo loco, ꝙ charitas dicit à charis græco vocabulo, ꝙ idem significat ac gratia, vel quia in nobis idem sit gratia, ꝙ charitas, iuxta aliquos, vel quia sumitur pro amore gratuito, 1

Charitas vnde dicatur.

gratuito, vt Cic. ait lib. 1. de nat. Deorũ, cum charitas sit amor.

2 Charitas de quo dicatur. Secundò, obseruandum, quòd nomen charitas aliquando sumitur de Deo essentialiter, vt in himno Trinitatis habetur, tamẽ appropriari potest Spiritui sancto, iuxta id Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctum, qui datus est nobis, & de hac non est sermo hic, sed de charitate, quę est in hominibus, cum in Deo nõ dicatur charitas amor gratuitus, & liberalis, prout est inter cæteras personas, sed ex necessitate naturæ, sed sic tantũ dicitur de Deo per relationem ad creaturas intellectuales, iuxta id Hier. 31. charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te, miserans tui.

3 Charitatis variæ diffinitiones. Tertiò, notandum, quòd charitas iuxta varias eius acceptiones variè diffinitur: vt d. Bonau. 3. dist. 27. circa literam. post Mag. primò, quòd est dilectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deũ, & nos in Deo, vel propter Deum; idq; respectu ad affectum. Secundò, diffinitur, quò ad finem vltimũ, vel præmium, quòd charitas est virtus qua Deum videre, eoq; perfrui desideramus: vt d. Aug. in soliloq. Tertiò, diffinitur, quò ad effectum, ꝙ est animi affectio iustissima coniungens nos cum Deo, vt dicit Aug. lib. de moribus eccle. vel virtus copulans amantem cum amato, vt idem dicit lib. de spiritu, & anima. vel motus animi ad fruẽdum Deo propter ipsum, & se, atque proximo propter Deum, vt dicit Aug. lib. 3. contr. Acad. c. 6. vel virtus diuinitus infusa, qua Deus diligitur syncerè propter se, & proximus propter Deum. idem lib. 3. de doctr. Christ. c. 10. Quartò, diffinitur per habitum sibi adiunctum, qui quodãmodo est ipsius charitatis principium: vt d. Apost. 1. Tim. 1. charitas est finis præcepti de corde puro, & conscientia bona, & fide nõ ficta, charitas enim oritur ex bona intẽtione

4 Charitatis laudes. in præceptorum impletione, & ex conscientia bona, scilicet spe in bono opere, & ex corde puro à vitijs, & fidei veritate, & ab Apost. 1. Cor. 13. dicitur maior omnibus virtutibus cum nos cum Deo coniungat, ꝙ fides, & spes sine illa non præstant, vt ibi Apost. d. & ab Aug. lib. 1. c. 24. de morib. Manich. dicitur norma morum Christianorum, quam violare nefas, vt Deum dicit; & dicitur summus Dei cultus: vt idem d. ep. 120. c. 18. cum non colatur Deus nisi amando, scilicet interno cultu, credendo, & sperando, & esse donum Dei, vt idem d. ep. 145. & forma qua anima diligens reformatur, ac sacrificium Deo acceptissimum, vt idem dicit lib. 10. ciuit. c. 6. & radix omnium bonorum existit, vt idem dicit tract. de laudib. charitat. in princ. tom. ix. & oleo comparatur, quòd vt id omnibus humoribus supereminet, sic charitas omnibus virtutibus præstat, vt idem dicit de tempore serm. 14. serm. 2. Dominicæ ij. post oct. Epiph. to. x. vnde & idem in Psal. 45. dicit, intellige vim charitatis, ipsa est virtus quam nemo vincit, huius ignem nulli fluctus seculi, nulla flumina tentationis extinguunt, & alijs laudibus extollitur, quæ habentur lib. de ciue, sub cap. de charitate ciuis. est si quidem fundamentum finis, & forma cæterarũ virtutum. D. Thom. 2. 2. quæst. 23. art. 8. vt quæ sceptrum tenet inter eas, & cæteras vt comites secum ducit, nec vllam patitur virtutem otiosam manere, sed ei stimulos admouet, & ad officia sancta obeunda impellit. D. Thom. 2. 2. q. 123. artic. 6. charitas enim dulce, ac salubre vinculum est mentium, sine qua diues pauper est, & cũ qua pauper diues est, hæc in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter veros fratres lætissima, inter falsos patientissima, sine qua reliqua nihil prosunt. 1. Cor. 13.

Hæc verò charitas probatur ex operum exhibitione, & Dei mandatorum obseruatione, quia vera charitas est, vt mandata eius custodiamus. 1. Io. 2. & 5. & probat Greg. hom. in Euang. Vnde & D. Prosper. libro 3. de vita contemplat. c. 13. & 15. dicit, ꝙ charitas est recta voluntas ab omnibus terrenis seiuncta, à præsentibus prorsus auersa, iuncta Deo inseparabiliter, & vnita igne quodam spiritus, à quo est, & ad quem refertur incensa, inquinamenti omnis extranea,

corruptionis nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, super omnia quę carnaliter diliguntur, excelsa: affectionũ omnium potentissima, diuinæ contẽplationis auida, in oĩbus semper inuicta, summa actionum bonarum, salus morũ, finis cœlestium præceptorũ, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnãtium, palma victorũ, anima sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorũ, sine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis peccare nõ potuit, nec poterit: fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerãtibus, victoriosa in martirib⁹, operosa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quicquid est boni operis viuet.

Hanc charitatem qui habet, non peccat, quia Deum supra oĩa diligit, & proximum ad q̃ seipsum in Deo, ij.n. peccant qui ordinem diligẽdi peruertunt, qui mundum qui contemnendus est, diligunt, vel corpora sua minus q̃ Deum diligenda, plus diligunt, vel proximos non vt seipsos, nec in Deo, nec Deum supra seipsos, iuxta ordinem charitatis, de quo infra habetur.

Hoc verò ordine ad charitatem Dei peruenitur: primò.n. homo incipit diligere se propter se, sed cum videat se non posse per se subsistere, Deum quasi necessarium incipit per fidẽ inquirere, & diligere: vnde in secũdo gradu diligit Deũ sed propter se, nõ propter Deum; sed cũ cœperit Deũ occasione propriæ necessitatis colere, & frequentare cogitãdo, legendo, orando, obediendo, hac familiaritate Deus paulatim innotescit, & consequenter dulcescit, & sic, gustato quàm suauis sit Dominus, fit transitus ad tertium gradũ, vt Deus diligatur non propter se, sed propter ipsum Deum: vt inquit Bernar. tract. de diligendo Deo. His ita notatis.

5 Charitas est amicitia hoĩs ad Deum, & qũo.

Prima sit propositio. Charitas est amicitia hominis iusti ad Deum hic imperfecta in patria perficienda; probatur Io. 15. iam non dicã vos seruos, sed amicos meos. Sap. 7. infinitus enim est thesaurus hominibus quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitię Dei. Ps. 138. Mihi aũt nimis honorati sunt amici tui Deus. Cant. 2. Dilectus meus mihi & ego illi, & c. 5. ipse est amicus meus filiæ Ierusalem. cap. 2. Surge, propera amica mea. Iacob. 2. Abraham amicus Dei appellatus est.

Ratio, nam omnis amor habet rationem amicitiæ, sed qui est cum beneuolentia, quando sic amatur aliquis, vt ei bonum velimus, q̃ si rebus amatis non bonum velimus, sed eorum bonum velimus nobis, vt dicimur amare vinum, equum, &c. non est amor amicitiæ, sed cuiusdam concupiscentiæ. 8. Eth. cap. 3. sed nec beneuolentia sufficit ad rationẽ amicitiæ, sed requiritur quædã mutua amatio, quia amicus est amico amicus, quæ mutua beneuolẽtia fundatur super aliquam communicationem, cum ergo sit aliqua cõicatio hominis ad Deum, secundùm q̃ nobis suam beatitudinem communicat, super hanc communicationem oportet aliquam amicitiam fundari. 1. Cor. 1. Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem Filij eius: Amor verò qui fundatur super hanc communicationem, est charitas, vnde charitas est quędam amicitia hominis ad Deum. D. Th. quæst. 23. art. 1.

Aduertendum autem, q̃ cum sit triplex communicatio iuxta q̃ fundantur variæ amicitię, scilicet boni honesti, vtilis, & voluptuarij. 8. Eth. cap. 3. & lib. 2. magn. mor. cap. 11. quòd inter Deum, & homines iustos non est amicitia boni vtilis, nec delectabilis, sed tantum honesti, quia hic amor non fundatur in amore vtili & delectabili, sed in bono amati, & maximè bono virtutis, Deus enim non vult nobis bonum ob suam vtilitatem, cum serui inutiles simus. Iob 22. ob quòd Deus sua bona largiendo dicitur maximè liberalis; sic homines iusti amant Deum propter seipsum, & licet præcedat spes, quo speramus à Deo beatitudinem, & commodum ideò nostrũ, tamen charitas ipsa fertur in Deũ propter seipsum, quæ refert hominem & suam spem in illum, & ideò nostra amicitia ad Deum continet delectationem, & vtilitatem quadam ratione eminẽti, vt media ad finem relata, vt in his quoque glorificetur Deus, vt & in electione medio-

mediorum continetur intētio finis. Neque aduersatur, quòd amicitia requirat æqualitatem. 8. Ethic. cap. 5. 6. & 8. & ex Plat. in Phædro. Resp. enim, quòd potest esse inæqualitas inter amicos, sed tñ seruatur proportionabilis æqualitas, quia excellens amicus debet inferiori amico communicare de suis bonis, vt quò ad fieri potest eum sibi assimilet. 8. Ethic. cap. 1. vt fecit Alexander, inferior verò superiori confert obsequia, & honorem amico digna, vt fiat possibilis recompensatio, recognoscendo se ea bona ab eo accepisse; & ob id illi gratias agendo, id autem præstitit Deus filium suū in terras mittendo. Ioan. 3. & 15. Rom. 5. se vt est possibile nobis æqualem faciēdo. Galat. 4. 2. Cor. 8. & èconuerso, homo omnia illi accepta refert, illum adorando, sacrificando, &c. & audendo eius maiestatem deosculari. Cant. 1. & 8. quòd fit tantum per supernaturalem charitatē, quæ est à Deo, quæ & delectatur quòd in Deo sit sapientia, iustitia, &c. & ob id illum honoramus, & tristamur si id ab omnibus non fiat, idque ob ipsius bonitatem, quam super omnia amamus, licet is nostra hac opera non egeat, & ꝙ nobis confert, id agat, non vt inde is augeatur, quòd nefas est dicere, sed vt nos meliores inde fiamus, quæ bona nobis communicat secundùm tenuem capacitatem nostrā, pro modo voluntatis suæ, dando se nobis in socium per gratiæ auxilium, & pretium redemptionis, & pręmium in cœlis meritorum, quæ ideò ibi perficitur, cum sit patens, hic verò tantum apparens ex testimonio conscientiæ bonæ, & bonis operibus.

Quæ etiam amicitia Dei ad homines cum omnes amicitias excedat, quandoque comparatur ad amicitiam Regis ad ciues, vel seruos. Eph. 4. Psalm. 122. cum Deo seruire regnare sit. Apoc. 7. quandoque ad amicitiam Ducis ad milites. 2. Tim. 2. viri ad vxorem. 2. Corinth. 11. Apocal. 21. & maximè patris ad filios. Malach. 1. 1. Ioan. 1. 3. Ioan. 1. vt ita ostendatur eius maiestas, & amor multipliciter explicatus eius maiestatis erga nos, vt èconuerso in ipsius amorem accendamur.

Secunda propositio. Charitas est aliquid creatū in anima, & qualitas superaddita, & infusa naturę; probatˀ Rom. 5. 6 *Charitas est quid creatū in anima, & quomodo*
Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, &c. Tit. 3. Lucæ 1. Ioan. 1. 2. Petr. 1. & habetur in cap. maiores. de baptis. in clem. vnica. de summa Trin. & in Conc. Trid. sess. 6. cap. 7. & can. 11. vbi habetur nos iustificari per iustitiam inhærētem, & quòd in iustificatione infunduntur fides, spes, & charitas.

Ratio, nam nullus actus perfectè producitur ab aliqua potētia actiua, nisi sit rei connaturalis per aliquam formam, quæ sit principium actionis, vnde Deus qui omnia mouet ad debitos fines, singulis rebus indidit formas per quas inclinantur ad fines sibi præstitos à Deo, & secūdùm hoc disponit omnia suauiter. Sap. 18. sed actus charitatis excedit naturam potentiæ voluntatis, ergo nisi aliqua forma superaddatur, naturali potētiæ per quam inclinetur ad dilectionis actum, actus iste esset imperfectior actibus naturalibus, & actibus aliarum virtutum, nec esset facilis, & delectabilis, ꝙ est falsum, quia nulla virtus habet tātam inclinationem ad suum actum, vt charitas: vnde oportet ꝙ ad actum charitatis, in nobis existat aliqua habitualis forma in nobis superaddita potentiæ naturali inclinans ipsam ad charitatis actum, & faciens eam promptè, & delectabiliter operari. Vnde implicat cōtradictionem, ꝙ actio dilectionis Dei eiusdem speciei cum ea quæ habetur ex charitate à pura potentia voluntatis eliciatur, quantumlibet consideretur, quia vt implicat, ꝙ homo currat sine potentia currendi, sic ponit contradictionem, ꝙ aliquis diligat Deum dilectione supernaturali tanquam causa dilectionis, absque principio ꝓportionato formaliter, sibiq; inhærente: vt d. hic Bannes.

Tertia propositio. Charitas est virtus, 7 *Charitas est virtus.*
probatur ex August. lib. de morib. eccl. c. 11. vbi dicit, quòd charitas est virtus nos coniungens cum Deo, qui est suprema regula actus virtutis.

Ratio, nam actus humani habent bonitatem secundùm ꝙ regulantur debita regula & mensura, ideò humana vir-

tus, quæ est virtus omnium actuum bonorum hominis, consistit in attingendo regulam humanorum actuum, quæ est duplex, supra q.17. art.1 & 5. humana ratio, & Deus: vnde sicut virtus moralis diffinitur per hoc quod est secundùm rectam rationem 2.Ethic.cap.6. ita etiam attingere Deum cõstituit rationem virtutis, vt supra q.4.art.5.de fide & spe, est dictũ; vnde cum charitas attingat Deũ, quia Deo nos iungit secundùm Aug. loco cit. sequitur, quòd charitas sit virtus. Hoc verò quòd dicitur, quòd charitas est virtus, non intelligitur de amicitia, prout importat relationem, quia sic nulla virtus est relatio, vel relatiuum ad alterum, sed intelligitur de fundamento ex parte subiecti, vnde sequitur illa relatio: vt dicit hic Bannes.

8 Charitas est virtus specialis. Quarta propositio. Charitas est virtus specialis; probatur 1.Cor.13. vbi cõnumeratur cum fide & spe, quæ sunt virtutes speciales, ergo.

Ratione, quia actus, & habitus specificantur per obiecta.1.2.quæst.18.art.2. ideò vbi est specialis ratio boni, ibi est specialis ratio amoris, bonum verò diuinum quatenus est beatitudinis obiectum, habet specialem rationem boni, ideò amor charitatis, qui est amor huius boni est specialis amor, & sic charitas est specialis virtus.

Ampliatur, vt nedum charitas perfecta, sed etiam in gradu remisso, & minima sit vera virtus diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum, propriè & simpliciter, magis propriè quàm quælibet virtus moralis acquisita, licet maxima: vt dicit D.Thom. 3.p.quæst.70. art.4. cum ratio virtutis perfectæ sit, vt faciat bonum eam habentem, & opus eius bonum, quòd facit charitas vniens immediatè cum vltimo fine hominis voluntatem. 1.Ioan.2. quòd non præstant virtutes acquisitæ sine charitate, vt infra dicetur.

9 Charitas an sit vna virtus. Quinta propositio. Charitas est vna virtus non distincta in plures species, & respectu Dei, & respectu omnium diligibilium, qua vna Deus, & proximus diliguntur.

Ratio, nam, vt art.1. charitas est amicitia quædam hominis ad Deum, diuersæ verò amicitiarum species accipiũtur secundùm finem diuersum, & sic sunt tres, scilicet vtilis, delectabilis, & honesta; alio modo secundùm diuersitatem communicationum in quibus amicitiæ fundantur, vt alia species amicitiæ est cõsanguineorum, alia conciuium, quarum vna fundatur super communicatione naturali, alia super ciuili.8.Ethicor. cap.11.& 12. neutro verò horum modorum, charitas potest diuidi in plura, quia charitatis est finis vnus, scilicet diuina bonitas, est etiam vna communicatio beatitudinis æternæ, super quod hæc amicitia fundatur, vnde vna charitas est vna virtus, non distincta in plures species.

Et licet charitas sit primò, & per se amicitia ad Deum, vt supra est dictum, est tamen etiam amicitia ad proximum vnitum Deo per charitatem, & consequenter cum hominibus, quia ij sibi volunt bona omnia ad finem beatitudinis conuenientia, & sibi cooperantes iuuantes se in temporalibus vbi opportunitas se offert, & in spiritualibus saltem orando inuicem, vt saluentur; quæ tamen in hac vita est imperfecta, & occulta, cum multi tales sint absentes, & etiam ignoretur qui sint Dei amici, in patria verò erit consummata, quia omnes eiusdem summi boni erunt participes, & adinuicem de alterius beatitudine gaudebũt; alio modo cum quis est in peccato, volendo illi vt conuertatur in Deum, & hæc non est respectu illius peccatoris actualis amicitia, quia is non redamat nos ex charitate supernaturali, licet naturali amore possit redamare, vbi tamẽ non potest dici amicitia, tum quia non est æqualitas, tum quia non adest reciproca communicatio bonorum.

Sexta propositio. Charitas est excellentissima virtutum; probatur 1.Corint. 12 & 13.Rom.13. plenitudo legis est dilectio. Col.3. super omnia autem charitatem habere, quòd est vinculum perfectionis. 1.Timoth.1. finis præcepti charitas, &c. 10 Charitas est excellentissima virtutum.

Ratio, nam bonum in humanis attenditur, secundùm quod regulatur debita regula,

gula, ideò oportet quòd virtus humana, quæ est principium bonorum actuū cōsistat in attingendo regulam humanorum actuum, quæ duplex est, scilicet ratio humana, & Deus, supra artic. 3. sed Deus est prima regula à quo ratio humana regulanda est, ideò virtutes Theologicæ quæ consistunt in attingendo illam regulam primā, quia earum obiectum est Deus, sunt excellētiores virtutes moralibus, vel intellectualibus, quæ consistunt in attingendo rationem humanam, & inter virtutes Theologicas oportet quòd illa sit potior, quæ magis Deum attingit, quòd verò est per se, maius est eo quòd est aliud, fides verò & spes attingunt Deum secundùm quòd ex ipso prouenit nobis cognitio veri, vel acceptio boni, sed charitas attingit Deū vt in ipso sistat non vt ex eo aliquid nobis proueniat, ideò charitas est excellentior fide, & spe, & sic alijs virtutibus, vt etiam prudentia, quæ attingit rationem secundùm se, est excellentior, quàm aliæ virtutes morales, quæ attingunt rationem, secundùm quòd ex ea medium constituitur in operationibus, vel passionibus humanis. Et nedum charitas est excellentior fide mortua, sed etiam fide viua, vt dicit hic Bannes.

11 Sine Charitate an possit esse aliqua vera virtus. Septima propositio. Sine Charitate non potest esse aliqua vera virtus simpliciter, & finali quadam perfectione, morali tamen quadam ratione, imperfectè secundùm quòd ordinat ad aliquod bonum particulare, potest esse sine charitate; probatur primum 1. Cor. 13. & id probat luculenter Aug. lib. 1. retr. c. 3. & lib. 4. contra Iul. Pelag. c. 3. d. non esse in aliquo veram virtutem qui iustus nō sit, nec quisquam iustus sit, nisi qui ex fide viuit. & Hier. in ep. ad Tit. 3. d. sine virtute Dei nullas poterat paulus habere virtutes. & in ep. ad Gal. 5.

Ratio, nam virtus ordinatur ad bonū 1. 2. q. 55. art. 3. bonum verò est principaliter finis, quæ enim sunt ad finem, non dicuntur bona nisi in ordine ad eū, & sicut est duplex finis, vltimus & proximus, sic est duplex bonum, vltimum, & vniuersale, & proximum, & particulare: vltimū est Dei fruitio, ad quod homo ordinatur per charitatem: bonum verò secūdarium, est duplex, vnum, quòd est verè bonum, vt ordinabile ad vltimum, qui est vltimus finis, aliud est bonum non verum, & apparens, quia abducit ab vltimo bono. Vnde virtus vera simpliciter est quæ ordinat hominem ad principale eius bonum. 8. Ethic. tex. 17. vnde nulla vera virtus esse potest sine charitate, si verò respicitur virtus in ordine ad aliquem finem particularem, sic potest dici sine charitate, quatenus ordinatur ad aliquod particulare bonum, & si id particulare bonum sit apparens non verum, sic virtus ad id ordinans non est vera, sed similitudo virtutis falsa, vt auarorum nō est vera virtus prudentia, qua cogitant diuersa genera lucrorū, sed si bonum id particulare, sit verum, vt conseruatio ciuitatis, & huiusmodi, erit vera virtus, sed imperfecta, nisi referatur ad finale, & perfectum bonum: vnde simpliciter sine charitate vera virtus esse non potest.

Habitus tamen acquisiti ex actibus bonis moraliter boni habitus sunt, & eiusdem speciei cum virtutibus acquisitis, quæ sunt coniunctæ cum charitate, & si homo esset in puris naturalibus absque peccato & gratia, tales habitus acquisiti haberent maiorem rationem virtutis, quàm nunc dum sunt in homine auerso à Deo per peccatum saltem originale, quia tunc esset cōuersus ad Deū vt ad finem vltimum naturalem, & rectificatus cum illo, vt prima regula humanorum actuum, nunc verò est auersus, nec rectificatus; in illo tamen statu, in puris scilicet naturalibus, non essent virtutes simpliciter perfectæ, nisi homo aliquo dono superaddito sanaretur ab infirmitate, quæ prouenit ex impugnatione appetitus sensitiui, quia per tales virtutes acquisitas nō poterat homo seruare præcepta naturalia per multū tempus, ergo sufficienter per illas non ordinabatur ad vltimum finem supernaturalem, quia pugna esset inter carnem, & spiritū, vt nunc est, diu verò nunc vix possumus seruare omnia præcepta naturalia ob dictam pugnam, ergo nec tūc. Post verò peccatum Adæ, nemo potest

sine gratia & charitate, licet multiplicet actus moraliter bonos, acquirere habitus, qui simpliciter sint virtutes perfectæ etiam in genere boni humani: vt dicit hic Bannez, cū maior nunc sit ratio.

18 Octaua propositio. Charitas est forma virtutum, earum fundamentum & radix: probatur ex Ambr. lib. 2. in Luc.

Charitas est forma virtutū, & quomodo

Ratio, nam in moralibus, forma actus attenditur principaliter ex parte finis, nam principium moralium actuum est voluntas, cuius obiectum & vt forma est finis, semper verò forma actus consequitur formam agentis, vnde oportet, ꝙ in moralibus, id ꝙ dat actui ordinem ad finem det ei & formam, sed per charitatem ordinantur actus omnium aliarum virtutum ad vltimum finem, artic. præced. & secundùm hoc ipsa dat formam actibus omnium aliarum virtutū, & pro tanto dicitur esse forma virtutū, quia & ipsæ virtutes dicuntur in ordine ad actus formatos.

Aduertendum autem, ꝙ charitas est forma etiam virtutum acquisitarū, quatenus sunt simpliciter virtutes perfectę, non negatur tamen ꝙ etiam prudentia non sit forma virtutum moralium, quia est forma proprij obiecti virtutis moralis, quatenus dirigit, & ordinat actus earum circa ea quæ sunt ad finē, quia prudentia non est de fine, sed supponit intētionem finis, quæ habet vel ex naturali inclinatione volūtatis, vel charitate, vel vtraq; simul. Et non solùm charitas est forma virtutum, informando effectiuè, quatenus imperat & ordinat actus virtutum, cum id sit commune omni virtuti imperanti, sed etiam quia ipsa participatio passiua imperij sui recepta in actibus virtutum, constituit illos in esse virtutis simpliciter, ꝙ intelligitur non solùm de virtutibus moralibus infusis, sed etiam acquisitis, quatenus gratia, quæ naturā perficit, efficit mediante charitate, vt actus virtutum acquisitarum attingant nō solùm finem supernaturalem, ad quem diriguntur supra rationem, & propriam proportionē, sed etiam vt attingant finem vltimum sibi naturaliter proportionatū. Et licet fides dicatur fundamentum rerum sperandarum. Hebr. 11. & salutis nostræ, ac iustificationis, ex Conc. Trid. sess. 6. cap. 8. id intelligitur, quia dirigit & ostendit finem, ita vt inde incipiat ædificium Christianæ religionis, cum sit actus primus quo acceditur ad Deum Heb. 11. charitas verò dicitur fundamentum, quatenus suo motu mouet etiam & viuificat alia opera virtutum etiam ipsius fidei, & influit vitā, & facit opera virtuosa & meritoria vitæ æternæ, præsupposita tamen fide & spe: vt dicit hic Bannes.

SVMMARIVM.

De Charitatis subiecto. Cap. II.

PRima propositio. Subiectum charitatis est in voluntate, & nō in appetitu sensitiuo vel ratione, licet ad rationē habeat affinitatem, cum obiectū charitatis sit bonum, ꝙ est etiam obiectum voluntatis, & est magis in voluntate, quàm in libero arbitrio: vt hic dicit D. Th. ad secundum, & tertium. 1

Charitas est ī volūtate, & nō ī appetitu sensitiuo, vel rōne, & qūo.

Ratio, cum enim sit duplex appetitus, sensitiuus & intellectiuus p. p. q. 81 art. 2. vtriusq; obiectum est bonum, sed diuersè, quia obiectum appetitus sensitiui est

bonum

bonũ per sensum apprehensum, obiectũ verò voluntatis est bonum sub communi ratione boni, prout est apprehensum ab intellectu, charitatis verò obiectum non est aliquod bonum sensibile, sed diuinum ꝙ solo intellectu cognoscitur, ideò charitatis est subiectum voluntas, non appetitus sensitiuus. Neq; aduersatur, ꝙ nobilissimæ virtuti debeatur nobilissimum subiectum.s.ratio, vel intellectus. Resp. enim, ꝙ charitas est potissima virtus in hac vita, at in patria lumẽ gloriæ est perfectior habitus, ꝗ habitus charitatis, quia lumen gloriæ datur beatis ad actionem, quę essentialiter est beatitudo: vt dicit hic Bannes.

2 Charitas causat in nobis ex infusione, & quõ.

Secũda propositio. Charitas causatur in nobis ex infusione; probatur Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, & diffinitur in Conc. Arausic. II. can. 25. Mileu. can. 4. & Trid. sess. 6. cap. 6. & 7. & can. 4. quibus locis habetur, ꝙ charitas, quę requiritur ad iustificationẽ non potest esse ex viribus naturalibus, sed ex dono Dei.

Ratio, nam cum charitas sit quędam amicitia hominis ad Deũ fundata super cõmunicationem beatitudinis æternæ, q. præc. art. 1. hæc communicatio nõ est secundùm bona naturalia, sed secũdùm dona gratuita, vnde & charitas facultatem naturæ excedit, ꝙ verò excedit facultatem naturæ, nõ potest esse naturale, nec acquisitum per potentias naturales, sed per infusionẽ Spiritus sancti, qui est amor Patris, & Filij, cuius participatio est charitas in nobis cãta, q. pc. art. 2. Prout verò charitas est habitus quidam superadditus potentiæ, infunditur nobis in baptismo, vt & habitus fidei & spei: vt diffinitur in clem. vn. de sum. Tr. & est impossibile, ꝙ homo quò ad substantiã speciei actus, ex obiecto formali, habere possit dilectionem Dei ex viribus naturæ, super omnia, similem dilectioni ex charitate, quia obiectũ charitatis infusæ est summum bonum, prout est beatificans supra totam naturam, ergo non potest attingi viribus naturæ.

3 Charitas qualiter infundat.

Tertia propositio. Charitas non infunditur homini secundùm capacitatẽ naturalium virium, sed tãtum Angelo; sed solum secundùm beneplacitum diuinæ voluntatis, qui mouet mẽtem hominis plus vel minus secundùm suã voluntatem; probatur 1. Cor. 1. videte vocationem vestram, quia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, sed infirma mundi elegit Deus, &c. & habetur in Conc. Trid. sess. 6. c. 7.

Ratio, nam cuiusq; rei quantitas pendet à ꝓpria causa rei, quia vniuersalior causa producit maiorem effectum, charitas verò cum superexcedat proportionem naturæ humanæ, supra art. pręced. nõ dependet ex aliqua naturali virtute, sed ex sola gratia Spiritus sancti eã infundentis, ideò quantitas charitatis non pendet ex cõditione naturę, vel ex capacitate naturalis virtutis, sed solum ex voluntate Spiritus sancti distribuentis sua dona prout vult. Eph. 4. vnicuiq; nostrũ data est gratia secundùm mensuram donationis Christi. Non excluditur tamẽ per hoc, quin, licet quantitas gratię, vel auxilij in iustificatione tota correspondeat quantitati auxilij diuini, & motioni Spiritus sancti, debeat respondere & conatus liberi arbitrij seu concurrere, non per naturalia, sed per supernaturalia disposita à Deo, & determinata supnaturaliter, nã & imago dicitur maior & minor, quia sic placuit artifici, & qa tanta quãtitas materię sola est determinata ab artifice, & hęc sola redditur causa, & sic dicitur hic suo modo.

Quarta propositio. Charitas in hac vita augetur in habente eam; probatur ex Aug. tr. 1. in Ioan. versus finem. & probatur Phil. 1. oramus Deum, vt charitas vestra magis, ac magis abundet. Eph. 4. veritatem autem faciẽtes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus. & in Conc. Tr. sess. 6. vbi hr̃, ꝙ iusti magis iustificãtur per bona opera, ꝙ & rogat ecclesia, d. da nobis Dñe fidei, spei, & charitatis augmentum, &c. 4 Charitas an augeatur.

Ratio, charitas enim vię potest augeri, quia inde dicimur viatores, ꝙ in Deũ tẽdimus, qui est vltimus finis nostrę beatitudinis, in hac etiam via eo magis procedimus, quo plus Deo appropinquamus, cui non appropinquatur passibus corporis, sed affectibus mẽtis, quia si nõ

posset augeri, cessaret viæ processus, ideò Apost. charitatem viam dicit. 1. Cor. 12. excellentiorum viam vobis demõstret, quæ charitas habet quantitatem virtualem secundùm quam augetur, scilicet secundùm intensionem actus: vt dicit hic D. Tho. ad primum. quæ tamen est in summo ex parte obiecti, non tamen quò ad intẽsionem actus, vt hic dicit ad secundum, quæ & dicitur augeri essentialiter, vt hic dicit ad tertiũ, quatenus scilicet magis radicatur in subiecto, non per extensionem Phisicam, vel Mathematicam, sed virtualem, & perfectionis cuiusdam, & potestatis, quæ non solùm manifestatur secundùm q̧ se extendit ad plura obiecta, sed secundùm intensionem actus.

5 Charitas quomodo augeatur.

Quinta propositio. Charitas augetur, non per alterius charitatis additionem, vt scientia, quæ extenditur ad aliqua obiecta, ad quæ prius se non extendebat, cum minima charitas se extẽdat ad omnia illa quæ sunt ex charitate diligẽda, nec per alicuius distincti secundùm speciem, vel numerum additionẽ, sed solũ per hoc, q̧ intenditur in subiecto, & per hoc q̧ subiectum magis, ac magis participat charitatem, idest, secundùm quòd magis reducitur in actum illius, & subditur illi.

Ratio, nam additio est alicuius ad aliquid additio, vnde in additione oportet præintelligere distinctionem eorũ: si ergo charitas addatur, oportet hanc intelligere distinctam à priori, saltem secundùm intellectũ, licet nõ necessario secũdùm esse, quia posset Deus magnitudinẽ corporis augere addendo aliã magnitudinem non prius extantẽ, sed tunc creata, quę licet prius non fuerit, habet tñ in se vnde eius distinctio intelligi possit à quantitate, cui additur: si ergo charitas additur alij oportet secũdùm intellectũ saltem intelligere eas distinctas, distinctio verò in formis est, vel secundùm speciem, vel numerum: primo modo in habitibus est secũdùm obiecta diuersa: secundo modo est secundùm distinctionẽ subiecti, potest ergo contingere q̧ aliqs habitus augeatur per additionem, dum extenditur ad quædam obiecta ad quæ prius non extendebatur, & ita augetur scientia geometriæ in eo qui discit aliqua geometricalia, prius ignorata, id verò non potest dici de charitate, quia etiã minima se extendit ad oĩa, quę ex charitate sunt diligenda, vnde secundùm speciem, charitas non augetur: relinquitur ergo q̧ si additur charitas, q̧ fiat præsupposita distinctione secundùm numerũ, quæ est secundùm diuersitatẽ subiectorum, vt albedo augetur, qa albũ additᵋ albo, licet hoc augmento quid non fiat magis albũ, sed in proposito id dici nõ potest, quia subiectũ charitatis est solũ mens rationalis, vnde id fieri nõ posset, nisi qa vna mens rõnalis alteri adderetᵋ, q̧ est impossibile: vnde charitas non additur per additionem charitatis ad charitatẽ, sed per hoc q̧ subiectũ magis, ac magis eã participat. i. secũdùm q̧ magis tendit in actũ illius, & magis subditᵋ illi, quia hic est modus proprius augmenti cuiuslibet formæ, q̧ esse huius formæ cõsistit totaliter in eo q̧ hæret susceptibili, ideò cũ magnitudo rei cõsequatur esse ipsius formæ, dr̃ formam esse maiorem. i. eam magis inesse susceptibili, nõ autem aliam formam aduenire, quia id esset si forma haberet aliquam quantitatem ex seipsa nõ per comparationem ad subiectũ, sic & charitas augetur, quia intẽditur in subiecto, & hoc est ipsam augeri secundùm essentiam, non verò quia charitas charitati addatur.

Aduertendum autem, quòd licet charitas exerceatur in actibus aliarum virtutum, qui cadunt sub præcepto, vel sub consilio, quòd non augetur habitus charitatis extensiuè, quia habitus charitatis absque additione ex parte obiecti est in potentia proxima, vt si homo velit, vtatur illo tanquam imperante omnes actus virtutum, siue sint in præcepto, in consilio ve, cum minima charitas ad omnia extendatur, & etiam possit habere maiorem charitatem, qui seruat tãtum præcepta, quàm qui est in statu seruãdi etiam cõsilia, vt religiosi, cum perfectio hominis consistat in charitate, quæ cum Deo coniungit, & omnes qui sunt in statu perfectionis exercendæ, non sint perfecti in charitate, & etiam qui seruat

sola

sola præcepta possit habere maiorē charitatem quàm qui & consilia secundum intensionem charitatis, licet vt plurimū qui seruat præcepta, & consilia habeat maiorem charitatem.

6 Charitas an augeatur pquēlibet actū charitatis

Sexta propositio. Per quemlibet actū charitatis, nō augetur charitas, licet per id ad eius augmentum fiat aliqua dispositio, quatenus ex vno actu charitatis homo redditur pronior ad iterum agendum secundum charitatem, habilitate vero crescente homo prorūpit in actum feruentiorem dilectionis, quousque conetur ad charitatis augmentum, & tunc charitas augetur in actu, & quilibet actus charitatis meretur vitam æternam, non statim exhibendam, sed suo tempore, & quilibet actus charitatis meretur eius augmentum, quæ tamen non statim augetur, sed cum homo conatur ad huiusmodi augmentum, in generatione vero virtutis acquisitæ non quilibet actus complet generationem, sed operatur ad eam disponens, & vltimus qui est perfectior agens in vi præcedentium reducit eam in actum, & in via Dei procedit aliquis, non solum dum actu eius charitas augetur, sed etiam dum disponitur ad eius augmentum. D. Thom. d. q. art. 6. in corp. & ad contr.

Ratio, nam augmentum spirituale charitatis est velut simile augmēto corporeo, quod in animalibus, & plātis, nō est motus continuus ita quod si quid tantum augetur in tali tempore oporteat quod pportionabiliter in qualibet parte illius temporis augeatur, vt contingit in motu locali, sed per aliquod tempus natura operatur ad dispositionem augmenti, & nil auget actu, postea producit in effectum id ad quod prius disposuerat, augendo animal in actu, ita etiam quolibet actu charitatis, charitas non augetur, sed quilibet actus charitatis disponit ad augmentum quatenus ex vno actu homo redditur promptior ad agendum secundum charitatem, & habilitate crescēte homo prorumpit in actum feruentiorem, dilectionis donec conetur ad charitatis profectum, & tūc charitas augetur in actu. D. Thom. d. q. ar. 6. pro intelligentia autem huius propositionis, notandum est vid. Bannes hic latè post Gaiet. quod charitas non augetur effectiue per actus nostros, quia sicut charitas, sic & aliæ virtutes infusę non fiunt per nostros actus, vt per caussam efficientem, sed à solo Deo infunduntur, ita nec à nobis efficienter augentur, sed quęri potest an quolibet actu charitatis, charitas augeatur meritorie, idque dupliciter, primo meritorie solū absq; præsenti augmento, secundo, meritorie efficaciter, scilicet cum augmento de præsenti, & de hoc vltimo intelligitur præsens propositio, quo ad primam sui partē, dum ergo quæritur an habitus charitatis augeri possit effectiue, & augeatur nostris actibus Resp. q licet nō sit error in fide asserere efficientiam in actibus liberi arbitrij quatenus mouentur à Deo ad productionem gratiæ, & habitus charitatis, vel ad augmētum, dummodo nō asseratur in illis esse meritum ad iustificationem, cum opus sit vt homo adhoc vt iustificetur libere assentiat gratiæ Dei mouentis, & cooperando disponatur, vt habetur in Conc. Arausic. c. 9. & Trid. sess. 6. c. 5. & per diuinam potentiam possit humanus actus assumi ad effectiue producendam gratiam veluti instrumentum concurrens ad modum causę phisicę, tamen de facto Deus nō assumit nostros actus prout sunt actus virtutis, ad efficiendum, mediantibus illis, tanquàm instrumentis habitus infusos, cum virtus sit bona qualitas mentis, qua bene viuitur qua nemo male vtitur, & quam Deus in nobis sine nobis operatur, scilicet efficientibus, licet non sine nobis concurrentibus, vnde impossibile est quod homo, vel Angelus, vel creatura alia, cōcurrat vt causa efficiens principalis etiam secūdaria ad generationē gratię in se, aut virtutum supernaturalium, & sic nec homo in gratia constitutus potest concurrere ad augmentum gratiæ aut charitatis, vt causa principalis efficiens, rationibus de quibus hic per Bannem. Si vero quæratur an quolibet actu charitatis augeatur charitas, non effectiue, quod supra dictum est fieri non posse, sed dispositiue prout in instanti iustificationis

nostri actus sunt dispositiones ad gratiã prout sunt à Deo disponente, vel meritorie, ita vt nostri actus sint merita, & augmentum habitus charitatis sit p̃mium, licet nõ vltimum, cum id sit gloria, vel dispositiue, & meritorie simul in eo qui iam gratiam est cõsecutus. Resp. hic quæri posse de duobus an quolibet actu elicito charitatis, qui Deum habet per obiecto, augeatur habitus charitatis vel quilibet mereatur augmentum charitatis, & gratiæ, & gloriæ essentialis, secũdo, quæri potest de actibus aliarum virtutum imperatarũà charitate, vt temperantiæ, fortitudinis iustitiæ eleemosinæ, &c. an per quemlibet actum harum virtutum augeatur charitas, vel homo mereatur augmentum illius, & gratiæ, & gloriæ, & an illis respondeat distinctum præmium essentiale, præter illud quod respondet actui charitatis à quo imperantur; vt ita sciant fideles quomodo procedere debeant in uia Dei in charitate. His ita statutis. Dicitur primo, nõ solum iustitiam semel acceptam per bona opera conseruari, sed etiam augeri posse, & hominem iustificatũ posse per bona opera augmentum gratię, & gloriæ mereri, & vitæ ęternæ consecutionem, si perseuerauerit, ita definitur in Conc. Trid. sess. 6. can. 24. 32. quo tamen loco nil determinatur de quæstione quę vertit inter theologos de augmento charitatis, & gratiæ, & de merito gloriæ, sed tantum destruitur sententia hæreticorum dicẽtium, quod omnes iusti sint æqualiter iusti per extrinsecam iustitiã Christi, & ꝙ nulla opera iusti sint meritoria augmenti iustitiæ, vel glorię, sed solum esse signa adeptæ iustitiæ per solam fiduciam certam de misericordia Dei non imputantis peccata propter misericordiam Christi, vnde cõcilium contrarium determinat charitatem augeri per bona opera, licet non dicat id fieri per omne opus bonum morale, cum nõ sit necesse, vt quolibet opere moraliter bono ab existente in gratia facto fiat augmentum gratiæ vel gloriæ, secundo dicitur, quod si quis existat in gratia, & charitate, vt decem, & operetur actum charitatis remissum cum intensione, vt vnum, duo, vel tria, licet mereatur augmentum charitatis ex parte actus, nunquàm tamen recipiet illud augmentũ, nisi in hac vita proruperit in actum feruentiorem, quàm sit habitus charitatis præexistens, quia opus est vt conetur ad charitatis augmentum, per actum dilectionis habilitate crescente, & tunc charitas augetur. Si vero quæratur, an per continuationem actus charitatis augeatur ipse habitus charitatis, vel homo mereatur augmentum illius. Respon. ꝙ ordinarie loquendo, qui continuat actũ dilectionis per aliquod tempus notabile, crescit in intensione charitatis, vt & lapis dum cõtinue mouetur est velocior cursus illius in fine quàm in principio, quia est motus cõnaturalis grauitati lapidis, nisi remoretur lapis aliquo extrinseco impedimento, vt si lapis demittatur deorsum ligatus tamen fune, quod si contingat, vt quis de facto continuet actum dilectionis cum eadem intensione actus cum qua cœpit, non meretur maius augmentum gratiæ, vel charitatis aut glorię essentialis, quàm si in vnico instanti præcise haberet eundem actum, quia tota differentia inter actum illum continuatum in tempore, & exercitum in vnico instanti, est tantum ex parte mensuræ temporis, non autem ex parte obiecti, vel intensionis, at illa differentia est tantum extrinseca, & addit tantum quandam difficultatem, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, ergo bonitas actus continuati nõ excedit bonitatem actus exerciti in vnico instãti nisi in quadam differentia accidentali, scilicet quod vnus durat in tẽpore, alter in vnico instanti expeditur, ergo pariter meritum actus continuati excedit tantum accidentaliter meritum actus exerciti in vnico instanti, ergo si illi duo homines moriantur, habebunt ęquale præmium substantiale, & maius accidentale solum habebit ille qui in maiori duratione exercuit actum diligendi, Si vero quæratur vlterius, quando habitus charitatis augetur per actũ intensiorem, an augeatur secundum totam latitudinem intensionis actus, an vero solum secundum excessum intensionis

sionis actus, ad intensionem habitus p̄existētis. Resp. primo quod habitus charitatis per actum intensiorem solum augescit secundum excessum intensionis actus, vt enim si quid est calidum, vt quattuor, & accedat calefactiuum vt quinque producitur calidum, vt quattuor solum ad calidum, vt quinque, sic in proposito, secundo dicitur, quod gratia etiam augetur per actus intensiores nō secundum totam latitudinem intensionis, sed secundum excessum intensionis. Si etiam vlterius quæratur, an per actus aliarum virtutum imperatos à charitate, augeatur charitas, vel mereatur augeri. Aduertendum primo, quod omnis actus bonus moraliter, vel eliciatur ab aliquo habitu virtutis acquisitæ, vel à libero arbitrio secundum mensuram rectę rationis est dignus p̄mio apud Deū, vel fiat à Christiano, vel infideli, dummodo homo non apponat prauam circunstantiam, quo ad ipsum actum attinet, licet non quo ad operantem nisi sit in gratia, secundo aduertendum aliud esse premium essentiale, aliud accidentali in cœlesti beatitudine de quo tract. de beatitudine late disseritur, tertio, aduertendum, quod perfectio Christianæ vitæ secundum charitatem specialiter attenditur, & vita inde Christiana in charitate specialiter consistit, ita vt secundum charitatem tantum attendatur simpliciter perfectio Christianæ vitæ, sed secundum alias virtutes secundū quid, vt d. D. Thom. 2. 2. q. 184. art. 1. in corp. & ad 2. & art. 3. His ita constitutis: Dicitur primo, quod si quis existat in gratia habitualiter, & operetur actum bonum moraliter, ea bonitate, quæ prescribitur à recta ratione naturali, & nō referat illum actualiter, vel virtualiter in finem supernaturalem, non meretur per huiusmodi actum bonum augmentum charitatis, & gratiæ aut præmij essentialis, quia illa bona operatio non potest esse dispositio ad aliquid quod sit superioris ordinis, nisi imperetur ab aliqua virtute superiori, sed actus is bonus moralis est ordinis naturalis, & non imperatur à charitate supernaturali, ergo non potest attingere ad effectum supernaturalem, qualis est gratiæ, & charitatis, & beatitudinis essentialis augmentum, ergo per huiusmodi actum homo non meretur augmentum charitatis, vel gratiæ, vel gloriæ essentialis, homo tū per eundem actum bonū moraliter meretur aliquod prę mium accidentale, qd̄ erit speciale gaudium in cœlesti gloria de exercitio naturalis amicitiæ erga amicū, nam is actus ex ꝓpria ratione est meritorius apud Deum, ergo qui operatur eum actum est capax præmij debiti actui, ergo recipiet illud, quod si homo operetur actus aliarum virtutum moralium infusarum, vel acquisitarū, dummodo homo operetur illa ex actu charitatis dirigētis illa ad ipsum finem charitatis, meretur augmentum gratiæ, & charitatis, & consequenter augmentum glorię essentialis, siue illa opera eliciantur ex actu charitatis intenso, siue remisso, probatur, nam illa bona opera informantur charitate, & attingunt finem charitatis, ergo sunt meritoria prę mij essentialis, quia habent bonitatem supernaturalem, quatenus informantur charitate, ergo habent meritum supernaturale, cum ratio meriti sequatur ad bonitatem actus. Et licet per quælibet opera bona, quæ iustus facit ex charitate, mereatur vitam ęternam, & augmentum gratię, & charitatis, tamen nō per quęlibet opera bona augescit habitus ipse charitatis, sed solum per illa quę fiūt ex intensione charitatis, vnde vero actus aliarum virtutum infusarum sunt intēsiores quàm habitus precedentes, augetur etiam ipsa charitas in eadem proportione, quia probabile est quod non exerceatur actualiter habitus virtutis infusę, nisi simul exerceatur & charitas, & tunc idem actus voluntatis quantum ad substantiam habebit duplicem rationem, vnam ex obiecto proprio, & immediato virtutis infusę, alteram ex obiecto charitatis, quod est finis vltimus supernaturalis, vt si quis vni co actu vult pati mortem propter Deum summe dilectum, tunc is actus est formaliter charitatis, materialiter vero fortitudinis, non est tamen impossibile, quod quis exerceat actū virtutis moralis infu-

sæ, licet non exerceatur formaliter ipsa charitas, oportet tamen quod tunc præcesserit actus charitatis imperans & referens actum fortitudinis futurum ad finem vltimum, & tunc actus ille futurus nõ erit intensior quàm fuerit actus præcedens charitatis. Ex his sequitur ꝙ quantitas gloriæ, vel beatitudinis essentialis, siue detur per modum præmij respectu meriti, siue per modum vltimæ perfectionis respectu dispositionis proportionatæ, commensurabitur quantitati charitatis, ita vt qui habuerit maiorem charitatem in hac vita, sit habiturus maiorem beatitudinem essentialem in vita ęterna, vel quia homo per proprios actus se disposuerit ad infusionem habitus charitatis, vel ad augmentum illius, vel in eo augescat gratia, & habitus charitatis ex receptione sacramentorum, vnde licet homo habuerit opera excellentia aliarum virtutum multiplicata, si detur quod nunquàm habuerit actum charitatis excellentem, scilicet, intẽsiorem erga Deum, non recipiet intensius lumen gloriæ essentialis, quo magis & perfectius videat Deum, probatur, quia perfectio essentialis vitæ Christianæ in sola charitate consistit, ergo præmium essentiale respondens vitę Christianę debet proportionari cum perfectione essentiali pręsentis vitę, quę consistit in perfectiori charitate, charitas vero est maior vel minor tantum secundum maiorem, vel minorem intensionem: Regulariter vero, & vt plurimum, cęteris paribus, is qui excedit alterum in operibus aliarum virtutum, vel secundum multitudinem, vel diuturnitatem, vel excellentiam operum, dicitur habere maiorem charitatem. Si demum quęratur, quando per pœnitentiã reuiuiscunt merita per peccatum mortificata, an conferatur homini in ipso momento iustificationis auctior gratia, & maior charitas, quàm respondeat pſenti dispositioni, ita scilicet, vt si homo tunc moreretur, recepturus sit propter merita pręterita q̃ reuixerunt, tantam & tam essentialem gloriam, sicut si non peccasset. Dicitur primo, ꝙ quicunque resurgit à peccato, qui antea habuit gratiam & merita, semper recipit nouum gradum gratię ratione meritorum quę reuiuiscunt, qui gradus tanto erit maior quanto est contritio præsens, secundo ꝙ qui summo conatu, quem per auxilium Dei habere potest, resurgit, ꝑter gradũ gratiæ corrispondentem contritioni pſenti, recuperat omnem gratiam à qua exciderat, siue magna fuerit siue parua, quia cum cõtritio sit dispositio ad viuificationem operum & meritorum, ergo optima dispositio sufficiet ad restitutionem totius gratię ꝑcedentium meritorum, tertio, quod si contritio deficiat à summo illo conatu vel à summa contritione, tunc restituitur antiqua gratia in ea proportione, in qua cõtritio distat à summa contritione, vt si contritio est medietas summæ contritionis, restituetur medietas magnitudinis gratiæ deperditæ, & sic de tertia, & quarta parte, vt d. Sot. 4. d. 16. q. 2. artic. 2. Vel dici potest, cum Banne, primo quod quando per veram pœnitentiam merita mortificata reuiuiscunt, reuiuiscant omnia & singula merita, quę ante ex charitate vixerunt, quia non est ratio cur aliqua reuiuiscant, & aliqua non, ablato impedimento peccati per pœnitentiam, & probabile est etiam de alijs meritis moralibus quę non sunt imperata à charitate, quod reuiuiscant suo modo, sicut ante fuerunt bona & rectę rationi cõsona, secundo, dicitur ꝙ non est necesse quoties opera mortificata reuiuiscũt per pęnitentiã, quod reuiuiscant in tanta gratia, & charitate, in quanta prius vitam habebant, cum gratia iustificationis detur secundum mẽsuram quam Spiritus sãctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiuscunq; dispositionem ex Conc. Trid. sess. 6. c. 7. tertio, dicitur, quod si homo moriatur statim postquàm merita reuiuiscunt per pœnitentiam, non recipiet maiorem gloriam essentialem, quam respondeat merito pręsentis dispositionis, quia per peccatũ homo est factus alter, & per pœnitentiã nondum est ad pristinum gradum restitutus, & ideo non recipit plenariè effectum priorum meritorum, nisi quantũ ad pręmium accidentale, vt d. D. Th. 3. sent.

sent.d.31.q.3.artic.4.q.3.ad 4.arg. & 3. p.q.89. ar.5.ad 3. Gratia tamen sacramentalis amissa per à peccatum mortale, restituitur pœnitenti vltra gradum gratiæ qui respondet suę contritioni, tanquàm dispositioni cui commensuratur, quia gratia sacramentalis q̃ confer tur ex opere operato potest crelcere secundum maiorem deuotionem recipiẽtis sacramentũ, vnde sicut baptismus receptus in mortali recedẽte fictione, con sequitur suum effectum, magis sacr̃um rite & digne susceptum cõsequetur suũ effectum, qui per peccatum fuerat mor tificatus, cũ homo resurgit per pœnitentiam, cũ is effectus detur per sacr̃m homini nõ ponẽti obicẽ, ex opere operato.

7 Charitas an augeatur in infinitum. Septima propositio. Charitas in hac vita non augetur in infinitum, quia semper potest augeri, probatur. Apocal. 22. qui iustus est, iustificetur adhuc, Eccl. 18 non impediaris orare semp, & ne vetearis vsq; ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in ęternum. Et definitur in clem. ad nostram. de Hæret.

Ratio, nam terminus augmenti alicuius formę potest p̃figi tripliciter, primo ex ratione ipsius formę q̃ habet terminatã mensuram ad quam cum peruentum fuit non potest vltra procedi in forma, sed si vltra proceditur peruenitur ad aliam formam, vt patet, in palore, cuius terminũ per continuam alterationem, q̃ quis transit perueniens, vel ad albedinẽ, vel ad nigredinem, secundo ex parte agentis cuius virtus vlterius se non extẽdit ad agendum formã in subiecto, tertio ex parte subiecti quod non est capax vlterioris perfectionis, nullo vero horũ modorum imponitur modus charitati in statu huius vię, quia charitas secundũ speciem terminũ augmenti non habet, quia est participatio quędã infinitę charitatis q̃ est Sp.S. causa ẽt agens charitatis est infinitę virtutis .s. Deus, nec ex parte subiecti, quia charitate crescente semp augetur habilitas ad vlterius augmentũ, vnde in hac vita charitatis augmento terminus non p̃figitur, cũ & per diuinam potẽtiam charitas in esse talis qualitatis semp possit crescere, quia visio Dei non habet terminum, & sic nec lumen gloriæ, cum possit Deus amplius & amplius se manifestare, qui tanto perfectius cognoscitur, quanto lumẽ glorię fuerit maius, ergo eadem est etiã ratio de charitate, cui gloria vt p̃miũ tribuitur, vt non detur eius terminus, vt d. hic Bannes, qui & d. quod charitas viatoris potest esse maior quàm quãtitas patrię quantum ad quantitatem intẽsionis habitus & actus, ex parte subiecti dispositi, quia est eiusdem speciei cum charitate quæ est in patria, sed quod absolute loquendo, quantitas charitatis vię non potest æquari quantitati charitatis, quę est in patria, quia tota quantitas viæ semper respicit obiectum absens, quantitas vero charitatis patriæ est præsens, ergo semper intensius operatur circa ipsum obiectum præsens.

Octaua propositio. Charitas in hac vita potest esse perfecta, ex parte, s. diligibilis, & etiam diligentis suo modo nõ tamen simpliciter, probatur ex Aug. tra. 5. in can. Io. ad fi. tr. 8 Charitas an possit I hac vita esse perfecta.

Ratio, nam perfectio charitatis intelligi potest, vel ex parte diligibilis vel diligentis, primo modo charitas perfecta est, vt aliquid diligatur quantum diligibile est, Deus vero tantum diligibilis est quãtum bonus, bonitas vero eius est infinita, vnde infinitè diligibilis est, ex parte diligentis charitas est perfecta quando diligit quantum potest, quod contingit tripliciter, primo sic quod totum cor hominis actualiter semper feratur in Deum, & hæc est perfectio charitatis patriæ, & non est possibilis in hac vita, ob humanę infirmitatis miseriam semper cogitare de Deo, & moueri ad dilectionem in ipsum, secundo, vt homo studium suum deputet, ad vacandum rebus diuinis, omissis alijs, nisi quatenus necessitas præsentis vitæ requirit, & hæc est perfectio charitatis, quę est possibilis in hac vita, sed non est communis omnibus habentibus charitatem, tertio, quod ponat quis habitualiter, totũ cor suum in Deo ita quod nil cogitet, vel velit quod diuinę dilectioni sit contrarium, & hęc est perfectio communis omnibus charitatem habentibus.

9 Charitas An vero charitas viæ, & patriæ sint eius-

viç, & patriç an sit eiusdem speciei.

eiusdem speciei, d. hic Bannes quod non sunt eiusdem generis in esse moris, quia in via est actus liber formaliter respectu immediati subiecti, in patria vero non est actus liber formaliter, & quod in esse moris sunt quodammodo eiusdem speciei, quia charitas beatorum est libera in sua radice, quia fuit voluntarium peruenire ad hanc necessitatem fœlicissimam, & quod simpliciter loquendo charitas viç, & patriç sunt eiusdem speciei, quia est idem obiectum formale, scilicet bonitas diuina immediate dilecta, & quod ad perfectionem charitatis prout est amicitia quędam, non pertinet quod sit formaliter libera, sed sat est, ꝙ fuerit libera in sua radice, & quod etiã si nunquàm fuerit formaliter libera respectu obiecti immediati, vt in anima Christi, qui semper fuit beatus, tamen est amicitia proprie, quia est libera respectũ officiorum, & obsequiorum erga amicum tametsi necessario amatũ, & hoc pacto Christus dominus libere voluit mori, libere obediebat ad mortem, vnde & mereri potuit per actũ dilectionis imperantis libere hęc officia propter Deum necessario dilectum, supposita visione beatifica.

10 Charitatis gradus quot & q.

Nona propositio. Conuenienter distinguuntur tres gradus charitatis, incipiens, proficiens, & perfecta, probatur ex Aug. tra. 5. in primam canu. Io. Bern. tr. de gradib. charitatis.

Ratio, nam augmentum spirituale charitatis cõsiderari potest, aliqualiter conforme corporali quod licet in multas partes distingui possit, habet tamen determinatas distinctiones, secundum determinatas actiones, vel studia ad quę homo perducitur per augmentum, vt in Fantilis dicitur ante vsum rationis, postea incipit alius status qñ quis incipit loqui, & ratione vti, tertius status, est pubertas, cum incipit posse generare, & sic diuersi gradus charitatis distinguntur secundum diuersa studia, ad quę homo ducitur per charitatis augmentum, quia primum studium, homini incumbit, ad recedendum à peccato, & resistendum concupiscentijs eius quę in contrarium charitatis mouent, quod pertinet ad incipientes qbus charitas est nutrienda ne corrumpatur, secundũ studium, succedit vt homo intendat, quod in bono proficiat; quod studium pertinet ad proficiẽtes qui ad hoc principaliter intendunt, vt in eis charitas, per augmentum roboretur, tertium studium, vt homo principaliter intendat, vt Deo inhęreat & eo fruatur, quod pertinet ad perfectos, qui cupiunt dissolui, vt etiam in motu corporali primo est recessus à termino, secundo appropinquatio ad alium terminum, tertio quies in eo &c.

Decima propositio. Charitas non potest diminui directe ex parte subiecti, nec ex parte obiecti, indirecte tamen sic per quædam præuia ad totalẽ eius corruptionem, scilicet per peccata venialia, vel per cessationem ab exercitio operum charitatis, probatur. Can. 8. vbi charitas dicitur ignis qui semper ascendit dum manet, ergo charitas dum manet ascendere potest, descẽdere vel diminui directe non potest. 11 Charitas an possit diminui.

Ratio, nam charitas per comparationem ad obiectum proprium minui non potest, nec augeri supra art. 4. respectu vero subiecti, si diminuitur oportet, qđ minuatur per aliquem actum, vel per cessationem ab actu, per cessationem ab actu minuitur virtus acquisita, & qñque corrumpitur 1. 2. quæst. 55. artic. 3. quia conseruatio rei pendet, ex sua causa, sed causa huiusmodi virtutum est actus humanus, vnde illo cessante cessat & ipsa, quod nõ est in charitate, quæ non causatur ex actibus humanis, sed solum à Deo, supra art. 2. Vnde cessante actu non corrumpitur, vel minuitur, si desit peccatum in cessatione, diminui ergo charitas non potest nisi à Deo, vel peccato, à Deo vero non causatur aliqs defectus in nobis nisi per modum pęnę secundum quod subtrahit nobis gratiã, peccatum vero non minuit charitatem, sed corrumpit effectiue, quia omne peccatum mortale contrariatur charitati, & etiam meritorie, quia qui mortaliter peccando, agit contra charitatẽ, dignus est vt Deus ei subtrahat charitatem, nec etiam per peccatum veniale charitas potest minui, non effectiue quia ad charitatem

tatem non attingit quæ est circa vltimum finem, veniale vero peccatum est inordinatio circa ea quæ sunt ad finẽ, veniale etiam non meretur diminutionem charitatis quia cum quis delinqt in minori non meretur detrimẽtum in maiori, vnde inordinatus circa ea quæ sunt ad finem non meretur detrimentũ pati in charitate per quam ordinatur ad vltimum finem, vnde charitas non minuitur directe, indirecte vero diminutio eius dicitur dispositio ad corruptionem eius quæ fit per peccata venialia, vel per cessationem ab exercitio operum charitatis.

12 Charitas patriç an possit amitti, & quid viæ.

Vndecima propositio. Charitas patriç non potest amitti, nec ex parte sui, vel largitoris, scilicet spiritus sancti, sed sic tamen ex parte subiecti viatoris, probatur. Apoc. 2. & diffinitur quod charitas viç possit amitti in Clem. ad nostrã. de hęret. in Conc. Trid. sess. 6. can. 23. & id probat August. de hęresibus ad quod vult Deum. hæresi. 88. & colligitur. Gal. 3.1. Io. 2.

Ratio, nam per charitatem spiritus sanctus habitat in nobis, & sic ex parte eius amitti non potest, nam infallibiliter operatur quęcunque voluerit, si vero consideretur secundum se, sic charitas non potest peccare, vt nec calor infrigerari, tertio, si consideretur secundũ subiectum quod est vertibile secundum flexibilitatem arbitrij potest considerari comparatio charitatis adhoc subiectũ & secũdum vniuersalem rationem, qua comparatur forma ad materiam, & secundum specialem qua comparatur habitus ad potentiam, de ratione vero formę est quod sit in subiecto amissibiliter quando non replet totam potentialitatem materię, vt patet in formis generabiliũ, & corruptibiliũ quia materia horum ita recipit vnam formam, quod in eo manet potentia ad aliam, vt non repleta tota materię potentialitate per vnam formam, ideo vna forma potest amitti per acceptionem alterius, forma vero corporis cœlestis quia replet totã potentiam materię, non remanet in ea potentia ad aliam formam recipiẽdam, sic charitas patriæ quia replet totam potentialitatem rationalis mentis, quatenus omnis actualis motus eius fertur in Deum inamissibilitatem habet, charitas vero viç non sic replet potentialitatem subiecti, quia non semper fertur actu in Deum, vnde quando actu in eum non tendit potest aliquid occurrere per quod charitas amittatur, & ẽt, quia hic essentia Dei non videtur, vt in patria fit, & Bannes hic responder locis scripturæ in contrarium ab hæreticis adductis.

Duodecima propositio. Charitas amittitur per vnum actum peccati mortalis, probatur. Rom. 6. stipendia peccati mors. 13 Charitas per vnum actũ peccati mortalis amittitur.

Ratio, nam vnũ contrarium per aliud contrarium superueniens tollitur, sed quilibet actus mortalis peccati contrariatur charitati, secundum propriam rationem, quę consistit in hoc vt Deus diligatur su p omnia, & homo se ei subijciat omnino, omnia in ipsum referẽdo, quod ergo contrariatur præceptis Dei contrariatur charitati, charitas vero, cũ sit habitus infusus, pendet ex actione Dei infundentis, qui se habet in infusione, & conseruatione charitatis, vt sol in illuminatione Aeris, supra art. 10. Vnde sicut lumen cessaret esse in aere per hoc quod aliquod obstaculũ poneretur illuminationi solis, ita etiã charitas statim deficit in anima per hoc quod aliquod obstaculum ponitur influentię charitatis à Deo in animam, sed per quodlibet peccatum mortale, quod contrariatur charitati, ponitur obstaculum prędictę infusioni, nam ex eo quod homo eligendo præfert peccatum diuinæ amicitiæ quæ requirit, vt Dei voluntatem sequamur, sequitur vt per actum vnius peccati mortalis habitus charitatis perdatur.

SVMMARIVM.

1 Charitas extenditur ad dilectionem Dei, & proximi.
2 Charitas an sit ex charitate diligenda.
3 Charitas an extendatur ad creaturas irrationales, & quomodo.
4 Charitas an sit ad seipsum.

5 Cha-

5 Charitas an extēdi possit ad corpus proprium, & quomodo.
6 Peccatores vt tales, odio habendi sunt, vt homines diligendi.
7 Peccatores an se amēt, & quomodo, & quid de bonis.
8 Inimici an & qualiter sint diligēdi.
9 Inimicis quæ signa charitatis necesse sit exhiberi, & quæ non & quid de remissione querelæ, & huiusmodi.
10 Inimicos diligere, optimum est, & quare.
11 Angeli ex charitate sunt diligendi.
12 Dęmones an ex charitate diligi possint, & quomodo.
13 Diligi debet Deus, nos ipsi, corpus proprium, & proximus.

De obiecto charitatis. Cap. III.

1 Charitas se extēdit ad dilectionē Dei & proximi.

PRima propositio. Habitus charitatis se extendit ad dilectionem Dei, & proximi, probatur 1. Io. 4.

Ratio, nam habitus non diuersificantur nisi quia variant speciem actus, 1. 2. q. 54. ar. 2. sup. q. 17. ar. 6. quia omnis actus vnius speciei ad eundem habitū pertinet, cum ergo species actus ex obiecto sumatur secundum formalē eius rationem, oportet quod idem specie sit actus, qui fertur in rationē obiecti, & qui fertur in obiectum sub tali ratione, vt eadem est specie visio qua videtur lumen, & qua videtur color secundum luminis rationem, ratio vero diligendi est Deus, id enim debemus in proximo diligere, vt in Deo sit, vnde patet quod idem specie actus est quo diligitur Deus, & proximus, ideo charitatis se extendit ad dilectionem Dei & proximi.

2 Charitas an sit ex charitate diligēda, & quomō

Secunda proposito. Charitas est ex charitate diligenda, & beatitudo, ac omnes virtutes, non vt amicus cui bonum velimus, sed vt bonum maximum quod volumus Deo, vel proximo amico, probatur ex Aug. li. 8. de tr. c. 8. à medio.

Ratio, nam charitas amor, est, amor vero ex potentiæ natura habet quod supra se potest reflecti, nam quia obiectū charitatis est bonum vniuersale, quod sub ratione boni continetur, potest cadere sub actu voluntatis, & quia ipsum velle est quoddam bonū, potest velle qd se velle, sicut intellectus intelligit se intelligere, quod est etiam quoddam verum, quod intellectus obiectum est, amor etiam ex natura suę speciei, supra se reflectitur, quia est motus amantis ad amatum, vnde ex eo, quod quis amat, amat se amare, sed charitas non est simpliciter amor, sed habet rationem amicitiæ, supra q. 23. artic. 1. per quam quid amatur, primo, vt ipse amicus cui bonū volumus ad quē amicitiam habemus, secundo, sicut bonum quod amico volumus, & sic charitas per charitatem amatur, & non primo, quia charitas est bonum quod omnibus ex charitate dilectis optamus, & idem est de beatitudine & alijs virtutibus.

3 Charitas an extēdatur ad creaturas irrōnales, & quomō

Tertia propositio. Creaturæ irrationales ex charitate diligi possunt, non vt amicus cui bonum optare velimus, sed vt bonum, quod volumus amico ad honorem Dei.

Ratio primi, primo quia amicitia ad eū habetur cui bonum volumus, quod proprie velle non possumus creaturæ irrationali, quia non est eius proprium habere bonum, sed solum rationalis, quæ est domina vtendi bono, quod habet per liberum arbitrium 2. Phis. t. 59. secundo quia omnis amicitia fundatur super aliqua communicatione vitæ, nil enim est ita proprium amicitiæ, vt bona vita 8. Eth. c. 3. 4. creaturę vero irrationales nō possunt habere communicationem in vita humana, quæ est secundum rationem, tertio, nā charitas fundatur super communicationem beatitudinis ęternę cuius creatura huiusmodi nō est capax: possunt tamen ex charitate diligi, vt bona quæ alijs volumus, quatenus ex charitate volumus ea conseruari ad honorem Dei, & vtilitatem proximi, & sic etiam Deus ex charitate eas diligit.

4 Charitas an sit ad seipsum.

Quarta propositio. Si charitas consideratur, vt habet rationem amicitiæ, non est ad seipsum, cum sit ad alium, si vero consideretur secundum propriam rationem prout est amicitia hominis ad

Deum

Deum principaliter, & consequenter ad ea quæ sunt Dei, sic homo seipsum ex charitate diligit, vt amicum Dei, & proximum, vt amicum Dei, & suum, probatur. Leuit. 19.

Ratio, nam charitas si consideretur sub communi ratione amicitiæ, amicitia proprie non habetur ad se, sed quid maius amicitia, nam amicitia vnionem quandam importat, cum amor sit virtus vnitiua secundum Dioni. c. 4. de diu. cuilibet vero ad se est vnitas, quæ est potior vnione ad alium vnde sicut vnitas est principium vnionis, ita amor quo quis diligit se est forma & radix amicitiæ, nam in hoc habetur amicitia ad alios quod ad eos nos habemus, vt ad nos 9. Ethic. cap. 8. si vero sermo sit de charitate secundum propriam eius rationem, prout est amicitia hominis ad Deum principaliter, & ex consequēti ad ea quæ sunt Dei, inter quæ est etiā homo qui charitatem habet, & vt sic, inter alia quæ ex charitate diligit, vt ad Deum pertinentia, & seipsum ex charitate diligit.

5 Charitas an extendi possit ad corpus propriū, & quō.

Quinta propositio. Homo debet corpus suum ex charitate diligere ex propria corporis natura, sed non considerata consideratione culpæ, vel cōtagione, probatur ex Aug. lib. 1. de doctr. chr. c. 23. 26.

Ratio, nam corpus nostrum secundū duo potest considerari, primo secūdum eius naturam, secundo, secundum corruptionem culpę & pęnę, natura vero corporis nostri est à Deo, & non à malo principio, vt Manichęi dicunt, vnde possumus ea vti ad seruitium Dei, Roman. exhibete membra vestra, &c. ideo ex dilectione charitatis qua diligimus Deum, debemus etiam corpus nostrum diligere, sed infectionem culpæ, & corruptionem pęnę in corpore nostro diligere non debemus, sed potius ad eius remotionem anhęlare desiderio charitatis.

6 Pctōres vt tales odio hñdi sunt vt hoīes diligendi.

Sexta propositio. Debemus in peccatoribus odisse, ꝙ peccatores sint, & diligere quod homines sunt beatitudinis capaces, probatur ex Aug. libr. 1. de doctr. chr. cap. 30.

Ratio, nā in peccatoribus possunt considerari natura & culpa, secūdum naturam quam habent à Deo sunt capaces beatitudinis, super cuius cōmunicatione charitas fundatur sup. q. 23. artic. 1. ideo secundum naturam eorum sunt diligendi, sed culpa eorum Deo contrariatur, & est beatitudinis impedimentum, vnde secūdum culpam quæ Deo aduersatur sunt omnes odiendi peccatores, et pater, mater &c. Luc. 14. quia in peccatoribus est odiēdū, quod peccatores sunt, & diligendum quod homines sunt capaces beatitudinis, & id est eos ex charitate diligere propter Deum &c. Et amicis peccantibus, dum in eis est spes emendationis, est auxilium dandum ad recuperationē virtutis, sed si insanabiles sunt tunc eis amicitię familiaritas nō est exhibenda, vt d. hic D. Tho. ad 2. qui & ad vlt. d. quod infirmi debent vitare conuiuere peccatoribus ob periculum, ꝙ eis imminet, ne ab ipsis subuertantur, perfectis vero, de quorum corruptione non timetur, laudabile est vt cum peccatoribus conuersentur vt eos conuertant, vt dominus faciebat. Matth. 9. conuictus tamen peccatorum, quo ad consortium peccati, vitandus est 2. Cor. 6.

Septima propositio. Peccatores, vt & omnes homines, amant se secundum id ꝙ estimant se esse, boni vero se cognoscentes vere se amant, mali vero non recte cognoscentes seipsos, non vere se amant, probatur. Ps. 10. 7 Pctōres ā se ament & qūo, & qd de bonis.

Ratio, nam amare se est vno modo commune omnibus, secūdo modo proprium est bonorum, tertio malorū, commune enim est omnibus amare quod se esse ęstimant, homo vero dicitur esse aliquid secundum substantiam, & naturam, & sic omnes ęstimant bonum esse quod sunt, scilicet se esse compositos ex anima & corpore, & sic etiam mali diligunt se quatenus diligunt sui conseruationem, secūdo homo dicitur esse aliqd secundū principalitatē, vt princeps esse dicitur ciuitas, ideo quod ipse facit, dicitur ciuitas facere, & sic omnes non ęstimant se esse quod sunt, quia principale in homine est mens rationalis, secundarium natura sensitiua, & corporalis,

2. Corinth. 5. boni vero ęstimant principale in seipsis rationalem naturam, vnde secundum id ęstimant se esse quod sunt, mali vero æstimant principale in ipsis naturam sensitiuam & corporalē, vnde non recte cognoscentes se non vere diligunt se, sed quod se esse putant, boni vero cognoscentes, se vere, se diligunt, primo enim amicus vult suum amicum esse & viuere, secundo vult ei bonū, tertio, operatur bona ad ipsum, quarto, conuiuit ei delectabiliter, quinto, concordat cum eo, vt cum se contristatus, & delectatus, quæ in amicitia requiruntur 9. Ethic. capitulo quarto, & quo ad hoc boni se diligunt quò ad interiorem hominem, quia volunt eum conseruari in sua integritate, secundo, volunt ei bona quæ sunt bona spiritualia, tertio, intendunt ad assequenda opera, quarto, delectabiliter ad cor proprium redeunt, quia ibi inueniunt bonas cogitationes in præsenti, memoriā præteritorum, & spem futurorum pręmiorum, ex quibus delectatio causatur, quinto, non patiuntur in se diuisionem, quia tota anima eorum tendit in vnum, contra mali non volunt conseruari in sua integritate animam, nec cupiunt ei bona spiritualia, nec operantur, nec delectantur in se redeundo ad cor, ibi enim inueniunt mala præterita pręsentia, & futura, nec sibi consentiunt ob conscientiam remordentem.

8 Octaua propositio. Non licet diligere inimicos, vt inimicos, ex necessitate tamen tenemur eos diligere, vt proximos, non tenetur tamen quis diligere inimicos speciali dilectione, sed generali tantum, vt & quoslibet non inimicos, in præparatione tamen animi, oportet habere propositum habituale diligendi inimicum in singulari, si necessitas occurrit, probatur. Matth. 5. 1. Petr. 3. Roman. 12. non reddentes malum pro malo, &c.

Inimici an & qualiter sint diligendi.

Idem habent sancti patres inimicos esse diligendos quo ad personam. Aug. lib. de serm. domini in monte in illa verba. Diligite inimicos vestros, & tract. 8. in 1. Canu. Io. in Psal. 7. libr. 1. de doctr. christ. & alij omnes, cum sint eiusdem naturæ participes, sacramentorum, & eandem gloriam expectent, vbi pax summa est.

° Ratio, nā dilectio tripliciter inimici potest considerari, primo, vt diligatur vt inimicus, quod est charitati repugnans, quia id esset diligere malum alterius, secūdo, potest accipi quo ad naturam, scilicet in vniuersali, & sic eorum dilectio est de necessitate charitatis, vt scilicet diligens Deum & proximum inimicos non excludat, tertio, in speciali vt quis motu speciali moueatur ad dilectionem inimici, quod non est de charitatis necessitate absolute, quia nec etiā moueri motu dilectionis ad quoslibet homines singulariter est de necessitate charitatis id enim esset impossibile, est tamen necessarium, secundum præparationem animi, vt scilicet quis habeat animum paratum adhoc quod in singulari inimicum diligat si necessitas occurreret, extra hunc casū, quod quis diligat inimicum ob Deum, actu, pertinet ad perfectionem charitatis, quia cū diligatur proximus ob Deum, quo magis quis diligit Deum eo magis ad proximum dilectionem ostendit, nulla inimicitia obstante, vt & si amore amici qs diligat eius filium, & etiam inimicos sibi ipsi. Pro expositione vero prædictorū, aduertendum, quod naturam nemo potest odio habere, quia à Deo est, & in hoc sensu tam inimicus quàm diabolus est diligendus, vt inquit. D. Bonau. 4. d. 30. art. 1. quæst. 4. vt & tenetur optare quis inimico vitam ęternam, vt ibi. d. & dimittere rancorem animi contra ipsum, id est liuorem vindictæ, vel odium aut malam voluntatem erga ipsum, vt ibi. d. D. Bonau. in expos. literæ, aliter si retinet odium, quod est velle illi malum sub ratione mali, est peccatum mortale ex genere, oppositum charitati, vt d. hic Diuus Thom. & infra quæstio. 34. art. 3. & 4. præterea inimicus potest considerari, vt actu inimicus, & sic non est diligendus, quia esset diligere malum alterius, quod non licet vt ibi. d. D. Th. & D. Bonauent. quæst. 4. Vel potest considerari quo ad naturam in generali, & sic non debet inimicus excludi à dile-

ctione, cum omnes homines diligi debeant, & sic nec aboratione communi, quo vero ad actum dilectionis in speciali, nō est de necessitate salutis nisi secundum animi præparationem in casu necessitatis cum diligere actu & cū effectu, vt ibi.d. D.Th.tenetur tamē quilibet contrarium deponere contra eum, s. odium, vel animi rancorem qui est voluntas nocendi alteri, licet potentia desit, quod & malignitas vel malitia importat vt d. Alen.2.tra.de inuidia, & est de necessitate salutis, vt dimittat odiū, etiam si venia non petatur, vt d. D.Bonau.loco cit.in expositione literę, potest tamen esse veniale ob actus imperfectione, quia non fit cum deliberatione voluntatis, vel ob exiguitatem nocumēti, ꝙ proximo optetur, tertio si non fertur in naturam, sed in vitium, quia id pertinet ad amorem fratris. quem vult carere magno malo, id est peccató, quarto quando fertur in personam, sed non vltimate, quia ei vult malum, non sub ratione mali, sed vt corrigatur, vt d. Siluest.odium, vnde licet optare alicui iacturam rei familiaris, morbum, vel etiam mortem, vt conuertatur ad dominum, vel ne tot mala perpetret, vel ob alium finem honestum, vt d. Alen. tracta.de maledict. Diuus Thom.infra quæstione 36. articulo. 2. vt & licet optare principi Turcarum mortem, si non adest commodior via se liberandi ab eius oppressione. Sot. libro quinto quæstione duodecima art.2. vt & puniatur eius delictum à iudice, vt & que ipse liberetur à magno nocumento, quod is ei parat. Siluest. charitas quæstione tertia. Nauar.cap.15.nume.10. cap.16. nume.7.capitu.20.numero 3. rancorem tamen animi quis tenetur dimittere quem concepit, quia sit affectus iniuria, vel ex alia causa eius iniusta. c. si quis contristatus.90.dist.capit.fin.de pe.d.3. quod intelligitur de rancore qui sit in voluntate, cum à sensualitate non ita facile euelli possit, sed tamen voluntas tenetur non consentire, vt nec potest, quis optare mortem alicuius, vt in eius bonis, vel officio succedat, vel ne castigetur iuste aut corripiatur ab illo, vel si delectatur in opere homicidij, quia sibi inde aliqua vtilitas proueniat, Nau. d. nume.10.qui tamen delectari potest de bono cōsurgente ex morte alterius, non autem de ipsa morte.

9 Nona propositio. Signa dilectionis, quæ exhibentur proximis in communi, est de necessitate charitatis, quod etiam inimicis exhibeantur, signa vero & beneficia specialia inimicis exhibere, non est de necessitate charitatis, nisi in casu necessitatis, est vero de perfectione charitatis, probatur, ex gl. Matth.5. *Inimicis ꝗ signa sit necesse charitatis exhiberi, & ꝗ nō, & qd de remissione ꝗrelę &c.*

Ratio, nam effectus & signa charitatis, ex interiori dilectione procedunt & ei proportionantur, dilectio vero interior ad inimicum in communi, est de necessitate præcepti absolute, in speciali vero non absolute, sed secundum animi præparationem artic. præcedenti, sic ergo dicendum de effectu, & signo dilectionis exterius exhibendæ, quia quædam signa benificiaue dilectionis exhibentur proximis in communi, vt cum quis orat pro omnibus fidelibus, vel beneficium impendit toti communitati, & talia beneficia, vel signa dilectionis inimicis ex præcepto sunt exhibenda, quia si non exhiberentur. Id pertineret ad liuorem vindictæ contra Luc. 19. Alia vero sunt beneficia vel signa dilectionis quæ quis exhibet particularibus aliquibus, & huiusmodi inimicis exhibere non est de necessitate salutis nisi in casu necessitatis, vt scilicet subuenire eis in casu necessitatis. Prouerb. 25. extra hunc casum id eis exhibere est de perfectione charitatis per quam quis non solum cauet vinci à malo, quod necessitatis est, sed etiam vult in bono vincere malum, quod est perfectionis, dum non solum ob iniuriam acceptam cauet detrahi ad odium, sed etiam per beneficia intendit inimicum trahere ad suum amorem.

Pro clariori vero intelligentia prædictorum, aduertendum, quædam esse signa dilectionis in communi, vt cum quis orat pro toto populo, vel benefi-

cium aut eleemosinam facit toti (vni communitati, & hoc pacto inimicus non potest excludi ab his signis beneuolentiæ in communi, Alia sunt signa beneuolentiæ in particulari, vt salutare aliquem, resalutare, cum eo conuersari familiariter, ei subuenire, & hęc q̃ non fiunt ad omnes homines, quia enim omnibus non loquimur &c. nec ad id tenemur, ideo huiusmodi signa inimico exhibere est perfectionis, non necessitatis, nisi secundum animi præparationem, quando scilicet in necessitate is erit constitutus, quæ animi præparatio est in omnibus charitatem habentibus, vt hic D. Thom. d. & Gaiet. vnde si duo inuicem inimicitias habuere, qui vere rancorem ex animo dimisere, neuter tamen vult se flectere, vt alteri loquatur, potest absolui, nisi adsit casus necessitatis id faciendi, vt d. hic Gaiet. non potest tamen quis contrarium actum operari, vt toruo vultu alium inspicere, vel duobus simul existentibus salutatis, tertium non salutare, eo quod fuerit inimicus, vt nec licet salutantem nõ resalutare, nisi salutans sit notabiliter inferioris conditionis, vt seruus respectu domini, vel nobilissimi viri &c. in quibus prudentia est opus, & etiam tenetur in particulari signa dilectionis aliquibus casibus inimico exhibere, vt eum salutando, & alloquendo, primo si inde scandalum orietur, quod rancorem non dimiserit, vt d. hic Gaiet. nisi salutationem subtrahat ob bonum non salutati, vel proprium, ne forte ex salutatione magis irritetur, vel ne inde concipiat maiorem audatiam ledendi eum, & hoc secundo casu scandalum cesset, secundo, quando alter deuote, & humiliter veniam petit, tunc enim rancoris signa tenetur dimittere, alloquendo salutando, &c. vt sentit Diuus Bonauent. 4. distinct. trigesima in expositione literæ, & etiam tenetur pacem in scriptis ei facere, quando non ficte, sed vere veniam petit, & paratus est satisfacere, vt pluribus probat. Lud. Beia vir eximiæ eruditionis in casibus. Bon. cas. 10. 1. p. & 2. p. cas. 19. folio 200.

Et vbi duo se offendunt, & offensio sit æquè grauis, primus offendens debet reconciliationem petere, nisi posterior offensio sit grauior, quia tunc posterior debet illam prius petere, vt habet Aurea Rosa. casu. 56.

Non tenetur tamen ex his offensus condonare offensam, vel satisfactionem iniuriæ, quæ consistit in damnis, iniuria, expensis & interesse. cap. conquestus. de foro compet. cap. officij. de sent. excommunic. glos. in cap. 2. §. sciturt de offi. ord. in sexto, & etiam lucro cessante l. iniuriarum. vbi glos. & Bart. ff. de iniur. quæ peti possunt coram iudice. glos. in d. capit. si quis contristatus, qui iudex considerabit quantitatem iniuriæ, & illam taxabit in certa quantitate, præstito prius iuramento lęso, quod noluisset sustinuisse pro tali quantitate talem iniuriam, quo acto partem aduersam in illa quantitate cõdemnabit. Cin. in l. si conuitij. ff. de iniur. Rota decis. 153. & 183. Querelam vero coram iudice proponere nemo potest ad hoc vt lędens puniatur, si liuore vindictæ id facit, secus si zelo iustitiæ ad comprimendam malitiam, vel pro pace aliorum, vel ad emendationem offensoris, ad cohibendum eum ab alijs iniurijs, vt d. Diuus Thom. ad Rom. cap. 13. lect. 3. col. 1 m. fi. tutius tamen est abstinere, quia vix fieri potest, vt non se ingerat liuor vindictæ, & scandalum aliorum. Actionem porro iniuriarum ad satisfactionem petendam intentare potest non solum qui patitur, sed etiam eius superior, si sit sub alterius potestate constitutus, vt religiosus, filiusfamilias, seruus, vxor. §. non solum. Inst. de iniur. sine quibus offensus quoque iniuriam condonare non potest glos. in cap. parochianos. de sent. excomm. Franchus. in capitulo. 2. §. sciturt. de off. ord. in 6.

10 Vtilissimum vero est, & necessarium inimicos, & aduersarios diligere, vult enim Deus concordes vnanimes, & pacificos esse in domo sua, vt qui filij Dei esse cœpimus, in Dei pace maneamus, vt inquit Cipr. serm. de orat. — *Inimicos diligere optimum est, & quare.*

Dom.

Dom. qui & dissidentem ab altari remouet, & vult prius reconciliari fratri suo, vt pacificis precibus, & Deus possit esse pacatus. Math. 5. sacrificium enim Deo gratissimum est pax & cócordia nostra; vnde & in muneribus Abel, & Cain Deus corda intuebatur, vt ille placeret in munere qui placebat in corde. Gen. 4. vnde & Abel dum pacificus, & iustus Deo sacrificat, docet quomodo sit sacrificãdum, ex quo sacrificium Deo est postea factus, vt martirium primus ostendens, Deo acceptus esset. Discors contra à regno Dei excludatur. 1. Io. 3. 5. & ex alijs quæ supra habentur: tum quia inimicus affert multas vtilitates cum ob id homo fiat cautior, & honestius viuat, vt inquit Chrisost. serm. de vtil. cap. ab inim. Tum quia Seneca & Arist. & Cic. dicunt esse magnanimi iniurias remittere, & pacate viuere, vt dixi sub cap. de clementia, cum quis sic fiat fortior seipso vincẽdo animum proprium, quod est maxima omniũ victoria, & superat expugnatores vrbiũ, vt ibi dixi, & multi extiterint etiam gentiles qui animo forti iniurias remisere, & inimicis beneficia attulere, vt dixi sub c. de ciue. c. de charitate, & c. de clementia, maxime vero quia id sit præceptum domini iubentis Matth. 5. inimicos diligendos, vt Dei filiationem consequamur, qui tanta pro inimicis pertulit.

11 Angeli ex charitate sint diligendi.

Decima propositio. Angelos ex charitate diligere debemus, probatur, ex August. lib. 1 de doctr. chr. c. 30.

Ratio, nam ratio amicitię charitatis fundatur super communicatione beatitudinis ęternæ in cuius participatione communicant cum Angelis homines. Matth. 22. ideo amicitia charitatis etiã ad Angelos extenditur.

12 Dęmones an ex charitate diligi possint, & quomõ

Vndecima propositio. Dęmones, vt dęmones, ex charitate diligere non debemus, sed bene vt spiritus, volentes vt ij spiritus remaneant ad gloriam Dei, probatur primum. Is. 28.

Ratio, nam in peccatoribus diligenda est natura peccata odienda supra artic. 6. nomine autem demonis significatur natura peccato deformata, ideo, vt huiusmodi, non sunt ex charitate diligendi, quod si vis non fiat in nomine, sed quæstio referatur ad illos spiritus, qui dęmones dicuntur. Respond. quod quid ex charitate diligitur dupliciter, vno modo, vt ad quem amicitia habetur, & sic ad illos spiritus charitatis amicitiam habere non possumus, quia ad rationem amicitiæ pertinet, quod amicis bonum velimus, bonum vero vitæ æternæ super quam fundatur charitas, & à dęmonibus tollitur, non possumus eis velle, quia id repugnat charitati Dei, per quam eius iustitiam approbamus, alio modo aliquid diligitur, vt quod volumus manere, vt bonum alterius quomodo diliguntur irrationales creaturæ quatenus volumus eas manere ad gloriam Dei, vtilitatem hominũ, supra artic. 8. & sic etiam natura dęmonum ex charitate diligi potest, quatenus volumus illos spiritus in suis naturalibus conseruari ad gloriam Dei.

13 Diligi debet Deus, nos ipsi, corpus ꝓprium, & ꝓximus ex charitate.

Duodecima propositio. Conuenienter quattuor proponuntur ex charitate diligenda, scilicet Deus, nos ipsi, corpus proprium, & proximi, probatur, ex Aug. lib. 1. de doctr. chr. c. 23.

Ratio, nam amicitia charitatis super communicatione beatitudinis fundatur, supra quæstio. 23. articulo 1. in qua communicatione vnum consideratur, vt principium influens beatitudinem, scilicet Deus, aliud est beatitudinem directe participans, scilicet homo, & Angelus, tertium est id ad quod per quandam redundantiam beatitudo deriuatur, scilicet corpus humanum, id quod est beatitudinem influens, ideo est diligibile quia est beatitudinis causa, quod vero beatitudinem participat duplici ratione potest esse diligibile, vel quia est vnum nobiscum, vel quia est nobis consociatum in beatitudinis participatione, & secundum hoc duo sunt ex charitate diligibilia, prout scilicet homo diligit se & proximum.

SVMMARIVM.

1 Charitate ordo est seruandus.
2 Deus diligi magis debet quàm proximus.

3 Diligi debet Deus magis seipso ex charitate.

4 Diligere se debet quis magis quàm alios, nisi in certis casibus, quibus tenetur se periculo pro eis exponere, eos recensendo.

5 Diligi magis debet anima proximi quàm corpus proprium, secus de corpore, nisi in casibus exceptis.

6 Diligi an debeat magis vnus proximus quàm alius ex charitate.

7 Diligi quis debeat magis affectu, & effectu.

8 Diligi debent consanguinei coniuncti in ijs quæ pertinent ad naturam magis quàm alij, & quomodo.

9 Diligi an debeat magis pater quàm filius.

10 Diligi debet magis pater quàm mater, & quomodo.

11 Diligi an debeant magis parentes quàm vxor.

12 Diligi an debeat magis benefactor quàm beneficiatus.

13 Charitatis ordo an maneat in patria.

De ordine Charitatis, Cap. IIII.

1 in Charitate ordo est seruandus.

PRima propositio. In his quę ex charitate diliguntur attenditur aliquis ordo, & ordo est magis in charitate quàm in alijs virtutibus, probatur. Cant. 2. introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.

Ratio, nam prius & posterius dicitur secundum relationem ad aliquod principium, ordo vero includit in se aliquem modum prioris, & posterioris, vnde oportet, quod vbi est aliquod principium ibi sit aliquis ordo, sed dilectio charitatis tendit in Deum, vt in principium beatitudinis quæst. præced. articulo 12. in cuius communicatione amicitia charitatis fundatur, ideo oportet quod in his, quæ ex charitate diliguntur attendatur aliquis ordo secundum relationem ad primum principium huius dilectionis, quod est Deus.

2 Deus diligi magis debet q proximus.

Secunda propositio. Deus est magis diligendus quàm proximus, probatur. Lucæ 2. si quis venit ad me &c.

Ratio, nam quęlibet amicitia respicit principaliter id in quo principaliter inuenitur id bonum super cuius communicatione amicitia fundatur, vt amicitia politica principaliter respicit principem ciuitatis à quo totum bonum ciuitatis pendet, vnde, & ei maxime debetur fides, & obedientia à ciuibus, amicitia vero charitatis fundatur super communicatione beatitudinis, quæ consistit in Deo essentialiter, vt in primo principio à quo deriuatur in omnes qui sunt beatitudinis capaces, ideo principaliter maxime Deus est ex charitate diligendus, quia diligitur, vt beatitudinis causa, proximus vero, vt beatitudinem ab eo simul nobiscum participans.

Notandum autem, quod dilectio dicitur maior aliqua altera tripliciter, obiectiue, intensiue, & appretiatiue, obiectiue est quando volumus alicui maius bonum quàm alteri, vt si quis det viginti proximo extraneo dono, decem vero filio, illo actu proximus diligitur magis obiectiue, vel obiectiue est consideratio maioris bonitatis amici, quæ est obiectum amoris, appretiatiue vero filius qua plura ei daret quàm viginti si opus esset, & etiam eius voluntas intensius fertur ad filium quàm extranenum, appretiatiue magis diligere amicum, est paratum esse relinquere alium ob non displicendum huic amico, maior vero intensio consideratur respectu subiecti, & secũdum conatum, attentionem, & feruorem potẽtiarum, His stantibus.

Dicitur primò, quod Deus dignus est vt omnibus modis magis diligatur, quàm creatura, quia in illo est infinita bonitas, & fons bonitatis omnium creaturarum, & ipse est obiectum immediatum, & formale charitatis, charitas ergo sua natura magis tendit in Deum quàm in vllam creaturam, vt ostenditur

tur illo mandato. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Deuteron.6. Matth.22. Et ex præcepto charitatis homo tenetur magis diligere Deum appretiatiue quàm omnia alia, ita vt paratus esse debeat omnia relinquere propter Deum, & mandata eius seruanda, vt patet. Lucæ.2. si quis venit ad me, &c. si enim plus æstimat aliquam creaturam quàm Deum, & eius legem seruare, iam est à Deo auersus, ex quo etiam sequitur, quod omnis actus elicitus à charitate intensius feratur in Deum, quantum sit ex parte habitus, & auxilij Spiritus sancti quàm in creaturam, quia omnis habitus sua natura magis inclinat ad obiectum formale quàm materiale, præterea per actũ charitatis voluntas assimilatur velut spiritui sancto, ergo intensius fertur in Deum quàm in alia, intensione tamen causata ex viribus humanis, fieri potest, vt voluntas habentis charitatem intensius feratur in proximum quàm in Deum, scilicet ex attentione ad rem sensibilem, & ex delectatione appetitus sensitiui, qui mouet voluntatem, quod potest esse sine peccato mortali, dummodo appretiatiue plus diligat Deum, ita quod, si opus sit, paratus sit relinquere creaturam propter Deum, quia minima intensio charitatis est excellentior quàm omnis intensio alterius amoris, & magis actuat voluntatem, est tamen veniale ob nimiam adhæsionem creaturæ, nisi sit naturalis vt patris ad filium, quia tunc nullum est peccatum, vt d. hic Bannes.

3 Diligi magis debet Deus ex charitate q̄ seipse.

Tertia propositio. Homo ex charitate debet Deum magis diligere quàm seipsum, probatur, ex August. libro primo de doctr. christ. capit. 22. circa Med. cum & omnis creatura amore naturali magis diligat Deum, vt bonum commune totius, quàm proprium particulare, & sic seipsum, & magis homo in amicitia charitatis, probatur. Lucæ.14. qui venit ad me, & non odit animam suam, non potest meus esse discipulus, & alibi, qui vult venire post me, abneget semetipsum, idest propriam voluntatem, quia ipsa inclinatio charitatis est à spiritu sancto qui rapit creaturam ad creatorem.

Ratio, nam à Deo bonum naturæ & gratiæ accipere possumus, super communicatione vero bonorum naturaliũ nobis à Deo facta fundatur amor naturalis, quo non solum homo in suæ integritate naturæ super omnia diligit Deum & plus quam se, sed etiam quælibet creatura suo modo vel intellectuali, vel rationali, vel animali, vel saltem naturali amore, vt lapides, quia quæque pars naturaliter plus amat commune bonum totius quàm particulare bonum proprium, quia quælibet pars habet inclinationem naturalem principalem ad actionem communem vtilitatis totius, vnde ciues pro bono communi quandoque dispendia propriarum rerum patiuntur, vnde magis id verificatur in amicitia charitatis, quæ fundatur super communicationem donorum gratiæ, ideo ex charitate homo debet magis diligere Deum qui est commune omnium bonum quàm se, quia beatitudo est in Deo, vt in communi & formali principio omnium qui beatitudinem participare possunt.

Præterea omnis inclinatio naturalis, idest dimanans ex se ex principijs naturæ est bona, Gen.1. alias Deus esset causa mali, cum sit author naturæ, ex qua sequitur talis inclinatio, quod nefas est dicere, at omnis appetitus rerum naturalis inclinat magis ad dilectionem Dei quàm ad propriam ipsarum rerum, vt d. hic Bannes, testans de magis communi, nã ratio naturalis dictat Deum diligendum esse super omnia, ergo inclinatio naturalis ad hoc magis inclinat, q̃a voluntas naturaliter est, & sequitur ex ratione quæ sequitur rationem, & ex alijs fortioribus argumentis deductis ad hoc probandum, supra tr. de gratia.

4 Diligere se magis qs dēt q̄ alios, nisi i certis casibus, qb. tenetur se periculo

Quarta propositio. Homo secundum naturam spiritualem, debet se magis diligere quàm quemcunque alium post Deum. In casu tamen debet, homo pati detrimentum corporale, non tamen spirituale, peccando, propter amicum, probatur. Leuit.19. Matth.22. Diliges proximum tuum sicut teipsum, ita vt dilectio

pro eis exponere, eos expiando. ctio propria sit exemplar dilectionis proximi, sed exemplar est potius exemplato, ergo.

Ratio, nam in homine est natura spiritualis, & corporalis, per hoc vero homo dicitur diligere se quod se diligit secundũ spiritualem naturam sup. q. præc. art. 7. & secundum hoc post Deum homo debet se plus diligere quam proximum, nam Deus diligitur, vt principiũ boni, super quo fundatur dilectio charitatis, homo vero diligit se ex charitate secundum rationem qua est particeps prędicti boni, proximus secundũ rationem societatis in ipso bono, consociatio vero est ratio dilectionis secundum quãdam vnionem in ordine ad Deum, vnde vt vnitas est potior quam vnio, ita quod homo ipse participet bonum diuinũ est potior ratio diligẽdi quàm quod alius associetur sibi in hac participatione, ideo ex charitate quis se plus diligere debet quàm proximum vnde nõ debet peccare, quod est contrarium beatitudini, vt proximũ liberet à peccato. Et ita colligitur, quod non potest homo pati detrimentum spirituale peccando ob bonum spirituale totius mundi, etiã si tantum veniale peccatum committatur, Matth. 16. quia cum sit peccatũ, est omnino & in omni casu illicitum. Nec aduersatur, q̃ de duobus malis minus sit eligendum. c. duo. 13. dist. id enim intelligitur quando proponũtur duo quorum alterum necesse sit fieri, vt minus eligat homo facere, vt si dubitat an sit peccatum comedere, vel non, tunc minus eliget, nõ tamen licet vllo casu mentiri. cap. primum 22. q. 2. Potest tamen homo pati aliquod detrimẽtum in profectu spirituali ob commodum proximi etiam temporale, quia non cogitur proficere in charitate, & pati quandoque hoc detrimentum ad placendum proximo in re licita, non est peccatum, non tenetur tamen homo per se pati detrimentum in augmento charitatis etiam ob bonum cõmune spirituale totius mundi, per accidẽs tamen id potest relinquẽdo ad tempus aliquem statum perfectionis, vt religionem, ad seruiendum parentibus ob præsentem charitatis necessitatem, & hoc non est pati detrimentum per se in charitate, quia charitas pro tunc id postulat, & quandoque ex accidenti est melius manere in seculo, vt si ibi quis facit magna bona pauperes alendo, opera pia exercendo, in quo prudentia opus est, nisi is in seculo maneat in periculo spirituali; si vero pauperes patiantur detrimentum, & is non manet in periculo salutis spiritualis, licebit ei consulere vt maneat in seculo, ad miseriam inopum subleuandam.

Quo vero ad qualitatem detrimenti, quod potest, vel tenetur homo pati in tẽporalibus propter proximum, dicendum quod potest amittere omnia bona temporalia propter proximum in casu necessitatis cõstitutum, scilicet diuitias & honorem, Prou. 12. in eo enim quod quis patitur detrimenta ob amicum, seipsum magis diligit secundum virtutẽ spiritualem, quia colit virtutem amicitiæ, quę maxime est necessaria in republica, quod tamen passim non est faciendum, quia esset illicitum si quis habeat familiam sustentandam ex ijs bonis necessario, secũdo, si incurreret infamiã, q̃ transiret ad posteros, vel si essent alij positi in grauiori necessitate quib. ideo prius subuenire teneretur, vel si sua bona essent notabiliter excellẽtiora quàm proximi, non esset forte prudentia illa exponere, vt vir illustris erga plebeium, nisi is pateretur magnam iniustitiam, quia id esset inditium magnę virtutis illi opẽ dando. Similiter licebit bona temporalia magis relinquere pro bono spirituali proximi, non tamen pro quolibet bono spirituali, si illa bona sint necessaria ad maius bonum spirituale. Tenetur etiam homo quandoq; exponere vitam periculo ob salutem spiritualem proximi, vt si sit in extrema necessitate spirituali apud hereticos, qui illũ seducent, & is potest illum docendo adiuuare, tũc enim tenetur cum periculo vitæ. 1. Io. 3. nos debemus pro fratrib. animas ponere. Et si p̃ximus sit persona publica valdè necessaria Reipublicæ, potest quis vitam exponere periculo pro eius liberatione corporali, nisi is sit magis Reipublicæ

bliceæ necessarius, quia tunc exponitur pars pro toto; & etiam licet quandoque exponere periculo vitam corporalē ad liberandum amicum æqualem à periculo vitæ temporalis amittendæ: vt d. D. Th. lib. 1. de regim. princ. Lact. lib. 5. de diui. instit. c. 8. Aug. lib. 4. conf. c. 6. Arist. 6. Eth. c. 8. & lib. de amicitia. c. 10 & Cic. lib. de amicitia. vt pro patria, & amico, quia sic colitur virtus amicitiæ, quę valdè est necessaria Reipublicæ, ergo licet mori pro conseruanda vita amici, sic tñ vt nō pro quolibet temere effundatur, vt si exponens sit magis vtilis Reipublicæ, vel filijs onustus, &c. vt d. hic Bannes, d. prudentia in his opus esse, dicit tñ Lud. Beia, in casib. Bonon. congreg viij. 22. Octobr. 1581. ꝙ qui ex officio tenet defendere, id omittens peccat & contra iustitiam, & contra charitatem, & sic mortaliter, vt subditi Reges, & èconuerso, superiores subditos, & èconuerso, & patres, tutores, curatores, hæri, pædagogi, custodes, & huiusmodi, & ècontra illos, filij, pupilli, minores, famuli, mancipia, parochiani, & custodes. ex Abb. in c. 1. nu. 9. de restit. spol. Probabile tamen est, ꝙ famuli qui conducuntur tantū ad seruiendum, nō teneantur cū periculo vitæ hæro subuenire, nisi & vt cuilibet alij, nec vbi nulla sit spes liberandi aliquem à morte, quia à multis inimicis sit oppressus, temerarium .n. esset parua manu velle illos aggredi, & omnes perdere, vt in expos. 4. præcepti dicetur; vel si peccatū sit publicum, & publicè factū, quia aliter non iuuans præsumitur consentire, ex Nau. in c. non inferenda. 23. q. 3. & in Man. c. 24. nu. 29. & ob id d. si clericus sit publicè oppressus, ꝙ eum nō defendens, incurrit excommunicationem. ex Siiu. excom. 6. q. 5. Ang. excom. 5. 6. 34. Tab. casu 1. eod. §. 37. & ꝙ etiam si offensio sit occulta, tenetur quis alterum iniustè oppressum, si commodè potest, ex lege charitatis defendere.

5 Diligi magis debet aīa proximi, q̄ corpꝰ ꝓpriū,

Quinta propositio. Tenetur quis diligere proximū, magis quàm corpus proprium in ijs quæ ad animam pertinent, quo verò ad corpus, nō nisi ex perfectione, & casibus supra enumeratis, nec tenetur pro eius salute quis corpus exponere, nisi in casu quo tenetur eius saluti prouidere: probatur ex Aug. lib. 1. c. 27. de doctrina Christ.

secꝰ de corpore, nisi in casibus exceptis.

Ratio, nam id magis est diligendum, ꝙ habet pleniorem rationē diligibilis, ex charitate, supra q. præced. art. 1. & 2. cōsociatio verò in plena participatione beatitudinis, quę est ratio diligendi proximum est maior ratio, quàm participatio beatitudinis per redundantiam, quę est ratio diligēdi proprium corpus, ideò proximum quò ad salutem animæ, magis debemus diligere, quàm proprium corpus. Ratio secundi, nam cuilibet homini immediatè est cura proprij corporis, nō autem proximi, nisi in casu, ideò corpus proprium non est necessarium exponere pro salute corporis proximi, nisi quando necessariò illi prouidere tenemur, & ad id se offerre est de perfectione charitatis, vt in resp. ad tertium.

Pro clariori verò intelligentia prædictorum. Dicitur primò, ꝙ quilibet tenetur saluti spirituali proximi prouidere, dum facilè potest, & sine magno suo dispendio, vel rei temporalis. Eccl. 17. vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo. Matt. 18. si peccauerit &c. & etiā in temporalibus, si commodè potest, tenetur eidem subuenire. Ex. 23. si videris bouem, aut asinū inimici tui iacere sub onere, nō pertransibis, sed subleuabis cum eo, cum simus inuicem membra. Eph. 4. Secundò, dicitur, quòd homo iustus tenetur vitam, vel fortunas suas periculo exponere pro salute spirituali proximi, in casu extremæ necessitatis, vt dicit hic D. Th. ad tertium. & q. 44. art. vlt. ad secundum. ex illo 1. Ioan. 3. nos debemus pro fratribus animas ponere. Tertiò, dicit, ꝙ extra casum extremæ necessitatis, nō tenetur quis vitam, vel multam substantiam pro tali exponere, cum tunc non adsit tāta necessitas, quia potest alia via euadere ex illo periculo; si enim non potest, vel vix, dicitur tunc extrema necessitas, vt si simplex sit apud hæreticos, vel positus in articulo mortis, nec sit qui ei conferat sacramētum baptismi, vel pœnitentiæ sine quibus vix saluari potest, tum enim quilibet id valens peragere, tenet ei subuenire. Episcopi verò, & parochi

rochi ad id magis tenentur, & etiam sæpè extra periculum extremæ necessitatis, vt infra de correctione fraterna, & dixi tract. de Episc. cap. 7.

6 Diligi an debeat pl⁹. vnus pximus, q̄ alius, ex charitate.

Sexta propositio. Vnus proximus ordine charitatis est magis diligendus, q̄ alius secundùm affectum, & etiam effectum; omnibus tamen idem in genere optare debemus, scilicet beatitudinem æternam; probatur primum Leuit. 20.

Ratio, nam non minus est ordinatus affectus charitatis, qui est inclinatio gratiæ, quàm appetitus naturalis, qui est inclinatio naturæ, quia vtraque inclinatio, ex diuina sapientia procedit, sed in naturalibus inclinatio naturalis proportionatur actui, vel motui, qui conuenit naturæ cuiusque, vt terra habet maiorem inclinationem grauitatis, quàm aqua, quia cōpetit ei esse sub aqua, oportet ergo ꝙ etiā inclinatio gratię, quę est effectus charitatis proportionetur ijs q̄ sunt exterius agenda, ita scilicet, vt ad eos intensiorem affectum charitatis habeamus, quibus conuenit nos magis beneficos esse. Ideò nedum secundùm effectum, sed etiam secundùm affectum debemus magis diligere vnum proximū, quàm alium, quia cum principium dilectionis sit Deus, & ipse diligens, oportet ꝙ secundùm propinquitatem maiorem ad alterum istorum principiorū maior sit dilectionis affectus, sicut in omnibus in quibus inuenitur aliquod principiū attenditur eius comparatio ad id principium, supra art. 1.

7 Diligi qs debeat magis affectu & effectu.

Septima propositio. Ei qui est Deo ꝓpinquior per bonitatem, maius bonum debemus velle ex charitate ex parte obiecti; ex parte verò subiecti & actus; intensius diliguntur carne cōiuncti; & potest ex charitate optari, vt carne coniuncti sint alijs sanctiores; probatur 1. Timot. 5. si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit &c.

Ratio, nam omnis actus oportet quòd proportionetur obiecto, & agēti, sed ex obiecto sumit speciem, ex virtute agētis habet motū suę intensionis, vt motus habet speciē ex termino ad quē, sed intentionē velocitatis, ex dispositione mobilis, & virtute mouentis, sic dilectio habet speciem ex obiecto, sed intentionem ex parte diligentis: obiectum verò charitatis est Deus, homo verò est diligens, diuersitas ergo dilectionis in proximis diligendis attenditur secundùm speciē per comparationem ad Deū, vt scilicet ei, qui est Deo propinquior maius bonū ex charitate recta velimus, quia licet bonum ꝙ vult charitas omnibus. s. beatitudo æterna, sit vnum secundùm se, habet tamen diuersos gradus secundùm diuersas participationes, & hoc ad charitatē pertinet, vt velit Dei iustitiā seruari, secundùm q̄ meliores perfectius beatitudinem participant, & hoc pertinet ad speciem dilectionis, quia sunt diuersæ dilectionis species secundùm diuersa bona optata dilectis. Intentio verò dilectionis attenditur in comparatione ad hominem qui diligit, & secundùm hoc sibi coniunctiores, homo intensiori affectu diligit ad id bonum, ad quod omnes diligit, quàm meliores ad maius bonū, attenditur hic etiā alia differentia, quia aliqui proximi sunt coniuncti nobis secundùm naturalem originem à qua discedere nō possunt, quia secundùm eam sunt id ꝙ sunt, sed bonitas virtutis secūdùm quàm aliqui Deo propinquant, potest accedere, recedere, augeri, & minui, supra q. 24. art. 10. ideò ex charitate possum velle ꝙ mihi coniunctus sit alio melior, & sic ad maiorem gradum virtutis peruenire possit; alio etiam modo coniuncti diliguntur, quia pluribus modis diligūtur, quia ad eos qui nobis non sunt coniuncti, nō habetur amicitia nisi charitatis, ad coniunctos verò habētur aliæ amicitiæ secundùm modū coniunctionis eorum ad nos, cum verò bonum super ꝙ fundatur qualibet alia amicitia honesta, ordinetur ad bonum, super ꝙ fundatur charitas, vt ad finem, sequitur vt charitas imperet actui cuiuslibet alterius amicitiæ, vt ars, quę est circa finem imperat arti, quæ est circa media, & sic hoc ꝙ est diligere aliquem, quia consanguineus est, vel quia est conciuis, vel quodcunque huiusmodi licitum ordinabile in finem charitatis, potest à charitate imperari; & ita charitate eliciente

ciente eum imperante diligimus magis nobis coniunctos.

Quòd verò vltimo loco dicitur, intelligitur dum proximi carne sunt in via, quia in patria voluntas nostra erit absolutè conformis diuinæ voluntati in volito, ita scilicet ꝙ homo velit illos habere maiorem gloriam, qui habent maiora merita, iuxta diuinam prædestinationem iam manifestatam. Nec ex hoc obligatur quis sub mortali hic velle maiorem gloriam vni, quàm alteri, sed explicatur natura charitatis: vt d. hic Bãnes.

8 Diligi debẽt magis sanguine cõiuncti, in ijs quę pertinent ad naturã q̃ alij, & quomodo

Octaua propositio. In ijs quæ pertinent ad naturam, magis debemus diligere sanguine cõiunctos, quàm eos qui alio modo coniunguntur, quorum & amicitia est stabilior, licet aliæ amicitiæ possint esse potiores secũdùm aliud, qui & quò ad alias coniunctiones, in quibus consanguinei non communicant, magis quàm consanguinei sunt diligendi.

Ratio, nam magis coniuncti sunt ex charitate magis diligendi, quia intẽsius & plurib⁹ rationibus diligunť, art. pręc. Intensio verò dilectionis est ex coniunctione dilecti ad diligentem, ideò diuersorum dilectio est mensurãda, secũdùm diuersam rationem coniunctionis, vt scilicet quisquis magis diligatur in eo ꝙ pertinet ad illam dilectionem secũdùm quàm diligitur, & vlterius comparanda est dilectio dilectioni, secundùm comparationem coniunctionis ad coniunctionem: sic ergo amicitia cõsanguineorum fundatur in coniunctione naturalis originis, amicitia cõciuium, in communicatione ciuili, bellantium, in communicatione bellica. Ideò in ijs quæ pertinẽt ad naturam plus sunt diligendi consanguinei, quò ad secũdum, plus ciues, quò ad tertium, plus milites, si etiam comparatur coniunctio ad coniunctionem, naturalis est firmior & immobilior, q̃a est secundùm id ꝙ pertinet ad substantiam, aliæ sunt superueniẽtes, & possunt remoueri; ideò amicitia consanguineorum est stabilior; alię possunt esse potiores secundùm id ꝙ est proprium cuique amicitiæ.

Notandum autem dum dr̃, consanguineos esse plus diligendos, quàm alios, intelligi cæteris paribus, quia contingere possunt circunstantię in quibus secus faciendum sit; quia non omnis consanguineus est præponendus amico in beneficijs conferendis, aliqui enim sunt magis, alij minus sanguine iuncti, & si esset amicus cõstitutus in magna necessitate, qui in aliquem contulerit beneficia temporalia, vel spiritualia, esset peccatum, & fortè mortale non succurrere illi potius, quàm cõsanguineo in tertio, vel quarto gradu, & fortè secundo, cum maior sit coniunctio ad istum amicum, & potest esse etiam tanta obligatio erga amicum, vt superet etiam obligationem benefaciendi fratri carnali in pari necessitate, vt si eripuisset eum à magna calamitate cum periculo vitę suę, & magnis impensis; quæ tamen omnia beneficia non possunt superare obligationem benefaciendi parentibus magis quàm amico, cum nullius beneficium sit maius quàm parẽtum, nisi sint extra necessitatem, in quibus prudentia est opus. In spiritualibus verò, vbi propriè exercetur charitas secundùm se, cum in temporalibus exerceatur charitas dum imperat alias virtutes, debet quis subuenire potius patri spirituali, quàm carnali, vt ꝙ frater sui ordinis melius prædicet, & in meliori loco, quàm frater carnalis vel pater, nisi is sit dignior; respectu verò vltimi finis, debet quis ex ordine charitatis magis optare beatitudinem patri carnali quàm spirituali, & pro illis magis orare, dummodo quis nõ deficiat in eo ꝙ debet patri spirituali; sic tamen vt non sit mortale optare magis beatitudinem vni homini quàm alteri, modo nõ deficiat in exercitio debito secundùm pręcepta aliarum virtutum, scilicet orationis, eleemosinæ, &c. in quibus charitas ordinem ponit.

Nona propositio. Ex parte obiecti magis diligendus est pater quàm filius, ex parte verò diligentis filius. 9 Diligi an debeat magis pater q̃ filius.

Ratio, nam ratio dilectionis pensatur ex parte obiecti, & diligentis, ex parte obiecti, id est magis diligẽdum, ꝙ habet maiorem rationẽ boni, & est Deo similius, & sic pater est magis diligendus, quia patrẽ diligimus, sub ratione principij,

cipij, quod habet rationem eminentioris boni, & Deo similioris. Ex parte verò diligentis id magis diligitur, quod est coniunctius, & sic filius est magis diligendus. 8 Eth. c. 12. primò, quia parentes diligunt filios vt aliquid sui, pater verò non est aliquid filij: ideò dilectio, qua quis diligit filiũ est similior dilectioni, qua quis diligit se. Secundò, quia parentes magis sciunt esse sibi aliquos filios, quàm èconuerso. Tertiò, quia filius est magis propinquior parenti, vt pars existens, quàm pater filio, ad quem habet habitudinem principij. Quartò, quia parentes diutius amarunt filios, scilicet à principio, filij ècontra tẽpore procedente, dilectio verò quo è diuturnior eo est firmior. Eccl. 9. ergo.

In articulo verò necessitatis filius obligatus est maximè ex beneficijs susceptis, vt patri ante alios prouideat: vt d. hic D. Th. ad tertium. extra verò necessitatem patres debent filijs thesaurizare, non contra filij parentibus.

10 Diligi debet magis pater quã mater, & quomodo

Decima propositio. Pater, per se loquendo, est magis amandus, quàm mater; probatur ex Hier. in Ezech. c. 44.

Ratio, nam per se loquendo, pater est magis amicus quàm mater, quia amatur pater, & mater, vt principia quædã naturalis originis, pater verò habet excellentiorem rationem principij, quia est principium per modum agentis, mater verò magis per modum patientis, & materiæ, ideò per se loquendo pater est magis diligendus, secundùm virtutem verò vel malitiam potest esse èconuerso, vt supra, & 8. Ethic. c. 7.

Prædicta verò intelliguntur cæteris paribus, si enim mater sit valdè benefica erga filios in spiritualibus, & temporalibus, pater verò vitiosus, & negligẽs, est prius subuenienda mater, vel si sit vtilior bono communi.

11 Diligi an debeãt magis parentes, quàm vxor.

Vndecima propositio. Secundùm rationem boni, & penès actum, quod est obiectum dilectionis, sunt magis diligendi parentes, quàm vxor, secundùm verò rationem coniunctionis, cum sint duo in carne vna, magis diligenda est vxor.

Ratio, nam, vt art. 9. ratio dilectionis attenditur secundùm rationem boni, & secundùm coniunctionem ad diligentẽ; secundùm rationem boni, quod est obiectum dilectionis magis sunt diligendi parentes, quàm vxores, quia diligũtur sub ratione principij, & coniunctionis cuiusdam boni, secundùm verò cõiunctionis rationem magis diligẽda est vxor, quia vxor coniungitur viro vt vna caro existens Matth. 19. ideò intensius diligitur vxor, sed maior reuerentia est parentibus exhibenda.

Tenetur tamen simpliciter, & per se loquendo magis homo subuenire parẽtibus in extrema necessitate, in temporalibus, quàm vxori, quia est debitum antiquius erga parentes, & ratione boni est eminentius in eis, & ratio carnalis coniunctionis non est finis amoris cum vxore, quia ei vult bonum maius scilicet honestum, & nedum delectabile, & vtile ad generationem, sed est species vnionis causantis amorem, de quo dixi tract. de Matrimonio.

Si etiam fiat comparatio de vxore ad filios, quò ad rationem boni, quod est obiectum dilectionis, vxor magis diligitur, vt comprincipium ad filiorum procreationem, vt effectum, ratione verò cõiunctionis filius magis diligitur quàm vxor, quia filius est aliquid substantiæ patris, coniuges verò compares & comprincipium, vnde coniuges se magis honorãt, sed intensius amant filios, de quorum etiã morte magis tristantur, quàm consortis: vnde & à lege ciuili consors consorti succedit tantum omnibus consanguineis vsq; ad decimum gradum inclusiuè alterius cessantibus, vt ff. & C. vnde vir, & vxor. ex prædicta consideratione.

Duodecima propositio. Secundùm rationem excellentioris boni magis est diligẽdus benefactor, quàm beneficiatus, secus ratione maioris cõiunctionis; probatur ex Philosopho 9. Ethic. c. 7. 12 Diligi an debeat magis benefactor, quàm beneficiatus

Ratio, quid enim magis diligitur, vel ratione excellẽtis boni, vel maioris coniunctionis, supra art. 9. primo modo, benefactor est magis diligẽdus, quia cum sit principiũ boni in beneficiato habet rationem excellẽtis boni, vt de patre est dictum; secundo modo, magis diligitur beneficiatus. 9. Eth. c. 7. Primò, quia beneficiatus est quasi quoddã opus benefactoris,

ctoris, vnde dicitur est factura illius, naturaliter verò quilibet diligit opus suũ, quia quodlibet diligit suum esse & suũ viuere, ꝙ maximè manifestatur in suo agere. Secundò, quilibet naturaliter diligit id in quo inspicit opus suũ, sed benefactor inspicit in beneficiato suũ bonum honestum, èconuerso, beneficiatus in benefactore suum bonum vtile bonũ verò honestum delectabilius consideratur quam vtile, quia vtilitas citò trãsit, id verò diuturnius, & quia honesta magis cum delectatione recoluntur, quàm vtilitates. Tertiò, quia ad amantem pertinet agere, quia vult & operatur bonũ amato, ad amatũ pati, ideò excellentius est amare, ideò ad benefactorẽ plus pertinet, vtamet. Quartò, quia difficilius est beneficium facere quàm pati, quę verò difficilius fiunt magis diliguntur.

11 charitatis ordo â maneat in patria.

Decimatertia propositio. Ordo charitatis, ꝙ Deus super omnia diligatur, remanet in patria. Ibi quoque quis diliget magis proximum meliorem, quàm seipsum secundùm differentiam boni maioris, ꝙ melioribus exoptat, secundùm tamen intensionem dilectionis magis diliget se, quàm proximũ meliorẽ; & quò ad ordinẽ charitatis respectu proximorum adinuicem, quis diliget, & quò ad maius bonum volitũ, & respectu intensionis, meliorem secundùm charitatis amorem, continget tamen ꝙ aliquis sibi coniunctum pluribus modis diliget, simpliciter tamẽ magis diliget Deo propinquum; & sic in aliquibus manebit ordo charitatis viæ in patria, in alijs aliter se habebit, licet in paucioribus.

Ratio, nam Deus est super omnia diligendus, ꝙ erit perfectè, quãdo homo eo fruetur: Differentia verò dilectionis attenditur vel secundùm differentiã boni ꝙ quis alij optat, vel secundùm intẽsionem dilectionis, sup. art. 7. primo modo plus diliget meliores q̃ se, minus verò minus bonos, quia beatus volet quẽlibet habere ꝙ sibi debetur secundùm diuinam iustitiam ob perfectam conformitatem voluntatis humanæ ad diuinã, nec erit tempus proficiẽdi per meritum ad maius præmium. Secundo modo, quis magis se diligit quàm proximũ, & meliorem, quia intentio actus dilectionis prouenit ex parte subiecti diligẽtis, supra art. 7. & etiam donum charitatis cuilibet à Deo confertur: primò, vt ordinet mentem suam in Deum, ꝙ pertinet ad sui dilectionem: secũdò, vt ordinem aliorum in Deum velit, vel operetur secundum modum suum, sed quò ad ordinem proximorum simpliciter quis magis diliget meliorem, quia tota vita beata cõsistit in ordinatione mẽtis ad Deũ, vt scilicet is magis diligatur, & sibi propinquior habeatur, qui est Deo propinquior, & cessabit necessitas prouidendi magis coniuncto, ibi tamen sibi cõiunctos continget ꝙ pluribus modis quis diligat, quia ab animo beati nõ cessabunt honestæ dilectionis causæ, ratio tamen dilectionis attenditur principaliter ex propinquitate ad Deum.

SVMMARIVM.

1 Charitatis est magis propriũ amare, quàm amari.
2 Dilectio quid dicat.
3 Deus ob quid sit diligendus.
4 Deus an possit in hac vita immediatè amari.
5 Deus an possit, & debeat totaliter amari.
6 in Dilectione Dei an possit esse modus, & quomodo.
7 Dilectio amici an melior sit, quàm inimici.
8 Dilectio Dei an potior sit, quàm dilectio proximi.

De principali actu charitatis, qui est dilectio. Cap. V.

Prima ꝓpositio. Charitati magis propriũ est amare, quàm amari; probatur 8. Eth. cap. 8. post princ. d. ꝙ magis existit amicitia in amare, q̃ amari. 1 charitatis est magis proprium amare q̃ amari.

Ratio, nam amare conuenit charitati, vt est charitas, quia charitas cũ sit virtus quædam secundùm suam essentiam habet inclinationem ad proprium actũ, amari verò non est actus charitatis eius qui

qui amatur, sed amãtis, ergo magis conuenit charitati amare quàm amari, qa magis conuenit cuilibet ꝙ conuenit ei per se, & substãtialiter quam ꝙ cõuenit ei per aliud· vnde amici magis laudanť, ex hoc ꝙ amant, quàm quia amantur, imò si non amãt, & amentur, vituperantur: secundò, quia matres quæ maximè amant, plus quærunt amare q̃ amari.

Verum est tamen, ꝙ fieri licitè potest vt quis amet vt ametur, non vt amari sit finis eius, ꝙ est amare, sed ꝙ est via quędam inducens ad hoc ꝙ Deus amet, ꝙ procedit etiam respectu Dei, quia principium nostræ dilectionis est, ꝙ diligamur à Deo. 1. Ioan. 3. & potest charitas diligendo intendere, vt Deus nos magis diligat, amando illum, quia homo diligendo Deum intendit augmentum gratiæ, ꝙ est effectus dilectionis Dei erga nos, sed tamen amor noster non sistit in hoc, ꝙ velimus nobis maiorem gratiã, sed rursus vltra fit progressus, vt ex gratia maiori homo fiat potens magis diligere Deum propter semetipsum: vt dicit hic Bannes.

2 Dilectio qd dicat.

Secunda propositio. Dilectio, quæ est actus charitatis includit beneuolẽtiam, sed insuper addit vnionem affectus ad rem amatam.

Ratio, nam beneuolentia dicitur actus voluntatis, quo alteri bonum volumus, hic verò actus volũtatis, differt ab actuali amore, tam secundùm ꝙ est in appetitu sensitiuo, quàm intellectiuo, qui enim amor est in appetitu sensitiuo, est quædam passio, omnis verò passio cum quodam impetu inclinat in suum obiectum, passio verò amoris non subito oritur, sed per aliquam assiduam inspectionem rei amatæ: vnde Philosophus 9. Ethic. cap. 5. dicit, ꝙ beneuolentia non habet aliquem impetum inclinationis, sed solo iudicio rationis homo vult bonum alicui, quę verò est passio repentino impetu fertur in aliquid, vt cõtingit dę pugilibus, quorum alterum vellemus vincere. Amor verò qui est in appetitu intellectiuo differt etiam à beneuolentia, qa importat quãdam vnionem, secundùm affinitatem amantis ad amatum, quatenus scilicet amans æstimat amatum, vt vnum sibi, vel ad se pertinens, & sic mouetur in ipsum, sed beneuolentia est simplex actus voluntatis, quo alicui bonum volumus, etiam nõ præsupposita prædicta vnione affectus ad ipsum. In dilectione ergo, vt est actus charitatis includiť beneuolentia, sed amor addit vnionem affectus, ideò Philosophus ibi dicit, ꝙ beneuolentia est principium amicitiæ.

Aduertendum, ꝙ charitas, & beneuolentia, quò ad substantiam idem important, sed nomen charitatis aliquod diuinius significat, scilicet vnionem affectus intensè tendentis in Deum.

Tertia propositio. Deus est propter seipsum diligendus, iuxta rationem causę efficientis, formalis & finalis, ratione verò causæ materialis, Deus dispositiuè potest diligi propter aliud, quatenus ex aliquibus alijs disponimur, vt in dilectione Dei proficiamus, vt per beneficia ab eo suscepta, præmia sperare, vel pœnas quas per ipsum vitare intendimus; probatur ex Aug. lib. 1. de doctr. Christ. in princ. & colligitur Ps. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustiacationes tuas propter retributionem. Hebr. 11. & 12. qui proposito sibi præmio sustinuit crucem. & sic sentit Ambr. Hier. & Aug. in d. Ps. 118 Orig. Rom. 2. Greg. lib. 8. Moral. c. 6. 7. & diffinitur ab ecclesia apud Dir. Inq. 2. p. q. 9. errore 80. 81. Tr. Concil. sess. 6. can. 31. d. si quis dixerit, iustificatum peccare, dum intuitu mercedis æternæ bene operatur, anathema sit. 3 Deus ob quid sit diligendus.

Ratio, nam litera propter importat habitudinẽ alicuius causæ, q̃ quadruplex est: efficiẽs, finalis, formalis, & materialis, ad quã reducitur ẽt dispositio materialis, q̃ non est causa simpliciter, sed secundùm quid, & secũdùm hæc quatuor genera causarũ, quid dr̃ ob alterum diligendum secũdùm causam finalem, vt medicina dicitur amari ob sanitatẽ, ob formalem, vt diligimus hominem propter virtutem, quia virtute formaliter est bonus, & sic diligibilis, secundùm efficientem, vt diligimus aliquos secundùm ꝙ sunt filij talis patris, secundùm dispositionem quæ reducitur ad materiale, quid dicitur diligi obiecto, ꝙ nos disponit ad eius dilectionem, vt ob aliqua

qua

qua beneficia suscepta, licet postea ob eius virtutem ametur: primis tribus modis Deus non diligitur ob aliud, sed propter se, quia non ordinatur ad aliud, vt ad finem cum sit finis vltimus, nec informetur aliquo alio, vt sit bonus, sed eius substantia est bonitas secundùm quam exemplariter omnia bona sunt: Nec ei ab altero bonitas & inest, sed ab ipso omnibus alijs procedit. Quarto modo verò potest diligi ob aliud, quia ex aliquibus alijs disponimur ad hoc ꝙ in Dei dilectione proficiamus, vt per beneficia ab eo suscepta, vel per præmia sperata, vel per pœnas, quas per ipsum vitare intendimus.

An verò Deus diligi possit ꝑpter mercedem temporalem vel æternam, vel cui tandas pœnas temporales, vel æternas, aduertendum amorem mercenariũ esse duplicem, vnum quo sola merces, vt finis intenditur: secũdò, cum quis diligit aliquem, sperando tamen ab eo mercedem, ita tamen ꝙ illum amaret etiam seclusa mercede; & ꝙ finis alius est absolutè vltimus, scilicet Deus, alius non simpliciter vltimus, sed respectu alicuius actionis est proximus, & immediatus, vt sanitas respectu medicationis, q̃ tamen non excludit vltimum finem.

His notatis. Dr̃ primò, nõ licere amare Deũ amore mercenario, primo modo, quia sic frueretur quis in Deo creatura. contra Aug. lib. 1. de doctr. Christ. c. 4. Nec etiam licet ordinare Deum in rem creatam, vt in finem vltimum, cum non sit ordinabilis ad creaturam; licitum est tamen amare Deum, ordinando actum dilectionis nostrę in fœlicitatem & mercedem nostram tãquam medium ad finem, non excludendo tamen ordinationem nostræ fœlicitatis in Deum, vt in finem simpliciter vltimum, quia fœlicitas æterna est verè finis humanæ vitæ, ergo propter illã licet bene operari seruando mandata. Matt. 19. Præterea meritum ordinatur ad præmium, vt ad finem, sed dilectio Dei est meritum, ergo ordinabilis est ad finem vitæ æternæ. Est etiam licitum operari bonum, & diligere Deum propter mercedem æternam, cum sit amor mercenarius secundo modo explicatus, & probatur Ps. 118. cum alijs authoritatibus supra explicatis; licitum etiam est diligere Deum propter bona temporalia, non ponẽdo in ijs simpliciter finem vltimum; vnde ecclesia orat pro pluuia, serenitate, &c. & olim Deus illa promisit benè operantibus. Deut. 23. & 28. cum & sint instrumenta ad seruiendum Deo, & proximum adiuuandum.

Quarta propositio. Deus in hac vita, potest immediatè amari. 4 Deus an possit in hac vita immediatè amari.

Ratio, nam actus cognoscitiuæ virtutis perficitur per hoc ꝙ cognitum est in cognoscente. 1. p. q. 82. art. 2. Actus verò appetitiuæ virtutis per hoc ꝙ appetitus inclinatur ad rem, ideò oportet ꝙ motus appetitiuæ virtutis sit in re secũdùm cognitionem rerum: actus verò cognoscitiuæ virtutis est secũdùm modum cognoscentis, hic verò est ordo rerũ secundùm se, ꝙ Deus est propter seipsum cognoscibilis, & diligibilis, vt essentialiter existens ipsa veritas, & bonitas, per quã illa cognoscũtur, & amãtur, sed quò ad nos quia cognitio nostra incipit à sensu prius sunt cognoscibilia, quę sunt sensui propinquiora, & vltimus terminus cognitionis est in eo ꝙ est maximè à sensu remotum, secundùm hoc ergo dicendũ, ꝙ dilectio quæ est actus appetitiuæ virtutis, etiam in statu viæ tẽdit in Deum, primò, vt ex ipso deriuatur ad alia, & secũdùm hoc charitas Deum immediatè diligit, alia Deo mediante, in cognitione verò ècòuerso, quia per alia Deus cognoscitur, vt causa per effectus, vel per modum eminentiæ, vel negationis secundùm Dion. de diu. nom. c. 4.

Et ita Deus potest immediatè amari, cum faciat charitatis vis vnionem immediatam potentiæ voluntatis, cum ipso Deo summo bono, vnionem non habitualem solùm cum quis est in gratia, sed etiam actualem, vt actu diligat Deũ, & prius charitas immediatè ad Deũ tendat, deinde ad proximũ propter Deũ, sic tñ vt postquã dilectio charitatis tetẽdit ad Deũ, & deinde ad proximũ, dilectio proximi possit esse motiuũ ad rursus diligendum Deũ: vt d. hic Bannes.

Quinta propositio. Deus potest totaliter

5 Deus an possit totaliter amari, & debeat.

liter amari, si litera totaliter cõparetur ad rem dilectam, non verò comparando diligentem ad dilectum, scilicet secundùm æqualitatis proportionem, licet Deus totaliter sit diligendus respectu diligentis; probatur Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

Ratio, nam cum dilectio intelligatur vt medium inter amantem, & amatum qđ potest intelligi tripliciter; primò, vt modus totalitatis referatur ad rem dilectam, & sic Deus est totaliter diligẽdus, quia totum ꝙ ad Deum pertinet homo diligere debet. Secundò, totalitas potest referri ad diligentem, & sic etiam totaliter diligi debet, quia homo ex toto suo posse diligere Deum debet, & ꝙ habet ad Dei amorem ordinare. Deut. 6. Tertiò, potest intelligi secundùm comparationem diligentis ad rem dilectam, vt scilicet modus diligentis equet modum rei dilectæ, & sic id esse non potest, qa cum quodlibet eatenus sit diligibile, vt est bonum. Deus cuius est infinita bonitas, est infinitè diligibilis, sed virtus creaturæ, vel naturalis, vel infusa est finita, ergo eum infinitè diligere non põt.

6 In Dilectione Dei an possit esse modus, & qũo id intelligatur

Sexta propositio. In Dilectione Dei non potest accipi modus, vt in re mensurata, sed bene inuenitur modus, vel regula, vt quanto plus diligitur, tãto melior sit dilectio; probatur ex Bern. lib. de dilig. Deo. in princ. d. quòd causa diligendi Deum, Deus est, modus sine modo diligere.

Ratio, nam modus importat quandã mensuram determinatam, quę determinatio inuenitur in mensura, & mensurato, aliter tamen, & aliter, nam in mensura inuenitur essentialiter cum secundùm se sit determinatiua aliorũ. In mensuratis inuenitur mensura secũdùm aliquid, quatenus attingit mensuram, ideò in mensura, nil potest accipi, immodificatum, sed res mẽsurata est immodificata, nisi mensurã attingat, vel si excedat, vel deficiat. In omnibus verò appetibilibus, & agibilibus mensura est finis, quia eorum quæ agimus, & appetimus oportet propriam mensuram ex finem accipere secundo Phisic. tex. 82. ideò finis secundùm se non habet modum, quę verò sunt ad finem habent modũ, ex eo quia fini sunt proportionata, ideò appetitus finis in omnibus actibus est sine fine, eorum verò quæ sunt ad finem est aliquis terminus. 1. Polit. c. 6. quia medicus non imponit terminũ sanitati, sed sanat quãtum potest, sed medicinę imponit terminum secundùm proportionem ad sanitatem, quam proportionem si excederet, vel deficeret, esset immoderata. Finis verò omnium actionum, & affectionũ humanarũ est dilectio Dei, per quã maximè attingimus vltimum finẽ, sup. q. 23. art. 6. Ideò in dilectione Dei nõ potest accipi modus, vt in re mensurata, vt sit in ea accipere plus, & minus, sed vt inuenitur modus in mensura in qua nõ potest esse excessus, sed quo plus attingitur regula eo melius, ita quo plus Deus diligitur eo dilectio est melior; & ex parte obiecti non datur vllus modus Deum diligendi: vt d. hic Bannes.

7 D. lectio amici an sit melior q̃ inimici

Septima propositio. Dilectio amici est melior dilectione inimici respectũ proximi, qui diligitur, quia is est melior & magis coniunctus, ex parte tamen rationis ob quam diligitur, melior est dilectio inimici, quàm amici, quia amicus ob aliud potest amari, inimicus ob solũ Deum; secundùm se dilectio tamen amici est potior, quia est feruentior; sed respectu meriti secus, nisi & amicus propter Deum diligatur, quia tunc aliæ circunstantiæ, de quibus supra, sunt considerandæ in vtroque, & in pari causa potior est dilectio inimici.

Ratio, nam ratio diligẽdi proximum ex charitate, est Deus, supra q. 25. art. 1. ex parte verò proximi qui diligitur, dilectio amici præfertur, quia amicus, & melior est, & magis coniunctus; vnde est materia magis conueniens dilectionis, ideò actus dilectionis super hanc materiam transiens est melior, & eius oppositum est peius, quia peius est odire amicum quàm inimicum. Ex parte verò rationis qua diligitur, dilectio inimici pominet; primò, quia dilectionis amici potest esse alia ratio quàm Deus, sed dilectionis inimici solus Deus est ratio: secundò, dato, ꝙ vterque ob Deum diligatur fortior est dilectio, quæ ad vlteriora extenditur,

extenditur, scilicet ad dilectionem inimici, vt virtus ignis est fortior, quæ ad remotiora extendit calorem, ideò fortior est huiusmodi dilectio, qua difficiliora implemus, & est sicut ignis agens in rem propinquã, sic homo in amicum vt coniunctum, amans verò inimicum difficiliora agit, ideò laudabilior. Dicit tamen Bannes hic absolutè loquẽdo esse magis meritorium diligere amicum, quàm inimicum, quia sit melius obiectum dilectionis; quòd tamen mihi nõ absolutè probatur, quia licet sit melius obiectum, ex parte tamen diligentis maior est difficultas cum tendat ad remotiora amor: vt dicit hic Diuus Thomas, & virtus versetur circa difficile, vnde ratione huius repugnantiæ, sentirem hunc magis mereri, quòd & videtur expressè probari Matth. 5. dicente: si enim diligitis tantum eos, qui vos diligunt, nonne ethnici, & publicani hoc faciunt? ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, &c. vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est: nec responsio Bannes, si rectè inspiciatur, satisfacit huic argumento.

8 Dilectio Dei an sit potior q̃ dilectio proximi.

Octaua propositio. Dilectio Dei seorsus considerata à dilectione proximi est potior quàm dilectio proximi, si verò consideretur dilectio proximi propter Deum, potior est quàm dilectio simpliciter Dei, quia sic diligitur potius Deus, & ratione eius proximus, & sic proximus in Deo.

Ratio, nam hæc quæstio potest intelligi dupliciter: primò, vt seorsum considerata vtraque dilectio, & tunc dilectio Dei est magis meritoria, quia debetur ei merces propter seipsam, quia vltima merces est frui Deo, in quem tendit diuinæ dilectionis motus, alio modo intelligitur vt comparatio, vt dilectio Dei accipiatur secundùm quòd solus diligitur, dilectio proximi secundùm quòd diligitur propter Deũ, & sic dilectio proximi includit dilectionem Dei, sed non èconuerso, vnde erit comparatio dilectionis Dei perfectæ, quæ se extendit ad proximum, ad dilectionem Dei insufficientem, & imperfectam, hoc enim mãdatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum diligat fratrem suum, & hoc sensu dilectio proximi præeminet.

Verum est tamen, quòd dilectio Dei seorsum considerata, non est vera charitatis dilectio, nisi & virtualiter ad proximum extendatur; & ideò est potior, quæ actualiter tendit in Deum, quàm quæ virtualiter solum in eum, & actualiter in proximum, sed si dilectio proximi sit actualiter, & expressè propter Deum summe dilectum, supereminet dilectioni Dei seorsum, quia continet vtrunque obiectum.

SVMMARIVM.

1 Gaudium qualiter differat à delectatione.
2 Gaudium, quod est effectus charitatis vnde causetur.
3 Gaudium quod sit effectus charitatis.
4 Gaudium quòd habetur de Deo, an habeat tristitiam mixtam.
5 Gaudiũ spirituale charitatis an possit impleri in via.
6 Gaudium est charitatis effectus, non verò virtus distincta à charitate.

De effectibus consequentibus principalem actum charitatis, qui est dilectio; & primò de Gaudio. Cap. VI.

Notandum, quòd gaudium differt à delectatione, nam delectatio est communis rationalibus, & irrationalibus creaturis, & propriè in brutis est delectatio in parte sensitiua, gaudium verò solùm est in creaturis intellectualibus in parte intellectiua: vt dicit D. Tho. 1. 2. q. 31. per totum. & gaudium est effectus amoris, quia naturaliter sequitur ad præsentiam rei amatæ, quòd non est meritorium in se, sed ratione suæ causæ, si est bona, vnde & delectari de rebus diuinis, & tristari de — 1 Gaudium vt differat à delectatione.

 malis

malis est coniectura, quòd homo sit in gratia.

Secundò, notandum, ꝙ gaudium, de quo hic, causatur ex charitate Dei, tum ratione amicitiæ, & concupiscentiæ, scilicet de Deo in se, vel præsentia eius, ex cōsideratione Dei in se amati oritur gaudium, cū ex bono diuino nil damni accidere possit, sed semper optimū est apud amantem, quod & facit amatum et præsentem, dum per gratiam, & charitatem homo Deo amore coniungitur, cum amor vnionem faciat, retorquendo mentem in sanctificationē diuini nominis, in regnum eius, & in voluntatis Dei expletionem, quę sunt materia gaudij explentis desiderium amantis Deum, & propter eum proximum, cui & tale consortium optatur bonorum, vnde gaudiū surgit; in quibus potius est tamen gaudium, quòd habetur de Deo ipso, quàm de eius pręsentia: vt dicit hic Caiet. cum sit per se, & non ad aliud.

2 Gaudium ꝙ est effectus charitatis, vnde causetur.

Prima propositio. Gaudium, ꝙ habetur de immutabili bonitate Dei, est in nobis effectus charitatis; nam gaudium causatur à Spiritu sancto. Rom. 14. sed charitas Dei est in nobis à Spiritu sancto. Rom. 5. ergo gaudium habetur à charitate.

3 Gaudium ꝙ sit effectus charitatis.

Ratio, nam, vt 1. 2. q. 25. art. 1. & 2. ex amore oritur gaudium, & tristitia, contrario tamen modo, quia gaudium ex amore causatur, vel ob præsentiam boni amati, vel quia ipsi bono amato proprium bonum inest, & conseruatur, & hoc pertinet ad amorem beneuolentiæ secundùm quem quis gaudet de amico prosperè, se habēte, licet sit absens: è conuerso ex amore orit' tristitia, vel ob absentiam amati, vel quia amatum, cui bonū volumus, suo bono priuetur, vel malo deprimitur, charitas verò est amor Dei, cuius bonum est immutabile, quia ipse est sua bonitas, & ex hoc quòd amatur est in amante per nobilissimum suū effectum; ideò spiritnale gaudium, ꝙ de Deo habetur, ex charitate causatur.

Secunda propositio. Gaudium, quo gaudemus de bono diuino secundùm se considerato nō patitur tristitiæ permixtionem, prout verò bonum diuinum à nobis participatur, potest habere tristitiæ commixtionem, quia talis participatio potest impediri per aliquod contrarium; probatur primum Sap. 8.

4 Gaudium ꝙ habet' de Deo, ā hēat tristitiā mixtā.

Ratio, nam ex charitate causatur duplex gaudium de Deo, art. præc. ad tertium, vnum principale, ꝙ est proprium charitatis, quo gaudemus de bono diuino secundùm se cōsiderato, & huiusmodi non habet mixtionem tristitię, vt nec bonum de quo est gaudium, habet mixtionem mali. Phil. 4. Aliud est gaudium charitatis, quo quis gaudet de bono diuino secundùm quòd participatur à nobis, quę participatio potest impediri per aliud contrariū; ideò ex hac parte gaudium huiusmodi potest habere mixtionem tristitiæ, prout quis tristatur de eo quòd repugnat participationi diuini boni, vel in nobis, vel in proximis, quos vt nos diligimus.

Tertia propositio. Gaudium spirituale, ꝙ in nobis ex charitate causatur, in via non potest impleri, implebitur autē in patria, vt sit omnium desideriorum quies; probatur Ioan. 15. vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.

5 Gaudium spirituale charitatis an possit impleri in via.

Ratio, nam si intelligitur, vt quis tantū gaudere debeat de re quātum est dignū gaudere, sic solùm Dei gaudium est plenum de seipso, quia gaudiū Dei est infinitum, & id est condignū infinitæ bonitati Dei; creaturæ verò gaudiū oportet esse finitū, si verò plenitudo intelligitur ex parte gaudentis, gaudium cōparatur ad desideriū, vt quies ad motū. 1. 2. q. 25. art. 1. quies verò plena est, cū nil restat de motu: vnde gaudiū est plenū, cū nil restat desiderandum, sed dum sumus in mundo non cessat in nobis desiderij motus, quia adhuc restat quòd Deo magis proximemus per gratiam, sed in patria nil desiderandum restabit, quia ibi erit plena Dei fruitio, in qua obtinebit homo quæ etiam circa alia bona desiderauerit, ideò ibi quiescet desiderium, nō solùm quo Deum optamus, sed etiam alia: vnde ibi erit gaudium perfectè plenum, & etiam super plenum, quia plus percipitur, quàm desiderare sufficerit. 1. Cor. 2. & homo potius intrat in id gaudium,

6 dium, cum ipsum non capiat. Matt. 25.

Gaudium est charitatis effectus, non verò virt⁹ distincta à charitate.

Quarta propositio. Gaudium non est aliqua virtus à charitate distincta, sed est charitatis effectus, vel actus.

Ratio, nam virtus est habitus quidam operatiuus. 1.2.q 55.art.2. & 4. ideò secundùm propriam rationē habet inclinationem ad aliquem actū, est verò contingens, ex vno habitu plures actus eiusdem rationis ordinatos prouenire, quorum vnus sequatur ex altero, & quia posteriores actus non procedunt ex habitu virtutis, nisi per priorem, ideò virtus non diffinitur, nec denominatur, nisi ab actu priori, licet alij actus ex ea ēt cōsequantur, sed amor est prima affectio appetitiuæ potentiæ, ex qua sequitur desiderium, & gaudium. 1.2.q.25.ar.2. ideò habitus virtutis est idem qui inclinat ad diligendum, & desiderandum bonū dilectum, & gaudendum de Deo, sed quia dilectio inter hos actus est prior, ideò virtus non denominatur à desiderio, vel gaudio, sed à dilectione, & dicitur charitas, & sic gaudium non est virtus distincta à charitate, sed quidā actus, vel effectus charitatis, ideò enumeratur inter fructus. Gal. 5.

SVMMARIVM.

1 Pax quid sit.
2 Pacis bonæ laudes.
3 Pacis nomen quid dicat.
4 Pacem omnis appetens appetit.
5 Pax est effectus charitatis.
6 Pax an sit virtus.

De pace quæ est effectus dilectionis. Cap. VII.

1 Pax quid sit, & quo plex.

Notandum, quòd Pax se extendit ad omnem concordiam, siue in bonum, siue in malum; in malum est Pax diabolica, quia diaboli inter se conueniunt ad homines decipiendos, & hæretici, ac nefarij homines, de quibus dicitur Es. 59. non est pax cum impijs. Psalm. 72. Zelaui super iniquos pacem peccatorum videns; est pax simulata, de qua Hiere. 8. dicentes: Pax, pax, cum non esset pax, vt pax Iudæ: est demum & pax vera, quæ est effectus charitatis, & est ordinata hominum cohabitantium sub vna fide, & æterna lege concordia: vt dicit August. lib. 19. ciuit. cap. 18. quæ est amplectenda, cum finis noster sit pax Psalm. Qui posuit fines tuos pacem, & bellum fiat ob pacem: vt dicit August. dicto lib. 19. c. 12. 2 quam & omnia corpora cœlestia sequuntur, cum nullum aliud impediat in cursu suo, & animantia eiusdem speciei pacificè viuant: vt dicit Lactant. lib. de ira Dei. cap. 12. & ob fructus qui inde oriuntur, qui sunt, quòd est grata Deo. Ecclesi. 25. quòd affert delectationem: vt ait August. lib. 12. ciuit. & inde abundantia terrenorum consurgit. Psal. 121. & quòd eam amantes dicuntur filij Dei. Matt. 5. ex pace enim, & concordia charitas generatur: vt inquit August. serm. 57. in append. de diuin. quam præceptis regalibus Dominus mandat, dicens: Ioan. 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, diuidere verò vnitatem non est magistrum sequi, sed est mandatum calcare, quam iccirco omnia natura duce amplectuntur elementa, & cœli, dum in sua quisque natura persistit, & durat, & ex discordia, aeris perturbationes in cœlo, in corpore infirmitates, in ciuitatibus excidia, & strages, in domo diuisiones, & in vniuerso subuersio exurgit, vt contra pax, & concordia mala est fugienda; vt inquit Chrisost. homil. trigesimasexta, in Ioannem; vnde qui turrim ædificabant concordes erant in malo suo, & licet inuiti, ad horam tamen dissenserunt. Numer. 16. & 26. & socij Chore malè conueniebant, ideò diuisi sunt. Iudicum 1. vnde & Chrisost. tract. de incomprehen. natura Dei, hom. prima; d. si amicitiæ detrimento sint, & ad societatem suæ impietatis inuitent, recedendum, resiliendumque etiam si cum parentibus agatur, eruendus est oculus si offendit. His ita notatis.

Pacis bonæ laudes.

3 Pacis nomen quid dicat.

Prima sit propositio. Nomen pacis addit supra concordiam vnionem appetituum vnius appetentis.

Ratio, nam pax includit cõcordiam, & aliquid addit; vnde vbi est pax, est & concordia, sed non èconuerso propriè, quia concordia propriè est ad alterum, quatenus scilicet diuersorum cordium voluntates in vnum consensum conueniunt, contingit etiam vnius hominis cor tendere in diuersa, vno modo secundùm diuersas potentias appetitiuas, vt appetitus sensitiuus sæpè tendit in contrarium rationis. Galat. 5. Alio modo, quatenus vna, & eadem vis appetitiua in diuersa appetibilia tendit, quæ simul consequi non potest; vnde oportet esse repugnantiam motuum appetitus, vnio verò horum motuum est de ratione pacis, quia quis non habet pacatum cor dum non habet quod vult, & si id habet, adhuc restat ei aliquid volendum quod simul habere non potest, hæc verò vnio non est de ratione concordiæ, vnde concordia importat vnionem appetituum diuersorum appetentium, pax super id importat vnionem etiam appetituum vnius appetentis.

4 Pacem oẽs appetens appetit. Secunda propositio. Omne appetens appetit pacem; probatur ex August. libro 19. ciuit. cap. 12. & alijs supra deductis.

Ratio, nam ex eo quòd quis aliquid appetit, consequenter eius appetit consecutionem, & remotionem eorum, quę consecutionem impedire possunt; potest verò impediri bonum desideratum per contrarium appetitum sui vel alterius; quorum vtrunque tollitur per pacem, art. præceden. ideò oportet quòd omne appetens appetat pacem, quatenus omne appetit tranquillè, & sine impedimẽto peruenire ad id quòd appetit, in quo consistit ratio pacis.

5 Pax est effectus charitatis. Tertia propositio. Pax est proprius effectus charitatis; probatur Psalmo 118. Pax multa diligentibus legem tuam.

Ratio, nam duplex vnio est de ratione pacis, supra art. 1. scilicet vnio appetituum propriorum, & propriorũ, cum alterius, & vtranque vnionem facit charitas, primam vnionem secũdùm quòd Deus diligitur ex toto corde, vt scilicet omnia in ipsum referantur, & sic omnes appetitus nostri feruntur in vnum; aliam verò prout diligimus proximos, vt nos, ex quo contingit, quòd quis vult implere voluntatem proximi vt & sui, vnde amicorum est idem velle, & nolle. 9. Ethicorum, cap. 1. & Tullius libro 2. de amicitia.

6 Pax an sit virtus. Quarta propositio. Pax non est virtus, sed effectus causatus ex charitatis amore; probatur ex August. lib. 19. ciuit. cap. 11.

Ratio, nam, vt quæstione præcedenti, articulo quarto; cum omnes actus se inuicem consequantur secundùm eãdem rationem ab agente procedentes, omnes huiusmodi actus ab vna virtute procedunt, nec habent singuli singulas virtutes à quibus procedant, vt patet in corporalibus, nam quia ignis calefaciendo liquefacit, & rarefacit, non est in eo alia virtus liquefactiua, alia rarefactiua, sed omnes hos actus operatur per vnam suam virtutem calefactiuam; cum ergo pax causetur ex charitate, secundùm ipsam rationem dilectionis Dei, & proximi, vt art. præceden. non est alia virtus cuius pax sit actus proprius, nisi charitas, vt & de gaudio est dictum.

SVMMARIVM.

1 Misericordia quid sit, & vnde proueniat.
2 Misericordiæ laudes.
4 Misericordiæ motiuum quid sit.
4 Misericordiæ ratio, est defectus, & quomodo.
5 Misericordia an sit virtus.
6 Misericordia an sit maxima virtutum.

De Misericordia effectu charitatis. Cap. VIII.

1 Misericor. dia qd sit, & vnde proueniat. Notandum, quòd Misericordia est tristitia de alieno malo, vel alterius miseria, vel compassio alienæ miseriæ in corde nostro, quam si possumus

mus depellere nitimur: vt dicit Aug. lib. 9. ciuit. cap. 14. obiectum enim misericordiæ est malum, & defectus alterius, vt infirmitates, inopiæ, oppressiones, & huiusmodi, quæ quis indignus patitur, vt ibi dicit August. sumendo malum alterius, vt proprium ob vnionem amoris, vel cum malum aliorum est propinquorum, vel propinquum, vt ad eos trãseat, secundo Rhetor. vbi habetur, quòd homines miserentur ijs illis qui sunt eis coniuncti, & similes, quia æstimant quòd similia possunt pati. Sic etiam senes, & sapientes, qui cogitant se posse incidere in similia mala sunt misericordes, & eo magis debiles, & formidolosi; èconuerso, qui se æstimant fœlices, & nil mali pati posse, non ita miserentur, & ita defectus est ratio miserendi, & sic accepta misericordia, vt passio est laudabilis, quia inducit ad bonum, scilicet ad subleuationẽ miseriæ alterius. Secundò, potest accipi misericordia pro motu vel actu voluntatis, quo alicui displicet malum alterius, ex quo procedit ad illius subleuationem, qui motus quia potest regulari per rationem, ideò per illum motum ratione regulatum passio misericordiæ appetitus concupiscibilis potest moderari: vt dicit Aug. lib. 9. ciuit. cap. 5. vnde si actus eius frequentetur, surgit habitus circa naturalia, qui dicitur misericordia, quæ est salutis præsidiũ, fidei firmamentum, propitiatio peccatorum: vt inquit Chrisost. homil. 32. in epist. ad Hebr. si tamen à charitate eius actus imperetur, & omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia sita sit: vt inquit Amb. in epist. 1. ad Timoth. cap. 4. de qua Iob 31. ab infantia mea mecum creuit miseratio. & cap. 29. oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum; & c. 31. foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Et ita misericordia ponitur in voluntate bene disposita per habitum appetitus sensitiui, nec est actus elicitus à charitate cum non habeat idem obiectum, sed consequitur actum charitatis, respiciens tamen specialem rationem boni, scilicet subleuationem alterius miseriæ, ob quod est virtus ab alijs distincta, & attribuitur Deo excellentissime, quò ad subleuationem miseriæ nostræ, sine tamen vlla passione, & dicitur in Deo supereminere alia opera eius. Psal. quia respicit bonum absolutè, & eius effusionem, iustitia verò culpam, & licet charitas sit ea potior, quia coniungit vltimo fini, tamẽ inter virtutes quæ pertinent ad proximum, misericordia est potissima, quia supplet defectum alterius, quòd pertinet ad meliorem, & excellentem, & est Deo gratissima. Oseæ 6. Misericordiam volo, & non sacrificium, quia sacrificijs nostris non eget Deus, nisi propter nos, & proximos. His ita notatis.

2 Misericordię laudes

Prima sit propositio. Malum inuoluntarium est motiuum ad misericordiam, quia huiusmodi malum pertinet ad miseriam, quòd est obiectum circa quòd versatur misericordia; probatur ex Damasc. lib. 1. de fide, cap. 14. ad misericordiam enim pertinet malũ quòd homo patitur non volens, quia quòd est voluntarium habet rationem boni, quatenus est voluntarium.

3 Misericordiæ motiuum quid sit.

Ratio, nam misericordia est alienæ miseriæ in nostro corde compassio, qua si possumus subuenire compellimur, dicitur enim misericordia, qua quis habet miserum cor super miseria alterius, miseria verò fœlicitati opponitur, est verò de ratione fœlicitatis, vt quis potiatur eo quod vult bono, & quod pertinet ad iustitiam, quia nil mali vult, èconuerso ad miseriã pertinet quod homo patiatur quæ nõ vult: tripliciter verò quis vult aliquid: primò, appetitu naturali, vt omnes homines appetunt viuere & esse: secundò, per electionem ex aliqua præmeditatione: tertiò, non in se, sed in causa sua, vt qui vult comedere noxia velut dicitur velle infirmari: sic ergo motiuum ad misericordiam est vt ad miseriam pertinens: primò, id quod contrariatur appetitui naturali voluntatis. s. mala corruptiua, & cõtristantia, quorum cõtraria homines naturaliter appetunt. 2. Rhet. Secundò, huiusmodi magis prouocant ad misericordiam si sunt cõtra voluntatẽ electionis, vt quando malum euenit, vnde sperabatur bonum secũdùm Philosophum, ibi.

Tertiò, sunt magis miserabilia si sunt contra totam voluntatem, vt si quis semper sectatus est bona, & eueniunt ei mala, vnde misericordia est maximè super malis eius qui indignus patitur.

4 Misericordiæ ratio est defectus, & quomodo

Secunda propositio. Defectus semper est ratio miserẽdi, vel quatenus quis reputat defectum alterius suum propter vnionem amoris, vel propter possibilitatem similia patiendi, ob quòd, licet eminentissime Deus voluit fieri passibilis in carne, vt in eo verificaretur etiam quòd similia patiens misereretur nostri: vt dicit Bern. in opusc. de humilit. cap. 2. ex c. 5. Hebr. & August. lib. 1. de moribus eccles. cap. 27.

Ratio, nam misericordia est dolere de alterius miseria, art. præceden. sed quia tristitia, vel dolor est de proprio malo, eatenus quis de miseria alterius tristatur, quatenus miseriam alterius apprehendit vt suam, quòd fit dupliciter: primò, per vnionem affectus, quòd fit per amorem, nam quia amans reputat amicum vt se, malum eius reputat vt suum, ideò dolet de malo amici vt suo, & ei condolet 9. Ethic. cap. 3. & ad Rom. 10. gaudete cum gaudentibus. Alio modo contingit secundùm vnionem realem, vt cum malum aliquorum propinquũ est, vt ab eis ad nos transeat. d. capit. 3. nam per id fit eis æstimatio, quòd possent similia pati quando similes patiuntur; vnde senes, & sapientes, qui considerant se posse in mala incidere, debiles, & formidosi sunt magis misericordes, qui verò se æstimant fœlices, vt nil mali se reputent pati, non ita miserentur, sic ergo defectus est ratio miserendi, prout quis reputat defectum alicuius, vt suum, ob vnionem amoris, vel possibilitatem similia patiendi.

5 Misericordia an sit virtus.

Tertia propositio. Misericordia, vt importat dolorem, qui est passio appetitus, nõ est virtus, si verò accipitur, vt nominat motũ appetitus intellectiui, qui est displicentia mali alterius, & regulatur secundùm rationem, & regulat motum inferioris appetitus, sic est virtus; probatur Matth. 5. Beati misericordes. Iacob. 2. iudicium sine misericordia illi qui non facit misericordiam, & ex Aug. lib. 9. ciuit. cap. 5. ante medium. & Cicer. orat. pro P. Q. lig. in fine, dicit: nulla de virtutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior misericordia est.

Ratio, nam misericordia importat dolorem de aliena miseria, qui dolor vno modo potest nominare motum appetitus sensitiui, & sic misericordia, est passio non virtus: secundo modo, potest nominare motũ appetitus intellectiui secundùm quòd alicui displicet malum alterius, qui motus potest esse secũdùm rationem regulatus, & secundùm hunc motum ratione regulatum potest regulari motus appetitus inferioris, & quia ratio virtutis humanæ consistit in hoc quòd motus animi ratione reguletur, 1. 2. quæst. 59. art. 4. sequitur misericordiam esse virtutem, vt cum indigenti tribuitur, vel ignoscitur pœnitenti; dicit tamen hic Bannes, non satis probari in Theologia, quòd sit specialis virtus distincta à charitate, quia non satis ostenditur quàm sit specialis difficultas benefacere proximo, qui sit in miseria, quæ difficultas non inueniatur in hoc quòd est benefacere proximo; dicens tamen certum esse misericordiã esse virtutem, idest actum laudabilem, & meritorium, si fiat cum debitis circunstantijs; & quòd probabile est, quòd sit specialis virtus, quia specialiter respicit miseriam eius cui miseretur, qua visa surgit motus appetitus sensitiui anticipans iudicium rationis, quo plus nimio afficimur ad subleuãdam alterius miseriam, vel plus nimio retardamur, quia æstimemus talem dignum pati, ꝙ efficit Nemesis, vt ergo hæ passiones reducantur ad mediũ rationis, requiritur aliquis habitus electiuus in mediocritate consistens, qui est misericordia versans circa passiones; si etiam consideretur, vt est in voluntate, sic est virtus specialis, quia sicut benefacere alicui sub ratione debiti, pertinet ad iustitiam specialem virtutem, ita benefacere proximo sub ratione releuandi alienam miseriam, pertinet ad specialem virtutem misericordiæ, & ex hoc dicitur virtus; quæ ideò est & in appetitu sensitiuo, & in voluntate; secundùm tamen rationem virtutis quam habet,

bet, principaliter est in voluntate, cum maximè competat Deo, & etiam Angelis erga nos, in quibus non est appetitus sensitiuus. Si verò consideretur secundùm quòd competit hominibus, secundariè est etiã in appetitu sensitiuo, quia in eo est etiam difficultas ad actionem misericordię exercendam sicut oportet, cum ibi possit esse excessus, vel defectus in subleuandis miserijs.

Et vt mare sine rati nauigari non potest, ita nec hæc vita sine misericordia, & beneficentia constare, vnde natura duce parentes liberorum miserentur, & filij parentum, fratres fratrum, & amici amicorum, quibus afflictis tristãtur, & flentibus collachrimant.

6 Misericordia an sit maxima virtutum.

Quarta propositio. Misericordia secundùm se est maxima virtutum, respectu verò habentis non est maxima, nisi is sit maximus: est tamen in hominibus potior charitas, cum iungat nos Deo, in virtutibus verò ad proximum potissima est misericordia; probatur Coloss. 3. quò ad tertium dictum, quòd charitas sit potior.

Ratio, nam aliqua virtus potest esse maxima dupliciter: primò, secundùm se: secundò, per comparationem ad habentem, secundùm se misericordia est maxima, nam ad eam pertinet, quòd alij effundat, & defectus aliorum subleuet, quòd maximè superioris est, vnde & misereri ponitur proprium Deo, & in hoc dicitur eius omnipotentia maximè manifestari, sed quò ad habentẽ misericordia non est maxima, nisi is qui habet sit maximus, qui nullum supra se habeat, sed omnes sub se, qui enim supra habet aliquem, melius est ei coniungi, quàm supplere defectum inferioris, ideò quò ad hominem, qui habet Deum superiorem, charitas per quam Deo vnitur est potior, quàm misericordia per quam defectus proximorum supplet, sed inter omnes virtutes, quæ ad proximum pertinent potissima est misericordia, sicut etiam est potioris actus, quia supplet defectum alterius, quòd est superioris, & melioris.

Et quòd misericordia secundùm se sit potissima virtutem; probatur, quia secũdùm se, est immunis à miseria, quam subleuat, quòd in Deo tantum simpliciter inuenitur. Attributum tamen charitatis in Deo non est minus in se, quàm misericordia, cum omnia attributa sint in Deo æqualia; si verò consideretur nostro modo intelligendi, vnum seorsum ab altero, melior est charitas in Deo, si verò intelligitur misericordia, vt includit charitatem est quid melius per ordinem ad effectus ad extra, cum sit excellentius subleuare posse omnem miseriã alicuius, quàm illum solum diligere, sed quia charitas Dei dicit immediatum ordinem ad summum bonum, quòd diligitur quantum diligibile est, & dilectio Dei producit diuinam personã Spiritus sancti, ideò nostro modo intelligẽdi charitas, & dilectio diuina est excellentius attributum quàm misericordia.

Prout verò in nobis est misericordia, absolutè loquẽdo melior ea est religio, respectu obiecti, quia nos Deo magis coniungit, vt verò contingit inter homines, vt in pluribus opera misericordiæ, magis Deo placent, quàm opera religionis, quia sæpè sunt in præcepto, non ita hæc stando in lege naturali, & diuina, vnde opera religionis, vt auditio Missæ omittitur licitè ob opus misericordiæ, scilicet subuentionem proximi.

SVMMARIVM.

1 Beneficentia quid sit, & in quo consistat.
2 Beneficentia quid dicat.
3 Benefaciẽdum est omnibus, & quomodo.
4 Benefieri quibus magis debeat.
5 Beneficentia an sit distincta à charitate.

De actibus exterioribus charitatis, & primò de beneficentia. Cap. IX.

1 Beneficẽtia q̃d sit, & in quo consistat.

NOtandum, quòd beneficentia est actus exterior amicitiæ, quo aliquis bonum communicat amico, & si ordinetur

netur ad bonum supernaturale, est actus exterior charitatis, qui habet bonum diuinum pro obiecto, beneficentia tamen nostra non potest esse in ordine ad Deum. Iob 35. & extenditur ad omnes non solùm in generali, vt & charitas, sed etiam in particulari; vnde & excommunicatis, ac hostibus Reipublicæ positis in extrema necessitate est benefaciendũ, & peccatoribus, nisi id esset contra ordinẽ iustitiæ, contra quem non est illis subueniendum, vt quia iam essent damnati in iudicio, & huiusmodi, & addit supra dilectionem, & misericordiam animi, effectum exteriorem subuentionis proximi, & ideò est amplectenda, cum beneficentia, & liberalitate nihil sit naturæ hominis accommodatius: vt inquit Cicero, libro 1. Offic. & Chrisost. homil. 31. 32. 34. 35. 36. & 37. ad populum Antiochenum. pluribus probat. & homil. 53. in Matth. & serm. de misericord. eleemosinam, & misericordiam esse artem omnium artium quæstuosissimam, cum nobis hæc non calceamenta conficiat, nec vestimenta contexit, nec has lapideas, vel luteas domos ædificat, sed vitam æternam ministrat, ex mortis manibus eripit, & tam in hac vita, quàm in futura præclaros reddit, hęc mansiones nobis in cœlis ædificat, & æterna tabernacula præparat, hæc lampades nostras extingui non sinit, hæc nostras vestes ita lauat, vt non sordidi, sed niue candidiores ad nuptias peruenire possimus, & thesauros donat, qui non absumuntur, nec à latronibus tineis, vel temporum iniuria violantur: ac docet quomodo frumenta, & cuncta quæ habes in æternum conseruentur, & ex alijs quæ habentur tract. de charitate, de eleemosina, & de liberalitate. His ita notatis.

2 Beneficentia quid dicat. Prima sic propositio. Beneficentia secũdùm communem rationem est actus amicitiæ, vel charitatis, si tamẽ benefiat alicui secundùm aliquam specialem rationem, potest pertinere ad aliam virtutem; probatur 9. Eth. c. 4.

Ratio, nam beneficentia importat facere bonum alicui, quòd potest considerari dupliciter: primò, secundùm communem rationem boni, & hoc pertinet ad communem rationem beneficentiæ, & hæc est actus amicitiæ, & sic charitatis, nã in dilectionis actu includitur beneuolentia, per quam quis vult bonum amico, supra quæst. 23. artic. 1. voluntas verò est effectiua eorum, quæ vult si facultas adsit, ideò consequenter benefacere amico, ex actu dilectionis consequitur, ideò beneficentia secundùm cõmunem rationem est amicitiæ, vel charitatis actus, si verò bonum ꝙ quis facit alteri accipiatur sub aliqua speciali ratione boni, sic beneficentia accipit specialem rationem, & pertinebit, ad aliquam specialem virtutem.

Secunda propositio. Omnibus pro loco, & tempore est benefaciendum; probatur Gal. vlt. 3 Benefaciẽdũ est omnibus, & quomodo.

Ratio, nam beneficentia consequitur amorem ex ea parte, qua mouet superiora ad prouisionem inferiorum, gradus verò in hominibus non sunt immutabiles, vt in Angelis, quia homines possunt pati multos defectus: vnde qui est superior secundùm aliquid est vel esse potest inferior secundùm aliud, ideò cũ dilectio charitatis se extendat ad omnes, etiam beneficentia se debet extendere ad omnes pro loco tamen, & tempore, quia omnes actus virtutum sunt limitandi secundùm debitas circunstantias.

Circa prædicta autem aduertendum plenius, quòd si aliqui sunt hostes Reipublicæ, quandocunque licitum est eos occidere, licet & non benefacere eis etiã positis in extrema necessitate: vnde ijs cibaria impediuntur ex vsu belli: si verò priuatus miles inueniat priuatũ militem positum in extrema necessitate, iure belli potest contingere vt illum possit occidere iussu ducis, sed si sint induciæ, tenetur illi subuenire, & si non sunt, si potest illum comprehendere, & non occidere, melius foret.

Quòd si quis sit inimicus priuatus, dicitur, quòd si non sit timor, quòd is occidat postea sibi subuenientem, tenetur illi benefacere: si verò id timetur vel scitur mortem ab eo sibi intentari, tunc licet non subuenire ei, si mors probabiliter

ter timetur, quia nemo potest alteri subuenire cum periculo propriæ vitæ, quia sic nō cōcurritur positiue ad eius mortem, quod nulli licet authoritate priuata, sed tantum negatiue, non subueniendo ei, quod licet casu prędicto, quo tamen casu, si fieri potest, debet ei opem ferre manu alterius, in quo huiusmodi periculum cesset. Quod si quis sit dānatus ad mortem vt tamē moriatur, ministris iustitiæ non licet illi cibum pbere, priuat⁹ vero homo id pōt, sed ad hoc nō tenetur, primum patet quia priuatus nō tenetur carcerem custodire, secundum probatur quia is patitur secundum ordinem iustitię, & licet cuiq; velle vt ministri iustitiæ munus suum vsq; ad finem exequantur, & iusta sententia executioni mandetur, ergo ad id nemo tenetur.

4 Tertia propositio. Magis coniunctis, magis est benefaciendum, & vnicuique in illa re in qua est maior coniunctio, nisi aliqua circunstantia contrarium dictet, cęteris tamen paribus coniunctioribus est magis benefaciendum, probatur ex Aug. li. 1. c. 28. de doctr. d. coniunctioribus, vbi omnibus non licet, prius esse subueniendum.

Benefiendū quibus magis debeat.

Ratio, nam gratia, & virtus imitantur naturę ordinem, qui ex diuina sapientia est institutus, sed ordine naturę agēs naturale per prius virtutem suam diffundit magis sibi propinquis, vt ignis magis calefacit rem sibi propinquam, & Deus in substantias sibi propinquiores, per prius & copiosius dona suæ bonitatis diffundit, secundum Dion. sed exhibitio beneficiorum est quædam actio charitatis in alios, ideo oportet quod ad magis propinquos simus magis benefici, propinquitas vero hominis attenditur secundum diuersa in quibus communicant, vt consanguinei, in naturali communicatione, conciues in ciuili, fideles in spirituali, &c. & secundum rem qua quis est coniunctior, beneficium est ei magis dandum simpliciter loquendo, id tamen variari potest, secundum varietatem negotiorum, temporum, & locorum, nam aliquo casu est magis subueniendum extraneo, vtsi sit in extrema necessitate quam patri qui in huiusmodi non sit. Ex quibus colligitur, vt hic d. Bannes, quod miles tenetur magis subuenire commilitoni quàm consanguineo etiam patri, cum bonum publicum præstet priuato, & ꝙ si pater inuadit iniuste personam publicam & vtilem reipublicę potest quis, & tenetur defendere personam publicam magis quàm patrē, licet sequatur mors patris, quod si pater velit iniuste occidere innocentem priuatum, tunc filius nō tenetur innocentem defendere cum periculo mortis patris ob damnum ꝙ inde ei sequitur, id tamen potest quia pater ob suam iniquitatem tunc amittit ius paternum, & licet innocentem defendere, qui & d. quod si debitor existit in extrema necessitate, non tenetur restituere creditori in simili calamitate existenti, nec etiam si consanguineus sit in tali necessitate, cum tunc omnia sint communia, & potest quis pręferre patrem, matrem, fratrem, vxorem, existentem in tali necessitate, & etiam amicum magnum, qui cum periculo vitę ei subuenit, idque prudentis arbitrio, non tamen liceret creditori subtrahere ad subueniendum personę vtili reipublicę, quia id est debitum iustitię hoc charitatis, nec licet occidere innocentē authoritate priuata, vt reipublicę subueniatur, in quibus est etiam considerandū an creditor sit persona publica, vel ne, vtilis bono communi, & huiusmodi, modo supra tr. de ordine charitatis explicato.

Quarta propositio. Beneficentia non est alia virtus à charitate, sed dicit quendam charitatis actum. 5

Bñficētia an sit distincta à charitate.

Ratio, nam virtutes diuersificantur secundum diuersas rationes obiecti, eadē vero est ratio formalis beneficentiæ, & charitatis, quia vtraq; respicit rationem communem boni, supra art. 1. Vnde beneficentia non est alia virtus à charitate, sed dicit quendā charitatis actū.

SVMMARIVM.

1 Eleemosina quid sit.
2 Eleemosinæ genera duo.
3 Eleemosina elicitur à misericordia, & imperatur à charitate.
4 Eleemosina diuiditur in corporalem.

De Eleemosina. Cap. X.

1 Eleemosina, q.d sit. Notandum, quod eleemosina est opus quo datur aliqui indigenti ex misericordia, cum eleemosina sit actus misericordiæ, quod probat ir verbo ipso, eleeo enim græce, latine misereor dicitur, vnde & in sacris litteris eleemosina pro misericordia significatur. Prouer 19. fœneratur Deo qui miseretur pauperis. Dan. 4. peccata tua eleemosinis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, & Aug. in Ench. c. 76. d. eleemosinam esse actum misericordiæ, quæ tamen licet sit actus elicitus misericordię tamen imperatur à charitate, vt fiat propter Deum 1. Cor. 13. qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? & 1. Io. 3. & adiuuatur à liberalitate quæ remouet auaritiam sępe impedientem eleemosinam, & hilarem facit datorem ac promptum, vt d. Amb. 2. de offic. c. 15. vix fieri posse vt auarus faciat eleemosinas, aut liberalis eas nō faciat, Et licet eleemosina facta sine charitate, vt est actus solius misericordiæ, q̄ est virtus moralis, vere & proprie sit eleemosina, Dan. 4. 6. Matth. Lucę 11. & ex August. libro 21. ciu. capitu. 22. tamen quia virtutes non sunt perfectæ, licet verę esse possint, sine charitate, vt inquit D. Tho. 2. 2. q. 23. ar. 7. ideo non dicitur eleemosinas facere nisi materialiter qui sine charitate eas facit, & sic nec meritorie.

Secundo notandum, quod eleemosina in duo genera diuiditur, alię enim corporales sunt, alię spirituales, corporales sunt septem pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, hospitari peregrinos, visitare ęgrotos, redimere captiuos, sepelire mortuos, spirituales item sunt septem, orare pro peccatoribus, condonare iniurias, corripere delinquentes, docere imperitos, consilium imprudentibus dare, consolari afflictos, tolerare alienam infirmitatē, ex conuenientis de quibus infra, quę nobis commendantur ex locis & authoritatibus, ac rationibus deductis in tract. de ciue sub. capit. de charitate ciuis. hęc enim peccata coccinea, iuncta eidem pęnitentia, alba reddit vt niuem, Is. 1. hæc in sinum Abrahæ recta via ducit, scilicet in cœlorum regnum. Lucę 16. hæc si ex corde hilari procedat, etiam si modica dentur à non valente plura, Deo gratissima est. Lucæ 21. & ex alijs quæ infra habentur. His ita not. 2 Eleemosinę genera duo, & q̄.

Prima sit propositio. Eleemosina est proprie actus elicitus à misericordia, imperatus tamen à charitate, probatur 1. Io 3. 3 Eleemosina elicit à misericordia, & imperatur à charitate.

Ratio, nam exteriores actus, ad illam virtutem referuntur ad quam pertinet id quod est motiuum ad agendum huiusmodi actus, motiuum vero ad dandum eleemosinas, est vt subueniatur necessitatem patiēti, vnde secundum aliquos eleemosina est, cum quid datur indigenti ex compassione propter Deum, quod motiuum pertinet ad misericordiam

diam supra quæst. 30. art. 2. vnde patet quod dare eleemosinam, propriè est actus misericordiæ, græcè enim eleemosina à misericordia deriuatur, & quia misericordia est effectus charitatis, sic dare eleemosinam, est actus charitatis misericordia mediante. Aduertendum autem, quod eleemosina non est formaliter actus virtutis sine charitate, cum & misericordia quæ est virtus infusa sit connexa cum charitate, vt & aliæ virtutes infusæ morales, cum charitas sit forma omnium virtutum, & magis misericordiæ quasi propriæ filię.

4 Eleemosina diuiditur in spiritualem, & corporalem.

Secunda propositio. Conuenienter eleemosinarum genera distinguuntur in illa quæ sunt superius explicata, probatur de singulis, vt dixi d. tract. de ciuit. sub. c. de operibus misericordiæ, ex locis ibi cit. Es. 58. Matth. 5. 6. in 18. 25. Tob. 12. col. 6. 1. Thes. 5. Eph. 4. Rom. 15 & patribus ibi commemoratis. Maximo. serm. 2. de eleemosinis. Leone serm. 2. de collectis. Gregor. 3. p. curę past. admon. 21. Chrys. hom. 3. in Gen.

Ratio, nam prædicti effectus conuenienter sumũtur secundum diuersos defectus proximorum, quorum quidam sunt secundum animam, quidam secundum corpus, ad primos ordinãtur eleemosinæ spirituales, ad secundos corporales, defectus vero corporis, vel est in uita vel post, si in uita, vel est communis respectu omnium quibus omnes ęgent, vel specialis ob aliquod accidens superueniens, si primo modo, vel est defectus interior, vel exterior, interior est duplex, scilicet vnũ cui subuenitur per alimẽtum siccum, scilicet fames, quod est pascere esurientem, secundum cui subuenitur per alimentum humidum, quod est sitis, potare sitientem, defectus exterior communis, vel est respectu tegumenti, secundum quod dicitur vestire nudum, vel respectu habitaculi, circa quod ponitur suscipere hospitem, si sit defectus specialis, vel est causa intrinseca, vt infirmitas, circa quod ponitur visitare infirmum, vel extrinseca, circa quod ponitur redemptio captiuorum, vel est post mortem, & ponitur sepelire mortuos.

Sic spiritualibus defectibus, spiritualibus actibus subuenitur dupliciter, primo petendo auxilium à Deo, & sic ponitur oratio qua pro alijs oratur, secundo dando auxilium humanum idque tripliciter, primo contra defectum intellectius, & si sit defectus speculatiui intellectus ei subuenitur per doctrinam, vnde dicitur docere rudes, si sit intellectus practici, ei subuenitur per consilium vnde dicitur consulere errantes, alio modo est defectus ex appetitiuæ virtutis passione, inter quos maxima est tristitia, cui subuenitur per consolationẽ, tertio ex parte inordinati actus qui tripliciter considerari potest, primo ex parte peccantis, quatenus procedit ab eius inordinata voluntate, & sic succurritur ei per correctionem, secundo ex parte eius in quem peccatur, & si peccatur in nos, succurritur remittendo offensam, si sit in Deum vel in proximũ, non est nostri arbitrij remittere, tertio modo ex parte sequelæ actus inordinati, ex qua grauantur ei conuiuentes & prater peccantis intentionem, & sic succurritur supportando, maxime in ijs qui ex infirmitate peccant, Gal. 6. Et quod etiam mortuum sepelire sit opus misericordię, probatur Tobię 12. & quod sint sepeliẽdi cum debito honore, & moderata impensa, probatur 1. Mac. 12. ex Aug. lib. de cura pro mort. c. 2. vsq; ad 9. lib. 1. ciu. c. 13. Amb. li. de Tobia. c. 1. ita quod peccet mortaliter qui non sepelit mortuos, si commode potest & non est alius qui id agat, cum opera misericordiæ sint in præcepto in extrema necessitate.

5 Eleemosinæ spũales an sint pstãtiores corporalibus.

Tertia propositio. Eleemosinæ spirituales simpliciter sunt præstantiores q̃ corporales, in aliquo tamen casu eleemosina corporalis potest esse melior, probatur ex Aug. lib. 1. de serm. domini in monte. c. 40. circa principium.

Ratio primi, primo quia id quod exhibetur nobilius est, scilicet donum spirituale quod pẽminet corporali Prou. 4. secũdo ratione eius cui subuenitur quia spiritus est nobilior corpore, vnde sicut quis sibi magis debet prouidere quo ad spiritum, quam quo ad corpus, sic & proxi-

proximo, tertio quo ad actus quibus subuenitur proximo, quia actus spirituales sunt nobiliores corporalibus qui sunt, vt serui les.

Ratio secundi, nam magis est pascere fame morientẽ quam docere rudem, vnde & egenti melius est ditari quàm phi losophari, licet non simpliciter, tertio. Eth. cap. 2.

Notandum autem pro intelligentia prædictorum, quod comparatio virtutum, qua quæritur quæ sit potior, accipienda est ex proprijs obiectis specificantibus non ex imperio charitatis maioris vel minoris, & ꝙ est melius est dare minus indigenti iusto quàm magis egeno peccatori, & minus indigẽti meliori quàm magis indigenti minus bono, nisi indigentia sit multo maior in vno quàm in alio, quia in bono est maior materia charitatis ex qua procedit misericordia, qua putamus alienam miseriam, vt nostram, vt d. hic Bannes. qui & d. quod qui facit conuiuium, vt sibi compensetur, non est meritorium, & veniale si quis id facit vt lucretur, cum conuiuia sint instituta, vt amicitia coalescat, non vt inde lucrum fiat.

6 Eleemosinę corporales an habeant effectum spũalem, & qũo.

Quarta propositio. Eleemosinę corporales secundum suam substantiam nõ habent effectum spiritualem, ex parte tamen suæ causæ, scilicet charitatis id habent, scilicet meritum coram Deo, & etiam ex parte effectus, probatur. Eccles. 29.

Ratio, nam eleemosina corporalis potest considerari vel secundum substãtiam, & sic habet corporalẽ effectũ quatenus supplet corporeos defectus proximorũ, secundo ex parte causæ eius quatenus quis dat huiusmodi eleemosinam ob dilectionem Dei, & proximi, & sic affert fructum spiritualem. Eccles. 29. perde pecuniam propter fratrem, tertio modo ex parte effectus, & sic habet effectum spiritualem qnatenus proximus cui subuenitur mouetur ad orandum pro benefactore, ibidem, conclude eleemosinam in sinum pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.

7 Eleemosi Et quod eleemosina corporalis sit excellentis meriti, probatur primo, nã si à viro iusto ex vera charitate fiat, nę laudes & bona. meretur vitam æternam, probatur. Matth. 25. percipite regnum paratum vobis à constitutione mundi, esuriui. n. & dedistis mihi manducare & id etiam docet S. Cipr. lib. de eleemosinis, secundo, nã eleemosina est satisfactoria pro peccatis. Tob. 4. eleemosina ab omni peccato, & à morte liberat & non patitur animam ire in tenebras. Eccles. 3. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosina extinguit peccatum. Vnde Cipr. sermo. de eleem. d. sicut baptismo crimina lauantur, & extinguuntur, ita eleemosinis, atque operibus iustis delictorum flamma sopitur, idem habet Amb. sermo. 31. & Chris. hom. 25. in acta ap. & Leo serm. 5. de collectis. quod intelligitur quatenus sunt dispositiones cum pęnitẽtia ad remissionem peccatorum ante iustificationem, & post iustificationẽ sunt satisfactoriæ pro pęnis peccatis ex pœnitentia deletis, debitis, Non enim eleemosina sine pœnitentia est dispositio, vel motiuum, vt Deus remittat peccata, cum sine pęnitentia impossibile sit remitti peccata. Lucę 13. Iacobi 2. Nec etiam secũdum suam substantiam eleemosina remittit peccata, vt sacramenta, quia id est tantum priuilegium in ecclesia Dei septem sacramentorum; nec etiam eleemosina formaliter remittit peccata, vel eleemosina fiat materialiter quia sic fit etiã à peccatore, vel etiã formaliter, quia præsupponit pœnitentiam veram, & charitatẽ per quę homo iustificatur, & charitas est forma eleemosinę, nec eleemosina, siue materialiter siue formaliter accipiatur, est infallibilis dispositio, vt homo iustificetur, q. a non est motiuum ad hoc quod Deus infallibiliter conferat pœnitentiam, & remissionem peccatorum; Si tamẽ viri ex pietate & pp Deũ faciunt eleemosinas continuas ẽt in peccato mortali, vt plurimũ probabiliter cõuertentur à Deo, maxime si peccarint ex fragilitate non contemptu, vel malitia. Prouer. 14. 20. vt d. hic Bannes, vel eleemosina est dispositio ad gratiam iustificationis, si fiat ab eo qui incipit facere pœnitentiã, & ex Dei motione, & auxilio speciali, & sic loquitur

tur sapien. Prou. 13. eleemosinis, & fide delicta purgātur, & Luc. 11. dicitur date eleemosinam, & omnia munda sunt vobis, & c. 19. hodie salus huic domui facta est. Act. 10. vnde colligit. Aug. lib. 1. de præd. sanct. Cornelium per eleemosinas impetrasse à Deo gratiam fidei Christianæ, & perfectę iustificationis, tertio, eleemosina auget fiduciam apud Deum, & gaudium spirituale, licet etiā id sit commune in omni opere bono, specialiter tamē id est in eleemosina. Tob. 4. Hebr. 10. & sequitur Cipr. loco cit. d. eleemosinam solatium grande credentium, & Chris. hom. 34. in Gen. quarto, nam eleemosina conciliat beneuolentiam multorum, qui pro peccatoribus Deum præcantur, eisque vel gratiā conuersionis, vel donum perseuerantiæ, vel incrementū gratiæ, & gloriæ impetrāt. Lucę 16. facite amicos de māmona iniquitatis, vt cū defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula, Matth. 10. qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Vltimo eleemosina est sępe cum maiori abundantia bonorum temporalium, de quo Prou. 19. fœneratur domino, qui miseretur pauperis, & c. 28. qui dat pauperibus nunquàm egebit, vt de Tobia patet, & viduas sareptana, & multa exempla ad hoc adducit Greg. Turonicus. li. 5. hist. Franch. c. 19. Leontius in vita S. Io. Eleemosinarij, & Sophronius in prato spirituali, & idem asserit Cipr. serm. de eleemosina. Basil. in orat. ad diuites. In eleemosina porro attenditur res data, vt ea sit potior in qua absolute maius donum datur, secūdo, quando fit à magis iusto. Gen. 4. tertio, si fiat maiore feruore, & promptitudine, quod præualet danti magis, vel iustiori, si dans sit in gratia. Lucæ 21. affectus enim anteponit̃ censui. vt d. Cipr. lib. 3. ad Quirinum. c. 2. Amb. lib. de viduis, & li. 1. de offic. cap. 30. Chris. hom. 34. ad pop. Aug. in Ps. 125. Leo serm. 4. de quadragesima. Greg. hom. 5. in Euāg. saltem quo ad præmium essentiale, licet concedi possit, vt qui actu plus dat, maiori præmio accidentali potiatur, vt d. hic Bannes, subdens quod & pauperes qui eleemosinā dare non possunt, ex bona voluntate dandi, si haberent, quod fructum à Deo consequentur, ex Aug. in Ps. 36. conc. 2.

Quinta propositio. Eleemosina secundom se, est in præcepto, & est etiam in præcepto eam dare de superfluo, & in extrema necessitate, alias eleemosinam facere est de cōsilio, primum, probatur. Matth. 25. vbi damnātur qui eleemosinam non fecerunt, at non damnantur qui præceptum aliquod non transgrediuntur, sed inter mādata primaria vnū est de diligendo proximo, vt seipsum. Leuit. 19. Matth. 22. Rom. 13. cum proximus sit diligendus non lingua, sed opere, & veritate. 8 Eleemosina an sit ī pręcepto, & qūo.

Ratio, nam cum dilectio proximi sit in præcepto, ea omnia cadunt sub præcepto, sine quibus huiusmodi dilectio non conseruatur, ad dilectionem vero requiritur non solum, vt bonum velimus, sed etiam operemur proximo, vnde cum eget, & ei subuenire possumus eleemosina est in præcepto.

Ratio secundi, nam necessarium dicitur, vel sine quo aliquid esse non potest, & de huiusmodi, eleemosina non debet dari, vt si quis in articulo necessitatis constitutus haberet tantum necessarium pro se filijs, & alijs ad eum pertinentibus, id enim esset sibi, & illis vitam subtrahere, nisi forte subtrahendo filijs, vel sibi daret magnę personæ, per quam ecclesia, vel respublica sustinetur, quia huiusmodi casu pro eorum liberatione se, & filios laudabiliter morti exponeret, cum bonum commune ꝓprio sit præferendum, alio modo dicitur necessarium sine quo vita non potest conuenienter transigi secundū statum propriæ personæ, & filiorum, &c. & huiusmodi necessarij terminus non est in indiuisibili constitutus, quia & multis additis est conueniens, & etiam detractis, & de huiusmodi eleemosinam dare cadit sub consilio quia esset inordinatum, vt quis alijs tantum daret, quod non posset conuenienter viuere, secundum proprium statum, & negotia occurrentia, quia nullus inconuenienter viuere debet, tria tamē excipiūtur, primo, cum quis statum mutat, vt per religionis ingressum,

gressum, quia tūc est omnia ob Christū largiens opus pfectionis facit ponēs se in eo statu, secundo quando sibi subtracta, licet sint necessaria ad conuenientiam vitæ, tamen facile possunt resarciri, vt nō sequatur maximū inconueniēs, tertio, quando occurreret extrema necessitas, priuatæ personæ, vel magna necessitas reipubl. his enim casibus maiori necessitati subuenitur. Et quod etiā eleemosinam de superfluo dare, sit in præcepto, probatur. Matth. 6. nemo potest duobus dominis seruire, vbi Hier. & Chris. id exponūt nil aliud esse, quàm superuacaneas diuitias congregare, Lucę 3. qui habet duas tunicas, det non habenti, quod intelligitur si ei non sunt necessarię per hiemem, quia sic habentur pro vna tunica, vt exponit Hier. in ep. ad Heldibiam q. 1. & Lucæ 12. quæ parasti cuius erunt? quem locum. August. hom. 7. in li. 50. hom. interpretans, dicit, diuitem illum non ob aliud peccatum fuisse damnatum, nisi quia superflua retinebat. Luc. 11. quod superest date eleemosinam, idest quod vobis superest vltra necessitatem, vt interpres ibi vertit. Idem dicunt Sancti patres. Bas. orat. in id destruam horrea mea. Chrisost. hom. 33. 34. ad pop. & hom. 53. in Matth. Amb. serm. 81. Hier. ep. ad Heldibiam. q. 1. Aug. in Ps. 147. Leo serm. 5. de collectis. Greg. 3. p. past. adm. 22. Bern. ep. 49. qui omnes d. superflua retineri non posse, quatenus superflua sunt, quicquid sit de extrema vel graui necessitate egenorum, quæ pauperibus sunt eroganda. & sequitur D. Thom. 2. 2. q. 66. ar. 7. & q. 87. artic. 1. ad 4. q. 118. ar. 4. ad 2. Alb. Ric. pal. 4. dist. 15. vbi D. Thom. q. 2. ar. 2. q. 4. d. hanc esse communem Theologorum sententiam, & hoc præceptum reducitur ad 4. præceptum decalogi, vt d. hic D. Thom. ad 4. non enim quis diligeret proximum sicut seipsum, si nec superflua illi egēti communicare velit, & præterea diuitiæ si conferantur ad Deum datorem, dantur tantum in administrationem. Luc. 16. licet possessores iusti re uera sint earum domini, sed Deus vult vt alij sint diuites alij pauperes, vt diuites egenis subueniant, & pauperes per patientiam regnum cœlorum consequantur vt d. Aug. serm. 3. in fi. de Natiuita. domini, & alij sancti patres passim, ergo contra voluntatem Dei agunt, qui contra faciunt, & sic peccant.

Aduertendum tamen opes superfluas duobus modos dici posse, vno si sint superfluę naturæ non personę, altero si vtroque modo, superfluum naturæ dicitur id sine quo viuere posset, tum is, qui superfluū habere dicitur, tum eius familia quam alere, & sustentare debet, superfluum personæ dicitur id sine quo non solum viuere, & familiam alere, sed etiā statum, conditionem, ac dignitatē propriam conseruare posset, intelligendo tamen necessitatem naturæ, & personæ non more mathematico, sed moraliter iudicio pij, & prudentis christiani, id. n. dicitur necessarium non solum sine quo nullo modo naturæ, vel personę status conseruari potest, sed etiam id sine quo non bene conseruari potest, aduertendū etiam non ideo opes dici non esse superfluas, quia non seruentur otiosè, vt quia in vestibus hortis, vel ędificijs insumuntur, nam & hæ dicuntur superfluę, quando non sunt necessariæ naturę, vel psonæ, vt d. Bas. in orat. ad diuites auaros. Aduertendum quoq; id ēt dici posse necessarium, quo in præsenti nō solum egemus, sed etiam id quo paulo post opus habebimus, vt si quis habeat filias paruulas, & pecunias conseruet, vt eas matrimonio locet, quæ pro earum dote sint necessariæ futuræ, licet in pręsenti non videantur esse necessariæ, sic tamen vt opes non conseruentur ob omnes casus, qui aliquando accidere possent, sed ob eos tantum qui probabiliter, & quasi certo ita imminent, vt nisi nunc prospiciatur ijs, postea prouideri nō poterit, aliter peccaretur contra præceptū domini prohibentis sollicitudinem de crastino. Math. 6. cum is dicatur esse sollicitus de crastino, qui hodie pro ea re sollicitus est, de qua satis esset cras incipere cogitare. His ita constitutis.

9 Eleemosina an sit necessario fiēda de superfluo, & q d de necessario.

Primum sit dictum, qui habet superflua, modis supra explicatis, scilicet etiā iuxta status cōditionem, tenetur id erogare in communibus necessitatibus extra

tra extremas, vt d. Bannes hic articu.6. post Gaiet. ibid. & probatur authoritatibus supra allatis, & idem probat hic plurib. 2. dubit. qui id ex pluribus authoribus probat, ac rationibus, qui & d. qñ proximus particularis est in graui necessitate extra extremam, qui habet superflua, tenetur sub præcepto dare eleemosinam, vbi vero necessitates sunt leuiores, d. non esse improbabile, quod diuites tunc non teneantur sub præcepto dare in eleemosinam, opinionem tamen contrariam, quod teneantur esse censeo probabiliorem, & hoc mihi ex prædictis etiam consequi necessario, videtur vt si nõ occurrit particularis egenus, qd erogentur in cõmunibus necessitatibus.

Secũdum dictum, necessaria ad naturam sui, & familiæ sustentandam, non sunt danda in eleemosinam etiam extreme egenti, nisi ob publicum bonum vt mox dicetur, & ita omnes sentiunt, cum id sit necessarium absolute, & rectus charitatis ordo requirat vt prius quis sibi, & suis prouideat quàm extraneis, nisi forte publica aliqua esset persona, ex qua salus Reipublicæ pendet.

Tertium dictum, de necessario personæ vel statui, sed superfluo naturæ, eleemosina fieri debet pauperibus necessitatem naturę patientibus probatur 1. Io. 3. qui habuerit substantiam huius mũdi, &c. Matth. 25. ite maledicti, & habetur in c. pasce. 86. dist. quod est Ambrosij, pasce esurientem, si non pauisti occidisti, sed qui occidit peccat mortaliter, ergo, præterea tunc omnia sunt communia idest communicandã, & qui est in tali casu potest rapere per modũ furti & rapinæ, nec potest impediri, alias esset bellum iustum ex vtraq; parte, ergo, quod considerantes sancti viri non solum superflua, sed etiam aliquid de necessarijs naturæ proximis egentibus extreme dabant, vt faciebat. Ap. vt patet. Act. 20. 1. Cor. & legitur de S. Martino apud Sulpitium in eius vita cap. 2. qui dimidium Clamidis pauperi dedit. & Naz. orat. de ob. patris sui, eum laudat quod etiam necessaria pauperibus largiretur, & S. Ambrosius vasa sacra, omnibus exutus, pauperibus communita dari iussit, vt patet lib. 2. de offic. cap. 28. & S. Hier. in vita paulæ. d. eam iam ditissimam, ita facultates suas pauperibus erogasse, vt ne quidem nummum filiæ reliquerit, & S. Paulinus episcopus Nolæ, cum omnia donasset pauperibus etiam seipsum seruum fecit, vt illis subueniret, teste Greg. li. 3. dial. c. 1 qui ab eo ob id plurimũ laudatur & alij multi. Aduertendum autem necessitatem dici extremam, nõ solum cum pauper in statu est vt moriatur, si ei non subueniatur, sed etiam cum est in huiusmodi dispositione, vt si illi non succurratur, probabiliter existimetur, quod incidet in necessitatem, vel aliam infirmitatem ex qua mors subsequetur, vel quando est in periculo amittendi aliquod membrum, vel sensum sui corporis, vel incidendi in amentiam.

Quartum dictum, homo tenetur facere eleemosinam de conueniẽtibus ad statum non solum in extrema necessitate naturæ proximi, vt supra sed etiam quãdo est in periculo amittendi totum statum, vel incidendi in graue malum, vt d. Bannes hic. Dub. 4. ex. c. 22. Exod. vbi mandatur pignus reddendum debitori pauperi, & Is. 58. vbi Hier. d. quod quis periculose repetit debitum, quando debitor non est soluendo, cum & tũc non teneatur restituere, & ex Aug. tr. 5. in Io. quia & charitas exigit vt quis magis diligat totũ statum proximi, quàm particulam proprij, & amicitia Christiana non conseruaretur in tali casu si non subueniretur proximo, sed charitas Christiana est amicitia ad Deum, & proximum, ergo, vnde eo casu quis tenetur vel dare eleemosinam gratis, vel mutuare. Ps. 36. 111. Eccl. 29. & dicitur superfluum hoc casu quod cedit in maximum remedium proximi, & paruum vel nullum dãnum eius qui dat, siue id sit in pecunijs, siue in fauore, auxilio, intercessione, vnde si quis videt iumentum proximi cõcidere sub onere, si non adiuuat, cum potest, peccat mortaliter, & idem in simili potest dici de aduocato, medico &c.

Quintum dictũ, episcopi ratione status perfectionis, tenẽtur strictius quàm

alij facere eleemosinas, siue bona possideant relicta in subsidium mensæ episcopalis, vel oblationes, aut decimas, vel agros ecclesiasticos, vel demum bona patrimonialia, & etiam si nil habeant tenētur exigere à diuitib. & dare egenis, vt d. hic Bannes. Vltima dubitatione, cū episcopi sint supremi magistri doctrinę Christianæ, & ideo non satisfaciant officio sui magistri, nisi se præbeant gregi suo exemplar singulare omnis virtutis, & maxime misericordiæ, & charitatis erga proximos, vt probat gl. Io. vlt. & ex Greg. hom. 14. In Io. c. 10. & id intelligitur de bonis quæ sunt confusa vt nesciatur quæ portio sit episcopi, vel pauperum, si enim aliqua bona vsibus pauperum speciali. l. sint deputata, tenetur Episcopus, Parochus, & quilibet alius, ex debito iustitię sic erogare ea, alias tenetur ad restitutionem. Et quod dicitur de episcopis, intelligitur &: de alijs ecclesiasticis beneficiatis, qui tenentur ad abundantiores eleemosinas, quàm seculares fideles, cum sint in statu perfectiori, & sustententur bonis ecclesiasticis, vnde tenentur bonum exemplum alijs dare, & maxime parochi, qui tamen ex labore suscepto in sacris administrandis maius stipendium q̄ alijs merentur.

Vltimum dictum. Vbi quis tenetur dare eleemosinam, si is qui eget nil omnino habeat, nō satisfacit præcepto mutuando, vel vēdendo ei dilata solutione, quia tunc præceptum eleemosinæ currit, quod si is potest laborare, & lucrari, sat est ei mutuare, vt & si habeat pecunias in vno loco, sed non vbi est, quia tūc sufficit mutuare, quod est etiam genus eleemosinæ. Ps. 111. iocundus homo qui miseretur, & commodat. Eccl. 29. fœnerare, idest mutua, proximo tuo in tempore necessitatis, & quandoque sat est etiā vendere tali egenti, vt fecit Ioseph. Si vero quis possideat superfluū in communibus necessitatibus erogandum, modis supra explicatis, & casibus, sat est commodare non extreme egenti, animo tamen id alio tempore dandi alijs magis egenis.

10 Eleemosina an sit fienda de necessario.

Sexta propositio. De necessario sine quo ipse, vel sui quo ad naturam sustentari non possunt, non potest quis dare eleemosinam, nisi persona egens esset multum necessaria Reipublicæ, vel ecclesiæ. Dare vero eleemosinam ex ijs, sine quibus status commode sustentari non potest, non est in præcepto extra casus supra explicatos, sed in consilio, Dare etiam eleemosinam ita quod homo non conuenienter viuat secundum suum statū, nō est opus nisi in tribus casib. quę omnia supra sunt late explicata.

11 Eleemosina an possit fieri de iniuste acqsito, vel alteri debito, & quomō.

Septima propositio. Eleemosina non potest fieri, ex illicite acquisitis, si res acquisita debetur alteri ex iustitia, vt furto &c. si vero is qui acquisiuit non potest retinere, nec debet restitui ei qui dedit ob eius turpitudinem, vt in simonia, de eo est danda eleemosina, si vero in acquisito non est iniustitia, sed tantum turpitudo, vt in acquisito ex meretricio, lenocinio, & huiusmodi vbi prohibetur, non datio, sed causa dandi, tum de his potest fieri eleemosina, probatur, ex Aug. lib. de verb. domini serm. 35.

Ratio, tribus. n. modis q̄d potest esse illicitè quæsitū, primo quando quod illicite ab aliquo acquiritur debetur læso, vt in rapina furto, & huiusmodi & de huiusmodi cum homo teneatur ad restitutionem, non potest dare eleemosinam, secundo quando qui acquisiuit retinere non potest nec tamen debetur ei à quo quæsiuit, quia contra iustitiam accepit, & alter contra iustitiam dedit, & tunc est dandum in eleemosinam, & similiter vbi datio & acceptio, est contra legem, tertio modo non quia acquisitio sit illicita, sed quia id ex quo acquiritur, est illicitum vt id quod mulier acquirit per meretricium, quod dicitur turpe lucrum, quia agit contra. l. Dei, sed in eo quod accipit non iniuste accipit, nec contra l. & sic acquisitio potest licite retineri, & de eo fieri eleemosina. Pro clariori vero intelligentia prædictorum aduertendum, circa primum caput quod vbi iniustitia est tātum ex parte eius qui acquisiuit, non eius qui amisit, vt in furto, rapina, vsura & huiusmodi, tunc de his eleemosina fieri non pōt nisi in extrema necessitate, cum eleemosina non sit facienda de alieno, sed tm̄

de proprio. Iob.4. ex substantia tua fac eleemosinam, Prouerb.3. honora dominum de tua substantia. Eccl. 34. immolantis ex iniquo oblatio est maculata. Is. 58. frange esurienti panem tuum, & sequitur. Amb. lib.1. de offic. c.30. d. non probatur largitas, si quod alter largitur, alteri quis extorqueat, & Aug. serm. 35. de verb. domini, de iustis laboribus facite eleemosinam, & hom.47. & Greg. li.7. ep.110. id enim est alienum & obnoxium restitutioni, ergo de eo eleemosina fieri non potest.

Circa secundum caput, quando scilicet iniustitia est communis ex parte dantis, & accipientis, vt Simonia, iudicij subuersione, dato ad homicidium faciendum, & huiusmodi, dicendum est quod de his potest fieri eleemosina, c. non sane. 14. q.5. quia non est reddendum danti, cum versetur in eadem turpitudine, nec conueniens sit vt accipiens ex sua turpitudine lucretur, & quia vbi datio prohibetur, & acceptio, est restitutio facienda, verum est tamen, quod quandoque hæc restitutio est facienda danti, quandoq; pauperibus idque quandoque ex consilio, quandoq; ex præcepto. Danti est facienda, quando malum ob quod datũ fuit non consequitur, vt si est datum iudici, vt iniuste iudicaret, & recte iudicauit, & episcopo, vt ordinaret vel beneficium cõferret, qui neutrũ fecit, tunc enim datori nõ pauperibus est restituendum, vt d. Nau. c.17. nu.30. ver. 40. quia voluntas dantis non est transferẽdi dñium illius rei opere non secuto, ergo danti est restituendum. ff. de cond. causa data causa non secuta l.1. & 2. l. vt puta. ff. de cõd. ob turp. causam, licet in foro exteriori ob turpitudinem denegetur ei actio. ff. de cond. ob turp. causam per tot. Quod si quis accipit pecuniam vt cesset ab aliquo à quo tenebatur etiam ex iustitia cessare, vt si recepit pecuniam ne occideret aliquem, quem proposuerat occidere, non tenetur ex præcepto restituere danti, nec etiam pauperibus, vt pluribus probat Lud. Beia. in casibus Bononien. Congreg. 11. casu. 1. verum est tamen quod datur contra eum repetitio dati ne quis animum suscipiat male patrandi, ex l. vt puta. ff. de cond. ob turpem causam, sed si accipit pecuniam ob rem quam tenebatur facere, vel dimittere ex præcepto iustitiæ, vel charitatis, tenetur restituere, vt si accepit vt iuste iudicet, testimonium ferat, reddat depositum quia aliquid accipit vltra id quod sibi debetur, vt d. Nauar. d. numero 40. ver. non ob. 1. Sot. libro 4. quæst.7. articu. 1. idque dari debet pauperibus ex præcepto. Salon. 2. 2. quæst. 62. artic.5. concl.3. & 4. de quo alibi late. Si vero recipit pecuniam quis ex causa in qua versetur vtriusque turpitudo, vt si detur ad homicidium patrandum tunc non est restituendum danti, cum in pari causa potior sit conditio possidentis. l. si ob turpem. §. porro. ff. de condit. ob turpem causam, sed in foro conscientia restitutio est facienda pauperibus idque ex consilio non ex præcepto, vt d. Nauar. in Man. c.17. numero 30. vsque ad 33. & sequitur Couar. in reg. peccatum 2. par. §. 5. num.7. ob compensationem laboris præstiti ad opus illud patrandũ. Grafius. in decis. casuum. cap.128. num.4. iuxta laborem tantũ de quibus tract. de restit. late, & tract. alijs. Sunt tamen aliqui casus quibus restitutio ex præcepto est faciẽda pauperibus.

Primo, in Simonia, quia res non vendibilis sit, idque non iure diuino, sed positiuo, vt d. Couar. loco cit.

Secundo, si quis accipit vt id agat ad quod tenetur ex lege iustitiæ, vt ob rectum iudicium &c. vt supra est dictum.

Tertio, in casibus à iure expressis, vt in beneficiato non dicente officium ex Bulla Pij Quinti 131. & in curato non residente ex Conc. Tr. sess. 23. de ref. c.1.

Quarto, vbi res alicuius iniuste detinetur, cuius dominus facta diligentia non inuenitur c. sicut dignum. §. insuper eos, de homic.

Quinto, in inuentis. c. si quid 14. q.5.

Sexto, in visitatore ecclesiastico recipiente aliquid præter victualia. cap. fœlicis. de censibus in 6. & alijs casibus enumeratis tr. de restit.

Circa tertium caput vbi causa dandi nõ datio reprobatur, sic accipiens ex præcepto non tenetur acceptũ erogare pau-

 peribus,

peribus, vt habetur in l. 4. §. sed & quod meretrici. ff. de cond. obturp. D. Th. 2. 2. q. 32. ar. 7. Couar. loco cit.

12 Octaua ꝓpositio. Qui est in potestate alicuius constitutus, in eo & de illo in quo est subiectus, non potest eleemosinam facere sine consensu illius, qui tamen potest facere eleemosinam de re in quá non est subditus, probatur ex Aug. lib. de verb. domini c. 71. vt est filiusfam. vxor, seruus, regularis & huiusmodi, & etiam in extrema necessitate.

Eleemosinã qui facere non possint, & quib. casibus id possint.

Ratio, nam sub alterius potestate constitutus, vt huiusmodi, secundũ superiorem potestatem regulari debet ordine enim naturali inferiora per superiora regulantur, ideo oportet, vt ea dispenset secundum voluntatem superioris in quibus ei subijcitur, & sic eleemosinam facere non potest nisi secũdum quod ei fuerit à superiore commissum, si vero quis habeat aliquid secundum quod potestati superioris non subsit, secundum id non est potestati subiectus, & quo ad hoc proprij iuris existens potest eleemosinam dare. Quod vero dicitur de consensu domini, intelligitur expresso, vel interpretatiuo, vnde religiosus potest leues eleemosinas facere de rebus ad vsũ illius accommodatis, ex quibus eleemosinis communitas non patitur notabile detrimentum, vt si religiosus iter faciẽs occurrẽtibus egenis eleemosinas leuiores eroget, hic vero consensus interpretatiuus superioris intelligitur arbitrio boni viri iuxta qualitatem personarum quid deceat eos permittere in tali casu, vnde in necessitate magna, quãdo ad superiorem recurri non potest, quilibet eleemosinam dare potest, quia tunc oĩa sunt communia, & deberet etiam contra superioris voluntatem. gl. in c. non dicatis. 12. q. 1. Abb. in c. si quis de furtis. Ric. 4. d. 15. secundo, si qs habet administrationem à superioribus commissam. arg. l. filiusfam. §. 1. ff. de donat. vel si filiusfamilias, aut religiosus sit in peregrinatione, vel in scholis de licẽtia superioris cum certo peculio, quia intelligitur data licentia faciendi id ꝙ faciunt alij honesti peregrini, & scholares, arg. c. praeterea. de off. deleg. glos. in cl. 2. §. pen. de vita & hon. cler. l. vn. C. ad Maced. & etiã inferior potest absente praelato dare aliquid sub spe ratihabitionis, vt d. D. Thom. 4. d. 15. serui & famuli possunt dare panem, & huiusmodi quia non inferunt notabile nocumentum, nisi prohibeantur à dominis, quia pręsumitur eorum voluntas adesse, & eo magis si seruus habet administrationem à domino, licet in dñi vtilitatem, & filius familias potest dare eleemosinam de peculio castrensi vel quasi absolute, quia in ijs habet pro patre familias. l. 1 ff. ad Maced. de profectitio & aduentitio potest si credit patrem permissurum, aliter non, nisi in casibus supra enumeratis, cum quasi cum ex profectitio plene sit patris, & aduentitium eius quo ad vsum fructum, §. de his. Inst. per quas pers. nobis acquir. nisi etiam esset filius senatoris, vel alterius in dignitate constituti, quia praesumitur adesse volũtas patris. Vxor & põt facere eleemosinã de bonis paraphernalibus non tñ si nil habet praeter dotem, cuius vsufructus est viri ob onera matrimonij. l. in reb. C. de iu. dot. nõ potest facere eleemosinam, c. quod Deo. 33. q. 5. nisi in casibus supra enumeratis, nisi cõsuetudo habeat vt vxores modicam dẽt eleemosinam etiam si vir quandoque id sibi ꝓhibuisset, si credit prohibuisse tãtum ad restringendum eius affluentiã, si enim crederet nil concedere quod dare possit, non potest, nisi in casu extremę necessitatis, vel si vtiliter administret bona viri, & licito modo lucretur artificio aliquo, & videat maritum crudelem & scelestum, & occulte largiatur eleemosinas, vt ira Dei auertatur ab eo, & illuminetur, & sat est quod non veniat contra prohibitionem mariti, nec eum scandalizet, licet credat quod ei displiceret si sciret, vt Abigail quae datis panibus, & alijs modicis contra viri volũtatem, virum liberum à morte seruauit. 1. reg. 25. modo id modicum sit, & vt supra, viro lucretur ea de causa, & eo magis si vir ei assignauit certum quid pro suo victu, & ipsa vult abstinere, vt eleemosinas largiatur, quia id videtur ipsius, vel si vir sit fatuus, quia tunc ad eam spectat administratio domus, nisi

per iudicem, vel superiores aliter sit statutum, vel si lucretur ex operibus suis, post domus gubernationem, etiam non deducendo victum ex lucro, cum vir ex dote eam alere teneatur, & ob obsequium, dummodo habeat dotem sufficientem pro oneribus matrimonij sustinendis, aliter operabitur viro vsque ad supplementum onerum, & quod supererit, lucrabitur sibi, vt d. Bartol. in l. Gaio. ff. de alimen. leg. nisi ex illo lucro se & virum sustentet, quia prius tenetur viro quàm alijs, secus si superabundet, quia tunc id potest etiam viro inuito, vt d. Silu. eleemosina. §. quinto, qui & in fi. d. quod licet non detur actio pauperi contra diuites, vt sibi subueniant, vt d. Abb. in cap. si quis. de furt. tamen potest implorare officium iudicis, & ecclesia sibi subueniet cogendo diuites, vt pauperibus summe egentibus, si diuitię superabundant, subueniant. ex glos. in cap. sicut hi. 47. dist. & ita sentit etiam. Diuus Thom. hic in corp. & in resp. ad contra. Bannes, & alij communiter.

13 Nona propositio. Propinquioribus magis quàm extraneis eleemosina est facienda, probatur. 1. Tim. 5. Is. 58. & ex August. lib. 1. de doctr. chr. cap. 28. Amb. lib. 1. de offic.

Eleemosina est magis ꝑpinquioribus q alijs fienda, & quo modo.

Ratio, nam qui sunt nobis magis coniuncti, quasi quadam forte nobis obueniunt, vt eis magis succurrere debeamus, est tamen circa id discretionis ratio adhibenda secundum differentiam coniunctionis sanctitatis, & vtilitatis, nam sanctiori magis indigentiam patienti, & magis vtili ad commune bonum est magis eleemosina dãda, quàm personę ꝑpinquiori, maxime si propinqui cura nobis commissa non sit, & si magnam necessitatem non patitur.

14 Nec solum propinquis, sed etiam peccatoribus est danda eleemosina, non vt peccatores, sed vt homines sunt, vt habetur. Prouerb. 25. si esurierit inimicus tuus ciba illum. Matth. 5. benefacite his qui oderunt vos, Lucę 6. omni petenti te tribue. Galat. 6. idem habet. Nazianz. orat. de obitu patris sui. Chris. hom. 21. in ep. ad Roman. Hier. li. vlt. adu. Vigil. Aug. in Psalm. 102. Greg. in past. 3. par. admon. 21.

Eleemosina an peccatori sit danda.

Verum est tamen quod iusti sunt prę ponendi, quia & digniores sunt, & id magis proficiat dantibus, sic tamen vt nimis curiose non scrutemur pauperes, sed simpliciter propter Christum illis eleemosinam faciamus, vt d. Naz. loco cit. & Chrisost. orat. ne curiose pauperes scrutemur.

Decima propositio. Eleemosina abundãter est facienda ex parte dantis. Tob. 4. Luc. 21. vt abundanter miseria proximi eleuetur, sic tamen quod non superabundet ad superfluitatem recipientis. 15

Eleemosina est abũdanter facienda, & quomõ.

Ratio, nam abundantia eleemosinæ potest considerari ex parte dantis & recipientis, ex parte dantis cum quis multum dat, secundum proportionem propriæ facultatis, & sic laudabile est abũdanter dare, obseruatis tamen ijs quæ supradicta sunt obseruanda de Eleemosina facienda de necessarijs. Ex parte vero eius cui datur est abundans dupliciter, primo quod suppleat eius indigentiam & sic laudabile est abũdanter eleemosinam dare, secundo, vt superabundet ad superfluitatem, & sic non est laudabilis, sed melius multis egenis est largiri. 1. Cor. 13. vbi glos.

Circa prędicta autem aduertendum, quod in his est opus prudentia, & charitate, primo, laudabilis est eleemosina quando in communes necessitates erogatur, secundo, conueniens est, vt sint varij modi distribuendi eleemosinas, vt scilicet quędam minutatim diuidantur in mendicos, quædam sint abundantiora pro egenis qui mendicare erubescunt, & vbi fiunt eleemosinæ frequentes, melius est paucioribus abundantius tribuere, quàm pluribus minutiores eleemosinas impartiri, quia sic nullus releuatur, & consultũ esset optime ijs qui relinquunt bona sua pro virginibus dotandis, vt cuique virgini certam dotem taxarent, qua possent aliquo modo adiuuari, quàm modicum nimis pluribus dare, in quibus prudentia est opus, & pietate. 16

Eleemosina an sit magis dãda plurib. vel paucioribus egenis.

Non debet tamen quis dare tantum de suis bonis in eleemosinam, vt non

possit deinde viuere secundum dignitatem sui status, nisi velit statum mutare, vt fieri religiosus, vel adsit extrema necessitas, vel grauis Reipublicę necessitas; vt d. hic D. Tho. ar. 6.

17 Eleemosina qualiter sit facienda.

Quo vero ad modum eleemosinam faciendi, multas habere debet qualitates, vt laudabiliter fiat, primo, vt fiat intentione placendi Deo, non captandi auram popularem Matth. 6. nesciat sinistra tua quid faciat dextera, vt scilicet id fiat intentione operandi propter vitam æternam, non ob honorem temporalem, vt explicat August. tract. 6. in ep. Io. secundo, vt fiat prompte, non extorqueatur precibus, nec differatur de die in diem. Prouerb. 3. quam conditionem seruauit Abraham. Gen. 18. & Loth. Gen. 19. & faciendum monet Gregor. hom. 23. in Euang. tertio vt fiat hilariter. Eccles. 35. in omni dato hilarem fac vultum 2. Corint. 9. & sequitur. Amb. libro primo de offic. capit. 30. quarto, vt fiat humiliter, ita vt dans non tam se estimet dare quàm accipere beneficium, vt d. Gregor. libro 21. Mor. cap. 14. iuxta id facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, in æterna vos recipiant tabernacula quinto, vt abundanter fiat pro modo facultatum. Tob. 4. 2. Cor. 8. & Chrisost. homil. 37. ad pop. d. non dare, sed cum copia dare, eleemosina est semper curando, vt multis potius quàm paucis detur. Ps. 111. 1. Cor. 13. sequitur. Amb. loco citato. Hier. in vita Paulę, nisi occurrat necessitas virginis dotandæ, vel quid huiusmodi, & si plures in aliquo subleuentur, in quibus opus est pia charitate cum vera prudentia, & vera prudentia cum pia charitate, cum in his certa regula dari nō possit, vt docet. Gregor. 3. p. past. adm. 21. & refert Bellarm. libro 3. de bonis op. in partic. c. 13.

SVMMARIVM.

1 Correctio quid significet.
2 Correctio fraterna quotuplex sit.
3 Correctionis laudes.
4 Correctio an sit actus charitatis, vel iustitiæ.
5 Correctio fraterna an sit in præcepto, & quomodo.
6 Correctio fraterna à quibus sit fienda.
7 Corrigere qualiter, & quando teneantur prælati, & quomodo.
8 Corrigere an possint & debeant subditi superiores, & quomodo.
9 Corrigere an possit, & debeat peccator delinquentem, & quomodo.
10 Correctio fraterna an sit omittenda ob timorem ne correctus fiat peior, & quomodo.
11 Correctionē an semper debeat pręcedere monitio.
12 in Correctione, testium inductio an debeat præcedere publicam denuntiationem, & quomodo.
13 in Correctione iudiciali, & extraiudiciali quis ordo seruandus per corrigentem, & prælatum.

De Correctione fraterna. Cap. XI.

Notandum, quod correctio ex vi nominis significat emendationem cum effectu, eius qui corrigitur, correptio vero significat operationem illam qua quis vtitur intendens proximum emendare, etiam si effectus non sequatur, vt obseruat Aug. li. 1. ciu. c. 9. ex vsu tamen accipitur, secundo modo correctio, vel effectus sequatur vel non, cum actiones ex fine intento soleāt denominari, & est eleemosina quędam spiritualis excellentior corporali. 1 Correctio quid significet.

Secundo notandum, quod correctio fraterna est duplex, vna realis publica & iudicialis, quæ fit per accusationem, vel inquisitionem, aut denuntiationē iudicialem ex officio, quę pro fine habet bonum reipublicæ, vt scilicet alij à criminibus arceantur exemplo eius qui corrigitur, quæ fit iuxta quantitatem delicti. Deuter. 25. Apoc. 15. siue is emendetur vel non, quando talis emendatio, vel correctio Reipublicæ est necessaria, quia quandoque contingit 2 Correctio fraterna quotuplex sit.

non expedire punitionem statim fieri, vt quando maius bonum impediretur, vel Respublica perturbaretur, sic enim Dauid pepercit Absaloni, qui interfecit fratrem suum Amon. 2. reg. 14. & distulit punitionem Ioab. 3. reg. 2. vnde in his prudentia est opus. Isboset enim quia minus caute increpauit Abner perdidit regnum 2. reg. 3. vt nec facile sunt excusandi qui id omittunt, vnde Dauid reprehenditur qđ non increparit Amon suum primogenitum de stupro, & Heli qui non correxit acriter Ophni, & phinees. 1. reg. 2.

Altera est correctio q̄ fit verbo & occulte, & respicit peccatum fratris quatenus est nociuū ei qui peccat, & pro fine habet emendationē fratris, & ad eā principaliter ordinatur, cū procedat ex charitate sicut iudicialis ex zelo iustitię, & est actus charitatis sicut correctio iudicialis est actus iustitię, quę correctio fraterna cū sit actus veri amici, qui emēdare debet amici defectus à quolibet christiano est amplectenda, vnde lex apud Lacedemones extitit, vt eadem pœna mulctaretur, alienum crimen in eius præsentia patratum incusare omittens, ac is qui idem perpetraret, & Agesilaus Rex patiebatur se ab amicis laudari, qui tamen libere eum errantem corrigebant, & Solon nō timuit Cresum Regem ex terrenis commodis exultantem monere, vt finē vitę expectaret, si enim eo usque eius felicitas perduraret in terris fœlix vocari posset, & Speusippus Dionem ex victoria à Dionisio reportata, superbe incedentem incusauit, q̄ non gloriaretur videns se à mulieribus quoq; & infantibus cōmendari, sed sibi proponeret Siciliā erga Deū pietate, & religione ornare, ac iustitia & bonis erga hoīes legib. vnde & commendatione dignus extitit Traianus, qui Plutarco scribens, inquit, volo, plutarche, vt deinceps mihi cōsilio operam des, & errorū me incuses meorū, cum. n. me Roma ipsius reipublicę defensore vtatur, sic ego te vitę meę correctorē eligo, qui si videris me turbari ob reprehensiones erga me tuas, scito non ob eas me turbationem subire, sed quia errasse erubescam,

3 Correctionis laus.

sic Aug. trac. 10. in Euang. Io. d. fratres, vnusquisque Christianus in membris Christi zelo domus Dei comedatur, q̄s comeditur zelo domus Dei? qui forte omnia quæ ibi videt peruersa, satagit emendare, cupit corrigere, non quiescit, si emendare non potest tolerat gemit, vides alios currere, & inebriari velle, prohibe quos potes, tene quos potes, terre quos potes, quibus potes blandire, noli tamen quiescere, fac quicquid potes pro persona quam portas, & p̄icis, zelus domus tuæ comedit me, si autem fueris frigidus, marcidus, ad te solum spectans, & quasi tibi sufficiens, & dicens in corde tuo, quid mihi est curare aliena peccat sufficit mihi anima mea, ipsam integram seruem Deo; Eia non tibi venit in mentem seruus ille qui abscondit talētum, & noluit erogare? nunquid enim accusatus est quia perdidit? & non quia sine lucro seruauit? nolite ergo quiescere fratres mei lucrati Christo, qui lucrati estis à Christo. Audis blasphemantes, & patienter fers Christiane quod Rex Nabucodonosor, alienigena non potuit sustinere dicens, si quis dixerit blasphemiam in Deū Misach, Sidrach, & Abdenago in interitum erit. Vides frequentari spectacula, & non reuocas? Vides luxuriantes & nō verberas? sed dum ista non fiunt, & his moribus deprauatis male nutriuntur qui isto mundo vtuntur, labefit mūdus, nec immerito prophetauit, Is. Defluxit terra & oēs habitantes in ea. Vnde hoc zelo accensus phinees sacrificantem virum Idolis propria manu peremit, Nu. 25. & Moises videns populum idolatrātem, præcepit vt acceptis gladijs, filij percuterent parentes, & parentes occiderent filios. Ex. 32. sic Loth neque filiabus parcere voluit vt hospitibus seruaret honorem, vt inquit Chrisost. hom. 43. in cap. 14. in Gen. frater tuus est qui labitur, eiusdem tecum naturæ, sub eodem domino, sępe etiam eiusdem particeps mensæ spiritualis, scilicet illius & terribilis, & dicis, nihil commune habeo cum eo, & immisericorditer præteris, & non porrigis iacenti manū? & iudęis quidē lex imperabat, ne iumētorū

Dan. 3.

Is. 24.

lapsa iumenta negligerent, tu autem fratrem tuum à diabolo sępe saucium, & iacentem non super terram, sed super peccati barathrum videns, tua exhortatione non reuellis, non admonitionem tuam adhibes, non alios in auxilium vocas, vt à fauce bestiæ membrum tuum eruere valeas, & ad suam reducere nobilitatem? vt & ipse, si quando cecideris, quod absit, in laqueos mali dęmonis illius, possis habere aliquos qui te iuuent, & liberent à manibus diaboli. Thesaurum crede maximum si fratrem serues propter quem dominus mortuus est, quod & alijs prosequitur Chrisost. hom. 30. in capitu. 12. ad Heb. & D. Prosper. libro 3. de vita contempl. c. 22. 23. ijs medijs vtendo de quibus infra, & primo lenitate, vt qui corripitur æquo animo toleret sectionem, vt faciunt & medici qui cum aliquos vrent, vel secant, media lenitate opus curationis exercent, & postea ad alia remedia deueniendo, de quibus infra. His ita notatis.

4 Correctio an sit actus charitatis, vel iustitię.

Prima sit propositio. Correctio fraterna quæ ordinatur in remedium peccantis, est actus charitatis, quę vero adhibetur in exemplum aliorum ob bonum cõmune à iudice est actus iustitiæ.

Ratio, nam correctio delinquẽtis est remedium adhibendum contra peccatum alicuius, quod potest considerari, vel vt est nociuum ei qui peccat, vel quatenus vergit in damnum aliorũ, qui ex eius peccato lęduntur, vel scandalizantur, & etiam quatenus est nocumẽtum boni communis, cuius iustitia per peccatum hominis perturbatur, & sic duplex est correctio, vna quæ adhibet remediũ peccato, quatenus est malum peccantis quę proprie est fraterna correctio ordinata ad emendationẽ delinquẽtis, sed remouere malũ alicuius, eiusdẽ rationis est, vt bonum eius procurare, procurare vero fratris, bonũ pertinet ad charitatẽ qua volumus, & operamur bonum amico, vnde etiam correctio fraterna est actus charitatis, quia per eam repellitur malum fratris, scilicet peccatum, cuius remotio magis pertinet ad charitatem quam remotio exterioris dãni, vel corporis damni, vnde correctio fraterna est actus charitatis, magis quam curatio infirmitatis corporis, vel subuentio qua excluditur exterior ęgestas. Alia est correctio quæ adhibet remedium peccato delinquentis, secundum quod est in malum aliorum, & maxime in nocumentum communis boni, & huiusmodi correctio, est actus iustitię, cuius est conseruare rectitudinem iustitiæ vnius ad alterum.

Secunda propositio. Correctio fraterna est in præcepto, quod pręceptum obligat pro loco & tempore, probatur. Eccles. 19. corripe amicum, ne forte dicat, non intellexi. Matth. 18. si peccauerit in te frater tuus, corripe illum. Lucæ 17. si peccauerit increpa illũ, Iacob. 5. si quis vestrum errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniã qui conuerti fecit peccatorem ab errore vię suę, saluauit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Idem habet gl. Luc. 17. & Aug. lib. de corrept. & gratia maxime c. 3. & li. 1. ciu. c. 9. ep. 48. & 50. & habetur in c. cum ex iniuncto. de hęret. c. si peccauerit. 2. q. 1. cũ id requirat ratio charitatis, vt bona amici procuremus, defendamus & conseruemus, & maxime vbi de salute animæ agitur cum Deus vnicuique de proximo suo mandarit. Eccles. 17.

5 Correctio fraterna an sit in pcepto, & quomõ.

Ratio, nam correctio huiusmodi cadit sub præcepto, sed considerandum quod sicut pręcepta negatiua, l. vetant actus peccatorum, ita affirmatiua inducunt ad actus virtutum, actus peccatorum vero secundum se sunt mali, & bene fieri nõ possunt vllo tempore, vel loco, quia secundum se iuncti sunt malo fini, 2. Ethic. c. 6. Ideo pręcepta negatiua obligant semper, & ad semper sed actus virtutũ non quolibet modo fieri debẽt, sed seruatis debitis circũstantijs qđ requiritur ad actũ virtuosum, vt. s. fiãt vbi debet, qñ & secũdũ quod debet, & quia dispositio eorum quæ sunt ad finẽ attenditur secundũ rationem finis, in his circũstantijs actus virtuosi maxime attendenda est ratio finis q̃ est bonum virtutis, si ergo omittatur aliqua circũstantia circa virtuosum actũ qui omnino tollat

bonum

bonum virtutis hic actus contrariatur pcepto, si vero defectus circũstantię omnino non tollit virtutem, licet non perfecte attingat ad bonũ eius, non est contra pceptum, si enim parum disceditur à medio non corrumpitur virtus, sed si multum 2. Eth. c. vlt. correctio vero fraterna ordinatur ad fratris emendã, ideo hoc modo cadit sub pcepto secundũ qđ est necessaria ad iustum finem, non sic tñ, quod omni loco, vel tempore, frater delinquens corrigatur. Ex quibus colligitur ꝙ præceptum de correctione fraterna est naturale, ex rationibus allegatis, q̃ procedunt ex lumine naturali, qđ tñ pceptum est maxime explicatum, & confirmatum in euangelica lege maxime. Matth. 18. ꝙ pceptum obligat nõ solum qñ frater peccauit mortaliter, sed etiam qñ ex ignorantia, vel alia ratione constitutus est in periculo peccandi. Si vero differtur correctio, vt melius fiat, vel differtur ob bonum ꝓximi, meritorie omittitur talis correctio, si tñ probabiliter quis credit se posse fratrem emẽdare, & omittit ex timore vel concupiscentia est peccatum mortale, vt d. hic D. Th. ad 3. quod si ex passione non dominante tñ, vt si timor, vel cupiditas facit hominem tardiorem ad corrigendũ delictum fratris non tñ ita ꝙ si ei cõstaret, ꝙ posset fratrem à peccato retrahere, dimittens ob timorem vel cupiditatem, est veniale, hoc vero beneficiũ correctionis communiter debetur omnibus proximis de quib. hoc scitur, vt d. Aug. lib. 1. de doctr. chr. c. 28. & de verb. domini sermo. 16. non oportet tamen ad id sciendum vt exploret quis vitã alterius, nec religiosus exeat claustra, vt id inquirat, iuxta id Prouer. 24. non quæras impietatem in domo iusti, nec vastes requiem eius, vt d. hic D. Th. ad 4. nisi ex officio aliquis ad id teneatur exquirendum, vt est pręlatus. De venialibus tamen proximi peccatis non est necessario facienda correctio, cum Math. 18. dicatur, lucratus eris fratrem tuum, at nõ dicitur lucratus quis esse nisi eum qui perierat, vt ibi dicitur, quod ꝓcedit tm̃ in mortalibus, quę sunt mors, venialia vero infirmitas. Debet tamẽ homo corrigere fratrem de venialibus quę sunt ei in consuetudine idq; sub peccato veniali, de alijs enim non tenetur sub veniali, vt nec probabile est vt dñi temporales teneantur sub mortali prohibere ea q̃ sunt peccata venialia, vt curiositates circa nouitates & pompas, vt d. hic Bannes, modo sistant intra veniale, & non emergant inde ꝓbabiliter mortalia, vel familiarũ destructiones, quarum cõseruationem ob bonum publicũ conseruare debẽt, de quo alibi cadit sermo. Quod si q̃s peccet ex ignorantia, is cui ex officio incumbit legem docere, tenetur curare, vt omnis ignorãtia tollatur à subditis earum rerum quas scire tenentur. 1. Cor. 9. veh mihi est, si non euangelizauero, & hr̃ in c. dispensatio. 43. dist. & sequitur Greg. in Ezech. li. 1. hom. 11. cũ qui addictus est alicui officio, teneatur ea exequi q̃ sunt sui officij ministeria, secũdo, dicitur ꝙ quilibet sciens veritatem cuiusque legis, tenetur docere proximum ignarum earũ rerum, quas tenetur scire, dum est in periculo peccãdi mortaliter ob talem ignorantiã, quia talis ignorantia est grauis miseria proximi, ergo ex charitate, qui potest, tenetur illã subleuare, & indubie id procedit si sit ignorantia. l. naturalis, vel diuinæ, cũ cognitio harum legum sit necessaria ad salutem, & id ẽt probatur de ignorantia l. ecclesiasticę in ijs reb. in quib. omnes Christiani tenentur ad obseruantiam legis, vt sunt pcepta ecclesię, de ieiunijs, de dieb. festis colendis, de credibilibus, cũ ignorantia eorum, ẽt si sit inuincibilis, vergat in magnum proximi detrimentum. Qđ si quis certus est, ꝙ si ignorãs aliquam legẽ, vel factũ, ẽt si doceatur, non cessabit à peccato contra. l. non tenetur eũ docere, nisi talis ignorantia cedat in alicuius tertię personę dãnũ, cũ vbi non speratur finis correctionis, s. emendatio, frustra tp̃s teratur, & ideo nõ debet tunc ad id cogi nisi vt supra id tendat in damnum alterius, vt si quis doceret alios illam falsitatem tunc enim ob alios est monendus, vt cesset à doctrina illa, vel si quis vsuras exercet id ignorans, est huius erroris monendus, vt restituat extortum, vel hęredibus id com-

mittat, si ipse non valet, quod si est ignorantia facti contrarij iuri diuino, vel naturali, & speratur quod si monetur, cessabit ab illo opere, est monendus, vt si quis accedit ad non suam, vel velit ducere sibi coniunctam in quarto gradu, ea ignorans, docēdus est, si vero ignorantia facti sit contra. l. humanam non adest tanta necessitas docendi, vt si aduertit sacerdotem ex obliuione vel peras non recitasse, nisi id vergat in dedecus religionis, vel scandalum, aut irreuerentiam Dei, vt d. hic Bannes, quo tamen casu ex charitate saltem, licet non sub mortali, in primo casu, est fiendum. Qd si dubium est an frater emendabitur, si est probabile q correctio magis nocebit ab ea est cessandū, si vero certū sit quod correctio non nocebit, sed poterit prodesse, ex necessitate est fiēda, vbi vero dubiū est ęquale an sit profutura vel nocitura, probabile est qd sub pręcepto quis non obligetur corrigere, cum se exponat quis periculo illum magis irritandi, nisi sit in articulo mortis, tunc enim id est necessario fiendum.

6 Correctio fraterna à quibus sit fienda.

Tertia propositio. Correctio fraterna qua intēditur emendatio fratris per simplicem monitionem pertinet ad oēs, ea vero per quam intenditur bonū commune, pertinet ad solos prçlatos, qui & magis quàm alij tenētur ad correctionem communem omnibus.

Ratio, nā vna correctio, est actus charitatis, q specialiter ad emēdam fratris delinquētis per simplicem admonitionē ordinatur, & huiusmodi correctio ptinet ad quemlibet charitatē habētem, vel sit subditus vel platus. Alia correctio est actus iustitiæ per quam intēditur bonū cōe, quod nō solū procuratur per admonitionē fratris, sed quādoq; per punitionē, vt alij timētes à peccatis desistāt, & huiusmodi pertinet ad solos prçlatos, qui non solū habent admonere, sed etiā corrigere puniendo. Quo vero ad monitionem, tenētur plati maiori obligatione subditos corrigere, quatenus correctio ordinatur ad salutem animarum, & sic correctionem omnibus cōmunē, q alij, vt d. hic D. Th. ad primū, & colligitur ex Aug. li. 1. ciu. c. 9. & ex sacris literis. Ezech. 33. si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & gladius occiderit aliquē, q sanguinem eius de manu speculatoris requiret Deus, & c. 34. veh pastorib. Israel & c. Io. vlt. pasce oues meas, & c. 10. Act. 20. attendite vobis & vniuerso gregi. 1. Petr. 5. Rom. 12. quæ obligatio platorū oritur ex officio q susceperūt, ad cuius executionē ex iustitia tenentur, cum & præceptum charitatis erga proximos indirecte magis obliget platos quàm alios, & qñq; solos platos & non alios, vnde & si is omitit correctionē subditi debitā, non sat est in confessione dicere, q omiserit correctionē proximi, sed oportet vt explicet esse illius subditū, nisi cōfessor id sciat, quia si obligatio oritur ex iustitia est speciale peccatum, si vero ex pcepto misericordiæ, est circūstātia notabiliter aggrauans in confessione pandenda, vt & si malū exemplum dedisset subdito, tenetur id explicare, cum ex officio teneretur eum ędificare. An vero platus debeat inquirere vitam subditorū, vt eos corrigat fraternę. Aduertendū, q in plato considerari pōt primo q est frater cū oēs simus fratres. Matth. 23. secundo q est pater spiritualis, prout tenetur verbo & exemplo docere subditos, & eis sacra administrare, vt ipse cū ijs saluetur, tertio, q est iudex volens in foro exteriori procedere ad correctionem delinquētiū ob bonum cōitatis, qui etiā vt platus habet superioritatē ad puidendū bono cōi vt vero pater & frater respicit bonū particulare proximi, sic tū vt officium eius, vt patris importet superioritatē cum affectu respicientis bonū filij, officium vero eius, vt fratris importat quandā ęqualitatē qua oēs fideles, vt renati ex semine spirituali per verbū Dei, se inuicē debēt diligere. 1. Can. 1. & ita officium eius vt patris est mediū inter officiū plati, & fratris. His notādū primo, q prçlatus vt frater non tenetur inquirere vitā subditorū ad corrigēdū illos pcepto euāgelico, qa tunc sat est succurrere illis qui occurrunt, vt supra est dictum, cum & qui nō sunt patres vel plati, non debeant inquirere vitā subditorum, vt illos corrigant, vt supra est dictum ex D. Thom. & Aug.

7 Corrigere qualiter, & qñ teneantur prçlati, & quomō.

serm. 26. de verb. dñi. Secundò, dr, ꝙ prælatus vt pater spũalis pōt, & vt prælatus tenetur q̃nq; inquirere vitã subditorum ad corrigẽdum illos ob bonũ ipsorũ ex pcepto correctionis fraternæ, quatenus cõiungitur cũ officio paterno, imò & cũ officio plati, & ꝙ illi incumbat vt plato inquirere, hr in c. Romana. §. sanè. de cẽsib. in 6, etiã si nulla infamia contra eos procedat ẽt à populo. Spec. tit. de inquis. §. q̃n autẽ. ver. licet. quia cũ teneatur ex officio subditos ab erroribus reuocare, media ẽt conuenientia. s. inquisitionẽ de vita eorũ, pōt & debet adhibere. Media verò ista plati in ordine ad correctionẽ debẽt esse fini pportionata, & conueniẽtia, vt frater corrigat. Vnde poterit platus ponere vigiles eius ministros in locis cõibus, qui explorent q̃ ibi fiunt, & si aliquis subditus ibi peccet, sibi denuntiẽt: & platus religionis si suspicatur de aliquo monacho, poterit illi dare socium prudentẽ, non mandando ei vt sibi reuelet q̃ ipse facit, nisi infamia contra eum præcedat, sed qui ex prudentia sua id agat si viderit expedire, & in cõmunibus officinis deputãdo zelatores, qui corrigenda sibi denuncient, ea intentione vt eum fraternè corrigat, quem inuenerit delinquentem, ꝙ tamẽ munus alij sine licentia prælati exercere non debent, alias essent pacis communis perturbatores; & in summa prælati eam regulã teneant, vt nunquam inquirãt specialiter de vita alicuius certæ personæ, nisi ob specialem suspitionem rationabilem ad id mouentẽ, sed tantum adhibere cõem diligentiam circa alios adhibitã, ne aliqui infamẽtur, ne occulta, quæ iudicio Dei sunt relinquenda in medium prodeant. c. erubescant vbi gl. 32. dist.

Præter verò episcopos, & parochos, an alij teneantur ex officio ad correctionẽ fraternam; dicendum, ꝙ prælati in ordinibus mendicantibus, maximè prædicatorum tenentur sub præcepto curare, vt subditi se exerceant in operibus misericordiæ spiritualibus, doctrina. s. prædicatione, confessionum auditione, & præstatione consiliorũ spiritualiũ, qui subditi non peccãt, si sint animo pręparati se exercere in ijs quæ pertinẽt ad salutẽ aĩarum, q̃n sibi iniunctum fuerit à pręlatis, qui & tenẽtur se disponere ad exercẽda potissima munera sui ordinis iniũcta sub peccato mortali, qui & tenentur sub speciali obligatione ad opera misericordiæ implenda, supposita semper obedientia: vt d. hic Bannes, qui & d. ꝙ qui tenentur corrigere, siue subditi, siue prælati, vbi quis est in periculo vitã finiendi in peccato mortali, est corrigendus etiã cum periculo detrimẽti boni temporalis; si verò is nõ est in tanto periculo; priuatus non tenetur eum corrigere cũ periculo vitæ, vel amittendi honorem, vel statũ suũ, sed poterit id differri, & si qs sit in periculo primi generis est corrigẽdus à quocunq; & subueniẽdus, ẽt cum periculo propriæ vitæ; plati verò tenenẽ ẽt extra casũ extremæ necessitatis q̃nq; exponere vitã periculo pro ouibus; cũ prudentia tñ, cũ illis q̃nq; liceat fugere. s. in persecutione particulari sine dãno boni cõis, de quo dixi tr. de Episc. cap. de residentia. & c. 7. De correctione verò iudiciali ab ẽpo adhibẽda, qualiter sit pręstanda, quãdo sub quo onere, & qua prudentia, dixi tr. prædicto, sub c. 6. nu. 27. & cap. 7. à princ. vsque ad nu. 13.

Quarta propositio. Correctio, vt est actus iustitiæ nõ competit subditis respectu sui prælati, vt verò est actus charitatis est fienda etiam erga prelatum, cum reuerentia tamen, & decentia debita; probatur ex Aug. in reg. c. 43. 8 Corrigere an possint & debeãt subditi superiores, & q̃uo.

Ratio, nã actus iustitiæ, per correctionem pœnæ non competit subditis respectu prælati, q̃ verò est actus charitatis, pertinet ad quemlibet respectu cuiusq; personæ, ad q̃uã charitatem habere debet si in ea quid corrigibile inueniatur, actus enim ab aliquo actu, vel potentia procedens se extẽdit ad omnia quę continentur sub obiecto illius potentiæ, vel habitus, vt visio ad omnia quæ continentur sub obiecto visus, sed quia actus virtuosus debet esse moderatus debitis circunstãtijs, ideò in correctione, qua subditi corrigũt prælatos, debet modus congruus adhiberi, vt scilicet, non cũ proteruia, & duritie, sed cum mansuetudine, & reuerentia corrigantur. 1. Tim. 5. seniorem ne increpaueris.

Et ꝙ subditi non possint iudicialiter prælatos iudicare peccantes, & punire; probatur ex Conc. Constant. sess. 8. errore 17. vbi contrarius error damnatur, ꝙ etiam reuerentia sit exhibenda prælatis in facièda monitione fraterna, patet ex ep. 2. Anacleti. & 2. ep. Euaristi. & Greg. lib. 5. Mor. c. 10. & 3. p. past. cap. 5. qui tamen prælatus potest publicè reprehendi si erret in fide, & alios doceat errorem suum, vel suis moribus scandalizet notabiliter suum populum, & de primo dubium non est, de secundo, non mihi ita probatur, licet Bannes id sentiat posse fieri à concionatoribus, cũ id sibi prohibeatur, ne. s. in sermonibus suis detrahant ꝑlatis ecclesiarũ sub interminatione maledictionis æternæ. clem. dudum. de sepult. clem. religiosi. de priuileg.

9 Quinta propositio. Peccator ex eo ꝙ est peccator nõ eximitur à præcepto correctionis fraternæ, nisi maius peccatum commiserit: secundò, si indebita sit correctio, vt quia sit in peccato manifesto, quia videtur corrigere non ex charitate, cum se prius emèdare deberet, sed ex ostentatione: tertiò, si superbit corripièdo, æstimãs se iustũ, cum sit in peccato; si tñ is cognoscès suum peccatum, cum humilitate corrigit ꝓximũ, bene facit.

Corrigere an possit, & debeat peccator delinquètè, & qũo.

Ratio, nã correctio delinquètis pertinet ad aliquem, prout viget in eo iudicium rationis, supra art. 3. ad secũdum; peccatum verò non tollit bonum naturæ, sic ꝙ non remaneat in peccatore aliquid de iudicio rationis, 1. 2. q. 85. art. 1. & secundùm hoc potest peccator subditos arguere, sed peccatũ huiusmodi affert impedimenta huic correctioni; primò, quia ex peccato præcedenti indignus redditur, vt alium corrigat, maximè si maius peccatum cõmisit. Matt. 7. secundò, ob scandalum, ꝙ sequitur ex correctione, si peccatum corrigentis sit manifestum, quia videtur ꝙ non corrigat ex charitate, sed ad ostentationem; tertiò, ob superbiam corripientis, quatenus quis peccata sua paruipendens se præfert proximo in corde suo, peccata eius seuerè iudicãs, ac si ipse esset iustus, si verò ex humilitate corripiat, non peccat, licet ex hoc se damnabilè ostendat.

Vt verò prædicta melius intelligantur, aduertendum, ꝙ quis potest alterũ corrigere: primò, authoritatiuè, vt iudex: secundò, fraternaliter ex charitate, si primo modo non peccat iudicãdo, licet sit in peccato mortali, nec etiam fraternè corrigendo, nisi scãdalum inde oriatur, vt d. hic Bannes, contra Silu. cum nõ sit malum exercere actus aliarum virtutũ bonos moraliter, etiam si exercens sit in peccato, ergo & hũc, qui tamen tenetur vitare scandalum qñ ex officio tenetur corrigere: secundo modo, non tenetur homo regulariter volens corrigere fratrem, agere pœnitentiam peccatorum, sed potest corrigere peccãtem, & debet, modo se non ingerat ex superbia; vt nec debet ex pusillanimitate cessare, cũ magnum sit lucrum fratrem lucrari etiam si sit in peccato, ꝙ opus disponit hominem ad pœnitentiam ob charitatem, & misericordiam exhibitam: vt dicit Aug. lib. de cath. rud. c. 14. si tamen sit in peccato scandaloso, tenetur cessare ab illo saltem exterius, vt illum corrigat, cum præceptum de non præbendo scandalũ, obliget pro semper, & præceptũ de corrigendo, obliget pro tempore, ergo tunc tenetur auferre scandalum; Quòd si peccatum corrigentis nõ est cum scandalo, & tamen scitur à fratre, qui si scit illum pœnitentiã egisse, emendabitur, ex charitate debet pœnitere, sed ad id non tenetur sub nouo peccato mortali, vt scilicet interius conteratur, vel cesset ab operatione exteriori peccati; si verò is sit ĩ extrema necessitate spirituali, tenetur ex charitate se saltem quò ad exteriora iudicia, corrigere à peccato, cum sicut in tali casu debet quis anteferre bonum spirituale proximi propriæ vitę corporali, multo magis debet se priuare aliquo commodo, vel delectatione nè frater pereat in æternum.

Sexta propositio. Correctio fraterna vt est actus iustitiæ non est omittenda ob timorè ne quis fiat deterior. Loquendo verò de correctione, vt est actus charitatis, vbi probabiliter æstimatur, quòd non admittat monitionem, sed ad peiora labatur, est abstinèdum ab huiusmodi correctione; probatur ex gl. Prou. 9. 10

Correctio fraterna ã sit omittè da ob timorem ne correctus fiat peior.

Ratio

Ratio, nam quæ est iustitiæ, non est omittenda ob turbationem eius qui corripitur, tum quia si propria sponte emendari nō vellet cogendus est per pœnas, tū quia si incorrigibilis sit per hoc prouidetur bono cōmuni, dū seruatur ordo iustitiæ, & vnius exemplo alij terreantur: vnde iudex non omittit punire peccantē, ob timorem turbationis eius, vel amicorū eius alia est correctio, sed fraterna cuius finis est emendatio delinquentis, non habens coactionē, sed simplicem admonitionē, & tunc si timetur ꝙ nō ad correctionem inducat, sed peccator deterior fiat, omitti debet, quia ea quæ sunt ad finem regulari debent secundùm quòd exigit ratio finis.

Et ita prælatus iudicialiter agens, vbi peccatum delinquētis vergit in malum multitudinis ob bonum multitudinis, tenetur corrigere eum etiam si mors sibi immineat. gl. in c. scimus. 46. dist. & habetur. 83. dist. per tot. & etiam si certū sit eum non emendandum, sed peiorem futurum: vt d. D. Th. hic, ꝙ intelligitur dummodo eius correctio prosit multitudini, aliàs si illi non prodest, nō debet corrigi. c. prodest. 23. q. 5. ꝙ si eius correctio non prodest, nec nocet communitati, & eius omissio prosit delinquenti ad emendationem, correctio est omittēda: vt d. Greg. in past. 2. p. c. 2. de quo latè dixi tract. de Episc. c. 7. nu. 3. & 4.

Si verò hoc casu, quis fraternè habet corrigere ex charitate, regulariter loquendo, semper cessandum est à correctione, quādo prudenter timetur, quòd proximus fiet peior, & eo magis si peccatum ꝙ committet ex tali correctione sit contra diuinum honorem, vel nociuum proximo, aut scandalosum, etiam si speretur, ꝙ postea fiat melior, cū corrigens certus est moraliter, ꝙ pro tunc fiet deterior, cū malum ꝙ certo instat sit magis vitandum, q̃ intendendum bono incerto, ꝙ fortè inde sequi potest; & etiam est dimittenda correctio, quando vtrunque æstimatur æqualiter esse futurum, scilicet malum, ꝙ instat quasi præsens, & bonum postea futurum; cum prius sit prouidendum ijs quæ magis instant, q̃ quæ plus distant; & idem sentirem ēt si certum sit moraliter, ꝙ proximus saluabitur, & quòd peccatum ex correctione nūc committet, cū nulla ex causa liceat peccare, at dans occasionem alteri peccandi sciens, peccat. c. fin. de iniur. ergo nisi ex officio id sibi incumbat, cum tali correctio ex officio incumbat, peccatū verò ꝙ inde sequitur sit per accidens, ad id non tenetur.

Septima propositio. Quando peccatū est publicum, non est necesse, vt præcedat secreta admonitio, cum alijs sit prouidendum, eum puniendo: si verò sit secretum vergens in aliorum nocumentum, statim est denunciandum prælato absque præmissa monitione, nisi firma spes subsit, ꝙ talis per secretam monitionem possit remoueri; si verò peccatū est secretum, & non vergit in nocumētum aliorum, sed solùm peccantis, & eius in quem peccatur ob malum exemplum, tunc debet necessariò publicam denunciationē præcedere secreta admonitio; probatur vltima pars. Matt. 18. 11 Correctionē an semper debeat precedere monitio.

Ratio, nam circa publicam denunciationem peccatorum est distinguendum, quia peccata vel sunt publica, vel occulta, si publica non est tantū succurrendū ei qui peccauit vt melior fiat, sed etiam alijs in quorum notitiā deuenit ne scandalizētur, ideò huiusmodi peccata sunt publicè arguenda. 1. Timoth. 5. si verò sint occulta, sic videtur habere locum, ꝙ dicit dominus, si peccauerit in te &c. quando enim publicè peccat, non se solum offendit, sed etiam alios quos turbat, sed in occultis adhuc distinguendū, quædam enim sunt in nocumentū proximorum corporale, vel spirituale, vt si quis occultè tractet de ciuitate hostibus tradenda, vel de auertendo aliquos à fide, & quia is, nō solùm peccat in se, sed etiam in alios, oportet statim procedere ad denunciandum, vt huiusmodi nocumentum tollatur, nisi per secretam admonitionē firmiter quis speraret statim posse huiusmodi mala impedire; quædā verò peccata solùm sunt in malum peccātis, & eius in quem peccatur, vel quia à peccāte solùm læditur, vel ex sola notitia, & tunc solùm est fratri subueniendum, & sicut medicus corporis sanitatē con-

dentia dictet. Vbi tamē deuenitur ad secundum gradum, omisso primo, quãdo prudenter iudicatur, ꝙ primus poterit prodesse fratri, quia sic infamatur frater apud alios absque necessitate, ideò est peccatum mortale sic agere: vt dicit Bannes hic, qui & dicit, ꝙ ordo iste non est in præcepto nouo superposito legi naturæ, cũ in lege noua non sint nobis præcepta diuina imposita præter præcepta de sacramentis recipiendis, ex communi sententia Theologorum.

Quòd si quæratur, qua de causa testes adhibeantur, an vt assistant corrigenti, & simul corrigãt, vel vt testificentur coram prælato. Resp. Bãnes hic, ex D. Th. hic, ad tertium, ꝙ adhibentur propter tria: primò, ad ostendendum esse peccatum id de quo quis arguitur, si fortè is id neget: vt d. Hier. in c. Matt. 18. Secundò, ad conuincendum peccatorem de actu peccati, si ipsum peccatum reiteret: vt d. Aug. in 3. reg. Tertiò, ad testificandum coram prælato, ꝙ admonens fecit quod in se erat, prius corrigendo fratrẽ, vt d. Chris. hom. 61. in Matt. parum ante med. & omnia quæ ad correctionem fratris conducere possunt.

Quo verò ad munus prælati ad cuius notitiam peruenit delictum subditi per denunciationem euangelicam; si omnino spes perit emendationis delinquẽtis cessandum est à correctione fraterna, cũ cesset ratio eius adhibendæ, & peccaret grauiter prælatus si delictum, ꝙ ad eius notitiam peruenit per viã correctionis fraternæ, ad publicum iudiciũ deduceret, quando nulla est spes ꝙ delinquens sit emendãdus, nisi delictum sit nociuũ communitati, quia tunc denuncians tenebitur accusare, vel monere fiscalem, vt accuset; & ꝙ prælatus id nõ possit pacer, quia nõ potest procedere ad publicũ iudicium, nisi præcedẽte accusatione iuridica, vel publica infamia, hic prędicta non cõcurrunt, ergo, potest tamen prælatus, stãdo in tertio gradu correctionis fraternæ, vehementer increpare delinquentem, si leniter admonere videat nõ expedire, tum minis terrefacere ꝙ vigilabit super illum, & etiam si expediet, illum monere poterit coram paucis grauibus viris, qui possunt prodesse non obesse: vt d. Sot. de rat. teg. membr. 2. q. 4. concl. 7. & pro qualitate personæ etiam leniter verberare flagello, qui correct', si delictum potest testibus probari, tenetur patri interroganti veritatem fateri, qui tñ caueat ne id coram testibus pandat, ne prælatus faciat eum accusari, & testibus probari delictum; qui & non potest excommunicari publica excommunicatione, potest tamen secretò ei præcipere etiam sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt cui tet talem familiaritatem, &c. iuxta cap. nouit. de iudic. non tamen illum denunciare; nec licet trãsferre ad forum publicum delictum illius, qui vsque ad tertium gradum correctionis fraternæ, manet incorrigibilis; nisi cum aliàs ob bonum commune licitum esset deferre talem hominẽ ad iudicium, iuxta ea quæ habentur tract. de accusatore. vbi multis casibus licitũ est accusare delinquentem, & tamen nõ tenemur; imò & tali casu ex debito charitatis, licet non institiæ est accusandus à corrigente, si sit incorrigibilis, etiam si non sit emẽdandus, vt sic prouideatur bono communi, & sit imputandum correcto si non emendetur, cum tunc sit accusandus ob commune bonum; si verò delictum non sit notorium communitati, licet is sit incorrigibilis, non tenetur eum accusare corrigẽs, nisi prælatus id præcipiat sub excommunicatione latæ sententię, vt sibi denuncietur, tunc enim est denunciandum, si tamẽ præcedat infamia, vel indicium sufficiens cõtra eũ, modo quo habetur d. tract. de accusat.

Quòd si nõ seruato ordine correctionis fraternæ per malitiam, vel ignorãtiam eius qui tenebatur ordinem prædictum seruare, peruenit crimen fratris per viã accusationis ad notitiam prælati, si is videt procedi in foro publico ex iniuria quomodocunq; facta alicui, tenetur ex charitate in foro conscientiæ, vt priuata persona, impedire perfici processum illũ modo id possit agere citra scandalũ Reipublicę, seruando leges fori, cum licet sit iudex sit, nõ liberetur à præcepto naturali, & diuino, quo tenebat', vt persona priuata defendere proximũ ab iniuria;

iuria; nisi in casu excepto, cum bonum commune præponatur particulari, Et si iudex scit ex reuelatione confessionis sacramentalis esse factam iniuriã alicui, & id posse probari, non potest vlterius procedere, cum confessarius Dei loco id sciat, ergo, vt homo non subsistat eius dictum. Et vlterius si iudex vt persona publica facit iniuriam reo non procedẽdo ordine iuris seruato, si per talem processum crimen nouit, nõ potest vlterius procedere, sed omnia acta reponere. c. qualiter. 1. vbi Innoc. de accus. etiam si crimen sit enorme, cũ nullo casu liceat interficere innocẽtem, ꝙ si iudex vt persona priuata peccauit, vt si dedit pecuniã falsis testibus, vt deponant cõtra innocẽtem, tenetur oĩbus vijs vti ad eũ liberandum, ẽt cũ periculo vitę, vel honoris proportionato dãno ꝙ reus passurus esset, ꝙ si non sufficiant, potest iudicare secundùm allegata & ꝓbata, & resarcire damnum; qui & si scit reũ pati iniuriam ab aliquo in foro exteriori ĩ ipso processu, siue is sit minister iustitiæ, vel alius, debet facere, ꝙ in se est, vt iniuria manifestetur, ne vlterius procedat contra reũ, ꝙ si nõ sufficit, potest & debet procedere, de quibus latè tr. de Iudic. ad finem.

Quòd si clericus sit, qui habet denunciare crimẽ proditionis communitatis, vel innocentis, id potest absque nota irregularitatis, modò protestetur, ꝙ inde effusio sanguinis non sequatur: vt in cap. prælatis. de homic. in 6. c. episcopus. ne cler. vel mon. in 6. cum lex ecclesiastica non tollat ius naturæ; qui tamen id agere non potest per se occidendo, quia efficeretur irregularis, etiam si patrem defenderet: vt dicit hic Bannes.

Quo demum ad peccatum, ꝙ potest corrigi, & modum corrigendi: circa primum dicitur, ꝙ non potest corrigi peccatum, ꝙ solus Deus, & peccator scit, & idem videtur vbi à pluribus est commissum, qui soli id norunt, nisi vnus pœnitens, alios corrigat; qui tamen non tenetur transire ad secundum gradum adhibendo testes, vel prælatum monendo, cũ is iam sit emẽdatus, sic enim se infamaret; Vbi verò duo vel tres cognoscũt delictũ, potest habere locum correctio fraterna, vt monitus resipiscat, & iuridica quando crimen est in perniciem communitatis, vel particularis, & est periculum in mora, nisi statim iudici denuntietur; & si etiam peccatum est publicũ, & dignum, vt denuncietur iudici, habet locum monitio si spes est ꝙ resipiscat. De modo verò monendi, dixi tract. de Episc. cap. 7. n. 1. 30. & quandoq; seueritas in reprehẽdendo est adhibenda cum verbis vehementibus, & accensis coniunctα, non tamen ita vt cum ira sit mixta, licet admodum irati quandoq; sit ostendenda, & pandendum id fieri coactè ne amicus pereat, qui tamen si in aliqua afflictione positus sit, verbis suauibus est solandus, & ostendendum malum ipsius nobis esse commune, & maximè vbi recenter sit iniuria affectus, & ob id in mora retinendus, vt conceptus furor tepescat. Maximè verò in reprehendendo efficax est honestum vitæ increpantis exemplum, vt Plato agebat, qui vitæ exẽplo Pseusippum corrigebat; vt & Xenocrates in Polemonem habitu indecenti scolam ingressum oculos intendens solo vultu correxit; & sæpè nonnihil prodest incusare nos ipsos vitiorum, quę in alijs carpimus, sic enim ad amorem corrigentis adducuntur, & maiorem illi fidem præstant, & aliàs pro corrigentis prudentia, & pietate.

SVMMARIVM.

1 Odium quid sit.
2 Odij mala.
3 Odio haberi an contingat Deum ab homine.
4 Odium Dei est maximũ peccatorũ.
5 Odium proximi est simpliciter cum peccato, & quando non.
6 Odium proximi an sit grauissimum peccatorum.
7 Odium an sit vitium capitale.
8 Odium oritur ex inuidia.

De vitijs oppositis charitati, & primò de Odio. Cap. XII,

NOtandum, quòd Odium est dissonãtia appetitus animalis, vel rationalis apprehensum, vt dis- D. Tho. 2. 2. q. 34.

con-

1 conueniens; & vt vitium differt ab ira, quod odio aliquis appetit alicui malũ absolutè, ira verò in quadam mẽsura sub ratione iusti, & punitionis: vnde ira cessat ad mortuos, & grauiter læsos, quasi iam facta vindicta, non autem odiũ. 2. Rhet. & ita odium significat, vt vitium, ex suo principali significato actum refugitiuũ voluntatis, & auersiuum à Deo vel proximo apprehensis sub ratione mali, vel disconuenientis, quæ auersio dicitur nolitio, & odium; cõsequenter verò impor-

Odium quid sit.

2 tat volitionem alicuius repugnantis, & disconuenientis ei quem odit, per quod vult vt repellatur, & elongetur à se per mortem, & alia nociua; & est graue peccatum, cum sit animæ mors, qua prius seipsum odium gerens in corde, occidit, quàm proximo noceat, & odium trabs sit in oculo, sicut ira festuca: vt inquit Aug. in id Ps. 138. Perfecto odio oderam illos, cum odium sit vetus ira, diuturno tempore perseuerans, & liuor ac animæ venenum, quod intus se quis gerit, & homicidio parsit, cũ eius sit parens: vt inquit Greg. lib. 10. Moral. & Chris. hom. 13. in Matth. His ita notatis.

Odij mala.

3 Prima sit propositio. Deum visum per essentiam, & secundùm seipsum nemo odio habere potest, cum tale obiectum mouens volũtatem sit omnino bonum, nec secundùm effectus complacentes, vt sunt esse, viuere, & intelligere, quorũ est author, secus secundùm quod punit, à malis odiri potest, & vt peccata prohibet.

Odio hñri an contingat Deum ab hoïe.

Ratio, nam odium est quidam motus appetitiuæ potentiæ, quæ non mouetur nisi ab aliquo apprehenso, 1. 2. q. 29. art. 1. at Deus tripliciter ab homine apprehendi potest: primò, secũdùm se, vt cum per essentiam videtur: secundò, per effectus suos, inuisibilia enim Dei per facta conspiciuntur; Deus verò per essentiam suam est ipsa bonitas, quam nullus odio potest habere, quia de ratione boni est, vt ametur. Vnde videns Deum per essentiam ipsum odisse non potest, sed effectus aliqui sunt qui non possunt esse cõtrarij voluntati humanæ, nam esse viuere, & intelligere est appetibile, & amabile omnibus, quæ sunt quidam effectus Dei: vnde & secundùm quod Deus apprehenditur author horum effectuum, non potest odio haberi, sunt verò quidam effectus Dei, qui repugnant inordinatæ voluntati, vt inflictio pœnę, & cohibitio peccatorum per legem diuinam, quæ repugnant voluntati deprauatæ per peccatum, & quò ad considerationẽ huiusmodi effectuum, Deus ab aliquibus potest odio haberi, quatenus scilicet apprehenditur peccatorum prohibitor, & inflictor pœnarum.

Pro clariori verò intelligentia prædictorum, aduertendum, vt d. hic Baunes, quod non implicat contradictionem, quòd Deus se manifestet alicui, & is non diligat Deum, implicare tamen contradictionem ex natura rei, quòd quis videat Deum sicuti est, & volũtas eius odio habeat Deum aliquo modo, cum visio beatifica non solùm sit speculatio diuinę veritatis, sed etiam in se contineat iudiciũ practicum, & perfectissimum, quod Deus est summè diligendus, ergo cum illo iudicio non potest stare odium Dei, quia odium Dei præsupponit iudicium practicum destructiuum alterius iudicij, quod hic, & nunc est diligendus. Secundò, aduertendum, vt d. hic Caiet. quod esse viuere & intelligere secundùm id quod sunt, non possunt odio haberi, & sic nec Deus author illorum formaliter loquẽdo etiam voluntate inordinata; secundùm verò aliquid adiunctum, idest miseriam iunctam, possunt odio haberi voluntate inordinata.

Hoc verò ordine Deus odio habetur à peccatoribus: primò, cum se diligant amore concupiscentiæ, volentes aliquid contrarium legi Dei, modo quodam, odio habent legem, & legislatorem odio participatiuo, qui inuenitur in omni peccato mortali, postea crescẽte affectu ad bona sensibilia expressè odio habent legem & legislatorem, vt sic, & iam odiũ hoc est speciale peccatum, demum deueniunt ad odium Dei ob ipsum vt terminum, vt quò ad ipsos malum ipsius est, quod odium est eorum qui sunt in inferno, & eorum qui in præsenti vita desperantes omni iniquitati se tradiderunt.

Secunda propositio. Odium Dei est maximum peccatorum. 4

Odiũ Deii est maxi-

Ratio,

mum peccatorum. Ratio, nam defectus peccati consistit in auersione à Deo, 1.2.q.71. art.6. quæ aversio nō haberet rationem culpæ, nisi voluntaria esset: vnde ratio culpæ consistit in auersione voluntaria à Deo, quæ voluntaria auersio à Deo per se quidem importatur ī odio Dei: in alijs verò peccatis participatiuè, & secundùm aliud, nam vt voluntas per se hæret ei quòd amat, ita secundùm se fugit, quod odit; vnde quando quis odit Deum voluntas sua secundùm se auertitur à Deo, sed in alijs peccatis, vt cū quis fornicatur non auertitur à Deo secundùm se, sed secundùm aliud, quatenus .s. is appetit inordinatam delectationem, quæ habet annexam auersionem à Deo, sed semper id quod est per se est potius eo quòd est secundùm aliud: vnde odium Dei inter alia peccata est grauius.

Et hoc odium Dei, ꝙ est maximum peccatorum, est speciale peccatū in Spiritū sanctū, quia maximè includit malitiam ex electione mali secūdùm specialem cōtrarietatem, quam habet ad charitatem Dei, quæ specialiter per Spiritū sanctum diffusa est in cordibus nostris, licet non connumeretur cum speciebus peccati in Spiritum sanctū, quia eius ratio formalis, licet specifica, generaliter participatur, & quasi exemplariter communicatur omnibus peccatis mortalibus, & maximè illis sex speciebus supra enumeratis.

5 Odiū ꝓximi simpliciter ē cū pcō, & qñ non.

Tertia propositio. Omne odium proximi simpliciter loquendo, est cum peccato; probatur 1. Ioan. 1.

Ratio, nam odium amori opponitur, 1.2.q.29.art.2. vnde tantum habet odiū de ratione mali, quātum amor de ratione boni, amor verò debetur proximo secundùm id ꝙ à Deo habet .i. secundùm naturam, & gratiam, non verò debetur amor ei secundùm id ꝙ habet à seipso, & diabolo scilicet secūdū n peccatum, & iustitiæ defectum, ideò licet habere odio peccatum in fratre, & omne quò ī pertinet ad defectum diuinæ iustitiæ, naturam verò & gratiā fratris non potest quis odio habere sine peccato, i.l verò ꝙ in fratre odimus culpā .s. & defectū bonι pertinet ad fratris amorē, quia eiusdem rationis est ꝙ velimus bonum alicuius & odiamus eius malum, vnde simpliciter accipiendo odium fratris semper est cum peccato.

Et hoc odium est mortale peccatum, si odio habetur secundùm id ꝙ habet à Deo, i. naturam vel gratiam, quatenus appetit ei aliquod malū naturæ, vel gratiæ contrarium, vel non facit ei bonum ꝙ facere tenetur, nisi id agat ex subreptione, vel si malum ꝙ appetit sit exiguum. Si verò quis vult deliberatè malum notabile proximo immediatè, vel vltimè relatum in naturam vel gratiā, est mortale: si verò terminetur ad culpam, vel defectum boni, pertinet ad dilectionem fratris .i. cum dilectione hominum, & odio vitiorum: dicitur vltimatè, quia si quis appetit alicui malum pœnæ vt cognoscat culpam suam, & emendetur, vel zelo iustitiæ, non peccat, de quo supra latè dixi

Quarta propositio. Odium proximi ex parte affectus est grauissimum peccatorum: ex parte verò effectus alia peccata possunt esse grauiora; probatur quò ad secundam partem, cum primum pateat, ex Aug. in Ench. c. 12. 6 Odiū ꝓximi an sit grauissimū peccatorum.

Ratio, nam peccatum commissum in proximum habet rationē mali, ex duobus: primò, ex deordinatione eius, qui peccat: secundò, ex nocumento, ꝙ infertur ei contra quem peccatur; primo modo est maius peccatum odiū quàm exteriores actus, qui proximo nocent, quia per odium deordinatur voluntas hominis, quæ est potissimū in homine, & est radix peccati: vnde & si exteriores actus essent inordinati sine deordinatione voluntatis, non essent peccata, vt cum quis ignoranter, vel zelo iustitiæ occidit hominem, & si quid culpæ est in exterioribus actibus, quę contra proximum committuntur totum est ex interiori odio, sed quò ad nocumētum quòd proximo infertur, peiora sunt exteriora peccata, quàm interius odium.

Et ita odium in se absq; effectu exteriori est graue vitium, & in se vitiū consummatum, imperatiuè verò extēditur ad omnes actus vitiorum, qui proximo sunt nociui.

Quinta

7 Quinta propositio. Odium non est vitium capitale; probatur ex Greg. lib. 31. Moral. cap. 31.

Odiū an sit vitium capitale.

Ratio, nam vitiū capitale, est ex quo vt frequentius, alia vitia oriuntur. 1.2. q.84. art.3. & 4. vitiū verò est contra naturam hominis, vt est animal rationale, in ijs verò quæ cõtra naturam sunt paulatim, ꝙ est naturæ corrumpitur: vnde oportet primò, ꝙ recedatur ab eo ꝙ est minus secundùm naturam, & vltimò ab eo ꝙ est maximè secundùm naturam, quia id ꝙ est primum in constructione, est vltimū in resolutione, id verò quòd est maximè, & primò naturale homini est ꝙ diligat bonum, & maximè bonum diuinum, & bonum proximi, ideò odiū ꝙ huic dilectioni opponitur non est primum in dilectione virtutis, sed vltimū, ideò odium non est vitium capitale.

Et ita licet odium iam genitum sit caput multorum vitiorum, tamen non est vitium capitale, cū ratio vitij capitalis consideretur secūdùm ꝙ à principio caput multorum vitiorum existit, ꝙ non est in odio, sed potius dicitur vitium finale; ad quòd voluntas, vt ad malorum profundum peruenit per malam consuetudinem.

8 Sexta propositio. Odium oritur ex inuidia; probatur ex Greg. li.31. Mor. c.31.

Odiū orit. ex iuidia.

Ratio, nam odium proximi est vltimū in progressu peccati, eo ꝙ opponitur dilectioni, qua naturaliter proximus diligitur, ꝙ verò quis recedat ab eo ꝙ est naturale contingit quia intendit vitare aliquid ꝙ est naturaliter fugiendum; naturaliter verò omne animal fugit tristitiā, vt & appetit delectationem. 7. Eth. c.17. ideò sicut ex delectatione causat amor, ita ex tristitia odium: sicut ergo mouemur ad diligendum ea q̄ nos delectant, quatenus ex hoc ipso accipiuntur sub ratione boni, ita mouemur ad odiendū ea quæ nos contristant, quatenus ex hoc ipso accipiuntur sub ratione mali. Vnde cū inuidia, sit tristitia de bono proximi, sequitur ꝙ bonum proximi reddatur huiusmodi odiosum, & ita ex inuidia oritur odium. Dicit verò hic D. Th. ad tertium ꝙ oritur odium ex inuidia, & ita, sed inuidia causatur formaliter secundùm rationem obiecti, ex ira verò dispositiuè. Notandum quoque, vt d. hic Bannes, quòd amor est duplex, vnus naturalis, alter supernaturalis, qui dicitur charitas, vnde odium, ꝙ opponitur per se, & directè charitati opponitur etiā consequenter, vel eminenter charitati, & è conuerso, qui & d. ꝙ odium Dei secundùm ꝙ formaliter, & directè opponitur charitati Dei & proximi, est vnius tantum speciei, vt & dilectio Dei, & proximi, & ꝙ si odium Dei accipitur vt directè opponitur charitati, & odium proximi, vt naturali amicitię directè opponitur, differunt plusquam specie, cum dilectio Dei ex charitate, & dilectio proximi ex charitate differāt plusquā specie; odium verò Dei & proximi, differūt specie; odium tamen proximi formaliter loquendo, semper est vnius speciei.

SVMMARIVM.

1 Accidia quid sit.
2 Accidiæ mala.
3 Accidia est peccatum.
4 Accidia an sit speciale vitium.
5 Accidia an sit peccatum mortale, & quando non.
6 Accidia est vitium capitale, & quæ eius filiæ.

De Accidia opposita Gaudio ad charitatem pertinenti. Cap. XIII.

D.Tho. 2.2. q.35.

1 Accidia quid sit.

Obseruandum est in vniuersum, ꝙ accidia ex vi nominis dicitur quasi acidum quid, & est torpor mentis bona negligēs inchoare, vt d. D. Ant. 2. p. tit. 9. c. 1. Aduertendum tamen, ꝙ accidia sumitur dupliciter: primò, vt species tristitiæ, & sic est passio appetitus concupiscibilis, & vt sic nō est peccatum, cum passio non sit peccatum, nisi malè reguletur, cum per rationem debeat benè regulari, & sic regulata, vt in pœnitētia, qua quis corpus affligit per rationē, est bona, si verò tristitia sit inordinata est mala. Secūdò, sumitur, vt pertinet

Xx

tinet ad voluntatem, & cōsequitur actū eius, & sic accipitur dupliciter: primò, communiter, prout est tristitia de bono spirituali in communi; & cum bonū cuiuslibet virtutis sit speciale bonum, ideò contingit tristari de bono cuiuslibet vir-
2 Accidiæ mala. tutis quod pertinet ad accidiam cōiter dictam, quæ est tristitia aggrauans, quæ ita deprimit animū, vt nihil boni ei agere libeat, sicut ea quę acida sunt, et frigida sunt: vt d. Damasc. lib. 2. de fid. c. 4. Vnde accidia importat tædium operādi, & dicitur torpor mētis bona inchoare negligentis, & refugientis bonum spirituale, quatenus est laboriosum, & molestum corpori, aut delectationis eius impeditiuum; & sic cōtrariatur Dei amori, & dilectioni ac feruori, qui dum Deo inseruitur, haberi debet; & prouenit ex defectu cognitionis, aut considerationis bonorū spiritualiū, quæ quo magis cognoscuntur, eo magis placent, & sic accepta non est speciale peccatum, sed cōe, quia contrariatur omnibus virtutibus, cū ad virtutem pertineat gaudere de proprio spirituali bono, quod cōsistit in proprio actu: accidia verò tristatur de eo, vt ieiunio, oratione, laude Dei, castitate, &c. Alio modo sumitur accidia, prout est speciale vitiū oppositū charitati, quæ gaudet de spirituali & speciali bono .s. diuino, vt cum quis tristatur de his quæ sibi incūbunt ex necessitate faciēda propter Deū, & sic est speciale peccatū, & est remissi animi languor ad bene operandū, & tristitia de re spirituali, & dr nutrix oīum vitiorum, cum ex otio omne vitiū oriatur, de quo alibi cadit sermo, & id proueniat ex quo homines amant suas terrenas consolatiunculas: vnde rarò affectiones suas dirigūt in Deum, & eorum compunctio non continua, sed horaria est, non considerantes quàm breuis sit præsens vita, in qua incessanter est operandum benè, cum ob id sit hæc vita concessa: vt dicit Bern. serm. 3. de Ascens. domini. & Greg. in past. 3. p. admon. 16. His ita notatis.

3 Accidia ē peccatum. Prima sit propositio. Accidia est peccatum; probatur Eccl. 6. Subijce humerum tuum, & porta illum. & c. 22. in lapide luteo lapidabitur piger, & cap. 33. Multorum malitiam docuit otiositas. Matt. 20. quid hic statis tota die otiosi? ite & vos in vineam meam. Prouer. 24. per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ. & c. 25. sicut tinea vestimento, & vermis ligno; ita tristitia viri nocet cordi. Hier. 48. Maledictus, qui facit opus domini fraudulenter, vel iuxta septuaginta negligenter. Luc. 13. succide illam, vt quid etiam terram occupat? Matt. 3. omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonū, excidetur, & in ignē mittetur. Apoc. 3. quia tepidus, nec calidus, nec frigidus es, ideò euomam te.

Ratio, nam accidia est quædam tristitia grauans, quæ scilicet, ita deprimit animum hominis, vt nil ei agere libeat, vt ea quæ sunt acida, frigida sunt, ideò accidia dicit quoddam tædium operādi & est torpor mentis bona negligētis inchoare, & huiusmodi tristitia semper est mala, quandoq; secundùm se, quandoq; secūdùm suum effectū: secundùm se, quæ est de eo quod est apparens malum, & verè bonum, sicut è cōuerso, mala delectatio est ea quæ est de eo quod est verè malum & apparens bonum, cū ergo spirituale bonum sit verè bonum, tristitia quę est de huiusmodi bono est secūdùm se mala, & tristitia, quæ est de vero malo, est mala secundùm effectum, si sic aggrauat hominem, vt eum totaliter à bono opere retrahat, ideò accidia est peccatum, quia malum in motibus appetiuis dicitur esse peccatum. 1. 2. q. 74. art. 3.

Secunda propositio. Accidia est speciale vitium, prout tristatur de bono diuino, de quo charitas gaudet; nō autem si spirituale bonū, cui opponitur accidia, sumatur cōiter, vt initio est dictum, nec quatenus refugit bonū spirituale, quatenus est laboriosum, vel molestū corpori; probatur prima pars. ex Greg. lib. 31. Moral. cap. 31. 4 Accidia ā sit speciale vitium.

Ratio, nam cum accidia sit tristitia de spirituali bono, si accipit spirituale bonum communiter, accidia non habet rationem specialis peccati, nam omne vitium refugit spirituale bonū virtutis oppositæ, 1. 2. q. 7. art. 1. nō est speciale etiā vitium prout fugit spirituale bonum, vt est

est laboriosum, vel molestum corpori, aut delectationis eius impeditiuum, nã hoc non separaret accidiam à vitijs carnalibus, quibus quis quietem quærit, & delectationem corporis, ideò dicendum, ꝙ in spiritualibus bonis est quidam ordo, quia omnia spiritualia bona, quæ sunt in actibus singularum virtutum ordinantur ad vnum spirituale bonum, ꝙ est bonum diuinum circa quòd est specialis virtus, ꝙ est charitas: vnde quælibet virtus gaudet de spirituali bono ꝙ consistit in proprio actu: ad charitatem verò pertinet specialiter id gaudium quo quis gaudet de bono diuino: similiter tristitia qua quis tristatur de bono spirituali, ꝙ est in actibus singularum virtutum non pertinet ad aliquod vitium speciale, sed ad omnia vitia, sed tristari de bono diuino, de quo gaudet charitas pertinet ad speciale vitium, quæ accidia dicitur.

5 Tertia propositio. Accidia ex suo genere est peccatũ mortale, cum ex se contrarietur charitati, potest tamen esse veniale, si sit inchoatio peccati in sola sensualitate absque consensu rationis.

Accidia ã sit peccatũ mortale, & quãdo non.

Ratio, nam peccatum mortale est ꝙ tollit spiritualem vitam, quæ est per charitatem, secundùm quàm Deus nos inhabitat. 1. 2. q 88. art. 12. vnde id peccatum est secundùm se mortale, ꝙ cõtrariatur charitati, huiusmodi verò est accidia, quia proprius effectus charitatis est gaudium de Deo, supra q. 28. art. 1. Accidia verò est tristitia de bono spirituali, vt est bonum diuinum, vnde ex genere est peccatum mortale; est etiã mortale si transcendit limites rationis, tristando de bono diuino, vt est diuinum, vel si inducit ad mortalem omissionem, quòd contingit cum quis horret & omittit spirituale bonum ad quòd tenetur, vel dolet se bene fecisse, vel non omisisse bona necessaria ad salutem quę fecit, vel ea in futurum proponit omittere; vel cum inducit ad mortalem cõmissionem, vt ad desperationem salutis, vel contemptũ beneficiorum Dei, vt quia nollet esse natus, vel esse brutum, vel mori, non curans quomodo euadat nunc tristantia, vel si ex hoc inducitur ad grauem corporis infirmitatem, cum tamen posset, si vellet conari se adiuuare, vel si inducit negligentiam contemnentem ea quæ Dei sunt; secus si non adsit contemptus in eo ad quod quis non tenetur, est verò veniale, si tristitia de bono spirituali vt est diuinum sit solum in motu sensuali absque consensu rationis, vel si sit de spirituali bono, ad quòd quis nõ tenetur ex necessitate, vel si homo operando tædium sentiat, non omittens tamen ea ad quæ tenetur, nec agens contra aliquod præceptum.

Quarta propositio. Accidia est vitium capitale, producens malitiam, quę bona diuina contemnit, rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporem circa præcepta necessaria, & mentis circa illicita euagationẽ; probatur ex Greg. lib. 31. Moral. c. 31. 6

Accidia ẽ vitium capitale, & q̃ eius filiæ.

Ratio, nam peccatum capitale est ex quo promptum est, vt alia peccata oriãtur secundùm rationem causæ finalis. 1. 2. q. 84. art. 4. sicut verò homines multa operãtur ob delectationem, tum vt eam consequantur, tum ex eius impetu ad aliquid agendum moti, ita ob tristitiam multa operãtur, vel vt ipsam vitent, vel eius pondere in aliqua agenda protrumpentes: vnde cũ accidia sit tristitia quædam supra art. 1. conuenienter ponitur vitium capitale.

Malitia verò qua quis contemnit bona diuina est mortale; Rancor verò. i. displicentia inducẽtium hominem ad spiritualia, est veniale nisi superueniat odium, vel malum ꝙ quis optat prælato, vel alij eum detinenti in bonis spiritualibus sit alicuius momenti, & cum deliberatione. D. Th. 2. 2. q. 35. art. 4. ad 2. pusillanimitas verò qua quis retrahit se à bonis, quæ fieri potuissent timore deficiendi, vt ieiunijs, &c. est veniale, nisi illa bona sint in præcepto. Desperatio verò est mortale. Negligentia addiscendi necessaria ad salutem, est quãdoq; mortale, vt & circa opera misericordiæ, & quandoque veniale pro modo negligentiæ, de quo supra. Euagatio verò mentis est veniale, nisi sit voluntaria in eo qui tenetur horas dicere, de quo loco suo.

SVMMARIVM.

1 Inuidia quid sit, & vnde oriatur.
2 Inuidia est graue peccatum, & fugienda, & cur.
3 Inuidiæ diffinitio.
4 Inuidia est peccatum.
5 Inuidia ex genere est peccatū mortale, quandoque tamen veniale, & quomodo.
6 Inuidia est peccatum capitale, & quæ eius filiæ, & an sint peccata mortalia.

De inuidia opposita gaudio ad charitatem pertinenti. Cap. XIIII.

D.Tho.2.2.q.36.

1 Inuidia quid sit, & vñ oriat.

NOtandum in generali, quòd Inuidia est tristitia de alienis bonis: vt inquit Damasc. lib.2. de fid. c.14. vbi comment. aduertendo, quòd homo potest tristari de alieno bono multis ex causis: primò, quia ex illo bono homo timet q̄ is potens sit sibi nocere, quę reducitur ad timorem, & quandoq; est peccatum, quandoque non, de quo in tr. de Timore habetur. Secundò, potest oriri, non ex eo q̄ alius habeat bonum, sed quia eo tristans caret, quæ dicitur zelus vel æmulatio, & si est in spiritualibus bona est. 1.Cor.14. Aemulamini spiritualia, si verò in temporalibus, quandoque est peccatum mortale, quandoque non: vt d. Caiet. verbo æmulatio, in summa, prout & appetitus temporaliū. Tertiò, oritur tristitia quando quis tristatur de prosperitate indigni, quia indignus est, quę tristitia dicitur ab Aristotile, Nemesis, vel indignatio, quæ tristitia prohibetur Ps.36. Noli æmulari in malignantibus, cum iusta Dei ordinatione bona tēporalia indignis proueniant, vel ad eorum correctionem si bene ijs vtātur, vel damnationem, si contra nec Dei beneficium agnoscant: vt d. hic D. Th. art.2. Quartò, oritur tristitia, quando quis tristatur ex prosperitate alterius, quia inde sibi consequit minus honoris & glorię, & ob id accipit illud vt malū propriū, tristando de bono æqualis vel similis, cū obiectum inuidiæ sit prosperitas nolita æqualis, vel similis in quantum minuit propriam excellentiam, quia cum ante esset relatio æqualitatis, vel similitudinis inter duos, nunc propter superioritatem alterius consurgit ratio inæqualitatis inferioris, & superioris; cū inter multum distantes non sit inuidia, vt ciuis nō inuidet principi, nec his qui multum distant loco vel tempore, sed his qui sunt propinqui quibus homo se nititur æquare vel præferre, & in his consistit inuidia in quibus est honor, & quibus homines amant honorari, & in opinione esse: vt dicit Philosophus 2. Rhetor. vnde amatores honoris sunt magis inuidi, & pusillanimes, quia omnia reputant magna, & quicquid alicui boni accidat, putant in magno se superatos esse. Iob 5. Paruulum occidit inuidia, cum eis inuidere non detur, nisi qui in aliquo meliores putantur: vt dicit Gregorius libro 6. Moral. Et cum memoria præteritorum bonorum, quatenus sunt amissa causet tristitiam, ideò senes inuident iunioribus, & qui multa expenderūt ad aliquod consequendum his qui parua illa sunt adepti, vt ibi d. Philosophus, & oritur etiam dum quis gaudet de malo aliorum, q̄ apprehenditur, vt bonū proprium. Vel inuidia est tristitia de bono alterius, & odiū alienę fœlicitatis, respectu superiorū, quia eis quis non æquat, & respectu inferiorum, ac sibi æquētur, & respectu parium, quia sibi æquantur, vt d. Aug. lib.11. de Gen. ad literā. c.14. & est pessimum vitium, vt contrariū charitati, quæ omnes virtutes superat, & inuidia radix dicitur omnium malorum, semen diaboli, fons cladium, seminariū delictorum, materia culparum, inde odium surgit, animositas inde procedit: vt dicit Ciprianus serm. de zelo, & liuore; & inuidia est proprium diaboli vitium, & malum quod medicinam spernit, cum nulli malum audeat aperire suum, quòd non suum malum, sed proprium alicuius doleat bonum: vt dicit Bas. homil.21. & inuidi feris sint deteriores, cum his sæpè beneficijs allecti,

2 Inuidia est graue peccatum, & ob id fugiendum.

contra

contra benemeritos sæpè maleficijs moueantur, & et dæmonibus sunt peiores, qui consortibus sui generis non insidiãtur. Matth. 12. & in alijs peccatis aliqua excusatio prætendi possit, vt in fornicatione cõcupiscentia, in furto paupertas, in homicidio furor, licet frigida, & irrationabilis, in hoc verò nil nisi intẽsa nequitia: vt ait Chris. hom. 44. ad pop. Antioch. qui & infra d. ꝙ ex hoc morbo litibus plena sunt tribunalia, ex hoc liuores, & pecuniarũ amor, ambitio & inanis gloria, hinc vrbes obsidentur, & mare piratas habet, hinc per orbem cædes, hinc genus nostrum dissipatũ est, per eã vinculum pacis rumpitur, charitas fraterna violatur, vnitas scinditur: vt inquit Cipr. tr. de Simplic. præl. Vitium, ꝙ ab eo possessis, vt venenum ferro, nocet: ijs enim aspectus est aridus, & obscurus, gena subtristis, supercilium demissum, anima ipso morbo suffusa; prudentiã in dignoscenda veritate, & rebus agendis minimè habẽs, vt inquit Bas. hom. de inuidia. & Chris. tale inquit malum est inuidia, qua nulla vnquã malignitas, peior inuenitur, inuidi namque & multo antè seipsos, q̃ quibus inuident, perturbant, & cruciant, & ita in agendo semper inuidendoq; sunt, vt nunquã peccandi afferant finẽ, calamitate proximorũ exultant, aliorum fœlicitatem suam miseriã arbitrãtur, &c. & vt vermis de ligno nascens prius ipsum corrumpit, sic & inuidia animam quæ se peperit: vt d. Chris. hom. 45. ad pop. ob hoc peccatũ filij Iacob fratrẽ vendidere. Gen. 37. Caim fratrẽ occidit. Gen. 4. & à Deo puniti sunt Saul, & alij. His ita notatis.

3 Inuidia quid sit. Prima sit propositio. Inuidia est tristitia; probatur ex Damasc. lib. 2. d. quòd est tristitia de bono alterius, quatenus æstimatur diminutiuum propriæ gloriæ, vel excellentiæ.

Ratio, nam obiectum tristitiæ est malum proprium, contingit verò id ꝙ est alienum bonum apprehendi vt malum propriũ, & sic de bono aliquo contingit esse tristitiã, ꝙ contingit dupliciter: primò, qñ quis tristatur de bono alicuius, qñ ex hoc sibi imminet nocumentũ, vt cũ quis tristatur de exaltatione sui inimici timens ne eum lædat, & hmõi tristitia non est inuidia, sed magis timoris effectus. 2. Rhet. c. 9. secundò, bonum alicuius æstimatur, vt malũ propriũ, quatenus est diminutiuũ propriæ gloriç vel excellentiç, & hoc modo de bono tristatur alterius inuidia: ideò maximè de illis bonis homines inuidẽt, in quibus est gloria, & in quibus honorari amant, & in opinione esse. 2. Rhet. c. 10.

Secunda propositio. Inuidia est peccatum; probatur Sap. 6. neq; cum innidia tabescente iter habendo. Prou. 23. ne comedas cũ homine inuido. Matt. 3. genimina viperarum, quis demonstrat vobis fugere à ventura ira. Gal. 5. 4 Inuidia ẽ peccatum.

Ratio, nam inuidia est tristitia de bonis alienis, ꝙ potest contingere quatuor modis: primò, quatenus, qs dolet de bonis alienis, timens inde sibi nocumentũ, vel sibi, vel alijs bonis, & hmõi tristitia non est inuidia, art. præced. & potest esse sine peccato. Secundò, quis tristatur de bono alterius nõ ex eo ꝙ bonum habet, sed quia is caret illo bono, & hoc propriè est zelus. 2. Rhet. c. 11. Et si hic zelus sit circa bona honesta laudabilis est. 1. Cor. 14. Aemulamini spiritualia, si verò sit de bonis temporalibus põt esse cũ peccato, & sine. Tertiò, quis tristatur de bono alteri⁹, quatenus is cui accidit bonum est eo indignus, q̃ tristitia non põt oriri ex bonis hoñestis, ex quibus quis efficitur iustus, sed de diuitijs, & hmõi quæ possunt euenire dignis, & indignis. 2. Rhet. & dicitur Nemesis, & secũdùm se pertinet ad bonos mores secundùm Arist. sed secundùm doctrinam fidei dispensatio eorũ bonorum fit iusta Dei dispensatione, & ordinantur vel ad eorum correctionẽ, vel damnationem, & hmõi bona sunt, vt nil, in cõparatione bonorũ q̃ bonis parantur, ideò hmõi tristitia ꝓhibetur in scriptura sacra. Ps. Noli æmulari &c. Quartò, quis tristatur de bonis alteri⁹, quatenus is excedit eũ in bonis, & hæc est propriè inuidia, & semper est malum. 2. Rhet. quia dolet de eo ꝙ est gaudium, s. de bono proximi. Et est vitiũ perniciosum, & turpe, vt supra est dictũ, & possessori nociuum ipsum assiduè angens, ex quo vita fit breuior, & aiæ nocumentum

mentum graue affertur, q̃ hoc vitio oppressa spirituales lætitias non sentit, nec sana consilia attẽdit; & maximè, vt musce cantarides, q̃ rosis magis apertis insident, sic inuidia hoĩbus potentioribus, & virtute præditis insidiat͛, ex quo Bias dicebat inuidiam, & domum vetustam, absq; alicuius tactu, in homines cadere: & ob id huiusmodi vitio resistendum, cũ naturale sit lætari de ꝓximi bono, prætерea, nil terrenorum magnum æstimando, cum non in rebus fluxis, sed sempiternis, nostra spes sit locanda, & ob id nec diues æmulandus sit ob diuitias, nec potens ob dignitates, nec eloquens ob dicendi facultatem, cum hæc instrumẽta virtutis sint rectè vtentibus, nihil per se fœlicitatis habentia: vt d. Bas. homil. de inuidia, inuidia si quidem est turpissimũ flagitium, quo homo in feram, & dæmonem degenerat, hac .n. terra primo sanguine hominis est maculata, filij Iacob fratrem tradiderunt, & dæmon calumniatoris nomen sortitus est; & ex alijs, quæ dixi tr. de pœnit. cap. 18. prope fin.

5 Inuidia ex genere est peccatum mortale, qñque tñ veniale, & quomodo.

Tertia propositio. Ex genere suo est peccatum mortale, potest tamen esse veniale ex imperfectione deliberationis; probatur Iob 5. Paruulum occidit inuidia, nil verò occidit spiritualiter nisi peccatum mortale, ergo.

Ratio, nam genus peccati cõsideratur ex obiecto, inuidia verò secundùm rationem sui obiecti cõtrariatur charitati, q̃ est vita animę spiritualis 1. Io. 3. nos scimus quoniam translati sumus &c. vtriusque verò obiectum, charitatis, & inuidiæ est bonum proximi, sed secundùm contrarium motum, quia charitas gaudet de eo, inuidia tristatur: vnde inuidia ex suo genere est peccatum mortale, sed in quolibet peccato mortali inueniũtur aliqui imperfecti motus, in sensualitate existentes, quæ sunt peccata venialia. 1. 2. q. 22. art. 5. ad primum. vt in genere adulterij, primus motus concupiscentię, & in genere homicidij, primus motus iræ: sic etiam in genere inuidiæ inueniuntur aliqui primi motus, quandoq; ẽt in viris perfectis, qui sunt peccata venialia; non est ẽt mortale, si bonum de quo quis inuidet, est quid minimum. Si verò quis tristetur, quia indignus bona vtat͛ prosperitate sic absolutè nõ est peccatũ, vt nec qui considerat ꝙ nascitur monstrum: si verò cum omnibus circunstantijs, vel causis quibus indignus bene se habet, bonus verò deprimitur, sic est peccatum, quia insinuat ꝙ Deus non habet prouidentiam rerum humanarum, vel ea iniustè distribuit; vel quòd sic considerans nimis æstimat bona terrena; & inde persequitur malos, qui ex hoc desperant, contra. Psalm. Noli æmulari in malignantibus, &c. Mal. 2.

6 Inuidia ẽ peccatum capitale, & q̃ eius filię, & an sint item peccata mortalia.

Quarta propositio. Inuidia est peccatum capitale, producens odium, susurrationem, detractionem, in aduersis aliorum rebus exultationem, in prosperis afflictionem; probatur ex Greg. lib. 31. Moral. cap. 31.

Ratio, nã sicut accidia est tristitia de bono spirituali diuino, ita inuidia de bono proximi tristatur, sed supra q. præc. art. 4. d. accidiam esse vitium capitale, quia ex accidia homo impellitur ad aliqua facienda, vel vt fugiat tristitiã, vel vt tristitiæ satisfaciat, vnde eadẽ ratione ponitur vitiũ capitale, & ꝓdictę filię; inuidiæ de genere suo sunt peccata mortalia, qñ sunt ob inuidiam, nisi excuset indeliberatio, vel rei modicitas, vt si quis exultat in aduersis proximi, ꝙ contrariatur charitati. D. Ant. 2. p. tit. 8. c. 6 §. 3. & ideò vt bestia multorũ capitum est fugienda, vt inquit Cipr. tr. de zelo, & liuore. nihil magis Christiano cauẽdum, nihil cautius prouidẽdum, quàm ne quis inuidia, & liuore rapiatur, ne quis fallentis inimici cæcis laqueis implicatus, dum zelo iu fratris odia cõuertitur, frater, gladio suo ipse nescius perimatur. Venena ergo fellis euome, discordiarũ virus exclude, purgetur mens quam serpentinus liuor infecerat, amaritudo omnis quę intus insederat, Christi dulcedine leniat͛, ama eos quos ante oderas, dilige illos quibus iniustis obtrectationibus inuidebas, bonos imitare si potes, si sectari nõ potes, collętare certè, & gratulare meliorib[9], cogita nil in rebus fluxis magnũ esse, nec ad eas nos vocatos, sed ad sempiternorũ, & verorum bonorum participationem, itaq; nec diues ę-

æmulandus est propter diuitias, nec potés ob dignitatis, ac magistratus culmé, nec fortis ob corporis robur, nec eloqués ob dicendi facultaté, instrumenta sunt hæc virtutis rectè vtentibus, nihil per se veræ fœlicitatis habentia; miser est qui his abutitur ac putat in terrenis rebus quẽquam esse fęlicem, nec ad vera & solida bona aciem mentis intendit. Vnde funditus inuidia euellẽda, pensantes, quòd quemadmodum Deũ offendimus alienis tabescentis bonis, ita placemus gratulantes, & nosmetipsos facimus bonorum benemerẽti repositorium: vt inquit Chris. hom. 44. ad popul. Amplectamur humilitatem, vt ita inuidia, quæ ex superbia oritur, curetur, nos officijs humilibus subdentes: vt docet Concil. Gen. VIII. in c. 2. de pœnit. dist. 1. vt ita Deo dante, hoc vitium curetur.

S V M M A R I V M.

1 Discordia quid sit.
2 Discordiæ mala, & vitanda.
3 Discordia an sit peccatum quod, & quomodo.
4 Discordia est filia inanis gloriæ.

De Discordia, quæ opponitur paci. Cap. X V.

D.Tho. 2. 2. q. 37.

NOtandum, ꝙ Discordia importat disgregationem cordium, vt concordia vnioné, vnde qui diuersa volunt, dicuntur discordare, non auté qui diuersa credunt, vel opinantur; &

1 Discordia quid sit.

contrariatur charitati, quæ est vnio voluntatum in bono, & differt à rixa, quæ cõsistit in exteriori actu: discordia verò in dissensione voluntatum, quatenus voluntas vnius persistit in vno, & voluntas alterius in opposito, ꝙ fit eo quòd quis præfert ea quæ sua sunt his quæ sunt aliorum, quòd si inordinatè fiat pertinet ad superbiam, & inanem gloriam; quæ ideò est vitanda, cum duas ex vna ciuitates faciat, & seditionem excitet: vt dicit Liu. lib. 6. decadæ 1. & Ambr. lib. de patriarch. & nulla natio, licet minima possit citò deleri ab aduersarijs, nisi proprijs simultatibus seipsam confecerit: vt dicit Veget. lib. 3. & ideò vitãda, cum contra parem cõtendere anceps sit, contra superiorem furiosum, cum inferiore sordidum; cum & in discordia nemo dominum benedicat, ob quam Romanorum Imperium defecit, Græcorum, ciuitates destruuntur, & familiæ dissipantur, vt dictum est supra, vbi de pace est actum, & charitate. His ita not.

2 Discordia vitãda ob eius mala

3 Discordia an sit peccatum, & quomodo & quod.

Prima sit propositio. Discordia ea ratione est peccatum, quatenus contrariatur concordiæ, cuius causa est charitas, & ex genere est mortale, veniale ob imperfectionem actus, nullum si sit præter intentionem, nisi sit cum errore circa ea quæ sunt de necessitate salutis, vel cum pertinacia; probatur primum Gal. 5.

Ratio, nam discordia concordiæ opponitur, concordia verò oritur ex charitate, supra q. 29. art. 13. quatenus scilicet charitas multorum corda cingit in vnum, quòd est principaliter bonum diuinum, secundum bonum proximi, concordia verò per discordiam tollitur dupliciter: primò, per se: secundò, per accidens: per se in humanis actibus, & moribus dicitur, quòd est secundùm intentionem; vnde per se quis dissentit à proximo quando ex intentione dissentit à bono diuino, & proximi, in quo debet consentire, & est mortale ex genere, ob contrarietatem ad charitatem, licet primi motus sint venialia peccata; per accidens verò in humanis actibus dicitur quòd est præter intentionem, vnde cum intentio aliquorum est ad aliquod bonum quòd pertinet ad honorem Dei, vel vtilitatem proximi, sed vnus æstimat hoc esse bonum, alius habet cõtrariam opinionem, tunc discordia est per accidens contra honorem Dei, vel bonum proximi, & huiusmodi non est peccatum, nisi sit cum errore, circa ea quæ sunt de necessitate salutis, vel pertinacia indebitè adhibeatur, cum etiam concordia sit vnio voluntatum, non opinionũ, supra q. 29. art. 1. Vnde discordia quandoque est cum peccato vnius tantum, vt cum vnus vult bonum, cui alius scienter resistit, quandoque cum peccato v-

triusque, cum vterq; dissentit à bono alterius, & diligit bonum proprium.

Et ita est mortale peccatum, si sit circa bonum Dei, vel proximi notabile: vnde peccant mortaliter consiliarij deuiãtes scienter & notabiliter à bono communi ob elationem, vel malam voluntatem; potest verò esse veniale ob imperfectionem actus, & subreptionem, vt si non plenè adsit consensus, vel non liberè, vel si contentio sit in minimis, quæ scilicet non sunt necessaria ad salutem, vel si sit circa ea q̃ sunt supererogationis, nisi quis ex hoc retrahatur à bono proposito absque causa, & potestate legitima, & rationabili.

4 Discordia ẽ filia inanis gloriæ

Secunda propositio. Discordia est filia inanis gloriæ.

Ratio, nam discordia, dicit disgregationem voluntatum, quatenus voluntas vnius stat in vno, alterius in altero, ꝙ verò voluntas alicuius in proprio sistat, prouenit, quia quis quę sunt sua præfert ijs, quæ sunt aliorum, quòd cum inordinatè fit pertinet ad superbiam, & inanem gloriam: vnde discordia, qua quis sequitur quòd suum est, & recedit ab eo ꝙ est alterius ponitur filia inanis gloriæ, vt terminus tamen à quo, oritur ex inuidia, vt terminus ad quem ex inani gloria, & quia in motu terminus ad quem est potior, ideò nominatur ex inani gloria, vt in resp. ad secundum.

SVMMARIVM.

1 Contentio quotuplex, & quid sit.
2 Contentionis mala.
3 Contentio an sit peccatum mortale, & quando non.
4 Contentio fugienda.
5 Contentio est filia inanis gloriæ.

De contentione quæ opponitur paci. Cap. XVI.

D.Tho. 2. 2. q. 38.

Notandum, quòd contentio importat impugnationẽ veritatis verbis factam cum clamore: vt dicit glos. ad Rom. 1. super illud: Homicidijs, contentione, &c.

1 Cõtẽtio quotuplex & quid sit.

Secundò, notandum, quòd contentio est triplex ex parte contendentium, scilicet impugnatio veritatis scitæ, siue sit fidei, siue alterius doctrinæ, siue iustitiæ, siue vitæ virtuosæ, in his maximè, quæ sunt necessaria ad salutem, vel quò ad animam, aut corpus, res, aut famam, si veritas contraria est talis, quòd eius oppositum est mẽdacium perniciosum, est peccatum mortale, quando contentio illa fit causa impugnandi illam veritatem: si enim id fiat alia intentione, vt in Scholis gratia disputationis nõ est peccatum si sit moderata, si enim sit immoderata est veniale, ob scandalum tamen esset mortale, vt si quis prorumperet in iniurias, vel derisiones, quæ sunt causa odij. Galat. 5. si verò sit talis, vt eius oppositum non sit mendacium perniciosum; sic contentio est veniale nisi ob scandalum annexum; sic contentio veritatis agnitæ cum clamore est mortale Galat. 5. cum est de rebus fidei, morum, vel vtilium doctrinarum, secus si contendatur de rebus Dialecticis, vel Mathematicis. Secundò, potest impugnari falsitas modo debito, & est bonũ, si verò modo indebito est veniale. Secundò, distinguitur contentio ex parte materiæ, nam vna dicitur æmulationis, cũ aliqui præferunt diuersos prædicatores, vel doctores, quæ non est mortalis, potest tamen esse occasio talis, ob detractiones, vel odia, & ideò exterminanda; alia est disputationis in Scholis, & esse potest bona ad exercitium cum moderamine, & reuerentia, est verò veniale, si defendatur veritas modo indebito, vel falsitas nulli præiudicans modo indebito; mortale verò si sit contra veritatem Deo honorificam, vel vtilem proximo, vt in spectantibus ad fidem, bonos mores, vel vtiles doctrinas, vt medicinam. Secundò, cum est cum modo excessiuè indebito, vel grauI scandalo, maximè si interueniant contumeliæ, vel opprobria, & huiusmodi. Tertiò, in prohibitis disputari publicè, vt in pertinentibus ad fidem, nisi à doctis contra infideles, vel cum

2 Cõtentionis mala.

fidelibus, ita vt nullum remaneat ibi dubium: tertiò, contentio potest esse in iudicio, quæ potest esse mortale peccatum si fiat contra iustitiam, nisi iusta ignorantia excuset: secundò, si sit cum iustitia, sed nimis prorogentur lites cum damno clientulorum, tertio, ratione scandali, vt in materia de scandalo. His ita notatis.

3 {Contẽtio an sit peccatũ mortale, & qñ non. Prima sit propositio. Contentio veritatis agnitæ modo indebito est peccatũ mortale si res sit alicuius momenti, si vero impugnetur falsitas modo debito, est laudabilis si indebito est veniale, & mortale si scandalum sit annexum.

Ratio, nam contendere, est contra aliquem tendere, vnde & discordia importat contrarietatem in voluntate, sic contentio in locutione, vnde & oratio, per contraria se fundens dicitur contentio secundum Tullium in Reth. li. 4. cõtrarietas vero locutionis potest considerari tripliciter, primo quo ad intentionem contendentis, in qua considerandum an quis contrarietur veritati quod est vituperabile, vel falsitati, quod est laudabile, secundo, in modo an modus contrariandi conueniat negotijs, & personis, quod est laudabile, vel excedat huiusmodi conuenientia, & est vituperabilis, prout ergo impugnat veritatem sic est peccatum mortale, si vero accipitur pro impugnatione falsitatis cum debito modo acrimoniæ est laudabilis, si vero impugnatur falsitas, non debito modo potest esse veniale, nisi tãta inordinatio fiat in contendendo, quod generetur scandalum aliorum 2. Timo. 2. & ideo contentio est fugienda, vnde Cic. in Lęlio d. pestis nulla maior in amicitijs esse potest quàm in quibusdam honoris, & gloriæ certamen, ex quo inimicitiæ sæpe maximæ inter amicissimos extiterunt, & Plin. Iun. lib. 4. d. rem manifestam negare, augentis est crimen, non diluentis, & Cic. pro cluentio, contentio tamdiu sapiens est, quamdiu proficit, & Plato in Phedro, contradicẽtem docere oportet, non contradicẽdo compescere, nam nec insano, si quis vicissim insaniat, medebitur, & Aug. contra Acad. lib. 1. in disputationibus nõ est quærenda victoria, sed bonum & rectum, quia non disputatio veritate, sed veritas disputatione requiritur, vt idem d. lib. 1. super Gen. & disputare sine timore Dei, sit veritatem subuertere, vt d. Chris. hom. 35. in Matth. & disputationes insanæ à satana suggerantur, vt idem d. hom. 7. super Io. & nihil bono viro acquieto magis conueniat quàm abesse à ciuilibus cõtrouersijs. vt d. Cic. ad Atticum.

3 Cõtentio fugienda est.

5 Contẽtio est filia inanis gloriæ. Ratio, nam vt discordia est filia inanis glorię, quia vterque discordantium in proprio sensu stat, & vnus alteri non quiescit. q. præc. proprium enim superbiæ, & inanis gloriæ est propriam excellentiam quęrere, sic & contentio ponitur filia inanis gloriæ quia quisque proprio instat, quatenus vero recedit ab opinione alterius habet conuenientiam cum inuidia. Vnde vitanda est, vt inquit Amb. li. 1. offic. c. 22. & prohibetur in 8. singen. c. si quis dist. 90. & c. si quis semel de pœnit. dist. 1. cum contentio sit impugnatio veritatis agnitę cum fiducia clamoris, vt d. Arch. in c. 1. de pęn. d. 2. & silentium sit cultus iustitię. Is. 32.

SVMMARIVM.

1 Schisma quid significet, & vt ab hęresi differat.
2 Schismatici in quotuplici sint differentia, & eorum pœnę.
3 Schisma quid sit & in quo consistat.
4 Schisma an sit grauius peccatum infidelitate.
5 Schismatici retinent potestatem sacramentalem, & quid de vsu.
6 Schismatici excommunicantur, & sunt excommunicati.

De vitijs oppositis paci pertinentibus ad opus, & primo de Schismate. Cap. XVII.

D. Tho. 2. 2. q. 39.

1 Schisma qd significet, & qualiter.

NOtandum, quod schisma est græca vox latine scissuram significans, & apud Christianos per illicitam ab ecclesia separationem indicatur per inobedientiam factam. c. loquitur c. alienus.

liter ab hę resi differat.

alienus.24.q.1.& differt ab hæresi,nam hæresis dicit errorē in intellectus,schisma diuisionem in voluntate. c.inter hęresim.24. q.1.:peccatum enim schismatis opponitur vnitati per se,& schismatici dicuntur qui subesse renuunt summo Pontifici, & membris ecclesiæ ei subiectis communicare recusant, vt d. hic D.Thom.artic.1. pro cuius clariori notitia aduertendum, quod cum ecclesia militas sit vna numero, scilicet congregatio fideliū, oportet vt vnitas eius constituatur ex relatione, actione, & passione, infidelibus vero tria sunt, primo vnitas virtutum Theologicarum,& sacramentorum, quia singuli fideles, credunt, sperant, amant vnum Deum trinum,& vnum &c. & eadem profitentur sacramenta, & si non esset in fidelibus alia vnitas,proprie loquēdo, ecclesia non diceretur vna numero, sed fideles dicerentur,& essent similes in prædictis,vnde secundum inuenitur in fidelibus, scilicet vnitas capitis non solum in cœlo qui est Christus, sed & in terris qui est vicarius eius, ex qua vnione capitis prouenit in fidelibus esse relatiuū ordinis scilicet ad vnum caput,& etiam esse actionis & passionis iuxta præcipere &obedire,quia singuli fideles mouētur à Spiritu sancto non solum ad actiones virtutum teologicarum, sed etiā ad obediendum vni capiti vicario Christi, & si in fidelibus non esset alia vnio,non diceretur ecclesia vna, sed sub vno, vt multa regna sub vno Rege, vnde in fidelibus tertium inuenitur, scilicet vnitas collectionis vniuersorum fidelium, ex qua accedit singulis eorum esse relatiuum,scilicet esse partem vnius numero populi,ciuitatis,domus,& sic dependentia cuique à toto, & similiter secundum actionem. & passionē habetur hæc vnitas & dependentia, quia fideles mouentur à Spiritu sancto ad operationes vitę spiritualis, scilicet credere,sperare, diligere,sanctificare,& sanctificari,pręcipere & obedire,&c.non solum quo ad substantiam, sed etiam quo ad modum operandi, vt scilicet hæc operentur, vt partes vnius totius,; propter illud vnū, & secūdum illud, cum ecclesia inter fidei articulos vna dicatur,&ideo Sp.sanctus mouet singulos ad operandum interius, & exterius vt partes vnius, credendo &c. præcipiendo & obediendo,docendo & discendo, Qui ergo renuit operari vt pars ecclesiæ, siue id oriatur ex diuersitate sentētiarum, vel affectionum, vel auaritia, vel ambitione,vel velit docere vel doceri sanctificare, vel sanctificari,schismaticus dicitur. 2

Schismatici in quo tuplici sīt differētia & eorum pœnę.

Secundo notandum,quod schismaticis sunt duplicis, generis,quid.ān.sunt diuisi ab ecclesia quo ad solam obedientiam,nullum habentes de credendis errorem in mente, nec pertinatiam in voluntate de defendendo errorem, & hi non sunt hæretici, licet moti superbia, vel auaritia, & huiusmodi, deuient ab obedientia ecclesię,sunt tamen dispositi ad hæresim, quia ex eo quod se diuidūt nolentes ecclesiæ obedire in agendis, leuiter prorumpunt, vt non obediant in credēdis,& sunt leuiter de hæresi suspecti,quia hoc facto videntur profiteri, quod extra ecclesiam sit salus, & vera sacramenta, vel quod Papæ non sit parendū.

Alij sunt diuisi ab ecclesia non solum quo ad obedientiam, sed etiam quo ad credendum, quia nolunt credere determinationibus ecclesiæ, vt de fide factis, vt quod Sp.sanct.procedat à patre,& filio,quod ecclesia determinauit. c.vn.de summa Tr.in 6.& hi sunt vt hęretici habendi, cum habeant errorem in mente in his quæ sunt fidei, & pertinatiam in volūtate,tertij sunt schismatici qui probabili, vel inuincibili ignorantia ducti putant aliquem esse Papam,qui non sit, 3 vt cum duo contendunt de papatu, nec cōstat quis eorum canonice sit electus, qui vero obediunt tunc non vero Pontifici credentes verum, vel contra, schismatici improprie dicuntur, nec hæretici sunt,nec aliquam pœnam iuris incurrant,vt d.Turr.Cr. in summa de ecclesia lib.4.p.1.c.14. primi ergo redeuntes ad ecclesiam abiurare debent schisma, & promittere satisfactionem ad mandatum ecclesię,& etiam suspitionem hęresis,vel hæresim, vt in secundo casu, & tales non possunt admitti ad beneficia, & maiores ecclesiæ dignitates sine Papę dispen-

dispensatione, vt d. Pegna. in Dir. 2. p. q. 48. comment. 73. His ita not.

3 Schisma quid sit, & in quo consistat. Prima sit propositio. Schisma proprie est cum quis sponte se ab vnitate ecclesiæ quæ est vnitas principalis, separat, & schismatici dicuntur qui renuunt subesse summo pontifici, & membris Ecclesiæ communicare recusant. probatur. ex Aug. li. 20. con. Fau. c. 3.

Ratio, nam schisma à scissura animorum dicitur, secundum Isid. lib. 8. etim. c. 3. scissio vero opponitur vnitati, vnde peccatum huiusmodi dicitur directe, & per se quod opponitur vnitati, vnde vt in naturalibus, id quod est per accidens nō constituit speciem, sed quod est per se, sic in moralibus, quod est præter intentionem non constituit speciem, ideo schisma, est speciale peccatum quia intendit se ab vnitate separare quam charitas facit, quę non solum vnam personam alteri iungit spirituali dilectionis vinculo, sed etiam totam ecclesiam, in vnitate spiritus, vnde proprie schismatici dicuntur qui propria sponte, se ab vnitate ecclesię separāt, quæ est vnitas principalis, quia vnitas particularis aliquorum ordinatur ad vnitatem ecclesiæ sicut compositio membrorum in corpore ad vnitatē totius corporis, ecclesiæ vero vnitas in duobus attenditur, scilicet in connexione membrorum ecclesię adinuicem, secūdo, in ordine omnium membrorum ecclesiæ ad vnum caput. 2. Col. 2. hoc vero caput est Christus cuius vis in terris gerit summus Pontifex, vnde schismatici sunt qui subesse renuunt summo Pontifici, & membris ecclesiæ ei subiectis communicare recusant.

Hinc constat quod etiam Papa potest esse schismaticus, cum possit etiam esse hæreticus, vt si non haberet animum communicandi cum ecclesia, vt pars illius, & caput eius in spiritualibus, sed haberet se tātum, vt dominus temporalis, & in opere exteriori, vt si nil vellet operari ad ecclesiam vt se ab ea disiūgeret, vel excommunicare præsumeret ipsam ecclesiam, vel nutriret schisma, vel non reprimeret eos qui vnitatem ecclesiæ scindere student, vt d. hic Bannes cum Caiet. Aduertendum etiam, quod non omnis separatio à Papa constituit schisma, nam si quis non vult exequi quæ Papa mandat, vt abstinere ab aliquo bello, restituere aliquod dominium, nō est schismaticus, licet grauiter peccet; nec etiam si iudicium Papæ recusat vt suspecti, paratus tamen stare iudicio non suspectorum ab eo eligendorum in causa ad ipsum spectante, non est enim schismaticus, vel alio vitio irretitus, cum cauere nociua cuique sit naturale, si vero quis recuset iudicium Papę ex parte officij, non recognoscens eum vt superiorem, is est schismaticus, licet credat eū esse iudicem superiorem.

Secunda propositio. Peccatum infidelitatis ex genere grauius est peccato schismatis, inter peccata tamē quæ sunt in proximum, peccatum schismatis est maximum, cum sit contra spirituale bonum multitudinis.

4 Schisma an sit grauius peccatum infidelitate.

Ratio, nam grauitas peccati consideratur, vel secundum se, vel secundum circumstantias, & quia circumstantiæ particulares sunt infinitæ ita & infinitis modis variari possunt, ideo cum quæritur de peccato, qđ sit grauius intelligitur de genere non de circumstantijs, genus vero, vel species peccati sumitur ex obiecto 1. 2. quæstione 72. art. 1. Ideo id peccatum quod maiori bono contrariatur ex genere est grauius, vt peccatum in Deum quàm proximum, sed infidelitas est peccatum in Deum secundum quod in se est veritas prima cui fides innititur, schisma vero est contra ecclesiasticam vnitatem, quod est quoddam bonū participatum, & minus quam Deus, vnde infidelitas est maius peccatum ex genere, licet possit schismaticus grauius peccare quam quidam infidelis, vel ob maiorem contemptum, vel ob maius periculum, quod inducit, & huiusmodi. D. Tho. d. q. at. 2. in corp. & ad 3.

5 Schismatici, retinēt prātem sacramentalem, & quid de vsu.

Tertia propositio. Sacramentalis protestas manet in schismaticis, ij tamen vsum potestatis amittunt, ita quod ea vti non possunt, si tamen ea vtuntur valet in sacramētalibus, vbi non admiscetur iurisdictio, cum potestas iurisdictionis non maneat in schismaticis vel hæreticis, probatur. ex Cipr. libro 4. ep. 2. cap.

cap. nouatianus. 7. quæst. 1.

Ratio, nam potestas spiritualis est sacramentalis vel iurisdictionalis prima, quæ per aliquam consecrationem confertur, omnes vero consecrationes ecclesiæ sunt immobiles manente re, quę consecratur, vt patet in rebus inanimatis, quia altare semel consecratum, non consecratur denuo nisi sit dissipatum, ideo huiusmodi potestas secundum essentiam remanet in homine qui per consecrationem eam est adeptus dum viuit vel in schisma, vel in hęresim labatur, vnde rediens ad ecclesiam, iterum non consecratur, sed quia potestas inferior nō debet exire in actum nisi secundum quod dispensatur à superiore, & mouetur, vt in naturalibus patet, ideo huiusmodi vsum potestatis amittunt, quia nō licet eis vti sua potestate, si tamen ea vtantur effectum habet in sacramentalibus, quia in his homo non operatur nisi vt instrumentum Dei, vnde effectus sacramentorum non excluditur ob culpā conferentis, potestas vero iurisdictionis est quæ extra simplicem inunctionē, hominis confertur, & huiusmodi potestas nō immobiliter hæret, vnde in schismaticis, & hæreticis non manet, vnde absoluere excommunicare indulgētias dare, & huiusmodi non possunt, & si faciunt, nil est actum.

6 Quarta propositio. Schisma sufficit ad excommunicandū, probatur. Nu. 16.

Schismatici excōmunicantur.

Ratio, nam per quæ quis peccat debet puniri: Sap. 11. Schismaticus vero peccat quia se separat ab vnione membrorum ecclesię, & quo ad hoc conuenienter excommunicatur, in alio vero, quia subdi recusat capiti ecclesię, ideo quia non vult coęrceri per spirituale potestatem ecclesiæ, iustum est vt potestatē temporali coerceatur. Et hodie schismatici incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam, ex Bulla cœnę domini.

SVMMARIVM.

1 Bellum vnde dicatur.
2 Bellum vnde inductum.
3 Bellum qualiter indiceretur, & vt hodie.
4 Bellum fugiēdum est ex multis causis, si fieri potest.
5 Bellum vt iustum sit quæ requirantur.
6 Bellum an possit indici aduersus infideles ob solam infidelitatem, & ex quibus causis.
7 Belli finis qualis esse debeat, & vt conditiones eius intelligantur.
8 Bellum inferre quis possit, & non.
9 in Bello iniusto pugnare non licet, & quod sit tale.
10 in Bello dubio qui possint bellare.
11 Bellum licitum est si legitime fiat, & quod sit tale.
12 in Bello iusto quæ liceant, & non.
13 in Bello an possit fieri compositio, & quid in damnum aliorum.
14 Bellum gerere prohibentur clerici, & an per alios.
15 Bellum gerere quibus casibus clerici possint.
16 Bellum gerentes clerici casibus non permissis quas pœnas incurrant.
17 Bellum agere diebus festis an liceat.

De Bello quod opponitur paci. Cap. XVIII.

Notandum, quod bellum per oppositum dicitur, quod in se nil pulchri contineat, vel à belluis, eo quod procedat ab animo ferino, vt notat Festus, & consentit Cicero. 2. offic. cum eo homines feras superent quæ cum alijs eiusdem speciei non dimicant, vt d. Aug. lib. 12. ciu. c. 12. quod iure gentiū est inductum, quod fiebat ex graui quahtate causæ, sicque vt ante denuntiatū esset, quadam formula verborum, immisso in hostes telo, vel hasta sanguine tincta, & ante vsum tubæ præcedebat vates lauro coronatus facem gestans, quo præsente à prælio abstinebant, vel indicebatur per ferream chirotecam, vt d. Liu. lib. 1. Fenestella c. 9. de sacerdotijs. Gellius. lib. 16. cap. 4. & lib. 1. cap. 5. Amm. Marcell. lib. 19. & nunc mittitur Araldus apud Gallos, & apud Hębreos sacerdos hortabatur ad pugnam, &

D. Tho. 2. 2. q. 40.

1 Bellū vnde dicat.

2 Bellū vnde inductum.

3 B. llū qualiter indiceretur, & vt hodie.

Deum

Deum ante orabant. Deuter. 10.

4 Secundo notandũ, quod tametsi Bellum iuste susceptum licitum sit, tamen non temere nec nisi ex graui necessitate gerendum, omnes mundi sapientes existimarunt, vt habetur tr. de principe. ob multas quæ inde eueniunt calamitates, ob quod apostolus suadet vt omnes pacem amplectantur. Roma. 13. Coloss. 3. & Deus ipse peccatoribus in pœnam criminum bellum immissurum minatur. Leuit. 26. Deut. 28. & Numa Pompilius ita pacem dilexit vt per quadraginta annos memoria belli omnino extincta fuerit, Iani templo per id temporis spatium clauso manente, & Plato ac Aristoteles licurgum arguunt, quod solum ciuibus rei militaris exercitium proposuerit, cum minimum tamen sit ad imperium sanciendum, cum & ad eius conseruationem requiratur iustitia quæ iurisdictionem tuetur, & prudẽtia ac temperantia timoris, & rigoris moderatrices, vt & mundus ex quatuor constat elementis, quorum vnione palpabile fit, & visibile, & in perpetua vnione seruatur, vt à nullo præterquàm à Creatore dissolui possit, sic ad publici dominij conseruationem quattuor virtutes requirũtur quarum cõuenientia seruari debeat, & vt in mundo ignis, & terra prius apparuere vt vniuersum visibile, & palpabile redderetur, inter quę aqua & aer locati fuere, vt quadam proportione extremorum dissimilitudinem temperarent, ita fortitudo & iustitia præcipue requiruntur ex quibus respublica ordinetur, cum absque iurisdictione, & virib. permanere non valeat, comitibus tamẽ prudentia, & temperantia quibus rigor molliatur, & timor moderetur, vt Plato ait, cum iustitia absque temperantia sit rigor, fortitudo à iustitia disiuncta temeritas & feritas, iustitia absq; prudentia astutia & malitia maneat, & temperantia à fortitudine destituta mollities, & animi deiectio, Ex quibus dignoscitur solam artem militarem reipublicæ non prodesse, cum experientia constet, tempore pacis philosophiam vigere, & scientias in hominibus à periculis bellorum liberis, augeri, iustitiam florere, virtutem suos producere fructus, otium lãguescere, pietatem exerceri, ecclesiasticam disciplinam firmari, omnes sua bona seruare & augere, commercia libere exerceri, & omnia denique vbique florida conspici, contra vero belli tempore, auiditatem excitari, auaritiam augeri, iustitiam cadere, vim dominari, rapinam regnare, luxuriam liberam esse, peiores dominari, bonos opprimi, castas mulieres violari, agros vastari, domus incendi, templa destrui, sepulturas contemni, bona rapi, homicidia committi, virtutem expelli, vitium honorari, leges contemni, Dei cultum relinqui, populum opprimi, statum ecclesię irrideri, commertia impediri, homines feros fieri, & omnia demum calamitatibus referta esse, cernere liceat, ob quod id dominium fęlix est ęstimandum, vbi princeps, Dei legibus & naturæ, magistratus principi, subditi magistratibus, filij parentibus obediunt & serui dominis, ac ciues mutua se beneuolentia complectuntur, bono pacis potientes, ob quod Focion conatus est impedire bellum cõtra Macedones ab Atheniensibus indicendum, & Augustus in vniuerso orbe pacem firmauit, & Traianus, se ad imperium vt regeret, non vt bellum gereret, vocatum dixit, cum ex bello pestes famis, & innumera mala supra relata proficiscantur, & amatores belli temeritatis dent pœnas, vnde Icostenes in itinere occisus fuit, & gręcorum exercitus ab Antipatro dissipatus, Craterus, Macedones, & Atheniensis ciuitas dissipati, ex quibus videre licet bellum non nisi ex summa necessitate suscipiendum, & omnia prius tentanda & perferanda quàm ad id deueniatur, vt ex alijs etiam patet quæ habentur tract. de principe. cap. 3.

Bellũ fugiẽdũ est ex multis causis, si fieri põt.

Secundo notandum, quod ad hoc vt bellum iuste geri possit, plura requiruntur primo, vt indicatur à principe non recognoscente superiorem in temporalibus vt inquit Aug. li. 22. cont. Fau. c. 74. cap. q̃d culpatur. 23. q. 4. Isid. li. 8. Etimo. c. 1. 23. q. 1 l. hostes. ff. de capt. l hostes. ff. de verbor. signi. Car. in c. quod vero. 23. q. 3. D. Tho. hic art. 1. & ibi Gaiet. & alij id agen- 5

Bellũ, vt iustũ sit q̃ req̃rũtur.

agentes dicuntur latrunculi, vel prædones. l. hostes, ff. de capt. Cic. 1. offic. nam cum principis sit tueri rempublicam, & purgare interius & exterius, potest indicere bellum, priuato enim id non licet, cum ius suum possit prosequi in iudicio, & agere si ab aliquo lęditur, sed si vnus princeps ab alio lęditur, non est aliquod commune tribunal apud quod conqueri possit, ideo potest bello se tueri, si non recognoscat superiorem in tēporalibus, vt Papa in temporalibus, Imperator, Reges Galliæ & Hispaniæ, Respublica Veneta, & alij qui iura Romani imperij præscripserunt, & est communis opinio, vt d. Couar. in reg. peccatum 2. par. §. 9. de reg. iu. in 6. Si vero sit princeps imperfectus vel respublica depēdens ab alia superiori, vt quidam Duces, potest gerere bellum si iustum sit defensiuum aduersus hostes, nec oportet expectare facultatē supremi principis, cum cuique liceat defensio rerum suarum, & ad principem spectet purgare rempublicam interius, & exterius; is tamen nō potest gererere bellum aggressiuum sine authoritate supremi principis, vt d. hic Baunes, dub. 2. respublica vero perfecta, vel eius princeps potest vti bello etiam aggressiuo, & si est passus iniuriam, est vere iudex illius principis qui fecit iniuriam, vt idem d. cum bellum sit supremus actus iustitiæ vindicatiuę qui actus pertinet ad verum iudicem, qui princeps est, & si qui sine authoritate principis gerunt bellum aggressiuū peccant mortaliter, & tenentur restituere incensa, & deuastata, ac damna illata, vt d. hic Bannes. dub. 4. Secundò, ad iustitiam belli requiritur causa legitima, huiusmodi vero multiplex est; Primò, si princeps negligit vindicare, quod à suis improbe factum est, ob quod Dauid intulit bellum Regi filiorum Amon, 2. reg. 10. vt d. hic D. Thom. ex Aug. lib. 6. q. super Iosue. c. 10. c. dominus. 23. q. 2. Secundò, si per iniuriam ablatum respublica restituere neglexerit, sic Dauid mouit bellum aduersus Isboseth qui occupare nitebatur regnum Israel 2. reg. 2. Tertiò, si fit ad defensionē proprij imperij iuste possessi, & prouinciarum ad id pertinentium, quasi fiat ad defensionem propriæ personæ, subditorum, & rerum. c. olim. de rest. spol. l. vt vim. ff. de iust. & iu. vel si quis vlciscatur iniurias suas, vel suorum iniuste illatas. Car. in c. quod vero. 23. q. 3. Quarto, vbi subditi iniuste recusent parere imperio principis, ob id Dauid mouit bellum aduersus Seba, quia populum sollicitabat, vt ab eo ad ipsum Seba deficeret. 2. reg. 20. vel si impugnētur qui meruerunt, vt d. hic D. Thom. sic tamen, vt pœna non excedat qualitatem delicti. Deut. 25. vt d. hic Bannes. dub. 4. quinta causa est cum quis impeditur per alienū innoxie transitum facere, cum id iure humanæ societatis debeatur, ob quam causam filij Israel pugnauerunt contra Seon, & Og reges Amorrheorum. Nu. 21. vt d. Aug. lib. 4. qq. in Nu. c. 44. modo careat suspitione, & ideo mos est id sepe concedi, sic tamen, vt milites turmatim solo gladio cincti, & non omnes simul transeant, nec loca munita, nisi aliqui pauci ingrediantur, & datis custodibus, qui eos ad fines principatus comitētur, & expositis militibus qui curēt ne ij populis iniurias irrogent. Hæ sunt causæ iustæ Belli indicendi, quod ideo non potest indici aduersus infideles ex eo solo, qđ sint infideles, nec contra idolatras ēt à Papa, vel Imperatore etiam si peccent in ijs quę pugnant cum lumine naturę, cum per infidelitatem nemo amittat dominium rerum suarum, nec ecclesia puniat infidelitatem in his qui fidem nunquàm suscepere, & habetur in c. dispar. 23. q. 8. l. christianis. C. de pag. & sacrif. Turr. Cr. in d. c. dispar. D. Thom. 2. 2. q. 12. art. 2. Couar. dict. 2. par. §. 10. Molina vir Doctissimus de iustitia. tra. 2. disput. 106. nisi quando detinent prouintias olim ad iurisdictionem Christianorum pertinentes, vel si christianos persequuntur, & offendunt, vel si impediunt prædicationem Euangelij in eorum prouintijs, & fidem christianam admitti, vt d. Couar. d. §. 10. vel ex alijs causis supra relatis, vel etiam si innocentibus iniuriam irrogant, vel si innocentes immolent vt eorum carnibus vescantur, vel eos tirannicis legibus opprimant, vt d.

6 Bellū an possit indici aduersus infideles ob solā infidelitatē, & ex q buscausis.

Mo-

Molina loco cit. princeps vero sub quorum imperio sunt potest eis prohibere peccata prohibita lumine naturæ vt d. Couar. loco cit. §. 9. & 10. & Molina. d. disp. 2. concl. si vero infideles, vel christiani fidem suscepere, si postea fiant hæretici, vel apostatæ à fide, potest ecclesia eos sententialiter punire, & vt tales sunt declarati possunt bello impugnari, & eorum subditi absoluti sunt à iuramento fidelitatis c. cum secundum de hær. in 6. Card. in c. 1. 23. q. 7.

7 Belli finis qualis esse debeat, & condõnes eius, vt intelligantur.

Tertia cõditio ad iustum bellum est recta intentio, vt scilicet fiat non nocendi cupiditate non vlciscendi crudelitate, non libidine dominandi. ex Aug. in c. quid culpatur. 23. q. 1. sed ad propulsandum iniuriam à Rep. vel vindicandam illatam, vt d. hic D. Thom. ar. 1. & Couar. d. §. 9. & sic intuitu boni communis, & etiam licet sit iunctum cum commodo inferentis, modo alias sit iustum, & cedat in maius bonũ nationis cui infertur, est licitum, vt quia conuertantur ad fidem, propagetur ecclesia, cessent à peccatis, licitum est; licet tamen alias licitum esset bellum vt quia castrũ principis ab ipso descisceret, si ex vltione maius damnũ imminet principi, & regno, vt quia regnum periculo exponatur, tenetur sub mortali ab eo cessare, vt d. Molina. d. tr. disput. 107. Hæc tamen conditio licet faciat ad hoc vt bellum licitũ sit vel non in conscientia, ita vt non peccet vel sic id indicens hac intentione, non obligat tamen ad restitutionem, si quis eam transgrediatur, vt si odio moueatur, modo alias adsit iusta causa belli, vt d. Couar. d. §. 9. & Molina. d. disput. 107. in fi.

Aduertendum tamen circa primam conditionem belli indicendi, quod scilicet oporteat, vt qui indicit sit princeps supremus, id egere aliqua declaratione, nam si aliqua natio tam fera sit vt superiorem non habeat, sed singulæ duæ familiæ, vel duo pagi ita ab inuicem sint diuisi vt communem non habeant superiorem, vt in Brasilica regione contingit, poterit vna familia, vel vnus pagus sumere vindictam, & satisfactionem de iniurijs ac damnis ab alteris familijs, vel pago illatis, & idem erit si ex consuetudine præscripta aliquæ ciuitates, vel magnates qui superiorem agnoscunt, obtineant vt bellum indicere possint, vt Dux Mantuæ, modo bona fide sint in tali possessione, vel si ex priuilegio id obtineant, & eo magis si legitimo titulo nulli alteri pareant, & idem ex necessitate, vt si in vno regno ciuitas vna vel Dux alterum oppugnet, & Rex requisitus repugnat vel negligit vendicare iniurias illatas, potest ciuitas iniuriam passa non solum se defendere, sed etiam bellum inferre & punire hostes, quod tamen non est multum extendendum, idest vt non excedat compensationem iniuriæ, & licet hoc casu Molina censeat posse subditum inferre bellum etiam principi supremo se non defendenti, id tamen mihi durum videtur, cum eo casu licet se habeat tirannice, subditi tamen tenẽatur tirannice gubernantem, modo alias sit legitimus princeps, patienter sustinere vt d. Gaiet. 2. 2. q. 64. ar. 4. & idem si Duci subdito imperatori, ipsius subditi rebelles sint, is .n. poterit pro quãtitate iurisdictionis quã habet ad puniendos sibi subditos, mouere eis bellum, intra limites effectuũ ad quos sua iurisdictio se extendit, si tamẽ duo regna habent commune caput, non possunt sibi inuicem bellum mouere sine licentia supremi principis; si vero sit persona ecclesiastica habens temporale dominium alicuius Reipublicæ supremum, ad eam spectat bellum mouere per se vel alium, quod Papa potest non solum in statu temporali ecclesiæ, sed etiam alibi vel id concedere per facultate quã habet in omnes potestates laicas in ordine ad finem supernaturalem, si ordo ille sic postulat. Molina. d. tract. 2. disput. 100.

Aduertendum præterea est circa secundam conditionem, quod iniuria accepta est iusta causa belli indicendi modo sit grauis, & digna arbitrio prudentis, vt tantum malum, vt est bellum inferatur, vel is velit sibi resarciri damna, vel non, dummodo præcesserit culpa in hostibus quod magis attenditur, quàm valor damnorum, similiter id licet ad recu-

recuperandum ab eis iniuste possessa etiam si ignorantia inuincibili ignorent esse bellum inferentis, modo re uera id sit, quo tamen casu solum licet aduersus eos facere quod necessarium est ad extrahendum ex eorum manibus, quę iniuste materialiter detinent, etiam si id sit cum eorum cęde coniunctum, & extrahendum cum minori iactura quàm fieri possit, alias iniustitia cõmitteretur, si quid amplius excedatur cum onere restituendi, nec in pœnam quid ab eis amplius exigi potest nec etiam belli expensę, cum careant culpa; præterea princeps etiam committeret iniustitiam aduersus propriam Rempublicam bellum inferendo, si non habeat vires ad superandum, & si cum pauco suo commodo, quod expectat vel prætendit, Rempublicam grauat exactionibus, & exponit periculo, mortaliter peccat, vt d. Molina. d. tr. disput. 102. similiter iusta causa belli indicendi est cum aliquis princeps præbet auxilium principi sibi iniuste bellum inferẽti, ob quod Dauid percussit Siriam Damasci, quod contra se auxilium Adarezor Regi Seba præbuisset. 2. reg. 8. sic etiam si quis iniuste defendat scelestos aliquos, ne iuste puniantur, ob id vndecim tribus Israel iuste mouerũt bellum aduersus tribum Benjamin, quę defendere voluit habitatores Gabaa ne punirentur ob violationem vxoris Leuitę vsque ad animæ efflationem. Iudi. 10. similiter si fœdus vel pactum initum frangatur, qua ratione iustum fuit bellum Regis Ioram aduersus Masan Regem Moab, eo quod tributũ debitum soluere nollet, & conuentum 4. reg. 3. vel si denegentur illa quæ iure gentium omnibus debentur, vt d. Molina. d. tr. disp. 104. qui & d. tract. disput. 105. reijcit causam iustam belli si quis prohibeatur peregrinari in alienas terras sine nocumento, & naues portubus appellere, & fluminibus vti, & ibi negociari, importando merces, exportandoque ea quibus abundant, & huiusmodi, cum ex hominum malitia ijs fraus fieri possit, subdens tamen gratia prædicandi euangelij ingredi licere etiam bellũ impedientibus eius prædicationem inferendo, vt & supra est dictum, quod si qui possideant regna à Turcis occupata, vel eorum hæredes non inueniantur, poterit Papa ob plenitudinem potestatis quam obtinet in ecclesiæ bonum, expeditionem distribuere, vt d. Gaiet. 2. 2. q. 66. art. 8. non tamen id licet gratia amplificandi imperium, nec aptius gentes rudes regendi, licet liceat præstando auxilium iuste bellum gerenti, accipere partem captorum, & ita imperium dilatare, vt Romani fecere socios adiuuando, & Lusitani in India, vt d. Molina. d. disp. 105.

Tertio. Aduertendum exacte considerandam esse potestatem legitimam inferendi belli, & iustam causam eius, antequàm inferatur, cum bellum absque necessitate impellente, ob innumera mala, quæ inde sequuntur, nõ sit suscipiendum, vnde Imperator Augustus dicere consueuerat, vt aliquod bellum iustum esset, à Deo præcipi debere, & iustum à philosophis, qui nunc sunt Teologi, ęstimari, ob qd Traianus Imperator, Eliano teste, nunq̃ in prælio est victus, eo quod nullũ nisi aperte iustũ bellum susceperit, nec de ijs facile credendum sit iustum bellum fouere, qui absque vllo delectu, alienas occupant vrbes, vnde cũ Antigono iniuste bellum gerenti quidã philosophus librum de iustitia agentem dicasset, is subridens, dixit, stultus es ò amice mecum de iustitia agens, qui me alienas cernis vrbes expugnare. Vnde iustitia belli explorata prius esse debet, si enim sit dubia, omittendum est, ascitis iccirco in cõsilium viris sapientibus quid examinent, nempe historiographis qui recte genealogias & descendentias, ac legitimos prouintiarũ dominos longa temporum serie perspectos habeant, iurisperitis qui examinent quibus ex iure hæreditas illam et spectet, teologis viris qui causas belli discutiant, ducibus expertis, qui considerent vires vtriusque, & an cum bono proprię reipublicæ, vel maiori eius damno gerendum sit bellum, & demum viris ætate, & sapientia præstantibus ac pietate, qui videat an è re id sit agendum, & precibus ab episcopis, & clero vniuerso ad Deum ea

8 Bellũ inferre quis possit, & non.

9 in Bello iniusto pugnare nõ licet, & q̃ sit tale.

ea de re prius publice factis, qui quid agendum sit interius diuinitus consulat, His actis, si causa est iniusta, supersedendum est à bello, si vero est iusta, moneri debent hostes prius vt cedant, vel satisfaciant, obediant, & soluant expensas belli, qui si obediant, tenetur princeps qui vult bellum mouere desistere, quia bellum est tantum necessitatis nō voluntatis, vt ait Aug. ep. 105. ad bonif. c. noli. 23. q. 1. & tunc cessat omnis necessitas belli, cui consonat quod habetur Deut. 20. prius pacem esse offerendam quàm dimicetur, si tū terræ hostium essent debite inferentibus, vt turcarum Christianis, offerri debent eo modo quo debitæ sunt, & satisfactio iniuriarum pteritarum, & si qui mereantur capite plecti, illos offerre, quo tū casu princeps multum de rigore minuere debet, vt d. Maior. 4. d. 15 q. 20. Driedo. 2. li. de lib. chr. c. 6. Molina. tr. 2. de inst. disput. 103. aliter bellum esset iniustum, & teneretur ad damna, modo fides adhiberi possit promissis, & si iniuria principi materialiter est illata, compensetur, si formaliter, tradantur noxij etiam si is princeps esset, bello vero cępto vbi cœdes aliquę interuenere, non tenetur ex iustitia princeps acceptare satisfactionem, sed bene ex charitate, si tamen eo casu soluantur omnia damna, & tuta ac debita satisfactio præstetur, & qui digni sunt morte permittantur occidi, tenetur desistere à bello iam cœpto, quia ex eo tempore cessat iniustitia aduersariorum, & pro præterito nil amplius potest peti, vt ibi. d. Molina. in fi. & ita vbi debita offertur satisfactio, tenetur inferens bellum ab eo cessare, verum est tamen quod si bellū ita processerit, vt parati sint manus conserere, vel fouens causam iustam, sit in actuali obsidione ciuitatis, de rigore iustitiæ dici potest, quod non tenetur acceptare conditiones, sed possit persequi bellum, licet ex charitate cessare debeat, vt dicit Driedo loco cit. & dixi tractat. de cas. res. casu 13. sub. 6. fall. vet. si vero. Quod si hostes nolint ante vel in ipso bello satisfacere competenter, licitum est prosequi iustum bellum.

Vbi vero est dubium, & sic dubia eius iustitia, adhiberi debent in consilium sapientes, & audiri etiam rationes aduersariorum, & diligenter iustitia causæ examinanda, & tunc aut aliquis est in legitima possessione alicuius loci de quo agitur ita quod bona fide eū cœpit possidere, vt ad se pertinentē, & non tenetur se illo priuare, donec contrariū constet, cum in dubio melior sit conditio possidentis, c. cum sunt c. in pari. de reg. iu. in 6. & qui est extra possessionem debet ius suum iure tantum experiri, si vero qui possidet inclinaret rem quā possidet magis ad aduersarium pertinere, nec posset deponere conscientiam adhibita morali diligentia, & alius certo assereret ad se spectare, teneretur eo casu pro quantitate dubij rem illam cum ipso diuidere, nisi conuenirent, vt staretur iudicibus arbitris, si vero neuter est in possessione rei de qua agitur, aut alter ingressus est possessionem altero contradicente, aut dubio existente an res ad se pertineat, & si re diligētur examinata, adhuc remanet dubia, diuidenda est res inter utrumque pro dubij quantitate, vel facienda compensatio è re alia si res commodam non patiatur diuisionem, & si alter id renuit, erit iniustus, & poterit moueri bellum aduersus eū, cum neuter eorum potius habeat ius, cum res sit dubia, & alter cœperit mala fide possidere, Quod si controuersia oritur inter duas respublicas, vel principes diuersarum Republ. super re aliqua, debent vtrinque proponi rationes absque fraude, & mitti periti vtrinque in confinio regnorum, qui audiant rationes vtriusque partis, & rem adiudicare cui iure debetur, quod si re discussa adhuc manet dubia, si alter erat bonæ fidei possessor, est illi omnino relinquenda, donec aliud constiterit, nec potest ab eo aliud exigi, nec bellum contra eum moueri, si vero neuter erat bonæ fidei possessor, res est diuidenda inter eos pro dubij quantitate, & si quis id renuit est iniustus, & potest ei bellum moueri, quod si iudicio vtriusque partis constat cui res illa spectat, est ei relinquenda, & si partes iudicio discordent, &

10 in Dubio bello qui possint bellare.

vtraque iudicet semoto dubio ad se pertinere, vna certe decipitur, quæ si moralem adhibuit diligentiam, & inuincibiliter erret, secuta iudicium peritorũ, & piorum, sic bellum est iustum ex vtraque parte, sed ex vna formaliter, & materialiter, & alia materialiter tantum, & tunc suadendum esset vt litem transactione componerent, vel rem iudicio arbitrorum committerent, probabile tamen est neutram ad id teneri, maxime quando grauissima alia mala, prę ter ordinaria belli inde non timerẽtur, & quando neutra pars crederet alteram procedere bona fide, & habere iustum bellum formaliter, & se nõ minus posse decipi quàm aliam, eo casu qui sic opinatur deberet transactione rem definire, maiori parte alteri relicta, vel consentire, vt arbitri definiant, exposito eis dubio quod sibi remanet, ꝙ si vtraque pars credit certo rem ad se pertinere, neutra teneretur transigere, vel arbitros admittere, quia vtraque est iudex supremus in ea causa, & non tenetur cedere iuri suo, & hoc casu bellum formaliter esset iustum ex vtraque parte, licet semper timendum sit ne bellum ex parte vna sit iniustum, quod non vt oportet, vel non sine passione velit rem examinare. Et licet quando lis est inter Christianos, & iudicaretur bono ecclesiæ, & fini supernaturali expedire, vt Papa rem definiret, ipse de plenitudine potestatis, posset causam ad se auocare, & rebellem compescere, ac rem definire, tamen non videtur passim id expedire, vt fiat, quia fieri posset, vt qui sententiam aduersam re patitur, Papæ succenseat, & ei obedientiam subtrahat, debebit tamen Papa eo casu, vt pater eos monere vt seipsos componant, & à bello abstineant.

Vbi vero mortuo Rege, varij subditi illius regni contendunt regnum ad se pertinere, Respublica ipsa, eo casu iudicare debet ad quem pertineat, cum tunc sit omnibus suis partibus superior, si vero morte Regis, princeps alterius prouinciæ diceret regnum ad se pertinere, tunc causa est tractanda, modo quo supra dictum est supra esse tractandam cum controuersiæ oriuntur inter diuersos principes, & diuersas Respublicas cũ tunc illa prouincia non sit index in illa causa, vt d. Molina d. tr. 2. disput. 103. & Bannes. hic ar. 1. dub. 5. Et ita princeps vel respublica quæ habet indicere bellum, examinare prius debet iustitiã belli; Quo vero ad alios, ij qui ad consiliũ principis admittuntur, tenentur examinare iustitiam belli, ita quod si eorum malitia, vel negligentia bellum iniustũ inferatur, restituere teneantur omnia damna secuta, minores vero de republica non tenentur examinare causam belli, sed se committere iudicio principis, & eorum qui ad consilium admittũtur, nisi inditia iniustitiæ sint aperta, quia tunc non solum sapientes, sed etiam cõmunes milites tenentur examinare iustitiam belli, aliter ignorantia eos non excusat à peccato, & ab onere restituendi. Si vero causa sit dubia, licitum est subditis pugnare, ex August. lib. 22. contra Fau. cap. 75. cap. quid culpatur. 23. q. 1. non solum si dubium sit speculatiuum an princeps iustam habeat belli causam, sed etiam practicum, an stante tali dubio debeant pugnare, id enim tenentur principe pręcipiente, nec solum subditi, sed & alienigenæ qui continuis stipendijs tempore pacis, & belli sub principe militãt, quibus si post compertum sit bellum esse iniustum, non tenentur restituere nisi quod hostium in eorum manus reperiatur, vel inde sint facti locupletiores. Extranei vero mortaliter peccant, seipsos locantes, vel auxilium præstantes, nisi adhibita prius morali & debita inquisitione merito sibi persuadeant bellũ esse iustum ex parte eorum quos adiuuare velint, vt d. Doct. communiter, aliter si postea eis constat de iniustitia belli tenerentur restituere omnia damna illata, idque si princeps non restituat, si tamen princeps excusaretur ex ignorantia inuincibili, ipsi soli tenerentur restituere non solum damna per eos illata, sed etiam quæ illata non essent nisi ipsi opem dedissent. Finito vero bello, vbi dubium adhuc est an bellum fuerit iustũ, si princeps quando bellum intulit, dubius erat

de

de iusticia belli, omnia damna sunt integre aduersarijs restituenda, nisi, & alter esset in æquali dubio, iuxta modos supra explicatos, & adiuuantes tenentur restituere in defectum principis; sed si nescitur qua cum conscientia princeps bellum intulerit, & ipse non restituit, adiuuantes tenentur restituere partem damnorum quorum causa fuere, maiorem vel minorem pro quantitate dubij arbitrio prudentis, vt d. Molina. d. tract. disput. 114.

Quod si bellum iniustum sit eo quod non adsit legitima potestas in indicente, iuxta superius dicta, distinguendum est, si bellum est iustum, si qui gerunt bellum ex expressa, vel præsumpta voluntate supremi principis, bellum dicetur iustum ita tamen, vt ij in nocendo non excedant expressam, vel præsumptam eius voluntatem, quod deprehenditur ex fine denegationis authoritatis, si enim finis sit, vt non noceatur hostibus nisi vsque ad certos limites, quia id æquitas postulet, vel iustitia belli aut pietas Christiana, maxime inter Christianos, tunc damnum datum absque legitima authoritate hostibus est restituendum; si vero finis sit vt seruetur disciplina militaris, ne proprij milites subeant periculum, tunc damnum vlterius datum non est restituendum quia non est talis præsumpta mens supremi principis. Si vero finis sit ne hostes lacessiti maiora damna inferant propriæ Reipublicæ, eo casu modum excedentes, licet non teneantur restituere damnum illatum hostibus, nisi ea via speraretur sedandos hostes, quia sic est præsumenda esse principis voluntas, vt tunc restituant, tamen tenerentur restituere damnum, quod hostes inde moti propriæ Reipublicæ intulere, cum illius causa quodammodo fuerint iniuste; Vbi vero ciuitates subditæ iniustè sibi bellum mouent, ad principem spectat eas componere, & iubere dari satisfactionem cui debetur magis; & ad præsumendam voluntatem principis circa damna, standum est coniecturis, vbi enim est perpetuum bellum cum aliquibus, vt cum Turcis, non est præsumendum mentem regis esse, vt illis damna non inferantur, cum ad Regem, vel Duces in repentinis euentibus recurri non possit ad explorandam eius voluntatem, nisi maiora mala inde proprijs immineret, nec est sufficiens coniectura si rex quandoque deneget nationi alicui facultatem aggrediendi castrum, quia id agere potest, quod non sit ex eius dignitate id concedere, vel quod estimet tuto non fiendum, cum tamen reuera gaudeat si ita fiat, & ideo opus est prudentis in his arbitrio, vt & licet mortale sit sine expressa, vel tacita principis voluntate damnum hostibus inferre, vel Duci non obedire, non est tamen facile dicendum milites peccare mortaliter, si inde sibi capitis ex legibus militaribus periculum non imminet, nec damnum aliorum, vel exercitus imminet, dum quædam magni animi agunt, nec damna, quæ contra obedientiam Ducis, similia aggrediendo inferuntur, si non res gesta, sed inobedientia principi facta, spectaretur, & pariter circa alia damna, & inobedientias indicandum est an sint mortale, ex periculo pœnæ cui miles se exponit, & damni quod inde alijs, ac bono publico imminet, & ipsa rei qualitate, & præcepto principis id fieri vetantis vel Ducis, aut ægro tolerantis. Molina. disput. 101.

Quod si bellum sit aperte iniustum, & principes, & illi opem quocunque modo præstantes, mortaliter peccant & tenentur ad restitutionem damnorum, ex communi sententia. Quod si sint captiui Turcarum quibus constat de iniustitia belli Turcarum aduersus Christianos, non licet ijs etiam metu mortis pugnare aliquem interficiendo vulnerando, vel percutiendo, cum id sit intrinsece malum, scilicet occidere innocentem, ijs tamen metu mortis, vel alterius notabilis detrimenti licet remigare, portando sarcinas & necessaria ad bellum, munire castra, & huiusmodi, cum in se mala non sint licet ordinata ad malum finem, qui tamen

cessante periculo mortis, vel notabilis detrimenti tenentur ab ijs abstinere sub mortali, vt & si ageretur de capiendo insigni castro, vel persona notabili, vnde maximum Reipublicæ Christianæ damnum immineret, etiam si agatur de periculo vitæ, licet tamen ijs metu mortis, vel amissionis membri, nocere Christianis in bonis externis, ea capiendo, destruendo, & ad triremes asportando ad imperium Ducis, qui & licet de rigore teneantur ad restitutionem damnorum, credibile tamen est Christianos ab ijs non expectare nec etiam velle restitutionem, quod metu mortis id egerint, nec in proprium commodum id fecerint, & alij id præstitissent, Molina. d. tract. disput. 115.

His ita constitutis, quæ ad belli iustitiam, vel iniustitiam attinent.

11 Bellū iustū licitū est, & q̄ sit tale. Prima sit propositio. Bellum licitum est si legitime fiat, idest si adsit potestas legitima, iusta causa, & recta intentio, modis supra explicatis, probatur ex August. ep. 5. ad Marcellinum, vbi exponens id, contenti estote stipendijs vestris, probat inde bellum à domino non reprobari, quod & asserit lib. 22. contra Fau. à cap. 74. ad 79. & ep. 205. ad bonif. & tract. 9. de verb. domini, quæ referuntur in c. quid culpatur. cap. militare, 23. quæst. 1. c. dominus. 23. q. 2. c. si. 23. q. 1.

Ex patribus. Amb. 1. offic. cap. 33. 35. 40. 41. & lib. 3. cap. 14. & ep. 65. ad Siagrium. Greg. lib. 12. ep. 24. Bern. sermo. ad milites templi, & alij. Præterea id licuit in l. naturæ, vnde reuertenti Abraham à prælio inito cum quattuor regibus Melchisedech benedixit. d. benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt, & viri sancti sub. l. naturæ, & scripta bella gessere, vt patet de Iosue, Moise, Sansone, Dauid, Macabæis & alijs.

Ratione, probatur, vt d. hic Diuus Thomas 2. 2. quæstio. 40. art. 1. quia ad principem spectat rempublicam tueri, & ideo non sine causa gladium portat, vnde cum expedit publico bono, potest illud euaginare, & liberare innoxios de manu nocentium. Roma. 13. Psalm. 81. Præterea pax est bona, sed bellum geritur vt in pace viuatur, & obedientia. l. 1. C. de Iustin. Cod. confir. docet Cic. Philipp. 8. & 1. offic. 10. eth. c. 7. 7. Polit. cap. 14. Ergo, vnde & bellum cogit homines esse iustos & temperatos. 7. Polit. c. 19. vnde & fortitudo, quæ bello tuetur patriam, vel domi defendit infirmos, vel ab hostibus socios, plena iustitia dicitur cap. fortitudo. 23. quæstione tertia, & iura nostra & forensis laus, & industria nostra latet in præsidio bellicæ virtutis per quam omnia defenduntur, vt d. Cic. orat. pro Murena, & cum homines in communione viuant, oportet adesse arma quibus & inobedientes parere magistratibus cogantur, cum executio pars potissima iudicij sit quæ ad effectum sententiam perducit. l. executores. C. de execut. rei iudic. & vis externa propulsetur. 7. Polit. capitulo octauo. Vnde in omni fere Reipublicæ institutione milites additi fuere, qui eam defenderent. Cic. Philipp. 8. vnde Alexander seuerus milites se amare magis q̄ seipsum dicebat, quos infirmos curabat, & suis expensis curari mandabat: teste Lampridio in Alexand. seuero. Præterea princeps ius habet iure naturæ vindicandi subditos ab iniurijs, & repetendi res iniuste ablatas, ex Augustin. libro sexto qq. in Iosue. quæstio. 10. ergo & bellum licitum est per quod prædicta præstantur.

Ampliatur, vt quandoque consultum sit vt id fiat, & princeps sub mortali aliquando obligetur id agere, si maximum sit Reipublicæ interesse, & certa spes victoriæ, vt d. Molina. d. tra. disp. 99.

Secunda propositio. Vbicunque bellū est iustum, multa licent, primo enim vnicuiq; licet tales adiuuare de eorum consensu expresso, vt patet exemplo. 4. reg. 3. vel etiam præsumpto, vt patet. Gen. 14. 12 in Bello iusto quæ liceant, & non.

Secundò, in bello iusto licitum est adiuuare infideles contra alios infideles, & etiam assumere in auxilium infideles contra fideles, absolute loquendo, vt d. Gaiet. hic. articul. 1. Siluest. bellum 1. quæst. 8. cócl. 3. Maior. 4. dist. 15. q. 15.

q. 15. & est communis sententia, vt d. Bannes hic. dub. 3. quod probat multis exemplis. 1. Mac. 8. 12. 14. vt licet etiam vti leonibus elephantis & c. per accidens tamẽ potest euenire, vt sit grauissimum peccatum vocare infideles in auxilium contra christianos, si inde scandalum magnũm oritur in ecclesia, vt solet oriri, secundo ob mala & pericula quæ inde eueniunt, quod ij forte non seruãt iura belli, si profanãt loca sacra, capti vos ducunt infantes, apostatare faciunt fideles, vel infideles maiores inde vires aduersus ecclesiam assumãt, vel eorum regiones vastent, vel mores corrumpant, & huiusmodi quæ contingere solent, vt d. ibi Bannes, & Molina. d. tract. disput. 112.

Tertiò, in bello iusto generaliter licitum est facere omnia quæ necessaria ad propriam & communis boni defensionem fuerint iudicata, vnde licet diruere arces hostium, & erigere propugnacula propria in eorum terris, & capere ab eis arma, & naues quantum sat sit ad pacẽ conseruãdam, probatur, nam præter defensionem propriã, & boni communis, finis belli est vt in pace viuatur sine iniuria ex Cic. 1. offic. Arist. 8. Polit. August. in c. noli ca. apud veros. 23. q. 1. & secure ergo licebit vt quiete vti liceat, ea omnia facere expensis hostium, si eius rei causam dedere, & ea etiam de causa obsides exigere, vt & iudex cogit quandoque iniuriantem præter pacem satisdare de non offendendo, vel recedere ab vrbe, ergo & hic, si tamen hoc casu ob finem securitatis arx aliqua hostium sit occupata, finito bello erit restituenda, secus si ob alias causas de quibus infra.

Quartò, licitum est in bello iusto occupare ea omnia, quæ ad inferentem pertinent, & ex bonis hostium accipere compensationem ob damna quæ intulerunt, & belli impensas, & iustam mercedem pro laboribus adhibitis, & periculis quibus se inferentes subijciũt, quatenus ex belli sumptibus ea non sint persoluta, & sumere vindictam de eis qui meruerunt, capite eos plectẽdo qui crimina eo digna patrarunt, vel eorum causa fuere, aliasque pœnas imponendo, vt tributa pro culpæ quantitate, & huiusmodi pœnas, probatur, nam qui iuste bellum mouet, iudicis rationem subit aduersum aliam rempublicam ad illam puniendam iuxta criminis qualitatem, & exequendum id omne, quod iustum fuerit, ergo vt iudex ea omnia potest in bonis, & persona rei, si crimen id meretur, sic & iuste inferens bellum, & sic potest occupari ciuitas arx exigi pecunia, & huiusmodi, causis prædictis.

Aduertendum tamen, quod non potest exigi plus quàm mereatur recompensatio respectu damnorum illatorũ, nec maior pœna quàm exigat culpa, aliter si exceditur, excedens tenetur ad restitutionem, vt d. Vict. de iure belli nume. 50. 54. 56. verum est tamẽ quod initio minus accipi potest, si vero hostes perseuerent in bello damnum inferentes, licebit iuxta damnorum qualitatem accipere prouinciam, vel integrum regnum in eorum compensationem. Mobilia tamen capta in bello, etiam si excedant compensationem damnorum, iure gentium, fiunt capientium, & etiam de hominibus qui fiunt serui capientium, licet inter christianos ex consuetudine ꝑscripta, liberi maneant, vt d. Couar. reg. peccatum 2. p. §. 11. nu. 6. qui data pecunia in prẽmium dimittuntur, sic habet D. Th. 2. 2. q. 66. ar. 8. ad 1. Adr. de restit. q. aggredior casus. §. sed an, qui captiui etiam fugere possunt, vt d. Bannes. hic. 12. dub. ver. deinde dubitatur, vnde præda est capientiũ, nõ ducis si ita se habeat consuetudo, aliter debet afferri ad ducẽ qui diuidat inter pugnantes pro cuiuscunq; meritis. Bart. in l. si quid bello. ff. de captiu. sed in his statur consuetudini quæ diuersa est in diuersis locis, vt d. Molina d. tr. disput. 117.

Quod si capta in bello ante fuerunt aliorum dominorũ, si quidem eis iniuste bello ablata sunt ab ijs quib. modo bellum infertur, restituẽda sunt prioribus dñis, si vero iuste ablata sunt prioribus dominis, efficiuntur capientiũ, sic firmat Molina. d. tr. 2. disp. 118. nisi consuetudo sit inter christianos, vt capta à turcis sint capientiũ & non restituantur

prioribus dominis quã dicit seruãdam, dicens tamen iure Cesareo statui vt mobilia pertineant ad capiẽtes modo intra castra perducta sint vel arcẽ. arg. l. postliminij. l. si quid bello. ff. de captiu. vbi glo. concordantia allegat nempe. l. si ab hostibus. C. eo. de captiu. & post. l. transfugam. ff. de acq. rer. vt & supra dictum est, immobilia vero ad priores dominos redire ex l. si captiuus. ff. de captiu. Bar. vero in d. l. si quid bello, aperte tenet immobilia capta in bello fieri non capientis, vt mobilia, sed indicentis bellum, & ꝙ dicitur de mobilibus fieri capientiũ, probabile est non intelligi de thesauris regijs, vel captiuis insignibus ea n. videtur debere principi indicenti bellũ cõsignati, vt & Thesauri Darij. Alexandro cõsignati fuere, & sic de cęteris, cum & mobilia pretiosa cõnumerẽtur inter immobilia. glos. in c. episcopus qui mancipium 12. q. 2. Abb. in ca. tua. de his quæ fiunt à præl. t. est. in l. lex quæ tutores. C. de adm. tut. In hac q. vt omnia concordentur, dicendum videtur, quod bona mobilia capta ab hostibus, & perducta in arcem, vel castra, sint capientium iuribus a leg. l. si quid bello. vbi glo. ff. de capt. l. si ab hostibus. C. eo.

Si vero sunt immobilia distinguendum est, aut illa immobilia fuerunt pro priorum militum, vel ciuium, & expulsis hostibus reuertuntur ad pristinos dominos, aut fuerunt hostium iuste ab eis possessa, & tunc in bello iusto ratione damnorum, iuxta tamen supra relata, fiunt capiẽtis scilicet domini indicentis bellum, & sic procedit doctrina Bar. aut illa immobilia erant iniuste possessa ab hostibus, & tertio pertinebant, & tunc aut is tertius ea habebat pro derelicto, & fiunt indicentis bellum. arg. §. pauonũ. §. illud quæsitũ. §. hoc amplius. Inst. de rer. diuis. aut erant retenta ab eo animo quia eorum ciuilem retinebat possessionem intendens ea recuperare, & sunt ei restituenda. arg. §. gallinarũ. Inst. eo, nisi, vt supra cõsuetudo sit inter christianos, vt capta ab hostibus turcis sint capientis, & non restituentur priori domino, solutis tamen indicenti expensis omnibus belli, & habita ratione periculosum, & huiusmodi quibus se exposuit, ob id relinquendo ei partem rei captæ, vel in alio compensando, & maiorem quo minor aderat spes id recuperandi, quod nunc seruandum putarem in prouintia Valachiæ olim iurisdictionis Polonorũ, sed à Turcæ tiranno occupata; & nunc à fortissimo principe Trãsiluaniç armis deuicta, & forte hoc casu è re Reipublicæ christianç esset vt Papa causam ad se aduocaret, & cõponeret; hoc vero casu vbi parua spes subest amissum recuperandi, liceret à possessore emere ius illud dato etiam vili pretio, quo casu sic emens, iuste detineret, paratus tamen, id dare priori domino, si ipse comparuerit; restituto sibi pretio soluto, quando verimile sit ea nunquàm deuẽtura in potestatem primi domini, vt d. Molina. d. disp. 118. in fi.

Quintò, tametsi in bello iusto, non liceat per se, & ex intentione interficere innocentes. Ex. 13. Deut. 20. Couar. reg. peccatum. 2. p. §. 3. num. 4. & est communis opinio, vt d. Molina. d. tra. disp. 119. vnde nõ licet etiam in bello contra turcas occidere infantes, nec mulieres quç non cooperantur ad bellum, nec mercatores, & peregrinos qui ibi sunt fere in transitu, nec clericos & religiosos, licebit tamen in bello contra hæreticos interficere mulieres adultas ob apostasiæ, vel hæresis crimen, per accidens vero, licet, intentione interficiendi nocentes, occidere etiam innocentes eis mixtos, vt cum ciuitas oppugnatur, licet tormẽta in eam immittere, vt expugnetur etiam si ibi sint infantes qui interficiantur, & in naue, item vbi sint remiges Christiani iuncti cum infidelibus, nec eo casu surgit obligatio soluendi damnum innocentibus, quia alias periret iustitia aduersus nocentes, si tamen innocentes auxilium præstent, vt portando sarcinas, & huiusmodi etiã mulieres peregrini, agricole simplices, & huiusmodi, tunc fiunt nocentes, & possunt interfici, sic etiam innocẽtes qui sunt partes Reipublicæ possunt serui fieri si sint infideles, non autem christiani, non aũt ij qui non sunt partes reipublicæ, vt peregrini viatores clerici religiosi, & huiusmodi.

iusmodi, qui & non possunt bonis spoliari, alij vero possunt in captiuitatē duci, quia tota respublica reputatur hostis ad hoc vt possit puniri in bonis fortunę, & similiter obsides possunt fieri captiui ex eo q eorum dñs fidē fregerit, non autem interfici si non sint doli capaces, vel etiam capaces, nisi sint in culpa quę digna sit tanta pœna.

Sextò, in bello iusto, licitum est spoliare bonis suis etiam innocentes, etiam aduenas & peregrinos ijs bonis, & reb. quibus hostes vsuri sint aduersus bellū inferentes, vt eis auferre arma, naues, pecuniam, triticum, equos, & huiusmodi, & agros deuastare quantum iudicetur sat esse ad vires hostium minuendas, & eos superandos, quia si licet innocentes per accidens interficere, quando id postulat belli status, multo magis ea de causa licet eis prædicta auferre, cum id requirit belli ratio, vel hostes ea sumere possunt ad bellum iniuste sustinendum: & si huiusmodi bona perijssent, vel essent vastata iuxta belli indigentiam, nō tenentur damnificantes ea restituere, licet essent bona ecclesiastica, vel ecclesiasticorum, vel aliorum innocentium qui non essent partes Reipublicæ, nisi inde sint facti locupletiores, quia id est quasi per accidens, & præter intētionem; quo tamen casu ij quibus bellum infertur, cum iniuste id sustineant, tenentur innocentibus damna illa restituere. Si tamē huiusmodi bona ecclesiastica, vel ecclesiasticorum, vel aliorum innocētum qui non sunt partes reipublicę contra quā iuste geritur bellū; peracto bello remanserint, qui iustū bellū gerunt si scientes ea esse huiusmodi innocentū, illa consumpserint in suos vsus, vel his vtendo aduersus hostes, vel alia ratione, aut ea destruxerint plusq̄ status belli postularet, tenentur illa vel æstimationem proprijs dñis restituere, quia cū ij careant culpa, non pñt bellum inferentes sine causa illis damnū inferre, qui tñ si putarint esse hostium, ea destruxerint, vel alienarint, tenentur solum restituere, q eis remanserit, vel in quo locupletiores effecti sint. Iustū tamen bellum mouentes, spoliare possunt bonis eos innocētes qui sunt partes reipublicę cū qua bellū gerunt, modo non excedatur summa bonorū quam iure belli de tota illa republica capere possunt, qa tota illa respublica reputatur hostis, & puniri pōt in oībus suis mēbris, vnde & licet tributa ēt ab innocētib. illis qui sunt partes reipublicę ēt à successorib. soluenda, & ea de causa represalia capi, grauis tñ causa requiritur ad eas capiendas extra bellū, qñ ea bona ad alios de Repub. pertinent, & non ad eū qui nocuit; vt vero represalię liceāt oportet primo, vt eas concedens is sit qui & bellū mouere potest, secundo, requiritur vt supremus gubernator alterius Reipub. moneatur de culpa in qua est, eo q non cogat satisfacere anteq̄ represalię aduersus eam concedantur, si tñ periculū esset in mora, probabile est bona mercatorū posse sequestrari, donec rei euentus expectetur maxime, si damnū id supremi principis alterius Reipub. culpa crederetur fuisse illatū, quo tñ casu non liceret bona eorū oīno diripere, vel aliam iniuriā illis irrogare, antequàm de negligentia, & culpa Reipub. cuius ipsi sunt mēbra, cōstaret. Si tñ ij innocentes qui sunt partes Reip. fauerent iustum bellum gerenti contra propriā Rempubl. non liceret eos bonis spoliare, cum ij non reputentur in hoc partes reipublicę, & dānum illatū à militibus est restituendum, quo tñ casu si quid eorum bona fide sit destructū, vel consumptum, nec inde aliquis sit factus locupletior, restitutio pdictorū non est facienda, cū ibi nō fuerit pctm̄, vt d. Molina d. tr. 2. disput. 121. & etiam licet vti stratagematis, vel consilijs callidis non tñ fidē frangere hosti. D. Th. hic ar. 3. c. dominus 23. q. 2. vbi primum probatur, scdm. pbatur c. noli. 23. q. 2. vbi fides ēt hosti est seruanda, nec aliquo casu licet mentiri, si tñ hostis non seruat fidē, nec ei est seruanda in vno nec alijs; & si promissum illicitum sit, non est seruādum. c. in malis. 22. q. 4. si vero promissum est onerosum, si iniuste non exigitur ab hostibus, est seruandum ēt cum periculo carceris, vel mortis, vel alterius oneris, si vero id nō potest iuste exigi ab hostib. si iuramentum nō interuenit, talis pro-

missio est nulla, si vero iuramentum interuenit, est seruandũ. ar.c. debitores de iureiur. nec liberat dispensatio proprij prælati, sed requiritur dispensatio prælati eius cui est iuramentum præstitum, vt d. Molina.d.tract.2.disp.111.

Septimò, in bello iusto, licet per accidẽs nefas sit tradere ciuitatem maxime christianorum militibus diripiẽdam, ob cędes innocentium, stupra, violationes tẽplorum, & huiusmodi, per se tñ id non est illicitũ, vnde si id reputetur necessarium ad animãdos milites, & hostes terrẽdos, id licet, & eam qñque succẽdere, quo tñ casu Duces debent prohibere cędes infantium mulierũ, religiosorum, violationem tẽplorum, stupra adulteria & huiusmodi sequa, & quantũ fieri pōt commode ea impedire, vt d. Molina d. tr.2. disput.122. in principio. Ante vero conflictum nõ licent partialia prælia nisi authoritate imperatoris fiãt, & ad milites animandos, vt & licitum est capere ante congressum diuisos à suo exercitu, & etiam eos occidere, si se defendant, alias tantum capere.

Octauò, in conflictu belli, oppugnatione vel defensione ciuitatis, vel castri, & dum res est in periculo licitum est indifferenter interficere omnes econtrario pugnantes, si bellum sit iustum, etiã innocẽtes alijs mixtos, si vero possunt eos commode seruare, non debent interficere, & si pater vel frater sit in exercitu contrario, & multum prosint illi parti, licitum est eos interficere, cum bonum Reipub. sit anteferendũ paterno, si tamen pater inuitus venisset in castra, vel eis non prodesset, esset ei parcendum, qui vero iniustum bellum tuetur, in ipso conflictu, si recedere potest tenetur, si vero non valet, si pœnitet eum q̃ iniustũ bellum foueat, proponẽs quàm primum inde discedere, non peccat occidendo, vt se defendat, qui & tunc potest adhærere alteri parti, non tamen contra proprios pugnando, si id commode valet.

Nonò, post conflictum, parta victoria, nulli militum licitum est aliquem etiam nocentem occidere, sed nocentes titulo iudicij sunt cognoscendi, & puniendi, cum tunc cesset ius belli qui si digni sunt morte possunt ea plecti, vbi vero magna esset nocentum multitudo quorũ singuli digni essent morte, quandoque fas esset eos omnes interficere, quandoq; non; liceret si aliter non speraretur pax, & securitas, & maxime si etiam id expedire iudicaretur bono ecclesiæ, vt quia essent infideles nec esset spes conuersionis eorum, & simul putaretur, quod perseuerarent in malis Deuteron.20. non liceret vero quando fines illi vel similes non interuenirent, & sane esset contra bonum commune tam ingentem multitudinem interficere, maxime si essent christiani, & proinde mortale esset peccatum absq; tñ obligatione restituendi, cum id non esset contra iustitiam licet contra charitatem. Si vero verisimile esset eos esse innocẽtes, quod ignorantia inuincibilis eos excusarit à culpa, vel quod in dubio iustitiæ belli pugnarint, pręcipiente eorum principe, tunc post victoriam, non liceret aliquẽ eorum interficere. Quod si aliqui in obsidione vel alibi se dedunt, sub conditione ne occidantur, vel alia, seruanda est cõditio, si acceptetur, aliter proculpę qualitate, modo quo supra, puniri possunt, sic tamen vt pœna non excedat culpam, & misericordia ac clementia præponatur sœuitiæ, maxime si victi Christiani sint, vt d. Molina. d. tract. 2. disput. 122.

Tertia propositio. Compositio inter bellantes, si fiat de consensu subditorũ qui damnum accepere, standum est illi in omni foro, nec adest obligatio restituendi, Qui vero bellum iniustum scienter intulit, vel ex culpabili ignorantia restituere tenetur subditis suis damna omnia, nisi ipsi illa libere remittant, etiam si in reipublicæ bonum cum hostibus pacificatur, cum damni fuerit causa, nisi subditi conscij iniustitiæ belli, principe non præcipiente, eum sequantur, & qui intulit bellum iniustum, tenetur modo quo cõmode põt sine detrimento boni communis suæ Reipublicę, curare vt suis subditis restituantur damna quæ iniuste acceperunt, aliter si ipsis inuitis pacificatur, & ea remittat, 13 in Bello an possit fieri cõpositio, & q̃d in damnũ aliorum.

non

non postulante id bono communi, tenebitur ijs illa restituere: si verò compositio & pax cum hostibus bono communi subditorũ expediret, quia eo modo, Respublica periclitetur, licitũ est principi, etiam inuitis subditis, componere cum hostibus, & damna illata, si ita opus sit, remittere, cũ eo casu princeps gerat vtiliter negotium subditorum, qui tamẽ ea remittere si ecclesiastica sint, non potest sine prælatorum ecclesiarum consensu, qui id eo casu permittere deberẽt ad maius malum fugiendũ. Si verò aduersarij scienter iniustè bellum gessere, non obstante remissione, & cõpositione facta per principẽ, tametsi accedat consensus particulariũ ad redimendã vexationẽ, & maiora mala vitanda, tenentur in foro conscientiæ restituere damna data: si verò certa non esset iniustitia belli ex parte eorum qui damna intulere, pactum compositio, vel transactio valida esset etiam in foro conscientiæ, etiã si illis postea constaret de iniustitia belli: vt dicit Molina d.tr.2.disp.123. post Adr. de restit.q. aggredior casus. §. quintò dubitatur. Silu. bellum. 1.q.12.

Quarta propositio. Episcopis & clericis prohibitum est pugnare propria manu, probatur in cap. quicunque clericus. c. quicunq; ex clero. 23.q.8. & ex Greg. Naz. orat. 2. de pace.

14 Rationc probatur, quia officia bellica maximè repugnãt exercitijs clericorũ, & quia destinãtur ad altaris ministeriũ, in quo sub sacramento repræsentatᷣ passio Christi, & patientia, ac mansuetudo illius, quam ecclesiastici imitari debẽt. Hæc tñ prohibitio est tñ iure humano inducta, vnde Papa potest dispensare, vt pugnent propria manu, & id expediens est vrgente aliqua graui necessitate, quo casu quis occidendo non incurreret irregularitatem, cũ eo ipso Papa censeretur censuram auferre ab actu, vt d. Couar. in clem. 1. 2.p.§.3. nu.2. de homic.

Bellũ agere ꝓhibẽtᷣ clerici, & quid per alios.

Ij tñ licet non possint pugnare per seipsos, possunt tñ suadere bellum iustũ, & ad illud inducere: vt d. hic D. Th. ad tertium. & hr in c. igitur. cum seq. 23.q.8. & si habẽt curã alicuius ecclesiæ iuuare possunt & debẽt principem secularem, qui in defensionem suæ ecclesiæ bellum aduersus infideles gerat. cap. Maximianus. 23.q.3. qui & possunt si habent dominium temporale indicere bellum, & ducem constituere qui illud gerat, arg. cap. episcopus. ne cler. vel monac. in 6. ipsi tamen non possunt esse duces in bello, tametsi propria manu non pugnent. cap. sententiam. vbi Abb. ne cler. vel monac. Ipsi verò possunt interesse bello nõ vt pugnent, sed vt iustè ꝓpugnantibus spiritualiter subueniant suis exhortationibus, absolutionibus, &c. vt d. hic D. Th. art. 2. ad secundum. idq; de licentia saltem præsumpta suorum superiorũ, quo casu possunt hortari ad pugnam contra hostes fidei, & ecclesiæ dicendo, pugna fortiter pro fide, ne succumbas, non autem occide hunc vel illum, aut mutila; præsumitur verò cõsensus prælatorum, cum accedunt sine detrimento propriarum ouium, vel ad subueniendum proximis in spiritualibus, vel quãdo eorum præsentia multum confert ad defensionem ecclesiæ, propriarum otiũ, vel boni cõmunis, vel illius notabile augmentum, & eo magis cum non potest haberi facilis recursus ad prælatũ, vel ad Papã respectu prælatorum, maximè cum inde ex sola præsentia non incurratur irregularitas, & licet ijs ante conflictũ hortari ad fortiter agendum contra hostes fidei, modo nõ arripiant arma nec propria manu pugnent, nec dicant, interfice, vel mutila, vt dicit Nauar. cap. 27. in Man. nu. 211. vsque ad 217. ex c. quicunque ex clero. c. igitur. cum seq. 23.q.8. quia id expedit bono communi, & hæc prohibitio clericis facta, inducta est tantum iure positiuo, ergo ex causa possunt ibi adesse modo explicato.

Sunt tamen aliqui casus quibus clericis licet pugnare, & consequenter hortari etiam ad interficiendũ, cum ita necessarium est ad finem ad quem licitum est pugnare; primò, quando nõ possunt aliter seruare propriam vitam, tunc .n. propria manu possunt pugnare, vt in naui si eorum vita, & aliorũ periclitetur, nisi ipsi pugnẽt, possunt pugnare. Secundò, quando id esset necessariũ ad defensionem patriæ, Reipublicæ, vel ciuita- 15

Bellũ gerere q̃bus casib. clerici possint.

tis, ita ꝙ illis pugnantibus conseruaret, aliàs destruitur, qa ad id iure naturali tenentur, cui lex ecclesiastica nõ est censenda intendere, præiudicare, nec id etiã fortè posset. Tertiò, qñ id esset necessariũ ad consecutionem iustæ victoriæ, à qua pax & bonum cõe ecclesiæ pendet, ita ꝙ ipsis pugnantibus id obtineretur, aliàs secus, cum ius naturale ad id moueat, vt & eis liceat interficere nocentem ad liberandum innocentem à morte, si id agere valẽt sine notabili suo periculo.

Vbi verò clerici propria manu pugnare nõ possunt, vsurpare valent nihilominus spolia hostium, si ad id accedat tacita vel præsumpta ducis, vel principis licentia, quæ debet præsumi talis, si contrarium non exprimant, cum ij etiã sint auxilio exercitui, & eo magis quãdo pugnare possunt. Tunc enim ẽt stipẽdia valẽt accipere, & spolia, vt & alij milites.

Quo verò ad irregularitatem per eos incurrendam ijs casibus, dicendum est, primò, ꝙ quando aliquis aliter mortem vitare valet, vel mutilationem, etiã si sequatur iactura bonorum temporalium, honoris & famæ, vel etiam si licitè possit, non tamen tenetur alium defendendo, alterum occidere, incurrit irregularitatem. Secundò, vbicunque quis ex officio cui se spontè subiecit, tenetur quandoque sub mortali nocentes interficere, vt iudex malefactores, eos interficiendo incurrit irregularitatem, cum id potuerit euitare, & idẽ vbi quis sua culpa in eam se redegit angustiam, vt ad euadendam propriam vel parentis mortẽ, oporteat eum interficere, cum id potuerit, & debuerit euitare. Tertiò, quando aliquis sub reatu mortali tenetur aliquem occidere vel mutilare, mortive illum obijcere, aut mutilationi denunciando, vel alio modo, idq; nõ ex officio, nec ex sua culpa, nõ incurrit irregularitatem, licet inde ab eo vel iudice mors sequatur. Quartò, non solùm qui in bello iniusto pugnant, sed & qui ei opem dant, hortando, iuuando, consulendo, vel aliter, sunt irregulares si inde mors sequatur. cap. sicut dignum. §. fi. de homic. Abb. in c. petitio. eod. Quintò, in casibus in quibus clerici pugnãdo in bello iusto, mortaliter peccant, non tamen sunt irregulares modo ipsi non interficiant vel mutilent, licet aliqui ibi interficiantur, etiã illos hortando ad pugnam, & arma eis præbendo, & etiam si aliquos ibi percutiant vel vulnerent citra mortem & mutilationem. d. c. petitio. Couar. in clem. si furiosus. p. 2. §. 3. nu 2. Sextò, si clerici pugnent ex consensu Papæ, vel eius dispensatione non incurrunt irregularitatem etiam si per seipsos interficiãt, laici verò sic, nisi id in dispensatione exprimatur. Septimò, si clerici pugnent extra casus pdictos, quibus eis id licet, si sint in ordinibus sacris, mortaliter peccant, & priuantur officio, nec oblationes, aut orationes offeruntur pro eis, licet nõ careant ecclesiastica sepultura. c. quicunque clericus. c. clerici. c. quicunque ex clero. c. quo ausu. 23. q. 8. si verò in minoribus ordinibus sunt constituti, si quidẽ habẽt beneficium ecclesiasticum dubiũ est, ꝙ non incurrant peccatum mortale, cum ob id reddantur ad ordinum exercitium, ꝙ requirit beneficium, inhabiles, si beneficio carent, incedentes tamen in habitu & tonsura, & deputati ministerio alicuius ecclesiæ ab episcopo, vel in seminario, & ita gaudent priuilegio fori, vel de licentia episcopi in Scholis versentur, vt in via ad maiores ordines, peccant venialiter, si verò priuilegio fori non gaudent, vt alij, non peccant etiam venialiter; probabile tamen est religiosis laicis non licere pugnare, tametsi nõ sit certo affirmandũ eos mortaliter peccare, nisi apostarent: vt d. Bãnes loco cit. ar. 1. Couar. in clem. 1. 2. p. §. 3. de homicid. Driedo. de lib. eccles. Victor. de iure belli, & Molina d. tract. 2. de iustitia, disput. 108. 109. & 110.

16 Bellũ gerentes clerici casib⁹ nõ permissis quas pœnas incurrant.

17 Bellũ agere diebus festis an liceat.

Quinta propositio. Licitum est diebus festis iusta bella exercere si opus sit ad Reipublicæ defensionem absq; verò necessitate id non licet; probatur primum 1. Mach. 2. c. si nulla. 23. q. 8. idq; etiã in bello offensiuo iusto si opportunitas id requirat, ob consequendam victoriam, & ob id etiam Missæ auditionem omittere; licet tunc pugnare etiam tãtum ob maiorem commoditatem, licet non ob necessitatẽ, modo Missa audiatur, si cõmo-

moditas sit audiendi, & fortè non est & tunc veniale in militibus, qui ex iusta pugna auocātur à peccatis mortalibus.

Meditationes etiam bellicæ, vt hastiludia, torneamenta, si ibi non est, vt plurimum periculum mortis, licitæ sunt cū periculo probabili non, vt d. Molina d. tr. 2. disp. 110. & hæc de bello sufficiant. De officio porro militū, eorum legibus, & militari, ac Christiano munere, habetur in tract. de Militibus longe.

SVMMARIVM.

1 Rixa quid sit.
2 Rixa est peccatū, quod, & fugienda.
3 Rixa est filia iræ.

De Rixa quæ opponitur paci. Cap. XIX.

D. Tho. 2. 2. q. 41.

1 Rixa q d sit.

Notandum, ꝙ Rixa significat cōtradictionem in factis, sicut contentio in verbis: vt dicit glo. Gal. 5. cum homines ex ira se percutiunt, & est quoddam priuatum bellum, quod inter personas priuatas agitur, & non publica authoritate, sed magis inordinata voluntate. His ita notatis.

2 Rixa est pcm̄, qd, & fugienda.

Prima sit propositio. Rixa semper est peccatum; probatur Gal. 5.

Ratio, nam vt contentio dicit contradictionē in verbis, sic rixa in factis, ideò rixa videtur esse quoddam priuatū bellum, quòd inter priuatas personas agit, non ex publica authoritate, sed magis ex inordinata volūtate, ideò semper importat peccatum, & in eo qui iniustè alium inuadit est mortale, quia inferre nocumentum proximo cum opere manuali, non est sine peccato mortali; in se defendendo potest esse sine peccato, & quandoq; cum veniali, quandoq; cum mortali, secundùm diuersum motum animi eius, & diuersum modum se defendendi, quia si solo animo repellendi iniuriam illatam, & cum moderatione debita se defendat, non est peccatū nec propriè rixa, si verò cum animo vindictæ, vel odij, vel cum excessu debitæ moderationis se defendit est semper peccatum veniale, si leuis motus, odij, vel vindictæ se immisceat, vel non multum excedit moderatam defensionem; mortale quādo firmo animo insurgit in impugnantem ad eum occidendū, vel grauiter lædendum.

Es ita rixa in inuadente est mortale, in defendente, quandoque non est peccatum, vt cum animo repellendi iniuriam cum debita moderatione se defendit, veniale cum leuis motus odij, vel vindictę se immiscet, vel moderatio parum excedit, mortale cum effrenato animo cōtra aggredientem surgit ad occidēdum, vel grauiter lædendum, absque moderatione inculpatæ tutelæ. Quòd si duo se inuicem percutiunt, vel contumelia afficiunt ista paria delicta nō tolluntur mutua compensatione, quia non sunt circa idem factum, iniuria enim vnius est diuersa ab iniuria alterius. Abb. in c. 1. de iniur. in c. fin. de adult. l. apud celsum. §. Marcellus. ff. de doli except. vnde quilibet potest agere pro sua iniuria, & damno, etiam si agatur ciuiliter, nec poterit repelli agēdo ob iniuriam factam, quia cuiuslibet delictum punietur pœna condigna. l. 2. §. 2. de adult. ꝙ maximè procedit in prouocāte; prouocatus verò si infert contumeliam vel percutit, peccat, sed mitius punitur. Abb. in c. si rixati. de iniur. idq; corā Deo, in foro enim exteriori si prouocatus percutit aīo quieto ex interuallo, punitur, si incontinenti, nō ita, licet is peccet, cū difficile sit cohibere iracundiā. Bar. in l. 1. §. cum aries. ff. si quadr. modo paria paribus rñdeant, vt verba verbis, fustes fustibus, arma armis, secus vbi exceditur, & si animal alicuius prouocetur nō tenetur dominus. d. §. arietes. Quo verò ad conuitium, si quis id dicit in iudicio accusando vel denunciando, & probat, aut obijcit crimen testi, vt eum repellat, nam id facit authoritate legis, ideò nō peccat; si verò extra iudicium, & falso, tenetur si verò, non tenetur si expedit id sciri, aliàs sic, si non expedit id sciri. Silu. rixa. l. eum qui. ff. de iniur. expedit si dicit eum esse latronem, vt caueatur si est verum, non expeditum si dicit eum cu-

curbitam, vel naturalem, vt ibi d. Silu. nisi id dicat, vt eum repellat ab ordine.

3 Rixa est filia iræ. Secunda propositio. Rixa est filia iræ; probatur ex Greg. lib. 31. Mor. cap. 31. à medio.

Ratio, quia dupliciter quis alium lædere intendit, primò, absolutè, quasi intendens malum eius, & talis læsio pertinet ad odium, cuius intentio est in lædēdo inimicum, vel occultè, vel apertè id agere. Secundò, quis intēdit lædere alio sciente & repugnante, quod importatur nomine rixæ, & propriè pertinet ad iram, quæ est appetitus vindictæ, quia non sufficit irato quod occultè lædat, sed vult quod ipse sentiat, & contra voluntatem suam quid patiatur in vindictam eius, quòd fecit. 1.2.q.46.art.6.ad secundum; ideò rixa propriè oritur ex ira.

SVMMARIVM.

1 Seditio quid sit.
2 Seditio est speciale peccatum.
3 Seditio an sit peccatum mortale.
4 Seditiosi qualiter peccent, & sint puniendi secundùm iura.

De Seditione quæ opponitur paci. Cap. XX.

D.Tho. 2.2.q.42.

1 Seditio quid sit. Notandum, quod Seditio est discordia inter partes vnius multitudinis ciuitatis, vel vniuersitatis, & concordat cum schismate, & bello, quod vtrunq; importat contradictionem, differunt verò, quia bellum importat mutuam impugnationem in actu, & authoritate publica factam: seditio verò potest esse vel impugnatio hæc fiat actu, vel sit præparatio ad eam: vt dicit gl. 2. Cor. 1. Secundò, quòd bellum est contra extraneos, & authoritate publica, seditio inter partes ciuitatis cum vna cōtra aliam propria authoritate incitatur, vt rixa cū vnus priuatus aduersus alium mouetur, & differt etiam seditio à schismate, quod hoc opponitur vnitati spirituali multitudinis, scilicet ecclesiasticæ, seditio verò vnitati multitudinis secularis vel regni.

His ita notatis.

Prima sit propositio. Seditio est speciale peccatum ab alijs distinctum; probatur 2. Cor. 12. 2 Seditio est speciale peccatum

Ratio, nam conuenit cum eis, quia importat quandam contradictionem, differt verò ab eis primò, quia bellum & rixa important mutuam impugnationem in actu, sed seditio dicitur vel fiat impugnatio in actu, vel præparatio ad eam: secundò, quia bellum propriè est contra extraneos, & hostes, vt multitudinis ad multitudinem, rixa vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos, seditio verò propriè est inter partes vnius multitudinis inter se dissentientes, vt quādo pars ciuitatis surgit in aliam, ideò quia seditio habet speciale bonum cui opponitur, scilicet vnitatem, & pacem multitudinis est speciale peccatum.

Secunda propositio. Seditio ex genere est peccatū mortale; probatur 2. Cor. 12. 3 Seditio sit peccatum mortale.

Ratio, nam seditio opponitur vnitati multitudinis, scilicet populi, ciuitatis, vel regni, art. præc. vnde vnitas cui opponitur seditio, est vnitas iuris, & communis vtilitatis, seditio ergo opponitur iustitiæ, & communi bono, ideò est ex suo genere peccatum mortale: peccatum verò seditionis primò pertinet ad eos qui seditionē procurant, qui grauissimè peccant: secundò, ad eos qui illos sequūtur turbantes bonum commune, qui verò bonum commune defendunt eis resistētes non dicuntur seditiosi, vt nec se defendentes dicuntur rixosi.

Sic etiam peccant grauiter procurantes seditiones, & eos sequentes cum perturbent bonum commune.

Si tamen seditio excitetur contra regimen tiranni, non est peccatum, cum tale regimen non ordinetur ad bonum commune, sed priuatum regentis, vt dicit hic D. Th. quod intelligerem si tirannicè est ingressus, non autem si tirannicè regit cum sic patienter sit sustinendus, si aliàs est legitimus dominus: vt dicit Caiet. 2.2.q.64. art.4. si verò est ingressus tirannicè, procurans vt castrum quod iniustè obtinet, reuertatur ad verum dominum, & ob id seditionem excitando non peccat, si tamen is tirannus non recognoscit 4 Seditiosi qualiter peccēt, & sint puniēdi secundùm iura.

cognoſcit ſuperiorem in temporalibus, aliàs eſt cōueniendus coram ſuperiore.

Quòd ſi quis excitet proditionē contra principem, punitur morte, & eius bona publicantur, & eius filij fiunt inhabiles hæreditati eius, & extraneorum, & inhabiles ad honores, filiæ nil habēt de bonis paternis, de maternis ſolam legitimam, vxores dotes recuperant, nuptialia lucra ad fiſcum veniūt, & reuelator proditionis eximitur à pœna, & premio afficitur. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. ꝙ incurrit etiam tractans de morte virorum illuſtrium, qui cōſilio principis interſunt, vel ſenatorum, vel qui principi militant, vel qui exercent iuriſdictionem nomine principis, vt dicit Bart. in extrau. ad reprimendum. ſi tamen cogitatio non exiuit in aliquem conatū non puniuntur: ſi verò exiuit, in grauioribus puniūtur, licet nō ſit ſecutus effectus, in minoribus oportet ſequi effectū. gl. in l. præſenti. C. de his qui ad eccl. conf. Bart. in l. 1. ff. quod quiſq; iu. ſi verò vna pars ciuitatis oppugnet aliam, ſi id fit vt ciuitas eruatur de poteſtate Papæ, vel Imperij, incurritur crimē læſæ maieſtatis: ſi verò vt regentes deponantur, eſt crimen ſeditionis, ꝙ licet ſit capitale. l. 1. C. de ſedit. nō tamen infligit omnes pœnas inflictas crimini læſæ maieſtatis, niſi fieret in vrbe Romæ. gl. in l. 1. ff. ad legem Iul. maieſt.

SVMMARIVM.

1 Scādalum vnde dicatur, & quid ſit.
2 Scandalum quotuplex.
3 Scandali diffinitio.
4 Scandalum eſt peccatum.
5 Scādalum an ſit ſpeciale peccatum, & quomodo, & an illa circunſtantia ſit confitenda.
6 Scandalum quando ſit peccatū mortale, vel non.
7 Scandalum paſſiuum an cadat in viros perfectos.
8 Scandalum actiuum non inuenitur in viris perfectis.
9 cum Scandalo actiuo nil eſt fiendū, & quid de paſſiuo.
10 ob Scandalum vitandū an bona ſpiritualia ſint omittenda, vel differenda.
11 ob Scandalum vitandum an bona temporalia ſint dimittenda.

De vitijs oppoſitis beneficentiæ, quæ oritur ex charitate, ſcilicet de Scandalo. Cap. XXI.

Notandum, quòd Scandalum Græcè, latinè dicitur offenſio, ruina, vel impactio pedis, vt dicit Hieron. in Matthæ. 15. in id: Iudæi audientes hoc ſcandalizati ſunt: vnde obex in via corporali cui impingens ad ruinam corporalem diſponitur dicitur ſcandalū corporale; obex verò in via ſpirituali, quatenus quis ſua admonitione, inductione, vel exemplo trahit alterum ad peccandum, dicitur ſcandalum ſpirituale; ſed quia nil ſecundùm propriam rationem diſponit ad ruinam ſpiritualē; niſi ꝙ habet aliquem defectum rectitudinis, cum rectum magis muniat cōtra caſum, quàm inducat ad ruinam; ideò conuenienter dicitur, ꝙ ſcandalum eſt dictum vel factum, minus rectum, id eſt ſecundùm ſe malum, vel habēs ſpeciem mali, præbens alteri occaſionem ruinæ: vt d. gl. Matt. 18. Card. in clem. 1. de offi. ordin. Dicitur in diffinitione dictū, &c. nō autem cogitatum, quia cogitatio cū ſit occulta non eſt obex alteri ad ruinā, niſi quatenus explicaᵗ verbo vel facto, vel ſcripto. Dicitur minus rectum, vel quia habet aliquem rectitudinis defectum in ſe, vel quia eſt ſecundùm ſe malum, vel habet in ſe ſpeciem mali, vt ſi quis habitat cum muliere ſuſpectæ pudicitiæ, cum Apoſt. moneat abſtinendū ab omni ſpecie mali ob charitatem fratris. 1. Theſſal. 5. Dicitur præbens occaſionem ruinæ, non cauſam, quia cauſa peccati eſt tantum propria voluntas ex qua cauſatur peccatum, poteſt tamē id eſſe occaſio peccati, ſiue occaſio ſit data, vel accepta, per ſe, vel per accidens.

D. Tho. 2. 2. q. 43.
1 Scandalū vnde dicatur, & qd ſit.

Secundò, notandum, ꝙ Scandalum diuiditur in datum & acceptum, vel actiuum & paſſiuum: ſcandalum datum eſt pro-

2 Scādalum quotuplex ſit.

proximè diffinitum, quatenus ex dicto vel facto minus recto præbet alij offendiculum vel occasionem ruinæ, ꝙ scandalum est semper peccatũ in eo qui scãdalizat, nam vel opus est peccatũ, & est dimittendum, vel habet speciem mali, & est dimittẽdum etiam ob charitatem fratris: vnde Tert. lib. de virginib. velandis, d. scandalum non bonę rei sed male exemplum est, ædificandi ad delictum; bonæ enim res neminem scandalizant, nisi malam mẽtem; & habetur Mat. 18. Veh homini illi per quem scãdalum venit: vbi Hier. d. in quantum possumus sine peccato vitare proximorum scandalum debemus, si autem de veritate scandalum oritur, vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur: & ibid. idem d. sicut necesse est ignẽ calere, & niuem frigere, ita est necesse, vt iniquitas mundi erroribus plena scãdala pariat, perfectorum verò charitas pietatis operibus luceat.

Diuiditur præterea scandalum actiuum in scandalum per se, & est cũ quis ideò dicit, vel facit aliquid minus rectũ intendẽs inducere ad peccatũ, & est speciale peccatum scandali, ꝙ contrariatur correctioni fraternæ, vel si opus ex se præbet talem occasionem, quòd dicitur scandalum per accidens, cum quis facit peccatũ, vel ꝙ habet speciem mali alia intentione, quàm vt fratrem pręcipitet, & tamen is ob eius imbecillicitatem in præcipitium ruit, & hoc non est speciale peccatum scandali, cum id ꝙ est per accidens non constituat speciem peccati, sed tantum ꝙ est per se, negligentia tamen incautè agentis habet quãdam generalem rationem scandali, & tunc id est veniale, si inductio ex se sit tantũ ad veniale, vel adsit venialis negligẽtia, vel leuis inconsideratio: mortale esse potest si quis inde alium ad mortale, ex intentione inducit, vel per grauem negligentiam talem præbet occasionem; scandalum verò per accidens est mortale, si actus à quo procedit habet mortalẽ culpam, vel per grauem negligentiam non omittit ea quæ proximo nocere possint, veniale, si habet venialem culpam, vel speciem mali, veniali negligentia.

Scandalum passiuum est peccatũ proueniens ex bono opere alterius, vel ex facto ꝙ speciem mali non habet, cũ scandalizati paruuli fit; de quo habetur in c. nihil. de præscript. & est semper peccatum in eo qui sumit scandalum, vt & actiuum ex intentione, si inde etiam scandalum non oritur, si sit intentio ad mortale, vel notabilis negligentia, vt supra; Scandalum tamen passiuum non est speciale peccatum, cum sumere occasionẽ peccandi, non constituat specialem rationem peccati, ex opere alterius, cũ contingat inde aliquem incidere in quodcunque genus peccati, & sic non inducatur vitium oppositum speciali virtuti, ꝙ requiritur ad hoc, vt vitium sit speciale. His ita notatis.

Prima sit propositio. Scandalum conuenienter diffinitur, ꝙ est dictum, vel factum minus rectum præbens occasionẽ ruinæ; probatur ex Hier. in Matt. 15. in id: Scis, quia pharisæi &c. 3 Scandalũ diffinitio.

Ratio, nam ꝙ græcè scandalum nos offensionem, vel ruinam, & impactionẽ pedis possumus dicere, contingit enim ꝙ quãdoq; aliquis obex opponatur alicui in via corporali cui impingẽs disponitur ad ruinam spiritualem per dictũ, vel factum alterius, quatenus scilicet qꝫ sua admonitione vel inductione, aut exemplo alterum trahit ad peccandum, ꝙ propriè dicitur scandalum, nil verò secũdùm propriam rationem disponit ad spiritualem ruinã, nisi secundùm ꝙ habet aliquem defectum rectitudinis, qa id ꝙ est perfectè rectũ magis munit hominem contra casum, quàm inducat ad casum, ideò conuenienter diffinitur, vt supra. D. Th. q. 43. art. 1. Et idem in resp. ad contraria optimè declarat diffinitionem modo in principio explicato, & ẽt scandali diuisionẽ, qui & in resp. ad primum, optimè dicit, ꝙ etiam nõ dictum quando oportet loqui, & non factum, quando oportet facere, potest scãdalum esse, & sic omissum.

Secunda propositio. Scandalum est peccatum, probatur ex dictis supra. 4 Scandalũ est pctm.

Ratio, nam duplex est scãdalum, art. præc. scilicet passiuum in eo qui scandalizatur, & actiuum in eo qui scãdalizat dans

dans occasionem ruinæ: passiuũ est semper peccatum in eo qui scandalizatur, quia non scandalizatur, nisi quatenus aliqualiter ruit spirituali ruina, ꝙ est peccatum, potest tamen esse scandalum passiuum sine peccato eius ex cuius facto quis scandalizatur, vt cum quis scandalizaretur de ijs quæ alius benefacit: similiter scãdalum actiuum semper est peccatũ in eo, qui scandalizat, quia vel opus ꝙ facit est peccatum, vel si habet speciem peccati dimittendum est semper, ob proximi charitatem, qua quisq; tenetur saluti proximi prouidere, & qui non dimittit contra charitatem agit.

Scandalũ an sit speciale pcm̃ & qũo, & an illa circunstãtia sit confitenda.

¶ Tertia propositio. Scandalum passiuũ non est speciale peccatum; nec scandalũ actiuum per accidens. i. non ex intentione, sed bene scandalum actiuum per se, cum contrarietur correctioni fraternæ.

Ratio, nam scandalum passiuum non potest esse speciale peccatum, quia ex dicto vel facto alterius aliquem ruere cõtingit secundùm quodcunq; genus peccati, nec hoc ruere specialem rationem peccati constituit, quia nõ importat specialem deformitatẽ, speciali virtuti oppositam: scandalum verò actiuum accipitur per se, & per accidens, per accidẽs quando est præter intentionem agentis, vt cum quis verbo, vel facto inordinato non intendit dare alicui occasionem ruinæ, sed suæ tantum satisfacere voluntati, & sic non est speciale peccatum, qa ꝙ est per accidẽns non constituat speciẽ per se, scandalum actiuum est cum quis suo inordinato dicto, vel facto intendit aliquem trahere ad peccatum, & sic ex intentione specialis finis sortitur rationem specialis peccati, quia finis dat speciem in moralibus. 1. 2. q. 1. art. 3. vnde & furtum est speciale peccatũ, quia intenditur speciale damnum, sic scandalum, quia intenditur speciale proximi nocumentum, & opponitur correctioni fraternæ, in qua attenditur specialis nocumenti remotio.

Aduertendum autem, ꝙ licet scandalum per accidens actiuum, non sit speciale peccatum, est tamen necessario circunstantia illa confitenda, v. g. vt si quis suadeat mulieri, vt secum concumbat, vel simile; vnde alij scandalizẽtur, quod scandalum tenetur vitare, tenetur confiteri huiusmodi circunstantiam, quòd .s. proximum scandalizauerit, quando tenebatur id vitare; sic tamẽ vt peccatum sit maius vel minus, vel ex intẽtione ruinæ proximi, vel ex libidine inducendo proximum ad peccatum, vel ex incuria dando malum exẽplũ. Aduertendum secundò, ꝙ si sermo sit de formali specificatione actus moralis, nunquam scandalum erit speciale peccatum scandali, nisi ex intentione directa ruinæ spiritualis proximi; sic tamen vt eadem voluntas peccandi materialiter, & secundùm actus exteriores pertineat ad plures species necessariò cõfitendas; si verò dictũ vel factum vnde proximus scãdalizatur non habeat vnde sit malum moraliter, nisi ex ruina proximi, quam homo tenebatur cauere non dando occasionem illam, est speciale scandali peccatum; reductiuè tamen, vt cũ quis comedit carnes, cũ sibi id licebat, alio huius rei inscio, quia aliàs esset tempus vetitũ. Tertiò, aduertendum, ꝙ quando peccatum committitur exterius, si quidem occultè committitur non habet rationẽ scandali, nec etiam si fiat coram talibus, de quibus peccans rationabiliter putat, ꝙ non scandalizabuntur, qui verò absque circumspectione publicè peccat, debet confiteri circunstantiam scãdali ex parte sua dati pusillis, qui malo exemplo facilè inducuntur ad talia facienda. Quartò, aduertendum, ꝙ si quis dissuadeat alicui bonum vel minus bonum, si id facit quia iudicat prudenter illi non conuenire talem statũ, vt religionis nõ peccat; si verò detrahit statui perfectionis, vel virtutis peccat mortaliter, & est hæreticus si ita credit, aliter blasphem⁹; tertiò, si id facit ex nimio affectu ad amicum quo illo fruatur, est mortale, si illi dissuadet religionem quam in proposito habet, non contra iustitiam, sed contra charitatem Dei & proximi, cum in re graui impediat obsequium Dei, & vtilitatem proximi; Sic dissuadere alicui eleemosynam parato facere, si erat notabilis momẽtũ, & necessitas pauperis grauis, est mortale, nõ tamen tenetur restituere.

uere pauperi, nisi fraude vel mendacio id dissuaserit: si verò eleemosyna non erat notabilis, nec necessitas pauperis grauis, talis dissuasio est veniale peccatum: vt dicit hic Bannes. art. 4.

6 Scandalũ quãdo sit peccatum mortale, vel non.

Quarta propositio. Scandalum actiuum vel passiuum quandoque est peccatum mortale, quandoq; veniale, modo supra explicato, & hic per D. Th.

Ratio, nam scandalum passiuum potest esse veniale, vt habẽs impactionem tantum, vt cũ quis ex inordinato dicto, vel facto alterius mouetur motu venialis peccati, quandoq; est mortale, quasi habens cum impactione ruinam, vt cũ quis ex inordinato facto vel dicto alterius procedit vsq; ad peccatum mortale; si verò sit per accidens scandalum actiuum, potest esse veniale, vt cum quis committit actum peccati venialis, vel ꝙ in se non est peccatum, sed habet speciẽ mali cum leui indiscretione; committit mortale, quando committit actum peccati mortalis, vel contemnit salutẽ proximi, vt si pro ea seruanda non omittat facere quod sibi libet, scandalum per se est mortale, si intendit inducere ad peccatum mortale, vel ad veniale per actũ peccati mortalis, veniale verò si intendit inducere ad actum peccati venialis per peccatum veniale.

7 Scandalũ passiuũ an cadat ĩ viros perfectos.

Quinta propositio. Scandalum passiuum non potest cadere in viros perfectos; probatur ex Hier. Matth. 18. in id: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, d. ꝙ qui scãdalizatur paruulus est, maiores enim scandala non recipiunt.

Ratio, nam scandalum passiuum d. quandam commotionem animi à bono in eo qui scandalizatur, quia nullus cõmouetur, qui rei immobili firmiter hæret, maiores verò vel perfecti soli Deo hærent cuius est immutabilis bonitas, quia licet inhæreant suis prælatis, non hærent illis nisi quatenus ipsi hærent Christo. 1. Cor. 4. vnde quantumcunque videãt alios inordinatè se habere dictis, vel factis, ipsi à sua rectitudine non recedunt. Psal. Qui confidit in domino sicut mons sion. & Ps. Pax multa, &c.

8 Scandalũ actiuũ nõ inuenitur in viris perfectis.

Sexta propositio. Scãdalum actiuum non potest inueniri in viris perfectis, & minus quàm passiuum.

Ratio, nam scandalum actiuum propriè est cum quis dicit vel facit ꝙ de se natum est inducere ad ruinam, ꝙ est solum id ꝙ inordinatè fit vel dicitur, ad perfectos verò pertinet ea quæ agunt secundùm regulam rationis ordinare. 1. Cor. 14. & maximè hanc cautelam adhibent in ijs in quibus non solùm ipsi offenderẽtur, sed etiam alijs offensionem pararent, & si in eorum dictis, vel factis quid deficit ab hac moderatione, prouenit ex infirmitate humana secundùm q̃ à perfectione deficiunt, non tamen ita deficiunt, vt multum ab ordine rationis recedant, sed leuiter, ex quo non debet ratio scandali sumi.

9 cum Scandalo actiuo nil est fiendum, & quid de passiuo.

Septima propositio. Nihil est cũ scandalo actiuo faciendũ, ob scandalum tamen passiuum vitandum non sunt omittenda spiritualia necessaria ad salutem. Quæ verò non sunt necessaria ad salutẽ sunt omittenda, vel differenda ob scandalum pusillorum, donec illis reddatur ratio facti; & si reddita ratione adhuc durat scandalum, videtur esse scãdalum ex malitia, & ideò non sunt bona ob id omittenda etiã per quæ perfectius peruenitur ad salutem, scilicet consilia, & opera, quæ tamen interdum sunt occultanda vel differenda propter scandalum pusillorum, nisi sit ex malitia, secus si ex ignorantia, quia rationem redditam non intelligant, quia tunc sunt differenda quæ non sunt necessaria ad salutem; probatur ex Greg. hom. 7. in Ezech.

Ratio, nam in spiritualibus bonis q̃dam sunt de necessitate salutis, quæ sine peccato mortali omitti non possunt, sed nemo debet peccare mortaliter, vt alterius peccatum impediat, quia secũdùm ordinem charitatis quis debet plus suã salutem diligere, quàm alterius, ideò huiusmodi omitti non debent ob scandalũ vitandum. In spiritualibus bonis verò q̃ non sunt de necessitate salutis, est distinguendum, quia scandalum ꝙ ex ijs oritur quandoq; ex malitia procedit, cum scilicet aliqui volũt impedire huiusmodi spiritualia bona, scandala concitãdo ꝙ est scãdalum pharisæorum qui de doctrina Dñi scandalizabantur, ꝙ est contemnendum.

omittendum. Matt. 15. quandoq; scandalum prouenit ex infirmitate, vel ignorantia, & huiusmodi est scandalum pusillorum, ob quòd spiritualia bona sunt occultāda, vel differenda, vbi periculum non imminet, donec reddita ratione huiusmodi scandalū cesset, si verò reddita ratione scandalum duret videtur malitia esse, & tunc non essent omittenda.

10 Pro clariori intelligentia huius propositionis, aduertendum dum quæritur an bona spiritualia præcepta sint omittēda propter scandalum vitandum, ꝙ præcepta alia sunt iuris humani positiui, vt ieiunij, alia iuris naturalis, vt subuenire proximo in extrema necessitate, alia iuris diuini, vt præcepta fidei. His stantib. dicitur primò, ꝙ præcepta iuris naturalis negatiua ob scandalum nullo modo sunt transgredienda, nunquam enim ob scādalum est fornicandum, occidendū, & huiusmodi. Secūdò, ꝙ præcepta iuris naturalis affirmatiua quandoq; ob scandalum sunt dimittēda, vt si mulier sit in graui necessitate cōstituta, cui quis velli dare eleemosynā, sed quia si vult ingredi domū illico, sequuntur scandala multa, licet dimittere eleemosynam, modo necessitas non sit extrema, vt bene dicit Couar. loco infra cit. d. nu. 4. vers. subinfertur. ex D. Th. hic: quia præcepta affirmatiua obligant quādo, & quomodo oportet, tunc nō oportet, ergo. Media tamen quæ sunt necessaria de iure diuino ad salutem animæ, non sunt dimittenda licet scandala sequantur, vt si in domo eius esset filius paruulus, qui sit moriturus absq; baptismo, licet ingredi domū illam & baptizare, & tenetur quis, cum bonum spirituale præponderet bono famæ. Tertiò, præcepta iuris positiui quādoque sunt dimittenda propter scandalum, vt si mulier quia ieiunat in Quadragesima præbet offendiculum viro, cū fiat nimis macilenta, nō debet ieiunare, vt & cessare à Missæ auditione, si populus quem credat esse excommunicatū; licet non sit: vt d. Couar. in reg. peccatū. in princ. nu. 4. & 5. vers. tertiò hinc apparet. de reg. iur. in 6. Vel vt idem d. Veritas vitæ, idest, quicquid est adæquatum rationi, & intellectui recto, nō est omittendum ob scandalum, idest nunquā est peccandum ob scandalum vitandū; nec etiam veritas doctrinæ est ob id omittēda, idest nunquam est falsum prædicandum, vel docendum, cum id non conueniat rationi, nec intellectui recto, opus tamen docendi quò ad actū potest quandoq; omitti ob scandalum vitandum pusillorum, cum sit opus misericordiæ, ꝙ cōgruo tempore fieri debet; nisi id scandalum oriatur ex malitia magis, quàm ignorantia, tunc enim non est doctrina ob scandalū omittenda, maximè vbi docendi actus necessariò incumbit alicui vel rōne officij, vel ob necessitatē ignorantis; sic etiam veritas iustitiæ non est ob scādalum omittenda, idest nunquam licet iniustè iudicare ob quodcunq; scādalum, nec iniustè agere, licet iudex possit quandoque aliquid decernere, vel omittere possit ob scandalum vitandum, quòd aliàs non omisisset eo cessante, sic tamen vt ob id iniustum non decernat; vt nec alicui facienda iniuria, nec contraueniendum ei quòd rectæ rationi, & intellectui consonat, cum nunquam liceat declinare ab ordine iustitiæ, nec inordinatè se habere ad Deum, cum id sit indispensabile, vt & præcepta decalogi, quò ad rationem iustitiæ, quàm continent, licet quò ad applicationem præceptorum actibus particularibus eadem præcepta admittant diuinam, & humanam interpretationem, vt cū occisio hominis iudicatur licita, quia ad necessariam defensionem, & huiusmodi fiat: vt d. ibi Couar. vel à Deo, vt omnium domino, vt ibi dicit.

Ob Scandalum vitandū an bona spūalia sint omittenda, vel differēda

11 Octaua propositio. Bona ecclesiæ quæ committuntur prælatis, vel bona communia temporalia, quæ committuntur Rectoribus Reipublicæ non sunt dimittenda propter scandalum, potest tamen differri eorum repetitio ob scandalum pusillorum donec instruantur, bona verò particularia sunt dimittenda ob scandalum, quòd prouenit ex ignorantia, nō autem si ex malitia.

Ob Scādalū vitandū an bona tēporalia sint dimittenda.

Ratio, nam bona temporalia vel sunt nostra, vel nobis ab alijs cōmissa ad conseruandum, vt bona ecclesiæ, cōmittuntur prælatis, & bona communia Reipu-

blicæ Rectoribus, & talium cõseruatio, sicut & depositorũ imminet illis quibus sunt commissa ex necessitate, ideò huiusmodi ob scandalum non sunt dimittenda vt nec alia quæ sunt de necessitate salutis, tẽporalia verò bona quorum dñi sumus dimittere ea tribuendo, si penès nos sunt, vel nõ repetendo, si apud alios sunt ob scãdalum vitandum quandoq; debemus, quandoq; nõ, nam si inde scãdalum oritur ob infirmitatem, vel ignorantiam aliorum, quod est scandalum pusillorum; art. præc. tunc huiusmodi bona sunt totaliter dimittenda, vel aliter scandalum sedandum per admonitionem, quandoq; scandalum oritur ex malitia, quòd est scandalum pharisæorum, & ob eos qui scandala concitant temporalia non sunt dimittenda, quia id noceret bono communi, nam daretur malis occasio rapiendi, & noceret rapientibus, qui retinendo aliena in peccato manerent.

Pro intelligentia huius propositionis notandum, quòd licet prælati sub reatu mortali teneantur bona ecclesiæ repetere ab iniquis possessoribus, & ea illæsa seruare. cap. in canonibus. 16. q. 1. & seq. D. Tho. hic, si tamen scandalum oritur ex ignorantia est differenda eorum repetitio, secus si ex malitia procedat scandalum, hoc tamen casu est differenda repetitio ob temporale, vel spiritale damnũ quòd alijs imminet si repetitio fiat, vt si repetente prælato à principe, qui ex malitia scandalizatur, bona ecclesiæ, sequeretur, vel timeretur auersio populi à fide ob persuasionem principis, vel graue dissidium in plebe, tunc consultius est repetitionem rerum ecclesiæ in tempus commodius differri, quàm tãta cum iactura repeti: vt d. hic Caiet. sic etiam si prælatus speret minori cũ scandalo res ecclesiæ posse alio tempore repeti, differenda est repetitio in id vsque tempus, etiam si scandalum sit malitiosum: vt d. Abb. & alij in c. nihil. de præscrip. arg. c. quando. 11. q. 3. Couar. loco cit. num. 6. qui & ante nu. 5. vers. 8. d. quòd licet iure diuino, & naturali prælatis, & superioribus sit obediendum. Prouer. 8. cap. quo iure. distin. 8. cap. quod præcipitur. 14. q. 1. c. 2. de maior. & obed. tamen ob scandalum vitãdum omitti potest iustè obedientia non solùm cũ quid iniquum præcipit, sed etiam iustè, vnde ob scandalum põt omitti obedientia literis Papæ, & electio legitima alicuius irritari, vt, & ob id potest Papa aliquem priuare titulo canonico, dato ei alio beneficio, vel in aliquo recompensatione data, modo ex malitia non procedat; vel potest differri executio literarum Papæ dũ scandalum pendet, si damnum ex executione timeretur, vt ibi dicit, & ita non est ponendum offendiculum fidei, vel saluti populorum propter temporalia, sed sunt dimittenda, vel differenda eorum repetitio ob talem causam, vel aliam rationabilem: vt d. hic Bannes. qui & respondet ad exemplũ Diui Thomæ Cantuariensis, quòd expedire fortè æstimabat tunc repetere saluti animarum, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 Charitatis præcepta cur non connumerentur in decalogo.
2 de Charitate an debeat dari aliqđ præceptum, & quomodo.
3 de Charitate danda fuere duo præcepta, de dilectione Dei, & proximi.
4 Charitas Dei, & proximi an sint eiusdem speciei.
5 Charitatis duo præcepta sufficiunt.
6 Præceptum de diligendo Deum ex toto corde, conuenienter ordinatur.
7 Cordis nomine quid intelligatur?
8 Deus conuenienter præcipitur, vt diligatur ex tota anima, & fortitudine, & vt id intelligatur.
9 Charitatis Dei præceptum an impleatur perfectè in via, & quomodo.
10 Præceptum dilectionis proximi conuenienter datur, cum eius expositione.
11 Charitatis ordo cadit sub præcepto.

De:

De praeceptis Charitatis. Cap. XXII.

D.Tho.2.2.q.44.

1 charitatis praecepta cur nõ cõnumerentur in decalogo.

NOtandum, quòd praecepta Charitatis nõ connumerãtur in decalogo, quia omnia praecepta decalogi, & aliarum virtutum ordinãtur ad dilectionem Dei & proximi.1.Tim.1.ꝙ & dicitur praeceptum maximum. Matth.22.

Secundò, notandum, ꝙ decem sunt praecepta decalogi. Exo.20.31. & docet Aug.q.71. super Exo.duabus tabulis cõprehensa, quarum prima continet tria praecepta ad Deum pertinentia:secunda ad proximum.

Tertiò, notandum, ꝙ primum praeceptum decalogi non profert praeceptum de dilectione Dei, sed de cultu Dei, quia vt in speculabilibus sunt aliqua praecepta per se nota, ex quibus conclusiones deducuntur & probãtur, sic in practicis & moralibus debent esse aliqua principia per se nota, quae sunt vt praeambula ad illa documẽta, & praecepta quae oportet exprimere, & quae ex talibus principijs deducũtur, & huiusmodi principiũ, & praeambulum est Deum esse vnũ, de cuius assensu non ponitur pręceptum in decãlogo, sed tantum de eius cultu, cum sit praeambulum ad pręcepta, cum oporteat accedẽtem ad Deum credere ꝙ sit, & remunerator sit requirẽtibus se. Heb.11. quo pricipio cognito, inde deducitur eum esse colendum, &c. sed ponitur primum pręceptum de eius vnius cultu in quem creditur: secundum, de non assumendo nomẽ eius in vanum: tertium, de sanctificatione sabbathi. His ita not.

2 de Charitate an debeat dari aliqđ pceptum, & quomodo

Prima sit propositio. De Charitate debet dari aliquod praeceptum, ꝙ & maximum est praeceptum, ꝙ tamẽ praeceptũ non connumeratur in praeceptis decalogi, sed includitur in omnibus ijs; probatur, nam Deus requirit vt diligatur ab homine. Deut.10. ergo requiritur, vt de dilectione charitatis, quae est dilectio Dei, detur praeceptum.

Ratio, nam praeceptum dicit rationẽ debiti, supra q.16. artic.1. eatenus ergo quid cadit sub pręcepto, quatenus habet rationem debiti, debitũ verò est vel per se, vel ob aliud, per se debitũ est, in quolibet negotio, id quòd est finis, quia habet per se rationem boni, debitum ob aliud est ꝙ ordinatur ad finem, vt medico per se debitũ est vt sanet, ob aliud est, vt medicinam det; finis verò spiritualis vitae est, ꝙ homo vniatur Deo, ꝙ fit per charitatem, & ad hoc ordinatur, vt ad finẽ omnium, quae pertinent ad spiritualem vitam. 1.Tim.1. quia omnes virtutes de quorum actibus dantur praecepta, ordinãtur vel ad purificãdum cor à turbinibus passionũ, vt virtutes quae sunt circa passiones, vel saltem ad habendam bonã conscientiam, vt virtutes, quae pertinent ad operationes, vel ad habẽdum rectam fidem, vt illa quae pertinẽt ad diuinum cultum, quae tria requirũtur ad diligendum Deum, quia cor impurum abstrahit à dilectione Dei per passiones inclinantes ad terrena, conscientia mala facit horrere diuinam iustitiam, timore pœnae, fides ficta separat ab vnitate Dei, in quolibet verò genere quòd est per se est praecipuum, ideò praeceptum charitatis est maximum. Probabile tamen est quòd de dilectione Dei naturali non sit speciale praeceptum naturale distinctũ à praecepto religionis, cum probabile sit quòd dilectio naturalis Dei non sit specialis virtus. Dilectio tamen Dei supernaturalis est speciale praeceptum, & maximum, & primum mandatum, cũ charitas sit specialis virtus, cuius actus est necessarius ad salutem, ergo de illo actu est speciale praeceptum, ꝙ obligat quantum ad modum, idest, vt Deus diligatur verè & realiter super omnia, quia nõ potest esse verus actus charitatis, nisi quòd Deus diligatur ex toto corde, idest super omnia: vt dicit Sot.lib.2. de nat. & gratia. c.1.2. & lib.2. de Iust.q.3.art.10. cum hic sit modus intrinsecus virtuti charitatis, scilicet amare totaliter prout fert propria possibilitas.

Secunda propositio. De Charitate dãda fuere duo pcepta.s.de dilectione Dei & proximi; probatur Mat.22. 1.Ioan.4. 3

3 de Charitate dãda fuere duo pcepta de

Ratio, nam sic se habent praecepta in lege, vt propositiones in scientijs specu-

dilectione Dei & proximi. latiuis, 1.2.q.100. art.1. in quibus conclusiones virtute continentur in primis principijs: vnde qui perfectè cognosceret principia secũdùm totã suã virtutẽ, nõ egeret, vt cõclusiones ei seorsum proponerentur; at quia non oẽs qui cognoscũt principia sufficiũt cõsiderare quicquid virtute in eis continetur, oportet ob eos, vt in sciẽtijs cõclusiones ex principijs deducantur, in operabilibus verò in quibus praecepta legis nos dirigunt; finis habet rationem principij, supra q. 23.art.7.ad secũdum. Dilectio verò Dei est finis ad quẽ dilectio proximi ordinatur, ideò non solùm oportet dari praeceptum de dilectione Dei, sed & proximi ob minus capaces, qui non facilè considerant vnum horum praeceptorum sub alio contineri.

4 Charitas Dei & proximi an sint eiusdẽ speciei. Sunt tñ amor Dei supernaturalis & proximi eiusdem speciei, quia actus charitatis quo diligimus Deũ immediatè, & proximũ propter Deũ, sunt eiusdem speciei, licet dentur de his duo pcepta, quia non est ita manifestũ minus capacibus, qũo amor proximi necessariò contineatur in dilectione Dei; & vt pceptũ dilectionis Dei non continetur in decalogo, sed est praeambulũ ad illud, sic praeceptum dilectionis proximi non enumeratur in decalogo, sed est quoddã praeambulum ad praecepta secundae tabulae, explicatum tamen in lege. Leuit. 19.

Si verò quaeratur an quis teneatur amare proximum ex charitate. Resp. primò, q̃ tenemur saltem in cõi proximos diligere ex charitate, volendo illis bona supernaturalia quae volumus nobis, sed proximus est capax vitae aeternae, ergo id bonum ei debemus velle, non est tñ medium necessarium ad salutẽ, sed potest quis saluari ẽt q̃ nunquã dilexerit proximum in vitã aeternã, quia in dilectione Dei talis dilectio proximi virtualiter continetur, talis tñ dilectio ex charitate est aliqñ in praecepto. Ioan. 13. vbi Aug. rati tñ sunt casus in quibus hoc praeceptum speciale obliget, ita vt ex charitate proximus sit diligendus distinctè, & est probabile, q̃ qui semel in anno est in gratia Dei, & optat proximis salutẽ spiritualem satisfaciat huic praecepto, magis verò praelati tenentur in particulari diligere sibi subditos, & quandoq; subditi tenẽtur inuicem pro se orare, & optare salutem spiritualem; fortè tamen particulares si sint in peccato, non tenentur ab eo exire vt proximum diligant ex charitate, livet secus sit de ministris ecclesiae: vt dicit Bannes.

Tertia propositio. Sufficiunt duo praecepta charitatis; probatur Matth. 22. in his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetae. 5 charitatis duo praecepta sufficiunt.

Ratio, nam charitas est amicitia quaedam supra q.23.art.1. Amicitia verò ad alterum est, cum verò dilectio sit boni, bonum verò sit vel finis, vel id quòd ad finem ordinatur, conuenienter de charitate duo praecepta sufficiunt, vnũ quo inducimur ad Deum diligendum, vt finem, aliud quo inducimur ad diligendum proximum ob Deum, vt ob finem.

Non fuit tamen necesse exprimere praeceptum de dilectione sui, quia cum bonum amabile sit cuiquam proprium, & qui amat beatitudinem in cõmuni statim intelligatur, q̃ amat se, sic qui diligit Deum ex charitate, patet q̃ in ipso actu dilectionis Dei seipsum diligit. Ps. 72. & quia in hoc nulla est difficultas diligendi se, supposita dilectione Dei, ergo id sat fuit poni, nec oportuit hoc exprimere, liceat & homo teneatur se ex charitate diligere, licet non praecipiatur specialiter, cum includatur in dilectione Dei, vt supra, vel in charitate ipsa, quae se extendit ad Deum, seipsum, & proximum.

Quarta propositio. Conuenienter mandatur, quòd Deus diligatur ex toto corde; probatur Deut. 6. 6 Praeceptũ diligendi Deum ex toto corde cõuenienter ordinatus.

Ratio, nam cum praecepta dentur de actibus virtutum, hoc modo aliquis actus cadit sub praecepto, secũdùm quòd est actus virtutis, sequitur verò ad actum virtutis, non solùm quòd cadat su per debitam materiam, sed etiam quòd vestiatur debitis circunstantijs, quibus proportionetur tali materiae; Deus verò est diligendus, vt finis vltimus ad quem omnia sunt referenda, ideò totalitas q̃dam fuit designanda circa praeceptum de dilectione Dei.

Nomine

7 Cordis nomine qd intelligat. Nomine verò cordis hic intelligatur voluntas, cum nulla sit virtus, vel vitiũ, meritum vel demeritum, nisi procedat à voluntate: vt dicit Aug. lib. 1. retract. & Arist. primo Eth. cap. 7. collocat fœlicitatem in operatione libera quæ secundùm virtutem est; statuendo scilicet sibi Deum vt vltimum finem, ad quem seipsum homo, & omnia quæ subiacent ipsius voluntati ordinet, & dirigat; cum sicut cor est principium in animali, vt dicit Arist. lib. 3. de partib. anim. cap. 4. sic cum voluntas principium sit meriti, & demeriti, tota Deo subijciatur, cum Deus sit vltimus finis, & ideò modus hic diligendi cum toto corde, idest voluntate sit intrinsecus, & inseparabilis à vera dilectione Dei.

8 Deus conuenienter pcipitur, vt diligat ex tota aïa, & fortitudine, & quid significent. Quinta propositio. Super hoc, Diliges dñm Deum tuum ex toto corde tuo, conuenienter additur, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, probatur Deuteron. 6.

Ratio, nam Deut. 6. hæc tria ponuntur Mat. 22. dimittitur tertium, sed dicitur ex tota mente Mat. 12. ponũtur quatuor: corde, anima, mente, & virtute. Lucæ 10. loco fortitudinis, vel virtutis, dicitur ex omnibus viribus tuis. Est ergo considerandum, ꝙ dilectio est actus voluntatis, quæ hic significatur per cor; nam vt cor est principiũ corporaliũ motuum, ita voluntas maximè quò ad intẽtionem finis vltimi, qui est obiectũ charitatis, est principium omnium spiritualium motuum. Tria verò sunt principia actuum, quæ mouẽtur à voluntate, scilicet intellectus, qui significatur per mentem: vis appetitiua inferior, quæ significatur per animã: vis executiua exterior, quæ significatur per virtutem, fortitudinem, vel vires: præcipitur ergo, quòd tota intentio feratur in Deum, quòd est ex toto corde, & quòd intellectus subditur Deo, quòd est ex tota mente, quòd appetitus reguletur secundùm Deum, quòd est ex tota anima, & quòd exterior actus obediat Deo, quod est ex tota virtute, fortitudine, vel viribus Deum diligere, aliter tamen exponitur ab alijs.

Non requiritur tamen ad hoc, vt hoc præceptum impleatur dilectionis Dei in hac vita, determinata intensio charitatis, sed quilibet actus charitatis, licet remissus sat est ad implendũ omnia præcepta, quia quilibet actus charitatis facit hominem adhærere Deo, vt vltimo fini, ergo sic implet præceptum charitatis, cum qui adhæret Deo, fiat vnus spiritus cum eo. 1. Cor. 6. sed nõ potest esse vnus spiritus cum Deo is qui est in peccato mortali, ergo qui habet prædicta implet præceptum charitatis.

9 charitatis Dei præceptũ an impleat perfectè i via & qũo. Sexta propositio. Præceptum de dilectione Dei in via imperfectè impletur: in patria verò plenè, & perfectè implebitur: In via verò vnus alio eo perfectius implet hoc præceptum, quo magis accedit per quandã similitudinem ad patriæ perfectionem; probatur ex Aug. lib. de perfectione iustitiæ, in responsione ratiocinat. 17. to. 7.

Ratio, nam quid impletur perfectè, & imperfectè: perfectè impletur præceptum quando peruenitur ad finem quẽ intendit præcipiens: imperfectè quando licet non attingatur ad finem præcipientis, nõ tñ receditur ab ordine ad finem, vt in pugna qui vincit perfectè implet ducis præceptũ, imperfectè, qui pugnando ad victoriam non pertingit, nil tamẽ agens contra disciplinam militarem: Deus verò per hoc præceptum intendit, vt homo sibi omnino vniatur, ꝙ fiet in patria quando Deus erit omnia in omnibus. 1. Cor. 15. in via impletur, sed imperfectè, & quo quis magis accedit ad patriæ perfectionẽ, eo perfectius id hic implet. Et licet in patria cesset libertas actus diligẽdi, qui est communis in via charitati, cum alijs virtutibus, tamen in patria perficietur hoc præceptum, quia manet ibi, fine iam adepto, per visionem beatificam, totalitas illa modi diligẽdi, scilicet ex toto corde &c. ꝙ est intrinsecum charitati, vt d. Bannes.

Homo etiam in hac vita cum gratia, & auxilio Dei potest implere præceptũ dilectionis, & omnia alia mãdata; probatur Ioan. 14. 1. Ioan. 5. & Deuter. 30. Mandatum ꝙ ego præcipio tibi hodie, non supra te est. Neq; aduersatur, quòd homo diu sine peccatis venialibus stare nõ possit, ita vt possit omnia vitare, licet sin-

singula possit, vt d. Hier. in Psal. 118. 3. Reg. 8. Eccl. 7. non est homo &c. & habetur in Conc. Trid. sess. 6. can. 23. quod intelligitur de homine puro, nõ Christo, nec de Beata Virgine ex priuilegio specialissimo. Resp. enim, quod homo per peccatum veniale nõ desinit esse iustus, & sanctus, & perfectus in charitate. Deut. 18. 2. Corin. 13. vnde peccata venialia nõ obstãt quominus homo possit præceptum charitatis implere, vt d. Hier. lib. 1. dialog. Aug. lib. de nat. & gratia. c. 36. in Ench. c. 64. lib. de eccl. dog. c. 86. in Conc. Mileuit. cap. 6. 7. & 8. Africano. cap. 81. 82. Trid. sess. 6. cap. 11.

10 Præceptũ dilectiõis ꝓximi cõuenienter datur, cũ eius expositione.

Septima propositio. Conuenienter datur præceptum de dilectione proximi, cum eius explicatione; probatur Matthæi 22.

Ratio, quia proximus nominatur, ex hoc enim ex charitate alios diligere debemus, quia sunt nobis proximi, & secũdùm naturalem imaginem Dei, & secũdùm capacitatem gloriæ: modus verò tangitur cum dicitur, sicut teipsum, quod non intelligitur, vt quis proximũ æquè, vt se diligat, sed similiter sibi: primò, ex parte finis, vt quis diligat proximũ propter Deũ, sicut se ob Deum diligere debet: secũdò, ex parte regulæ dilectionis, vt. s. quis non condescendat proximo in aliquo malo, sed solùm in bonis, vt suæ etiam voluntati satisfacere debet solùm in bonis, vt dilectio proximi, sit iusta. Tertiò, ratione dilectionis, vt quis nõ diligat proximũ ex vtilitate vel delectatione, quia tunc diligit se non proximum.

11 charitatis ordo cadit sub præcepto.

Octaua propositio. Ordo charitatis cadit sub præcepto, cum charitas sit ordinata. Cant. 2.

Ratio, nam modus qui pertinet ad rationem virtuosi actus, cadit sub præcepto quod datur de actu virtutis, supra ar. 4. ad primũ; ordo verò charitatis pertinet ad ipsam rationem virtutis, cũ accipiatur secũdùm proportionem dilectionis ad diligibile, supra q. 25. art. 12. vnde ordo charitatis debet cadere sub præcepto.

Notandum pro intelligentia, quod quidam modi sunt intrinseci actui virtutis, qui pertinent ad virtutis rationem, quidam intrinseci ipsi actui, sed non pertinentes ad speciẽ actus, sed ad perfectionem eius intra latitudinẽ ipsius, vt sunt promptius, delectabilius, intẽsius, & firmius operari. His notat. dicitur primò, quod si consideretur ordo charitatis secundùm intensionem actus eliciti, quo aliquis magis, vel minus diligit, non cadit sub præcepto; nam si quis habet habitũ charitatis, vt decem intensum, & occurrat tempus diligendi Deum, quem diligat vt quinque secundùm intensionem actus, si statim diligat proximũ actu dilectionis, vt decem, non frangit præceptum dilectionis, quò ad ordinẽ diligendi, cum impossibile sit quod quis diligat ex charitate intensius proximum, quàm Deum, quia in ipso actu dilectionis ꝓximi ex charitate includitur ipse Deus, vt obiectum formale & ratio diligendi: etsi in diuersis actibus possit considerari maior vel minor intensio, vt in casu proposito. Secundò, dicitur, quod si consideretur natura habitus charitatis secũdùm se, nullus est ordo in ipsis actibus iuxta magis vel minus intensè diligere, quia ipse habitus secundùm se inclinat ad actum æqualiter intensum elicitũ ab eodẽ habitu, ergo ex parte habitus non est differentia ordinis secundùm maiorem, vel minorem intẽsionem actus. Tertiò, si consideretur ordo charitatis etiam ex parte habitus, vel liberi arbitrij secundùm rationem immediatẽ, vel mediatẽ diligendi, aut principalius vel minus principaliter diligendi, non potest quis diligere ex charitate quin seruet illum ordinem; quia obiectum formale, & immediatum, & specificãs, & sic potissimũ est summum bonũ, & vltimus finis, qui est ipse Deus, cui charitas immediatẽ nos coniungit, ergo est impossibile, quod aliud obiectum æquè, & immediatẽ diligatur cum ipso Deo, sed semper ex charitate appretiatiuè, & magis formaliter ac præcipuè diligitur Deus, paratus est enim homo per charitatẽ omnia prius relinquere q̃ Deum, & omnia quę bona sunt diligere propter Deũ. Quartò, dr̃, quod si consideretur ordo charitatis, prout ab illa est imponendus circa actus aliarum virtutum, quãdo sunt in præceptis tunc charitas debet seruare ordinem, qui

qui oritur ex ipsa proportione charitatis secundum proportionem dilectionis ad diligibile, alias si hic ordo nō seruatur, charitas amittitur, vt si pater sit in extrema necessitate, & alius similiter, vtrique est succurrendum, si fieri potest, alias pater præponitur, Aduertendo tamen q̄ ordo charitatis non est in præcepto, nisi quando & quatenus actio ipsa vel operatio est in præcepto, & tunc etiā constare debet talem ordinem esse, & necessario seruandum, si enim dubium sit inter Doctores quis ordo seruandus sit sub pœna peccati mortalis, potest quisque tunc sibi, vt videtur, operari; In alijs vero euentibus vbi simpliciter non est præceptum exercendi aliquem actū virtuosum erga proximū, non erit peccatum saltem mortale, quod quis velit exercere illum actum ad benefaciendum magis ei qui sibi minus coniunctus est. vt d. hic Bannes.

SVMMARIVM.

1 Donum sapientiæ quid sit & in quo consistat.
2 Sapientia connumeratur inter dona spiritus sancti.
3 Sapientiæ donum an sit in voluntate, vel in intellectu.
4 Sapientiæ donum an sit tantum speculatiue, vel etiam practice.
5 Sapientiæ donum non potest stare cum peccato mortali.
6 Sapientiæ donum an sit in omnibus gratiam habentibus, & quomodo.
7 Sapientiæ dono respondet septima beatitudo, beati pacifici.

De dono sapientiæ quod respondet charitati. *Cap.* XXIII.

D. Tho. 2. 2. q. 45.

1 Donū sapiétiç q̄d sit, & in quo consistat.

NOtandum, quod donum sapientiæ est habitus infusus, quo quis in grauitis cognitionibus subito, & prompte secundum quandam connaturalitatem per causam altissimam habet rectum, & certum iudicium de his quæ sunt fidei, & differt à sapientia quç est virtus intellectualis, nam ista iudicat circa res diuinas ex rationis inquisitione, & ratiocinatione, & acquiritur studio humano, sed sapientia quæ est donum Dei. Iac. 4. iudicat secundum quandam connaturalitatem, quæ connaturalitas ad res diuinas fit per charitatem quæ nos vnit. Deo. 1. Cor. 6. & ita sapientia quæ est donum Dei, causam habet in voluntate subiectiue vero, & secundum essentiam est in intellectu, cuius actus est res recte iudicare. Et quia iudicium sequitur apprehēsionem quç fit per intellectum ideo sapientia sequitur donum intellectus, & spiritualis dicitur iudicare omnia. 1. Cor. 2. Differt tamen donum sapientiç à fide, quia fides, iudicat & assentitur diuinç veritati secundū seipsam, donum vero sapientiç præsupponit fidem, & donum intellectus quia quilibet bene iudicat quæ cognoscit. 1. Eth. & sapientia iudicat secūdum quandam connaturalitatem ad specialem instinctum Spiritus sancti absque præmeditatione, quod non facit fides, cuius primo est assensus, sapientiæ vero primo iudicium, supposita tamen cognitione per fidem, & donum intellectus, licet & fidei sit præcipere & iudicare, & secundum Deum, & secundum causas creatas, & applicare ad singularia, vt patet in fideli existenti in mortali qui cauet ab Idolatria, furto &c. quia is, sine donis spiritus sancti per fidem percipit diuina, & cauet ab idolatria secundum altissimam causam, & à furto etiam secundum causam creatam, quia non est nocendum proximo, & inde audit diuina &c. sed perficiuntur hi actus à donis spiritus sancti, vt oriuntur ex instinctu spiritus sancti, vt de dono sapientiæ dicitur quod elicit iudicium secundum quandam connaturalitatem ad diuina, vt d. hic Bannes cum Gaietano, & sic non sunt sine gratia, nec erratur in necessarijs ad salutem, & cū donū gratiç fluat à gratia gratum faciente, inuenitur in omnibus, & solis iustis quo ad ea quæ sunt necessaria ad salutem in ordinando suos actus, vt d. Dion. ep. ad Demophilum, quæ est & in stultis baptizatis quo ad habitum, licet non quo ad actū

ob impedimenta extrinseca. Quomodo vero differant dona à virtutibus dictum est supra suo loco; Vltimo aduertendum quod quædam est sapientia acquisita, quædam infusa de qua hic, & quædam gratis data quæ dicitur sermo sapientiæ. His ita not.

2 Sapientia connumeratur inter dona Sp. sancti.

Prima sit propositio. Sapientia connumeratur inter dona spiritus sancti, probatur. Is. 11.

Ratio, nam ad sapiẽtem pertinet con siderare causam altissimam per quam certissime de alijs iudicet, & secundum quam oĩa ordinari oportet, primo metaphisicorũ; causa vero altissima accipi põt, vel simpliciter, vel in aliquo genere, qui ergo cognoscit causam altissimã in aliquo genere, & per eam potest de omnibus quæ sunt illius generis iudicare, & ordinare, dicitur esse sapiens in illo genere, vt in medicina, vel architetura, 1. Cor. 3. qui vero cognoscit causam altissimam simpliciter, quod est Deus, dicitur sapiens simpliciter quatenus per regulas diuinas omnia potest iudicare, & ordinare, huiusmodi vero iudicium consequitur homo per Sp. S. 1. Corint. 2. spiritualis iudicat omnia, quia spiritus sanctus omnia scrutatur etiam profunda Dei, vt ibi dicitur, vnde sapientia est donum spiritus sancti.

3 Sapientiæ donum an sit in volũtate, vel in intellectu.

Secunda propositio. Sapientia quę est donum, causam habet in voluntate, scilicet charitatem, sed essentiam habet in intellectu, cum & stultitia sit in intellectu cui contrariatur sapientia, vt d. Gregor. 2. Mor. c. 36. parum ante medium.

Ratio, nam sapientia importat quandam rectitutidinem iudicij secũdum rationes diuinas art. præc. rectitudo vero iudicij potest contingere dupliciter, primo, secundum perfectissimum vsum rationis, secundo, ob connaturalitatem quandam ad ea de quibus est iudicium faciendum, vt de ijs quæ ad castitatem pertinent, per rationis inquisitionem recte iudicat qui didicit scientiam moralem, per cõnaturalitatem vero ad eam recte de illa iudicat qui habet habitum castitatis, sic ergo, circa res diuinas ex rationis inquisitione rectum iuditium habere pertinet ad sapientiam quæ est virtus intellectualis, rectum vero iudicium habere ad eas secundum quandam connaturalitatem pertinet ad sapientiam secundum quod est donũ spiritus sancti, quæ connaturalitas, vel cõpassio ad res diuinas fit per charitatẽ quæ nos Deo vnit. 1. Cor. 6. & sic sapientia quæ est donum, causam habet in voluntate per charitatem, sed essentiam habet in intellectu, cuius est recte iudicare.

4 Sapientiæ donum an sit tãtum speculatiua, vel etiã practica.

Tertia propositio. Sapientia, vt est donum non solum est speculatiua, sed etiã practica, probatur. Coloss. 4.

Ratio, nam superior pars rationis sapientiæ deputatur secundum Aug. li. 12 de tr. c. 14. inferior scientiæ, superior vero ratio intendit rationibus supernis, scilicet diuinis inspiciendis, & Consulẽ reis, conspiciendis secundum quod in se diuina contemplatur, cõsulendis, secundum quod per diuina iudicat de humanis actibus, & per diuinas regulas dirigens actus humanos, & sic sapientia vt est donum, est non solum speculatiua, sed etiam practica.

4 Sapientiæ donũ non põt stare cum peccato mortali.

Quarta propositio. Sapientiæ donum non potest esse sine gratia, nec stare cũ peccato mortali, probatur. Sap. 1. in maleuolã animam non introibit sapientia.

Ratio, nam sapientia, quæ est huiusmodi donum facit rectitudinem iudicij circa res diuinas ar. 1. vel per regulas diuinas de alijs, ex quadam connaturalitate, vel vnione ad diuina quæ est per charitatem sup. art. 2. & q. 23. art. 6. Ideo sapientia huiusmodi præsupponit charitatem quæ non potest esse cum peccato mortali d. art. 6.

5 Sapientiæ donum an sit in oĩb. gratiã habentibus, & quomõ

Quinta propositio. Sapiẽtiæ donum, quantum pertinet ad rectum iudicium in contemplatione diuinorum, & ordinatione rerum humanarum prout vnicuique necesse est ad salutem, inuenitur in omnibus existentibus in gratia, sapientiæ tamen donum in contemplatione diuinorum secundum altiora quædam misteria quæ aliqui cognoscunt, & alijs manifestare possunt, & similiter quo ad directionem rerum humanarum prout aliqui possunt alios ordinare, nõ est in omnibus habentibus gratiam,

tiam, sed magis pertinet ad gratias gratis datas, quæ dantur ad aliorum vtilitatẽ, vt gratia gratum faciens ad vniendum habentem cum Deo.

Ratio, nam sapientia, vt est donum d. quandam rectitudinem iudicij circa diuina inspicienda & consulenda articu. præc. & quò ad vtrumq; ex vnione ad diuina secundum diuersos gradus aliqui sapientiam sortiuntur, quidam enim tãtum sortiuntur de recto iudicio tam in contemplatione diuinorũ quàm in ordinatione rerum humanorũ secundum diuinas regulas, quantum eis est necessarium ad salutem, & hoc nulli deest sine peccato mortali existenti per gratiã gratum facientẽ, si enim natura non deficit in necessarijs minus gratia 1. Io. 2. quidam altiori gradu percipiunt sapiẽtiæ donum & quò ad contemplationem diuinorum quatenus altiora quædã mi steria & cognoscũtur, & alijs manifestare possunt, & etiam quo ad directionem humanorum secũdum regulas diuinas, quatenus possunt secundum eas non solum se ipsos, sed etiam alios ordinare, qui gradus sapientiæ non est communis omnibus habentibus gratiam gratis facientem, sed magis pertinet ad gratias gratis datas quas spiritus sanctus distribuit, vt vult 1. Cor. 12.

7 Sapientię dono respõdet septima beatitudo, beati pacifici.

Sexta propositio. Septima beatitudo, scilicet beati pacifici respondet dono sapientiæ, probatur ex Aug. lib. 3. c. 9. parum ante med. de serm. domini in monte. d. quod sapientia conuenit pacificis, in quibus nullus motus est rebellis, sed obtemperans rationi.

Ratio, nam ad meritũ pertinet quod dicitur beati pacifici, pacifici vero dicuntur qua si pacem facientes, vel cum seipsis, vel in alijs, quorum vtrumq; contingit per hoc quod ea in quibus pax constituitur ad debitũ ordinem diriguntur, nam pax est tranquillitas ordinis secundum Augustinum lib. 19. ciu. c. 13. ordinare vero pertinet ad sapientem 1. Metaph. c. 2. ideo esse pacificum conueniẽter tribuitur sapientiæ, ad pręmium vero pertinet quod dicitur filij Dei vocabuntur, dicuntur vero quidam filij Dei quatenus participãt similitudinem filij vnigeniti naturalis. Ro. 8. qui est sapientia genita, ideo participando donum sapientiæ ad Dei filiationem homo pertingit.

SVMMARIVM.

1 Stultitia opposita sapientię quid sit, & vnde proueniat.
2 Stultitia opponitur sapientiæ.
3 Stultitia voluntaria mala est peccatum.
4 Stultitia est filia luxuriæ.

De stultitia quæ opponitur sapientiæ. Cap. XXIIII.

D. Tho. 2. 2. q. 46.

1 Stultitia opposita sapientiæ quid sit, & vnde pueniat.

NOtandum, quod nomen stultitiæ à stupore dicitur, stupor vero interpretatur sensuum alienatio, quia sensus stupeant, & differt stultitia à fatuitate, quia stultitia importat hebetudinem & obtusionem cordis, fatuitas importat totalem spiritualis sensus priuationem, & sic stultitia opponitur sapientiæ, quia vt sapiens discernit res & causas, sic stultus non bene discernit & iudicat, sed male, stultus enim habet sensum, sed hebetatum, sapiẽs vero subtilem & perspicacem; maxime vero dicitur stultus cum patitur defectum qui attenditur secundum causam altissimã, quæ & potest dupliciter contingere, primo, ex indispositione quę dicitur amentia, & sic non est peccatum, secundo, ex eo quia quis libere immergit sensum suum delectationibus terrenis, maxime delectationibus tactus, & gustus ciborum & venereorum, ex qua immersione sensus eius redditur ineptus ad percipiendum, & intelligendum diuina, & iudicandum de illis. 1. Corint. 2. quæ est stultitia voluntaria, & sic peccatum est, filia luxuriæ, vt d. Greg. li. 31. Mor. c. 31. & opponitur dono sapientiæ, vel virtuti intellectuali sapientiæ. His ita not.

2 Stultitia oponiť sapientię.

Prima sit propositio. Stultitia opponitur sapientiæ, probatur ex Greg. li. 2. Mor. c. 36.

Ratio, nam nomen stultitię à stupore sumitur,

sumitur, & differt à fatuitate, quia stultitia importat hebetudinem cordis, & obtusionem sensuum, fatuitas vero totalem spiritualis sensus priuationem, ideo conueniẽter stultitia opponitur sapientiæ, nam sapiens dicitur à sapore, nam vt gustus est aptus ad discretionem saporis ciborum, sic sapiẽs ad dignoscẽtiam rerum, & causarum, & ita stultitia opponitur sapientiæ vt contrarium; fatuitas, vt pura negatio, quia fatuus caret sensu iudicandi, stultus habet sensum, sed hebetatum, sapientia subtilem & perspicacem.

3 Secunda propositio. Stultitia voluntaria mala est peccatũ, probatur. Prou. 1.

Stultitia volũtaria mala est peccatũ.

Ratio, nam stultitia dicit quendam stuporem sensus iniudicando, maxime circa altissimam causam, quę est finis vltimus, & summum bonum, idque dupliciter contingere potest, primo, ex dispositione naturali, vt patet in amentibus, & huiusmodi stultitia non est peccatum, secundo, quatenus homo immergit sensum suum rebus terrenis, ex quo redditur eius sensus ineptus ad percipiendũ diuina 1. Cor. 2. vt etiam homini habenti gustum infectum malo humore non sapiunt dulcia, & huiusmodi stultitia est peccatum.

Tertia propositio. Stultitia est filia luxuriæ, probatur. Prouer. 7. quæ vero est amentia ex ira procedit. 4

Stultitia est filia luxuriæ.

Ratio, nam stultitia vt est peccatum prouenit ex hoc quia sensus spiritualis hebetatur, vt n[illegible] sit aptus ad spiritualia iudicanda, artic. præc. maxime vero sensus hominis immergitur ad terrena per luxuriam, quia est circa maximas delectationes quibus anima maxime absorbetur, ideo stultitia, quæ est peccatum, maxime nascitur ex luxuria.

Ratio secundi, nam ira ob sui acuitatem maxime immutat corporis naturã, vnde maxime causat stultitiam quæ prouenit ex impedimento corporali, vt in resp. ad 3.

Et ex his, ad laudem Dei Opt. Max. impositus sit finis huic Primæ Parti Summę huius Moralis Theologiæ, & Casuum Conscientiæ, omnia in ea contenta subijciens censuræ, & correctioni S. Matris ecclesiæ, & contraria quæq; quod absit, reuocans & annullans.

F I N I S.

Errata sic corrigantur.

PAgina 8. a linea 11. homini, homines pag. 9. a li. 45. de, delendum] ibid. b li. 34. num, non p. 10. a li. 29. priuatis, priuatio p. 11. a li. 3. pater, addendum] quod, ibid. li. 2. feruntur, fruuntur li. 5. vullo, nullo li. 8. finis, finem li. 20. hoc, add.]est li. 24. Psalm. add.]35. li. 25. Hier. add.]2. p. 12. a li. 39. &, delen.]li. 40. &, ex. ibid. b lin. 39. ius, potest p. 13. a li. 26. de, delen.]ibid. li. 49. quando add.]duo. ibid. b li. 2. ideo, add.]ratio quodammodo li. 9. habet, habetur lin. 15. quodam, add.]animæ p. 14. b li. 43. non, delen.]p. 15. a li. 2. indicat, iudicat lin. 8. necessarium, delen.]li. vlt. tum, non p. 16. a li. 20. potest, add.]vt li. 39. sit, sint li. 40. appetibilis, appetibile, & add.], sed tantum appetuntur in ordine ad opus pag. 129. b li. 16. phantusmata, phantasmata p. 132. b li. 31. agente, agendo p. 141. b li. 16. ve, vero p. 208. b. li. 38. tentatus, tentatur p. 280. a li. 12. saltem, add.]sine mora p. 283. b li. 43. timentibus, amentibus p. 313. a li. 17. sexta, quinta & 70. li. 20. episcopũ add.]perse, & nisi protestando b li. 28. pignoris, pignori p. 326. b li. 45. consũmauit, contraxit p. 331. a li. 23. insti, iusti li. 30. princepe, principi li. vlt. ijdem, idem p. 332. b li. 47. hic, sic p. 338. b li. 39. specificationis, add]in, ibi li. 40. dissensit, dissentit p. 339. a li. C. c. ibi. b li. 14. absolute, absoluere li. 43. 21. 22. li. 45. mendam, mendum pag. 340. b li. 3. supra, delen.] p. 343. a li. 38. vt, de quo p. 344. a li. 8. habent, habentur. ibi. b li. 34. tetr, retr lin. vlt. gitur, gatur p. 347. a li. 11. fore, forte p. 349. a li. 11, autem, add.]d. i. p. 360. b li. 13. propositum, add]cum non omnibus detur occasio implendi mandata omnia, & si cui datur, vix fieri potest quin gratiam consequatur, antequàm impleat omnia, p. 366. b li. 12. sennm, seruum p. 370. a li. 5. ordinate, ordinationem p. 374. a li. 25. timore add.]non solum li. 28, 29. vt existit eo modo, delendum]li. 36. secuti, securi li. 40. confedebitur, concedebatur li. 45. inscripta add.]per ibi. b li. 11. quam, quod li. 47. lute, luce p. 376. b li. 47. noua add.]non li. 48. excellentiam add.]tum p. 379. a li. 18. 19. scilicet, quinto li. 27. quodammodo, delendum]b lin. 32. perser. persey. p. 381. b li. 10. vel, delen.]li. 18. imperfectionum, imperfectionem p. 383. b li. 26. se in, in se p. 385. a li. 10. fundamantum, fundamentum li. 14. quæ, qua ibi. b li. 46. ille, illud p. 388. a li. 15. conditione, conclusione p. 390. a li. 4. alia, add.]quę talia videntur, sed non vere, li. 5. Ro. 13. 1. Cor. 13. p. 393. b li. 45. &, add]1. pag. 394. a li. 19. 20. supernaturali, naturali p. 395. b li. 17. zosimus, zozimus p. 396. a li. 14. scotio secund, scoti secũdo p. 399. b li. 50. ea, ex li. vlt. quali, quale p. 401. b li. 11. & hoc est donum gratuitum Dei, delen.]li. 19. autem, tamen li. 31. quasi, vt p. 402. a li. 23. peccatum, probatum p. 403. a li. 44. absurde, abunde p. 405. a li. 37. pura, pure. ibi. b li. 11. quoddam, quidam li. 26. meritorias, meritorius li. 29. & forte magis, in adultis p. 407. b. li. 16. ergo, add.]via tñ ordinaria gloria confertur habenti gratiam p. 409. a lin. 50. non põt à nobis haberi, non habetur à nobis li. vlt. hęc, add.]perfectio. ibi hic add.]summa ibi. b. li. 6. naturam, natura li. 42. anima, animæ p. 411. a li. 9. gratis, granum li. 15. gratis, gratũ li. 16. gratia, gratis ibi. b li. 36. vnde, ideo p. 412. a li. 42. preter, prębet p. 413. b li. 29. ordinari, ordinarie p. 417. a li. 38. vt, & p. 418. a li. 16. vt, & li. 35. sine, cum p. 419. a li. 22. mediate, immediate li. 25. 26. vel immediate agit in intellectum, & voluntatem, delen.]p. 423. a li. 37. sic, hic p. 424. b lin. 13. seminali, seminalis p. 426. b li. 41. 42. augetur add.]quãdoq; p. 427. a li. 21. semper, irrecuperabiliter p. 428. a li. vlt. certo, add.]quis. ibi. b li. 8. aliquem, add.]alium li. 34. qs, quod li. 35. &, ideo p. 429. a li. 4. amitti, vel, delen.]li. 16. quin, vt p. 433. b li. 49. remittit non, remitti non li. vlt. mihi, add.]probatur vero conclusio p. 435. b li. 19. displicentia, add.]tale p. 437. b li. 11. 12. probus, probatur p. 438. a li. 44. operib. add.]vbi nõ adest occasio ea exercendi ibi. b. li. 27. 28. delectationem, desiderium p. 441. li. 4, corpus, delen.]li. 6. cujus, add.]corpus p. 445. li. 47. si extat sic, delen.]p. 449. b Thomę, add.]in p. 450. a li. 4. ascensione, assensione pag. 451. b li. 31. obiecta, obiectum p. 452. a li. 46. b add.]vt refert Bannes p. 453. b li. 23. causę add.]vt d. Bãnes p. 455. a li. 35. vita, visa li. 36. habet, habẽt p. 456. a li. 43. alterius, vberius p. 458. b li. 22. quẽ, quod p. 460. a li. 8. ad, delen.]ibi. b li. vlt. baptizantes, baptizate. p. 461. b li. 28.

b.li.28.25.add.]vt d. Bannes p.465.a li.1.apparentium,ſperandarum p.466.a lin. 33.a add.]fine p.467.a li.3.vt,add.]& p.468.li.33.34.intellectualem,intellectualium p.469.b li.33.cognoſcet, coguoſcat li.36.infidelibus, in fidelibus p.472.a li. 40.acceptante,add.]diuerſe in adultis,& paruulis p.473.a li.6.puniti,puniri pag. 482.a li.10.argumētum,negationem puram li.19.quod,qui li.38.cognoſcit add.] certo.ibi.b li.16.peccat,add.]probabiliter li.31.Homo, Non li.32.auditum,add.] cuilibet p.483.a li.2.probaretur,add.]quod eſt abſurdum.ibi. b habet, add.] ac li. 5.nec,non li.15.opere bono,opera bona p.484.b li.15.16. infidelitatis, in fine li. 26.Chriſti add.]non li.28.ęſtimationem,add.]cum tñ teneantur credere eum veniſſe,& eum recipere p.485.a li.2.corrumpens,add.]& ideo li.50.ſunt,delen.] ibi. b li.35.blaſphemis,blaſphemijs p.486.a li.46.deueniant,deuiant p.487.b li. 18.oritur add.]quandoq; p.489.a li.29.art.4.add.]& Bannes lin.49.differt,add.]velut p.494.b li.20.contu;commi.p.495.a li.23.enomātię,onomātiæ p.497.a li.1. Chriſti,Chriſto p.498.b li.18.&,vel p.500. b li.45.non,cum p.505.a li.39. maue, manuali p.508.b li.29.Si,si p.510.b li.22.quis, homicida p.511. b li.37.indcies,iudices p.515.a li.28.confiſcari,compenſari p.520.a li.38.donatum,add.]7.q.1.p.521 a li.1.dent,debent p.523.a li.7.p.add.]q.p.525.a li.5.18.add.]Euſeb.li.38. imaginibus,add.] vetalibus,ibi.b li.39.illatria, idolatria p.529.a li.3. ſint,add.]ſemper p.538.a li.28.ſpiritu,potu p.540.b li.11.nuia, inuia li.25.pratia,praua p.543.a li. 4.diuinant,diuinabant li.38.vbi,ibi p.545.a li.31.32.catos, captos ibi.b li.40.pariens,patiens p.546.b li.22. menſtruo ſanguine , delen.]li.26.homina,hominem p.547.a li.31.32.incumbedunt,incumbendum pag.553.a li.28.eſt,delen.]ead.&, add.]eſt p.556.a li.24.obtinet,obtinere,ibi.b lin.50.&, nec ſi p.558. a li.19.amor, delen.]p.559.a li.18.propoſitum, add.]habet p.561. a li.19.nolunt,volunt p.566 a li.36.Trid.add.]ſeſſ.6.p.570.b li.43.actus,add.]ex ijs p.572.a lin. 27. ſic, add.] eſt p.573.b li.18.dominus,domini li.41.peruenit,peruenerunt.p.576.b li.37.protulit,pertulit p.581.b li.3.vt Deum dicit,delen.]p.582.a li.30.31.neceſſarium,neceſſario p.583.b li.14.ni,ei p.585.a li.16.eſt,add.]per p.588. a lin. 3. demonſtret, demonſtro,p.591.b li.34.vnde,vbi p.593.a li.3.a delen.]li.33. perueniens, peruenit p.599.a li.37.que,quod p.610.a li.21. ſiſtit,ſiſtitur. b li.22.ea, eo p.611.a li.9, &,ei.b li.16.virtutis,add.]fit li.34.mediante,mediatè p.615.b lin. 39. ad horam] delen.]p.622.b li.28.conuenientis,conuenientijs p.624.b li.24. pœnitentia, add. ex ſe p.625.a li.9.anget,auget p.626.a eſt,etiam p.631.b li.14.eleuetur, releuetur p.640.a li.48.denūciatur,denuntietur p.641.b li.17.gradum,add.]vt d.Banh.ibi. 49.ſic,delen.]p.645.a li.vlt.ſed,add.]ex p.649.b li. 15. demonſtrat,demonſtrabit p.650.b li.26.ratione,add.]inuidia p.653.a li.17.&,vt p.654. a lin.29.eſſe,delen.] ibi.b.li.9.ſanctificari,add.]ſecundum falſam eius opinionem , extra ſacramenta, vt ſup.ibi.b li.10.irretitus,add.]vt d. Bannes p.655.a li.34.vis, vices p.656.a li.17. diſpenſatur,diſponitur li.26.extra ſimplicem inunctionem, ex ſimplici inunctione p.663.a li.16.bellum,add.]alias p.671.a lin.4. meditationes , exercitationes, ibi.b li.2.catum, add.]lin.47. ſi vero,iniuriarum actione,li.vlt.expeditum, expedit p.674.b.li.29.ruinam ſpiritualem,ruinam ; ſpirituale p.681.a li. 1. intelligatur,intelligitur ibi.b li.37.diligendi,add.]vt d. Bannes.

Minutiora vero errata , ſibi quiſque emendet. In quo aduertat & benignus lector,ſi quę forte errata in ſuo exemplari, præter ſuperius notata , comperiat,id forte in alijs exemplaribus , quæ dum ſub tipis eſſent , emendabantur , quorum vnum apud me extat,non reperiri , & ſi comperiat , tipi errato ea aſcribens, benigne emendet.

SVMMA VNIVERSAE MORALIS THEOLOGIAE, & casuum conscientiæ.

PARS SECVNDA.

LAELII ZECCHI THEOLOGI, Iur. Vtr. Doct.

DE VIRTVTIBVS Cardinalibus.

SVMMARIVM.

1 Virtutes Cardinales quę sint, cur sic dicantur & earum officium.

De virtutibus Cardinalibus, ijs adiunctis, & vitijs oppositis.

1 Virtutes Cardinales q̄ sint cur sic dicantur, & earum officium.

SERMONE habito, Deo bene fauẽte in prima parte, de principijs tũ intrinsecis, tũ extrinsecis humanorũ actuũ; Nec non de virtutib. theologicis, & eas consequentibus, ac vitijs oppositis; congruo ordine de virtutibus Cardinalibus est sermo habendus; pro cuius rei notitia, Notandum quod nonnullæ virtutes iccirco dicuntur Cardinales, quod sint vt aliarum fontes, & Cardines, vt inquit Amb. in c.6. Lucæ, & lib. 1. offic. cap.24. & prosper de vita contemplatiua. lib.3.c. 18. & vt ostium in cardine, sic omnis honestæ vitæ ratio in illis versatur, & vniuersa boni operis structura eisdem inniti quodammodo videtur, vt d. Gregor. lib. 2. Mor. in Iob. cap.36. quæ quattuor numerantur, scilicet prudentia iustitia, temperantia, & fortitudo, vt d.Amb. lib. 3. de virginibus, & lib.1. offic. c. 9. quæ & virtutes officiales dicuntur, quia ab ijs nascuntur officiorum genera, & cuncta communis vitæ officia secundum suam cuiusque vocationem deriuantur, vt inquit Amb. lib. 1. offic. c. 25. & nobis ideo commendantur. Prou. 8. Eccles. 24. quæ & duplices sunt, quædam enim sunt acquisite per actus frequentatos dictarum virtutum, ex quibus habitus virtutis causatur, quæ manere possunt sine gratia, & in eo qui ab ea excidit per vnum peccatum mortale, cum per vnum actum contrarium non corrumpantur habitus acquisiti, aliæ sunt infusæ morales quæ sunt connexę cum gratia, cum qua omnes virtutes morales infunduntur, & ordinant in finem supernaturalẽ, & fluunt à gratia; v.g. temperantia acquisita versatur in materia delectabili, quatenus est cõsentanea regulę rationis humanæ, & inde etiam regulę diuinæ, vt Deus est author naturalis, temperantia vero infusa versatur in materia delectabili, quatenus conuenit ad assequendam beatitudinem supernaturalem, & ita qua ratione est consentanea regulę diuinę quæ innotescit nobis per fidem, & continetur dictamine rationis diuinæ, qua ratione Deus est author supernaturalis, vt dictũ est supra trac. de virtutibus in generali, vbi late de virtutibus Cardinalibus sermo est habitus.

DE PRVDENTIA.

SVMMARIVM.

1 Prudentia quid sit.
2 ad Prudentiam quæ requirantur.
3 Prudentiæ laudes.
4 Prudentia proprie est in ratione.
5 Prudentia pertinet ad rationem practicam.
6 Prudentia est cognoscitiua singularium, & quomodo.
7 Prudentia est virtus moralis, & intellectualis.
8 Prudentia est specialis virtus.
9 Prudentia non præstituit finem virtutibus moralibus, sed disponit de pertinentibus ad finem.
10 Prudentia inuenit medium in virtutibus moralibus & quomodo.
11 Prudentiæ præcipuum est præcipere, licet eius sit etiam consiliari, & & iudicare.
12 ad Prudentiam pertinet sollicitudo.
13 Prudentia se extendit ad regimen multitudinis.
14 Prudentia ethica, politica, & œconomica distinguuntur.
15 Prudentia an conueniat subditis, & quę s. moralis.
16 Prudentia vera non est in peccatoribus, sed solum falsa vel imperfecta.
17 Prudentia est in omnibus habentibus gratiam.
18 Prudentia an sit in nobis à natura, & quomodo.
19 Prudentia an possit amitti per obliuionem, & quomodo.

De prudentia secundum se. Cap. II.

D. Tho. 2. 2. q. 47.

1 Prudēt. aquid sit.

NOtandum, quod prudentia est virtus quæ secundum honesti rationem, quid expetendum; quidue fugiendū sit, homini præscribit, vel recta ratio agibilium, vel verus habitus hominis cū ratione actiuus circa bona, & mala humana, versans in bene speculādo & bene prouidendo circa bona prosequenda & mala vitanda sibi, & alijs, quæ dietim & in particulari possunt cōtingere, ac bene præcipiendo & vigilando, ad quæ agenda requiritur memoria præteritorum, docilitas, solertia, ratio, prouidentia circumspectio, & cautio, cū officium prudentis sit bene consulere, & ea eligere, quæ ad hominis totam fœlicitatem conducunt, vel respectu sui ipsius, vel familiæ, vel rei publicæ, quæ & in omnibus virtutibus medium inuenit, docendo qua ratione humani affectus iuxta rationis regulam sint moderandi, & actiones humanæ exercendæ; ad cuius perfectionem requiritur recta consultatio, rectum iudicium, & recta demum sententia, & executio, iuxta quam modo quadam præceptiuo operationes producantur. Ad consultationem vero requiritur bonus finis, intentusq; media recta & tempori conuenienti considerata, & in repentinis eligēdo quod melius est, ad qđ requiritur habilitas inueniendi medium bonum, q̄ si non inuenitur per sagacitatem, debet procurari per experientiam rerum medio historiarum, vel per eruditionem doctorum virorū; requiritur etiam memoria, vt consulta cōseruentur, & tpe conuenienti quis ijs sciat vti, & ratio, vt bene cōsulens, bene cōferat, bene discurrat, & bene consideret, Ad rectū iudiciū reqritur rectus intellectus, rectus sensus, debita circūspectio, & debita cautio, sane intelligendo legem quę disponit sic agendum vel nō, vel l. sit naturalis, diuina vel positiua, q̄ facit sinesis, vbi vero deficit lex id facit Gnomi. Ad rectā sñiam, præceptum & executionē, qui est principalis actus intellectus practici, facta n. inquisitione, & collatione de medijs, & habito iudicio, & facta inquisitione de illis, frustra esset inqsitio, & electio nisi executioni mandaretur, ad q̄ requiritur vt recta p̄cipiantur secundum l. vel per equitatem vbi lex deficit, & q̄ sit determinata certitudo eius q̄ præcipitur, secundo requiritur efficax persuasio fienda sibi, s. voluntati à ratione, vel alijs eius q̄ præcipitur ostendendo ei finem, & rationem ob quam sit fiēdum, vt auferatur timor difficultatis in obediēdo, tertio, vt benigne præcipiatur ostēdendo se potius ratione

2 ad Prudētiam quæ requirantur.

tione cogēte q̄ volūtate pcipere, quarto vt præcipiēs permaneat in ea voluntate ne inferior deficiat; Ad rectā vero executionē requiritur prouidentia qua pcipiens curat vt nil desit ex ijs quę consilio sunt inuestigata, vt ad finē deueniatur, & opus intentum, secundo vigilantia, qua superintendit quomodo ex omnibus præuissis opus peragatur, tertio, diligentia qua opus cęptum voluntarie continuatur, vt ad finē perducatur, quarto, sollicitudo qua agens non parcit labori, vt opus ad finem deducatur. Quæ & triplex est, personalis, iconomica, & politica, & summe vtilis est, cum auriga dicatur virtutum, à Bern. sermo. 49. in Cant. prudens enim quasi videns dicitur ab August. in Psal. 73. quia prouidens præsentia ordinat, futura præuidet, & præterita recordatur, vt idem d. lib. de singular. cler. & Seneca. lib. de 4. virtutibus, quæ & ideo à sapiēte dicitur potior cunctis opibus, & thesauris, ac fortitudine. Prou. 8. 13. Sap. 6. & Eccl. 32 fili sine consilio nil facias, & post factū non pœnitebis, & capit. 37. ante omnia opera tua verbum verax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile, vt cuncta quæ contingere possiunt homo prospiciat, & nil ei subitum sit, nec dicat non putaram hoc fieri, quia prudens non dubitat, sed expectat non suspicatur, sed cauet, vt d. Sen. loco cit. vnde & Socrates prudentiam ducem virtutum moralium dicebat, quod omnes, & humanam vitam ad debitum finem dirigat, & Bias eam asserebat esse vt visum inter hominis sensus, quod omnes virtutes in earum laudabiles ducat operationes, qua duce Alexander Macedo parua manu magna orientis parte est potitus, & Cesar Romanum imperium obtinuit & alij permulti, de quibus tra. de ciue. sub c. de virtutibus ciuis. cap. de prudentia. His ita no.

3 Prudētię laudes.

Prima sit propositio. Prudentia proprie est in ratione, probatur ex Aug. li. 83. qq. q. 13.

Ratio, nā prudens dicitur quasi porro videns, vt d. Isid. lib. 10. etim. c. 5. quia perspicax est, & incertorum videt casus, visio vero non est virtutis appetitiuę, sed cognoscitiuę, vnde prudentia dirècte pertinet ad uim cognoscitiuā non autem ad appetitiuam, vel sensitiuam, quia per eam cognoscūtur solum quæ presto sunt, & sensibus offeruntur, cognitio vero futurorū ex pręsentibus vel pteritis fit, quod pertinet ad prudētiā quod proprie rationis est, quia id per quandā collationē agitur, vnde prudentia proprie est in rōne, vnde à Biāte philosopho vt supra prudentia cōparatur visui inter quinq; corporis sensus, vt enim oculus est nobilior cęteris sensibus & penetrabilior, sic prudentia clara ipsius luce cęteras perducit virtutes in bonas & laudabiles ipsarum operationes, cui & à philosophis apte tres oculi tribuuntur, memoria. s. intelligentia, & prouidentia, quorum primo, pterita respicit, & ex ijs quid in simili euentu futurū sit, diiudicat, secundo præsentia intuetur, & quid iuxta rationem agendum sit, discernit, tertio futura speculatur, cum imprudentis sit, Demosthene teste, post rerum successus, dicere, non cogitaram.

4 Prudētia pprie est in rōne.

Secunda propositio. Prudentia pertinet solū ad rōnem practicā, non aūt speculatiuā, probatur. 6. eth. d. q prudentis est recte consiliari, consilium vero est de ijs quę sunt ad finē, ratio vero eorū quę sunt agenda propter finem est ratio practica, vt bono pręmisso consilio, recta fiat electio, & inde executioni mandetur, q virtus pcipit, honestum. s. ergo.

5 Prudētia ptinet ad rationem practicā.

Ratio, nā prudentis est bene consiliari. 9. eth. c. 5. consiliū vero est de ijs q̄ per nos sunt agēda in ordine ad finē aliquē, ratio vero eorum, quę sunt agenda propter finem est ratio practica, vnde prudētia consistit solū in ratione practica.

Tertia propositio. Prudentia est cognoscitiua singularium, & non vniuersalium tantum, probatur. 6. eth.

6 Prudētia est cognoscitiua singularium & vniū.

Ratio, nam ad prudentiam pertinet, non solum consideratio rationis, sed et applicatio ad opus quod est finis practicę rationis, art. pręc. nullus vero potest conuenienter alteri applicare, nisi vtrūque cognoscat, scilicet & id quod applicandum est, & cui est applicandum, operationes vero sunt in singularibus, ideo oportet quod prudēs cognoscat, & vniuersa-

uersalia principia rationis, & singularia, circa q̄ sunt operationes. Preterea in sacris literis nobis cōmendatur prudentia at ijs nil nisi bonum proponitur, ergo, vnde Sap. Eccl. 32. inquit, fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis & c. 37. ante omnem actum consilium stabile te præcedat. Prou. 12. via stulti recta in oculis eius, qui autem sapiens est, audit consilia. Prou. 13. Beatus homo qui inuenit sapientiam & qui affluit prudētia, melior est acquisitio eius negotiatione argēti, & Sap. 6. melior est sapientia quàm vires, & vir prudens q̄ fortis, vnde & Alexander semper in ore verba illa Homeri habebat, sapiens in consilio, & fortis in prælio, qua ductus triginta millia peditib. & quatuor mille equitibus tantum, duobus prælijs decies centena millia cum duobus, hominum Darij prostrauit, quindecim diuersas nationes subegit, & quinq; millia vrbes cępit, curans deuictos ad virtutes ciuiles ac morales in sapientiæ studio acquisitas, accommodare, qua ratione Plutarchus, ab eo superatos magis fortunatos quàm ante erant appellat.

7 Prudētia est virtus moralis, & intellectualis.

Quarta propositio. Prudentia est virtus tum moralis tum intellectualis, probatur, ex Greg. 4. Mor. ca. 36. & ex locis ante cit. vnde & Seneca lib. de 4. virtutibus d. si prudētiam amplecteris, vbique idem eris, & prout rerum, ac temporū varietas exigit, ita te accommodes tempori, nec te in aliquibus mutes.

Ratio, nam virtus facit bonū habentem, & opus eius bonum. 1. 2. quæst. 55. artic. 3. bonum vero potest dici tripliciter, primo materialiter pro eo quod est bonum, secundo, formaliter secundū rationem boni, bonū vero, vt huiusmodi, est obiectū appetitiuę virtutis, ideo si q̄ habitus sunt qui faciant rectā considerationē rōnis non habito respectu ad rectitudinem appetitus minus habent de ratione virtutis, vt ordinātes ad bonum materialiter, s. id quod est bonum non sub ratione boni, habitus vero illi plus habent de ratione virtutis qui respiciūt rectitudinem appetitus quia respiciunt bonum non solum materialiter, sed etiā formaliter, scilicet quod est bonum sub ratione boni, ad prudentiam vero pertinet applicatio rectæ rationis ad opus, supra art. 1. ad 3. quod non fit sine appetitu recto. Vnde prudentia non solum habet rationem virtutis quam habent virtutes aliæ intellectuales, sed etiā quam habent virtutes morales quibus etiam connumeratur. Et ipsa præterea, prudentia alijs virtutibus moralibus quodammodo finem præscribit, & media parat ad illum adipiscendum accommodata. 6. Eth. c. pen. & li. 10. cap. 8. id intelligendo de vera & Christiana prudentia, quæ à diuinorum mandatorum præscripto nunquàm discedit, & puram se ab omni fraude, mendatio, & fallatia custodit, non autem id intelligendo de mundi prudentia, quæ artes indebitas adinuenit, & media ad finem indecentia. Vera vero probatur, vt quæ docet quæ agenda sint vel ne, quando & qūo, ita vt in ijs semper rationis norma à lege diuina non discrepās, teneatur, sine qua parum valent vires, vt Cicero ait, parua esse arma foris, nisi consiliū sit domi.

Quinta propositio. Prudentia est specialis virtus, probatur, Sap. 8. vbi connumeratur alijs virtutibus. 8

Prudētia est specialis virtus.

Ratio, nam cum habitus & actus recipiant speciem ex obiectis. 1. 2. q. 2. art. 2. oportet quod habitus cui respondet speciale obiectum ab alijs distinctum, sit specialis habitus, & si est bonus est specialis virtus, speciale vero obiectum dicitur non solum secundum materialem considerationem, sed magis secundum formalem rationem sup. artic. 1. & 1. 2. q. 54. artic. 2. quia vna, & eadem res cadit sub actu diuersorum habituum, & diuersarum potentiarum secundum rationes diuersas, maior vero diuersitas obiecti requiritur ad diuersitatem potentiæ quam habitus, cum plures habitus inueniantur in vna potentia, diuersitas ergo rationis potentiæ quæ diuersificat potentiam, magis diuersificat habitum, & sic prudentia, cum sit in ratione, diuersificatur ab alijs virtutibus intellectualibus secundum materialem diuersitatem obiectorum, quia sapientia, scientia, & intellectus sunt circa necessaria, ars, & prudentia

circa contingentia, sed ars circa factibilia quæ in exteriori opere continentur, vt domus &c. prudentia circa agibilia quæ in ipso operante consistunt. 1.2.q. 54. ar. 1. sed à virtutibus moralibus distinguitur prudentia secundum formalem rationem potentiarum distinctiuã, scilicet intellectiui in quo est prudẽtia, & appetitiui in quo est virtus moralis, vnde ab alijs virtutibus distinguitur.

9 Prudentia non pręstituit finem virtutibus moralib. sed disponit de pertinẽtibus ad finem.

Sexta propositio. Prudentia non præstituit finem virtutibus moralibus, sed ad eam magis pertinet de ijs quę sunt ad finem disponere, probatur, ex philosopho. 6.eth. c.12.

Ratio, nam finis virtutum moralium est bonum humanum, bonum vero humanę animę, est esse secundum rationẽ, vnde oportet quod fines virtutum moralium præexistant in ratione, & sicut in ratione speculatiua sunt quædam naturaliter nota quorum est intellectus, & quædam quæ per illa innotescunt scilicet conclusiones quarum est scientia, ita in ratione practica præexistunt quædam, vt naturaliter nota, & huiusmodi sunt fines virtutum moralium, nã finis se habet in operabilibus, vt principium in speculatiuis, supra quæstione 5. art.7. & quædam sunt in ratione practica, vt conclusiones, & huiusmodi sunt ea quæ sunt ad finem in quæ peruenimus ex ipsis finibus, & huiusmodi est prudentia, applicans vniuersalia principia ad conclusiones operabilium particulares, ideo ad prudentiam non pertinet statuere finem virtutibus moralibus, sed solum ordinare de ijs quę sunt ad finem.

10 Prudentia Iuenit mediũ in virtutib. moralibus, & quomõ.

Septima propositio. Ad prudentiam pertinet inuenire medium rationis, vel rei vt in iustitia in virtutib. moralibus, cum virtus moralis in medietate consistat determinata ratione, prout sapiens determinabit, idest prudens, qui versaretur circa practicam rationem.

Ratio, nam hoc ipsum quod est conformari rationi rectę, est finis proprius cuiuslibet virtutis moralis, nam temperantia hoc intendit ne per concupiscentias quis recedat à ratione, & idem de fortitudine, ne quis recedat à recto iuditio rationis ob timorem, vel audatiam qui finis pręstituitur homini, secũdum naturalem rationem, quę dictat vt quisque secundum naturalẽ rationem operetur, sed qualiter & per quæ homo operando attingat medium rationis pertinet ad rationem prudentię quia licet attingere medium sit finis virtutis moralis, tamen per rectam dispositionem eorum quæ sunt ad finem medium inuenitur. Pręterea prudentia, ex scientia & ratione in studio sapientiæ acquisita, cũ sit regula actionum humanarum, certa deliberatione, & iudicio discernit bonũ à malo, vt hoc fugiatur, illud acquiratur, qua ratione surgentes passionis impetus noscit, & eas tẽperantia ac fortitudine moderatur, & contraria repellit, hęc eadem quid iustum vel non intelligit, & voluntatem docet in qua est iustitia, vt iustũ prosequatur, iniustum effugiat, cuncta.n. prospicit, vt nihil ei subitum sit nec dicat, non putaui hoc fieri, qa prudẽs non dubitat, sed expectat, nõ suspicatur, sed cauet, vt d. Sen. li. de 4. virtutibus, & Cic. 1. offic. cum grauius noceat quod inexpertum accidit, & melius sit cauere quàm pauere, & vtilius erubescere quàm pauescere, vt d. Sen. in Prou. sic tamen vt nunquàm turpe quid fiat. Vlterius, vt caput primum est in animali, secundo pectus, tertio, inguen, & in anima, rationalis, concupiscibilis, & irascibilis, sic virtutum prima est quæ circa animę rationale versatur prudẽtia, tum fortitudo circa irã, & temperantia circa concupiscibilem, vt d. philo. li. 1. legis allegor, & vt exercitum ducit imperator, gubernator nauigia, mũdum Deus, animam ipsa mẽs, sic ipsam fœlicitatem pręsentis vitæ tẽperat regitque prudentia Archita apud stob. teste cum ad prudentiam spectet efficere vt homo cunctas actiones suas publicas & priuatas, ad potiorẽ finem, qui est Deo seruire, & proximo benefacere, dirigat.

Octauo propositio. Pręcipere est præcipuus actus prudẽtię, licet sit ẽt & cõsiliari, & iudicare, probatur. 6.eth. c.10. 11 Prudentię pcipuum est pcipere, licet e-

Ratio, nam prudentia est recta ratio agibilium sup. art. 2. vnde oportet quod is

ius fit etiã consiliari & iudicare. is sit præcipuus actus prudentiæ qui est præcipuus actus rationis agibilium, cuius sunt tres actus, primus consiliari quod pertinet ad inuentionem quia consiliari est quærere 1. 2. q. 14. art. 2. secundus actus est iudicare de inuentis quod facit speculatiua ratio, sed practica ratio quæ disponit ad opus procedit vlterius, & est tertius actus cuius est præcipere qui actus consistit in applicatione consiliorum & iudicatorum ad operandum, & quia hic actus est propinquior fini rationis practicę, ideo est principalis actus eius, & per consequẽs prudẽtię. vnde imprudentior est qui volens peccat in prudentia, cum sic male præcipiat quàm qui nolens, licet sit secus in artificialibus. 6. eth. c. 5.

12 adPrudentiã pertinet sollicitudo. Nona propositio. Sollicitudo pertinet ad prudentiam, probatur. 1. Petr. 4. estote prudentes & vigilate in orationibus, at vigilantia est idem sollicitudini, ergo, cum & excludendus sit languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à ventre, à ciuitate seditio, à domo discordia, à cunctis rebus intemperantia, mane prospiciendo, & vespere respiciendo iam gesta Pitagorę sententia.

Ratio, nam solicitus dicitur quasi solers citus, quatenus quis ex quadam solertia animi velox est ad prosequẽdum ea quę sunt agenda, hoc vero est prudentię cuius est in agendis præcipere prę consiliatis, & iudicatis, vnde oportet secundum Ph. 6. eth. c. 9. operari velociter consiliata, consiliari vero tarde, vnde solicitudo proprie ad prudẽtiam pertinet. Vnde August. lib. de morib. eccl. c. 24. d. quod prudentię sunt excubię, ne fallente mala suasione fallamur.

13 Prudẽtia se extẽdit ad regimẽ multitudinis, & quomodo. Decima propositio. Prudentia se extendit ad regimen multitudinis, probatur. Matth. 24. quis putas est fidelis seruus, & prudens quem constituit dominus super familiam suam &c.

Ratio, nam charitas non quęrit quę sua sunt 1. Corint. 13. & etiam ratio recta iudicat, quod bonum commune sit melius quam bonum vnius, quia ergo prudentię est bene consiliari, iudicare, & pręcipere, de ijs per quę peruenitur ad finem debitum, patet quod prudentia non solum se habet ad bonum priuatum vnius hominis, & sui ipsius, sed etiam ad bonum commune multitudinis. Et hæc est multiplex, præter personalem quę dicitur eremitica absque cohabitatione hominum, quędam enim est œconomica respectũ vxoris filiorum & seruorum ac domus, quędam politica vici, pagi, ciuitatis prouincię regni, militaris, & monarchica, idest totius mũdi, de quibus omnibus cum pertineãt ad prudentiam politicam, plene per me agitur in li. de statibus pers. secular. siue de Christiana & ciuili instit.

Vndecima propositio. Prudentia Ethica, œconomica, & politica distinguũtur, quia versantur circa diuersas materias, vel circa bonũ vnius personę, circa quod versatur ethica vel monastica, vel bonum commune ciuitatis circa qđ versatur politica, vel bonum commune domus vel familię, circa quod versatur œconomica. 14 Prudẽtia ethica, œconomica & politica distinguũtur.

Ratio, nam species habituum diuersificantur secundum diuersitatem obiectorum quę attenduntur pœnes rationẽ formalem eius, ratio vero formalis omnium quę sunt ad finem attenditur ex parte finis. 1. 2. questio. 102. art. primo, ideo oportet quod per relationes ad diuersos fines diuersificentur species habitus, diuersi vero fines sunt, bonum proprium vnius, bonum familię, & bonum ciuitatis & regni, vnde oportet qđ prudentia differat specie secundum differentiam horum finium, vt vna sit prudentia simpliciter dicta ordinata ad bonum proprium, alia œconomica pertinens ad bonum commune familię, vel domus, supra quę alia ordinatur ad bonum commune ciuitatis, vel Regni.

Duodecima propositio. Prudentia subdito non conuenit, vt huiusmodi, sed bene vt creaturę rationali, quatenus pertinet ad singulos, probatur sexto. Eth. cap. 8. 15 Prudẽtia an conueniat subditis, & quę s. moralis

Ratio, nam prudentia in ratione est, regere vero proprie rationis est, ideo qui liber quatenus participat de gubernatione catenus conuenit sibi habere rationem, & prudentiam, sed subditi vt huiusmodi & serui, vt huiusmodi, non est

est regere, sed magis gubernari, ideo prudentia non est virtus serui nec subditi, vt huiusmodi, sed quia quilibet homo quatenus est rationalis participat aliquid de regimine secundum arbitriũ rationis quatenus ei conuenit prudentiam habere, vnde prudentia est in principe per modum artis architectonicę, in subditis vero admodum artis manu operantis 6. Eth. c. 8.

16 Prudẽtia vera non est in peccatoribus sed solum falsa vel imp̄fecta.

Decimatertia propositio. Prudentia vera non potest esse in peccatoribus, sed solum falsa, vel imperfecta, probatur 6. eth. cap. 12. vbi habetur impossibile esse prudentem esse non existentem bonum, ergo.

Ratio, nam prudentia dicitur tripliciter, primo falsa vel per similitudinem dicta, nam cum prudens bene disponat agenda ob aliquem bonum finem, qui ob malum finem aliqua disponit congruentia illi fini, habet falsam prudentiam, quatenus id quod accipit pro fine, non est verum bonum, sed secundum similitudinem, vt quis dicitur bonus latro per similitudinem, & prudens qui conueniẽtes vias inuenit ad furandum, & dicitur prudentia carnis quæ mortem operatur, Rom. 8. secunda est vera, quia inuenit vias aptas fini bono, sed est imperfecta duabus rationibus, primo quia id bonum, quod accipit pro fine non est communis finis totius vitæ humanæ, sed alicuius specialis negotij, vt cum quis inuenit vias aptas ad negotiandum dicitur prudens negotiator, secundo, quia deficit in principali actu prudentię, cum licet recte consilietur, & iudicet de pertinẽtibus ad totam vitam, tamen non sufficienter præcipit, tertia prudentia, est vera, & perfecta quę ad bonum finem totius vitæ, recte consiliatur iudicat, & precipit, prudentia imperfecta est communis bonis, & malis, maxime quæ est imperfecta ob finem particularem quia alia est solum in malis.

17 Prudẽtia est in omnibus habẽtib. gratiam.

Decimaquarta propositio. Prudentia est in omnibus habentibus gratiam, licet non videantur multam habere industriam, vel experientiam, cum nullus possit habere gratiam nisi virtute prędictus, sed nullus talis esse potest sine prudentia, vt d. Greg. 2. Mor. c. 36. ergo.

Ratio, nam oportet virtutes esse connexas, vt qui vnã habet omnes habeat, qui vero habet gratiam habet charitatem, vnde oportet quod habeat omnes alias virtutes, vnde cum prudentia sit virtus, oportet quod huiusmodi habeat qui habet gratiam.

Decimaquinta propositio. Prudentia non inest nobis à natura, sed est acquisita, vel infusa, licet ad acquisitam alter altero habeat maiorem dispositionem, nam virtus intellectualis, primo ex doctrina habet generationem, & augmentum, ideo experientia eget & tempore, 2. eth. cap. 10. & 9. cap. 5. 6. prudentia est talis ergo. 18 Prudẽtia an sit in nobis à natura, & quomõ.

Ratio, nam prudentia includit cognitionem vniuersalium, & singularium operabilium ad quę prudens vniuersalia principia applicat, sup. ar. 2. 3. quo vero ad vniuersalem cognitionem, eadem ratio est de prudentia, & scientia speculatiua, quia vtriusque vniuersalia principia, sunt naturaliter nota supra art. 6. nisi quod principia cõmunia prudentię sunt magis connaturalia homini, quia vita quę est speculatiua, est melior quã quę est secundũ hominem 10. eth. c. 7. 8. sed alia principia vniuersalia posteriora vel sint speculatiua, vel practica non habentur per naturam, sed per inuentionẽ secundum viam experimenti vel per displinam, quo vero ad particularem cognitionem eorũ circa quę operatio consistit, vel operatio consistit circa aliqua, vt circa finem, vel vt circa ea quę sunt ad finem, finis vero recti humanę vitę sunt determinati, ideo potest naturalis inclinatio respectu horum finium, nam quidam ex naturali dispositione habent quasdam virtutes quibus inclinãtur ad fines rectos 1. 2. q. 63. art. 1. 2. Et consequẽter habent rectũ iudicium de huiusmodi finibus, quę vero sunt ad finem, in rebus humanis, non sunt determinata, sed multipliciter diuersificantur, secundum diuersitatem personarum, & negotiorum, vnde quia inclinatio naturę semper est ad aliquid determinatum, huiusmodi cognitio nõ potest homini inesse

naturaliter, licet ex naturali dispositione vnus sit aptior alio ad huiusmodi discernenda, vt etiam contingit circa conclusiones scientiarum speculatiuarum, quia ergo prudentia non est circa fines, sed ea quæ sunt ad finem, ideo non est naturalis.

19 Prudẽtia an possit amitti p obliuionẽ & qũo.

Decimasexta propositio. Prudentia directe non potest amitti per obliuionẽ, licet possit impediri, quatenus ex cognitione procedit eius estimatio, probatur. 6. eth. c. 5. vbi habetur quod obliuio est artis, & non prudentiæ.

Ratio, nam obliuio respicit cognitionem tantum, ideo per obliuionem quis potest perdere artem, & scientiam quæ in ratione consistunt, sed prudentia non consistit in sola cognitione, sed etiam in appetitu, quia principalis eius actus est præcipere, quod est applicare cognitionẽ habitam, ad appetendum, & operandum, ideo prudentia nõ directe tollitur per obliuionem, sed magis corrumpitur per passiones. Dan. 13. Ex. 23. obliuio tamen potest impedire prudentiam, quatenus procedit ad pręcipiendum ex aliqua cognitione, q̃ p obliuionẽ tolli põt.

SVMMARIVM.

1 Prudentiæ tres partes assignantur, quæ.

De partibus prudentiæ. Cap. II.

D. Tho. 2. 2. q. 48.

1 Prudẽtię tres partes assignanẽ, & quæ.

PRima propositio. Conuenienter assignantur tres partes prudentię, eubulia quæ est circa consilium, synesis quæ est circa iudicium eorum in quibus oportet quandoque à lege recedere, & gnome quę est circa modum præcipiendi.

Ratio, nam pars est triplex, scilicet integralis vt paries, fundamentum, & tectum sunt partes domus, secundo, subiectiua vt leo, & bos sunt partes animalis, tertio, potentialis, vt nutritiuum, & sensitiuum sunt partes animę, & ita tribus modis partes assignari possunt, primò ad similitudinem partium integraliũ, vt ille dicãtur partes virtutis quæ oportet concurrere ad perfectum actũ eius, quæ sunt octo partes prudentiæ, s. ratio, intellectus, circumspectio, prouidentia docilitas, Cautio, memoria, solertia, horum quinque pertinent ad prudentiam, vt est cognoscitiua, scilicet memoria, ratio intellectus, docilitas, solertia, tria prout est præceptiua, applicando ad opus cognitionem, scilicet prouidentia, circũspectio, cautio, cognitio respectu preteritorum dicitur memoria, præsentium cõtingentium, vel necessariorũ dicitur intellectus, vel intelligentia, secundo, consideratur ipsa cognitionis acquisitio quę fit vel per displinam, ad qđ pertinet, docilitas, vel per inuentionem ad quod pertinet solertia, quę est bona cõiecturatio medij, tertio, consideratur vsus cognitionis secundum quod ex cognitis proceditur ad alia iudicanda, & cognoscenda, quod pertinet ad rationẽ, quæ vt recte pręcipiat oportet, primo, vt aliquid ordinet aptum ad finem, quod pertinet ad prouidentiam, secũdo, quod attendat ad circumstantias negotij, qđ pertinet ad circumspectionem, tertio, vt vitet impedimẽta, quod pertinet ad cautionem, partes vero subiectiuę virtutis dicuntur species eius diuersę, & sic propriè sunt, prudentia per quam quis regit multitudinem, quę prudentia etiam diuersificatur secũdum diuersas species multitudinis, quia multitudo est quędã adunata ad aliquod negotium speciale, vt exercitus ad pugnandum, & circa id est militaris prudentia, quædam est adunata ad totam vitam, vt multitudo domus, cuius regula est prudẽtia œconomica, & multitudo ciuitatis vel regni, cuius regula est directiua in principe prudentia regnatiua, in subditis politica simpliciter dicta, si vero prudentia sumitur prout includit etiam scientiam speculatiuam, quæstione pręc. tunc eius partes sunt, Dialectica, Rethorica, Phisica, secundum, tres modos procedendi in scientijs, primo, per demonstrationem ad sciẽtiam causandam, quod pertinet ad dialecticam, secundo ex coniecturis ad aliqualiter persuadendum qđ pertinet ad Rethoricã, tertio, ex causis

rerum

rerum, q pertinet ad phisicam; partes potentiales virtutis dicuntur virtutes adiunctę, quæ ordinantur ad aliquos secundarios actus, vel materias, vt non habentes totam potentiam principalis virtutis, & sic ponuntur tres partes prudentiæ, eubulia, quæ est circa consilium, sinesis, quæ est circa iudicium eorum in quibus oportet quandoque à lege recedere, & gnome, quæ est circa modũ pręcipiendi, præcipuus verò actus prudentiæ est præcipere.

SVMMARIVM.

1 Prudentiæ pars est memoria.
2 Prudentiæ pars est intellectus, & quomodo.
3 Prudentiæ pars est docilitas.
4 Prudentiæ pars est solertia.
5 Ratio est pars prudentiæ, & qũo.
6 Prudentiæ pars est prouidentia.
7 Prudentiæ pars est circumspectio.
8 Prudentiæ pars est cautio.

De singulis partibus prudentiæ, Cap. III.

D.Tho.2.2.q.49.

1 Prudentię pars ẽ memoria.

PRima propositio. Memoria est pars prudentiæ; probatur ex Cic. lib. 2. de Inuent. c. 2. & 7.

Ratio, nam prudentia est circa contingentia operabilia, q. 48. art. 2. & 4. in quibus homo nõ potest dirigi ex his quæ sunt simpliciter vera, sed vt in pluribus accidunt, quia oportet principia cõclusionibus esse ꝓportionata, & ex talibus talia prodire. 6. Eth. c. 1. sed quid in pluribus sit verum per experientiam percipitur: experientia verò ex pluribus memorijs fit. 1. Metaph. c. 1. in princip. vnde ad prudentiam requiritur plurium memoriam habere, & sic memoria ponitur pars prudentiæ.

2 prudentię pars est ĩtellectus, & qũo.

Secunda propositio. Intellectus, vt est quædam intelligentia est pars prudentiæ, non autem vt est donum spiritus sancti, vel potentia animæ; probatur ex Cicerone lib. 2. de Inuent. & Macrobio in somn. Scip.

Ratio, nã hic intellectus sumitur prout importat quandam rectam æstimationem alicuius extremi principij, q accipitur vt per se notũ, sicut & prima demonstrationum principia dicimur intelligere, omnis verò deductio rationis ab aliquibus procedit, quæ accipiuntur, vt prima, vnde oportet q omnis processus rationis ab aliquo intellectu procedat, & quia prudentia est recta ratio agibilium, ideò oportet, quòd totus processus prudentiæ ab intellectu deriuetur, & sic ponitur pars prudentiæ.

3 prudentię pars est docilitas.

Tertia propositio. Docilitas est pars prudentiæ; probatur ex Macrob. lib. 1. in somn. Scip.

Ratio, nam prudentia consistit circa particularia operabilia, in quibus cum sint ferè infinitæ diuersitates, nõ possunt ab vno homine omnia sufficienter considerari, nec per modicum tempus, sed per temporis diuturnitatem: vnde in his quæ ad prudentiam pertinent, maximè homo eget ab alijs erudiri, maximè à senibus qui sanum cõsilium sunt adepti circa operabiliũ fines. 6. Eth. c. 1. & Prou. 3. & Eccl. 6. hoc verò pertinet ad docilitatem, vt quis sit bene disciplinæ susceptiuus, & ita docilitas conuenienter ponitur pars prudentiæ.

4 prudentię pars est solertia.

Quarta propositio. Solertia est pars prudentię, quia idem significat solertia, quòd solicitudo quasi solers & citus, sed solicitudo pertinet ad prudentiam, vt supra, ergo.

Ratio, nam prudentis est rectam æstimationem habere de operandis, quæ in operatiuis, vt in speculatiuis, acquiritur dupliciter: primò, per se inueniẽdo; alio modo ab alio discẽdo, & vt docilitas ad id pertinet, vt homo bene se habeat in acquirendo rectam opinionem ab alio; sic solertia ad id pertinet, vt homo rectè se habeat in acquirendo rectam æstimationem per seipsum, ita tamen, q solertia accipiatur pro eustochia, cuius pars est, quia eustochia est bene coniecturatiua de quibusq;, solertia verò est facilis coniecturatio circa inuẽtionem medij.

5 Ratio est pars prudentiæ, & quomodo

Quinta propositio. Ratio est pars prudentiæ, sumendo rationem vt bonum rationis vsum nominat, & non vt potentiam, probatur ex Macrobio iuxta Platonis

sonis sententiam, loco cit.

Ratio, nam opus prudentis est esse bene consiliatiuum. 6. Eth. c. 5. consilium verò est inquisitio quædam ex quibusdam ad alia procedens, quod est opus rationis: vnde ad prudentiam oportet quod homo sit bene ratiocinatiuus, & quia quæ exiguntur ad perfectionem prudentiæ, dicuntur vt partes integrales eius, ideò ratio est pars prudentiæ.

6 prudentiæ pars est prudentia.

Sexta propositio. Prouidentia ponitur pars prudentiæ, & ab ea prudentia nomen accepit, vt à parte magis principali; probatur ex Cic. lib. 2. de Inuent. & Macrob. lib. 1. in somn. Scip.

Ratio, nam propriè prudentia est circa ea quæ sunt ad finem, q. 47. art. 7. & hoc ad eius officium pertinet, vt ad finē debitè ordinatur, & licet aliqua necessaria sint ob finem, quæ subijciuntur diuinæ prouidentiæ; humanæ tamen prouidentiæ non subijciuntur nisi contingentia operabilia, quæ per hominē possunt fieri ob finem; præterita verò sunt necessaria, cum factum impossibile sit, quod non sit factum, similiter præsentia quatenus sunt necessaria, vt oportet sortem sedere dum sedet: vnde sequitur, quod contingentia futura, secundùm quod sunt per hominem in finem humanæ vitæ ordinabilia pertineant ad prudentiam, vtrunque verò horum importatur in nomine prouidentiæ, quia prouidentia importat respectū quendam alicuius distãtis ad ea quæ in præsenti occurrunt, & ordinanda sunt: vnde prouidentia est pars prudentiæ, & secundùm Isid. lib. 10. etimol. c. 5. nomē prudentiæ sumitur à prouidentia, vt in argumento primo.

7 prudentiæ pars ē circūspectio.

Septima propositio. Circumspectio pertinet ad prudentiam; probatur ex Macrobio, loco cit.

Ratio, nam ad prudentiam pertinet ordinare quid ad finem, quod rectè nō fit, nisi & finis sit bonus, & quod ordinatur in finem, sit etiam bonum & conueniens fini, sed quia prudentia est circa particularia operabilia, in quibus multa occurrunt, contingit aliquid secundùm se considératum esse bonum, & conueniens fini, quod tamen ex aliquibus occurrentibus redditur, vel malum, vel non aptum ad finem, vt ostendere signa amoris alicui videtur conueniens ad alliciendum eius animum ad amorem, sed si contingit in animo eius superbia vel adulatio, non erit id conueniens ad finem, ideò est necessaria circumspectio, vt ea quæ ordinantur ad finem, comparentur etiam cum ijs quæ circunstant.

Octaua propositio. Cautio est pars prudentiæ; probatur Eph. 5. Videte quomodo cautè ambuletis. 8 prudentiæ pars est cautio.

Ratio, nã prudentia est circa contingentia operabilia, in quibus vt verũ pōt misceri falso, ita & malũ bono ob multitudinem huiusmodi operabilium, in quibus sæpè bona impediuntur à malis, & mala habent speciē boni, ideò est necessaria cautio ad prudentiam, vt sic accipiantur bona, quòd vitentur mala.

SVMMARIVM.

1 Regnatiua est species prudentiæ.
2 Politica ponitur species prudentiæ.
3 Aeconomica ponitur species prudentiæ.
4 Militaris ponitur species prudẽtiæ.

De partibus subiectiuis prudentiæ. Cap. IIII.

D. Tho. 2. 2. q. 50.

1 Regnatiua est spēs prudẽtiæ.

Prima propositio. Regnatiua ponitur species prudentiæ; probatur ex Philosopho 3. Polit. c. 8. d. quod prudentia est propria virtus principis, ergo specialis prudentia debet esse regnatiua.

Ratio, nam ad prudentiam pertinet regere, & præcipere, q. 47. art. 2. ideò vbi inuenitur specialis ratio regiminis, & præcepti in humanis actibus, ibi inuenitur specialis ratio prudentiæ, sed in eo qui nō solùm se habet regere, sed perfectam communitatem, ciuitatis, vel regni, inuenitur specialis, & perfecta ratio regiminis, quia regimen est perfectius, quo est generalius, & ad plura se extendit, & vlteriorem finem attingens, ideò regi ad quem pertinet regere ciuitatem, vel regnum, prudentia cōpetit secundùm specialem, & perfectissimam sui rationem,

ideò

ideò regnatiua ponit species prudentiæ.

2 Politica ponit species prudētiæ.

Secunda propositio. Politica ponitur conuenienter species prudentiæ; probatur 6. Eth. c. 8.

Ratio, nam seruus per imperium mouetur à domino, & subditus à principāte, quia irrationabilia solum agūtur ab alio non autem mouent se, quia non habent liberum arbitrium sui actus, ideò rectitudo regiminis non est in ipsis, sed solùm in rationabilibus, sed hoïes serui vel subditi, ita aguntur ab alijs per præceptum, ꝙ tamen etiam se agunt per liberum arbitrium, ideò in eis requiritur quædam rectitudo regiminis per quam seipsos dirigant, in obediendo principātibus; quæ Politica dicitur.

3 Aeconomica ponitur spēs prudētiæ.

Tertia propositio. Aeconomica debet poni species prudentiæ; probatur 6. Ethic. cap. 8.

Ratio, nam ratio obiecti diuersificata secūdùm vniuersale, vel particulare, vel secundùm totum & partes, diuersificat virtutes, & artes, secundùm quam diuersitatem vna est principalis respectu alterius, sed domus medio modo se habet inter vnam personam, & ciuitatem, vel regnum, quia vt vna singularis persona est pars domus, sic vna domus est pars ciuitatis, vel regni, ideò sicut prudentiæ communiter dicta regitiua vnius distinguitur à politica, ita æconomica distinguitur ab vtroque.

4 Militaris ponit species prudentiæ.

Quarta propositio. Militaris debet poni species prudentiæ; probatur Prouerb. 24.

Ratio, nā q̄ secundùm rationem & artem aguntur, oportet esse conformia ijs quæ sunt secundùm naturam, quæ à ratione diuina sunt constituta, natura verò ad duo tendit: primò, ad regendum quamcunque rem in seipsa: secundò, ad resistendū extrinsecus impugnantibus, & corruptiuis: vnde animalibus non solùm dedit vim cōcupiscibilem per quā moueantur ad omnia ea quæ sunt saluti eorum accommoda, sed etiam vim irascibilem, per quam animal resistit impugnantibus: vnde in ijs quæ sunt secundùm rationem non solùm oportet esse prudentiam politicam, per quam disponantur cōuenienter ea quę pertinent ad bonum commune, sed etiam militarem per quam hostium insultus repellātur.

S V M M A R I V M.

1 Eubelia est virtus bene cōsiliatiua.
2 Eubelia est pars distincta à prudentia.
3 Sinesis est virtus bene iudicatiua.
4 Gnome est specialis virtus.

De virtutibus adiunctis prudentia. Cap. V.

D. Tho. 2. 2. q. 51.

1 Eubelia ē virtus bene cōsiliatiua.

Prima propositio. Eubelia est virtus, & bene consiliatiua; probatur 6. Eth. c. 8. vbi dicitur, ꝙ est rectitudo consilij, sed recta ratio perficit rationē virtutis, ergo eubelia est virtus.

Ratio, nam de ratione virtutis humanæ est ꝙ faciat actum hominis bonum, 1. 2. q. 55. art. 2. & 3. inter alios autem actus hominis proprium ei est consiliari, quia id importat quandam inquisitionē rationis circa agenda in quibus cōsistit vita humana, quia vita speculatiua est supra hominem. 10. Eth. c. 7. eubulia verò importat bonitatem consilij, quia dicitur ab eu ꝙ est bonum, & bule, ꝙ est consilium quasi bona consiliatio, vel bene consiliatiua, vnde est virtus humana.

2 Eubelia ē pars distīcta à prudentia.

Secunda propositio. Eubelia est virtus distincta à prudentia; probatur, nā prudentia est præceptiua. 6. Eth. c. 10. eubelia est consiliatiua, ergo.

Ratio, nam virtus propriè ordinatur ad actum quem reddit bonū, ideò oportet secundùm differentiam actuum esse diuersas virtutes, maximè quando non est eadem ratio bonitatis in actibus, aliter diuersi actus ad eandem virtutē pertinerent, vt ex eodem pendet bonitas amoris, desiderij & gaudij, ideò omnia ista pertinent ad virtutem charitatis: actus verò rationis ordinati ad opus sunt diuersi, nec habent eādem rationem bonitatis, quia ex alio efficitur quis bene consiliatiuus, iudicatiuus, & pceptiuus: vnde ista quandoq; ab inuicem separantur, ideò oportet aliam esse virtutem eubeliam

buliam per quam est bene quis considerratiuus, aliam prudẽtiam per quam est bene præceptiuus, & vt consiliari ordinatur ad præcipere, vt principalius, sic eubulia ordinatur ad prudentiã, vt principaliorem, sine qua non esset virtus, vt nec virtutes morales sine prudentia, nec aliæ sine charitate.

3 Sinesis est virt⁹ bene iudicatiua. Tertia propositio. Sinesis est virtus, & bene iudicatiua, cum iudicium sit melius quàm consilium, vt ergo bene consiliatiua est virtus, eo magis bene iudicatiua.

Ratio, nam sinesis importat iudicium rectum non circa speculatiua, sed circa operabilia particularia, circa quæ est & prudentia, sinesis enim græcè dicitur sensatè, quasi homo boni sensus, sed oportet ꝙ secundùm differentiam actuũ, qui non reducuntur in eandem causam sit etiam diuersitas virtutum, sed bonitas consilij & iudicij non reducuntur in eãdem causam, quia multi sunt bene consiliatiui, qui non sunt bene sensati, quasi non rectè iudicantes, vt enim in speculatiuis multi sunt prompti ad discurrendum per diuersa ob virtutem imaginatiuæ virtutis, quæ potest formare diuersa phantasmata, & tamen huiusmodi quandoq; non sunt boni iudicij ex defectu intellectus, & maximè cõmunis sensus, non bene iudicantis, ideò eubulia distinguitur à sinesi.

4 Gnome ẽ specialis virtus. Quarta propositio. Gnome est specialis virtus; probatur 6. Eth. c. 8.

Ratio, nam habitus cognoscitiui distinguuntur secundùm altiora, vel inferiora principia, vt sapientia in speculatiuis altiora principia considerat, quàm scientia, ideò distinguitur, vnde & sic oportet esse in actiuis, sed quæ sunt præter ordinem inferioris principij, vel causæ, quandoq; reducuntur in ordinem altioris principij, vt mõstruosi partus sunt præter ordinem virtutis actiuæ in semine, tamen cadũt sub ordine altioris principij, scilicet corporis cœlestis, vel alterius prouidentiæ diuinæ: vnde qui consi derat virtutem actiuam in semine non posset certum iudicium facere de huiusmodi monstris, de quibus tamen potest iudicare secundùm considerationem diuinæ prouidentiæ, contingit verò quandoque quid esse faciendum præter communes regulas agendorum, vt cum impugnatori patriæ non est depositum reddendum, vel huiusmodi, ideò oportet de huiusmodi iudicare secundùm aliqua altiora principia, quàm sunt regulæ cõmunes secundùm quas iudicat sinesis, & secundùm illa altiora principia exigitur altior virtus iudicatiua, quæ dicitur gnome, quæ importat quãdam perspicacitatem iudicij.

SVMMARIVM.

1 Consilij donum quid sit, & cur detur à Deo.
2 Consilij donum poni debet inter dona Spiritus sancti.
3 Consilij donũ respondet dono prudentiæ.
4 Consilij donum manet in patria.
5 Consilij dono respondet quinta beatitudo, de misericordia.

De dono consilij, quod respondet prudentiæ. Cap. VI.

D. Tho. 2. 2. q. 52.

1 Cõsilij donum quid sit, & cur det̃ à Deo.

NOtandum, ꝙ donum consilij est habitus infusus, quo homo mouetur à spiritu sancto ad bene & subitò inquirendũ circa singularia contingentia, & rectè se habendum erga ea, & ea fugiendum q̃ impedimentum pręstant saluti, & differt à prudentia, & eubulia acquisita & infusa, quia illa dirigunt hominem inquisitione consilij secundùm ea quæ hominis ratio comprehendere potest, sed quia humana ratio non cõprehendit omnia singularia contingentia, quæ contingere possunt, quia cogitationes hominum incertæ sunt, & timidæ prouidentiæ nostræ, ideò homo eget vt in inquisitione consilij dirigatur à Deo, qui omnia comprehendit, quòd fit per donum consilij, quo homo dirigitur quasi consilio accepto à Deo, vt & in humanis qui sibi non fidunt, consiliũ petunt à sapientibus, quia ad consilium est ascendendum, vt prouidendo pręmu

niatur

niatur omne q fortiter est agendum: vt d. Greg. hom. 19. in Ezech. His ita not.

2 Donũ consilij poni debet ĩter dona dõi n. spiritus sancti. Prima sit propositio. Donum consilij poni debet inter dona spiritus sancti: probatur Is. 11. ex Greg. hom. 19. in Ezech. Bern. de donis spiritus sancti. c. 5. Orig. homil. 3. in Is. Aug. lib. 1. de serm. domini in monte. c. 3.

Ratio, nam dona spiritus sancti sunt quędã dispositiones quibus anima redditur bene mobilis à spiritu sancto, 1. 2. q. 68. art. 1. Deus verò mouet quodlibet secundùm modũ eius q mouetur, creaturam corporalem mouet per tempus & locum, spiritualem per tempus, & nõ per locum, propriũ verò rationalis creaturæ est quòd per inquisitionem moueatur ad aliquid agendum, quæ inquisitio consilium dicitur, ideò spiritus sanctus per modum consilij dicitur creaturam rationalem mouere, ideò consilium ponitur inter dona spiritus sancti.

3 Cõsilij donũ respondet dono prudẽtiæ. Secunda propositio. Donum consilij respondet virtuti prudentiæ, cum vtrunque sit circa ea quæ agẽda sunt propter finem, ergo.

Ratio, nam principium motiuum inferius adiuuatur maximè & perficitur per hoc q mouetur à superiori motiuo principio, vt corpus in hoc q mouetur à spiritu, sed rectitudo rationis humanę comparatur ad rationem diuinam, vt principium motiuum inferius q mouetur ad superius, & refertur in ipsum, q ratio æterna, est suprema regula omnis humanæ rectitudinis, ideò prudẽtia quę importat rationis rectitudinem, maximè iuuatur, & perficitur secundùm q regulatur, & mouetur à spiritu sancto, q pertinet ad donum consilij, art. præc. vnde donum consilij respondet prudentiæ, vt ipsam adiuuans & perficiens.

4 Cõsilij donũ manet in patria. Tertia propositio. Donũ consilij manet in patria: probatur ex Greg. lib. 17. Moral. cap. 7.

Ratio, nam dona spiritus sancti ad id pertinent, vt creatura rationalis moueatur à Deo, circa q duo considerantur: primò, q alia est dispositio eius, q mouetur dum mouetur, alia quando est in termino motus, nam quando est mouẽs solum principiũ mouendi, cessante motu, cessat actio mouentis super mobile, vt domus, vt est ædificata non ædificatur vlterius ab ædificante, sed quando mouens non solùm est causa mouendi, sed etiam est causa ipsius formæ ad quã est motus, tunc non cessat actio mouentis etiã post adeptionem formæ, vt sol illuminat aerem etiam, postquam est illuminatus, & ita Deus causat in nobis virtutẽ, & cognitionem non solùm quãdo primò acquirimus, sed dũ in eis perseueramus, & ita in beatis causat cognitionem, non vt in ignorantibus, sed in continuando in eis cognitionem agendorum, cum quidam Angeli, vel beati hoĩes, non cognoscant ea quæ non sunt de essentia beatitudinis, sed ad gubernationem rerũ pertinẽt secundùm diuinã prouidentiã, & circa hoc cõsiderandum q aliter mouetur à Deo mens beatorũ, aliter viatorum: in viatoribus mens eorum à Deo mouetur, per hoc q sedatur anxietas dubitationis in eis præcedens, in mente beatorum circa ea quę non cognoscunt est simplex nesciencia, qua & Angeli purgantur, & nõ præcedit in eis inquisitio dubitationis, sed simplex conuersio ad Deũ, qua de inferioribus Deũ consulunt: vnde instructio huiusmodi consilium dicitur, & sic in beatis est cõsilium, quatenus contingit in eis cognitio scitorum, & illuminãtur de nõ scitis.

Quarta propositio. Quinta beatitudo, quæ est de misericordia respondet dono consilij: probatur ex Aug. lib. 1. de serm. domini in monte. c. 6. & Bern. de donis spiritus sancti. cap. 5. 5 Dono consilij respõdet quinta beatitudo, de misericordia

Ratio, nam consilium propriè est de ijs quæ sunt vtilia ad finem: vnde ea quę maximè sunt vtilia ad finẽ maximè debet respicere donum consilij, hoc verò est misericordia. 1. Tim. 4. pietas est ad omnia vtilis, ideò specialiter respondet dono consilij misericordia, non vt elicienti, sed vt dirigenti.

SVMMARIVM.

1 Imprudentia quid sit.
2 Imprudentiæ mala.
3 Imprudentia est peccatum.
4 Imprudentia est speciale peccatum.

Im-

5 Imprudentiæ damna.
6 Præcipitatio est vitiũ imprudentiæ.
7 Inconsideratio est peccatum imprudentiæ.
8 Inconstantia est vitium imprudentiæ.
9 Imprudentia, inconstantia, &c. oriuntur ex luxuria.

De vitijs oppositis prudentiæ, & primò de imprudentia.
Cap. VII.

D.Tho.2.2.q.53.

1 Imprudẽtia qd sit.

NOtandum; ꝙ imprudentia, seu incõsideratio est vitium prudentiæ oppositum, quando quis in rectè cogitando deficit, ex hoc ꝙ contemnit vel negligit, data opportunitate ea attẽdere ex quibus rectum iudicium procedit, & habet malam inquisitionẽ, quia inquirit de malis modis ad actum malum, consiliatur de illis, iudicat & præcipit de illis, sub qua continetur & incõstantia qua quis recedit à bono proposito, & præcipitatio cum quis fertur ad agendum per impetum passionis absque ratione, omissis memoria præteritorũ, intelligentia præsentiũ, solertia in considerandis futuris euentibus, ratiocinatione in conferendo vnum alteri, & docilitate, qua quis quiescere debet sententiæ maiorum; quę imprudentia damnabilis est, cum gladius sit quo anima vulneribus afficitur simul & malitia iũcta, inde cũcti errores homini prouenientes, cũ nemo lædi possit nisi à seipso, vt Plato testatur, ꝙ de anima intelligitur; quę inuisibilis cum sit, & immortalis à ferro lædi non potest, & ea sit, qua homo propriè dicitur & magis præcipuè, vt Plato in Timeo testatur, licet iuxta Peripateticos corpus, & anima ad hominis constitutionem requirantur; qua ratione Bias dixit, nolite imprudentes esse nec maligni: vnde & Plato dixit, ignorantiam non minus intellectum reddere cæcum, quàm cæcitas corporis oculos visu priuet, ob ꝙ Nicias dux Atheniensium territus ob ecclipsim lunæ cõspectum, eius causam ignorãs, permisit se ab hostibus circundari, & trucidari cum eius exercitu, & Oto primus viso saxo è cœlo cadente à cępta prouincia destitit, cũ tamen id aliàs naturaliter contigisse Aristotiles referat, quod tamen diuinæ factum esse potest. His ita not.

2 Imprudẽtiæ mala.

3 Imprudẽtia est peccatum.

Prima sit propositio. Imprudentia est peccatum; probatur Prou. 21. vnde & adagium prodijt, omnis ignorãs malus, ꝙ & Terentius asserit dicens, nil ignaro deterius terram producere.

Ratio, nam imprudentia accipitur priuatiuè, vel contrariè: primo modo nõ propriè dicit solam carentiam prudentiæ, quæ sit peccatum, quandoq; tamen priuatiuè dicit quatenus quis caret prudentia, quàm natus est & debet habere, & sic ratione negligentiæ est peccatum quando quis non adhibet studiũ ad prudentiam acquirendã; contrariè dicitur, secundùm ꝙ ratio contrario modo mouetur, vel agit prudentiæ, vt si recta prudentia agit consiliando imprudens consilium spernit, & sic est peccatum, quia diuertit quis in regulis quibus ratio prudentię rectificatur: vnde si id contemnit per auersionem à regulis diuinis est peccatum mortale, vt cum quis cõtemnens diuina præcepta, præcipitanter agit, si verò præter ea agat sine contemptu, & sine detrimento eorum quæ sunt necessaria ad salutem, est veniale.

4 Imprudẽtia est speciale peccatum.

Secunda propositio. Imprudentia est speciale peccatum; probatur cum sit virtuti speciali contraria .s. prudentiæ.

Ratio, nam peccatum potest dici generale, primò, quia sit generale respectu omnium: secundò, respectu aliquorum, quæ sunt sub eo, primo modo, dicitur generale vitium dupliciter: primò, per essentiam, quia prædicatur de oĩbus peccatis, & sic imprudentia non est generale peccatum, nec prudentia virtus generalis, cum sit circa actus speciales, scilicet rationis: secundò, per participationem, & sic est generale peccatum, nam vt prudentia velut participatur in omnibus virtutibus, vt earum directiua, ita imprudentia in omnibus peccatis, quia peccatum nõ esse potest, nisi sit defectus in actu rationis dirigẽtis, ꝙ pertinet ad imprudentiam. Secundo modo, imprudentia

sentiæ est generale peccatum, quia continet sub se diuersas species peccatorũ; primò, per oppositum ad diuersas partes subiectiuas prudentiæ, quia vt prudentia distinguitur in prudentiã simpliciter œconomicã, vt supra; sic imprudentiæ ratio secundùm partes quasi potentiales prudẽtiæ aduersas sumitur, q̃ sunt virtutes adiũctæ, & accipiũtur secundũ diuersos actus rationis, & sic quò ad defectũ iudicij est inconsideratio, quò ad defectũ consilij est pcipitatio, vel temeritas, quò ad ipsum preceptum est negligentia, & inconstantia. Tertiò, potest sumi per oppositum eorum quę requiruntur ad prudentiã, & sunt eius partes integrales, vt supra, qui tamẽ defectus reducuntur ad predictos quatuor, nam incautela & circumspectio reducuntur ad inconsiderantiam, ad pręcipitium, sed recessus à memoria, docilitate, vel ratione, ad negligentiam, & inconstãtiam pertinet, improuidentia est defectus intelligentiæ, & solertię.

Ex quo quidem vitio multa mala proueniunt, ob id enim homo humilis conditionis, timidus, inciuilis, miser, otiosus, & superstitionibus deditus, potens arrogans, crudelis, temerarius, loquax, auarus, inconstans, iniustus fit, cum nil, Menandro authore, ignorãtia sit magis temerarium, qui si à fœlicitate cadit, pusillanimis, inconstans, inquietus, impatiens euadit; cum ex ignorantia omnia mala proueniãt, vt alibi de educatione filiorum agitur, q effecit & Nicias dux Atheniensium viso ecclipsi territus, in hostium potestatem cum exercitu deuenit, q & Ottoni contigit in pari euentu, vt supra, prouinciam magni ponderis ob id relinquenti.

5 Imprudẽtię dãna.

Tertia propositio. Pręcipitatio est vitium sub imprudentia contentum; probatur Prou. 4.

6 Pręcipitatio est vitiũ imprudentię.

Ratio, nam pręcipitatio in anima dicitur metaphoricè, quia sicut corporaliter pcipitatur, qui à superiori ad ima deprimitur secũdùm motum proprium impetus, vel alterius impellentis nõ descendendo per gradus, sic summum animæ est ratio, imum operatio per corpus exercita, gradus medij sunt memoria pręteritorum, intelligentia pręsentium, solertia in cõsiderandis futuris euentibus, ratiocinatio in conferendo vnum alteri, docilitas, qua quis quiescit sentẽtię maiorum, per quos gradus quis rectè descendit consiliando, q si quis feratur ad agendum per impetationem volũtatis, vel passionum omissis dictis gradibus erit pręcipitatio, & sic opponitur prudentię.

Quarta propositio. Inconsideratio est peccatum sub imprudentia contentum; probatur Prou. 4.

7 Inconsideratio est peccatum imprudẽtię.

Ratio, nam consideratio importat actum intellectus veritatem rei intuentis, sicut verò inquisitio pertinet ad rationem, ita iudicium ad intellectum: vnde in speculatiuis demonstratiua scientia dicitur iudicatiua, quatenus per resolutionem in prima principia intelligibilia de veritate inquisitorum iudicatur, ideò consideratio maximè pertinet ad iudicium: vnde & defectus recti iudicij ad vitium incõsiderationis pertinẽt, quatenus quis in rectè iudicãdo deficit, quia contemnit, vel negligit attendere ea ex quibus rectum iudicium procedit vnde inconsideratio est peccatum.

Quinta propositio. Inconstantia est vitium sub imprudentia contentum.

8 Inconstantia est vitium imprudẽtię.

Ratio, nã inconstantia importat quẽdam recessum à bono proposito diffinito; principium verò huius recessus est in vi appetitiua, quia nemo recedit à priori bono proposito, nisi ob aliquid q sibi inordinatè placet, sed hic recessus non consummatur nisi per defectum rationis, quę fallitur in hoc q repudiat, q rectè acceptauerat; & quia cũ possit resistere impulsui passionis, si non resistat id est ex debilitate rationis, quę non tenet se firmiter in bono proposito concepto, ideò inconstantia quò ad consummationem pertinet ad defectum rationis, & vt omnis rectitudo rationis practicę pertinet aliqualiter ad prudẽtiam, ita omnis defectus eiusdem pertinet ad imprudẽtiam, & vt pręcipitatio est ex defectu circa actum consilij, & inconsideratio circa actum iudicij, sic inconstantia circa actum pręcepti, ideò inconstans quis dicitur quando deficit in pręcipiendo ea quæ

9 Imprudẽtia, inconstantia, pcipitatio, &c. oriuntur ex luxuria.

quæ rectè sunt consiliata, & iudicata.

Sexta propositio. Prędicta vitia ex luxuria oriuntur; probatur ex Greg. lib. lib. 31. Mor. c. 31.

Ratio, nam delectatio maximè corrumpit æstimationem prudentiæ, & pcipuè delectatio quæ est in venereis, quę totam animã absorbet, & trahit ad sensibilem delectationem. 6. Eth. c. 5. lib. 7. c. 11. perfectio verò prudentiæ, & cuiuslibet intellectualis virtutis consistit in abstractione à sensibilibus: vnde cum pdicta vitia pertineãt ad defectũ prudentiæ, & rationis practicæ, supra art. 2. & 5. sequitur quòd ex luxuria maximè oriantur.

SVMMARIVM.

1 Negligentia quid sit, & quotuplex.
2 Negligentiæ mala.
3 Negligentia est speciale peccatum.
4 Negligentia opponitur prudentiæ, scilicet solicitudini.
5 Negligentia an sit peccatum mortale, & quomodo.

De Negligentia. Cap. VIII.

D. Tho. 2. 2. q. 54.

1 Negligentia qd sit, & quotuplex.

Notandum, q Negligentia significat defectum debitæ solicitudinis, & diligentiæ, & quia omnis defectus actus debiti est peccatum, ideò sequitur q negligentia sit peccatum, & licet negligentia propriè sit defectus circa actum interiorem voluntatis, qui est electio, quasi nec eligens, vnde differt à pigritia, quę est defectus circa executionem operis exterioris, & à desidia quæ est defectus circa continuationem boni operis à desistẽdo dicta, & à torpore qui est defectus circa feruorem executionis operis, dum bonum fit tepide, & ab inconstantia quæ est defectus circa stabilitatem voluntatis, & ab omissione quæ est defectus circa actum debitum fieri, vt negligentia est defectus circa circunstantiam, vt temporis, loci, & huiusmodi: vt d. S. Ant. 2. p. tit. 9. c. 3. largè tamen negligentia est omissio alicuius actus q fieri debet & potest, vnde nõ est sine mora. c. fi. de elect. c. quia diuersi. de conces. præb. & nomine negligẽtiæ simpliciter venit leuis & leuissima culpa. c. cum ex eo. in fi. & c. commissa. §. porrò. de elect. in 6. idq; quãdo quis tenetur de leui & leuissima culpa, aliàs non, nomine verò negligentiæ dissolutæ venit lata culpa. l. si fideiussor. in princ. ff. mand. quæ & dolo æquiparatur. l. 1. §. is quoque. ff. de act. & oblig. quod procedit cum negligentia est dissoluta vel crassa, vel cũ lex imponit negligentiæ pœnam diuersam à delinquente, quia tunc sub negligente includitur dolosa negligentia: vt dicit Gem. in c. si compromissarius. de elect. in 6. & est vitanda, cum omnis disciplinæ sit nouerca, vt diligentia mater; vt dicit Boet. de discipl. schol. & turpissima sit iactura quæ per negligentiam fit. 2 Negligentiæ mala.

His ita notatis.

Prima sit propositio. Negligentia est peccatum speciale, cũ peccata quæ committuntur ex negligentia distinguantur ab ijs quæ committuntur ex cõtemptu. 3 Negligentia est speciale peccatum.

Ratio, nam negligentia importat defectum debitæ solicitudinis, omnis verò defectus debiti habet rationem peccati: vnde negligentia habet rationem peccati, & vt solicitudo est specialis virtus actus, ita oportet q negligentia sit speciale peccatum, quædam sunt enim peccata specialia, quæ sunt circa materiã specialem, vt circa venerea luxuria, quædã vitia specialia ob specialitatem actus se extendentia ad omnem materiam moralem, ideò cum solicitudo sit specialis actus rationis, q. præc. art. 3. & huiusmodi sint omnia vitia, quæ sunt circa actũ rationis, quia quilibet actus rationis se extendit ad omnem materiam moralẽ, sequitur q negligentia importans solicitudinis defectum sit speciale peccatũ.

Secunda propositio. Negligentia opponitur prudentiæ, scilicet solicitudini ad prudentiam reducibili: probatur Eccles. 20. lasciuus, & impru dens non obseruant tempus. 4 Negligentia opponitur prudentiæ .s. solicitudini.

Ratio, nam negligentia directè opponitur solicitudini, solicitudo verò pertinet ad rationem, & rectitudo solicitudinis ad prudentiam: vnde per oppositum negligentia

negligentia ad imprudentiam pertinet: vnde imprudens dicitur, quasi nec eligens, electio verò recta eorum quæ sunt ad finem pertinet ad prudentiam, ergo & negligentia ad imprudentiam.

9 Tertia propositio. Negligentia quandoque est peccatum mortale, quandoq; nõ, modo infra exposito; probatur Prouerb. 19. Hier. 48.

Negligentia an sit peccatum mortale, & qño.

Ratio, nam negligentia prouenit ex quadam remissione volũtatis per quam ratio nõ solicitatur, vt præcipiat ea quæ debet, vel eo modo quo debet, potest ergo contingere dupliciter, quòd negligentia sit mortale: primò, ex parte eius, quòd omittitur per negligentiam, quòd si sit de necessitate salutis, vel sit actus, vel circunstantia, erit peccatum mortale, vel si fit ex contemptu. Prouer. 19. qui negligit viam suam mortificabitur. & Hierem. 48. Maledictus, qui facit opus Dei negligenter, scilicet in casibus prędictis. Secundò, ex parte causæ, nam si voluntas ita remissa sit circa ea quæ sunt Dei, vt totaliter à charitate Dei deficiat, huiusmodi negligentia est peccatum mortale, & id maximè contingit quando negligentia sequitur ex contemptu, aliter si omittitur actus vel circunstantia non necessaria ad salutem, nec id fiat ex contemptu, sed ex defectu feruoris qui quandoque impeditur ob aliquod veniale peccatum; tunc negligentia est veniale peccatum.

De negligentia verò in particulari, vt prælati, iudicis, medici, &c. agitur in tract. de statibus Personarum, & de ea vt cadit in contractibus habetur sub tr. de contractib. c. de mora, culpa, &c.

S V M M A R I V M.

1 Prudentiæ quæ vitia aduersentur, & tamen cum ea similitudinem habeant.
2 Prudentia carnis est peccatum.
3 Prudentia carnis quandoq; est peccatum mortale, quandoque veniale.
4 Astutia an sit peccatũ, & quomodo.
5 Dolus an sit peccatũ, & quomodo.
6 Fraus an sit peccatum, & quomodo.
7 Solicitudo temporaliũ an sit licita.
8 Solicitudo futurorum an sit licita.
9 Prudentia carnis, astutia, dolus, &c. etiam ad auaritiam pertinent.

De vitijs oppositis prudentiæ, quæ habent similitudinem cum ipsa. Cap. IX.

1 Notandum, quòd quædam vitia videntur habere similitudinem cum prudentia, & ab ea distant, cum vitia sint, vt prudẽtia carnis, quia vt prudentia dirigit circa ea quæ sunt ad finẽ totius vitæ, quæ est beatitudo, ita prudẽtia carnis dirigit ad bona carnis, quæ habet pro vltimo fine suæ vitæ, & seruat circa ea regulas prudentiæ modo contrario; sic est astutia, dolus, & nimia solicitudo. His ita not.

D. Tho. 2. 2. q. 55.

prudentię q̃ vitia aduersentur & tñ cum ea similitudinem habeant.

2 Prima sit propositio. Prudentia carnis est peccatum, cum inimica sit Deo. Roman. 8. Lucæ 16. Filij huius seculi, &c. scilicet ad faciendum mala.

prudentia carnis est peccatum

Ratio, nam prudentia est circa ea quæ sunt ad finem totius humanæ vitæ, q. 47. art. 13. ideò prudentia carnis propriè dicitur, secundùm quòd quis bona carnis habet vt vltimum finem suũ, quòd patet esse peccatum, quia per hoc homo deordinatur in vltimo fine, qui non consistit in bono corporis, 1. 2. q. 2. artic. 5. ideò prudentia carnis est peccatum.

Secunda propositio. Prudentia carnis est peccatum veniale, quandoque tamen mortale.

3 Ratio, nam prudens dicitur, vel simpliciter, s. in ordine ad finem totius vitæ, vel secundùm quid in ordine ad finẽ particularem, vt cum quis est prudens in negotiatione, & huiusmodi, sup. q. 47. art. 3. si prudentia carnis accipitur primo modo, ita quòd in cura carnis constituatur vltimus finis totius vitæ humanæ, sic peccatum est mortale, quia per hoc homo auertitur à Deo, cum impossibile sit esse plures fines vltimos, 1. 2. q. 1. art. 5. Si accipitur secundo modo, sic prudentia carnis est peccatum veniale, nam contingit aliquem affici inordina-

prudentia carnis qñque ẽ peccatũ mortale, qñq; veniale.

tè ad aliquod delectabile absque auersione à Deo per peccatum mortale: vnde non constituit vltimum finem in huiusmodi delectatione carnis, & adhibere studium ad hanc delectationem consequendam est peccatum veniale, & prudentia carnis, si verò quis comedat, ob sustentationem non dicitur prudentia carnis, quia vtitur quis cura carnis vt ad finem.

4 Astutia an sit pcm, & quomodo. Tertia propositio. Astutia, quæ est cum aliquis ad consequendum finem excogitat simulatas vias, & media est speciale peccatum oppositum veræ prudentiæ, distinctum à prudentia carnis, etiam si finis intentus sit bonus, cum nō sit solum faciendum bonum, sed etiam medio debito ac licito; probatur 2. Corinth. 4.

Ratio, nam prudentia est recta ratio agibilium, vt scientia scibilium, contra rectitudinem verò scientiæ peccatur in speculatiuis: primò, quando ratio inducitur ad aliquam conclusionem falsam, quæ apparet vera. Secundò, quia ratio procedit ex aliquibus falsis, quæ videntur vera, vel sint ad cōclusionem veram, vel ad conclusionem falsam, ita aliquod peccatum potest esse cōtra prudentiam habens eius similitudinem, dupliciter: Primò, quia studium rationis ordinatur ad finem, qui non est verè bonus, sed apparens, quod pertinet ad prudentiā carnis. Secundò, quatenus quis ad finē consequendum, vel ad bonum, vel ad malū vitandum non vtitur vijs veris, sed simulatis & apparentibus, & pertinet ad peccatum astutiæ: vnde opponitur prudentiæ, & distinguitur à prudentia carnis.

Et eo magis astutia est peccatum si permisceatur doctrinæ Christi falsa, & simulata doctrina, vel si quis ob lucrum vel gloriam propriam, & non propter Deum prædicet.

5 Dolus an sit pcm, & quomodo. Quarta propositio. Dolus est peccatum ad astutiam pertinens; probatur Ephes. 4.

Ratio, nā astutia sumit vias non veras ad aliquod consequendum bonum; vel malum, art. præced. quarum viarum assumptio potest considerari: primò, in excogitatione huiusmodi viarum, & hoc propriè pertinet ad astutiam, vt excogitatio rectarum viarum ad bonum finem pertinet ad prudentiam: secundò, consideratur sumptio huiusmodi viarum secundùm executionem operis quòd pertinet ad dolum, ideò dolus importat executionem astutiæ, & sic pertinet ad eam.

Notandum autem, quòd dolus est calliditas, fallacia, vel machinatio ad aliquem decipiendum adhibita. l. 1. ff. de dolo. qui annullat contractum temporalem, vt venditionem, &c. si dat causam contractui in contractibus bonæ fidei, in contractibus verò stricti iuris eliditur exceptionis ope: vt not. in cap. cum dilecti. de emptio. & vendit. l. 2. C. de rescind. vendit. l. cum postea. C. de pactis. si verò dolus incidit in contractū, tenet contractus in contractibus bonæ fidei, sed est supplendum pretiū, vel res danda si deceptio sit vltra dimidiā iusti pretij. l. Iulianus. §. si venditor. ff. de act. empti. d. l. 2. C. de rescind. vend. in contractibus verò stricti iuris agitur de dolo. l. eleganter. §. non solum. ff. de proxen. iusta tamen ignorātia excusat à dolo: c. vt animarum. de constit. in 6. & consequenter à pœna ad quam incurrēdam requiritur dolus. Bart. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. nisi sit doctor, in quo turpis est ignorantia: Angel. in l. 2. ff. quod quisque iur. qui & in l. senatus. C. de his qui sibi ascri. aliq. d. quòd creditur allèganti se ignorasse ius ad excludendum dolum, & sic pœnam quę ob id incurritur: vnde vbi ius, vel statutum requirit dolum verum nō incurrit pœnam ignorans licet culpabilis, licet aliter sit puniendus, vbi verò ius requirit dolū præsumptum ignorans crasse, & supinè non excusatur, quia est in dolo præsumpto, & talis incurrit censuras eo casu illatas. d. cap. vt animarum. de constitutio. in 6. nisi sit in leui culpa ignorātiæ; & etiam non potest quis pacisci, vt non teneatur de dolo, cum sit cōtra bonos mores. l. 1. §. si conueniat. ff. deposit. nec pœna corporalis sine dolo incurritur. Bart. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & etiam ignorantia iniustæ causæ excusat à dolo. Bald. in d. cap. vt animarum. de constitut. in sexto. Bald. in authen. generaliter.

liter. C. de episcopis, & clericis.

6 Fraus an sit pcm̃, & quomodo

Quinta propositio. Fraus ad astutiam pertinet, cum ordinetur ad decipiendũ. Iob 13.

Ratio, nam vt dolus consistit in executione astutiæ, ita & fraus, sed in hoc est differentia, quòd dolus pertinet vniuersaliter ad executionem astutiæ, vel fiat per verba, vel per facta, fraus secundùm quòd fit per facta propriè.

Et fraus non potest esse sine dolo, sed bene ècontra. Abb. in cap. ex tenore. de rescriptis; quæ nulli debet patrocinari. Et fraudare etiam dicitur, qui non facit quod facere debet. l. in fraudẽ. ff. de his, quæ in fraudem credit. & fit fraus legi, quando fit contra significatum eius palliatione quæsita. l. contra leges. ff. de legib. quòd fit vel de persona in personã, vt cum vir vult donare vxori vel cõtra, quòd non licet, & supponit aliam personam, vt soluendo eius creditori. cap. fin. de donat. inter vir. & vxor. l. hæc ratio. §. fin. ff. eodem. vel si tutor qui emere non potest rem pupilli, interponit aliam personam, quãdoq; fit rei ad rem, vt si quis dat filiofamilias triticum mutuo, cum pecuniam ei mutuare nõ liceat, l. 4. §. 1. ff. ad Macedon. quòd in idem recidit, argum. cap. plerique. 14. q. 3. vel fit vnius contractus ad alium contrarium, vt si vxor vendit viro, quod intendit donare. l. si sponsus. ff. de donat. inter vir. & vxo. vel ad similem, vt si mulier quæ fideiubere nõ potest constituit se principalem debitricem. l. quamuis. §. si cum essem. ff. ad Velleian. quæ omnes fraudes non excusant in conscientia, quò ad se. arg. cap. intelligentia. de verb. sign. c. quanto. de priuileg. an verò ij naturaliter teneantur, alibi cadit materia.

7 solicitudo temporaliũ an sit licita.

Culpa etiam connumeratur dolo, & fraudi; de quo vide Siluest. verbo culpa, & alij, & infra dicam.

Sexta propositio. Licitum est habere solicitudinem de temporalibus, temperatè tamen, & sine deordinatione, tripliciter tamen id est illicitum, probatur Matth. 6.

Ratio, nam solicitudo importat studium adhibitum ad quid consequendũ, sed maius studium adhibetur, vbi est timor deficiendi, ideò vbi est securitas cõsequendi minor interuenit solicitudo, sic ergo solicitudo temporalium potest tripliciter esse illicita: primò, ex parte eius, de quo solicitamur si scilicet temporalia, vt finem quæramus: secundò, ob superfluum studium, quòd adhibetur ad huiusmodi procuranda, ob quòd homo à spiritualibus, quibus principalius inseruire debet, retrahatur: tertiò, ex parte timoris superflui, scilicet quando quis timet ne faciendo quod debet, ei necessaria deficiãt, quòd Dominus prohibet, primò, ob maiora beneficia homini præstita diuinitus præter suam solicitudinem, scilicet animam, & corpus: secundò, quatenus Deus subuenit animalibus, & plantis sine opere humano: tertiò, ex diuina prouidentia ex cuius ignorantia gentiles circa temporalia quærẽda principalius solicitantur, ideò cõcludit, principalem solicitudinem esse debere de spiritualibus bonis, inde spectantes temporalibus necessarijs subueniendum. Si verò quis confidat de Deo quòd ad necessaria, sed timet ne sibi desint commoda, non est sine veniali, quia debet carere commodis, si Deus vult, prima Pet. 5. quærere verò temporalia non vt finem, sed ad sustentationem, & cum studio moderato, scilicet loco, & tempore debito, & sine anxietate non est peccatum, imò homo ad id tenetur, ne Deum tentare videatur, solicitudo tamen præcipua debet esse ad spiritualia.

Septima propositio. Nemo debet esse solicitus futurorum, nisi tempus de propinquo videatur imminere; probatur Matth. 6. 8 solicitudo futurorũ an sit licita.

Ratio, nam nullum opus potest esse virtuosum, nisi debitis circunstantijs vestiatur, inter quas vnum est debitum tẽpus. Eccl. 8. quòd procedit non solùm in exterioribus operibus, sed etiam in interiorum solicitudine, quia cuique tempori competit propria solicitudo, vt æstate metendi &c. si ergo tempore æstiuo solicitus esset de vindemia, superfluè præoccuparet futuri temporis solicitudinẽ, vnde huiusmodi solicitudinẽ Dominus prohibet, dicens: Nolite esse soliciti de crastino &c. Matth. 6.

Octaua propositio. Prædicta vitia, licet prudentiæ opponantur, tamen etiam ad auaritiam pertinent, & ex ea oriuntur; probatur ex Gregor. lib. 31. Moral. cap. 31. & 33.

9 prudentia carnis, astutia, dolus, &c. & ad auaritiam pertinent.

Ratio, nam prudentia carnis est astutia cum dolo, & fraude aliquam similitudinem habens cum prudentia in aliquali vsu rationis, maximè autem inter alias virtutes morales, vsus rationis rectæ apparet in iustitia, quæ est in appetitu rationali; ideò vsus rationis indebitus etiam maximè apparet in vitijs oppositis iustitiæ, opponitur verò sibi maximè auaritia, ideò prædicta vitia maximè ex auaritia oriuntur.

SVMMARIVM.

1 Prudentiæ an sit dandum præceptum.
2 Prudentiæ vitia opposita fuere conuenienter prohibita in veteri lege.

De præceptis ad prudentiam pertinentibus. Cap. X.

D. Tho. 2. 2. q. 56.

1 prudentiæ an sit dandum præceptum.

PRima propositio. In decalogo nō fuit dandum aliquod præceptum directè de prudentia, licet omnia alia eiusdem præcepta ad eā aliquo modo pertineant; probatur, quia non habetur id Exodi 20.

Ratio, nam præcepta decalogi, vt supra, 1. 2. q. 100. art. 1. vt sunt data omni populo, ita cadunt in æstimationem omnium, quasi ad naturalem rationē pertinentia, maximè verò sunt de dictamine rationis naturalis fine vitæ humanę, qui se habent in agendis, vt principia naturaliter cognita in speculatiuis, vt supra; Prudentia verò non est circa finem, sed circa ea quæ sunt ad finem, ideò non fuit conueniens, vt inter decalogi præcepta aliquod præceptum poneretur ad prudentiam pertinens directè, ad quam tamen omnia præcepta decalogi pertinent, secundùm quòd ipsa est directiua omnium virtuosorum actuum.

Secunda propositio. In veteri lege fuere cōuenienter proposita præcepta prohibitiua de vitijs oppositis prudentiæ. 2 prudentię vitia opposita fuere conueniēter prohibita in veteri lege.

Ratio, nam, vt supra, q. 1. 2. art. 3. iustitia maximè respicit rationem debiti quòd requiritur ad præceptum, quia iustitia est ad reddendum debitum alteri; astutia verò quò ad executionem maximè committitur in ij, circa quæ iustitia est, q. præced. art. 5. ideò cōueniens fuit vt præcepta prohibitiua darentur in lege de executione astutię, quatenus id ad iustitiam pertinet, vt cum dolo, & fraude quis alicui calumniam ingerit, eius bona surripit, &c.

DE IVSTITIA.

SVMMARIVM.

1 Iustitia quot modis sumatur.
2 Iustitia an sit in omnibus virtutibus, & apud quos homines præcipuè.
3 Iustitia an sit omnis actus virtutis.
4 Iustitia particularis quotuplex sit.
5 Iustitiæ laudes.
6 Ius est obiectum iustitiæ, vel iustū, & quomodo.
7 Ius quid significet.
8 Ius quot modis sumatur, vel iustum.
9 Iustitiæ medium, vt differat à medio aliarum virtutum.
10 Ius naturale est, & positiuum.
11 Ius diuinum est, & humanum, & diuinum naturale, & positiuum, & quòd quodlibet, & eius munus.
12 Ius gentium non est idem cum iure naturali, & in quo consistat.
13 Ius diuiditur specialiter in paternū, & dominatiuum.
14 Iustum politicum quod sit, & paternum, & dominatiuum.
15 ad Iusti vel iustitiæ essentiam, quæ requirantur.

De Iustitia, virtutibus annexis, & primò de Iure. Cap. I.

D.Tho.2. 2.q.57.

1 Iustitia quot modis sumat.



OTANDVM, quòd Iustitia sumitur duob^9 modis: primò, pro actu cuiusq; virtutis, non vt talis est, sed vt ordinatur ad bonum commune multitudinis, cuius pars est ijs qui id exercet, vel vt ab homine emanat, non vt est singularis, sed pars Reipublicæ, & sic dicitur virtus generalis, nō quòd sit in omni virtute per essentiã, sed quia comitatur actus oĩum virtutũ, & in eis inuenitur, modo in cõmune bonum Reipublicæ ij actus ordinentur, & sic dr̃ tota virtus, quatenus Rectores multitudinis virtutum opera quæ præcipiunt, ordinant in bonũ commune, & subditi in eũ finem omnia bona opera sua exercere debent, quæ virtus est in principe, & Rectoribus Reipublicæ architectonicè, quatenus per leges ea præcipiunt quæ ad commune bonum, & optimam Reipublicæ administrationem pertinent, vt quilibet ita se gerat, vt commune Reipublicæ bonum requirit: vnde leges, & rectorum statuta ad hanc virtutem pertinent; Subditis verò inest ea virtus vt mandantibus executioni, quæ per Rectores sunt constituta, dum legibus ad eũ finem se accommodãt, quæ dicitur Iustitia legalis, per quã Respublica decus, & perfectionem suscipit. Vnde ad Rectores Reipublicæ spectat non solùm constituere leges pertinentes ad iustitiam Cardinalem, sed etiam ad alias virtutes, vt fortitudinem, statuendo vt milites locum non deserant; temperantiam, prohibendo vitia carnis quibus Respublica turbatur, impensas superfluas in vestitu &c. L. iustitia. ff. de iustit. & iure. §. iuris præcepta. Instit. eod. quæ iustitia etiam diuiditur bifariam, vt vna respiciat quæ pertinent ad statum communem Reipublicæ, vt constituere sacerdotes, sacra, & magistratus, & alia priuatum, quòd ad singulorum vtilitatem pertinet. §. huius statuti. Instit. eod.

2 Iustitia an sit in oĩb^9 virtutib^9, & apud quos homines pcipuè.

3 Iustitia an sit omnis actus virtutis.

Aduertendum etiam omnem actum virtutis, quatenus per eum quis se conformat rectæ rationi, & voluntati Dei, dici iustitiam, & sic accipitur Matth. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: Matt. 6. Deut. 9. Psal. 4. Rom. 2. vnde & Ansel. dial. de verit. c. 13. d. ꝙ iustitia est rectitudo voluntatis propter se seruata. & Cic. lib. 1. de legib. d. ꝙ est obtemperatio legibus, & sic accipitur pro obseruatione legis etiã. Deut. 4. 2. Paral. 7. Ps. 17. Ex quo etiam fit, cum bonum sit ex integra causa: vt d. Dion. 4. c. de diuin. nom. quòd qui est in mortali iustus non sit, & gratiam, ac charitatem esse illam quæ nos iustos facit.

4 Iustitia particularis quotuplex sit.

Secundò, notandum, ꝙ iustitia particularis diuiditur in distributiuam, qua præsidens communitatis, iuxta merita, bona ipsius, & officia iuxta illius leges distribuit, & commutatiua qua redditur à quolibet priuato æquale eius, quòd est acceptum; & diffinitur quòd est constans, & perpetua volũtas ius suum cuique tribuens. Instit. de iustit. in princ. l. iustitia. ff. eodem. vel habitus inclinans homines ad res iustas agendas. 5. Ethic. cap. 1. D. Th. hic. & est ad alterum, cum versetur non circa passiones regulãdas, sed circa actiones exteriores iustè, idest æqualiter, vel secundùm æqualitatem agendas.

5 Iustitiæ laudes.

Quæ quidem virtus est omni animo amplectenda, cum tanta afferat bona. Eccl. 4. Pro iustitia agonizare per anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos; cum ipsa afferat vitam. Prouer. 21. qui sequitur iustitiam & misericordiã inueniet vitam. Matth. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, quæ & eleuat gentem. Prouer. 14. Vnde & à Stobæo dicitur concordia, & harmonia totius animæ, cum ius & æquitas sint vincula ciuitatum, & remota iustitia regna nil sint nisi magna latrocinia: vt inquit Aug. lib. 4. ciuit. Dei. c. 4. & sine iustitia nõ solùm Respublica, sed nec exiguum hominum cætus, nec quidem parua domus constare possit, vt ait Macrob. in somn. Scip. Iustitia si quidẽ nil sibi vendicat,

matur vel iustum. legi, strictè pro eo quòd est æquum iniquo oppositum: primo modo ius nõ est obiectum iustitiæ Cardinalis: secundo sic, vt dicit hic D. Tho. cum iustitia sit habitus quo homines apti sunt ad res iustas agendas, & quo iusta agunt, & volunt iusta. 5. Ethic. cap. 1. quòd explicatur etiam in l. iustitia. ff. de iust. & iure. Ab hoc modo accipiendi iustitiam emanaunt aliæ iustitiæ acceptiones, vt sumitur pro facultate quam quis habet, vt cũ quis vtitur iure suo, vel iudex sententiam præfert, licet iniustam. l. penul. ff. de iust. & iure.

9 Iustitiæ mediũ vt differat à medio aliarũ virtutum. Medium autẽ iustitiæ differt à medio aliarum virtutum moralium, nã in alijs sumitur in comparatione ad agentem, in iustitia verò ex comparatione rei factæ cum altero collatione, vt si quis furatus est centum, medium est, vt illum excessum reducat ad æqualitatem ea restituendo, quòd si non potest excusatur pro tunc, sed remanet eadem obligatio, conuenit verò cum alijs virtutibus moralibus, quòd vt in ijs non est sat attingere medium respectu eius, qui actum elicit, sed oportet, quòd sciens & eligens id eliciat, vt actus sit studiosus, sic hic, quinto Ethic. cap. 8.

10 Ius naturale est & positiuũ. Secunda propositio. Ius conuenienter diuiditur in ius naturale, & ius positiuum; probatur 5. Eth. c. 7.

Ratio, nam ius, vel iustum est aliquod opus æquatum alteri secũdùm aliquem æqualitatis modum, art. præc. quòd potest fieri dupliciter: primò, ex natura rei, vt cum quis tantum dat vt tantundem accipiat, quòd dicitur ius naturale: secundò, quid alteri adæquatum est ex condicto, vel communi placito, quando quis scilicet reputat se contentum si tantum accipiat, quod potest fieri dupliciter: primò, ex aliquo priuato condicto, vt ꝙ firmatur pacto inter aliquas priuatas personas: secundò, ex condicto publico, vt cum totus populus cõsentit quòd aliquid habeatur vt adęquatum, & commensuratum alteri, vel cum id ordinat princeps, qui curam populi habet, & eius personam gerit, & hoc dicitur ius positiuum.

Vel ius diuiditur in diuinum, humanumq;, diuinum diuiditur in naturale, & positiuum, ius naturale est vis ipsa intellectus, qua ea quæ per se & sua natura bona sunt ab ijs quę ex se mala sunt, secernimus, & cum natura sit à Deo, sequitur quòd hoc ius vel lumẽ sit à Deo. Psalm. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Rom. 2. & ius naturale est quod vbiq; eandem vim habet, cuius obligatio oritur ex natura rei, de qua est præceptum, & nõ ex ordine pręcipientis, vnde quæ sunt iuris naturalis negatiuè, prohibita sunt quia mala, & non quia pręcepta, & affirmatiuè, iusta quia ex se bona, nõ quia pręcepta; quòd secus in iure positiuo contingit, vbi obligatio oritur ex pręcepto pręcipientis, & inde deriuatur in obiectum: vnde huiusmodi sunt mala quia prohibita, & non ideò prohibita, quia mala, & sic etiam bona sunt fienda quia imperata, & non ideò imperata, quia de se necessaria sint vt fiant. 5. Eth. c. 7. aduertendum tamen non omnia quæ naturaliter bona sunt vel mala omnibus in promptu esse, quin in his cognoscendis error quandoque subrepat, quò ad conclusiones, quę ex primis principijs eliciũtur, maximè quãdo sunt remotę à primis principijs, & ex his quę sunt de iure naturali, aliqua possunt quandoq; mutari: vt d. hic D. Tho. ad primum; non quò ad prima pręcepta, quę in decalogo habentur, sed quò ad secunda, vel quę ex ijs eliciũtur, vt redditio depositi, iure naturali est debita, in casu tamen desinit talis esse, quę tamen variatio nõ variatur ex variatione legis naturalis, sed ob circunstantias, quę extrahũt obiectum à numero eorũ quę lex comprehendebat, lege tñ persistente vt antea erat, absq; mutatione legis, vel dispensatione in ea; ꝙ cõtra euenit in variatione eorum q̃ sunt iure positiuo, quę contingit ex arbitrio legislatoris, vt & mensurę vini hominũ arbitrio mutantur. 5. Eth. c. 7. potest pręterea ius positiuum proponere circunstãtiam ex parte obiecti, qua id quod exclusa tali circunstantia esset iuris naturalis, desinat ad ius naturale pertinere, vt in pręscriptione, vbi qui bona fide certo tẽpore legis diffinito possedit rem, licet post sciat

11 Ius diuinũ humanũ, & diuinũ naturale, & positiuũ & ꝙ qd libet, & ei' munus.

sciat esse alienam, fit eius dominus, ꝙ aliter esset contra ius naturale, alienum retinere, cum princeps possit ob bonum publicum ad lites sedandas, aliquem re sua spoliare; sic à principio oĩa fuerunt communia, homines tamen introduxerunt diuisionem rerum, quia Deus contrarium non præcepit, sic omnes natura liberi oriuntur. §. seruitus. Instit. de iure nat. licet tamen in pœnā delicti aliquos seruituti addicere iure gentium. l. 4. de statu homin. sic Deum colere est de iure naturali, hoc verò vel illo modo pertinet ad ius positiuum diuinũ, vel humanum; sic etiam ꝙ malefactor debeat puniri, est de iure naturali, pœnæ verò determinatio spectat ad ius positiuum. & habetur in l. ius ciuile. de iust. & iure. & docet Molina. de Iust. tom. I. tract. 1. disputat. 4.

12 Tertia propositio. Ius gentium non est idem cum iure naturali; probatur ex Isid. lib. 5. etimol. c. 4.

Ius gentiũ nõ est idẽ cũ iure naturali, & ĩ quo consistat.

Ratio, nam ius vel iustum naturale, est quod ex sui natura adequatum est alteri, ꝙ potest contingere: primò, secundùm absolutam sui considerationem, vt masculus ex sui ratione habet commensurationem ad fœminam, vt ex ea generet, & parens ad filium, vt eum nutriat: secundò, quid alteri est commensuratum non absolutè, sed secundùm quid quod ex ipso sequitur, vt proprietas possessionum, quia si consideretur hic ager absolutè non habet, vnde sit magis huius vel illius, sed si consideretur per respectum ad opportunitatem colendi, & ad pacificum vsum agri, secundùm id habet commensurationem, vt sit potius vnius quàm alterius, absolutè verò quid apprehendere competit etiã naturaliter brutis. Vnde primo modo ius naturale est commune nobis cum brutis, ius verò gentium distinguitur à naturali, quia id commune est etiam brutis, hoc verò solis hominibus, considerare verò aliquid comparando ad id quod ex ipso sequitur est proprium rationis, ideò id ꝙ naturalis ratio inter omnes homines cõstituit id apud gentes custoditur, & dicitur ius gentium. l. 9. ff. de iust. & iure.

Ex his colligitur, quòd ius gentium non pertinet ad ius naturale, sed humanum, cum seruitus, & diuisio rerum non sit ex iure naturæ, vt supra est dictum; & asserit Cic. lib. 2. de Inuent. & prædicta sunt ex iure gentium; præterea statuta iure naturæ intrinsecè sunt bona, & prohibita mala intrinsecè, sed statuta iure gentium possunt mutari, & communio rerũ potest haberi, vt habetur in religionibus cum magno fructu, ergo. Dici tamen potest ꝙ ius gentium sit mistum ex naturali, & ciuili, ratione enim primi est commune apud omnes gentes, ratione secundi, quia vt iure positiuo est introductum, sic eodẽ potest abrogari; vlterius quæ sunt ex iure naturæ absolutè sequuntur ex primis principijs, quæ verò ex iure gentium, non absolutè inde sequuntur, sed facta quadam suppositione deducta ex principijs naturæ.

Ius porrò positiuum duplex est, diuinum, & humanũ, ius positiuum diuinũ est quod à Deo, & à Christo Deo, & homine est institutum de ijs quæ nõ pertinẽt ad ius naturale, vel ministerio Moysis, Angeli, Prophetarũ, vel Apostolorũ. Ius humanum amplectitur alia præcepta quæ homines publica pollentes potestate tulerunt, & hoc diuiditur in ius ciuile & canonicum, vt dixi To. I. tract. de potestate iuris ciuilis & canonici, & est ius ciuile quod est proprium cuiusq; regni, & ciuitatis.

De hac materia videnda sunt, quæ late scripsi tract. de Legibus, de his.

Quarta propositio. Ius specialiter diuidi debet in paternum, & dominatiuũ; probatur 5. Eth. c. 6. 13

Ius diuiditur specialiter in paternum & dñatiuũ.

Ratio, nam ius vel iustum dicitur per commensurationem ad alterum: alterũ verò potest dici dupliciter: primò, quòd simpliciter est alterum, vt quòd est omnino distinctum, vt patet in duobus hominibus, quorum vnus non est sub altero, sed ambo sunt sub eodem principe. & inter hos simpliciter est iustum, 5. Ethic. c. 6. Secundò, alterum dicitur, quid non simpliciter, sed vt aliquid eius existens, & sic in humanis filius, est aliquid patris, quia est velut pars eius. 8. Ethic. c. 12. & seruus est aliquid domini, quia est instrumentum eius. 1. Polit. c. 3. & 4.

ideò patris ad filium non est comparatio, vt ad simpliciter alterum, ideò ibi non est simpliciter iustum, sed quoddã iustum scilicet paternum, & sic de Domino & seruo, quia ibi est dominatiuũ iustum. Vxor vero licet sit quid viri, quia comparatur ad eum, vt ad propriũ corpus, 5.ethic. tamen magis distinguitur à viro quàm filius à patre, vel seruus à domino, quia assumitur in quandam socialem vitam matrimonij, & habent relationem ad communitatem domesticam 1.Polit. ideo inter eos non est simpliciter iustum, sed magis iustum œconomicum.

14 Iustũ politicum, quid sit, & paternũ, & dñatiuũ,

Pro intelligentia huius propositionis est aduertendum, quod ius vel iustum est multiplex, scilicet politicum, paternum dominatiuum, & vxorium, ius politicum est ius seruandi debitum ordinẽ inter ciues, dicuntur vero ciues qui sub eodem principe viuentes in viuendo, acquirendo, & possidendo sunt liberi, & ęquales, quatenus omnes sunt subditi eidem principi, ius paternum est ius seruandi debitum ordinem inter parentes & filios, dominatiuum, ius seruandi debitum ordinem inter dominum & seruum, vxorium, ius seruandi debitum ordinem inter virum & vxorem, ex quibus politicum differt ab alijs, nam versatur inter ciues & per totam ciuitatem alia inter domesticos parietes, pręterea ius politicum est inter personas diuisas in proprietate, & vsu bonorum, alia inter personas iunctas suo modo in ijs; pręterea alia iusta ordinantur ad conseruationem vitæ humanæ in particulari, politicum ad sufficientiam vitæ in communi 1.Polit. & tradit Cic. in princip. Rhet.

15 ad Iusti, vel iustitię essentiam quæ reqrãtur.

Secundò aduertendum, quod ad essentiam iusti, vel iustitię tria requiruntur, primo, vt sit inter duo extrema, cũ iustitia sit tantum ad alterum, secundo, quod reddatur ęquale, tertio, quod reddatur vt debitum, vnde si quid horũ desit non est iustum perfectum; vnde inter patrem & filium non est iustum simpliciter, cum ibi non sint duo extrema totaliter, cum filius sit pars decisa à patre, vt & seruus est instrumentum domini, vt & vxor quasi vnum quid cum viro, tum ad generationem, tum ad familię gubernationem, inter quos non põt esse iustũ simpliciter, & minus inter patrem & filium, cum & ibi desit æqualitas, quod filius non possit patri reddere ęquale, vt nec homo Deo, cũ quicquid est, ipsius factura sit & seruus; inter patrem tamen & filium est ius, vt est obiectum legis cuiusque, & dictaminis rationis, cum ita etiam ad seipsum ius sit, cum de dictamine rationis, & iuris naturalis sit seruare propriam vitam, temperate viuere & exequi actus virtutum. Est etiã inter eos ratio debiti quia plus debet filius patri quàm cuiquàm alij, & plus peccat eum inhonorando quàm alium quemcunque, & est etiam inter prędictos ratio iusti simpliciter in ijs in quibus vnus ab alio non pendet, vt filius si emancipetur potest habere propria bona, & cum patre contrahere, & dum est sub patre habet etiam peculium castrense & quasi, in quorum administratione non pendet à patre, & seruus habere possit bona sibi relicta vt ad eum pertineant, & vxor bona paraphornalia, quorum administratio ad ipsam pertinet, & causa sęuitię possint agere contra superiores, & ideo in his se habẽt vt conciues; sic tamen vt in his quæ naturalia sunt vt subuentione, instructione, obedientia &c. vnus ab alio pendeat; & ex his vxor, cum sit quasi æqualis viro, accedit magis ad rationem iusti simpliciter, quàm alij connumerati Arist. 5.eth.c.6. D. Tho. hic, & ibi Aragon, & Molina d.tr.1.disp.7.

SVMMARIVM.

1 Iustitiæ diffinitio cum eius explicatione.
2 Iustitia est ad alterum, & an ad se.
3 Iustitia est virtus.
4 Iustitia est in voluntate, vt in subiecto.
5 Iustitia legalis est virtus generalis, & quomodo cum eius expositione.
6 Iustitia legalis an sit idem essentialiter cum omni virtute, cum eius

ius expositione.

7 Iustitia aliqua est particularis præter generalem.

8 Iustitia particularis habet materiã specialem, & quam.

9 Iustitia est circa operationes, non passiones cum eius explicatione.

10 Iustitiæ medium est medium rei, & quomodo differat medium rei à medio passionis.

11 Iustitiæ actus est reddere vnicuique quod suum est.

12 Iustitia præeminet alijs virtutibus moralibus, & quomodo.

De Iustitia secundum se. Cap. II.

1 Iustitiæ diffinitio cum eius expositione.

PRima propositio. Iustitia recte definitur quod sit perpetua, & constans voluntas ius suum cuique tribuens, modo infra explicato. sic habetur in l. iustitia ff. de iust. & iu. & Inst. eod. in prin. ex Amb. lib. 1. off. c. 24. Aug. lib. de lib. arb. c. 13. lib. de quant. animæ. c. 9. lib. 8. de Tr. c. 6.

Ratio, nam cum omnis virtus sit habitus, quod est principium boni actus, oportet quod virtus diffiniatur per actũ bonum, qui est circa ea quæ ad alterum sunt, vt circa propriam materiam virtutis, iustitia vero proprie circa ea est quæ ad alterum sunt, vt circa propriam materiam art. sequenti, ideo actus iustitiæ per comparationem ad propriam materiam virtutis, & obiectum tangitur cum dicitur ius suum vnicuiq; tribuẽs, quia dicitur iustus quia ius custodit, vt vero actus sit virtuosus, oportet quod sit voluntarius & firmus, nam ad virtutis actum requiritur primo, quod quis operetur sciens, secundo, quod eligens, & ob debitum finem, tertio, quod immobiliter operetur 2. eth. quorum primus includitur in secundo, nam actum per ignorantiam est inuoluntarium 3. eth. c. 4. ideo in diffinitione ponitur primo voluntas, vt ostẽdatur quod actus iustitiæ debet esse voluntarius, additur de constantia ad designandum firmitatem actus, ideo prædicta diffinitio est completa, nisi quod actus ponitur pro habitu: in forma vero sic reduci potest diffinitio, iustitia est habitus secundum quem aliquis constanti & perpetua voluntate ius suum vnicuique tribuit.

Aduertendum pro intelligentia ꝙ in quolibet actu virtutum tria requirũtur 2. eth. c. 4. primo, vt quis sciens operetur, secundo, ꝙ eligens & propter finẽ, tertio, firmiter & immobiliter, vt per priores conditiones excludatur, ignorantia, & violentia, quæ tollunt voluntarium, vnde in diffinitione dicitur voluntas, id est actus voluntarius, per tertium includitur firmitas bene operandi, vt homo in illo actu non vacillet, & ibi immobiliter se habeat, quod explicatur, dum dicitur, perpetua. Vel iustitia, vt hic exponit D. Thom. est habitus inclinans cum constantia, & firmitate ad volendum cuique ius suum, ꝙ licet pertineat ad iudicem tribuere scilicet cuique quod sibi debetur, id tamen etiam ad quemlibet spectat opera iustitia exequendo.

Aliæ diffinitiones iustitiæ habentur supra in principio, vt apud Cic. 2. offic. c. de iustitia, quod sit habitus animæ communi vtilitati prospiciens.

Secunda propositio. Iustitia est ad alterum proprie, ad se autem metaphorice, probatur ex Cic. li. 1. de off. c. de Iustitia, & Arist. 5. Eth. c. 11. 2 Iustitia est ad alterũ, & an ad se.

Ratio, nam cum nomẽ iustitiæ æqualitatẽ dicat, ex sua ratione habet quod sit ad alterum, quia nil est sibi æquale, sed alteri, & quia ad iustitiam pertinet actus humanos rectificare, artic. præc. oportet quod æqualitas ista quam requirit iustitia sit diuersorum agere potentium, actiones vero sunt suppositorum & totorum, non autem proprie partium, & formarum, vel potentiarũ, quia non proprie dicitur manus percutere, sed homo per manum, nec proprie calor calefacit, sed ignis per calorem, sed similitudinarie hæc dicuntur, iustitia ergo proprie requirit diuersitatem suppositorum, & sic non est nisi vnius ad aliũ; per similitudinem vero accipiuntur in vno & eodem homine diuersa principia actionum,

actionum, quasi diuersa agentia, vt ratio, & irascibilis, ideo in vno homine dicitur esse iustitia secundum quod ratio imperat irascibili, & concupiscibili, & secundum quod hæc obediunt rationi, & vniuersaliter secundum quod cuicunque parti hominis tribuitur quod ei cõuenit, & huiusmodi iustitia ad se dicitur per metaphoram esse secundum philosophum. 5. Eth. c. vlt.

3 Iustitia est virtus. Tertia propositio. Iustitia est virtus, probatur ex Greg. lib. 2. Mor. c. 36. & ex alijs initio citatis.

Ratio, nam virtus humana est quæ reddit bonum actum humanum, & ipsum hominem bonum qui id facit quod conuenit iustitiæ, quia actus hominis ex hoc redditur bonus, quod attingit regulam rationis, secundum quam humani actus rectificantur, vnde cum iustitia actiones humanas, rectificet, patet quod opus hominis bonum reddit, vnde ex iustitia viri boni maxime dicuntur secundum Tull. in lib. de off. c. de iust.

4 Iustitia est in volũtate, vt in subiecto. Quarta propositio. Iustitia est in voluntate, vt in subiecto, probatur ex Aug. dial. de Trin. cap. 13. Arist. 5. Eth. cap. 1. & habetur in l. Iustitia. ff. de Iust. & iu.

Ratio, nam illa potentia est subiectũ virtutis ad cuius potentię actum rectificandum virtus ordinatur, iustitia vero non ordinatur ad dirigendum aliquem actum cognoscitiuum, quia iustus quis non dicitur quia recte cognoscat, ideo subiectum iustitię non est intellectus, vel ratio quæ est potentia cognoscitiua, sed quia iusti dicimur, quia recte quid agimus, proximum vero principium actus est vis appetitiua, ideo oportet qd iustitia sit in aliqua vi appetitiua, vt in subiecto, duplex vero est appetitus, scilicet volũtas quæ est in ratione, & sensitiuus consequens apprehensionem sensus qui diuiditur per irascibilem, & concupiscibilem p. p. q. 81. art. 1. reddere vero cuique quod suum est non potest procedere ex appetitu sensitiuo, quia apprehensio sensitiua non se extendit ad hoc quod possit considerare proportionem vnius ad alterum, sed id est proprium rationis, vnde iustitia non est in irascibili, & concupiscibili, vt in subiecto, sed in voluntate. At vero fortitudo & temperantia, sint in voluntate, vel appetitu sensitiuo. Aragon tenet esse in appetitu sensitiuo, Molina vero in voluntate sequutus ocham. d. 10. & 11. licet in appetitu sensitiuo sint quidam habitus quibus homo recte disponitur, vt obediat rationi, qui tamen non merentur nomen virtutis, cum omnis virtus ad voluntatem sit referenda, vt & peccatum, & hęc opinio mihi satis applaudet, cum virtus sit habitus electiuus in medio consistens, recte rationi conformis. 2. Eth. c. 2. ergo in illa potentia est constituenda virtus, cuius est proprium electionem facere, huiusmodi est sola voluntas, ergo sola voluntas potest esse subiectum virtutis moralis, & quia in voluntate est actus qui est, volo temperate viuere, & fortiter agere, ergo alibi tamen contra sensũ. — Fortitudo & temperantia an sint in voluntate.

5 Iustitia legalis est virtus generalis, & quo, cum eius expositione. Quinta propositio. Iustitia quæ ordinat hominẽ ad commune bonum, quæ legalis dicitur, est virtus generalis, & omnium virtutum actus ad eam pertinere possunt, probatur 5. Eth. cap. 1. & 2. vbi habetur quod iustitia est communis virtus, quia est principaliter à legislatore, & l. intenta, quę cęteras virtutes ad bonum commune ordinat.

Ratio, nam Iustitia ordinat hominẽ in comparatione ad alium supra art. 2. quod potest esse dupliciter, primo ad alium singulariter consideratum, secundo ad alium in communi secundum qd is qui seruit alicui communitati, seruit omnibus hominibus qui sub illa communitate, continẽtur, & ad vtrunque se potest habere Iustitia secũdum propriã rationem, sed qui sunt sub communitate comparantur ad eam, vt partes ad totum, pars vero id quod est, totius est, vnde & quodlibet bonum partis est ordinabile in bonum totius, & secundum hoc bonum cuiuslibet virtutis, vel ordinãtis hominem ad se vel ad alias personas singulares est referibile ad bonum commune ad quod ordinatur iustitia, & secundum hoc actus omnium virtutum ad iustitiam possunt pertinere secũdum quod ordinant hominem ad bonũ commune, & quo ad hoc iustitia dicitur vir-

tus

tus generalis, & quia ad legē pertinet ordinari in bonum commune. 1. 2. q. 40. ar. 2. ideo prædicta iustitia generalis dicitur legalis quia scilicet per eam homo cōcordat. l. ordināti actus omnium virtutum ad bonum commune.

Aduertēdum pro intelligentia, quod institia est illa quæ respicit alterum, & reddit ęquale, & habet rationem debiti, vt supra est dictum, quæ diuiditur in generalem, quatenus trahit ad seipsam omnes alias virtutes, cum aliæ virtutes morales sint mistæ cum aliqua imperfectione, vt prudentia, scilicet secularis, cum malitia, fortitudo cum ira, temperantia cum impatientia, ob motus pugnantes appetitus sensitiui, vbi autem iustitia ibi est concordia aliarum virtutum. vt inquit Amb. in Exam. & generalis dicitur, quia dirigitur ad bonum à l. intentum, quod est vt ciues sint temperati, fortes, prudentes veraces, vt bonum Reipublicæ conseruetur, quod in quadam æqualitate viuant, vt à l. est statutum, vt iudices prudentes sint fortes, & & fideles, iuuentutis custodes temperati & pudici, quæ iustitia debet esse in principe principaliter & vt in radice, in alijs ministerialiter & executiue, & est necessaria in omni Republica, homo enim potest considerari, & secūdum se, & vt est pars communitatis politicę, vnde sicut ad seipsum ponuntur habitus eum perficientes, ita & in ordine ad bonum politicum, cum vbi adest difficultas specialis, ibi adsit, & virtus specialis 2. eth. sed specialis difficultas est bene se habere ad bonum commune, cum communia minus curentur quàm propria. 2. ethic. ergo vt bene in his homo se habeat eget iustitia generali quæ eum dirigat ad bene se habendum ad bonum commune. Quæ quidem iustitia generalis non habet ita perfectam rationem iustitiæ, vt particularis, quia ibi non reperitur tā pfecta ratio debiti, nec ęqualitatis, nec ordo ad alterum, licet vbi cōcurrit bonum particulare, & reipublicę sit præponendum bonum communitatis, cęteris paribus, in ratione tamen virtutis est præclarior iustitia generalis q̄ particularis quia præstat bonum vsum, & facultatem bene agendi in virtutibus moralibus. Est etiā in hac iustitia generali, vera & propria ratio iustitiæ, quia ibi est perfecta ratio debiti, & ęqualitatis secundum proportionem, & adsunt duo extrema. Et hæc iustitia legalis diuiditur in epicheiam, idest æquitatem, & iustitiam legalem strictè acceptam, vt d. Arist. lib. 1. c. 2. magn. mor. & lib. 1. Rhet. c. 3. & 13. qua ęqtate iudex omissis verbis. l. attendit intentionem legislatoris in ordine ad bonum commune. de quo tr. de ęquitate. Quæ iustitia legalis licet in principe sit vt in radice, est tamen eiusdem speciei cum illa quæ est in subditis, quia obiectum vtriusque est bonum commune.

Sexta propositio. Iustitia secundum, q̄ est generalis, non est idem per essentiam cum omni virtute, nisi accipiatur pro virtute ab ea imperata, probatur 5. Eth. c. 1. & 3. polit. c. 3. 6 Iustitia generalis an sit idē essētialiter cū omni virtute, cū eius expositione.

Ratio, nam generale quid dicitur, vel per pręadicationem, vt animal dicitur de homine, ęquo &c. & sic generale est idē cum ijs ad quæ est generale, quia genus pertinet ad essentiam speciei, & cadit in diffinitione eius, secundo, quid dicitur generale, secundum virtutem, vt causa vniuersalis, est generalis ad omnes suos effectus, vt sol ad omnia corpora, quæ illuminat, vel illuminantur per virtutem eius, & sic non est idem necessario cū ijs ad quę est generale, quia non est, eadem essentia causæ & effectus, & hoc modo Iustitia dicitur virtus generalis, scilicet legalis prout ordinat actus omnium virtutum ad finem suum, quod est mouere per imperium omnes alias virtutes, quia vt charitas potest dici virtutis generalis prout ordinat actus omnium virtutum ad bonum diuinum, sic iustitia legalis vt ordinat actus omniū virtutum ad bonum cōmune, & vt charitas quæ respicit bonum diuinum, vt principale obiectum est virtus specialis, sic iustitia legalis, quæ respicit bonum commune, & est in principe vt architectonice, in subditis, secundarie, & vt administratiue, & q̄libet virtus potest dici iustitia legalis prout ordinatur ad bonū commune, à prædicta legali speciali in

essen-

essentia & generali in virtute, & hoc modo iustitia legalis est idem in essentia cum omni virtute differt vero in ratione.

Aduertendum pro clariori intelligentia, quod iustitia est virtus ordinans ad alterum; alterum vero dicitur propriè quod supposito & persona ab altero est distinctum, quod item est duplex, vel singularis persona, vel aliqua communitas; secundo, dicitur alterum impropriè & metaphorice, vt id quod diuiditur ab altero non persona, sed potentia vel ratione, quo pacto animus dicitur alter à corpore, & anima rationalis à parte sensitiua, secundo, aduertēdum, quod iustitia potest accipi impropriè & metaphorice pro qualibet virtute faciente ęqualitatem inter diuersas partes eiusdem hominis, secundo, pro virtute quæ ordinat hominem ad alterum, & si est communitas dicitur iustitia legalis, si persona particularis, iustitia specialis. His ita statutis.

Dicitur primo, quod iustitia metaphorice sumpta, est quædam generalis ratio in essentijs omnium virtutum inclusa, nec est particularis virtus ab ijs distincta, quia ad quamlibet virtutem pertinet commensurare proprias operationes ad id bonum quod est proprium vel alienum iuxta cuiusque virtutem, & sic intelliguntur qui vniuersas virtutes iustitiam dicunt, secundo, dicitur quod iustitia quæ ordinat vnum hominem ad alium in emptionibus &c. quæ est iustitia particularis, est virtus moralis specialis ab alijs virtutibus distincta, tertio dicitur, quod illa iustitia quæ ordinat hominem ad bonum commune per legum obseruantiam, est specialis virtus distincta ab alijs secundum suam essentiam, quia eius obiectum distinguitur specie ab obiecto aliarum virtutum moralium, quia aliæ ordināt hominem ad seipsum, hęc hominem ad bonum commune, quarto dicitur quod omnis virtus moralis quatenus imperatur à iustitia legali, tam secundum actum quàm habitum dicitur iustitia legalis, ob quod iustitia legalis dicitur generalis virtus, quia actus earum ex parte principij habent ortum à iustitia legali à qua imperantur, vt d. Aragon hic.

Septima propositio. Est aliqua iustitia particularis præter iustitiam generalē, quæ ordinat vnum hominem ad alterum, probatur ex Chrisost. hom. 25. in Matth. & auaritiæ est contraria, vt ibi. d & iniustitiæ. 7 Iustitia aliqua est particularis pręter generalē.

Ratio, nam iustitia legalis non est essentialiter omnis virtus, sed oportet q̄d vltra iustitiam legalē quę ordinat immediate hominem ad bonum commune esse alias virtutes, quę immediate hominem ordinent circa particularia bona quæ possunt esse, vel ad se, vel ad aliam singularem personam, vt temperantiam fortitudinem, ita etiam pręter iustitiam legalem oportet esse particularem iustitiam quæ ordinat hominem circa ea quę sunt ad alteram singularem personam.

Octaua propositio. Iustitia particularis habet materiam specialem, probatur 5. Eth. c. 5. 8 Iustitia particularis habet materiā specialē.

Ratio, nam omnia quæ possunt rectificari per rationem sunt materia virtutis moralis quæ diffinitur per rationem rectam, 5. eth. c. 2. & 6. possunt vero per rationem rectificari, & interiores animę passiones, & exteriores passiones, & res exteriores quæ in vsum hominis veniūt, sed tamen per exteriores actiones, & per exteriores res, quibus sibi homines communicare possunt attenditur ordinatio vnius hominis ad alterum, secundum vero interiores passiones attēditur rectificatio hominis in seipso; ideo cum iustitia ordinetur ad alterum; non est circa materiam totam virtutis moralis, sed solum circa exteriores actiones, & res, secundum quandam rationem obiecti specialem, prout scilicet secundū eas vnus homo ordinatur alteri.

Nona propositio. Iustitia est circa operationes non passiones, probatur ex philosopho. 5. eth. c. 1. 9 Iustitia est circa operationes nō passiones, cū eius explicatione.

Ratio primo, ex subiecto ipso iustitię, quod est voluntas, cuius motus, vel actus non sunt passiones supra artic. 1. 2. sed solum motus appetitus sensitiui dicūtur passiones, ideo iustitia non est circa passiones, vt temperantia, & fortitudo

do quæ sunt irascibilis, & concupiscibilis circa passiones, secundo, ex parte materiæ, nam iustitia est circa ea quę sunt ad alterum, non autem per passiones interiores immediate ad alterum ordinamur, ideo iustitia nõ est circa passiones.

Pro intelligentia aduertendum, quod passiones appetitus sensitiui possunt considerari prout oriuntur ex actibus virtutum moralium, vt gaudium, & sic iustitia versatur circa passiones, vt circa proprium effectum, quia omnis virtus dum operatur ex sua natura excitat quandã delectationẽ circa proprium obiectũ, & tristitiam si impeditur ne faciliter feratur in suum obiectum. 2. eth. c. 3. Alio modo considerantur passiones, vt materia circa quam virtutes versantur, adnitendone insurgant contra rationem, secundo, aduertendũ, ꝙ virtutes morales dicuntur connexæ, quia sibi mutuo auxiliantur, iustitia enim qua cuiq; ius suum redditur iuuatur quandoq; à prudentia, quæ tollit errorem, & ignorantiam, quandoque à fortitudine temperantia, & mansuetudine, quæ auferunt iram, auaritiam, & timorem, quibus quandoque iustitia impeditur à suo officio, tertio, aduertẽdum quod quęlibet virtus habet tollere impedimenta quæ sunt sibi intrinsece contraria, quæ scilicet turbãt eius operationem, & electionem circa proprium obiectum, impedimenta vero extrinseca tolluntur per virtutes auxiliares, vt iustitia habet auferre impedimenta quæ sunt ad alterum, auxiliares, iram, odium, timorem, quibus iustitia impeditur à suis actibus.

His positis, dicitur, quod iustitia respicit operationes, vt propriam materiã non autem passiones, passiones vero tollit per virtutes sibi auxiliares. 5. eth. c. 1. 2. quia medium iustitię constituitur inter plus & minus sibi ad alterum, medium statuendo inter vtrumque, mediũ vero aliarum virtutum in constituendo medium rationis sibi, operando vt ratio dictat, ergo.

10 Decima propositio. Medium iustitię est medium rei, medium aliarum virtutum est medium rationis, probatur 2. eth. c. 6. & 5. c. 3. 4.

Iustitię mediũ est medium

Ratio, nã alię virtutes morales principaliter consistunt circa passiones, quarum rectificatio non attenditur nisi secundum comparationem ad ipsum hominem, cuius sunt passiones, secundum scilicet quod irascitur, & concupiscit vt debet secundum diuersas circumstãtias 1. 2. q. 59. ar. 4. & ar. præc. Ideo mediũ huiusmodi virtutum non attenditur secundum proportionem vnius rei ad alterã, sed solum secundum comparationem ad ipsum virtuosum. Ideo in ipsis est medium solum secundũ rationem quo ad nos, sed materia iustitiæ est exterior operatio, secũdum quod ipsa vel res cuius est vsus debitam proportionem habet ad aliam personam, ideo medium iustitię consistit in quadam proportionis ęqualitate rei exterioris ad personam exteriorem, equale vero realiter est medium inter maius, & minus 10. metaph. t. 18. 19. 20. vnde iustitia est medium rei.

rei, & qũo & vt differat mediũ rei à medio rõnis.

Pro intelligentia aduertendum, quod medium rei consistit in ęqualitate rerũ inter duas personas distinctas, medium rationis est quod constituit ratio attenta natura & qualitate operantis, mediũ pręterea rei sumitur secundum equẽ distantiam ab extremis, vt si extrema sint duo, & decem, medium erit sex. Medium vero rationis sumitur in ordine ad nos, quod scilicet respectu sui non excedit nec deficit, 2. eth. c. 6.

Pręterea medium rei idem est apud omnes, non autem medium rationis, quia comedere ouem erit medium giganti, cum non sit plus vel minus debito, respectu tamen hominis pusilli, nõ erit medium, sed excessus, vnde oportet quod medium rationis sit debite commensuratum secundum exigentiam omnium circumstantiarum nostrę dispositionis, & quod hanc commensurationem excedit, vel ab eo deficit, dicitur extremum. Vnde in iustitia dicitur requiri medium rei non rationis, non ꝙ ratio non approbet illud medium iustitię cum imo ratio doceat ęqualitatem in omnibus rebus seruandam, sed dicitur medium rei, quia est constitutum in rebus nec diffinitur à ratione, licet appro-

probetur ab illa, & ex hoc in iustitia dicitur etiam esse medium rationis, non autem in eo est medium rationis prout ratio illud mensurat & terminat in seipsa, cum iustitia intrinsece sit ad alterũ, & terminus actionis iustitiæ, & medij ipsius non sit ratio agentis & operantis, sed ille alter cum quo quis negotiatur, & agit.

11 Iustitiæ actus est reddere vnicuique, quod suũ est.

Vndecima propositio. Actus iustitiæ est reddere vnicuique quod suum est, probatur ex Amb. li.1.off. c.23.24.

Ratio, nam materia iustitię, est operatio exterior, secundum quod ipsa vel res qua per eam vtimur, proportionatur alteri personæ ad quam per Iustitiã ordinamur, id vero dicitur esse suũ cuiusq̃ personę quod ei secũdum proportionis ęqualitatem debetur, ideo proprius actus iustitię est reddere vnicuique quod suum est. Et prædicta procedunt tam in iustitia legali quàm particulari, quia ad quamlibet spectat constituere equale debitum inter homines.

12 Iustitia p̃eminet alijs virtutib. moralibus.

Duodecima propositio. Iustitia tam legalis quàm particularis p̃eminet cęteris virtutibus moralibus, de prima, probatur, quia respicit bonum commune q́ est præstantius bono particulari vnde 5.eth. c. 1. dicitur quod est præstantior hespero, & lucifero, aliæ vero respiciunt bonum particulare, & etiam particularis quia est in voluntate, vt in subiecto, quod de alijs non ita constat cum ab omnibus fere ponantur esse in appetitu sensitiuo, & nobilius subiectum sit voluntas, quàm appetitus sensitiuus.

Ratio primi, nam prædicta Iustitia pręcedit virtutes morales quatenus bonum commune præponitur singulari bono vnius personæ, vnde 5.eth.c.1.dicitur vt hesper, & lucifer respectu virtutum moralium.

Ratio secundi, primo sumitur ex parte subiecti, quia scilicet est in parte nobiliori animæ scilicet appetitu rationali scilicet in uoluntate, alijs virtutibus moralibus existentibus in appetitu sensitiuo, ad quem pertinent passiones, quæ sunt materia aliarum virtutum moralium, secunda sumitur ratio ex parte obiecti, nam aliæ virtutes laudantur solum secundum bonum ipsius virtuosi, iustitia vero laudatur secundum quod virtuosus bene se ad alium habet, & ita iustitia est velut bonum alterius 5. Eth. c.1. vnde illę virtutes sunt maximę, quę sunt alijs honestissimę, nam virtus est potentia benefactiua, ideo fortes, & iusti maxime honorantur, quia fortitudo est vtilis in bello, iustitia vero in bello, & in pace, primo Reth. c.9.

Notandum pro intelligentia non q̃ri hic an iustitia habeat aliquid in se excellens quod non insit alijs virtutib. sic enim quælibet virtus habet aliquid pręcipuum in quo cęteris pręeminet, quantum ad aliquid, vt de sanctis etiam ecclesia ponit aliquid excellens in vno quo ad aliquid, quod non ita inuenitur in alio, sed quęritur an simpliciter pręemineat virtutibus moralibus, quia non comparat eam cum Theologicis, quæ sunt excellentiores virtutib. moralibus, nec cum virtutibus intellectualibus, vel prudentia quæ sunt præstantiores virtutibus moralibus acquisitis, cum beatitudo ab Arist. 10.eth. c.6.7.10 constituatur in operationibus virtutum intellectualium, non solum quia sint de nobiliori obiecto, & meliori, & in nobiliori potentia, sed quia sunt magis diuturnæ & necessarię, & in quibus homo accipit maiorem suauitatem, modo non adsit peccatum ex circumstantijs.

His ita constitutis. Dicitur quod iustitia legalis est præstantissima inter virtutes morales in appetitu existentes. 5. eth.ca.1. quia iustitia prædicta continet omnem virtutem, excipitur tamen religio quæ excedit iustitiam legalem, vt habetur infra tr. de Religione, secundo, dicitur quod etiam iustitia particularis quæ diuiditur in commutatiuam, & distributiuam est præstantissima inter virtutes morales in appetitu sensitiuo existentes. 5. ethic. in principio, quia residet in voluntate, aliæ, vt omnes fere volunt, in appetitu sensitiuo, præterea virtus versatur circa difficile, at difficilius est bene se habere circa obiectũ iustitiæ quæ versatur circa bonum alienum, ad quod natura non inclinatur, quàm circa obiectum aliarum virtutum mo-

moralium, quę versantur circa conseruationem boni proprij ad quod natura magis inclinat.

SVMMARIVM.

De Iniustitia. Cap. III.

1 Iniustitia q̄d sit, & in quo inueniatur. NOtandum, quod Iniustitia generaliter accepta inuenitur in omni peccato, vt & iustitia generalis in omni virtute. 1. Io. 3. est pręterea speciale vitiū prout opponitur iustitiæ, quæ vtroque modo turpe est peccatum, & bono communi inimicum, vt inquit Aug. li. 2. ciu. c. 21. & neminem excusatum reddit, nec q̄d maiori infamia quē

2 Iniustum nūquàm agēdum. notat, cum vitium sit omnino voluntarium, nec, teste Socrate, cuiquàm liceat ob quodcunque lucrum quicquàm iniquum agere, cum omnes terreni Thesauri minimæ animæ virtuti æquari nō possint, & ex iniustitia omnes miseriæ oriantur, adulteria stupra, furta, homicidia, & omnia demum mala, vnde peri-

3 Iniustitiæ mala. cles dux Atheniensium summopere cōmendatur, quod cum eius amici præclara eius opera domi, & in bello facta cōmemorarent, in nullo horum se lętari magis respōdit, q̄ quod nullum iniuria affecerit, nec aliquid iniustum in publica administratione peregerit, nec in causa fuerit quod aliquis ciuis lugubres vestes induerit, quod contra euenit ijs qui iniustitiam secuti sunt, vnde Philippus Primus Macedonum Rex à pausania priuato ciue occisus est, quod sibi iustitiam aduersus Antipatrum qui eum offenderat denegarit, & Demetrius cum multas querelas scripto notatas à diuersis accepisset, omnes e ponte in flumen deiecit, quo facto ita aduersus se subditorum odium concitauit, vt omnis exercitus eū dereliquerit, & ob id à Pirrho fuerit superatus. His ita not.

4 Iniustitia an sit vitium gn̄ale, vel speciale. Prima sit propositio. Iniustitia illegalis quæ opponitur iustitię legali, secundum essentiā est speciale vitium, quatenus respicit speciale obiectum, scilicet bonum commune quod contemnit, sed quo ad intentionem est vitium generale, quia per contemptum boni communis homo potest ad omnia vitia deduci, probatur 6. eth. c. 1.

Ratio, nam iniustitia est duplex, illegalis quæ opponitur legali iustitiæ, & hæc secundum essentiam est speciale vitium quatenus respicit speciale obiectū, scilicet commune bonum, quod contemnit, sed quo ad intentionem est vitium generale, quia per contemptum boni communis homo potest ad omnia peccata deduci, vt etiam omnia vitia quatenus repugnāt bono communi iniustitiæ habent rationem, quasi ab iniustitia deriuata, vt supra etiam de iustitia est dictum, secundo, dicitur iniustitia secundum inęqualitatem quandam ad alterum, prout scilicet homo vult plus habere de bonis, vt diuitijs & honoribus & minus de malis, vt damnis & laboribus, & sic iniustitia habet materiam particularem, & est particulare vitium particulari iustitiæ oppositum. Ex his colligitur quod omne peccatū mortale materialiter est iniquitas & iniustitia illegalis, probatur 5. Eth. cap. 1. vbi Aristot. quamcunque legis transgressionem vocat iniquitatem, & transgressorem iniquum, & 1. Io. 3. omnis qui facit peccatum iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. cum trāsgrediatur aliquam. l. & peccatum sit trangressio. l. Dei, vt inquit Aug. con. Fau. si quis tamen peccat ex ignorantia, non dicitur formaliter peccare contra iustitiam legalem, quod

pro-

procedit quando ignorantia tollit rationem voluntarij, si enim relinquat, est formaliter contra iustitiam legalem, quia satis est vt sit voluntarium, & imputatiue volitum, vt d. hic Molina. trac. 2. de Iust. disp. 9. & eo magis si ex passione, vel imbecillitate quis peccet, cum ibi sit maior ratio voluntarij, nisi passio sit ita vehemens, vt tollat vsum rationis.

5 Iniustus non semp. dr̃ qui facit iniustũ apud Arist. secus apud Christianos, & quomõ.

Secunda propositio. Non omnis qui facit iniustum semper dicitur iniustus, sed tantum cum ex habitu, & electione id agit, probatur 5. ethic. capit. 58. apud Aristot. apud Christianos tamen is dicitur iniustus, qui ex ira, amore metu peccat, vel ignorantia vincibili, secus si ex ignorantia inuincibili, vel vi.

Ratio, nam vt obiectum iustitiæ est æquale in rebus externis, sic iniustitiæ inæquale, prout alicui tribuitur plus, vel minus quam ei competat, ad hoc vero obiectum comparatur habitus iniustitiæ mediante proprio actu quidicitur iustificatio, potest ergo contingere, quod qui facit iniustum nõ sit iniustus, dupliciter, primo, ob defectũ comparationis operationis ad propriũ obiectum quæ recipit speciem ab obiecto per se, & non ab obiecto per accidens, in ijs vero quæ sunt ob finem, per se dicitur quod est intentum, per accidens, quod est præter intentionem, ideo qui facit iniustum præter intentionem, vt ignoranter, facit iniustum non per se, sed per accidens, quasi materialiter faciens iniustum, & non formaliter. Vnde huiusmodi operatio non dicitur iniustificatio. Alio modo potest contingere ob defectum operationis ad habitum, quia iniustificatio potest procedere, ex ira vel concupiscentia, quandoque ex electione, quando id placet per se, & tunc proprie procedit ab habitu, quia habenti habitum est secundum se acceptum quod conuenit illi habitui, facere ergo iniustum ex intentione, & electione est proprium iniustitiæ, secundum quod iniustus dicitur qui habet iniustitiæ habitum, præter intentionem, vel ex passione vero potest facere quis iniustum sine habitu iniustitiæ.

Notandum, q apud Arist. sicut non dicitur studiosus, vel bonus nisi qui ex habitu operatur, ita nõ dicitur vitiosus nisi qui ex habitu, & electione agit iniustum, & intendit id facere, alias si ex ira vel alia passione id agat, non dicitur vitiosus, quia habitum vitij non contraxit, apud nos tamen secus est dicendum quod sit iniustus & vitiosus, qui iniustum agit etiam absque habitu acquisito, modo non tollatur ratio voluntarij, vt d. hic Molina. disput. decima.

Tertia propositio. Nullus nisi volens saltem imputatiuè, efficere potest iniustum formaliter, id est iniuriam, nullus item nisi volens saltem nolleitate, vel inuoluntario mixto, potest pati iniustum formaliter, vel iniuriam. 6 Iniustum quis dicatur agere ꝓprie, & quis pati.

Ratio, nam actio de sui ratione procedit ab agente, passio ab alio, vnde idẽ secundum idem non potest esse agens, & patiens, tertio, & octauo Phisic. text. 40. principium vero proprium agendi, in hominibus est voluntas, ideo id per se, & proprie homo facit quod volens facit, econuerso id homo proprie patitur quod præter voluntatem patitur, quia quatenus est volens principium est ex seipso, ideo vt huiusmodi est magis agens quam patiens iniustum, ergo per se & formaliter nullus potest facere nisi volens, nec pati nisi nolens, per accidens vero, & quasi materialiter potest quis iniustum facere nolẽs, vt cum quis præter intentionem operatur, & pati volens, vt cum quis alteri plus dat sua voluntate quàm debeat.

Notandum pro intelligentia, quod pati iniustum sumitur tum materialiter sine iniuria inferentis, tum formaliter cũ iniustitia inferentis, & renitentia patientis; pati vero iniustũ non solet sumi nisi formaliter, s. iniustitia interueniente ex parte inferentis, & renitentia ex parte patientis qui nollet id pati. Quod vero nullus nisi volens possit iniustum efficere formaliter patet, quia facere iniustitiã formaliter est committere peccatum, nullus vero committit peccatum nisi volens illud committe-

re, saltem imputatiue, quatenus potuit illud vitare, cum peccatum non sit nisi voluntarium sit. Quod etiam nullus nisi volens patiatur iniustum formaliter, probatur, quia quilibet, quo ad se, potest cedere iuri suo, vnde volenti non fit iniuria, nisi inde fiat iniuria alijs, vt si quis seipsum occidat, iniurius est reipublicæ cuius pars est in cuius detrimentum mors eius est, cui iuri is cedere non potest 5. Ethic. capitulo vndecimo, vnde is peccat mortaliter contra charitatem, & iustitiam, nec etiam Respublica potest pro libito subditos occidere, licet possit, vbi bonum Reipublicæ versatur, eos mortis periculo obijcere, vt d. Dom. Sot. libro 3. de Iust. quæstione tertia articulo tertio. Dicitur porro in propositione, nolleitate vel inuoluntario mixto, quia satis est nolleitas, vt quis pati dicatur iniustum, quando alius infert iniuriam efficiendo quod ex se iniustum est, vt qui vsuras soluit, licet voluntarie eas soluat, dicitur tamen pati iniuriam, eo quod nollet eas soluere, si alius gratis vellet mutuare, & ideo inuoluntarie mixte eas soluit, quod satis est, vt quis dicatur pati iniuriam quando alius infert quod de se iniustum est, vt & qui dat pecuniam latronibus ne ei mortem inferant, & ideo is qui patitur iniuriam, dicitur eam pati, quia supponitur eam inferri iniuste, & quod inuoluntarie mixte saltem quis eam patiatur, potest tamen fieri, vt quis ex se iniuriam inferat, & peccet, nullo eam proprie patiente, vt si quis sciens vendat vltra iustum pretium dolo, & qui emit sciens & prudens id agat animo donandi illum excessum, is dicitur qui vendit ex se iniuriam agere, nullus tamen eam patitur. Vel vt bene dicit Aragon hic, aliqua sunt bona, quorum dominus est absolute possidens, vt bona propria temporalia, iuste quæsita, alia quorum homo non est dominus absolute, sed tutor & custos, vt corpus, & membra propria, integritas filiarum, & pudicitia vxoris, &c.

7 Iniustitia vel iniuria an fiat volenti.

In bonis primi generis non fit iniuria volenti, & consentienti, modo ibi non sit inuoluntarium mixtum, nec iniustitia, nisi voluntas sit per vim, & iniuriam extorta. 5. Ethic. capitulo nono, in bonis secundi generis irrogatur iniuria etiam volenti, vt in vita & membris, & honore filiæ &c. fit iniuria etiam volenti absque tamen obligatione restituendi, vt d. hic Aragon.

Quarta propositio. Quicunque facit iniustum peccat mortaliter, si perfecta est iniustitia, & damnum infert. 8 Iniustitia est peccatum mortale ex genere, & quando non.

Ratio, nam peccatum mortale est quod contrariatur charitati quæ est animæ vita 1. 2. quæstione 72. articulo quinto, sed omne damnum alteri illatum, per se repugnat charitati, quæ mouet ad volendum bonum alterius, ideo cum iniustitia semper tendat in nocumentum alterius, patet quod facere iniustum ex genere suo est peccatum mortale.

Fieri tamen potest, vt paruitas iniuriæ non sit mortale, vt si pueri inter se rixantur, & pugno se feriunt, vel fratres iniurijs se lacescunt regulariter; contrarium tamen quandoq; in his esse potest, vt nec est mortale vnum pomum ex viridario alicuius furari, etiam si id sit contra voluntatem domini sordidi, vt d. Gaiet. 2. 2. quæstione 66. articulo sexto, nisi sciatur ob id hominem illum prouocandum ad blasphemiam, vel iram mortalem, quia sic esset mortale, vt d. Aragon hic.

SVMMARIVM.

1 Iudicium quot modis sumatur, & vt hic.
2 Iudicium est actus iustitiæ, & prudentiæ.
3 Iudicare licitum est.
4 Iudicare an quandoque peccatum sit.
5 Iudicans existens in peccato an pecce.
6 Iudicium ex suspitione procedens, vel temerarium illicitum est, & quandoque veniale quandoque mortale est.
7 Dubium quod dicatur, & suspitio, & an sint peccata.

8 Du-

8 Dubia in meliorem partem sunt interpretanda.
9 Dubia quæ sint, & vt interpretanda.
10 Iudicandum est secundum leges si iustæ sunt, sed deficiente casu legis ad æquitatem est recurrendum.
11 Legis iustum naturali iure, vel hominum constat.
12 Iudicari an semper debeat secundum leges.
13 Iudicium vsurpatum peruersum redditur, & quod sit tale.

De Iudicio. Cap. IIII.

1 Iudicium quot modis sumatur, & vt hic.

NOtandum, quod iudicium multimode sumitur quandoque pro lege Dei. Ps. 118. iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ, quandoq; pro causa delata ad iudicem. Psal. 118. Iudica iudicium meum, & redime me, quandoque pro effectibus Dei, quorum causa ignoratur. Ps. 35. iudicia tua abissus multa, quandoq; pro punitione. Ex. 6. Marci. 12. quandoq; pro actu iudicandi. Is. 1. Io. 5. & sic accipitur hic, cum iudicare sit actus iustitiæ, vnde 5. Eth. c. 4. iudex dicitur iustum animatum, quia iustitia per se mortua est, nisi executioni mandetur, vnde & Plato lib. 6. de legibus, ciuitatem re vera ciuitatem esse dixit si iudicia recto ordine fuerint constituta, cum magistratus administri sint legis, & iura suum cuiq; tribuant. l. 2. §. post originē. de orig. iu. & iniurias prohibent. l. illicitas. §. nec potētiores. ff. de off. præs. & comprobat Cic. in orat. pro Quinto Roscio, & Plato in Sophista. His ita not.

2 Iudicium est actus iustitiæ, & prudētiæ.

Prima sit propositio. Iudicium est actus iustitiæ, & etiam prudentiæ, probatur. Ps. 93. quo ad vsque iustitia conuertatur in iudicium.

Ratio, nam iudicium proprie importat actum iudicis, vt iudex est, qui dicitur quasi ius dicens, ius vero est obiectum iustitiæ, supra quæstione 57. ideo iudicium importat secundum primam nominis impositionem determinationem, vel diffinitionem iusti vel iuris, quod vero quis bene diffiniat aliquid in operibus virtuosis proprie procedit ex habitu virtutis, vt castus recte determinat ea quæ pertinent ad castitatem, ideo iudicium quod importat rectam determinationem eius quod est iustum, proprie pertinet ad Iustitiam, vnde ad iudicem confugitur, vt ad iustitiam, quandam animatam. 5. Eth. c. 4. Principaliter tamen actus iudicij elicitur à iustitia, cum iudex legitime procedens constituat æquale inter partes; in ordine ad alterū, vnde elicitur à iustitia quæ est ad alterū.

3 Iudicare licitū est.

Secunda propositio. Iudicare licitum est, probatur. Deut. 16. iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iusto iudicio.

Ratio, nam eatenus licet iudicare, quatenus est actus iustitiæ id, art. præc. sed vt iudicium sit actus iustitiæ, vt ibi, tria requiruntur, primò, vt procedat ex inclinatione iustitiæ, secundo, quod procedat ex authoritate præsidentis, tertio, quod proferatur secundum rectam rationem prudentiæ, & si quod horum desit, erit iudicium vitiosum, & illicitum, primo quando est contra rectitudinem iustitiæ, & sic dicitur iudicium peruersum, vel iniustum, secundo, quando homo iudicat in ijs in quibus nō habet authoritatem, & sic dicitur iudicium vsurpatum, tertio, quando deest certitudo rationis, vt cum quis iudicat de ijs, quæ sunt dubia, vel occulta, ob aliquas leues coniecturas, & sic dicitur iudicium suspitiosum & temerarium.

4 Iudicare an qñque pctm̄ sit.

Aduertendum autem, quod ad iudicium vt sit studiorum & iuxta iustitiam, tria requiruntur, quod procedat ex intētione, & inclinatione iustitiæ, quæ est, volo vnicuiq; reddere ius suum, secundo quod procedat ex iurisdictione, & authoritate præsidētis & iudicantis, tertio, quod procedat secundum rectam æstimationem prudentiæ, & debitam consultationem, vt supra. Ex his conditionibus si ad iudicium desit secunda, scilicet potestas iudicandi, est peccatum mortale, & nullum redditur iudiciū, & similiter est mortale ex genere si desit tertia conditio, potest tamen esse

veniale ex leuitate materiæ, vt si Iudex omittat aliquos leues terminos iuris, vel in re leui aliquem lędat; si vero desit prima conditio ex genere non est mortale, vt si iubeat suspendi furem qui meretur nõ ex zelo iustitiæ, sed ex inani gloria, quia ille actus suspendendi eũ qui debet, est licitus, & inanis gloria non est mortale, ergo, est tamen peccatum mortale iudicium exercere ex fine mortali, vt ex odio.

5 Quod si iudicans sit in simili peccato mortali, vel maiori, ex se non est mortale, vt d. Sot. lib. 3. de Iust. quæst. 4. art. 2. Silu. iudex. §. 12. cum faciat opus moraliter bonum, si tamen iudex sit in peccato publico, & scandaloso, peccat mortaliter ferendo sententiam etiam iustam maxime in illis peccatis, in quibus ipse tenetur, cũ det materiam scandali, quo ad se, dum vident homines non esse idem iudicium pro maioribus, & minoribus.

Iudicans existẽs in peccato à peccet.

6 Tertia propositio. Iudicium ex suspitione procedens, non est licitum, & quãdoque est veniale, quandoque mortale, probatur ex Chris. hom. 17. in Matth. in opere imperf.

Iudicium ex suspitione procedẽs, vel temerariũ, illicitũ est, & qñq; veniale qñque mortale.

Ratio, nam suspitio importat opinionem mali, quando ex leuibus inditijs procedit, & contingit ex tribus, primo, ex hoc quod aliquis ex se malus est, & ex hoc ipso, vt conscius suæ malitiæ, facile idẽ de alijs opinatur. Eccl. 10. secũdo, prouenit ex hoc quod quis male afficitur ad alterum, cũ enim quis vel odit aliquem, aut irascitur, vel inuidet ei ex leuibus signis opinatur mala de ipso, quia quilibet facile credit quod appetit, tertio modo prouenit ex longa experientia. Vnde senes sunt maxime suspitiosi, quia sepes experti sunt aliorum defectus 2. Ret. cap. 13. primę duæ suspitionis causæ expresse pertinent ad peruersitatem affectus, tertia minuit rationem suspitionis quatenus experiẽtia ad certitudinem proficit quæ est contra rationem suspitionis, ideo suspitio vitium importat, & eius est triplex gradus: primus, vt homo ex leuibus indicijs de bonitate alicuius dubitare incipiat, & id est peccatum veniale, quia pertinet ad tentationem humanam sine qua hæc vita non ducitur, gl. 1 ad Cor. 4. secundus gradus est cum quis ex leuibus indicijs, certo alterius malitiam ęstimat, & si est de aliquo graui, est peccatum mortale quatenus non est sine contemptu proximi, vnde ibi gl. dicit, si suspitiones vitari non possunt, iudicia tamen, & diffinitas sententias vitandas, tertius gradus est cum Iudex ex suspitione procedit ad aliquem condemnandum, & id est directe contra iustitiam, & sic mortale.

Notandum, quod dubium est cum animus manet suspensus, non inclinando magis ad vnam partem quàm aliam in iudicando & assentiendo; suspitio vero est opinio mali ex leuibus indicijs præcedentibus orta, opinio vero dicit assensum vnius partis cum formidine alterius, & differt opinio à suspitione, quod opinio est de re bona, & mala, suspitio vero de malo tantum moraliter, idest peccato, ex leuibus indicijs orta, & dicuntur illa leuia quæ secundum suasionem prudentiæ non sunt sufficientia ad causandam aliquam persuasionẽ, licet indicium possit, esse leue respectu vnius quod erit graue respectu alterius, vt si persona grauis loquatur cum meretrice occulte est indicium leue mali, secus in iuuene lasciuo; suspitio tamen, vt plurimum sumitur pro dubio absque assensu alicuius partis; Iudiciũ vero est cũ quis assentitur animo suspitioni conceptæ, quod est prohibitum si temerarium sit ex leuibus surgens indicijs. Rom. 14. qui non manducat non manducantem non iudicet, 1. Cor. 4. nolite ante tempus iudicare. Vnde quãdo quis incipit temere dubitare de bonitate alterius est peccatum veniale, si vero certo iudicat de malitia alterius, est peccatum mortale si materia de qua iudicat sit grauis, & moueatur ad iudicandum ex leuibus indicijs, & coiecturis, tertius gradus quando iudex ex suspitione procedit ad aliquem iudicandum, quartus gradus quando quis ex leuibus indicijs opinatur malum de proximo cum formidine alterius partis, qui gradus medius est inter primum, & secundum

7 Dubiũ, q dicatur, & suspitio & à pciã.

dum supra relatos. Aduertendum quoque ad causam temere suspicandi, quod quandoque oritur ex malitia suspicantis, vel iudicantis, quandoque ex praua affectione qua ad alios inclinatur, vt odium, inuidia, ex quibus facile de proximo malum suspicatur tertia ex longa experientia malorum, & hæc tertia minuit aliquid de ratione iudicij temerarij; Aduertendũ etiam ꝙ coniecturæ ex quibus quis mouetur ad temere iudicãdum, oportet vt sint leues, si.n. sint sufficientes, iudicium inde ortũ nõ erit temerarium, vt quando malitia per idoneos testes alterius probari potest, in foro tamen interiori non requiruntur hi testes, sat enim sunt inditia euidentia, vt si quis iuuenis in loco secreto cum puella turpiter loquatur nõ erit temerarium male de illis iudicare, & sic vbi inditia sunt vehementia, iudicans male de aliquo excusatur à mortali si sint sufficientia ad ita iudicandum, quæ sic dicuntur quando mouerent probum & prudentem ad sinistre iudicãdum de aliquo, insufficientia vero vbi talis vir sinistre non iudicaret, licet talia inditia sufficiant ad cogitandum male de vno nõ de alio, vnde dubietas super persona de qua non erat dubitandum orta, non est temeraria, iudiciũ tamen sic. Aduertendum item ad id quod quis de aliquo male opinatur, vt censeatur prohibitum sub mortali, esse tantum peccatum mortale, vel ex quo infamia alicui, aut honoris grauis iactura surgit. His ita not. Dicitur quod iudicium de graui malo proximi ex leuibus coniecturis ortum, vnde ei oritur infamia, vel si est peccatum mortale, est peccatum mortale in iudicante. Matth. 7. Rom. 14. D. Thom. hic, vbi Aragon. d. idem esse si quis ex leuibus inditijs sinistre in re graui opinetur, vel dubitet de aliquo, quod ego intelligerem si cõsentiat, alias non, vt nec si in re quæ non multum facit ad famã quis sinistre iudicet de aliquo leuiter, vt quod sit prodigus, auarus male argumentasse &c. alias secus vt sup.

8 Dubia in meliorẽ partẽ sũt interp̃tãda.

Quarta propositio. Dubia sunt in meliorem partem interpretanda, probatur ex glo. Rom. 14. c. 2. de Iu. ex Aug. lib. 2. de sermo. domini in monte. c. 18.

Ratio, nam vt art. prçc. ad 2. ex hoc ipso, quod quis habet malam opinionem de aliquo absq; sufficienti causa, cum contemnit & illi iniuriatur, nullus vero debet alium contemnere, vel ei nocumẽtum inferre, nisi causa cogente, ideo vbi non apparent manifesta inditia de malitia alicuius, debemus eum, vt bonũ habere, interpretando in melius quod dubium est.

Aduertendum pro intelligentia hic sermonem esse de dubio rationabili, ꝙ in vtranque partem habet inditia sufficientia, & motiua ad dubitandum, nam de dubio, quod oritur ex leuibus inditijs dictũ est propositione precedenti, & hoc potest in re grauissima esse peccatum mortale, vt si leuiter dubitet de aliquo quod sit hereticus, vel proditor reipublicę, secundo, aduertendum ꝙ dubia possunt dupliciter interpretari in meliorem partem, negatiue, non interpretãdo in deteriorem partem factum ambiguũ ꝙ quis videt de proximo, nec formando peiorem opinionem de illo quàm ante esset; & positiue, cum quis format nouũ iudiciũ quo de proximo iudicat in ambiguo quod melius est, vt si videt aliquẽ bene comedere, iudicando eum id facere ex necessitate. His stantibus. Dicitur primo dubia in meliorem partem esse interpretanda. Matth. 7. Rom. 14. quod procedit etiam quãdo in ambiguo quis vult exire in actum iudicandi, tenetur .n. dubia in meliorem partem interpræ tari, & habere bonã ęstimationẽ de proximo, quia aliter sine causa sufficiẽti au fert à proximo bonã ęstimationem quã de eo habebat, quod sine iniuria & peccato fieri non potest, positiue vero non tenetur homo sub mortali interp̃tari dubia in meliorem partem, sed potest animum suspendere, vt d. hic Gaiet. vt si videt aliquem multum comedentem, non tenetur positiue iudicare id eum facere ex necessitate, sed potest animum suspendere, si tamen vult deuenire ad iudiciũ tenetur dubium in meliorem partem, vt supra interpretari. Quod si quis à viro graui audit mulierem quandam non seruare fidem viro, si constet sic dicere

9 Dubia q̃ sint, & vt interpræ tanda.

ex odio, vel alia passione, id dubium in meliorem partem est interpretandum, si vero constet id dicere, vt remedium adhibeatur, tunc bene est suspendere animum neutrum iudicando, ne cui fiat iniuria, si tamen homo tunc vult exire in actum iudicandi, debet dubium in meliorem partem interpretari iudicando illam esse honestissimam ex reg. 11. de regul. iur. in 6. quod in dubio sit reo fauendum.

10 Iudicādū est scdm leges, si iustę sunt, sed deficiēte casu l. ad ęquitatē est recurrēdū.

Quinta propositio. Secundum leges semper est iudicandum si iustę sint, sed si emergente casu, deficiant, ad ęquitatē est recurrendum, probatur primum ex Aug. lib. de vera relig. c. 31. d. ꝙ secundū leges est iudicandum, non de eis.

Ratio, nam iudicium est determinatio eius quod iustum est supra articu. 1. quid vero sit iustum dupliciter, primo, ex ipsa natura rei quod dicitur ius naturale, secundo, ex quodam condicto inter homines quod dicitur ius positiuum supra quæstione 57. articul. 2. leges vero scribūtur ad vtriusque iuris declarationem, aliter tamen, & aliter, quia legis scriptura ius naturale continet, sed non instituit, quia non habet robur ex lege sed ex materia, ius vero positiuum scripturam legis continet & instituit, dans ei authoritatis robur, ideo oportet qd. Iudicium fiat secundum legis scripturam, aliter iudicium deficeret vel à iusto naturali, vel à iusto positiuo.

11 Legis iustū naturali iure, vel hoīum constat.

Notandum pro intelligētia quod aliquæ. l. sunt quarum iustum naturali iure constat, vt præcepta decalogi, & quæ ex ijs euidenti consequentia deducuntur, alię quarum iustum ex volūtate hominum est inductum. De primis, quando leges naturalem iustitiam continēt, non licet principi, vel subditis cōtra eas agere, sed semper secundum eas est iudicandum. De secūdis, quo ad ipsum principem secundum vim directiuam debet secundum eas viuere, ab ijs autem cogi non potest, vtrunque probatur in l. digna vox. C. de legibus. Quo vero ad iudicandum secundum leges, potest considerari, vel mens. l. vel eius verba; Et quo ad verba, potest princeps quandoq; contra verba. l. scriptę, prout prima facie vi-

dentur significare, iudicare, & debet, cū 12 Iudicari an semper debeat secundū leges, & quomō.

videt non seruari mentem legislatoris, verbis seruatis, probatur ex l. 29. tit. 3. ff. vet. l. contra legem. ff. de legibus in legem enim peccat qui amplexus verba legis, contra voluntatē eius facit, quando ageretur contra naturalem ęquitatē si verba attenderentur, tunc enim etiam iudex potest contra. l. agere, si id cederet in damnum reipublicę, sic tamen quod principi satis probabilis coniectura sit, ꝙ contra. l. mentē ageretur, & contra bonum reipublicæ, si verba seruarentur, iudici vero debet moraliter id clare liquere, alias non potest recedere à verbis. l. & tunc etiam iudex debet principem consulere, cuius est l. interpretari nisi periculum sit in mora.

Secundò, dicitur quod non solum iudices inferiores, sed etiam princeps tenetur iudicare secundum. l. scriptam quo ad mentem ipsius. l. Quod si quęratur an sententia contra. l. lata obliget in conscientia: Dicitur primo, ꝙ si sentētia est iniusta ex causa, quia ꝙ erat vnius datur alij, in conscientia non obligat, licet feratur secūdū allegata & probata, nec confert ius illi parti in cuius fauorem est pronuntiata, vt d. Gaiet. op. 27. qq. q. 13. Sot. li. 3. de Iust. q. 4. ar. 4. D. Th. 2. 2. q. 70. ar. 4. Abb. in cap. quia plerique de immun. eccl. cum lex continens causam iniustam, non obliget in conscientia.

Secundò, sententia nulla solum ex ordine iuris prętermisso, seruata iustitiæ causa, obligat in conscientia, licet Iudex sic agendo peccet. c. biduum. 2. q. 6. licet ex odio id agat.

Tertiò, si omittitur ordo iuris necessarius ita vt sententia sit nulla, non obligat in conscientia, nec is qui illam obtinuit ea vti potest vt si feratur à notorio excōmunicato c. ad probādū. de re Iud. die feriato, c. fi. de fer. in ecclesia c. decet. de imm. eccl. & alijs casibus de quibus. Abb. in cap. 1. de sent. & re Iud.

Si vero de beneficijs ecclesiasticis agatur, obtinens beneficium per sententiam iniustam latam ex falsis informationibus tenetur illud dimittere. Inno. & Abb. in d. c. quia plerique idem Abb. in cap. 1. de Conc. præb. vel sententia sit de-

declaratiuæ vel priuatiua, per fraudem & iniustitiam extorta, vt d. Aragon hic, hac tamen differentia constituta quod vbi est sententia declaratiua, si constet eam sententiam esse iniustam, tenetur is statim beneficium illud restituere, etiam si is non appellet in tempore, si vero est priuatiua iniusta, & reus appellet in tempore, tenetur is in cuius fauorem est lata sententia iniusta, illud statim restituere, secus si non appellet in tempore, vt d. Abb. & Innoc. locis cit. Dicit tamen Sot. quod si quis per fraudem priuat aliquem beneficio, & hoc constat ei cui est facta collatio, tenetur statim illud restituere, si vero secundum allegata & probata eum priuauit, licet postea ex alijs constet priuationẽ fuisse iniustam, non tenetur id resignare, primo enim modo sententia quo ad Deum est nulla, secundo, est valida, & cum beneficium vacet, potest alteri legitime conferri, quod tamen non procedit in alijs causis extra beneficia ecclesiastica, vbi non adest vacatio nec fit collatio, vt si quis iniuste hæresis est dãnatus, si id constet fisco, tenetur bona sibi applicata innocenti restituere, & idem in similibus causis, vt d. Aragon hic de quo alibi.

13 Iudicium vsurpatũ peruersũ redditur, & quod sit tale.

Sexta propositio. Iudicium per vsurpationem factum, redditur peruersum, probatur. Rom. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum?

Ratio, nam cum iudicium sit ferendum secundum leges scriptas, is qui iudicium fert, leges scriptas quodammodo interpretatur applicando ipsum ad particulare negotium, cum vero eius sit legem interpretari cuius & condere, sicut lex condi non potest nisi publica authoritate quæ se extendit ad eos qui cõmunitati subduntur, ideo vt iniustum esset, vt aliquis cogeret ad legem seruandam quæ non esset publica authoritate sancita, ita etiã iniustum est si quis compellat aliquem ferre iudicium, quod publica authoritate non fertur.

Notandum, quod iudicium dicitur vsurpatum quando iudicat aliquis eum qui non est eius subditus, vel in eo in quo ei subditus non est. Gesta tamen à iudice vel prælato, qui se gerit pro tali sunt valida, si is fuit authoritate superioris constitutus. Bart. in l. barbatius. ff. de off. præt. secundo, quod communiter habeatur pro tali ex errore. Bart. loco cit. quorum alterum si deficiat, gesta non valent. Abb. in capit. nihil. de elect. vnde gesta per intrusum sunt inualida, vel sit ecclesiasticus, vel secularis.

Si vero institutus à superiori, & communiter habitus pro Iudice, committat delictum quo ipso iure dignitate, & officio priuatur, si crimen est occultum, gesta per eum sunt valida, secus si sit notorium. Abb. loco cit.

Quo vero ad absolutionem à peccatis præstitam ab intruso, constito de intrusione, est nulla, & ideo confessio iteranda, & idem si non habet legitimam possessionem beneficij Curati, si vero ob delictum notorium est beneficio, priuatus ipso iure, quod legitime obtinuit, est nulla & iteranda post declarationem saltem, secus si sit occultum, Siluest. confessor. 1. nu. 25. Nauarr. in cap. placuit. num. 177. de pę. d. 6.

Quod si quis vi armorum tirannice Rempublicam occupauit, & de facto possidet illam, & arma reposita sunt, eius sententia non obligat in conscientia, vt d. Sot. libro 3. de Iustit. quæstione quarta articulo sexto, nisi iam populus illi Principi se subiecerit, voluntarie illi obediendo, vel saltem non renitendo, vt d. Aragon hic, ex nouo consensu & noua voluntaria subiectione.

SVMMARIVM.

1 Iustitia particularis diuiditur in distributiuam, & commutatiuam.

2 Medium in iustitia distributiua, & commutatiua quomodo se habeant.

3 Iustitiæ distributiuæ, & commutatiuæ materia an sit eadem, vel diuersa.

4 Iustum an sit idem, quod contrapassum, & quomodo.

De partibus iustitiæ vel eius speciebus. Cap. V.

1 Iustitia particularis diuiditur in distributiuā & cōmutatiuam.

PRima propositio. Iustitia particularis diuiditur in commutatiuam, & distributiuam, probatur 5. eth. c. 2.

Ratio, nam distinctio specifica habituum ex obiectis est consideranda, distinguitur enim habitus per actus, & actus per obiecta, sed in republica in qua iustitia æqualitatem cōstituit, est duplex ordo, vnus totius ad partes, alter partium inter se, ergo per illos duos ordines duæ etiam species iustitiæ erunt distinguendæ, vna quæ omnia bona ciuibus bene distribuat, quæ dicitur iustitia distributiua, & exercetur à præside communitatis erga particulares ciues, dando eis ex bonis communitatis, tātum honoris, officij, beneficij, vt merentur, & etiam onera pro rata eis partiendo. Altera quæ æqualitatem seruat inter pares in venditionibus commutationibus, &c. quæ dicitur iustitia commutatiua.

2 Mediū in iustitia distributiua & cōmutatiua quo modo se habeant.

Secunda propositio. Medium in iustitia commutatiua, & distributiua eodem modo se non habent, quia in distributiua accipitur medium secundum geometricam proportionalitatem, in commutatiua secūdum arithmeticam, probatur 5. eth. c. 3.

Ratio, nam in iustitia distributiua datur aliquid alicui personæ, quatenus id quod est totius est debitum parti, quod eo maius esse debet quanto ipsa pars habet maiorem principalitatem in toto, i. in communitate, ergo secundum æqualitatē proportionis personæ ad rem quæ cōfertur debet medium in iustitia distributiua attendi, & ita secundum proportionem geometricam in qua attenditur æquale non secundum quantitatem, sed secundum proportionem, ita vt si vna persona excedat aliam virtute plus detur ei de bonis & honoribus communibus quàm ei qui exceditur, quia scilicet in hac iustitia attenditur proportionum æqualitas non autem quantitatum, vt duplo dignior duplam rem habeat, dimidio dignior dimidiam, & hæc virtus reperitur in præsidibus reipublicæ potissimum, in subditis vero cernitur solum prout eis complacet, & contenti sunt vt ea distributio eo modo fiat. In iustitia vero commutatiua reperitur iustum secundum æqualitatem tantum quantitatis non proportionis, ita vt æquetur ibi quantitas quantitati, vt si vnus vendiderit rem valentem quinque pro vno oportet vt reducatur ad iustum, & æquale secundum quantitatem, dando quattuor alteri.

Tertia propositio. Materia vtriusq; iustitiæ est quandoque diuersa quandoque non, probatur primum 5. eth. c. 2. 3 Iustitiæ commutatiuæ, & distributiuæ materia an sit eadem, vel diuersa.

Ratio primi, nam quicquid potest distribui & commutari, id, vt sic, est materia vtriusque, sed id contingit in rebus, & personis, quia res possunt distribui à communitate in singulos, & commutari de vno in alium, & sic de personis, & opera, ergo.

Ratio secundi, nam hæc fiunt alia & alia operatione, scilicet distributione, & commutatione, ergo.

Vel conueniunt distributiua & commutatiua, quod vtraque respicit debitū aliquo modo, quatenus alicui redditur quod suum est, vel ad quod habet ius, secundo, conueniunt quod vtraq; æqualitatem constituit. Differunt tamen iuxta diuersam rationem debiti, quam respiciunt, & diuersam rationem æqualitatis quā constituunt, distributiua enim respicit id debitum, quod alicui debetur ea ratione quod sit pars communitatis, & bona reipublicæ communia partibus sunt, vbi redundant, distribuenda. Commutatiua vero respicit quodcunq; aliud debitum quod quouis titulo alio cuiq; debeatur, secundo, in distributiua attenditur proportio geometrica, in commutatiua arithmetica; differt etiam distributiua à legali iustitia, ꝙ legalis respicit bonum commune reipublicæ, vt quam optime se habeat, & opera oīum aliarum virtutum in eum finem refert, iustitia vero distributiua respicit bonum ac debitum partibus Reipub. de cōibus bonis, quatenus partes Reipublicæ sunt,

&

& commutatiua differt ab vtraque modo explicato, quæ etiã adesse potest inter Rempublicam, & ciues eius; si mutuo dent Reipublicæ, & etiam iudices exercent iustitiam commutatiuam, quia ex stipendio quòd recipiunt, ius dicunt. Iustitia verò vindicatiua, quæ infligit pœnas pro delictis est affinis commutatiuæ, quatenus secũdùm arithmeticam proportionem pœnam exigit, deficit tamen ab ea, quia non requirit, vt satisfiat parti, sed solùm vt reus patiatur, ideò ponitur solùm inter partes potentiales iustitiæ. Molina de Iust. tr. 2. disp. 12.

4 Iustũ an sit idem q̃ cõtrapassum.

Quarta propositio. Iustum est simpliciter idem quòd contrapassum in iustitia commutatiua, non autem in distributiua, nec semper in commutatiua.

Notandum autem pro intelligentia, quòd contrapassum importat æqualem passionem ad actionem præcedentem, quòd dupliciter fit; primò, proprijssimè quando qui lædit in corpore, vt in oculo punitur in eodem. Exo. 21. secundò, vt fiat secundùm æqualitatem quantitatis, & mẽsuratam proportionem, etiam si non sit eadem species, vt si læsit quis in corporis bonis, lædatur in bonis exterioribus, si percussit, soluat tantum læso, & tantum curiæ: si furatus est ouem, soluat quatuor. Exo. 22. His ita distinctis. Dicitur, quòd primo modo iustum non est simpliciter idem q̃ contrapassum, quia si princeps percussit subditum, non est æquum, vt puniatur secundùm æqualitatem, nec si subditus percussit principem satis erit q̃ ipse pari modo puniat, sed multo plus erit puniẽdus. 5. Eth. c. 5. Secundò, dicitur, q̃ in iustitia distributiua non cernitur repassio, quia etiam si existens de communitate nil contulerit, debet habere de bonis communitatis, si redundant. Dicitur tertiò, in iustitia vindicatiua non seruaretur iustum, si qui est furatus, solùm cogeretur reddere furtum, qui læsit principem, solùm ita lædatur: quartò, in cõmutatiua non seruaretur iustum si sutor præstaret operam quam ipse accepit à medico, qua is indiget, vel aurifice, sed est pensandus valor rei, cuius nummus est constitutus quasi mensura, vt si opera vnius excedit valore operam alterius, æquetur pretio. Quintò, dicitur, q̃ si repassum fiat ad æqualitatem, iuxta latitudinem pœnæ, iniuriæ, valoris, &c. idem est iustum cõmutatiuum quod contrapassum.

SVMMARIVM.

1 Dominium vnde dicatur.
2 Dominium quid sit.
3 Dominium quotuplex sit.
4 Ius in re, & ius ad rem quomodo differant, & quid requiratur ad vtrunque.
5 Dominij titulus quis dicatur, quotuplex sit.

De Dominio, seu rerum appropriatione, & Iustitia, vel iniustitia in eo existente. *Cap. VI.*

Notandum, q̃ Dominium à dominor dicitur, vel domino, cum is dicatur dominus cui aliqd subijcitur: vt Varro notat. lib. 5. linguæ lat. & de re rustica. li. 2. Vnde qui rem sine aliquorum communione habere potest, dominiũ habere dicitur, qui & significantius dicitur proprietarius, cum propriũ dicatur, q̃ nobis magis propè est, & peculiare cuiusq́;, vel q̃ vni soli competit. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. §. 1. Instit. de patria pote. & habetur 1. Topic. vel q̃ non est commune cũ socio. l. proprium solum. ff. commu. pręd. cum duorum vnus rei dominium esse nõ possit. l. si vt certo. §. si duobus. ff. commod. l. hęreditate. §. pater. ff. de castr. pecul. nisi p indiuiso intellectu tantum. l. Mæuius. §. duobus testamentis. ff. de leg. 2. quo casu quilibet sociorum plenum retinet dominium, vt & in seruitutibus. l. 2. ff. de seruitutibus. l. fi. ff. commu. præd. 1 Dominiũ vnde dicatur.

Secundò, notandum, q̃ dominium est ius disponẽdi plenè de re corporali, nisi lege prohibeatur: vt d. Bar. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss. Dicitur ius, vt genus, quia dominiũ & plura alia iura 2 Dom quid sit.

iura complectitur. Dicitur plenè disponendi de re, vel vendendo, vel donando, &c. vt reijciantur qui tantum ius habēt vtēdi re, vt in vsu, vsufructu, legato, emphiteusi, & huiusmodi. Dicitur corporali, cum iurium propriè non sit dñium, nec possessio, sed quasi dominiū & quasi possessio, cum animo tantum, & iure possideātur, licet sumpto latius dominij vocabulo, concedi potest aliquem esse dominum beneficij, cathedræ, cum illorū habet ius in re. c. si tibi absenti. de præben. in 6. Dicitur, nisi lege prohibeatur, quia lex aliquibus iustè prohibet vsum rerum suarū, vt amentibus, pupillis, &c. & idem de primogenitis, qui tamē sunt veri domini bonorum suorum, licet ea alienare nō possint, nisi ad certā ætatē. Gal. 5. & probat Couar. var. resol. lib. 1. c. 15. num. 14. vel de consensu principis, cum nulli alij designentur, vel nominētur domini bonorum illorum præter illos. Ius verò vtendi non est intrinsecum dominio, sed sequitur naturam eius, qa potést quis conferre suo amico ius vtendi re sua, retento sibi dominio: vnde nisi ius sit vtendi plenè re, non est dñium.

3 Tertiò, notādum, ꝙ dominium diuiditur in dominium iurisdictionis, dominium locorum, vel rerum pertinentium ad vniuersitatē iure vniuersitatis, & particulare, quòd quilibet habet super res suas, vel vniuersitas super aliqua bona, ita ac si esset persona particularis, ita diuidit dominū Couar. in reg. peccatum. 2. p. §. 9. nu. 8. post Bart. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendic. Dominium iurisdictionis temporale, vel seculare, eis tantum competit, qui iurisdictionem habent in subditos, & eorum protectio ijs incūbit, ita ac si subditi vassalli eorū dicanē; non autem competit dominium ijs qui eorū nomine iurisdictionem in iudicādo, defendendo, exigendo emolumenta, & huiusmodi, exercent: potest tamen dominiū iurisdictionis ad plures simul pertinere, vt ad ducem aliquem immediatè, mediatè ad Regem, cui is Dux subsit, & si is Rex cum regno subsit Imperatori, vel alij Regi, adhuc mediatius pertinebit ad supremum, qua ratione dominiū iurisdictionis dicitur altū, medium, infimum, &c. iurisdictio verò quā Papa habet in tota Ecclesia, & Episcopi in Diœcesi, licet nō soleant vocari nomine dominij, suo tamen modo rationem dñij iurisdictionis habēt ex potestate Christi ministris ecclesiæ tributæ. Dominiū locorum, vel rerum pertinentium ad vniuersitatem, iure vniuersitatis est dominium nō iurisdictionis, sed proprietatis, comparatione eorum locorum vel rerū, quæ ita sunt vniuersitatis propriæ, vt ad singulorum vsum sint deputatæ, vt prata ciuitatis, vel castri deputata ad pastū pecorum eorum, qui eius sunt loci: siluę ad ligna scindenda, & huiusmodi, quæ res, & loca non solùm sunt ciuitatis, & loci, sed etiam domini qui vrbi iure dominatur, suo ordine & gradu, qui iccirco ratione sui gradus quem habet in populo, vel ciuitate eis vti poterit sine aliorum præiudicio, plura pecora, si habeat, quàm alij pascendo, & plura ligna scindendo si ijs egeat, ꝙ intelligitur non solùm de dominio immediato, sed etiam de mediato.

Dominiū quotuplex sit.

Dominium particulare, est ꝙ quisq; habet in res suas, siue eæ sunt personæ particulares, siue reditus ciuitatis, vel oppidi: Et ita dominium diuidi potest in dominiū iurisdictionis, & proprietatis: vt inquit Sen. lib. 7. de beneficijs, omnia regem imperio possidere, singulos dominio; & dominium iurisdictionis in ecclesiasticum, & seculare, & dominium proprietatis in priuatū, & vniuersitatis modo explicato.

Rursus dominiū proprietatis, vel particulare diuiditur in plenum & non plenum; Plenū dicitur modo explicato in diffinitione dominij, idest quādo dominus, & corpus rei, & vsumfructum eius habet sibi liberum. l. cum in fundo. ff. de iure dot. & plenam in re potestatem. §. fi. Insti. de vsufr. cum plenum id dicatur cuius naturæ nil deest, vt accipitur in l. fœminæ. C. de secun. nupt. ita vt quis de eo testari, & liberè disponere queat, & eius habeat dominium, & possessionem.

Non plenum, dicitur, vel quia res nō sit integra vnius, sed in ea participē habeat, vt cum hæreditas duobus obuenit simul diuidēda, vel duo simul rem diuidendam

dendam emere. l. si ita stipulatus. §. Titius. ff. de verb. oblig. l. generaliter. ff. qui & à quibus. vel quia licet quis sit dominus alicuius rei, nō tamen integrum ius habet in illa, sed pars vna pertinet ad vnum, pars ad alium, vt quando proprietas vni, vsufructus alij eiusdem rei pertinet, quam diuisionem dominij in plenū & non facit. Bar. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. possess.

Dominium praeterea non plenū, sumptum hoc pacto, subdiuiditur in dominium directum, & vtile; Dominium directum, dicitur dominium proprietatis sine vsufructu, cū verè is dicatur dominus cuius est corpus, licet non possideat fructus; Dominium vtile, est cum quis habet tantum dominium fructuum, sed corpus rei est alterius, vt est in vsufructuario, qui quodammodo iuris fictione dicitur dominus rei in qua habet vsumfructū. l. 3. & 4. ff. de vsufr. §. vsufructus. Instit. de vsufr. licet propriè id dicatur quasi dominiū. l. cum in fundo. ff. de iure dot. & idem de emphiteota, & feudatario, qui plus iuris aliquid habent in re aliena, quàm merus vsufructuarius, licet & ij non sint veri domini. l. possessores. C. de fund. patr. lib. 11. l. 1. & 3. C. de iure emphit. quia de ijs bonis omnes praedicti in vita, & sub mortem non possunt liberè disponere. §. 1. Institut. de lege Fusc. can. l. 1. C. de sacr. san. eccl. possunt dici tamen domini minus praecipuè, & idem de superficiario perpetuo, & eo magis si quis habeat rem hipothecae subiectam, vel cui seruitus, aut census impositus sit, quia pleno iure habet illius dominiū, licet pleniore iure dominus diceretur, si praedictis oneribus res nō esset subiecta.

4 Aduertendum praeterea distingui ius in re, & ius ad rem; nam ius in re est qn̄ res aliqua alicui est deuincta, vt fit per collationē cum acceptatur in beneficijs, & sic illa fruit; Ius ad rem est habere facultatem ad illam deuinciēdam vel acquirendā, q̄ in beneficijs fit per electionem, nominationem, praesentationem, cum adhuc requiratur confirmatio, & collatio, vt in tr. de beneficijs dixi. Vnde bona quorum quis est dn̄s, & ea potest alienare, dicuntur esse in re illius, quia

Ius ĩ re, & ius ad rē quomodo differāt, & quid requiratur ad vtrunq;.

potest ijs vti frui, & alienare, & si sibi ablata sint, conceditur ei eorum recuperatio per rei vēdicationem, & possessio, ad quorumcunq; manus deuenerint, licet quando quis est deiectus possessione rei suae, ius q̄ habet ad illam rem in cōparatione illius rei ad quam possidendā habet ius, sit ius in re, tamen respectu possessionis eius quae nondum existit, dicitur ius ad rem; pro cuius rei maiori intelligentia aduertendum, q̄ ad comparandum dominiū, & sic ius in re non sat est quòd res extet, & adsit titulus ad transferendum dn̄ium, vt emptio legitima, donatio, & huiusmodi titulus apt⁹, sed oportet q̄ & res tradita sit aliquo genere traditionis: vt habetur §. per traditionem. Instit. de rer. diuis. in l. traditionibus. C. de pact. vnde si quis rem alicui vendat qui pretium soluat, ante traditionem nō acquiritur dominium, & sic ius in re, sed tantum ad rem; ex quo fit vt si is rem illam alteri vendat, & illi tradat, non tenebitur secundus emptor tradere priori. Couar. lib. 2. var. resol. c. 19. quia primus non erat adhuc eius dominus, sed habebat ius ad illam, vt sibi à venditore traderetur. Aduertendum quoque cum rerum aliae sint corporales, vt argentum, domus, ager &c. quae tangi possunt, & aliquae incorporales, vt iura ad aliqua quae intellectu tantū percipiuntur, vt ius ad hereditatem defuncti, vsufructus, seruitutes tam rusticae, qdā vrbanae, beneficium ecclesiasticū, & quaecunque alia iura quae ex quacunq; obligatione oriuntur. Instit. de rebus corporibus, & incorporalibus, q̄ in ijs quandoque acquiritur ius in re, quandoque ad rem, vt & in corporalibus, ante traditionem tamen vel actum illum qui requiritur ad huiusmodi rei comparandam possessionem, non acquiritur illius regulariter ius in re, sed ad rem solo titulo: vnde si duobus detur, & secundo tantum tradatur, is non tenebitur priori ea iura tradere. l. si sub vna. §. si quis viam. ff. de verb. oblig. nisi in instrumento contineatur, q̄ quis cedat ius omne personale vel reale, q̄ habet in tali re, vel q̄ transferat in eum possessionem, & interim constituat se nomine eius possidere;

dere; aliter secus esset. l. pluribus. §. si placeat. ff. de verb. obligat. l. pro parte. ff. de seruitutibus.

Sunt tamē aliqui casus in quibus nō est necessaria traditio, sed sat est legitimus titulus, vt in beneficijs ecclesiasticis sat est collatio cum acceptatione. c. si tibi absenti. de præb. in 6. ad possessionem tamen eius requiritur traditio, & quasi apprehensio illius, medio aliquo actu, vt per sessionem in cathedra episcopali, vel canonicali, aut alios consuetos actus. Similiter cum res aliquæ incorporales transeunt in aliquem iure hæreditario, vt ius patronatus, seruitutes, vel huiusmodi, statim hæres, adita hæreditate acquirit ius in re respectu eorum, ꝙ etiam contingit cum res aliqua incorporalis alicui legatur, vt seruitus, vel fundus cui seruitus debetur, vt enim hæres adit hæreditatem, legatarius acquirit ius in re in illis, & iuris fictione cēsetur legatarius, adita hæreditate, acquisisse ius in re in illis. l. si partem. §. si per fundum. ff. quem. seruit. amitt. similiter vbi res aliqua pignori, vel hipothecæ subijcitur, vel iuris dispositione, vel pacto partiū, vel hipotheca sit vniuersalis, vel particularis, tacita vel expressa, quorūdam quæ specialiter designentur, creditor cōparat ius in re, vt sibi ex illis soluat debitum, si aliundè sibi non soluitur, ad quemcunq; ea bona transeant. l. ex coeorum. l. quid de creditore. ff. de dam. infe. l. 1. ff. de pign. act. absq; traditione, quid verò differat pignus ab hipotheca dixi lib. de Vsuris, sub cap. de pignorib. t. in §. item seruiana. Instit. de act. & similiter vbi bona hæretici, vel alterius ex delicto commisso fisco addicuntur, fiscus à die commissi criminis acquirit ius in re in illis ante traditionem ad quoscunq; deueniant, & generaliter ante traditionem censetur ius ad rem, vbi ius aliter non disponit, ꝙ efficit vt habeatur tantū actio personalis contra debitorem, per ius enim in re habetur actio ad rem cōsequendam ad quoscunque perueniat, vt d. Molina vir doctissimus de Iustitia, disput. 2. Tomo I.

Licet etiam supra dictum sit dominium plenum vel non plenum, regulariter nō acquiri ante traditionem etiam cum titulo legitimo. Sunt tamen aliqui casus quibus contrarium euenit. Primò, cum ecclesijs, monasterijs, hospitalib⁹, & alijs locis pijs, ciuitatibus, vel in redemptionem captiuorum hæreditas aliqua, vel fideicommissum relinquitur, vel donatur, aut venditur, statim absq; traditione acquiritur eis dominium. l. vt inter diuiuum. C. de sacr. san. eccl. vnde si idē post alij vendatur inualida est venditio. Secundò, in hærede ex testamēto, vel intestato, statim enim, adita hæreditate, comparat dominium eius absque traditione, vel apprehensione. l. cum hæredes. ff. de acq. posseß. Possessio tamen eius non acquiratur, nisi naturaliter apprehendatur. d. l. Couar. in c. Raynutius. §. 10. nu. 6. de testam. testans de cōmuni, licet alicubi ex sola aditione hæreditatis, etiam possessio acquiratur absque apprehensione, vt in Gallia, & multis locis Italiæ. Couar. var. resolu. lib. 3. c. 5. nu. 6. cum seq. Dicitur autem adiri hęreditas, cum hæres eam acceptat, & profitetur se velle esse hæredem. §. si. Instit. de hær. qual. & medio tempore donec aditur, dicitur iacere, cū prior dominus sit mortuus, & secundus habeat tantum ius ad rem, & interim deliberare possit an velit adire, quia post eam aditam tenetur ad cuncta defuncti debita, nisi fiat hæres cum beneficio legis, & inuentarij. Tertius casus, cum aliquid designatum in singulari, vt talis domus, talis fundus legatur alicui, tunc enim adita hæreditate eo ipso dominium rei legatę transit in legatarium absque traditione, etiam ꝙ legatarius id ignoret, adhuc enim ei acquiritur à puncto mortis testatoris iuris fictione, eo ipso ꝙ hæres adit hęreditatem. Couar. in c. Raynaldus. §. 1. nu. 1. de testam. testans de communi. si verò legatur quantitas certa, sed incertum in indiuiduo, vt decem chori tritici, licet adita hæreditate non acquirat eius legati dominium, ꝙ incertum sit, cōceditur tamen ei actio hipothecaria. l. 1. C. cōm. de leg. quatenus bona defuncti ad quēcunque deueniant, manent obligata onere eius legati, ita vt legatario competat nedum actio personalis aduersus hæredem,

redem, sed etiam in eius defunctum, aduersus bona defuncti, ita vt si pereat res legata culpa hæredis pereat ipsi nõ legatario, quæ hipothecaria competit etiã quãdo res designatur in singulari. Quartus casus, cum quis donauit alteri rem ea lege, vel conditione, aut modo, vt donatarius illi alimenta tribueret, nam si donatarius non præbet alimenta, statim dominium rei donatæ absque alia traditione reuertitur ad donantem. l. 1. C. de donat. quæ sub modo. Molina. d. tract. disput. 3. Hæc de dominio pleno.

5 Dñij titulus qs dicatur, & quotuplex sit.

Porrò titulus dominij, dicitur radix, vnde quis consequitur dominium alicuius rei, vt titulus dominij Regni, est electum esse in Regem, vel esse primogenitum sanguinis Regij, vel iure belli id ad se spectare, & huiusmodi, legitima electio ad beneficium, vel cathedram, emptio, vel permutatio, donatio, &c. quæ tribuunt titulum veri dominij, secuta tamen traditione, vbi requiritur, modo quo supra.

Hic verò titulus quandoq; est verus ob veram eius originem, quandoq; tantum præsumptus, quando scilicet præsumitur vera causa licet non sit, vt si quis bona fide ab aliquo emit rem alienam, vel dono accipit, credens eius esse, dicit habere titulum presumptum, vt primus verum; qui verò sine aliquo horum possidet, idest causa vera, vel præsumpta, q̃ sat sit ad transferendum dominium, dicitur sine titulo possidere.

SVMMARIVM.

1 Vsus quid sit, & quod ius tribuat.
2 Vsus quot modis sumatur.
3 Vsuarius quid possit in re in qua habet vsum.
4 Vsuarius ad quam cautionem teneatur.
5 Vsu pecuniæ legato quid veniat.
6 Dominium an habeant fratres minores rerum quas consumunt.
7 Vsus quomodo finiatur.

De Dominio non pleno speciatim, & primò de Vsu. Cap. VII.

INter species dominij non pleni, Vsus minimum locum tenet, cũ minus ius tribuat vtenti, quàm aliæ dominij species. Est autem Vsus ius vtendi alienis rebus salua rerum substantia, sine vlla facultate alteri concedendi. Dicitur ius, vt genus, dicitur vtendi ad differentiam vsufructus, qui potest etiam frui. Instit. de vsufr. in princ. Dicitur alienis rebus ad differentiam creditoris, qui licet habeat ius in rebus alienis, ijs tamen non potest vti, aliàs committit furtum. l. si pignore. in princ. ff. de furt. Dr̃ sine facultate, &c. ad differentiam vsufructus. ita diffinit glo. in l. 1. ff. de vsu & habit. & Christophor. Port. Instit. eod. in princ. Dicitur etiam salua rerum substantia, nam vbi esset vsus panis, qui consumitur, &c. non dicitur propriè vsus. 1 Vsus q̃d sit, & q̃ ius tribuat.

Sumitur verò vsus dupliciter: primò, pro actu vtendi, vt habitatio dicitur vsus domus: secundò, pro iure ad vtendum ea re, primo modo dicitur vsusfacti, secundo, ius ad factum. 2 Vsus quot modis sumatur.

Parum verò ius habet vsuarius in re cuius habet vsum, qui enim habet vsum fundi alieni sumere potest inde poma, flores fœnum, & alia quę inde proueniunt ad vsum, vel indigentiam quotidianam, & ambulare in fundo, modo non sit molestus agricultoribus, non potest tamẽ donare, vel vendere quicquam horum alteri, nec locare, vel concedere ius alteri ad ea emolumenta percipienda, q̃ potest vsufructuarius, si tamen expensæ occurrant in lignis cedendis pro eius vsu vel fructibus exportandis, vendere potest ex fructibus, quod est necesse ad expensas agendas. gl. in §. minus. & ibi Angel. nu. 3. Instit. eo. Et si domus vsum habeat, potest is solus habitare cum vxore, liberis, seruis, famulis, & hospites recipere, & èconuerso vxor cum viro, si tamen quis in modica domus velit portione habitare, & aliam locare, id potest. l. 4. ff. de vsu & habit. Ioan. Fab. Instit. eod. potest tamen in domũ introducere tantum 3 Vsuarius q̃d possit in re ĩ qua habet vsũ

tum personas inculpatæ vitę. Port. Insti. eod. nu. 3. si quis verò habet vsum serui, vel iumenti potest is solus opera eius vti, non alteri cōcedere, & si vsum habet pecorum, non potest frui lacte, lana, fœtibus, sed fortè modico lacte, & ijs vti ad stercorandum proprios agros non alienos. Instit. eod. de vsu & habit. l. 1. & 2. l. si habitatio. ff. eo. & si modum excedat, poterit iudex ei id inhibere. l. pen. §. fin. ff. eod. & si cui plurium fundorum vsus relinquit, potest ex singulis vsum percipere. l. proculus. de dam. infe. & nedum vsuarius pōt quotidiè vti fructibus fundi, sed ex fœno colligere, quòd in annū sufficiat, & idem de vino, oleo, &c. licet mediocris fundi eo modo fructus consummantur. l. labeo. l. assumptio. §. iuris prudētibus. ff. ad municip. & de incolis. si tamen is in domo non habitet non potest eam alteri locare. l. 2. 3. 4. & 8. ff. eo. §. item is qui. Instit. eod. & si domus legatur, quæ ampla sit, vacua pars, vsuario nō proprietario spectat. Azo. in summa. de vsu & habit. Si verò nedum vsum domus quis habeat, sed & habitationis, potest eam domum seorsum alteri locare. §. sed si cui. Instit. eod. l. cum antiquitas. C. eod. & qui vsum habet fundi potest & pro hospitibus percipere fructus, & ijs vti. l. plenum. §. 1. & 2. eo. §. minus. Instit. eod. & cui seruorum vsus conceditur, potest ijs, vti pro vxore etiam &c. & ijs colere agros conductos. l. plenum. §. fin. ff. eo. non autem eorum operas locare, nisi auriga sit, qui soleat operas locare. d. l. §. sed si pecorum. & §. sed si. Instit. eod.

4 Vsuarius ad quam cautionē teneatur. Tenetur verò vsuarius cauere de vtendo arbitrio boni viri, & restituēdo, cum opus erit. l. huic. §. 1. ff. quem. vsufr. cau. l. pen. ff. eod. & reficere domum vsuariā, si solus ea vtitur, aliàs etiam proprietarius contribuere debet. l. si domus vsus. ff. de vsu & habit. & sic etiam fundi cultura ad vsuarium spectat. Port. Instit. eo. num. 3. qui tamen non potest prohibere proprietariū, quin fundum colat. l. fundi. §. 1. l. si habitatio. §. si ff. eod.

5 Vsu pecunię legato qd veniat. Quòd si pecuniæ vsus legatur, idem est ac si eius legatur vsufructus. l. hoc Senatusconsultum. §. fi. l. quoniam. ff. de vsufr. earum rerum. & idem si legatur vsus rerū, quæ vtendo cōsumuntur, idem est ac si proprietas sit legata. l. quoniā. vbi glo. ff. de vsufr. earum rerū. l. solum. §. vitium. ff. de rei vendic.

Hinc resoluitur quæstio, an fratres minores habeant dominium rerum quas vtendo consumunt, vt panis, vini, &c. & Resp. ꝙ sic, licet paupertatem summam profiteantur, vt habetur in extrauag. ad conditorem. de verbo. sign. in extrauag. Ioannis XXII. cum aliàs vsus esset inutilis, id tamen dependenter à voluntate earundem rerum dominorum, vt & conuiua inuitatus ab aliquo ad mēsam, qui dicitur vsusfacti: vt d. Molina. de Iustit. Tomo I. disputat. 6. 6 Dominiū an habeāt fratres minores rerū quas cōsumunt.

Finitur autem Vsus eo modo quo & vsufructus: vt habetur Institut. de vsu & habit. de quo infra habetur. 7 Vsus quō finiatur.

SVMMARIVM.

1 Vsufructus quid sit, & quid nomine eius veniat.
2 Vsusfructus quot modis sumatur.
3 Vsumfructū an habeat pater in bonis filij.
4 Vsumfructum an habeat vir in bonis vxoris.
5 Vsufructuarius ad quid teneatur tā in cautione, quàm alijs.
6 Vsufructuarius quæ non possit circa rem, & quid proprietarius, & quæ non.
7 Vsusfructus quibus modis extinguatur.
8 Vsufructus extinctus cui accrescat.

De vsufructu. Cap. VIII.

Vsusfructus est ius alienis rebus vtendi, fruendi, salua rerum substantia. d. l. 1. ff. de vsufr. §. 1. Instit. eodē. Dicitur ius, ꝙ significat seruitutem in alieno. l. 1. §. fin. ff. de rerū diuis. Dicitur alienis rebus, vt separetur à proprietate. Dicitur vtendi, & fruendi, in quo distinguitur ab vsu qui est tantū ad vtendum, & alia iura, vbi quis vti, & frui non potest, & excedit vsuarium, ꝙ vsu- 1 Vsufruct⁹ qd sit, & quid noīe ei⁹ veniat.

vsufructuarius omnium fructuum dñs est rei vsufructui subiectæ, quos & propria authoritate non de manu proprietarij accipit.l.fundi Trebelliani. ff.de vsu & vsufr.leg. adeò ꝙ proprietarius nil facere potest in eius præiudiciũ vendendo proprietatem, eo inuito.d.l. Nomine verò fructuũ intelligitur, quicquid annuatim ex agro percipitur, & in pecoribus lac, lana, & etiam fœtus, qui tamen tenetur substituere alios in locum demortuorum; quãdo gregatim pecorum ei legatur vsusfructus, si enim speciatim singulorum capitũ ei conceditur fętus, non tenetur alia substituere in locũ demortuorum, & dum non substituuntur hoc casu fœtus sunt vsufructuarij, & si pereunt, fructuario pereunt, postquã verò substituti sunt, fiunt proprietarij, cui & pereunt.l.vetus. cum seq. ff.de vsufr. §.in pecudum. Instit.de rer.diuis. si verò vsufructus ancillæ constituatur, partus eius efficitur proprietarij, non vsufructuarij.d.l.vetus. §.in pecudũ. sic etiam loco arborum, & vitium demortuarũ, tenetur alias plantare, nisi tempestate vel alia vi, sine eius culpa deiectæ sint.l. arbores. ff.de vsufr. Dicit verò fructuarius dominus fructuum cum eos percepit, & à solo separauit, ante enim fundi sunt, vnde si moriatur ante fructus perceptos à solo seiunctos, licet maturos, fructus sunt proprietarij, nõ hæredum eius.§.is verò. Insti.de rer.diuis. dũ verò pendent si surripiãtur, cõpetit actio fructuario.l.si fur. ff.de vsufr. Dicitur, salua rerũ substantia, quia propriè vsufructus est tantum circa res, quæ vsu non consumũtur, vt ager, domus, pecora, &c. in ijs enim quæ vsu consumunt. propriè non est vsufructus.§.constituitur. Instit. de vsufr. introductũ tamen est vt ibi possit constitui vsusfructus, sic ꝙ transacto tempore eorũ æstimatio præstetur, quæ si tempore vsufructus pereant, pereunt vsufructuario: vbi verò est vsufructus propriè, si pereunt sine culpa vsufructuarij domino pereunt.

2. Vsusfructus quot modis cõstituatur.

Constituitur autem vsusfructus pluribus modis, lege, qui dicitur vsufructus legalis, & hominis constitutione.

Legalis est qui patri conceditur in bonis filijsfamilias aduentitijs tantum, nõ autem castrensibus, vel quasi.l.quæcunque.l.non oportet. C.de bonis, quæ libe. de quo alibi tract. de educatione filiorũ sermo habetur.

3. Vsumfructũ an habeat pr̃ in bonis filij

Excipiuntur tñ aliqui casus, in quibus pater non habet vsumfructum in bonis filij aduẽtitijs; primò, cum filio aliquid donatur, vel testamento relinquitur ea lege, vt pater in eo vsumfructum nõ habeat.auth.excipitur. C.de bonis, q̃ libe. præsertim in bonis in quibus filius necessariò succedit, tunc enim testator non potest eam conditionem adijcere. Bart. tr.de duobus fratribus.q.9. Silu.peculiũ. 1.q.5.& 7. sic si mater vel alius quid donat filio hac conditione, vt sit ei peculiũ castrense, vel quasi, si attentis conditionibus eius rei, nequit esse tale, pater tamen in eo nõ habet vsumfructum, quia censetur ea lege donatum, vt vsufructus sit filij.l.si fortè. ff.de castr.pec. Secũdus casus, cum pater ei condonat vsumfructum quem habet in bonis aduentitijs, vt potest.l.cum oportet.§.non autem. C. de bon.quæ lib. nec tenetur id filius afferre ad collationem bonorum cum fratribus in diuisione facienda, cum teneatur tamen alia donata à patre conferre, neo pater tenetur id accipere in partem de qua potest liberè testari; ꝙ procedit si nedum expressè pater id relaxat, sed etiam tacitè, si permittit ei illa bona administrare, nisi vsumfructum eum repetat post, quia ab ea die non est filij. d.§. non autem.vers.sin autẽ. Tertius casus, cum aliquid patri donatur, vel relinquitur patre renuente, si enim filius id accipiat contra patris voluntatem, vsufructus est filij.l.fi.§.sin verò pater. C.de bonis, quæ lib.gl.in auth.idem est.C.eodẽ. tit. Quartus casus, cum filio est datus vsufructus alicuius rei, cum enim vsufructus sit seruitus, & seruitutis non sit seruitus.l.1.ff.de vsufr.leg. tunc vsufructus pertinet ad filium.gl.cit.pater tamẽ habet vsumfructũ in bonis emphiteuticis filij. Aluar. Valas.de iure emphit. p.1.q. 38.num.28. Quintus casus, cum à Rege Regina, vel principe aliquid donatur filio.l.cum multa. C.de bon.quæ lib. etiã si donatio sit facta intuitu patris. Vbi ve-

rò

rò pater habet vſumfructũ in bonis filij, non tenetur cauere, tenetur tamẽ ad maiores ſumptus refectionis rei, & ad impenſas litis.l.1.C.de bon.matern.

4 Vſumfructũ an habeat vir in bonis vxoris.

Lege etiam vir habet vſumfructum in bonis dotalibus ob onera matrimonij ſufferenda.c.Raynutius. de teſtam. not. in rub. ſol.matr.niſi ſit dos puratiua.Couar.4. Decret.2.p.§.8. in fi. vel bona paraphernalia vxoris.gl.in l.fi. C.de pact. conuent.

Conuentione, vel authoritate hominis, conſtituitur in vltima voluntate,pactionibus,ſtipulationibus,compoſitione familiæ erciſcundæ, conſenſu.l.omniũ. l.vſusfructus pluribus. ff.de vſufr.l.1.3. & 6.eod.§.ſine teſtamento.Inſtit.eod. iudicis ſententia.l.vſusfructus. §.conſtitutum.eod. idque purè vel ex die, vel in diem, in annos ſingulos, vni vel duobus ſimul, alternis annis.& ſub conditione. l.3.& fi. de vſufr.l.3. ff.quib.mod.vſufr. l.2.§.fi.eod.l.ſub conditione. ff.de vſufr. & etiam acquiritur pręſcriptione. & iure accreſcendi. l.fi. C.de præſcrip.longi tempor.l.1.& 4. §.1. ff.de vſufr.accreſc. Conſtitui verò poteſt vſusfructus in fundis,ſeruis,domibus, iumentis, & in cæteris rebus.§.conſtituitur. Inſti.de vſufr. & in omnibus bonis excepto dodrante. l.omnium.de vſufr. & ſeruitute ſeruitutis certo modo.l.1.de vſu & vſufr.leg.& alijs modis vt in hoc tract.

Ver. Ad quid vſufructuarius teneatur.

5 Vſufructuarius ad qd teneatur tã in cautione, quàm alijs.

EX natura vſusfructus qui eſt poteſtas vtendi,& fruendi re aliena,ſalua rerum ſubſtantia, multa ſequuntur ad quæ fructuarius tenetur; primò, enim tenetur cautionem reddere,ꝙ rebus quę vſu non conſumuntur, vtetur vt vir bonus vteretur,aliàs ſi modum excedat in ijs vtendis tenetur ad damni reſtitutionem in vtroque foro exteriori ſcilicet, & conſcientiæ;ſimiliter quòd rem, qua fruitur, nõ transferat ad vſus indignos, vt ne domũ vertat in ſtabulum, nec ſtabulum in piſtrinum, nec ſeruum honeſtæ conditionis applicet vilibus muneribus, victum vel veſtitum ei etiam non deneget.l.æquiſſimum. l.ſed & ſi. ff.de vſufr. Tenetur etiam cauere finito tempore vſusfructus reſtituere rem, vel ſit mobilis,vel immobilis.§.itaque. §.cæteræ. de vſufr.l.1. ff.vſufr.quem.cau.l.4. C.eod.& cætera facere quæ in re ſua faceret.d.l.1.§.cauere. ff.quem.vſufr.cau. & ſimiliter ꝙ reſtituet æſtimationẽ rerum vſu conſumptibilium,vt veſtiũ &c. §.conſtituitur. Inſtit.de vſufr. l.1. ff.de vſufr.earum rer.l.ſi cuius.de vſufr.vel ſi res vſu conſumptibiles non dantur æſtimatæ,vt reſtituantur in eadem quantitate, & bonitate. l.ſi tibi vini. ff.de vſufr. earum rer. & d. §.cæteræ.l.ſi cuius. cum ſeq.ff.de vſufr.l.2.& ſeq. ff.de vſufr.earum rerũ.l.1.cũ ſeq. ff.quem.vſufr.cau. l.1.& 4. C. de vſufructu.

Ampliatur, vt hæc cautio non poſſit remitti à teſtatore.l.1.C.de vſufructu.l. pen.C.vt in poſſeſſ. quæ cautio,& poteſt exigi ante traditionem. & poſt. l.quęniã pecuniæ.§.1.de vſufr.earũ rer. ꝙ ſi ſatiſdare non poſſit,eo ꝙ pauper ſit, iurare tamen debet de prædictis, & ſi ſit ſuſpectus bona ſunt ſequeſtrãda apud aliquẽ de cuius manibus debebit vſumfructum ſumere. Bart.in l. vſusfructus. C.de vſufruct. Abb.in c.fi. de pign. & proprietarius toties experitur, quoties fructuario re abutitur. l.1. §.habet. ff.quem. vſufr. cau.l.damni.§.ſi cuius.ff.de dam.infect. & tenetur de dãno vſufructuarius, ꝙ bonis contingit,tanquam procurator proprietarij, ſi eius negligentia contingat. l.1.ad fi.l.2. ff.vſufr.quem.cau. vnde & agere poteſt in iudicio ad conſeruationis proprietatis nomine proprietarij, & ſi quæſtio ei mouetur, ꝙ non ſit vſufructuarius,ſi eſt tunc in poſſeſſione nõ differtur perceptio fructuũ. l.pen.de aqua quot.§.commodum. de interd.vt & ſi c a ueat de reſtituendo. l.cuiuſcunque. §. ſi fundus.ff.de vſufr.& quem. quis vt.

Tenetur etiam fundum rectè colere, & ſeminariũ agri conſerendi cauſa ſemper renouare.l.cum de lanionis. §.paſtores. de fundo inſtru. & ſufficere greges modo quo ſupra, & arbores ſufficere, vt ibi habetur, & ædes reficere, & ſarta recta ſeruare, & ad modicã refectionem.

l.vſufruct.

l. vsufructu legato. l. hactenus. ff. de vsufr. si verò sint collapsa nō tenetur, sed si hæres id pstiterit, debet id pati vsufructuarius vsq; ad modicam refectionem, d. l. repetēdo ab eo quòd attinet ad modicam refectionē. l. si absente. ff. de vsufr. nisi hæres, vel testamēto, vel pacto teneatur reficere. l. si extraneo. §. fin. l. quod si hæres. ff. de vsufr. & si fructuarius vltra modicam refectionem expendat à proprietario repetit. l. cū ad quē. C. de vsufr. vel in litem insummat. d. l. vsufructu legato. l. hactenus. ff. de vsufr. & generaliter si impensa proprietatē respicit sit im pensis dn̄i, si præsentem vtilitatem, vsufructuarij. l. 2. 3. 4. & 5. de imp. in rebus dot. fact. l. 3. pen. & fi. eo. etiam si impensæ sint magnæ: vnde & tenetur alere seruos sanos & infirmos. l. sicut impendia. de vsufr. qui & tenetur vsucapionem interrumpere, & prospicere ne res alienentur, vt nec potest proprietatem vendere, vel oppignorare. l. 1. §. fi. l. 2. ff. vsufruct. quem. cau. l. interest. C. de vsufr. l. vsufructuarium. C. eod. & subire onus cloacæ, & soluere quod ad opus aquæductus spectat per agrum, & ad refectionem viæ, & ad transitum exercitus, & fęlicis embolę, & principem suscipiendum, & seruitutem agro impositā soluere. l. si pendentes. § 1. & 2. vbi gl. ff. de vsufr. & quē. quis vt. Quòd si adsit æs alienum in hæreditate, soluendum est ex proprietate, & per cōsequens pro rata minuitur vsufructus, nisi aliud ex coniecturis, vel verbis testamenti colligatur, quibus statur, sic tamen vt hæres incipiat vendere mobilia, & reliqua tradat vsufructuario cautione accepta de soluendis alijs debitis emergētibus, vel sit quis vsufructuarius omnium bonorū, vel quartæ, aut quintæ partis, & si legatum annuū relinquitur, vsufructuarius omnium bonorū, tenetur illud soluere, si statim soluendum est, deducitur ex hæreditate. Couar. li. 2. var. resol. c. 2. & modo non deducatur in venditione plus de legato vsufructus, quàm alijs pro rata, vt ibi.

6 Vsufructuarius q̄ non possit — Non potest tamē, vt supra, vsufructuarius, proprietatem pignori dari, vel vendere, licet id possit proprietarius saluo manente vsufructu, vel fructuario consentiente. l. locum ff. de vsufructu. l. verbis. C. eod. & pignori dare. d. l. verbis. & l. interest. C. eo. & seruum noxæ dare, cū inde vsufructus non impediat, & leuiter castigare, modo non occidat vel reddat deformem. d. l. locū. §. pen. & fi. ff. de vsufr. & quem. Potest verò vsufructuarius sine consensu proprietarij, vsumfructum alteri locare, vel vendere, vel precario cōcedere, & donare. l. arboribus. §. vsufructuarius. de vsufr. l. nam vtitur. cum seq. l. quod nostrum. eo. qui tamen nō potest trāsferre in alium ius vsusfructus, cum sit inseparabile à persona, sed tantū commoditatem vtendi fructibus: vt dicit Rodoanus de al. bo. eccl. q. 15. num. 10. Couar. lib. 1. var. resol. c. 8. nu. 7. vestes tamē non potest locare, quia sic non vteretur bonus paterfamilias. l. sed & si quid. §. etsi vestimentorum. ff. de vsufr. Qui etiā potest expellere conductorem inuētum. l. arbores. §. 1. eod. lumina ædium aperire, sed non claudere, eas ornare, non tamen mutare, vt nec viridarium. l. æquissimum. §. sed si ædium. cum seq. §. de vsufruct. nec ædificata defixa per eum tollere. l. sed & si quid. eod. nec ædificium cœptum consummare, aut aliud innonare. d. l. æquissimū. & l. vsufructuarius. eo. nec nouum aliud efficere. d. l. nec acquirere seruitutem, retinere tamen potest. l. sed & si quid. §. fi. eo. Nec proprietarius eadem facere potest sine voluntate vsufructuarij. d. l. vsufructuarius. §. 1. l. vsufructu. §. fi. eo. l. repeti. §. fi. l. 6. & 7. quibus modis vsufr. amitt. nec seruitutē imponere, nec amittere, quærere tamen potest, vt & facere locum religiosum de consensu fructuarij. l. locum. ff. de vsufruct. & quem. — circa rē, & q̄d proprietarius & q̄ non.

ver. De Vsusfructu extinctione.

7 Vsusfructus q̄bus modis extinguatur — NE proprietas nuda ab vsufructu inutilis esset, iure cautum est, vt vsusfructus pluribus modis finiatur.

Primò, si vsufructuarius acquirat proprietatem, vel cedat vsumfructum proprietario, q̄ consolidatio dicitur. §. finitur. vers. item Instit. de vsufr. Secundò, si ad tempus, vel sub conditione concessus sit,

sit, lapso tẽpore vel deficiente conditione.l.titio.de vsufr.l.5.de vsufr.leg. vel si vsufructuarius nõ vtatur eo tempore ꝙ sufficit ad inducẽdam præscriptionem. l.corruptionẽ. C.de vsufr. Tertiò, si res in qua debetur vsufructus pereat incendio, vel terræmotu: sic enim nec areæ vsusfructus debetur. §.finitur. Instit.eod.l. pen.& fi.quibus modis vsufr.amitt.neq; si domus reficiatur ex eisdem cæmentis, quorum etiam non debetur vsufructus. §.eo amplius. Instit.eo.l.repeti potest.§. rei.quibus modis serui.amitt. l.quid tñ. §.in nauis. quibus modis vsufr.amitt. & si pecus perit, corium nõ est vsufructuarij.l.fi.quibus modis vs.am. vel si ex grege tot capita pereãt, vt amplius dici nõ debeat grex.l.fundi.l.sed. & eod.l.quid tñ; quib. mod.vsufr.amitt.l.qui vsumfructum.de vsufr.cum tñ pater habet vsufructũ in bonis filij aduẽtitijs, si quid remanet, vsusfructus est patris. Quartò, morte naturali vsufructuarij finitur vsusfructus. §.finitur. Instit.de vsufr.§.fi. quibus modis vsufr.fin. l.si vsusfructus. §.fi.de vsufr. l.corruptionẽ. C.de vsufr. & si cõstituat vsufructus, vt ad hæredes fructuarij transeat, id intelligẽdum de hæredibus proximis, nõ remotis.l.antiquitus.C.eo.& si vsufructus ciuitati, cõmunitati, ecclesiæ, vel loco pio absq; tẽporis præfinitione relinquatur, censetur relictus spatio centum annorũ.l.an vsusfructus. ff.de vsufr. Amittitur ẽt morte ciuili, vt maxima & media capitis diminutione.§.finitur. Insti.de vsufr.d.l.corruptionem; maxima est cum quis ciuitatem, & libertatem amittit, qui dr̃ pœnæ seruus, vt si ob delicti grauitatẽ ad metallum damnatur, vel bestijs subijcitur. §.maxima. Instit.de cap.dimin.§.pœnæ seruus. Insti.quib.mod.ius patr.pot.sol. vel cum quis mortis pœna damnatur.l. qui vltimo.ff.de pœn. vel cum maior vigintiquinq; annis patit̃ se vendi ad precium participandũ. §.maxima. Instit.de cap.dimin. Media, cũ ciuitas amittitur, sed libertas retinetur, vt cũ quis in insulam deportat̃, vel ei aqua, & igni interdicitur.§.minor. Instit.eod. ꝙ intelligitur de vsufructu ante constituto, si .n. post constituatur, vel cedat, non tollit̃ capitis diminutione.l.1.per tot. quib.mod.vsusfru.amit.l.titio vsusfructus. de cond. & dem. vt nec minima capitis diminutione.s.emancipatione tollitur, vel cum is qui sui iuris est cœperit alienæ potestati esse subiectus.l.corruptionẽ.§.sed neq;. C.de vsufr.§.1. Inst.de acquis.per arrog. si tñ in legato repetatur, quoties quis capite erit minut⁹, do lego, ẽt post magnã & mediã capitis diminutionẽ debetur.l. sicut in annos.l.repeti.ff.quib.mod.vsufru.amit.similiter cũ quis grauatur alij vsufructũ relinquere, nec morte, nec capitis diminutione legatarij extinguit̃. l. si qs vsumfructũ.ff.de vsu & vsufr.leg.l. 4.ff.quib.mod.vsufr amit. magis .n. inspicit̃ persona fideicõmissarij, similiter & si filiofamilias, vel seruo alieno relinquatur vsufructus, morte eorũ extinguitur, vel mutatione status, licet patri acquiratur.l.fin.C.de vsufr. Quòd si quis religionem capacẽ relicti ingreditur facta professione finitur tñ morte eius naturali, vsusfructus tñ pertinet ad monasteriũ; gl.in auth: ingressi. C.de sacr.san. eccl:& si pater habet vsumfructũ in bonis aduentitijs filij, patre ingrediẽte monasterium, dũ viuit pater pertinet ad monasteriũ. Nau.in c.nõ dicatis.nu.70.87. 12.q.1. ꝙ intelligitur de bonis q̃sitis per filiũ ante professionẽ patris secus si post, vt nec procedit si filius egreditur patriã potestatẽ; & si quis morte dãnatur post bonorũ confiscationẽ vsq; ad mortẽ naturalem, pertinet ad fiscũ cõmoditas illa.l.si postulauerit.§.iubet.ff.ad leg. Iul. de adult. ꝙ procedit ẽt in vsufructu quẽ pater habet in bonis filij, quia pertinet ad fiscũ vsq; ad patris mortẽ, nisi iam filius egressus sit eius potestatẽ .s.per maximã & mediã patris capitis diminutionem, & crimẽ hæresis.§.cũ aũt.§.pœnæ. Insti.quib.mod.ius patr.pot. c.2.§.si.de hæret.in 6. tunc.n.ꝙ postea filius acquirit, fit eius, ante verò q̃sita pertinent ad patrẽ vsq; ad mortẽ eius naturalẽ, & cõsequenter ad fiscũ dũ pater viuit; excipit̃ tñ crimen hæresis, eo.n.statim cõmisso vsufructus pertinet ad filiũ, & non ad fiscum. Simanca, de cath.insti.tit.9.n.81. quia à puncto cõmissi criminis filius ab eo eximitur, ẽt quò ad oĩa bona sua. c.2. §.fi.

§.fi. de hæret.in 6. si verò filius hæresim Icurrit, vsusfructus bonorũ q̃ post q̃rit, nõ acquiritur patri, ante tñ q̃situs debetur patri non fisco ante patris mortẽ naturalem, q̃ ego intelligerẽ nisi post delictũ ea filius q̃sierit, vt supra; si tñ pater restituatur à principe, cum recuperet patriam potestatẽ habebit ẽt vsumfructũ in bonis filij aduentitijs.§.cũ aũt. Instit. quib.mod.ius patr.pot. & si bona alicuius confiscantur, q̃ certa conditione, vel post mortem alij debebãtur, vsufructus interim pertinet ad fiscum. Siman. loco cit.nu.19.l.statius.§.Cornelio. ff.de iure fisci. Quintò, finitur vsusfructus si fructuarius absq; consensu proprietarij attentet transferre in aliũ ius exigendi vsumfructũ, licet cõmoditatẽ eius possit transferre. §.finitur. vers. non cedendo. Instit.de vsufr.l.si vsusfructus. ff.de iure dot. Sextò, finitur adueniẽte die ei apposito, vel deficiente cõditione, vt supra.l. ambiguitatẽ.C.de vsufr.l.si vsusfructus. l.cui vsufructus. de vsufr.leg. Septimò, non vtendo decẽ annis inter præsentes, viginti inter absentes, vt supra.§.finitur. Instit.eo. exceptis operis seruorũ.l.1.de op.seru. vel spatio centũ annorũ si relinquitur ciuitati, vel ecclesiæ.l.si vsusfructus municipib. de vsu & vsufr. leg. vel si ciuitas destruatur.l.si vsufructus ciuitati; vbi gl.quibus modis vsufr.amitt.

8 Extinctus verò vsusfructus reuertitur ad proprietatem.§.ne tamen. Instit. de vsufr.l.3.§.ne tamen.eod. *Vsusfructus extinctus cui accrescat.*

Fallit si cui relicta sit proprietas deducto vsufructu, vel si fructuarius alij restituere vsumfructum rogatus sit à testatore, quia sic alij, q̃ proprietario acquiritur.l.si legatũ.ff.quib.mod.vsufru. amitt. vel si sit q̃situs per filium, vel seruum patri, vel dño, altero horum p̃moriente, non ad proprietatẽ, sed ad superstitem dum is vixerit reuertitur. l.fi. C. de vsufr. similiter per ius accrescendi alij acquiritur, quoties duobus, qui solidum habuerint cõcursu diuisus est.l.idẽ Neratius. ff.de vsufr. accresc. vel si coniunctim sit pluribus legatus, secus si diuisim vnicuiq; eius portio. l.1.de vsufr. accresc. quæ cõiunctio fit verbis, & re & verbis simul.l.re coniuncti.de leg.3. faciunt cõcursum, cum eius fundi vsufructus duobus separatim legatur.l.1.§.fin. de vsufr.accresc. Verbis, vt Titio, & Meuio vsumfructũ fundi Sẽproniani æquis portionibus, do lego. l.triplici. de verb. sig. Re & verbis, vt Titio, & Meuio fundi Semproniani relinquo vsumfructũ, q̃ coniunctio alijs præfertur, cum nõ adijcitur æquis portionibus. d.l.triplici. & l.re cõiuncti.l.1.§.idem est. de vsufr.accresc. sic vbi seruo cõi relinquitur, vno dñorum repudiante, vel amittente portionem suam, alteri accrescit.l.3.§.denique.de vsufr.accresc. nisi modus legandi aliud continet. l.cum singulis.l.fi.ff. de vsufru.accresc.nisi sint & verbis coniuncti.l.si duobus.§.fi.de leg.1.

SVMMARIVM.

1 Emphiteusis quid sit, & vt differat ab vsufructu, feudo, superficie, &c.
2 Feudum quid sit.
3 Libellarius contractus quid sit.
4 Superficiarius quis sit.

De emphiteusi, feudo, libello, & contractu superficiario. Cap. IX.

Emphiteusis græcè, latinè, melioratio dr̃, quia olim res steriles meliorandæ sic concedebãtur; hodie verò etiã fertiles ita conceduntur.l.1.C.de iure emphite. & pro eis soluitur annua pensio, dñio directo apud concedentem vtili apud emphiteutã manente rei immobilis sub certo pretio, & pactis in perpetuum, vel ad tẽpus nõ minus annorũ decẽ, vel in secũdã, aut tertiã generationẽ.§.adeò. Instit.de locat.§.emphiteusim. authẽ.de de nõ alien. & differt ab vsufructu, q̃ is cũ morte finitur: hæc verò nũq; transit in hæredes; & ius eius nõ potest in alios transferri, huius verò sic monito dño, & alijs seruatis; & vsufructus potest constitui etiã in rebus mobilibus, vel se mouentibus, hæc solum in immobilibus, de qua in tr. de Contractibus erit sermo. 1 *Emphiteusis qd sit & vt differat ab vsufructu, feudo, superficie, &c.*

Feudum est concessio rei immobilis,

2 Feudum quid sit.

vel pro immobili habitæ quo ad dñium vtile pro fidelitate, & seruitio personali exhibendo, retenta proprietate, à fide dictum. §. si. per quos fiat inuest. lib. 2. feu. tit. 3. ꝙ feudatarius qui & vassallus dr̃ fideliter seruiat dño. Huius duplex est inuestitura, vna q̃ fit per corporalem rei possessionẽ, altera per traditionẽ annuliensis &c. primo modo acquirit ius in re: secundo, ad rem. Iul. Clar. 4. lib. sent. §. feudũ. q. 26. ꝙ ad solos masculos deuenit, nisi aliud contineat, & differt ab emphiteusi, ꝙ in ea soluitur quid reale: hic verò seruitiũ personale, vel alio modo, qñque tñ soluuntur æqui, aues, & huiusmodi pro eo, licet minus propriè, & tamen est feudum. Iul. Clar. d. §.

3 Libellari° cõtractus quid sit.

Libellus, vel cõtractus libellarius, est contractus quo vassallus, vel emphiteota pro pensione sibi soluenda cõcedit alteri rem, quã is ab alio habet in emphiteusim, vel feudum. Clar. lib. 4. sentent. §. emphiteusis. q. 1.

4 Supficiarius quid sit.

Superficiarius est qui in alieno solo habet non solum, sed superficiem vel areã ad domum construendã, vineã plantandam, vel aliud, q̃ superficies conceditur donatione, pensione, vel pretio, & si conceditur. pretio semel tm̃, & superficies concedatur in perpetuũ, erit venditio superficiei, si verò minus decennio, erit locatio superficiei, vel si pretium soluatur semel, vel singulis annis, mensibus, &c. si verò cõcedatur per decẽ annos, vel in perpetuũ accedit multũ ad emphiteutã, licet ab eo in aliquo differat. Si verò nõ sola superficies, sed solũ alicui conceditur ad decẽ annos, vel in perpetuũ; ad ædificandũ, plantandũ, est emphiteusis, & si eo casu vites pereant, poterunt reparari; si verò sola superficies cõcedit ad domũ ædificandũ, vel vineã pro annua pensione, est superficiarius, & ijs pereuntibus finit contractus, & oĩa redeunt ad proprietariũ. Bart. in l. 2. de superficieb. superficiarius verò ad decẽ annos, vel in perpetuũ pro annua pensione, in oĩbus ferè æquiparatur emphiteotæ. Bart. in l. 1. §. pen. de superficieb. & ideò tenet ad ea q̃ tenetur emphiteota. Silue. emphiteusis. q. 15 l. 2. de superfic. dñs verò soli cõparat dñium directum rerum q̃ ibi sunt: vnde finito cõtractu si arbores remanẽt, & huiusmodi, eius sunt, quorum tñ æstimationẽ proprietarius persoluet; casulã tñ mobilem auferre potest, & sic ẽt domus, vineave sata in superficie alieni soli ad id empta, vel donata, transit in dominium directum eius cuius est solum: vt d. Molina. de Iustit. To. I. tr. 2. q. 10.

SVMMARIVM.

De Seruitutibus. Cap. X.

Notandum, quòd seruitus hic non sumitur pro seruitute qua relatiuè homo seruiens dño subijcitur, sed quatenus res aliena alteri subijcitur, vel 1 Seruitus quot modis sumatur, & vt hic.

vel seruit, vel ex ea quis fructũ percipit, vel cũ vna domus nõ põt altius tolli, vel lumina aperire, ei seruire dicit ad cuius commoditatẽ id sibi inhibetur. ff. & C. de seruit. per totũ. vnde seruitus qua homo alteri seruit nõ est de numero earũ. l. in re communi. ff. de seruit. vrb. præd. l. vti frui. ff. si vsufr. pet. Abb. in c. ecclesia. de causa possess. & propriet.

2 Seruitus quid sit.

Est autem seruitus in genere, habitudo, vel passiua obligatio in re aliena, respondens iuri in eadem re ad aliquid circa illam faciendum, vel impediendum, salua illius substantia. Dicitur habitudo vel obligatio, pro genere, vt sic excludãtur à ratione seruitutis ea omnia q̃ passiuæ obligationes non sunt. Dr̃ in re aliena, vt reijciãtur obligationes in re propria, quatenus mancipiũ dr̃ seruus dñi sui: vnde si quis emat fundũ qui sibi debet seruitutem definet statim illa seruitus, cũ nõ sit tũc res aliena. l. 1. ff. quem. seru. amitt. & similiter si quis emat fundum qui cõparatione rei suę seruitutem habebat, si illũ post vendat, censetur eũ vẽdere liberum ab ea seruitute quã ante habebat, nisi id exprimat. l. si quis. ff. de seruit. vrb. præd. Dr̃, rñdens iuri illi in eadẽ re, vt sic excludatur oĩs obligatio q̃ nondũ est realis rñdens iuri constituto iã in re ipsa, q̃ deuincta sit. Vnde cũ ius in re nõ acquiratur regulariter ante traditionem, licet quis emat vsumfructũ, vel aliam seruitutem in re aliena, si nõdum est ei facta traditio vel quasi, nondum est seruitus illa quam emit, quia vt is nõdum habet ius in re, sed ad rem, ita nondum est obligatio in re illa q̃ respõdeat iuri in re, vnde tunc est solum obligatio personalis ex parte eius, qui seruitutem vendidit ad faciendam eius traditionem vel quasi. Dr̃, ad aliquid circa illam efficiendum, vt excludatur oĩs obligatio in re aliena q̃ non est ad aliquid in ea efficiendũ, sed vt aliquid ex ea soluatur, vt obligatio q̃ oritur ex cõtractu censuali, vt quotannis tot soluantur pecuniæ, vel aliud, & sic non dr̃ seruitus. Dr̃, vel impediendum, quia aliquæ seruitutes sunt ne quid fiat in re aliena, vt ne alius tollatur. Dr̃, salua rerũ substantia, vt reijciatur pignus, & hipotheca, quæ licet sint obligationes in re aliena, tñ solùm sunt vt debitũ soluatur, aliter q̃ res vendi possit, si aliundè nõ soluat, & ideò non sint propriè seruitus in re aliena, nec ibi salua sit rerum substantia.

Aduertendũ tñ res ex se liberas esse à seruitutib. & ideò seruitus est obligatio superueniẽs super id q̃ aliàs res ex se nõ habebat, idq; natura ve rei, vel ex dispositione iuris, vt de noui operis nũciatione, de dãno infecto, de aqua pluuia arcenda, ne quid in loco sacro, vel publico fiat, de fluminibus, de itineribus, de ædificijs publicis & priuatis, & huiusmodi, vt habetur C. & ff. ijsdem titulis. Secundò, aduertendũ est seruitutes esse de iure positiuo ciuili, licet mancipia sin de iure gentium. §. fi. Instit. de vsu & habit. Bar. in l. ex hoc iure. nu. 21. ff. de iust. & iur. 3 Seruitus accidens ẽ rei aliàs ex se liberæ.

4 Seruitus quotuplex, & quæ quælibet.

Diuiditur autem seruitus primo loco in personalem & realem. l. 1. ff. de seruitutib. ex parte. s. eius cui seruitus debet, si enim seruitus immediatè debeat personæ, vt in vsu, vsufructu, habitatione, dr̃ seruitus personalis; Si verò immediatè debeatur rei q̃ non est persona, vt alteri prædio, & ratione eius cuicunq. personæ, ad quam prædium pro tempore spectauerit, dicitur seruitus realis. Ex quo fit vt seruitus personalis regulariter expiret cum persona, cui debetur, si ex alio capite nõ expirauit, vt de vsu, vsufructu, & habitatione est dictum. Realis transit ad quoscunque transit fundus, qui eam debet, excipitur tamen seruitus emphiteusis, fundi, libelli superficiei, quæ transit ad hæredes.

Seruitus personalis subdiuiditur in merè personalem, vt est illa quæ residet in aliqua persona cõparatione alterius personæ, vt in mancipio, & mixta q̃ residet in persona respectu alicuius rei, vt vsu, vsufructu, habitatione. Bart. in rub. C. de seruit.

Realis diuiditur in vrbanam & rusticam: vrbana dicitur seruitus superficiei, seu ædificium omne gratia habitationis confectum in vrbe, vel rure, cum hortis coniunctis recreationis gratia, & stabula ędificijs iuncta. l. seruitutes quæ. ff. de seruit. vrb. præd. l. vrbana prędia. de verbor. sign. l. vrbana familia. eod. l. si præ-

dium. C. de præd. min. l. 1. comm. præd. §. prædiorum. Instit. de seruit. l. eo iure. §. stabula. ff. in quibus causis pig. vel hipo. & dicuntur vrbanæ seruitutes, quę inhęrent ædificijs vrbanis. §. prædiorum. Instit. de seruit. rust. præd. l. 1. ff. comm. p̄d. siue debeātur prædijs vrbanis à prædio vrbano, vel rustico. Seruitutes rusticæ sunt quæ inhærent prędijs rusticis, vel à p̄dijs vrbanis, vel rusticis debitæ. §. ideò. de seruit. rust. l. 1. comm. præd. prædium rusticum dr̄ solùm; seruitutes porrò rusticæ sunt in affirmatiua tantum, vt esse ius eundi, agendi, & huiusmodi, vrbanę in negatiua, & affirmatiua, vt esse ius altius tollendi, vel non tollendi, stillicidium auertendi, vel non. l. 1. vbi glo. de seru. vrb. pręd. Diuiditur etiam in continuam, & discontinuam.

Ver. De Seruitutibus vrbanis.

5 Seruit⁹ vrbana quotuplex sit, & qd contineat q̄libet.

EXposito quid sit seruitus, & quotuplex, sequitur videre quotuplices sunt, & primo loco de vrbanis loquēdo, dicitur multiplices esse; primò, oneris ferendi, vt scilicet onera vicini sustineātur. l. si fortè. §. etiam. si seruit. vend. quę habet vt ędificium iure superius, onera imponat supra suum ędificiū, modo graui nimis onere non grauetur. l. cuius. de seruit. vrb. pręd. & tūc qui onus fert, debet parietem restituere, nō qui accipit. l. cum debere. de seruit. vrb. pręd. sic tn̄ vt supra, onus nimis graue parietib⁹ nō inferatur, vt tubulus, balneus. l. fistulas. §. 1. de seru. vrb. pręd. l. quidam. §. fi. eod. nec fornax, nisi paries cōmunis fornaci sit deputatus. l. arboribus. de vsufr. l. ędiles. commu. diuid. l. cum duobus. §. item mela. pro soc. in suo tamen potest ędificare, modo periculum vicino non impendat incendij. d. l. quidam. De molendinis videndus Cœpolla. lib. 1. de seruit. pręd. c. 50. Scalę etiam fieri possunt immixę muro communi. l. fistulam. §. pen. & fi. de seruit. vrb. pręd. si non offenduntur lumina, quòd de scalis ligneis intelligitur, lapideę enim sine iure seruitutis, vel consensu socij non possunt infigi si paries grauiter lęditur. l. si ędes. l. sabinus. comm. diuid. & ita à vicino abscedatur, vt qui sepem in finibus plantat, terminum non excedat, si murum, pedem relinquat, si domum, duos pedes, si sepulchrum vel foueā, tantum vt est profundum, si puteum, passum. l. pro regione. vbi glo. l. inter ea. l. fi. ff. fini. regun. idq; ita fit ob fundamentum, quòd proportionaliter in ijs est latius, idq; procedit in prędio rustico, tamen in prędio vrbano licet ædificare etiam iuxta parietem vicini, modo iaciat fundamenta in suo, & parietes ad perpendiculū ædificet, sic enim & vicinus commodum accipit, q̄ eius paries fortior sit, & etiam quia si in vrbanis ędificijs illud spatium relinqueretur, ciuitas deformaretur, & illuc immunditię deijcerētur, vnde aer corrumperetur. l. 1. de cloacis. & vbi est spatium, est eius qui reliquit, si id constat instrumento, vel alia probatione, vel q̄ fundamentum parietis eo vsque perueniat, vel tegulę, aut lapides se extendentes, quòd si non constet, spatium ipsum censebitur commune. l. inter eos. l. pro regione. de acquir. rerum domin. vt & tigna parietis proprij, si instrumentis non constet, sunt, si quis in eo fenestras habeat quę perforent totum murum, cū aliàs id non liceat. l. quidam iberum. de seru. vrb. p̄d. nisi & alius similes habeat ex alio latere, cum id indicet murū communem, vt & armaria pro diuiso si perueniant ad medium murū, si vltra medium pro indiuiso, vt & si vterque habet tigna immissa in parietem extra mediā partem parietis. glo. in l. si ędes. ff. commun. diuid. sic etiam si arca camini excedit medietatem parietis, vel ipsius fumibulum, vel tubuli latrinorum idem faciunt, indicium sunt parietem proprium esse, cum hęc fieri in alieno non liceant. l. quemadmodum. §. si proiectū. ff. ad legem Aquil. l. Sabinus. commun. diuid. arma etiam muro insculpta, vel insignia, aut picta. l. qui libertatem. §. fi. & l. fi. vbi Bart. de oper. libe. nisi & alter ex aduerso habeat huiusmodi signa, q̄a tunc censetur cōmunis, & in dubio statur iudicio architectorum. Sic etiam nō licet citra ius seruitutis ędificare supra parietes vicini, vel in ijs tubulos, aut canales.

males figere vnde aqua in aream vicini defluat. l. si supra. de acquir. rer. domin. l. si fistulę. l. fictitia. de seruit. vrb. pręd. l. fistulas. l. fide. §. pen. & fi. si seruit. vend. nec huiusmodi: vnde vicinus lędatur sine iure seruitutis, vt latrinam, cloacam fœtidam, &c. si etiam murus excrescat in medio, & inflectur potest prohiberi. l. si quãdo. si seru. vend. Nec potest socius veterem parietẽ alio inuito reficere, nisi iam iam sit ruiturus, vel nõ sit idoneus operi, sic enim potest & impensas ab eo pro parte petere. l. parietem. de seruit. vrban. pręd. l. in parietes. cum seq. de damno infect. Alia etiam seruitus parieti imponi potest, vt liceat in parietem vicini tignum immittere, cum iure communi non liceat. l. 1. de seruit. vrb. pręd. §. prędiorum. Instit. de seruit. si verò secus fiat est agendum iudicio, licet si quis faciat traiectum aquę ductus per domum alienam sine iure seruitutis is possit id propria authoritate rescindere. l. quemadmodum. ad legem Aquil. l. si vilem. §. si ad ianuam. quod vi, aut clam. secus si facit in suo quòd ius alieni lędat, tunc enim is agere debet iudicio. Bart. in l. 1. §. nunciatio. de noui oper. nunciat. quia vbi fit in alieno, ędificatum cędit solo, ideò dominus soli vt proprium potest id destruere, aliàs iudicio est agendum. l. si inter me & te. de seruit. vrban. l. si plures. ff. arb. fur. cęs. & vbi quis videt in re communi ius suum turbari, debet nunciare nouum opus, idque non verbo tantum, sed & iactu lapilli, aliter fateretur eum possessorem. l. & si fortè. §. sciendũ. ff. si seruit. vendit. Non licet etiam ędificari supra communem parietem. l. si ędes. vbi gl. commu. diuid. nec vt supra, tignum immittere citra ius seruitutis, nec aliud huiusmodi.

6 Seruitus stillicidij quomodo se habeat.

Alia seruitus vrbana est stillicidij immittendi, vel non auertendi. Dicitur verò stillicidium tectum vnde aqua guttatim in terram decidit, in quo cauetur, vt nõ protendatur vltra duos pedes ab eo qui eam seruitutem habet. l. seruitutes. §. stillicidium. de seruit. vrb. pręd. & contra locus impluuij mutari non potest in aliam formam, vt ibi aqua non decidat, & ideò ibi ædificari non licet. d. l. §. si seruitus. & l. si eo loco. §. 1. si seruit. vendit. nisi adhuc recipiat stillicidium, flumen, vel aquam consuetam. d. l. seruitutes. §. fin. l. si seruitutes. eodẽ. dummodo solùm vbi ędificat sit eius, aliter enim non censetur esse eius cuius est domus cui seruitus debetur quantum stillicidiũ protẽditur, vnde & ianuam extra in publico aperire potest dummodo non noceat itineri vicini, vel eius luminibus. l. fi. §. fi. ff. de seruit. vrban. pręd. si verò solùm impluuij à nullo eorum possidetur, quia sit via publica, vel sterilis, considerandũ quis antiquitus eius dominus fuerit, & ita iudicandum. Bart. in l. 2. de seruit. leg. si verò area, & domus sit diuersorum, & stillicidium adsit, censetur ius seruitute acquisitum, non autem solum esse eius, cum aliter sine seruitute non liceat immittere stillicidium in aream vicini, cum cuilibet liceat ratione proprietatis erigere ędificium etiam vsque ad cœlum. l. altius. C. de seruit. sic etiam si quis habeat seruitutem, quòd aqua vicini decidat in eius locũ quo hortus irrigatur, pertinet ad seruitutem non auertendi stillicidij, vel fluuij, & agere potest contra dominum ędificij, vt non auertat aquam, & vt tegulas suis expẽsis reficiat, vt aqua iuxta ius seruitutis defluat. argum. l. cum debere. de seruit. vrban. pręd.

7 Seruit⁹ altius tollẽdi & nõ vt se habeat.

Adest & alia quoque seruitus vrbana altius scilicet tollendi, & non tollendi ędificium, & de non officiendo luminibus, & prospectui. l. 1. de seruit. vrban. §. prędiorum. de seruit. rust. l. cuius ędificium. ff. de seruit. vrban. quę duplex est, vna vt alter altius tollat ædes, quo alter inde commodum capiat, vt à ventis protegatur. Cœpolla. lib. 2. de seruit. c. 26. altera, vt alter altius non tollat eas, & non officiendi luminibus. l. altius. l. si in ędibus. C. de seruitu. & aqua. l. 2. l. inter seruitutes. de seruit. vrban. pręd. dicitur lumen, quòd vt cœlum aspiciatur sit, & sic loco superiori, prospectus etiã ex inferioribus, & obiectis. l. lumen. de seruit. vrb. pręd. Vnde ędificium, quòd habet seruitutem ne altius tollatur; sic

se habet, vt in ea altitudine viridaria haberi possint, nisi prospectui officiant. l. ædificia. de seruit. vrban. præd. Seruitus luminum est, vt vicinus lumina vicini excipiat, seruitus verò ne luminibus officiatur habet ne vicinus alio inuito possit altius ædificare, & sic minuere lumina. l. 4. de seruit. vrban. præd. Circa quæ aduertendum, quòd qui vult prohibere vicinum ne altius tollat, ne luminibus officiatur, quòd debet ostendere seruitutem, cum sine ea quis possit altius tollere, etiam si lumina vicini obscuret. l. cum eo. l. binas ædes. ff. de seruit. vrban. prædior. l. altius. C. de seruit. dummodo forma ædificandi communis non lædatur, veluti, vt in area quæ nulli seruitutem debet, intermittatur spatium quindecim pedum à vicina insula si sit publica, ædificando, si priuati decem, aliter à vicino nouum opus nunciari posset. l. Imperatores. de seruit. vrban. pręd. l. si cui. l. mæniana. C. de ædific. priuat. l. 1. §. nunciatum. de noui oper. nunciat. potest tamen ædificari prope murum alienum stillicidium, & solarium super trabibus quiescentibus in solo suo inferiori, non relicto etiam spatio vnius pedis, Cœpolla, lib. 1. de seru. vrban. c. 56. quòd ego intelligerem dummodo area debeat impluuium stillicidijs vicini, si inde læditur ob casum pluuiæ, vt supra est dictum, potest & seruitus quæsita altius non tollendi pertinere ad areã, vt ventus non impediatur ad grana purganda, sine seruitute. n. quilibet potest ædificare in suo, etiam si vicino noceat. l. proculus. l. fluminum. §. fin. de damno infect. & idem ius est de molendinis qui vento aguntur, vt si seruitus sit quæsita ne ventus impediatur, ædificari non possit, aliter licet, modo ex professo id non fiat, vt vicino damnum irrogetur, potest & offici luminibus non solùm ædificio, sed & arbore sita, vbi seruitus adest ne luminibus officiatur, quòd tamen non fit licet sol adimatur, modo non adimatur lumen, nisi solario quod eget sole, seruitus debeatur; sic enim nec arborem ante plantare licet. l. si arborem. de seruit. vrban. prædior. & qui habet seruitutem ne luminibus officiatur intelligitur de præsentibus, & futuris, nisi in impositione seruitutis dictum sit lumina, quæ nunc sunt. l. qui ædificium. l. si seruitus. de seruit. vrban. præd. Aduertendum etiam differre seruitutem altius non tollendi ab ea ne luminibus officiatur; primo enim modo licet superius habere viridaria, non secundo. l. ædificia quæ seruitutem. l. quod autem. de seruit. vrban. prædior. & vbi non constat ad quam altitudinem liceat tãtum ædificare, forma antiquorum ædificiorum, & consuetudo inspici debet. l. qui luminibus. de seruit. vrban. prædior. l. si manifesto. C. de seruit. & aqua. Aduertendum etiam vtilitatem seruitutis procedere, etiam si domus intermediæ sint, à remotiori, donec sublata sit. l. 1. C. de seruit. & aqua. l. 4. §. fin. si seruit. vendic. si tamen mediæ magis, quàm vlteriores tollantur, seruitus cessat, nisi iterum deprimantur, quia sic seruitus renascitur. l. si fortè. si seruit. vend. Circa seruitutem luminum scilicet aperiendi fenestras, aduertendum quoque, primò, quòd si paries sit proprius, nec seruitutem debeat in eo licet quodlibet facere, & sic facere fenestram qua lumen excipiatur ab area vicini. l. in re mandata. C. mandat. Doct. in l. altius. C. de seruit. & aqua. etiam si ante nulla fenestra in eo sit facta. Cœpolla. de seru. rust. lib. 1. c. 62. nisi seruitus sit in contrarium, vel mala animi intentione id faciat vt inspiciat facta vicini, vel in monasterium inspiciat, quia sic prohiberi debet. Castr. in l. quoties. de seruit. idẽ, & alij in l. altius. de seruit. l. in fundo. de rei vendi. in quo inspici debet qualitas vicinorũ an insint odia, cum in dubio quilibet pręsumatur bonus, & facere gratia suæ commoditatis. l. fi. de præsumpt. l. fluminum. §. fi. de dam. infec. Si verò paries sit communis, ibi fenestra fieri non potest inuito socio. Ang. in l. quidam iberus. de seruit. vrb. prædio. nisi consuetudo vel lex municipalis sit in contrarium, quo tamen casu paries potest aperiri pro trabibus immittendis, dummodo post conglutinentur. Cœpolla. d. c. 62. l. 1. de seruit.

8 Seruitus luminum vt se habeat.

Adest,

9 Adest, & alia seruitus inter vrbanas, ꝓijciendi vel ꝓtegendi. l. 1. de seru. vrb. pręd. scilicet suggrũdia ad arcenda stilli cidia inuenta. l. malũ nauis. §. 1. de verb. signific. not. vitr. lib. 2. de archit. cap. 8. quibus accedit & meniana, scilicet structuræ genus tignis extra columnã proiectis & tabulis superpositis. Horum lex hęc est, vt meniana iuxta vel cõtra areã aut domum vicini priuati habere non liceat, nisi inter sint qudecim pedes, sine iure seruitutis, aliter decidãtur, iure vero seruitutis id licet vidente & patiente dño. l. Meniana. vbi gl ff. de ędif. priu. & pariter menianum prohibetur si luminibus vicini officiat sine iure seruitutis, l. 2. §. cum quidam, ne quid in loco publ. proiectum etiam sine iure seruitutis super vicini solum habere non licet, si vero ius seruitutis habetur à domino soli impediri non potest l. 3. §. item videamus. §. labeo. ff. vti possid. l. quemadmodum ff. ad l. Aquil.

Seruitus proijciendi vel protegendi, vt se habeat.

Alia etiã vrbana seruitus adest, proijciendi aquam vel quisquilias, è loco superiori in hortum vel aream vicini, id enim iure communi non licet, etiam si quis habeat seruitutem luminum, nisi & hęc seruitus adsit, tunc enim licet modo non proijciatur iniurię faciendę causa, quia sic agi potest iniuriarum l. sicuti. §. Aristo. si seru. vend. l. fistulas. cod. l. quidam iberus de seru. vrb. l. pen. ff. de iniur. & modo non proijciatur vrina, stercora, vel alia fœtida, quæ in hac seruitute censentur excepta. Cępolla. li. 1. de seru. vrb. præd. cap. 31. gl. in l. pen. §. pen. quod vi aut clam. potest tamen quis in suo sedere, lauare, fumum facere, & parum aquę proijcere, modo non faciat iniuriæ causa. l. sicuti. §. fi. si seru. vend. & præsumitur non facere causa iniurię, si facit ignem solitum, ex quo naturaliter fumus exit, vel proijcit aquam consuetam, si vero excedat cõsuetudinem, comprimi potest vel si fœtida cõburat. d. l. sicuti. §. Aristo. in quo tamen natura loci est spectanda, cum locus inferior superiori seruiat ad aquam excipiendam, vbi lex agris non est dicta. l. 1. §. denique de aqua pluu. arc. non potest tamen agi de incendio, si vicinus in suo ignem incenderit, nisi ante prospectum sit cautio ne damni infecti. l. si seruus. §. si furnũ. ff. ad l. Aquil. vel nisi præter morẽ ignẽ fecerit, vel alio loco non consueto, vel negligenter eum custodierit. d. l. §. si fornacarius.

Ver. De seruitutibus Rusticorum prædiorum, & primo via, & semitæ.

Multæ inuentę sunt seruitutes rustici prędij, & primo vię, & actus, iure enim communi non est ius, vt quis possit transire per agrum alienum, l. per agrum. C. de seruit. licet fas sit c. 1. dist. 1. vnde dominus ꝓhibere potest eius ingressum, qui si non obediat, agi potest actione iniuriarum. l. 3. §. 1. de acq. rer. dom. §. plane. de rer. diu. si vero dominus non prohibeat, id licet, si innoxius est transitus, & fructus iam sint collecti, censetur vero dominus prohibere, si viã interciderit, quam violare nulli licet. §. disponat. auth. de nupt. l. 2. de his q sunt sui vel al. iu. nisi quibusdam casibus exceptis, quibus alienum fundum, authoritate iudicis, ingredi licet, vt in Thesauri effosione, quod quis in alieno prædio iurat se habere. l. Thesaurus. ff. ad exhib. in persecutione serui fugitiui. l. 1. C. de seru. fug. vel si dominus fundi, fructus pendentes alteri vendidit. l. qui pendentem. de act. empti. & ad colligẽdam glandem quæ cecidit in fundum alterius, modo caueatur damni infecti. l. 1. de glande leg. l. iulianus. §. glans. ff. ad exhib. vel si via publica est destructa imbribus licet ire per fundum viæ proximum, tũ causa publici boni, tũ quia is sit quodammodo in culpa, viam non reficiendo. l. si locus § fi. quem seru. amitt. l. tutius. ff. de euict. l. item si verberatũ: de rei vend. l. ędiles. ff. de via publ. vel si ager alicuius sit alienis vndiq; cinctus, cogere potest vnum de vicinis, oblato prętio sibi iter dare ea parte quæ minus incommodi afferat. l. si quis sepulchrũ ff. de relig. & sumpt. fun. vel si per illud per annum & triginta dies iuerit, sciente & patiente domino. l. 1. in prin. & §. pretor

10 Seruitutes rusticę quot sint, & vt se habeant seruitutes vię actus, aquęductus, & semitæ.

prætor ait. de itin. act. priu. si vero quis aliunde in proprium fundum ire potest causa agricolturæ exercendæ, non potest cogere vicinum præbere iter. l. 1. C. de agric. & censit. li. 11. l. binas ędes. l. olimpo. de seru. vrb. præd. & ita iudicatum est, vt d. papus. li. 14. rapſ. arest. tit. 8. arest.

Seruitutes vero rusticæ multæ sunt, vt itineris, viæ actus, aquæductus. l. 1. de seru. rust. pręd. iter est ius ambulandi hominis non iumenti, vel vehiculum ducendi, actus continet omnia prædicta, quæ & via continet, licet hęc confundantur, & qui iter habet etiam equo insidere potest. Vbi via debetur intelligitur octo pedum in latitudine 16. vbi deflectitur. l. certo genere §. 1. §. latitudo. l. vię latitudo de seru. rust. præd. quæ tamen latior & angustior constitui potest. l. via, eod. de priuata loquendo, de publica enim aliud est ius. l. si iter. ff. de seruit. l. seruitutes. §. si domo. de seru. vrba. pręd. l. 2. §. viarum, ne quid in loco publ.

His tribus seruitutibus illud commune est, vt liceat facere in prædio seruiente ea omnia sine quibus inutilis esset seruitus, vt & in alijs seruitutibus l. seruitutes. §. si domo. de seru. vrba. præd. l. si iter. ff. de seruit. l. fi. de off. eius, puta fodiendo, substraendo, & huiusmodi reficiẽdo, vt locus idoneus sit seruituti, cum dominus prædij seruitutem debentis ad expensas huiusmodi non teneatur l. quoties §. fin. de seruit. sic tamen vt forma proprietatis non immutetur, nec via vel iter lapide vel silice sternatur l. vsufructuarius §. ędificium, de vsufr. l. loci corpus §. si quis, si seru. vend. & si in constitutione seruitutis lex sit posita, ne reficere liceat, vel nisi certo modo, est seruanda. l. 3. §. fieri autem, de itin. actuq; priu. & qui habet ius reficiendi, id agere debet cum minori detrimento prędij seruientis quàm fieri possit, aliter potest prohiberi l. veteres. cum seq. de itin. actuque priu. Datur vero actio contra dominum prædij si impediat iter ædificando, vel arborem plantando, aut aliter, vbi seruitus adest, & contra, si abutatur prædio seruitutem habens l. 2. §. final. si seru. vend.

ver. De Aquæductu, & fluminis seruitute.

Aquæductus, est seruitus ius tribuens aquam ducẽdi per agrum alterius l. 1. de seru. rust. pręd. §. rusticorum. Inst. eod. Ducitur autem aqua ex publico vel priuato. l. 1. §. hæc interdicta. de aqua quot. Iure vero communi non licet aquam ducere, quæ in alieno oritur sine voluntate domini eius l. aquã. C. de seru. & aqua, vt & qui obtinuit aquęductum ab alio, non potest alteri sine voluntate prioris impertiri, nisi postquàm aqua ingressa est fines prædij sui l. lucio. de aqua quot. l. ex meo. de seru. rust. l. 1. §. illud de aqua quot. l. pręses prouincię. C. de seruit. Vnde si seruitus non adest, dominus fundi in quo aqua est, opere in eo facto, aquam prohibere potest ne alio fluat. l. si tibi. C. de seruit. Quod si aqua est publica, à principe concedi tantum potest, vt aqua ex riuo vel castello, vel alio loco ducatur. l. 1. §. permittitur de aqua quot. l. quominus. de fluminibus l. si in publico. §. fine permissu. de aqua pluu. arc. nisi consuetudo sit in contrarium l. hoc iure §. ductus aquę, de aqua quot. nisi per viam ducatur, tũc enim est opus licentia principis, vt & opus est licentia si locus sit sacer vel religiosus l. seruitutes §. publico loco. de seruit. id vero conceditur, vt ex publico & per viam aqua ducatur si sine iniuria alterius fiat l. imperatores §. fi. de seruit. rust. Dicitur vero iniuria fieri si educatur ex flumine nauigabili, vel alio fluente in nauigabile, vnde nauigatio & commercia lędantur, l. si autem §. fi. de aqua pluu. arc. vnde nec princeps id pmittit, nisi nominatim huic iuri deroget. gl. in l. 2. de fluminibus, si vero flumen non sit nauigabilis, nec damnum publicum inde sequatur, licet cuique inde aquam ducere, nisi sibi prohibeatur à principe d. l. 2. dummodo id etiam fiat sine iniuria accolarum, vt non licet alueum aquæ diuertere. l. 1. §. sunt autẽ ne quid in flum. publ. cum flumina perennia sint iuris publici etiã non nauigabilia, nec ab aliquo priuato vsurpari, vel

11 Seruitus fluminis, & aquæductus vt se habeat.

vel impediri ne fluant, vnde qui & domum prope ripam habet etiam vtrãque nõ põt pontẽ priuato iure imponere nec impedire ne nauigetur in eo. l. fi. de flumin. l. 1. §. hoc interdicto. vt in flumin. publ. nauig. lic. si vero est stagnum, vel lacus priuati iuris, dominus eius potest eius vsum alijs interdicere; nisi publicæ sint. l. 1. §. si priuata. & seq. vt in flumin. publ. Si tamen aqua duci velit ex fundo medio, debet conueniri cum domino fundi de ea ducenda. l. qui sella. §. fi. de seru. rust. præd. l. in concedendo. l. in dič. l. si autem de aqua pluu. arc. nisi seruitus adsit, quæ sequitur fundum si imponitur fundo, & quandoque tantum personam. l. 1. §. permittitur. de aqua quot. l. pecoris. l. quæ eo. de seru. rust. & si flumẽ recessit, non durat seruitus, nisi alluuione redeat. l. hoc iure §. si aquam. de aqua quot.

Ducitur vero aqua per riuos apertos, & clausos, opera arcuata, fistulas, rotas, & alijs modis, vt per Vitr. li. 10. archit. c. 9. 10. 11. 12. Is vero qui habet ius aquę ducendę, non potest arcum supra iter alteri debitum struere, per quem aqua relicto itinere transeat. l. supra iter. de aqua pluuia arc. Nec per lapidem, nisi in seruitute comprehensum sit. l. si prius. §. 1. de aqua pluu. arc. l. 1. §. fi. de riuis, potest tamen qui ius habet aquæ quotidianæ, fistulam in riuo ponere, vel aliud, modo non noceat fundo, nec aquarium riualibus deterius faciat. l. 3. §. pen. de aqua quot. l. quintus. de seruit. rust. & si aqua ducitur ab alio, etiam supra eam alia aqua quæ per pontem q supra arcũ factus sit, duci potest, modo riuo inferiori nõ noceatur. l. 3. §. fi. de aqua quot. Sic tamen, vt modus ducendi electus seruetur, alias nõ, si id incommodum alijs afferat. l. 1. §. si quis ex riuo. ne quid in flum. publ. vt nec potest alueum fluuij mutare, nec attollere deprimere, extendere, operire apertum, vel contra. l. 1. §. inciuile. §. fi. de riuis. l. 2. eo. cõceditur vero ductus aquæ non solum præsentis, sed etiam futuræ & quęrendę l. labeo. de seru. rust. & etiam ex fonte vel capite, si talis seruitus adsit. l. seruitus aquæ ducendę, de seru. rust. pręd. Et licet vsus viç, itineris, aquę ductus sit indiuisus, tamen modus vtendi tempusq; diuidi potest manente iure vtendi indiuiduo. l. 4. §. fi. l. 5. l. viæ. de seruit. l. 2. §. 1. & fin. de seru. rust. pręd. l. cum constet. de aqua quot. & vbi non conueniunt inter se de modo vtendi, possunt agere cõmuni diuidendo, vel alternis vicibus, temporib. inter se definitis, vti. l. 4. in fin. de aqua quot. l. cum constet. eo. l. 2. eo. In hoc quoque est seruanda seruitus constituta aquæ ducendę, nec alia aqua miscenda. l. 1. §. illud §. itẽ quæritur. de aqua quot. nec mutetur forma ducendi, & minus lędatur fundo quàm fieri possit, nisi in cõstitutione seruitutis habeatur, vt quacunque parte fundi liceat ducere, tunc enim & riuum licet mutare. l. si cui simplici vsu. de seru. l. si mihi. l. si via. de seru. rust. l. certo. §. si locus. eod. l. non satis. §. cęterum quem. seru. amit. & si quis aliter vtatur, vel impeditur vti, competit actio de aqua quotidiana, & ęstiua, & de riuis. l. 1. per tot. de aqua quot. & de riuis. per tot. & si fons exauritur, & postea renascatur, seruitus reuiuiscit. l. vnus ex socijs. §. fin. & l. atilicinius. ff. de seruit. rust. præd. & sic vt fontes & aquæ ductus publici non possint fieri priuati temporis præscriptione licet contra ius hauriendi singulis ciuibus maneat, si de temporis initio non extet memoria. l. 4. l. diligenter. C. de aquæductibus lib. 11.

12 Seruitus aquę hauriendę, vt se habeat.

Alia quoque extat seruitus rustica aquæ non ducendę, vt puteorum, sed hauriendæ, ex flumine, fonte riuo, vel puteo vicini. l. ergo. de seru. rust. cum ex flumine publico sine iure seruitutis vnicuique aquam haurire liceat, l. 5. §. fi. de seruit. rust. & sic, vt qui à vicino ius aquæ hauriende acquisiuit, id prædio vicini communicare non possit, nisi conuentum sit l. ex meo. l. cum essent. §. fi. de seru. rust. præd. quod ius hauriendi conceditur et pdio remotiori, dummodo intermedius dominus det viam ad hauriendum, & iter faciendum. l. si prius. §. fin. de aqua pluu. & qui concedit vicino ius aquæ hauriendæ, cõcedere intelligitur & iter ad eam. l. 3. §. fi. de seru. rust. alias agi potest contra eum si haurire purgare, & refi-

reficere fontem ei vetetur, nisi vi, clam, vel pręcario id habeatur l. 1. de fonte.

13 Adest & alia seruitus pręter prędictas aquam ducendi, & hauriendi, quę vtiles sunt, scilicet aquę pluuię immittendæ à fundo superiori, & excipiendæ ab inferiori, quod damnosum est, idque vel l. vel natura, vel tempore l. 2. de aqua pluu. arc. lege, priuata vel publica, priuata ex conuentione partium oritur, §. si. Inst. de seru. quę est seruanda l. 1. §. si conueniat depos. ita vt etiam in fundo vicini liceat aggeres vel fossas habere, si id conuentio habet prope flumina magna ad aquam excipiendam l. 1. §. denique de aqua pluu. Idem etiam si vicinus patitur facientem opus quod nocet sine errore, consentire censetur l. labeo. eo. l. qui bona fide. §. si quis, de dam. inf. publica l. fit, quod in agrorũ diuisione est factum l. quod principis, de aqua pluu. quod est seruandum cum seruitutibus appositis l. 1. & 2. C. fin. reg. Natura quandoque res seruire dicitur quando ex natura agri sine opere manu facto, aqua à superiori in inferiorem decidit, & nocet, in quo est compensandum damnum aquę cũ commodo limi inde prouenientis, & id sequendum l. 1. §. denique & §. item varus, & §. sed & si vicinus, de aqua pluu. arc. & non potest id prohiberi si aqua naturaliter defluat. l. 1. §. idem aiunt, & §. in summa. de aqua pluu. vetustas etiam operis manibus facti arguit seruitutem, si eius initij memoria non extet, quæ est seruanda l. 1. §. denique l. 2. in princ. & §. item varus §. cassius. eo. quæ vetustas probatur per testes, d. l. 2. §. idem labeo, qui etiam ab alijs audierint, & si fieri non debuit prohiberi potest, l. quod principi §. fin. de aqua pluu.

Seruitus aquę pluuię immittẽdæ, vt sehẽat.

Extra hos casus, considerandum an aqua sit pluuialis, quod dignoscitur cũ colorem mutat, l. 1. § illud, de aqua pluuia, vel sine pluuia, vt flumina fontes, vel mixta, quæ imbribus crescit. Vnde si quis præter ius seruitutis facit ageres fossas, & huiusmodi, vt aqua in agrum vicini deriuetur, si in suo id facit competit interdictum aquæ pluuiæ arcẽdę, si in publico non l. 3. §. fi. de aqua pluu. agi tamen potest non esse ius aquam ita immittendi, vel immittendo id fiat, vel maiorem faciendo, vel citatiorem, vel redundare in eum etiam opere manufacto l. 1. §. hęc autẽ actio, de aqua pluu. & datur actio, vt opus tollatur, vnde aqua nocet, expensis eius qui fecit, l. 1. in princ. & §. neratius, l. 4. §. si tertius, l. 6. §. fin. eo. Si tamen causa agri colendi quis faciat sulcos, qui aliter seri non possit, etiam si noceat vicino, non impeditur, l. 1. §. de eo opere §. sed & si quis, & §. itẽ sabinus §. sed & fossas § labeo, l. vicinus. eo. Si tamen dominus superior nil fecit vt aqua defluat, sed ageres inundatione collapsi sint, non tenetur, l. atteius, eo. debet tamen pati, vt vicinus qui damnũ patitur illos reficiat, l. 2. §. 1. & §. item varus, & §. apud Namusã, & l. supra iter, §. fi. eo. & si adsit fossa antiqua cuius initij memoria non extet, & noceatur vicino tertio, is aget contra inferiorem, vt purget, vel patiatur ei illam in pristinũ statum reducere, & etiam qui in confinio est agere pluuię arcendę, l. 2. §. apud l. 2. §. apud labeonem, & §. pręterea, & §. apud Alphenum, eo. & is cuius fundus debet seruitutem nõ tenetur fossam purgare, nisi id sit expressum, sed tantum pati vicinum suis expensis id facere, l. 1. §. fin. eo. sed si ex fossa pinguedo ex purgatione erui potest, dominus prædij seruientis agere potest, vel vt dominus purget, vel purgare sinat. l. 2. §. apud labeonem eo. Sic tamen vt non lędat opus seruiens, alias tenetur proprijs expensis id reficere, l. in summa §. item labeo. de aqua pluu.

Alia quoque est seruitus rustica circa aquas, nempe seruitus appulsus pecoris ad aquam vicini, l. 1. §. pen. de seruit. rust. quæ seruitus est realis, quando prædium, vnde pecus appellitur, est pascuale, & dominus accipit fructum ex pecudibus, potest & esse personale cum persona extinguibile, l. pecoris, de seruitu. rust. pecorum appellatione veniũt, oues, boues, capre, muli, equi, canes, vrsi, & & aliç quadrupedes, l. 2. ad l. Aquil. l. ędiles, §. iumentorum de ędil. ęd. & in hac seruitute omnia prædicta veniunt animalia, & canes pastorales ar. l. quæ 14

Seruitus appulsus pecoris ad aquã vt se habeat.

in

stium §. si in agro. de fund. instr. Modus etiam in hac seruitute consideratur, vt si numerus certus pecudum adiectus est quæ appelli ad aquam debeant, non excedatur alias licet repellere excedentes l. 1. §. trebatius, & §. Marcellus. de aqua quotid.

Ver. De Alijs seruitutibus rusticorum prædiorum.

15 Seruitus pecoris pascendi, vt se habeat. INter rusticas seruitutes, est & ius pecoris pascendi in alieno prędio. l. 1. §. pen. de seru. rust. §. 1. Inst. de seruit. quod sine iure seruitutis fieri non licet. l. qui seruandarum §. fi. de prescr. verb. l. quintus Mutius, ad l. Aquil. alias agitur contra eum. d. §. actione in factum, vel ex l. Aquilia, vel ad exhibendum l. fin. C. ad l. Aquil. Iulianus §. glans. C. ad exhib. In hac seruitute, vt & in alijs est considerandą pactio, vt non excedatur, modus, vt nimium non noceatur, & huiusmodi, & an sit debita vniuersitati habitātium, l. testatrix §. plures si seru. vend. de quo infra tract. de pascuis, Deo dante, agetur.

16 Seruitus de arena fodienda & calce coquēda, vt se habeat. Aliæ sunt etiam rusticę seruitutes, vt de arena fodienda & calce coquenda in prędio alieno. l. 1. §. pen. de seruit. rust. cretę eximendę, q̄ exigi possunt iure seruitutis quatenus reqrit vtilitas solum p̄dij dominantis, vt ad facienda opera causa fructuum colligendorum, vel domunculam ędificando, & huiusmodi, & non vltra, si enim vltra concedatur erit seruitus personalis l. ergo l. veluti. de seruit. rust. p̄d. Sic alię etiam seruitutes constitui possunt, vt de altius tollendo, vel cloaca habenda in alieno. l. ius cloacæ, de seruit. vt fructus in vicini villa cogātur, & pedamenta ad vineam ex vicini p̄dio sumantur, lapides sumantur, & huiusmodi, q̄ sine seruitute haberi nō possunt. l. venditor §. si constat. comm. p̄d.

Ver. De Modis quibus seruitutes constituuntur, conseruantur & amittuntur.

17 Seruitutes q̄uo cō stituātur. IN seruitute constituenda res persona, & modus perpendi debet, res in quib. constituitur, nam sine p̄dijs nō possunt constitui seruitutes p̄diales, §. ideo. Inst. de seruit. l. 1. l. cum fundus. comm. pręd. licet qui fundum non habet promittere possit. l. hæredes. §. an ea. fam. hęrcisc. vt & futuro p̄dio imponi potest. l. si seruitus §. fi. de ser. vrb. p̄d. l. labeo. de seru. rust. l. pen. & fi. si seru. vend. quod tamen dat ius tantum ad rem non in re, nisi tradatur, & conditio impleatur. l. existimo. de verb. oblig. l. is cui sub conditione de act. l. sub conditione de cond. & dem. l. cedere. de verb. sign. oportet vero vt p̄dia quibus imponitur seruitus sint priuata, publicis enim impoui non pōt, veluti, vt nec ex flumine haurire, licet eius longa possessio quandoq; sustineatur, l. 2. comm. p̄d. vt nec imponi seruitus potest ne in mari piscari liceat, l. vēditor. comm. p̄d. Sic etiam in re propria sibi non constituitur seruitus, vt nec potest quis eam acquirere alienis ędib. l. si quis duas ędes §. 1. comm. p̄d. nec per locum sacrum vel religiosum seruitus deberi potest l. seruitutes §. fi. de seruit.

Circa personas, oportet vt qui seruitutes constituunt idonei sint ad res suas agendas & cedendas, ac alienas l. in re mandata. C. mand. & sic esse dominus plene fundi qui imponit vel acquirit seruitutem, cum alienis nō possit imponi, vt nec à marito fundo dotali, nec à proprietario fundo vsufructuario, vel contra, ita vt alijs noceat. l. si quis duas §. 1. comm. p̄d. l. iulianus, cum seq. de fundo dot. l. sed & si quid §. sed neq; ff. de vsufruc. & quem. nec vasallus & emphiteota cum pręiudicio domini, nisi deueniat ad eum vt ad priuatum. Castr. in l. 1. ff. de seruit. in l. 1. C. eod. Boer. q. 182. numer. 1. Guido Papæ q. 573. Boer. q. 181. 182. num. 67. 18 Seruitutes q imponere possint, vel non.

Quo vero ad modum, constituuntur seruitutes tot modis quot & vsufructus l. via de seruit. natura, lege, & testamēto consuetudine, Natura, ait quod fundus inferior seruiat superiori, modo quo supra lege publica, vt in vsufructu legati de quo ante est dictum, & ne iuxta areā vicini vbi granum purgatur ędificetur l. fi. §. fi. C. de seruit. & alijs calib. supra relatis. Vel lege priuata, in contractibus testa- 19 Seruitutes quot modis cō stituātur.

testamentis, legatis, donationibus stipulationibus §. fi. de seruit. l. potest, comm. pd. §. disponat. auth. de nupt. l. legem C. de pact. l. heredes §. an ea. fam. ercisc. patientia etiam domini acquiruntur l. 2. de vsufr. l. 1. de seru. rust. pd. & vetustate, vel prescriptione de quo infra sub tit. de prescriptionibus habetur.

20 Seruitutes qualiter conseruentur.

Conseruantur vero seruitutes actione in rem, negatoria, & confessoria, l. 2. si seru. vend. q dantur possessori. l. & si forte §. sciendum, si seru. vend. cum pro eo in dubio iudicetur nisi alter probarit. §. retinendę §. commodum. Inst. de Interd. vel datur nuntiatio noui operis l. inter §. fi. de seru. vrb. in rusticis tamen est vtendum confessoria, & negatoria, & aliæ, de quibus Greg. Tol. in sint. iu. lib. 4. c. 22.

21 Seruitutes quib. modis amittātur.

Amittitur vero seruitus pluribus modis, vel ratione rei, vel personæ, vel eius quod geritur, primo modo, si res cui debetur intereat l. seruitutes §. si sublatū, de seru. vrb. l. certo genere, de seru. rust. re tamen redeunte in suum statum, seruitus restituitur, vt si fons arefactus reuiuiscat l. vnus ex socijs §. fi. cum l. seq. de seru. rust. vel si domus destructa reędificetur d. §. si sublatū, vel si locus seruiēs alluuione occupatus, denuo relinquatur l. si locus quē. seru. amitt. & huiusmodi l. papinianus, de seruit. Ratione personę amittitur si dans non habet ius perpetuum in re, resoluto enim iure dantis, & accipientis resoluitur l. si is qui §. 1. quem seru. amitt. vel si quis promisit pdialem seruitutem sub conditione, & ea pendente fundum alienauit l. existimo l. si sub vna §. fin. de verb. obliga. l. si quis duas. §. 1. comm. pd. si tamen seruitus iam sit constituta, non perit morte constituentis, sed rem sequitur, nisi aliud cautum sit l. neque, quem vsufru. amitt. l. 3. C. de seruit. l. via §. si fundus l. cum fundo, de seru. rust. gl. in l. pecoris de seru. rust. similiter si vsus tantum seruitutis legatus sit, quia extinguitur cū persona l. 1. de vsu & vsufr. leg. quæsita tamen predio non amittitur morte, vel capitis diminutione, cum realis sit l. 3. ff. quem. seru. amitt. Facto amittitur si is cui debetur, permittat aliquid fieri in loco vnde seruitus tollatur, tacito enim remittitur, vt & si expresso consensu tollatur l. si stillicidij quem seru. amitt. l. ad certam l. seruitutes §. seruitus de seruit. vel si quis fiat dominus pdij seruientis, si in solidum fiat dominus, secus si pro parte l. 1. quem seru. l. si cum seruitus, eod. l. quicquid venditor. comm. pd. Amittitur etiam non vtendo, sed non ante in vrbanis quàm vicinus vsucapiat contrarium faciendo, vt tignum immittendo, rusticæ vero amittuntur tempore non vtendo via, semita &c. l. hæc autem de seru. vrb. l. vna est de rest. imped. l. 4. §. si viam de vsuc. licet si quis impediatur vti restituēdus sit l. si plures §. deiectum l. si de fundo de vi & vi arm. exceptis itinere ad sepulchrum, & via publica, quę non vtendo, non amittuntur l. 4. quem seru. amitt. l. viam de via publ. & sat est ne amittat quis non vtendo seruitute, quod vtatur etiam per alium vt socium, vel fructuarium vel certo tempore, licet non perpetuo, vel ex aliqua parte, licet non tota l. seruitus & per socium, quem seru. amitt. l. 2. & l. si sic constituta. eo. l. si stillicidij §. fi. l. si in parte, eo. si tamē certo modo quis vtitur amittit ius alterius modi, vt si vtatur aqua horis nocturnis, amittit ius vtendi diurnis decem annis inter præsentes viginti inter absentes l. si communem §. 1. quē seru. amitt. l. si prius, de aqua pluu. arc. l. pen. & fi. C. de seruit. l. fi. C. de præscr. longi temp. habita tamen ratione antedictorum, vt vrbane non amittantur nō vtendo nisi modo exposito l. hæc autem iura. de seru. vrb. præd.

SVMMARIVM.

1 Dominium cœpit à possessione.
2 Possessio quot modis sumatur.
3 Possessio quid sit, cum eius explicatione.
4 Possessio naturalis est, & ciuilis, & quæ vtraque.
5 Possessionis species quot sint, cum earum explicatione.
6 Possessionis commoda quæ sint.
7 Possessio quibus modis vel actibus vere aut ficte acquiratur.

8 ad Possessionem quibus casibus apprehensio non sit necessaria.
9 Possessio seruitutis, vel alterius iuris incorporei quomodo acquiratur.
10 Possessio quibus modis amittatur, & quibus non.
11 Possessio quibus modis retineatur, & recuperetur.
12 Possessione pelli quis dicatur.
13 Possidens an possit armis suam possessionem tueri, & quibus alijs modis.

De Possessione. Cap. XI.

1 Dñium cœpit à possessione.

CVm Dominiũ cęperit à possessione l. 1. ff. de acq. poss. & dominiũ ex possessione perficiatur, ideo post dominiũ, de possessione est agendum, vbi notandum, quod possessio quandoque sumitur per obiecto vel re possessa, vnde prædia quorum quis est dominus possessiones quandoque dicuntur l. interdum de verb. sig. secundo pro forma, vel re à qua aliquis dicitur possessor, & res aliqua dicitur possessa, & sic sumitur hic. Dicitur autem possessio quasi pedum positio, l. 1. de acqui. poss. quia potissimus actus quo rerum immobilium possessio acquiritur est ex pedum in ipsis positione l. 3. eo. licet pręcipuus actus quo possessio rerum immobilium apprehendi solet, fit cum manibus apprehenduntur, d. l. 1. §. 1.

2 Possessio quot modis sumatur.

3 Possessio quid sit, cum eius explicatione.

Est autem possessio rei corporalis detentio; corporis & animi, & iuris adminiculo, vt d. Azo. C. de acq. poss. in summa, vel apprehensio rei corporalis, vera vel ficta, corpore & animo, & iuris adminiculo, in qua diffinitione potius ponitur quo possessio apprehendatur quàm eius definitio. Dicitur rei corporalis, q̃a iurium incorporalium, vt seruitutum, non est proprie possessio, sed quasi possessio, quia nõ per se sed per aliquid corporeum apprehẽduntur c. cum ecclesia. de causa possess. Inst. de interd licet & hæc dicantur quandoque possideri, vt beneficia & c. vnde si res incorporeę velint in hac diffinitione comprehendi, tollenda est pars illa, corporalis, vt inq. Couar. in reg. possessor. de reg. iu. Dicitur corpore & animo, quia vtrumque requiritur corpus, vt actu apprehendatur, animus vt eo actu apprehendatur res vt fiat sua. l. 3. in prin. & §. in amittenda, & l. quemadmodum de acq. poss. nõ enim sat est animus, naturalis enim actus apprehendẽdi, & faciendi suas res q̃ in nullius sunt bonis est vt corpore apprehendantur, vt ferę, pisces, lapilli l. 1. §. 1. de acq. possess. §. feræ cum seq. Inst. de rer. diu. modo adsit & animus acquirendi eã rem, vt suam, si enim alio animo res teneatur quàm vt fiat sua, variatur titulus, nec dicitur quis inde dominus, vt colonus si teneat rem colonice, depositarius, & c. non inde efficiuntur domini: Et si quis hoc modo corpore, & animo possideat, dicitur naturaliter ob corpoream detentionem & ciuiliter, ob animum, possidere, etiam si dormiat ob actum & habitum præcedentem. Et licet ad acquirendam ciuilem possessionem requiratur, & corporalis, potest tamen durare ciuilis sine naturali, vt quando quis corpore discedit à re quam possidet & animo in ea insistit, vt eius qui vadit ad nundinas l. clara §. qui ad nundinas, de acq. possess. etiã si alius eam occupet, dicitur possidere ciuiliter, donec reuertẽs in possessionem naturaliter nõ admittitur, nec sperat se eam se consecuturum, & ob id ab ea aggredienda desistit, & tũc dr̃ deiectus à possessione ciuili, & alius q̃ possidebat corporaliter, incipit possidere etiã ciuiliter, licet vi, vnde medio tempore quo vnus possidebat naturaliter, alius ciuiliter, hic secundus dicebatur proprie possidere, alius non simpliciter, sed cum additione, corporaliter scilicet, maxime cum iniuste possidet; obseruandum vero ad naturalem possessionem requiri animum eam possidendi vt suam, iuste vel iniuste, siue is animus efficiat possessionem ciuilem, vel non; vnde si quis occupet rem in absentia alterius animo tantum ea vtendi, non dicitur naturaliter possidere.

4 Possessio naturalis & ciuilis, & quę vtraque.

Aduertendum vero aliquem dici possidere, per seipsum, quãdoque per aliũ, vel is sit procurator, filius vel seruus l. gene-

generaliter. de acquir. poss. quando vero quis eius est conditionis, vt per se non possit possidere, vt filius, non ipse est qui possidet, sed pater vel dominus per eum §. item nobis. §. itē placet. Inst. per quas pers. nobis acquir. l. rem l. quod seruus. ff. de acqu. poss. quod intelligitur si iuste possidet, alias enim nec sibi, nec patri, nec domino acquirit, sed manet possessio apud antiquum possessorem, etiam si incapax rem illam occupet. dd. iurib. pupillus vero per tutorem, & furiosus per curatorem possessionem acquirunt l. 1. §. adipiscimur. de acqu. posses. Vt tamen per alium quis possideat, oportet vt in alio sit animus eam possessionem domino acquirendi §. hęc §. per procuratorem. Inst. per quas pers. qui dicitur tamē eam acquirere domino, licet is id ignoret, si habuit animum acquirendi, & dominus sic dicitur corpore & animo per eum possidere l. 1. C. de acq. posses. l. 3. §. saltus. eod. tit. si tamen is qui non potest acquirere sibi, sed alij; animum habeat sibi acquirendi, non acquirit sibi sed illi alij l. rem de acq. posses. Quādoque tamē quis possidet per seipsum solū ciuiliter, & per alium naturaliter, vt locator per seipsum possidet ciuiliter per colonum naturaliter l. 3. §. quod si seruus, & §. saltus, de acquir. poss. & sic per depositarium &c. §. possidere. Inst. de interd. vsufructuarius tamen & emphiteota, non ratione dominij, sed iuris vsusfructus fruendi, dicuntur possidere vel quasi possidere ciuiliter quatenus satest ad ea iura praescribenda, & etiam naturaliter, vt d. Couar. in reg. possessor. 2. p. in prin. de reg. iu. comparatione vero rei corporalis quae proprie tantum dicitur possideri, solus proprietarius dicitur ciuiliter possidere, vnde vsufructuarius, vel emphiteota rem eam non potest ꝓscribere, cum sine ciuili possessione praescriptio non currat, naturaliter tamen praedicti dicuntur possidere l. naturaliter de acq. posses. & est cōmunis opinio, vnde vtrique competunt remedia possessoria de quibus infra, quae possessiones tam ciuiles quàm naturales acquirūtur aliquo facto vero vel ficto, alia. n. possessio est quę habet plurimum iuris, alia quae plurimum facti, alia quae facti & iuris l. nemo ambigit. C. de acqu. posses. alia quae nihil iuris habet, vt qui iniuste possidet, alia quae colorata tantum dicitur, vt cum traditur beneficiū à non habente potestatem. Abb. in cap. cum nostrum col. fi. de concess. praeb.

Dicitur demum in diffinitione iurisq; adminiculo, id est vt ius non refragetur, dispositione aliqua impediens, ne tali apprehensione corpore, & animo possessio comparetur, vt d. Bar. in l. 1. in princ. de acqui. poss. & sic excluditur possessio qua laicus locum sacrum, vt suum occupare velit, cuius est incapax l. qui vniuersas §. 1. de acq. posses. vt & excluditur qui rem absentis immobilem occupat quousque prior dominus praesens sit, & eam rem non aggrediatur, putans se non pręualiturum, cum ante quis nō acquirat possessionem ciuilem, vt supra est dictum.

Distinguuntur vero possessiones, vt supra est dictum, in plures species naturalem tantum, ciuilem tm̄, ciuilē & naturalem, veram & fictam, vel falsam, & vacuam, vt cum possidentur res desertę, vel nullius l. 4. C. de bonis. vac. li. 10. l. 1. & tot. tit. c. de om. agro. deserto. lib. 11. l. 3. & 5. de acqu. rer. dom. §. ferę. Inst. de rer. diu. & cum titulo, vel sine, cum titulo vt cum quis possidet titulo iure ꝓbato, vt pro soluto, pro emptore, pro haerede & huiusmodi, sine titulo, cū titulus possidendi iure non probatur, vt in praedone, l. pro haerede l. nec vllam §. omnibus, de petit. haer. vel si donatio fiat inter cōiuges, quod iure vetatur l. quod vxor viro, de acq. posses. 5 Possessionis species quot sint, cum earū explicatione.

Possessionis porro multa sunt emolumenta, primo enim bonae fidei possessor, certo tempore praescribit, & fit dominus rei possessę, quod si ante praescriptionem finitam, dubitare incipit, cum tamen bona fide coeperit possidere, an res sit sua, in dubio potior est conditio eius, nec tenetur eam restituere, sed moralem tantum adhibere diligentiam an sit alterius, secūdo, qui rem possidet, nō petit eam in iudicio, nec ei incūbit probare rem esse suam, sed alteri, qui si non probet, vel probatio sit obscura, in dubio sen- 6 Possessionis cōmoda q̄ sint.

sententia fertur pro possessore. §. retinendę. Inst. de int. quod est magnum emolumentum, cum difficile sit probare rerũ dominia. Abb. in c. cum super num. 18. de sent. & re iud. & in c. consultationib. de off. deleg. vnde litigantes prius super possessorio quàm petitorio solent contendere. d. §. & l. 1. vti possidetis.

Tertiò, quod cuilibet licet defendere suam possessionem, & ędificatum in re possessa, vt quod cedat solo propria authoritate, vt suum destruere, ab alio factum. l. adeo. §. ex diuerso. de acq. possess. §. ex diuerso. Instit. de acquir. rer. dom. in quo tamen à scandalis ex charitate cauendum est.

Diuiditur etiam possessio in iustam, & iniustam, & iniusta diuiditur in eam quę est iniusta ex mala fide, vel ex alio capite. Diuiditur etiam generaliter proinde in possessionem bonę fidei, & malę, & coloratam, id est cuius titulus est verisimilis idest nõ aperte nullus, & cuius titulus non est verisimilis, & alia est possessio pro empto, pro legato &c.

Possessio demum in sensu formali, diffinitur, quod est insistentia actualis, aut quasi habitualis in re aliqua ex apprehẽsione corpore, & animo, iuris adminiculo prouueniens.

Ver. De Modis & actibus quibus vere vel ficte possessio comparatur.

7 Possessio quib. modis vel actib. vere aut ficte requiritur.

AD comparandam fundi possessionem, vt & supra est dictum, non est necesse singulas fundi partes pedibus, vel manibus tangere, sed sat est ingredi aliquam partem, & glebam tantum animo possidendi apprehendere. l. 3. in princip. de acqui. possess. Si vero sint plures domus vel prædia, oportet singula ingredi quo ad aliquid cuiuslibet. Vbi vero est ius seruitutis, vt itineris ad flumen, oportet totum illum actum explere, & iter. Ad acquirendam vero possessionẽ alicuius fundi, sat est ingredi partem eius animo possidendi vsumfructũ totius fundi. Vbi etiam res aliqua capi solet nõ per partem sui, sed quid aliud, vt equus per capistrum, vinum per vas, sat est per illud id capere. §. item quis. Inst. de rer. diu. Differt tamen possessio facta per actus fictos, id est quos lex veris æquiparat, in aliquibus. Nam quando possessio acquiritur sine voluntate prioris possessoris, qui eam tradat, comparari non potest per actus fictos, sed per actum verum scilicet per apprehensionem, vt fit in ijs quæ in nullius erant potestate, vt Thesauri ferarum, & huiusmodi §. illud. Inst. de rer. diu. Sic possessio vi acquisita, nisi per veram apprehensionem acquiratur vnde si depositarius clam possideat rem depositam, oportet primo, vt eam apprehendat, & moueat de loco suo. l. 3. §. si rem. de acquiren. possess. Sic etiam si quis authoritate iudicis mittatur in possessionem rei ab alio possessæ, non apprehendit eius possessionem nisi eam apprehendat, & non per actum fictum, nisi de voluntate prioris domini qui eam tradat, tunc enim acquirere eam potest per actum fictum, nisi per potentiam & resistentiam aduersarij possessio capi non possit per actum verum, tunc enim sat est ostendere rem, & capere possessionem eius per visum, & etiam per solum verbum, si visu tradi non possit. l. vnus §. fin. cum l. sequen. de bo. auth. iud. Vnde hæres non acquirit possessionem bonorum defuncti nisi per apprehensionem cum nullus sit qui eam tradat sat est tamen apprehensione possessionis domus consequi possessionem bonorum mobilium defuncti, iuncto animo ea possidendi.

Sunt vero nonnulli casus, quibus titulo interueniente, & voluntate prioris possessoris qui rem tradat, sine apprehensione, comparatur possessio iuris fictione, primo per visum, nam antiquo possessore ostendente rem cuius possessionem vult tradere, is cui conceditur comparat eius possessionem solo aspectu licet distet. l. 1. §. si iusserim l. quod meo. §. si venditorem de acquiren. possess. secundo cum antiquus possessor ei quẽ in possessionem mittere vult, tradit scripturam qua constat de titulo legitimo 8 ad Possessionẽ quibus casib. apprehensio nõ sit necessaria.

timo quem habet in illa re. l. 1. C. de donat. & est communis opinio, sic enim acquiritur eius possessio, si tamen noua sit scriptura requiritur iudicis authoritas in tradenda huiusmodi possessione, tertio, si dominus vel possessor antiquus in præsentia horrei, domus, cellæ vinariæ, & huiusmodi tradat accipienti claues prædictorum cum animo transferendi in eũ possessionem illorum, sic enim accipiens cum intentione prædicta acquirit possessionem prædictorum, licet non videantur, & mobilium domus si intẽtio sit talem possessionem tradendi, quo casu si claues erant tradentis, transit in accipientem dominium rerum illarum, quæ si non erant tradentis, qui eas accipit, incipit res illas præscribere, si erat bonæ fidei possessor. l. clauibus de contrah. empt. l. 1. §. si iusserim. ff. de acquir. possess. l. qua ratione. §. item si quis merces. de acqui. rer. dom. §. item si quis merces. Inst. de rer. diu. quarto, si antiquus possessor ad quem res spectabat, eam vendiderit, vel donauerit, reseruans sibi vsumfructum, sic enim iuris fictione censetur transtulisse proprietatem in accipientem absque alio actu, & secundus incipit possidere, vel is vendat aut donet vnam rem tantum, vel omnia bona sua, reseruato sibi vsufructu. l. si quisquis. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donat. & idem si eam accipiat in emphiteusim, vel feudum à donatore, quinto, cum antiquus possessor eam rem vendit, donat, vel aliter titulo dominij transfert, constituendo se conductorem eiusdem rei ab illo cui certo pretio rem illam alienat, sic enim censetur eam illi tradere, & transferre in eum omnem possessionem quam habebat, vel res sit præsens, vel non. l. quædam mulier. ff. de rei vendit. l. qui bona fide. §. 1. l. interdum §. fin. de acquiren. possess. l. serui emptor. ff. de peric. & commodo rei vend. sexto, cum quis rem alteri locatam vel depositam, eidem vendit, donat. &c. sic enim eo ipso, virtute prioris tentionis, iuncto titulo translationis dominij, comparatur possessio, nisi artius aliquis eam ciuiliter possideret. l. siue autem ver. si quis rem. ff de public. l. certi condictio. §. fin. si cert. pet. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. §. interdum. Instit. de rer. diu. septimo, quando post donationem venditionem, vel aliam translationem dominij, de voluntate alienantis, apponitur custodia ex parte eius cui fit alienatio, siue res sit præsens vel absens, statim enim ac custos incipit custodire, licet ignoret finem ob quod id fit, possessio talis rei mobilis, vel immobilis transit in eum cui est alienata. l. quarundam rerum. ff. de acquir. possess. octauo, si de voluntate vendentis, vel aliter alienantis, emptor, per se vel alium signet rem emptam, vt trabes, pecora, licet vnam tantum, vel duas ex toto numero signet suo signo, comparat eius possessionem. l. quod si neque ff. de peric. & comm. rei vend. nono, si antiquus possessor facta venditione, vel alienatione, constituat se possidere nomine eius cui rem alienat, sic enim possessio à priori habita trãsit in secundum si id ratum habeat, ante enim ratihabitionem, si alij alienetur, illi acquiritur possessio, & hæc dicitur clausula constituti, & est in vsu frequens apud notarios. de quo. in l. quod meo. l. qui bona fide. l. interdum. §. fin. de acquir. possess. Ex his casibus, vbi traditio titulo translationis dominij datus possessionis, acquiritur & dominium quod fit etiam si fundus ille ab alio possideatur. l. si fundum. de fundo dot. late Molina. de Iust. Tom. 1. tractat. 2. disput. 13. quibus & alium casum addiderim, si statuto caueatur, vt absque apprehensione acquiratur possessio, vt Brixiæ habetur censeri continuatam possessionem in hæredem, sic enim absque traditione possessio acquiritur.

9 Quod si seruitus sit, vel aliud ius incorporeum, cuius possessio acquiri velit, vt iuris eligendi, præsentandi, &c. aliter est agendum, nam concurrente vero titulo ad comparandum dominium, vel quasi huiusmodi iurium vel seruitutum, per vsum eorum, iuncta scientia & patientia illius, qui huiusmodi possessionem impedire, vel tradere potest; si sit aliquis talis, acquiritur eorum.

Possessio seruitutis vel iuris alterius Incorporei quo acquiratur.

rum dominium, & possessio. l. 2. C. de seruit.& aqua.l.quoties. 2. ff.de seruitutibus. l.si partem ff. quem. seru. amitt. Couar.in reg.possessor.p.2. in princ.nu. 8.& similiter per immissionem in fundum, in quo est constituenda seruitus, factam animo tradendi possessionem à Deo qui seruitutem concedit, nisi aliquis alius esset in possessione talis seruitutis, tunc enim licet tradens rem si sit eius dominus, transferat eius dominium, vel quasi, non tamen transferre possessionem nisi accedente scientia, & patientia eius qui fundum possidet, nec requiritur qd is q mittitur in possessionem exerceat actum iuris, & seruitutis quam vult comparare, & sat est missio in fundum, nisi vbi specialiter requiritur actus iuris seruitutis, vt in vsufructu,l.3. Ver.dare. de vsufruct.& in actu electionis, sic enim necessarius est vsus talis rei ad possessionem comparandam l.si partem.ff.quem. seru. amitt. in alijs casibus id non requiritur. l. via iter. ff. de seruit.l.si ego. ff. de public. dummodo concurrat, vt supra, scientia & patientia eius ad quem pertinet eam possessionem concedere, vel resistere aggredienti.Abb. in capitul. de quarta; de præscript.

Secundò, si quis alius à legitimo domino possideat, ad consequendam seruitutis, & iuris incorporalis possessioнē sat est vsus illius cum scientia, & patientia possessoris, vel immissio in possessionem per eum facta animo concedendi possessionem, nec requiritur scientia, & patientia veri domini, & hic præscribit si adsit bona fides.l. si ego.§. 1.ff. de public.l.fi. C.de longi temp.præscript.

Tertiò, si quis sciente & patiente domino, vel eo ad quem spectat tradere, vel prohibere possessionem, vtitur iure aliquo, vt eligēdi, acquirit possessionem eius, etiā si careat vero titulo, modo credat & intendat vti iure suo, & actus sit talis vt ex eius natura & frequentia credatur concessus non pro tunc ex gratia, sed vt spectans iure ad exercentem, & is præscribit tempore ad præscribendum statuto, licet alium titulum non ostendat. capit. cum ecclesia. de causa possess. vbi doct.l.2.C.de seruit. modo, vt supra credat vti iure suo,& intendat, aliter nō acquiritur ius illud.l.fi.quē. seru.amitt. cum sic etiam non possideat bona fide, & ideo non præscribat.c.1. de præscr.in 6.& modo sit actus talis, vt supra, vt ex frequentia credatur non ex gratia, sed iure id agi, si enim quis inuitaret pluries amicum ad prandium, non resultat inde possessio, quia id præsumitur ex gratia factum, & idem in similibus pro iudicis arbitrio, vt d.Abb.in d.cap.num. 22. cum seq. vnde si quis interfuit electioni episcopi, & tulit suffragium, acquiritur ius ex illo actu etiam vnico, alias non, si actus is ex gratia concedi soleat. Vsus tamen alicuius iuris vel seruitutis tanto tempore cuius initij memoria non extet, parit non solum possessionem, sed etiam præscriptionē, nec opus est probare scientiam vel patientiam veri domini aduersus quem erat præscribendum.l.1.C.de seruit.gl.in l.hoc iure §.ductus aquæ. ff. de aqua quot. Couar. loco cit.

Ver. De Modis quibus poßeßio amittitur, recuperatur, & retinetur.

Sicut animo possidendi possessio acquiritur, vt supra est dictum, modo tamē ibi explicato, sic possessio solo animo non possidendi amittitur.l.1.§.si vir. l.3.§.in amittenda.l. si quis.ff.de acqui. poss.nisi quis recedat à possessione sub tacita conditione, quia non secuta conditione, nō amittitur possessio, vt si quis eā relinquat, vt alteri acquiratur, eo nō secuto, sibi remanet.l.si me in princ.eo. si tamen absolute quis eam dimittat, etiam si alius eam non consequatur, illam amittit.

10 Possessio quib. modis amittatur, & qbus nō.

Quo vero ad res immobiles, licet occupentur ab alio in absentia prioris possessoris animo eas possidendi vt suas, nō amittitur tamen earum possessio, donec prior possessor sciens eas esse occupatas ab alio animo possidendi, aggrediens possessionem earum naturalem non ad-

mittatur, vel desistat putans se non admittendum, vel non præualiturum, sic enim amittit possessionem ciuilem, quā alius acquirit vt supra est dictum, quod procedit etiam si colonus eas res vendiderit iniuste ei qui occupat animo possidendi, sciente & patiente domino. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. l. 3. §. si quis. l. si id. §. 2. l. quàmuis. §. 1. l. quàmuis saltus. 2. de acquiren. possess. l. fin. C. eo. quod intelligitur solum de possessione immobilium. l. si rem immobilem. ff. eo. gl. in d. l. quàmuis saltus. Similiter possessio amittitur per occupationem rei immobilis à mari vel flumine permanenter. l. 3. §. labeo. l. qui vniuersas. §. 1. de acq. poss. Sic pupillus & furiosus, non proprio animo, sed consensu tutoris & curatoris possessionem amittunt. l. si is l. possessionem. ff. eod. Si vero res sit mobilis, facilius amittitur eius possessio, per furtum enim amittitur eius possessio, & acquirit eam fur etiam antequàm possessor sciret eā furto ablatam, & etiam si furans sit eius depositarius, modo ei adsit animus illam occupandi vt suam, & non tantum denegandi esse alterius, dummodo eam moueat de loco suo. l. 3. §. si rem. eo. tit. per amissionem etiam rei mobilis amittitur eius possessio, licet nullus alius possideat, nisi sit sub Domini custodia quam non inuenit nisi diligentia adhibita, sic enim non amittitur eius possessio. l. 3. §. nerua. l. si id. l. rem. l. si rem. eo. titul. nisi, & columbæ sint quæ soleant ire, & redire, sic enim possideutur etiam si absint, non autem feræ volucres, vel pisces capti, si capientis euaserint manus. d. §. nerua de quo latius infra.

11 Possessio quib. modis retineatur, & recuperetur.

Circa secundum caput, plura dantur remedia, retinendę, & etiam recuperandę possessionis, quæ dicuntur remedia possessoria, quæ ad quattuor reducuntur, scilicet interdictum quorum bonorum; interdictum. Vti possidetis. tertium interdictum vtrobi quartum. vnde vi aut clam. interdictum quorum bonorum ordinatur ad possessionem acquirēdam, ea enim conceditur hęredi possessio bonorum quæ defunctus possidebat tempore mortis, vel ab intestato vel ex testamento succedat, aduersus quemcunque possessorem, vel contendentem eius possessionem, dummodo adeat hęreditatē, & possessionem ante non quęsierit, si enim post deijceretur à possessione, non iuuaretur hoc remedio, §. 2. Inst. de int. vt habetur. in l. 1. cum seq. ff. & cap. quorum bonorum, nec interdictum quorum bonorum procederet, si possessor aduersus hæredem ostenderet se titulo possidere, non incontinenti probet. Aliud interdictum etiam conceditur hæredi aduersus legatarium qui propria authoritate absque licentia hęredis ingressus esset possessionem rei legatæ, quod dicitur, quorum legatorum, quo in possessionem legati mittatur, vt ex eo detrahatur falcidia, casu quo esset detrahenda. l. 1. cum sequen. ff. quor. leg. l. vnica. C. eo. titul. Interdictum vti possidetis, & vtrobi deseruiunt ad retinendam possessionem primum, in rebus immobilibus; secundum in mobilibus, quibus interdictis, duobus contendentibus, conseruatur in possessione is qui tempore litis motæ inueniebatur possidere, dummodo non inueniatur possidere vi, vel clam, vel precario ab eo cum quo contendit, licet ab alio vi clam vel precario possideat, quod si dubium sit qui eorum potius rem possideat, is his est tuendus interdictis in possessione de quo verisimilius, est eum possidere, & ad alterum spectabit petere proprietatem in iudicio, & per consequens possessionem, & probare illam ad se pertinere. l. 1. cum seq. ff. vti possid. l. vn. C. eod. §. retinendæ. §. quorum iust. inst. eod.

Alia interdicta, sic dicta, quasi inter duos dicta, inseruiunt ad recuperandam possessionem amissam, quæ sunt vnde vi, vnde vi aut clam, & precario, qui enim probat se vi vel clam à possessione deiectum, vel alium precario à se possidere, restituitur in possessionem vi horū interdictorum, & alius ab ea deijcitur. ff. de vi, & vi armata. ff. quod vi aut clam, & ff. de precario, & hodie interdictum vnde vi procedit etiam in bonis mobilib. & sic pellēs à possessione

ab

ab ea deijcitur, & tenetur ad omnes fructus & damna secuta, & amittit rem illam si sua erat ex pulsu, & si sua non est tenetur eam restituere, & soluere eius ęstimationem, licet prior expulsus eam iniuste possideret l. si quis in tantam. C. vnde vi §. quia tamen Inst. de vi bo. rapt. §. sed ex constitutionibus Instit. de Interd. & si quis ingreditur etiã possessionem rei vacantis possessore, ita vt nec ciuiliter possideatur sciens tamen non ad se sed ad alium pertinere, siue sciat in particulari vel in vniuersali, tenetur eam tradere illi ad quem spectat cum omnibus fructibus, & damnis inde secutis, & etiam tenetur ad oẽs pœnas quas incurrisset si vi id egisset l. fi. C. vnde vi. quæ tamen pœnę in foro conscientię ante condemnationem non procedunt, secus quo ad fructus & damna ar. gl. in c. fraternitatis 12. q. 2. & Couar. lib. 3. var. res. c. 16. d. pœnas d. l. si quis in tantam, vsu orbis esse antiquatas.

12 Possessione pelli quis dicatur. Multis vero modis dicitur quis aliũ pellere de possessione per se vel alium, qui enumerantur ff. de vi & vi arm. & ff. quod vi aut clam. in multis legibus.

Aduertendum etiam, quod & si quis animo possidendi occupasset rem immobilem absentis, & sic retinentis eius possessionem ciuilem tantum ratione absentiæ, non diceretur vi proprie dicta acquisiuisse naturalẽ possessionem eius rei, nisi vi prohiberet eum ciuiliter possidentem redeuntem accipere eius naturalem possessionem, quatenus ex violentia spoliat eum possessione ciuili, ex l. clam. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poss. censetur vi proprie dicta eum spoliasse possessione ciuili, & sibi comparasse, qđ procedit nedum si sit deuentũ ad arma, sed etiam si alius metu armorum, & periculi quod sibi imminebat, ausus non est accedere ad accipiendam possessionem naturalem, & sic spoliatus est etiã ciuili l. 1. §. cum qui l. 3. in princ. ff. de vi & vi arm. si tamen reuertens adiret iudicem tentans alium expellere à possessione, interdicto vti possidetis, tunc alius, cum non eum spoliasset adhuc vi ciuili possessione non incideret pœnam l. si quis in tãtã, sed forte l. fi. C. vnde vi.

Aduertendum etiam, quod legitime possidens, potest armis suam possessionem defendere, vim vi repellendo cum moderamine inculpatę tutelę l. 1. §. cum qui. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arm. l. 1. C. vnde vi, & per consequens qui reuertitur, & inuenit suam possessionem naturalem occupatam, potest armis, si ita opus est, potest expellere iniuste eam detinentem cum moderamine prędicto Abb. in c. item cum nu. 4. de rest. spol. & pariter non solum licet defendere propriam possessionem vim vi repellendo cum moderamine prędicto, sed etiam licet vi & armis cum prędicto moderamine eam recuperare, modo id fiat incontinenti & non ex interuallo. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arm. 1. antequàm is ad aliud diuerterit. pẽsata qualitate facti & personarum, alias si ad aliud diuertit, & velit recuperare possessionem, censetur non incontinenti, sed ex interuallo id efficere, & ideo incidit pœnam l. si quis in tantam, & cum incontinenti recuperatur possessio non censetur amissa, & dicitur incontinenti quandoq; etiã si lapsi sint duo menses, & etiã decem anni, vt in recuperatione castri attenta loci resistentia, ex quo fit vt ea interruptione nõ impediatur pręscriptio, licet verbum incontinenti iuxta subiectam materiam intelligatur in flagranti, vt si permittitur patri interficere filiam adulteram, nam post nõ procedit. 13 Possidens an possit armis suã possessionẽ tueri, & quibus alijs modis.

Aduertendum etiam interdicta, & pęnam l. si quis in tantam, procedere in fructuario, vel molestetur, vel expellatur à sua possessione naturali vel ciuili iuris vsusfructus, & etiam in ijs qui habent vsum seruitutum, & aliorum iurium incorporalium l. 3. §. vnde vi. ff. de vi & vi arm. in reb. etiam ecclesiasticis procedit pœna priuationis, vnde si quis vi occupet beneficiũ ecclesiasticũ cum cura, amittit omne aliud beneficium simile si quod habebat. c. eum qui de pœnis in 6. & qui occupat dignitatem, vel aliud beneficium ecclesiasticũ amittit omne ius ꝙ ad id habebat. Couar. li. 3. var. res. c. 16. nu. 7. 8. etiam si haberet iustum titulum, si id agit contradicentib. possessorib. licet ij nõ fuissent conati resistere,

sistere, si vero ingrederetur possessionem beneficij vacuam nō incurreret pœnam d. cap. sed si esset beneficium curatum, sciens se sine titulo occupare eius possessionem incurreret pœnā d.c. Quo vero ad possessionem clam, aduertendum eum possidere clam, qui à principio clā acquisiuit possessionem non solum ciuilem sed & naturalem, vt fur facere solet in rebus mobilibus, in rebus vero immobilibus qui clam possidet solet acquirere solum possessionē naturalem, cum ante scientiā prioris possessoris nō obsistētis, non acquirat ciuilem. Vnde si à principio clā quis acquisiuit possessionem, licet postea se manifestet, dicitur clam possidere, si vero à principio non acquisiuit clam possessionem, licet postea eam occultet, non dicitur clam possidere, l. clam de acq. possess. De interdictis porro latius videndum est apud doctores sub suis titulis. De hac præterea materia, videatur latius Menochius tr. de acq. & ret. poss.

SVMMARIVM.

1. Diuisio rerum an sit de iure naturali.
2. Communio rerum in statu innocentię fuit conueniens.
3. Diuisio rerum in statu naturæ lapsę est conueniens, & necessaria, & quomodo.
4. Communio vxorū semper fuit prohibita.
5. Diuisio rerum post peccatum est licita & honesta.
6. Diuisio rerum iure gentium est facta, & quomodo, & an licite, & quo tempore.

De rerum communione, & diuisione, quando facta, & quæ commodior extiterit. Cap. XII.

EXpositis in pręcedentibus, Deo fauente, his quę ad dominij essentiā spectant, & his quæ cum eo in aliquo conueniunt, vel non, sequitur recto ordine vt perspiciatur quo iure rerum dominia, & appropriationes sint introductę circa quod breuiter agendo.

Prima sit conclusio. Rerum diuisio non est de iure naturali, vel diuino positiuo, cum stante iure naturali omnibus omnia essent communia, vt inquit Aug. tra. 8. in Ioannem, & refertur in c. quo iure. dist. 8. iure vero humano dicitur, hęc domus est mea &c. vt ibi dicitur & in c. dilectissimis 12. q. 1. & probatur ex philosopho 1. Polit. nam possessio rerū exteriorum homini est naturalis, cum imperfectiora sint propter perfectiora, & licet exteriora soli Deo subiaceant quātum ad suam naturam, quia omnia ei soli obediūt ad nutum; quo ad vsum, tamē homo habet naturale dominium eorum, quia per rationem & voluntatē eis quasi propter se factis vti potest ad suam vtilitatē, q̄ & comprobatur Gen. 1. faciamus hoīem ad imaginē, & similitudinem nostrā, & pręsit piscib. maris, &c. D. Th. 2. 2. q. 66. ar. 1. & ideo vbi necessitas contingit, fit recursus ad statum primęuum, vt omnia sint communia, id est inter homines egentes communicanda, c. sicut hi 47. dist. 1

1 Diuisio rerum an sit de iure naturali.

Secunda cōclusio. In statu naturæ integre rerum communio erat valde conueniēs, probatur, nam vsus rerum debet seruire hominibus secundum rectam rationem prout congruit ad pacificam cōuersationē, & sustentationē necessariā, sed in illo statu communis vsus rerum magis valuisset ad vtrūq;, quia tūc nullus occupasset q̄ alteri necessarium fuisset, sed sibi tantum, ideo vtrūq; seruatum esset, vt d. Scot. 4. dist. 15. q. 2. art. 1. pręterea nulla tunc erat inter homines auiditas, & terra ipsa inculta fructus tulisset, vel parua hominis cultura quā nullus refugisset, ex quo nullum suberat periculum quod fructus deficerent, vel discordia suboriretur. 2

2 Cōio rerū in statu innocentiæ fuit conueniens.

Tertia cōclusio. In statu naturę lapsę rerū diuisio non solum conueniens fuit, sed & necessaria, nam cum post peccatū terra germinet tribulos & spinas, Gen. 3. & egeat labore & sudore hominum, vt fructus ferat, & post peccatum homines ad laborādum segnes & debiliores effe- 3

3 Diuisio rerū in statu naturę lapsę est cōueniēs, & necessaria, & quomodo.

cti

sti sint, & abundent prauis affectibus, & cupiditatibus, si omnia essent cõmunia, nullus ob laboris effugiũ laborare vellet, & optima queq; quisq; sibi sumere cuperet, ex quo rerũ penuria & egestas necessario contingeret, contẽtiones orirentur, robustiores debiliores opprimerẽt, & multa alia incommoda sequerentur, quæ late persequitur philosophus 2. Polit. c. 3. contra Platonem qui oĩa cum Socrate in Timeo & lib. 5. de Rep. communia esse volebat, putans ita cõcordiã, & vnitatem inter ciues ali debere, quod tamẽ falsum est ex hominum corrupta natura, vt supra expositum est, & sequitur. D. Th. 2. 2. q. 66. ar. 2. Scot. loco cit. Cõrad. de contr. q. 9. Med. C. de reb. rest. q. 1. Sot. de Iust. li. 4. q. 3. art. 1. Facta vero diuisione nouit quisq; quid suũ sit, quid alienum, suum diligẽter curat, vt quod heredibus sit permansurum sibiq; alienum non inuadit, stimulo conscientiæ, & timore pęnarum; pręterea in optima republica oportet poni diuersos hominum status, vt alij sint qui gubernent, alij qui regantur, alij qui colant agros, hanc illamue artem exerceant, vt vnus alij suppetias ferat, sed si omnia essent comunia, omnes essent pares, & omnia proinde subuerterentur, & delinquentes liberius agerent, cum nil esset quod amitterent, cui sententia fauet scriptura, quæ diuitias commendat. Prouer. 3. diues & pauper obuiauerunt sibi, vtriusque operator est dominus. Prouerb. 10. benedictio domini super diuites. Eccl. 5. homini Deus dedit diuitias atque substantiam, potestatemq; vt comedat ex eis, & lętetur de labore suo, hoc est donum Dei. Et licet hoc pacto non tollantur omnia incommoda, sat est quod ijs magis occurratur, quàm si omnia essẽt communia, cum hominum malitię fine careant, nec ijs sufficienter medela adhiberi possit, in ijs enim quæ ordinantur ad finem, sat est quod medium expedientius eligatur, licet plene non attingat finem, quando aliud perfectius attingens non inuenitur.

4 Cõmunio vxorũ sẽper fuit prohibita.

Quarta conclusio. Vxorum communio in nullo statu licita fuit, vt late probaui tr. de matr. c. 5. tum quod id sit contra honestatem naturalem, tũ cõtra bonum prolis, quia sic esset incerta, vnde nec ali nec educari, nec erudiri sufficienter posset, & ita cõtra bonum humanũ, vnde & dominus Gen. 2. d. erunt duo in carne vna, & sępe contingeret quod fratres cum sororibus, patres cum filiabus cõiungerẽtur, & patres proprios natos, ob hanc incertitudinem, quandoque occiderent, & ob alia incommoda ibi allata, & ideo merito ista opinio, quod cõmunio vxorum concedatur, dãnatur in Cõc. Hierosolimitano. c. 15. & Apost. c. 2. & eam insequitur, vt hereticã. Chris. hom. 4. in Matth. Alphonsus de castro. contra hęreses. verbo. coitus. Aug. lib. de hęresibus ad quod vult Deum. ca. 40. & li. 2. de gratia Christi. c. 11. & ep. 106.

Quinta conclusio. Rerum diuisio & appropriatio post peccatum est licita & honesta, probatur ex Aug. locis cit. vbi cõtraria opinio, vt hęretica dãnatur, cũ rerum diuisio, ac dominia quę homines habent in res suas licita sit, & est definitum in Conc. Palestino contra Pelag. & constant. contra Io. hus. sess. 8. hæres. 10. 36. 44. 12. q. 1. ca. 2. 3. 4. vbi agitur de ꝓprietate bonorum clericorũ, & Trid. sess. 25. de Regular. cap. 3. vbi definitur quoscũque fideles etiam religiosos habere dominia rerum iuxta statum suũ, laicos & clericos seculares in particulari bonorum secularium, & religiosos in communi. Vnde & Adam diuisit bona inter filios, & Abraham Isaac Iacob habuere facultates, quarum erant priuati Domini, & Martha in nouo testamento, & Zacchęus. Lucę 11. & 20. quod & comprobatur. Matth. 16. si vis perfectus esse, vade & vende oĩa q̃ habes, &c. 5 Diuisio rerum post peccatum est licita, & honesta.

Secunda conclusio. Rerũ diuisio non est facta iure naturali, nec diuino, nec ciuili, non naturali, quia sic omnia erant cõia. d. c. quo iure. d. 8. Gen. 2. Ecce dedi vobis omnem herbam, & post diluuiũ & omnia in communi Deus tradidit Nóe, & eius filijs. Gen. 9. quod & cõprobatur, nam si diuisio esset iure naturali, iure naturę omnia non essent cõmunia, nec liceret religiosis omnia bona communicare, cum alioqui ius naturale sit immutabile, nõ iure diuino, cum eo Deus de- 6 Diuisio rerum iure gentiũ est facta, & quõ, & an licite, & quo tempore.

 derit

derit omnia in cōmuni hominib. Gen. 9. Ps. 8. omnia subiecisti sub pedib. eius, non ciuile, cū ante omne ius ciuile Cain & Abel habuerint bona diuisa. Genes. 4. & filij Noe, Loth & Abraham, ad pacē tuēdam. Gen. 15. sed est à iure gentium, sic omnibus gentibus post peccatum iudicantibus ita expediens fuisse, vt fieret ex rationibus allegatis. Idq; vel fieri potuit vel per pdictos hoīes, consentientibus filijs, & etiam his renuentibus ob potestatem quam in eos habebant, vnde Gen. 4. legitur Cain & Abel habuisse sua peculia, secundo id fieri potuit multiplicatis iam hominibus qui sibi principem eligerent, cuius authoritate bona inter eos cōia dpiderentur, tertio, communi hominum consensu ad iurgia vitanda, vt fecit Abraham, & Loth. Genes. 13 & q̄ restabant inter eos indiuisa, eodem iure gentium, primo occupanti concedebantur. §. feræ. Inst. de rer. diu. verum est tamen, ꝙ multa remanent adhuc communia, vt elementa, viæ, flumina, & iure diuino dominia rerum aliquibus peculiaribus hominibus sunt tributa, vt filijs Israel terra Canaan, & circa rerum diuisionē ius ciuile multa adiunxit, vt patebit infra, & nunc etiam communio bonorum in religionibus valde probatur.

SVMMARIVM.

1 Dominium non habent bruta.
2 Dominium an habeant pueri, & amentes rerum suarum.
3 Dominium rerum omnium absolute Deus habet.
4 Dominium actionum suarum intellectualium habent angeli, & quid de alijs rebus.
5 Dominium rerum omnium sub cœlo existentium, homines naturaliter habent.
6 Dominium rerum suarum habent peccatores, & etiam infideles.
7 Dominium rerum omnium an habeat Christus vt homo.
8 Dominium orbis an habeat Papa.
9 Dominium super alios homines vnus habere potest regaliter, politice, paterne, & dominatiue.
10 Dominium quarum rerum habeat ecclesiastica potestas.
11 Potestas œconomica quę.
12 Potestas paterna quæ.
13 Dominia an fundentur in fide & in gratia.

Cui competat rerum dominium habere. Cap. XIII.

PRima conclusio. Bruta animalia iuris atque dominij nō sunt capacia, probatur Gen. 1. faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrā, & pręsit piscibus maris, volatilibus cęli, & bestijs vniuersę terræ, ac si dicatur, eo ipso quod ad imaginem, & similitudinē nostram fit, præsit & dominus sit, vt & nos domini sumus, sed ad imaginem Dei homo dicitur conditus intellectu, & voluntate & libero arbitrio præditus vnde ea quæ liberi arbitrij non sunt experta, nec dominij sunt capacia, sicut enim qui libero arbitrio pollens, dominium habent suorum actuum, dū arbitrio suo eos eliciunt, & ijs vtuntur, sic & per idem arbitriū capaces sunt dominij aliarum rerū, quatenus dum earū sunt domini, possunt ijs p arbitratu suo vti; vnde & d. c. 1. subditur, ecce dedi vobis herbam afferentem semen, & vniuersa ligna quæ habent insemetipsis sementem, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus, vbi herba quæ pastum bestijs ministrat, non bestijs ipsis, quæ dominij capaces non sunt, sed hominibus data est, vt bestijs, quæ homini concessæ sunt, seruiret in escam, ex quo fit quod si quis occidat bestiam in venatione, vel aliter sine causa, nullam iniuriam ei irrogat magis quàm si virgultum de arbore decideret, cum ea quæ arbitrio carent, iniuriæ sint experta, & sic etiam iuris & dominij, vnde talis occidens bestiam alterius, iniuriam compensat damnum domino animalis restituens, non autem debet alteri animali aliquid compensare. D. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 1. ad tertiū, idē D. Th. 4. 2. q. 1. ar. 1. 2.

1 Dñium nō habēt bruta.

&

& Arist. 6. Ethic. Præterea habere dominium rerum est illa re posse liberè vti. D. Th. 1. 2. q. 16. art. 1. sed creaturæ irrationales nulla re possunt vti, quia vsus est mediorum ad finem, & creaturę illę non possunt agere propter finem, cum non cognoscant rationē finis, ergo. Præterea domini est imperare, quod brutis non contingit, cum imperare sit rem aliquā in alium finem ordinare. D. Tho. 1. 2. q. 17. quod bruta facere non possunt, ergo.

2 Dñium ā habeant pueri, & amētes rerū suarū.

Amentes tamen & pueri habēt dominium rerum, quę ad ipsos spectant, quia dominium fundatur in potentijs, idest, in eo quod secundùm suam naturam natus quis sit vti rebus per liberum arbitriū, licet quò ad vsum sit impeditum, ideò verè prædictis competit. Gal. 4. ergo.

3 Dominiū rerū oīum absolutè Deus hēt.

Secunda conclusio. Deus Opt. Max. creationis titulo, etiam vitæ hominum & Angelorū dominus est, quam pro arbitratu potest ab iis auferre absque cuiusq; iniuria. probatur Deut. 32. ego occidam, & ego viuere faciā. 1. Reg. 2. dominus mortificat, & viuificat. Sap. 16. tu domine qui vitæ, & mortis potestatem habes: Præterea ingressus in hanc vitam & exitus ex ea ex sola Dei pendet voluntate, ergo; vnde Heli, cum nunciatum ei esset quod is cum filijs esset moriturus, respondit, dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. 1. Reg. 3. Ex quo sequitur, quod Deus eo magis dominus est totius vniuersi & omnium quæ in eo continentur, etiā ante mundi constitutionem, potestate tantum; post etiam actu. Psal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius. Iudic. 9. Sap. 6. Rom. 13. ita quod licet creaturis dominium aliquarum rerū tribuat, contradictionem implicat, vt earum adhuc dominus non sit, cum dominiū creaturæ concessum subordinetur iuri, ac dominio quod Deus in easdem res habet, ita vt ea à possessoribus auferre possit sine vlla iniuria, & etiam ea ad nihilum redigere, quod dominis tamen terrenis nō licet, quibus non licet mancipia occidere, sed tantū vti, nec ea annichilare possunt; vnde Hester 13. dicitur, Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita. Ex quo sequitur omne dominium, quod habent homines deriuari à Deo. Sap. 10. per me reges regnant, cum sit participatio quędam diuini dominij; qua ratione Deus comparatur figulo, & homines luto, cum omnia ad libitū destruere possit, & immutare sine alicuius iniuria.

4 Dominiū actionum suarū intellectualiū habēt Angeli, & quid de alijs rebus.

Tertia conclusio. Angeli sunt domini suarum actionum intellectualium, scilicet cogitationum & volitionum, & probabile est etiam quod dominentur cœlis, & elemētis, & hominibus dominio nō despotico, sed politico, quale habet gubernator in Republica; probatur, quia Deus gubernat hæc omnia ministerio Angelorum, vt & Rex magistratibus. Heb. 1. & 2. omnes sunt administratorij spiritus in ministeriū missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis. & Dan. 10. vt dicit Salon. de dominio, q. 2. artic. 1. conclus. 3. Aragon. de dominio. vers. sed quoniam creaturæ intellectuales. vers. hoc tamen non obstante.

5 Dominiū rerū oīum sub cœlo existentiū hoīes naturaliter habent.

Quarta conclusio. Homines naturaliter domini sunt omnium saltem rerū, quæ cœli ambitu continentur, etiam lucis & influentiarū cœli; probatur Gen. 1. Faciamus hominem, &c. & infra, & præsit piscibus maris, &c. & iterum, ecce dedi vobis omnem herbam, &c. Gen. 8. ecce dedi vobis omnia animantia terræ, omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, &c. Ps. 113. Terram autem dedit filijs hominum; Præterea Deus omnia creauit propter hominem. Gen. 1. ergo ei omnia subdita sunt; & etiā homo est dominus suarum actionum. Eccl. 15. & etiam aliquo modo homo est dominus cœlorū: vt dicit Sot. 4. de Iust. q. 2. art. 1. D. Tho. 2. 2. quæst. 66. artic. 1. cum non solùm cœli, sol, luna, & astra propter hominem condita sint, sed etiam vt ex illis lumen influentias, & cætera commoda perciperet, & ita vt ei inseruirent. Gen. 4.

6 Dominiū rerū suarū hñt peccatores, & etiā infideles.

Quinta conclusio. Etiam existētes in peccato mortali dominium retinent rerum suarum iustè possessarum: vt dicit Bern. serm. 66. in Cant. Gerson de vita spirituali lect. 3. & est diffinitum in Concil. Constant. sess. 8. & 15. vbi damnatur error contrarius Vuitclef, & Io. Hus. & in Conc. Tr. sess. 7. de sacram. in genere.

can.

can.12.& seß.14.can.10. & Rom.13. id probatur, vbi iubet obedire principib⁹, licet essent infideles, & in peccato mortali.& 1.Pet.2. Subditi estote omni creaturæ propter Deũ, siue regi &c. Mat.23. Super cathedram Moysi sederũt scribæ, & pharisæi, omnia ergo quæcunq; dixerint vobis seruate, & facite; & in scriptura, mali etiam reges, dicuntur reges. 1. Reg.24.& probat latè Molina.de Iustit. tr.2.disp.19.& etiam infantes, & amentes retinent dominium rerum suarum.

7 Dñium rerum oĩum an habeat Christus, vt homo.

Sexta conclusio. Christus quatenus homo, dono patris excellentiæ potestatem habuit super omnia temporalia, & ius in omnia creata, nõ solùm quatenus opus sit ad finem vniuersalem, & supernaturalem ecclesiæ vniuersalis, sed etiã absolutè, ita vt absq; cuiusq; iniuria, attribuere sibi potuerit, & posit omnia regna mundi, reges deponere, & demum de rebus omnibus temporalibus ad libitum disponere, ex iure & potestate quã super omnia habet; & sic dici potest dominus Orbis, quia id dignitas, & excellentia Christi hominis postulabat, & ex dono vnionis, quo caput Angelorum & hominum est; nec id tollit iura regnorum, quæ Deus alijs hominibus concessit, sed ea omnia Christo subiecit, ita vt ab eius imperio, & nutu dependeant: nõ ꝙ à Christo, vt homine, sed à Deo omnia hominibus sint collata, sed ꝙ ab ipso Christo ea prorsus dependeant, tanquam illi simpliciter, & plene subiecta; præterquam Rex est ecclesiæ militantis & triumphantis cum plenissima potestate oĩum quæ ad finem ecclesiæ supernaturalem proprium sunt necessaria, vt ecclesiam fundandam, sacramenta instituenda, leges ecclesiæ ferendas, potestates ecclesiasticas instituendas, & huiusmodi: vt enim Deus est, habet eandẽ potestatem quæ supra Deo cõpetere dicta est: vt latè probat Molina.de Iustit.tr.2. disp.28.concl.1.2.& 5.

8 Dominiũ Orbis an habeat Papa.

Septima conclusio. Summus Pontifex habet dominium temporale directè in toto Orbe, vt latè probaui ex communi sententia Canonistarum, in tr. de Summo Pont. Romano, prima propositione, de potestate eius temporali; vel ꝙ habitu est directè dominus totius Orbis, sed actu retinet sibi dominium temporale solùm in eius dominio temporali quòd possidet; & erga personas ecclesiasticas, & alibi Imperatori potestatẽ dominij temporalis committit, ne præpeditus temporalibus, spiritualibus, minus intendere possit, vt ibi dixi. Vel ꝙ saltem, idem in ordine ad finem supernaturalẽ, habet adiunctam quasi ex consequenti amplissimam potestatem iurisdictionis tẽporalis super omnes principes, & reliquos qui sunt de ecclesia, præcisè tamẽ, quantum postulat finis supernaturalis, ad quem spiritualis potestas ordinatur. Vnde si id exigat finis supernaturalis, ob bonum fidei, ecclesiæ, & boni cõmunis, potest reges deponere, & suis regnis priuare, & inter eos iudicare de rebus tẽporalibus, & eorum leges infirmare, & reliqua omnia exequi inter Christianos quæ ad finem supernaturalem, & communem salutem spirituali arbitrio prudentis necessaria iudicentur, idque non solùm censuris, sed etiã poenis externis, & vi ac armis, licet id expediens vt plurimum sit vt nõ per se, sed principes seculares exequat, & potest exigere à secularibus debitum subsidium pro bono ecclesiæ, & eos ad id cogere; qui prius tamen decet, vt vtatur pœnis spiritualibus, ac censuris, quàm armis: vt latè probat Molina.de Iust.tract.2.disp.29. 3.concl. per totum.

9 Dñium super alios hoĩes vn⁹ hẽre põt regaliter, politicè, p̃nè, & dñatiuè.

Octaua conclusio. Vnus homo alteri dominari potest potestate regali, & politica, & tam ecclesiastica, quàm seculari, paterna, & dominatiua. Et ꝙ potestas regalis licita sit, probatur, nam Melchisedech Rex Salum dicitur, & commendatur. Gen.14. & multi à Deo ad gubernandum Israel sunt constituti. Num.11. Deut.17. ita vt ij Dij vocentur. Psal.81. Deus stetit in sinagoga Deorũ, quia Dei loco iudicant. 2. Paral.19. vnde & ij in sacris literis admonentur, vt munere suo bene fungantur. Ps.2. & nunc reges intelligite. Ps.71. Es.49.60. Matth.22. Fidelis seruus, & prudens quem cõstituit dominus super familiam suã. Rom.13.1. Timot.2.ad Tit.3.1. Petr.2. quæ etiam potestas introducta fuit ad multitudinis con-

conseruationem, qui egēt rectore, à quo in viam virtutis dirigantur, & in officio contineantur, lumine naturali id suadente, licet ex gentium instituto id processerit, quæ vbiq; sibi ipsis principes cõstituere, à quibus defenderētur, & in officio cõtinerentur, vt dixi tract. de statu Principis. c.1. ad bonum subditorum; nullus tamen, etiam Imperator, dominus est totius Orbis. Molina d. tract. de Iustit. 2. disput. 30.

10 Dominiū quarū rerū habeat ecclesiastica ptās. Ecclesiastica verò potestas, cū supernaturalia munera contineat sacra administrandi, & conficiendi, indulgentias concedendi, excõmunicandi, à iure naturali, vel ciuili ortum non habuit, sed, diuino, quæ potestas fuit in Christo, vt homine secundùm excellentiam sacramentis non alligata. Mat.22. Ps.2. Heb.5. & 7. quam potestatem reliquit in ecclesia sacramentis tamen alligatam, & eam potestatē reliquit non omnibus de ecclesia, sed Petro eius Vicario, & ipsius Petri successoribus, vt capiti loco sui, à quo tota dependeat, & etiam eā reliquit Apostolis, & Episcopis eorum successoribus, quibus etiam clauium potestatem promisit. Mat.18. & contulit partim cœnæ tempore, partim post resurrectionē, & instituit septuagintaduos discipulos, vt eorum coadiutores, quibus parochi, & cæteri presbiteri, episcopis inferiores successerunt, qui partem quādam huius potestatis spiritualis, & supernaturalis haberent, quibus eorum subditi obedire habent. Rom.13. Tit.3. obedite Præpositis vestris.

11 Potestas œconomica quæ. Potestas demū œconomica est introducta, in qua vir est caput mulieris, & ipsa ei subesse & obedire debet. Gen.2.3. & 1. Cor.11. non tamen vt serua, sed vt socia, licet minus præcipua.

12 Potestas paterna quæ. Alia potestas est parentum in filios, quibus filij ratione generationis, educationis, & eruditionis, pietatem debent, obseruantiam ac subiectionem. Ex.20. Deut.5. Eph.6. Coloss.3. Prou.10.20.33.

Vltima potestas est dominorū in seruos, quæ in statu innocentię non fuisset, nec iure naturali ortum habuit, secundùm quòd omnes sunt pares: vt habetur Eccl.15. sed iure gētium est introducta. §. seruitus. Instit. de iure natur. libertas. de statu homin. quæ seruitus etiā & potestas in eam licita est. 1. Cor.1.7. 1. Timot.6. Eph.3. Col.6. ad Tit. & epist. ad Philemonem. & probatur 12. q.2. per multa capita. & in c. ius gentium. dist.1. & ff. de statu person.

Hæc verò dominia non fundantur in fide, nec in gratia, cum esse possint etiā in infidelibus, præter ecclesiasticam, & peccatoribus; probatur Es.45. hæc dicit dominus Christo meo Ciro, qui tamen erat infidelis. Hier.27. ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor; qui & ipse erat infidelis. Ezech.29. Dan.2. Iob 34. Sap.6. 2. Reg.7. 1. Petr.2. & id docet Aug. lib.5. ciuit. c.12.21. & diffinitur in Conc. Constant. sess.8. errore 4.8. & 15. aliàs dominia essent incerta, & adesset occasio maxima bellorum, licet hæretici bonis suis ob hæresim priuandi sint, de quo aliàs dixi tract. de fide, sub cap. de Hæresi. 13 Dn̄ia an fundētur in fide, & in gratia.

Hæc de subiecto dominij, i. quibus conueniat dominium, vel non.

SVMMARIVM.

1 Dominium sui corporis, vel membrorum an homo habeat.
2 Dominium sui honoris, & famæ an homo habeat.
3 Fama quibus casibus prodigi non possit sine peccato.
4 Dominium bonorum suorum spiritualium an homo habeat, & quō.

De obiecto Dominij, vel quarum rerum dominium concedatur, vel non. Cap. XIIII.

PRima conclusio. Homo non est dominus suæ vitæ, vel mēbrorum; probatur Gal.4. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. vbi habetur neminem esse dominum membrorum suorum. & c. contingit. de sent. excom. vbi percutiens clericū etiam volentem incidit in excommunicationem, & id deciditur in cap. non est necessarium. 23. q.5. ꝙ est Hier. in c. primum. 1 Dominiū sui corporis vel mēbrorū an homo habeat.

mum Ionæ.& Cic.in somn.Scip.d.Deus illam legem constituit sempiternam, vt nemo eius iniussu ex hac vita migret. & Arist.5.Eth.c.11.d.homicidam sui ipsius grauem iniuriam Reipublicæ irrogare, quia priuat illum suo ciue & parte, ꝙ & cõprobat D.Th.2.2.q.64.art.4. Præterea id repugnat iuri naturali, quo quisque appetit sui conseruationem, est etiam contra præceptum diuinum.Exo. 20.Non occides. Præterea vita hominis industria non acquiritur, sed Dei benignitate ei conceditur,& parentũ opera, ergo Dei beneplacito eã relinquere debet, qui hominis dies numerat. Iob 14. & solus est vitæ hominis dominus. Deu ter.32.ego occidam,& ego viuere faciã. 1.Reg.2. Dominus viuificat,& mortificat.Sap.16.Præterea ingressus,& egressus ex hac vita pendet à Deo, ergo is solus eius habet dñium.

Ampliatur, vt Princeps, vel Respublica titulo dominij nõ habeat potestatem vitæ hominis, quia aliàs sine causa posset eum interficere,sed id nõ potest, sed tantum vt iudex, si delictum eius mortẽ mereatur, vel vt custos Reipublicæ si è bono publico sit, vt is mortis periculo exponatur, vt in bello.

2 Dominiũ sui honoris,& famæ an homo hêat.

Secunda conclusio. Absolutè loquendo homo est dominus sui honoris,& famæ, sicut & aliorum bonorum temporalium; probatur, nam honor est bonũ non ingenitũ, sed hominis industria acquisitum, cum sit præmium virtutis. 1. & 10.Ethic. ergo verè est dominus eius, vt & aliorum bonorum temporalium. Præterea si homo nõ esset eius dominus nullo casu posset illum prodigere,cum malum nunquam liceat: vt dicit Aug. lib.1.ciui.c.2.c.si naturaliter.23.q.5. at licet infamato parcere infamanti: vt d. D.Th.2.2.q.73.art.4.ad primum.& habetur in c.senti.11.q.3.& videmus quòd Augustinus in lib.confessio. sua peccata manifestat. & hanc opin.sequitur S. Anton.2.p.tit.2.c.1.§.3.Adr.in mat.de rest. q.pen. Sot. lib.4. de Iust. q.2.art.3. Couar.lib.1.var.resol.c.2.nu.8.D.Th.2.2. q.129.art.1. Ex quibus sequi dicit Aragon.tr.de dominio. ver. habemus ergo. infamantem seipsum etiam sine causa, ex genere suo non esse peccatum mortale, ꝙ id non sit contra iustitiam,quæ est ad alterum,nec contra charitatem proximi,cum nulli noceat, nec contra charitatem propriam, quia charitas non obligat ad bona temporalia, quale est honor, nisi sint necessaria ad bona spiritualia, qui & dicit, ꝙ qui vi tormentorum seipsum infamat confitendo peccatum ꝙ fecit, licet occultum, non committi aliquod peccatum, vt nec esse mortale, d. in tormentis confiteri crimen ꝙ non fecit, quia non est mortale perdere honorem pro vitandis tormentis,vt nec amittere pecunias ea de causa, nisi ex tali confessione damnetur ad mortẽ,quia sic esset peccatum mortale,cum concurreret in propria morte, vt ibi d. & fortè idem teneri posset etiam in primo casu, cum non sit eo casu crimen reuelandũ, nisi tormenta sint grauia,quia vt ea euitet,potest suo fauori renunciare, fatendo crimen ꝙ fecit, licet non teneatur.

Limitatur verò prædicta conclusio. Si fama propria sit homini necessaria, maximè ad salutem animæ, vel corporis proprij, vel domesticorum quorum cura ei incumbit,sic enim esset mortale eam prodigere, vt si inde sibi immineat periculum vitæ, vel animæ salutis propriæ,vel domesticorum,cum id sit contra iustitiam,& charitatem; sic persona publica cuius fama est necessaria, vel valdè vtilis bono communi,& exercitio sui officij,eam prodigens peccat mortaliter contra iustitiam,& charitatem; sic vbi fama propria est necessaria, vel vtilis valdè ad alterius salutem corporalẽ, vel spiritualem, cuius tamen persona ei non incumbit,eam prodigere est mortale contra charitatem,licet nõ contra iustitiam, quia charitas quærit vt nulli noceat, & ideò prædictis casibus tenetur quis curare vt honorem suũ recuperet, si ob id illum prodegit;vnde & mortale est dicere falsum contra seipsum in re graui se infamando; si verò fama ꝓpria non est sibi necessaria, nec alijs, nec inde oritur scandalum, vel alijs occasio peccandi, eamq; prodigit, si se infamat de culpis, quæ in ordine ad suum honorem non reputantur graues, est tantũ veniale

3 Fama q̃bus casib' ꝓdigi nõ possit.

le etiam si fiat sine causa, quia cum quis sit dominus suæ famæ, eam prodigere sine damno graui proprio vel aliorum, est tantum prodigalitas quæ genere suo nō est mortale; si verò infamat se de culpis grauibus in ordine ad suum honorem, vt de hæresi, apostasia, homicidio, & huiusmodi, est mortale, quia sibi maximum nocumētum infert in re graui; si verò quis seipsum infamat ex iusta, & laudabili causa, est actus laudabilis, qa fama est bonum temporale, at erogare temporalia honesta de causa, laudabile est: vnde D. Aug. scripsit sua peccata ob humilitatem in lib. confess. & D. Ambrosius ne eligeretur in episcopum introduxit meretrices in domum, vt fertur ꝙ tamen non est credibile, cum id magnum scandalum attulisset; esset tamen mortale seipsum infamare, vt gloriaretur, narrando peccata sua. Ps. 55. Quid gloriaris in malitia. Ps. 93. Vsquequo peccatores gloriabūtur; at ex alio capite, quàm infamationis. Similiter si se infamat peccati grauissimi, vt hæresis, &c. vel si infamia sui est alijs scandalū, & occasio peccandi, si id fiat prudenter, vel præuidere id debendo; vel si ex infamia propria, alij eiusdem status damnum graue incurrunt, vt si est clericus, vel religiosus, ex quo alij similes contemptui, & odio fiunt; vel si propria fama sit ei necessaria, vel suis, ob dānum ꝙ inde sequitur, vel etiam si alijs sit necessaria, vel si sit persona publica, cuius infamia redundat in damnum Reipublicæ, & bonum commune; sic enim prædictis casibus famā prodigere, alijs veniale, & quandoque laudabile, vt supra.

4 Tertia conclusio. Homo est dominus suorum bonorum spiritualium, scilicet orationum, ieiuniorum, gratiæ & virtutum, &c. probatur Eccles. 15. Deus fecit hominem rectum, & posuit eum in manus consilij sui, &c. quia licet ad ea acquirenda opus sit diuino auxilio, acquiruntur tamen mediāte isto auxilio, opera & industria, ex quo etiam opera hominis meritò dicuntur. Es. 26. omnia .n. opera nostra operatus es nobis. Aduertendum tamen ꝙ bona spiritualia sunt in duplici differentia, quædam .n. sunt quæ Deus in nobis supernaturaliter operatur sine nobis, vt habitus supernaturales, & eius auxilium speciale, vel etiam concursu nostro, vt gratia, & charitas, fides, & virtutes; primum non est ita nostrum, quàm secundum, ideò minus illud prodigere possumus, quàm secundū titulo dominij, quia iustè neutrū licet, verum est tamen, ꝙ si prodigantur probabiliter non committitur nouum peccatum mortale, cum non transgreditur nouum præceptū. Vel dici potest, ꝙ homo est dominus suorum ieiuniorum, & orationum, quia illa potest alteri applicare per modum suffragij, & satisfactionis; est etiam dominus virtutum, gratiç & charitatis, quia in hoc sensu, potest illa acceptare cum à Deo sibi offeruntur, atq; respuere, licet sic peccet, non tamē duplex peccatum incurrit, etiam si ea amittat. Aliqua tamen sunt bona spiritualia, quæ nullo pacto cadūt sub hominis dominio, vt donum prophetiæ, linguarū, miraculorū, & huiusmodi, quia ad eas homo se habet merè passiuè, nec ea acquirit propria industria, sed à solo Deo liberè etiā sine vlla hominis dispositione conferuntur, & quandoq; illa habent peccatores in actu peccati existentes, cum data sint in bonum ecclesiæ, & aliorum, & non possidentis; licet prophetia per vehemētem passionem impediatur, cum in ea requiratur maxima mentis eleuatio, quæ per passiones, & occupationem rerum exteriorum impediatur: vt dixi tract. de Prophetia.

Dominiū bonorum spūalium suorum ā homo habeat, & quomodo

SVMMARIVM.

1 Communia quæ naturaliter sint.
2 Res aliquæ, priuatæ sunt, publicæ, vel nullius, & quæ.
3 Communia quæ omnibus sint.

Quæ communia naturaliter sint, nec alicui specialiter approprientur. Cap. XV.

Res omnes, vel diuini iuris sunt, vel humani, idest in Dei, vel hominum iure, aut possessione. l. 1. 2. 3. 1

Cōia quæ naturaliter sint.

2.3.& 4.ff.de rer.diui. Diuini iuris sunt res sanctæ & religiosæ, quæ in nullius hominis bonis sunt.l.1.ff.de rer.diui. §. nullius.§.sanctæ. Institut.eod.vt templa Deo dicata præsulum authoritate. l.in tantum. §.sacræ. l.sacra loca. ff.de rerũ diu. cœmeteria,& domus religiosæ. extra de relig.dom.de consec.eccl. C.de sacrosan.eccl. Aliæ quoque res apud Iuristas sanctæ dicuntur, quæ ab iniurijs hominum defensæ sunt: vt portæ,& muri ciuitatis,quorum violatoribus capitalis pœna indicta est.l.sancta.ff.de rer.diui. §.sancta.Instit.eo. & legati quoq; dicuntur sancti, quod ab omni iniuria sint tuti.l. si quis legatum.ff.de legat.

2 Res aliq̃ priuatæ sũt, publicę,vel nullius, & q̃.

Quæ humani sunt iuris, vel priuatæ sunt, vel publicæ, vel nullius priuatæ q̃ cuiusq; sunt propriæ,publicæ, vel communes sunt omnium,vel vniuersitatis.l. 2.de rer.diu.§.1.2.3.& 4. Instit.eo.communes vniuersitatis sunt bona communitatis.l.1.ff.quod cuiusq; vnin. cõmunes omnium,vel publicæ dicuntur quæ omnibus parent quasi populicæ. §.consequens. Insti.de susp.tut.§.1.de publ.iud. vt areæ, insulæ, viæ publicæ, itinera publica;vt & sic dicuntur ædes sacræ quãdoque.l.acceptam. C.de vsufr. flumina, viæ regiæ; portus,& similia, quæ vndecunque venienti populo vsum communicant.l.flumina.ff.de rer.diu. magis verò propriè communia dicuntur naturaliter omnibus aer, aqua proflués,mare, littora.l.2.3.& 4. ff.de rer.diui. §.2.3.& 4.Instit.codẽ. Aliqua sunt vniuersitatis communia alicui municipio,scilicet solũ municipibus alicuius loci, vt stadia, theatra, nemora, pascua, & id genus similia,quæ singulorum sunt, non vt singulorum, sed singulorum municipij, vt vniuersorũ, idest quibus singuli vti possunt; alios tamen prohibere nõ possunt. l.in tantum. §.vniuersitatis.de rer.diu.l. sunt.§.1. quod cuiusq; vniuer.l.item veniam.§.si.de pet.hæred.

3 Cõia quæ omnibus sint.

Hæc sunt quę cõmunia sunt, nec alicui appropriari possunt. Vnde nemo potest opere manu facto cursum fluminis immutare.l.1.ne quid in flum.publ. nec quicquam facere quo statio nauium,vel iter nauigij deterius fiat. l.1. de flumin. nec pontem supra fluuium publicum facere priuato iure.l.si.eod. nec molendinũ super flumen nauigabile,nisi ex principis concessu.l.1.§.permittitur. ff.de aqua quot.l.2.ff.de fluminib. si verò nauigabile non sit id permittitur etiam sine principis licentia. d.l.2.nisi ius alicui alteri sit quæsitũ, vel principis beneficio, vel pacto municipum,vel consuetudine habẽdi, vt nec licet alteri id prohibere. gl.in l.qui limitibus. de seru. vrb.præd. & in l.1.C.de serui.nisi licẽtia habeatur ab eo qui prius ius habet. Licet tñ opus facere ne aqua fluuij proprijs agris noceat.l.1ff.de ripa municip.l.1. C.de alluu.& in flumine nauigare licet, & in eius ripa ratem onerare,& exonerare, & piscari,quia horum omnium vsus communis est,vt & aeris.l.j.vt in flum.publ. l.2.§.si quis in mari.ne quid in loco public.l.littora.eod.l.riparum.de rer.diui. §.fluminum.cum seq.Instit.eod.§.1.5.& quidẽ.eod. l.2. ff.eod. & sequitur Ouid. 6. Metamorph. Quid prohibetis aquas, vsus communis aquarum est: Non licet tamen noctu cũ lumine piscari, ne nautæ decipiãtur.l.nec piscatores.de in cẽd. Aer quoq; communis est,& ignis, & terra habitationi hominum necessaria; sic tamen vt igne nõ noceatur vicino, aliàs tenetur ad damnum si culpa præcessit. c.1. de iniur. quandoque tamen igni,& aqua aliqui interdicebantur in pœnam delicti: vt dicit Cic.orat.pro domo sua, in cuius locum successit deportatio. l.3. ad leg. Iul. pec. l.2.§.constat. de pœnis. l.1.§.11.quibus. de leg.3.

SVMMARIVM.

1 Dominiũ in seruos, vt acquiratur, & quomodo.
2 Dominus quid possit erga seruos, vel non.
3 Serui quibus acquirant.
4 Serui quibus modis à domini potestate liberentur.
5 Seruus an fugere licitè possit.

De

De modis acquirendi Dominia in particulari, & primò ex legis dispositione.

De Mancipijs, vel Seruis. Cap. XVI.

EXpositis hucusque ijs quæ ad Dominiũ generatim attinent, deueniendum est ad ostendendum, quibus modis rerum dominia legitimè appropriẽtur. Et cũ id duobus modis efficiatur, legis authoritate, scilicet & facto domini ius suum in alium transferentis. De primo
1 Dñium ĩ seruos, vt acquirat, & quõ. modo prius agendum est, & cum Nobilius dominium inter alia existat, ꝙ homo homini dñetur, quàm rebus alijs, ideò de eo prius videndũ est, circa quod adnotãdum est natura omnes homines liberos esse. §. ius autem. Institu. de iure nat. l. libertas. ff. de statu hom. sed ex iure gentium seruitutem esse introductã, & dicuntur serui à seruando, quia Imperatores quos bello capiebant, & eis licebat ipsos interficere seruabant, commutata eorum morte in perpetuam seruitutem, ꝙ minus malum erat, & etiam dicebantur mãcipia, quasi ab hostibus manucapta. § serui. Instit. de iur. person. & seruitus est constitutio iuris gentiũ, qua quis alieno iuri contra voluntatem subijcitur. Instit. de iur. person. 1. responso.

Hæc autem seruitus, quæ legalis dicitur, cum alia sit naturalis, qua sapientiores imperant minus sapientibus. 1. Polit. c. 3. & 4. non repugnat iuri diuino, licet eo nõ sit introducta. Exo. 1. si emeris Hebræum seruum sex annis seruiet tibi. & Leuit. 21. vbi & parentes in necessitate poterant vendere filios suos; & est licita si adsint legitimi tituli. Leuit. 25. si paupertate compulsus vendiderit se, tibi, frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum &c. 1. Tim. 6. quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrẽtur. 1. Cor. 7. Seruus vocatus es? non sit tibi cura &c. Col. 3. ad Eph. 6. ad Philem. 4. 1. Petr. 2. & diffinitur in Conc. Gangrẽs. c. si quis seruum. 1. 2. 17. quæst. 4.

Tituli porrò quibus serui legitimè acquiruntur multi sunt: primus, est iure belli. l. postliminij. de captiuit. l. hostes. eo. ti. vnde Argiui superata Micœna omnes captiuitati subdiderunt: vt d. Diod. Sic. lib. 11. ꝙ & Alexander fecit: vt dicit Arna. lib. 6. de exped. Alex. Magni. ꝙ & de Thebanis fecit, sacerdotibꝰ exceptis: vide eum d. lib. 1. de exped. idq; quia cum sint partes Reipublicæ iustè bello impetiri possunt; vt membra iustè puniri, & loco mortis quæ ijs inferri iustè potuit. §. serui autem. 1. & 2. de iu. perso. l. libertas. §. si. ff. de statu hom. æquũ visum est, vt victoribus in recognitionem vitæ eis donatæ, inseruirent. Hodie tamen Christiani capti à Christianis eorum captiui non fiunt, sed pretio dato liberantur: vt dicit Boer. §. 1. de iu. pers. in consuet. Bitur. licet id sit quædam species seruitutes. l. 2. de lib. hom. exhib. de quo latius, tr. de Bello. Secundus titulus est ratione delicti, ob ꝙ quis quandoque in seruitutem redigatur. l. quod ad statũ. l. qui vltimo. ff. de pœn. c. eos qui. 32. dist. c. cum multæ. 15. q. 8. c. ita quorundam. de iudæis. vt & libertus qui ingratus extitit in manumittentem iterum in seruitutẽ redigatur. l. si manumissus. C. de libertis. §. maxima. Instit. de cap. dimin. & raptor. c. de raptoribus. 16. q. 1. mulier supponens sibi partum alienum. l. 1. C. ad senatum cons. Claud. & alij pœnis addicti ex delicto. §. pœnæ autem. Instit. quibus modis ius patr. pot. Hodie tñ nulli nati liberi à principio ex supplicio fiunt serui. auth. sed hodie. C. de donat. inter vir. & vxo. §. quod autem. §. si verò. auth. de nupt. Tertius titulus est emptio & vẽditio, si quis se in seruum venundaret, cum quisque sit dominus suę libertatis. & patet Exo. 21. Deut. 15. ꝙ & fecit Paulinus episcopus, vt filium viduæ liberaret, ꝙ tamẽ esset peccatum si fieret sine rationabili causa; quæ seruitus vt sustineatur, oportet primò, vt se vendens sit maior viginti annis: secundò, ꝙ sciat se liberum cum venditur: tertiò, vt permittat se ab alio vendi, vt de pretio participet, & reipsa de eo participet: quartò, vt qui eum vendit, sciat eum esse liberum: quintò,

quintò, vt qui eum emit putet illum esse seruum, quibus cōcurrentibus fit seruus, aliàs ad libertatem reuocatur. l. 1. & 4. ff. quib. ad lib. proclam. non lic. l. liberis. de liberali an. l. non ideò. l. si ministerium. C. eo. l. seruorum. l. homo liber. ff. de statu hom. §. pen. Instit. eod. quæ leges procedunt vbi viuitur legibus imperij, alibi enim manet seruitus licet omnes illæ conditiones non concurrant.

Sic etiā parentes in graui sui necessitate possunt filios vendere. l. 1. & 2. C. de patrib. qui fil. distrax. & colligitur Exo. 21. modo filij sint in patris potestate. gl. in l. 2. C. de patrib. qui fil. secus si sint sui iuris. & modo non sit coniugatus, qui & à matre vendi non potest, & si pater deuenit ad pinguiorem fortunam cogitur illum redimere. Couar. lib. 3. var. resol. c. 14. nu. 4. & probabile est etiam: vt etiā si pater sit occidendus, vel in seruitutem redigendus, nisi filium distrahat, ꝙ ei id fas sit: vt dicit Arrius Pinell. in rubr. C. de bon. mater. Quartus titulus est natiuitas, nam qui nascitur ex matre ancilla, siue pater sit liber, siue seruus, siue nascatur ex matrimonio, vel fornicatione efficitur seruus, quia partus sequitur ventris conditionem. l. partum. C. de rei vendic. §. pen. Instit. de iu. perso. §. sed & si quis. Instit. de ingenuis. cap. vnico. de natis ex lib. vend. si tamen mater quando concepit, vel tempore partus, vel intermedio tempore libera sit, proles nascitur libera, quia partus meliorem conditionem sequitur dum fœtus intra illā continet. §. sed si quis. Instit. de ingenuis. nisi ius speciale, vel contraria consuetudo alicubi sit: vt d. Abb. in c. licet. de coniugio seru. Vltimò, qui seruus iam potestate, potest venditione, & permutatione in alios eodem titulo transferri.

Ver. De potestate Dominorum in seruos, el quomodo ijs vti possint, vel eorū opera acquirere.

DOminium dominorum in seruos amplissimè patet, ita vt in omni negotio, vt pecoribus ijs vti liceat, prout tamen recta ratio dictat, iuxta eorum vires, & conditionem, ita vt ꝙ ex eorum operis vel partu acquiratur donatione eisdem facta, vel aliter ab intestato hæreditatem perueniat, contractu, vel alio modo, id omne ad dominorum cedat vtilitatem. §. 1. Institu. de ijs qui sunt sui, vel al. iu. l. 1. §. 1. ff. eod. l. placet. ff. de acquir. hær. §. 1. Instit. per quas pers. 2 Dñs quid possit erga seruos, vel non.

Non tamen habet dominus potestatem vitæ serui. l. 96. de verb. oblig. l. 1. C. de emend. seru. ꝙ & Adrianus vetuit, vt testatur Spartia. in Adriano. cū vitæ dominium, & membrorum Deus sibi soli reseruarit, vt supra est dictum, & minus potest aliquid ab eo exigere, vel præcipere ꝙ sit contra eius salutem spiritualem, Dei vel ecclesiæ præcepta, & si immodicis laboribus, inedia, nuditate, iniusto supplicio, vel aliter indebitè vltra potestatem coercitiuam iustam in seruos, vitæ eorum noceat, mortaliter peccat, & si damnum notabile sit, tenetur id resarcire ipsis, vel eorum hæredibus, & est puniendus à iudice, nō solùm pro damnis iniustè illatis eisdem, sed & iniurijs, & cōfessarij debent domino iniungere vt satisfaciat prædictis etiam si per iudicem iniuria non sit punita, & potest esse talis iniuria, vt opus sit eos libertate donare; vbi verò damna leuiora sunt, compensari possunt minuendo illis labores. prouidendo eis de potiori victu & vestitu, & huiusmodi. Et licet seruus nō valeat agere contra dominū in iudicio, nisi in causa libertatis, vel ob commune bonum. l. vix. vbi gl. ff. de iudic. potest tamen recurrere ad iudicē, & iniurias ac damna, quæ iniustè patitur ei denunciare, qui iudex tenetur de plano procedere ad inquirendam veritatem denunciationis, & vindicandum seruū ab iniuria. §. fin. Instit. de ijs qui sunt sui. l. 1. §. seruos. § quod autem. ff. de offic. præfe. vrb. nec opus est, vt talem denunciationem præcedat monitio. Abb. in cap. num. 48. extra de iudic. qui dominus si seruum occidat, tenetur homicidij, & vt talis punitur, ac si seruum alienum occidisset, & si sæuitia sit intolerabilis, tenetur eū dominus bonis conditionibus vendere.

§. 1. I

§.in potestate. & §.fin. Instit.eod. de his qui sunt sui. qui iudex etiam punit dominos, qui ad obscœnitatem eos compulerint. l.1.§.quod autem. ff.de offic. præf. vrbis. & si cogant ancillas peccare, licet episcopis eas à seruitute liberare.l.si lenones.C.de episc.aud.& eo casu potest licitè fugere, vt & si ad aliud peccatum mortale solicitatur, nec tenetur redire, nisi periculum sublatum sit, & dominus caueat nullam pœnā, vel grauamen ea de causa ipsi inferre: vt dicit S.Ant.3.p.tit.3.c.6.§.7.vt & Exo.21. cauetur;& si quis alienum seruum occidit vel mutilauit, tenetur restituere damnū illatum domino eius,& ipsi, vel hæredi: vt d. Abul. d.loco Exo.q.27. possunt tamen castigari serui ne desides fiant, sed cum moderamine, & sine contumelia: vt d.Plato lib.6.de legib.sic etiam dominus nō potest seruos à coniugio arcere. cap.1.de coniug.seru. aliter ecclesia eos protegere debet, vt ibi habetur.

3 Serui quibus acquirant.

Quicquid verò acquirunt serui domino regulariter quærunt, vt supra est dictum.

Fallit si conueniant cum domino, vt certum quid singulis annis eis persoluant, reliquum sit ipsorum. Secundò, si dominus aliquid ei donet,& tacitè velit esse ipsius. Tertiò, si ipsi, vel domino ab aliquo quicquam ei restituitur pro iniuria ei illata in his in quibus non subiacet domino. Quartò, si quid donatur expressa conditione, vel tacita, vt id serui sit non domini. Quintò, si bonis suis, aliqua negociatione, sine domini præiudicio, aliquid lucretur, non detrahendo illi debita obsequia: vt dicit Molina, tractat.2.de Iust. disputat.28. ex l.1. §.seruos. de offic.præfect.vrban. l.vlt. de iudicijs. Quod si quis erat seruus duorum, vsufructuarij, & proprietarij, ex operis quærit vsufructuario, quòd verò ei obuenit ex hæreditate proprietario. §.1. §. de his. Institut.per quas person.nob.l.3. & 4.de oper.seruo.quòd procedit etiam in seruo alieno bona fide seruiente. §. idem. Instit.eod. per quas perso. l.liber homo.ff.de acquir.hæred.& si sit seruus plurium pro indiuiso, cuique equè acquirit, nisi vni speciatim stipuletur. §.fi. Instit.de stipul.seru. vel non ab vno tantum id sibi sit iussum, tunc enim ei tantum acquirit. §.fin. Instit.de stipul.seru. si verò sit seruus vsuarij; videnda sunt dicta tr.de vsu & vsufr.quòd potest eo vti, non tamen eius operas locare.

Potest demum dominus, si velit, seruum necessarium hæredem habere. §. seruus enim.Instit.de hæred.instit. §.necessarios. Instit.de hæred.qual.

Ver. De modis quibus serui liberantur à dominorum potestate.

MVltis modis serui à dominica potestate liberantur; primò, volentibus dominis, manumissione iudiciali vel testamentaria, vel alia legitima voluntate: vt dicit Cic. in Topic.l. manumissiones.ff.de iustit.& iur. modo legitimè fiat, idest, vt manumittens viginti annos excedat. l.1. ff. de manum. aliquibus causis exceptis, de quibus in §.eadem. Institut. quibus ex causis, & modo is possit testari. l.si minor. & authen.sed hodie.C.qui manum.non poss. nec fiat in fraudem creditorum.§.1.quibus ex causis manum.non.Instit.tit.l.fi. C.qui manum.non poss. vt quando quis non est soluendo, & id agit vt creditores eludat. §.in fraudem. Instit.eodem. quibus ex causis.& modo id fiat à domino, non enim sat est quòd fiat ab eo qui eum habet pignori, vel precario. l.3. ff. de manum.l.ab eo. C.de seru.pign.da.l. si non proprietatem. C.de his qui à non dom.

4 Serui quibus modis à dn̄i potestate liberentur.

Fit verò manumissio multis modis: primò, vindicta corā magistratu.§.multis modis.Institut. de liberti. & in testamento, vel codicillis testamento confirmatis, directè, & purè, & sub conditione. l.libertates. ff.de manum.testamē.l. cum seruus. l.libertas.l. si fructuarium. l.si quis libertatem. & sequen. eod.titu. modo tempore implendæ conditionis, non sit futurus sub alterius potestate. l. stichus seruus.ff.de manum.testam.non potest enim vendi ab hærede, vt adueniente conditione libertas impediatur.

l.statuliberis. C.de manum. testam. qui tempore intermedio sunt statuliberi. l. 1. ff.de statulib. ideò non nisi cum conditione, qua sunt, vendi possunt. l.2.eod. & si ad tempus sit relicta libertas, sublata temporis limitatione fit perpetua. l.libertas. l.ideoque. de manum. testam. oportet verò, vt manumissio facta testamento valeat, quòd testamentum valeat, & hæreditas adita sit. l.testamento manumissus. l.testamento liber. de manum. testam. vel omissa causa testamenti in fraudem quis ab intestato possideat. l.1. C.si om. causa testa.

Potest & seruus à domino per epistolam quinque testibus adhibitis, & subscriptis, etiam absens libertate donari, & si sit præsens, sat est eorum præsentia, licet se non subscribant, de domini voluntate constante. l.vni. §.sed si. C.de lat. lib. toll. §.multis modis. Institut.de libertinis.

Secundò, si dominus, vel alius, eo sciente, & non contradicente, infantem exponat, vel expositionem, se inscio factam, postea approbat, sic enim eo ipso infans manet liber, vel si seruum ægrotum exponat, & deneget ei alimenta necessaria, & habet pro derelicto, eo ipso consequitur libertatem, nec is qui illum suscipit, in eum ius domini acquirit. cap.vnico. de infantibus expos. l.2.& 3. C.eodem. l.fin. ff. pro derelicto. l.vnica. § sed scimus. C.de lat. lib. toll.

Tertiò, si dominus ancillæ necessitatem peccandi imponit, ipsa enim implorato episcopi auxilio à seruitute liberatur. l.si lenones. vbi glo. C.de episc. aud.

Quartò, si iudæus, hæreticus, vel paganus seruum iam Christianum quocunque titulo consequitur, eo ipso libertatem consequitur, nullo dato pretio, quod si nondum est Christianus, & baptismum suscipere velit, eo ipso quòd est effectus Christianus libertatem consequitur, quam non amittit, licet dominus post fiat Christianus. l.Deo nobis. §. his ita. C. de episcopali audient. quòd intelligitur de infidelibus, qui subsunt dominio Christianorum, si enim non subsunt temporaliter ecclesiæ vetari eis non potest, vt seruum Christianum non possideant. Si verò iudæus mercimonij causa infidelem seruum acquirat, si vult fieri Christianus, solutis iudæo duodecim solidis, manet liber, quod si non habeat is dictam pecuniam, agendum, vt ibi in cap. vltimo. de iudæis. capit. primo, & secundo. eod. cap. mancipia. cap. fraternitatem. 54. distinct. si verò non est emptus, sed natus ex ancilla, gratis debet manere liber, & d.cap.fin. procedit in seruo iudæi, vel pagani iurisdictioni temporali ecclesiæ subiecti.

Quintò, si iudæus seruum suum infidelem circunciderit, eo ipso manet liber in pœnam delicti domini. l.vnica. C.ne Christianum mancipiũ, quod probabiliter etiam procedit, si infidelis iurisdictioni tẽporali ecclesiæ subiectus, seruum suum circuncidat, & de iudæo circuncidente habetur in Conc. Tolet. III. cap. 14. cap. nulla. 54. distin. cap. plerisque. de consec. dist. 4.

Sextò, si vir solutus suam ancillam habuerit cõcubinam, & sic cum ea perseueret vsque ad mortem, nisi de illa & filijs aliter disponat, manent liberi. l.si. C.comm. de manumiss.

Septimò, si persona libera contrahat cum serua, ignorans seruitutem, & dominus eam illi tradat in matrimonium non detegendo seruitutem, vel sciens eos ita contrahere seruitutem non detegat, masculus, vel fœmina consequitur libertatem. §.si verò ab initio. authent. de nupt. Couarruuias in quarto decret. parte secunda. §.7. num.1. vel si tradat in matrimonium ancillam libero eius seruitutem scienti, & conficiat instrumenta dotalia ancillæ, fit libera. l.vnica. §.sed & si quis. cum authent. ad hoc. C. de lat. lib. toll. secus si vterque est seruus, vel alter liber sciens conditionem alterius, nec dominus conficiat instrumenta dotalia, sic enim non efficitur liber.

Octauò, si quis suum seruum hæredem sibi instituat, vel tutorem filio, conscientne seruum esse. Vel si seruum suum adoptet in filium. §.fin. Instit. de adopt.

Nonò, si seruus de voluntate hæredis, vel testatoris pileatus prosequitur eius funus.

funus. l. vnica. §. sed & qui domini funus. C. de lat. lib. toll.

Decimò, si dominus serui præsentibus quinq; testibus, tradat seruo instrumentum seruitutis, vel rumpat. d. l. §. ille etiam.

Vndecimò, si quis apud acta seruum affirmat suum filium, licet non faciat. d. l. §. similique modo.

Duodecimò, si per viginti annos in libertate moretur liber est. l. fi. C. de longi temp. præscript. quæ pro lib.

Decimotertiò, si sciente & non contradicente domino in clero fuerit ordinatus, manet liber, vel si religionem ingressus, quinquennio dominus tacuerit. cap. si seruus. 54. distinct. Abb. in cap. 2. de seru. non ord. cap. fi. 17. q. 2.

Decimoquartò, si venditur ea lege, vt adueniente tempore liber sit, eo adueniente, eo ipso libertatem consequitur. l. 1. & 2. ff. qui sine man. ad lib.

Decimoquintò, vbicunq; in præmium libertatem consequitur, vt si vendicet mortem domini. l. 1. C. quibus ex causis seru. pro liber. præm. si denunciet adulterantem monetam. l. 2. eod. si detegit virginis raptorem. l. 3. eodem. vel desertorem militiæ. l. 4. eodem. l. l. 1. C. de desertor.

Decimosextò, ius postliminij restituit libertatem, nisi sint transfugæ. L. postliminij. l. postliminium. ff. de capt. d. l. postliminij. §. transfugæ. §. statu liber. eodem.

Decimoseptimò, si plures sint domini, & vnus velit eum manumittere, deposito pretio id potest etiam alijs inuitis. l. 1. §. his itaq;. C. de comm. seru. manum. & iure diuino idem alijs modis fiebat. Exo. 11. 21. Deuteron. 15. & si quis dicat se liberum, coram iudice causa disceptatur. l. 1. & 2. cum sequen. ff. de liber. causa.

Decimooctauò, serui Christiani eorum hæreticorum, qui in tribunali sanctæ inquisitionis damnantur, manent liberi. Castro. de iusta hær. punit. li. 2. c. 7. Simanca. de cathol. instit. tit. 61. num. 8. cum seq. latè Molina dicto tract. 2. de iust. disputat. 40.

Si verò quæratur an seruus licitè fugere possit. Resp. si capitur iusto bello, ita vt de iustitia capientium, & iniustitia aduersariorum constet, peccat mortaliter si fugiat, & tenetur se restituere, etiā quòd ad suos perueniat. l. 1. C. de seru. fugit. si verò bellum non esset apertè iustum, imò pars altera saltem formaliter iustè pugnaret, maximè subditi principi, qui in dubio iustitiæ belli tenentur militare, tūc sic captus, licet possit coerceri ne fugiat, potest tamen licitè fugere ad suos, vel quocunque velit, nec tenetur se restituere, quia tunc æqualis est conditio captiui, & domini sui, ergo poterit se liberare, cum vi cœperit possideri. Molina d. tract. disput. 37. 5 **Seruus an fugere licitè possit.**

SVMMARIVM.

1 Bruta aliqua fera sunt, aliqua domestica.

2 Animalia capta an fiant capientis, vel non, aut aues sint, aut quadrupedes.

3 Venatio an aliquibus casibus prohiberi possit, & an ea capta sint capientis, & idem de piscatione.

De acquisitione Dominij earum rerum, quæ in nullius bonis sunt, & primò de venatione, piscatione, & aucupio.

Cap. XVII.

QVæ in nullius sunt bonis, iure gentium fiunt capientis, quod maximè in feris locum habet. §. feræ. Instit. de rerum diui. l. 1. ff. de acquir. possess. l. 1. & 3. ff. de acqui. rer. dom. cap. ius naturale. cap. ius gentium. distin. 1. Ferarum verò nomine, veniunt omnia animantia ratione carentes, vt quadrupedes, aues, & pisces. d. §. feræ.

1 **Bruta aliqua fera, aliqua domestica.** Bruta verò aliqua sua natura sunt fera, vt lepores, cerui, pisces omnes, & huiusmodi;

iusmodi; quædam sua natura domestica, vt canes, gallinæ, anates, anseres, columbæ, sues, boues, oues, capræ, & huiusmodi; quædam sic effecta ex educatione, vt ceruí, accipitres, natura tamen domestica, sibi ipsis relicta aliqua in siluis diu fiunt fera, vt sues, capræ, & alia huiusmodi.

His ita distinctis, circa domestica, aduertendum ea habere regulariter proprios dominos, & ideò licet longè aberrent, & à lupo capiantur, remanet earum dominium apud dominum, ita q̃ caro, pellis, & quicquid earum supersit, domini sit, imò si quis homo ex ore lupi sua industria ea extrahat, licet essent omnino peritura, tamen tenetur ea domino restituere, licet ab eo præmium sui laboris consequi possit. l. Pomponius. ff. de acquiren. rerum domin. l. Pomponius. ff. famil. erciscundę. §. gallinarum. Instit. de rerum diui.

2 Aĩalia capta an fiãt capientis, vel nõ, vel aues sint, vel quadrupedes.

Si verò fera omnino sint, stando in iure naturali, & gentium, licet vnicuique ea venari, & si quis ea capiat, vel in proprio agro, communi, vel alieno, fiunt capientis. d. §. feræ. & l. 3. ff. de acquiren. rerum domin. Horum verò animalium tandiu dominium retinetur, donec in cuiusque custodia coercentur, si enim custodiam eius euadant, & in suam naturalem libertatem se recipiũt, amittitur eorum dominium, & denuò fiunt capientis; dicuntur verò naturalem libertatem consecutæ, si mansuetæ non sunt quæ ire & redire soleant, & effugiant oculos custodientis, vel licet sint sub eius aspectu, difficilis sit eorum prosecutio, & captio. dicto §. feræ. l. 3. 4. & 5. de acquirendo rerum dominio. vnde aues, quæ in caueis detinentur, statim ac caueas egrediuntur, nanciscuntur suam libertatem, nisi domus clausa sit, vt fugere non possint, vel alæ eis abscissæ sint, vel mansuetæ effectæ, ita vt euolare non soleant, arbitrio prudentis.

Ex his fit, quòd si fera sit percussa ab vno, & capta ab alio, vel ex eius reti, aut laqueo extracta, si vulnus erat ita letale, & sufficiens, vt caperetur, & percutiens ita eam insequebatur, vt probabiliter eam esset capturus, ipsi tota debetur; si verò percussio non erat sufficiens, vt caperetur, & percutiens eam non insequebatur; vnde ad eius manus non erat probabiliter deuentura, tunc fit capientis; sed si vulnus illatum fuit causa, vel occasio vt ab alio caperetur æquum est, vt inter eos diuidatur. §. item quæsitum. Instit. de rerum diuis. l. quæsitum est. ff. de acquir. rerum dom. Siluest. Inuentum. quæst. 2. & Ang. eodem verbo. Et idem videtur cum canes alicuius leporem excitant, & diu illam sequuntur, & alius eam capit, si enim erat certo capienda à domino canum, tota illius erit, quòd si certum non erat an fuisset ab illo capienda, si id tantum fuit occasio, vt excitaretur, tota est capientis, sed si causa fuit, vt lepus teneretur, inter eos est diuidenda.

Et idem est dicendum, si fera, auis, vel piscis ita sit alterius reti, vel laqueo inclusa, vt moraliter certum esset totam deuenturam ad manus eius qui laqueum, vel rete tetendit, imò sic extrahens furtum incurrit, si non erat elapsura.

Si verò erat certo fugitura, est capientis, si dubitatio erat vtrinque par est diuidenda, vt Molina videtur id sentire dicto tract. 2. disputat. 42. hæc de feris siluestribus.

Si verò feræ natura sunt feræ, sed educatione domesticæ factæ sint, ita vt ire & redire soleant domum, earum dominium tandiu retinetur, donec animũ redeundi retinent, aliàs si animum eum amittunt, fiunt capientis; & dicuntur amisisse animum redeundi, cum consuetudinem redeundi deseruerint. §. pauonum. Institut. de rerum diuis. l. naturalem. ff. de acquir. rerum domin. vt si non inueniantur in locis vbi dum abirent, solebant morari, vel vicinis, arbitrio prudentis, & idem de accipitribus, & falconibus, quæ ad manum redire solent, si enim consuetudinem redeundi ad manum aucupis non amittunt, licet effugiant eius custodiam, ipsius fiunt; si verò

si verò eam amittunt, & ad naturalem libertatem redeunt, fiunt capientis, etiã si adsint signa cuius sint; & regula quòd animalia amittuntur simul, ac ad suam libertatem, & feritatem redeunt, & in dubio præsumitur quòd non amiserint consuetudinem reuertendi, & si vinculo fuere causa, vt capiantur ab alio, æquum est vt dimittantur.

Idem dicendũ de columbis, quæ morantur in columbarijs, quòd in proprio dominio remanent, dum eo redire solent, quòd si domicilium mutẽt, statim earum dominium amittitur; & idem dicendum de apibus, quæ in aluearijs morantur; si tamen totum aluearium euolet; remanet domini, donec est in eius conspectu, & difficilis non est eius persecutio, & comprehensio, aliàs fiunt capientis, & idem de nouis examinibus, quæ ex aluearibus egrediuntur, sunt enim domini aluearis, nisi naturalem feritatem consequantur, vt supra, tunc enim fiunt capientis, quòd si examina apum domino carent, fiunt primò occupantis, etiam quòd in agro alieno consederint, & ibi fauos cõfecerint, dominus tamen agri si præuiderit, poterit eũ prohibere ne agrum ingrediatur ad ea accipienda, si tamen ingreditur, vt & si ibi sint aues, sunt capientis, si tamen dominus ea prius occupasset, sed finisset in agro, quia adhuc matura nõ essent, eorum dominus fieret, licet alius ea occupasset. §. apum. § pauonum. Instit. de rerum diui. l. naturalem. § apum. de acq. rerum domin. l. 3. §. nerua. & seq. ff. de acquir. possess.

Feræ verò quæ in locis circumseptis custodiuntur, & pisces in viuarijs, & eorum fœtus, domini includentis sunt. l. 3. §. item feras. ff. de acqui. possess. §. item ea quæ ex animalibus. Inst. t. de rerum diui. si tamen sunt in septis magnæ vastitatis, vel pisces in lacubus alicuius particularis, ita vt nunquam ad manus domini loci perueniant, licet effugere non possint, sunt in sua naturali feritate, licet alius præter eum ibi venari non possit. l. 3. §. item feras. de acquir. possess. Couarruuias in regula peccatum. 2. parte. §. 8. num. 15. etiam quòd emantur, vt ibi multiplicent, vt dicit Molina dicto tract. 2. disputat. 41.

Ver. An venatio licitè prohiberi possit, quibus, & quomodo, & an ius venandi, vel ancupiendi, vel piscandi possit ab aliquo præscribi, vel ei appropriari.

Venandi potestas iure gẽtium vnicuique permissa est, & sibi appropriandi feras captas, modo tamen dicto superius.

Nihilominus ex iustis, & rationabilibus causis potest prohiberi venatio, piscatio, & aucupium quandoque; & primò certis anni temporibus, quibus feræ grauidæ sunt, & filios suos procreant, vel certis retibus, aut instrumentis quibus plurimi pisces minutissimi capiuntur, idque ob bonum commune, ne sic feræ minuantur, & cibus necessarius communitati deficiat, vt & ne nimis tempore columbæ, perdices, lepores, & cuniculi capiantur, cum sic minuantur animalia, vt ne pisces calce, vel alijs venenis interficiantur, & capiantur; idque ratione boni communis.

3 Venatio s aliquibus casib. prohiberi possit, & â ea capta sint capientis, & idẽ de piscatiõe.

Pari ratione principes supremi, & magnates, qui habent loco, dominium proprietatis, quorum ad eos pertinet prohibere venationem, piscationem, & aucupium in ijs locis, id sibi reseruando, & etiã moderatas pœnas iniungere transgressoribus; si enim quisque id potest prohibere in proprio agro. §. feræ. Instit. de rerum diui. Magnates verò constituti sub principe, poterunt sibi reseruare venationem in certis locis, dominium proprietatis quorum ad se spectat, si princeps contrarium nõ statuat, & de licentia principis moderatas pœnas trãsgressoribus imponere. Poterit etiã princeps de cõsensu populorum, vel propria authoritate, si necessarium iudicetur ad sui competentem sustentationẽ, & sumptus in regni defensionem necessarios, reseruare ius sibi venandi in locis communibus aliquibus certis, vel piscandi certum genus piscium, quando conflue

re solent, vt & tributa imponere potest; qui tamen non potest prohibere alias cõmunes, licet posset ex communi necessitate augere vectigalia ob commoda quæ homines ex venatione percipiunt; potest etiam princeps ad honestam recreationem reseruare sibi aliqua loca de consensu populorum, quæ sint communia pro venatione, vt solent sæpè populi principi off. rre, vt eius præsentia ditentur, & nobilitentur, si tamen agri priuatorum ibi sint, tenetur communitas ijs damnum, quod ex tali participatione patiuntur resarcire: si verò communitas id non concedit, nõ potest princeps id sibi reseruare: vt dicit Medina. cap. de rebus rest. q. 12 aliter tenetur restituere populis, & priuatis damnum illatum, cum princeps non possit sibi arrogare nisi quæ sunt necessaria ad sumptus necessarios, & regium splendorem alendum, & non vltra; si verò princeps iure belli occupat iustè loca, vbi sit talis reseruatio, potest illa detinere. Magnates verò, & alij priuati in locis communibus, vel priuatorum, id sibi reseruare non possunt, absque eorum libero consensu, nec sat est quòd consentiant ne illos infestos habeant, aliàs tenentur ad damnum quod illi patiuntur; possunt etiam principes remunerando benemeritos de Republica donare aliquibus ius quod ipsi obtinent venãdi, quòd tamen parce est fiendum, ne aliundè populos vectigalibus grauent ad se sustentandos; si etiam quis ab antiquo cuius initij memoria nõ extet, iuris venandi, vel piscandi in certo loco sit in possessione, vel tanto tempore quod satis sit ad præscribendum, potest tamen licitè eo iure vti. l. si quisque. ff. de diu. & tempo. præscript. l. sanè si maris. ff. de iniur. Caiet. venatio. Medina d. quæst. 12. Maior. 4. dist. 15. quæst. 5. modò titannicè ius id non acquisierit, sic enim non præscribit. Couar. in regula peccatum. 2. parte. §. 8. nu. 1. Nec potest princeps imponere pœnam mortis, vel flagellorum venantibus in loco reseruato, & minus illas execqutioni dare, aliàs mortaliter peccat cum onere restituendi, flagellari tamen quandoq; potest quis ob id qui sæpè sit transgressus, modo leuiter id fiat. Nau. in Man. cap. 17. num. 111. Silu. restitutio. 5. nu. 2. & verbo, venatio. Molina, d. tract. 2. disput. 46.

Vbi verò quis habet loca reseruata, si quidem in ijs habet ius proprietatis, nec alij intra illa loca habent agros, vel eos emerunt, postquam locus est interdictus, vel acceperunt in emphiteusim à domino loci, ad nullam restitutionẽ tenetur damnorum, quæ feræ ibi existẽtes agris illis intulerint, nec etiam locis circumuicinis, quia extra loca interdicta cuique fas est eas occidere, & idem procedit si ij qui intra loca interdicta agros habent à principio, vel gratis, vel pretio accepto, cõcesserunt vt solus princeps, vel alius ius haberet ibi venandi, quòd si aliqui non consensissent, vel solum metu, tenetur restituere his damna illata, & eorum hæredibus.

Quòd si princeps bello aliquam regionem occuparit, vbi erant loca huiusmodi reseruata, vel si quæ velit ad eum vsum deputare, tunc licet simul vel post prædia aliquibus concedat, gratis, vel tributo, aut pretio accepto, non tenetur ad restitutionem damnorum quæ feræ eorum locorum intulerint.

Quando verò locus aliquis communis populorum, vel non quò ad proprietatem in quo priuati agros habebãt, reseruetur venationi, tunc princeps, vel qui de eius consensu id sibi reseruat, tenetur ad omnia damna à feris illis priuatis illata præsentia, & futura, nisi liberè reseruationi consentiant. Caiet. in opuscul. 17. respons. 12. Nauarr. in Man. cap. 17. num. 110. Couarru. in regula peccatum. 2. part. §. 8. num. 11. nec sat est, quòd dominus remittat subditis vectigalia, nisi id æquet damnum, quod patiuntur, cum fieri possit, vt hi quibus remittuntur, non habeant ibi prædia, vel non æqua portione, sed oportet cuilibet damnum passo ad ęqualitatem restituere, aliter non erit tuta conscientia principis, qui & tenetur eis compensare damnum quod passi sunt ex vigilia adhibita, & operis in se, ac sua tuenda à feris, ac proinde minus percipiendo de fructibus agrorum illorum.

Vbi

Vbi verò damnum non potest singulis quotannis ad æqualitatem compensari ob ferarum multitudinem, & magnitudinem damnorum, tunc tenetur feras minuere, vel omnibus illis facultatem dare, vt feras insequantur, aliter non est tutus in conscientia à restitutione, nec sat est quòd dent licentiam subditis vendendi illa prædia, & discedendi, quia illa prædia minoris, ob tale dãnum, venderentur, & etiam quia populi non sunt ob principes, sed èconuerso, nec quisque tenetur sibi à patria voluntarium exilium sumere; nec etiam sat est quòd det facultatem subditis interficiendi feras in suis prædijs inuentas, quando id non sit satis ad compensanda damna. Si tamen ad principis splendorem, & bellicas exercitationes suorum in feris insequendis, necessarium esset illas feras in tanta multitudine alere, posset princeps assignatis æquis prędijs subditis alibi, cogere eos, vel vt dãna sustinerẽt, vel alio migrent. Et si subditi liberè ea damna remittant, tutus erit peinceps; modo singuli id agant, & non magnates tantum: vt dicit Molina d.tract.disput.47.

Pari ratione princeps, vel alius quilibet venans qui damna infert equis, canibus, pedibus suis, vel aliter satis, vel alijs rebus, tenetur ea integrè restituere dominis, & peccant ij mortaliter si illis animus non fuit ea restituendi proprijs dominis, & etiam si quid sit quòd verisimiliter rei dominus ægrè ferret, quod corrumperetur, & si nescitur, adhibita debita diligentia, qui sint domini agrorum restitutio est fienda pauperibus, & si qui venationis præcipua causa fuerunt, non restituunt, tenentur restituere qui eis opem tulere. Molina dicto tract. disputat.52.

Quòd si quis iniustè alios venari, piscari, aut aucupium exercere prohibeat, peccat mortaliter contra iustitiam, & tenetur ad restitutionem damni, vel lucri, quod iniustè impediuit arbitrio prudentis, vt si quis impediuit aliquem ne iaceret rete in mari, tenetur restituere non quantum capere poterat, sed pretium quo spem illam vendere poterat, detrahendo etiam ex pretio aliquid ex eo quòd is quieuit, sumptus non fecit in venando, ac tempus non consumpsit, nec rete contriuit arbitrio boni viri. Gabriel.4.sentent.distinct.15.quæst.5. Nauar.cap.17. num.120. Couar.in regula peccatum.2.p.§.8.nu.12.

Ex his patet quis possit sibi reseruare ius venandi, vel id præscribere, & quomodo ea facultate vti possit, vel non, & ad quid teneatur si fines pręscriptos excedat.

Alio quoque modo potest quis alteri prohibere venationem, scilicet in agro suo, quia potest dominus fundi prohibere ne quis ingrediatur fundum suũ gratia venandi, vel aucupandi. §.feræ. Institut.de rerum diuis. l.3. ff.de acquiren. rerum domin. & ipse solus ipsi aucupium exercere, idque ius etiam alij locare, nisi tale ius alij iam esset quæsitum, vel nisi locus esset principi reseruatus pro venatione simul cum alijs prædijs in illa parte extantibus, iuxta superius dicta. Potest etiam princeps legem ferre, vt nullus prohibeat aliquem venari in agris suis, si id expediat bono communi, dummodo segetes non conculcentur, nec aliud damnum ibi inferatur; potest etiam quælibet communitas prohibere extraneis ne in terris ipsius proprijs venentur, vel piscentur: vt dicit Medina de rebus rest.q.12. & alij, cum sit par ratio, quæ de agro, vt dicit Molina, d.tract. disput.45.

Si quis inuito tamen domino ingreditur fundum, & aues capit, acquirit dominium illorum animalium, sed tenetur ad restitutionem damni, vel lucri cessantis, quod inde prouenit domino fundi. Medina de rebus restit.quæst.12. Couarru.in d.regula peccatum. 2.part. §.8.§.feræ.Institut.de rerum diuis.l.3.de acquir. rerum dominium. l.diues. ff.de seruit.rustic.prædior. l.item si fundum. §.aucupiorum. ff.de vsufru. Vnde si dominus fundi fuisset capturus illud animal nisi alius esset ingressus, restituere ei tenetur valorem integrum illius animalis: si verò res erat dubia, plus minusve pro quantitate dubij restituere debet, si verò moraliter certum sit, il-

lud non capturum, vel ius illud alteri non erat locaturus, & idem procedit de eo qui in terris alterius communitatis ea inuita venatur: vt dicit Molina d.tr. disputat. 51. ad finem.

Tertiò, potest quis sibi acquirere ius venandi, ex columbariorum constructione, alijs exclusis. Columbaria enim iustè constitui possunt: vt dicit Nauarr. in Man. cap. 17. nu. 126. Sotus. lib. 4 de Iust. quæst. 6. artic. 4. Siluest. restitut. 3. quæst. 4 Caietan. Columbaria, dummodo lege non prohibeatur, vt dicit Molina dicto tract. disputat. 48. quod ego intelligerem modo construens habeat agros ex quorum fructibus sufficienter ali possint, vt sic fiat compensatio damnorum, quæ sibi dantur ab alijs, cum ijs quæ ipse alijs infert: vt ibi dicit Siluest.

Vbi verò venatio est reseruata legitimè, qui capiunt animal cuius dominium ad alium pertinet, peccat mortaliter contra iustitiam, & tenentur ad restitutionem animalis, carnis, scilicet pellis, & huiusmodi, & si est consumptum pretij illius: vt dicit Molina dicto tract. disputat. 50. testans de communi, qui in fine idem sentit de his, qui artibus, seminibus iactis attrahunt columbas ex alienis columbarijs, ad suum, licet omnia efficere possint, quæ pertinent ad conseruationem sui columbarij, licet noceatur alienis, modo fraus absit, vt nec licet artibus eas à longè attrahere, & eas capere: vt dicit etiam Medina de rebus restit. quæst. 3. Nauar. cap. 17. num. 127.

Si autem venatio sit prohibita solùm ob bonum commune, certis temporibus anni, vt supra, vel certis instrumentis, qui sic capit animalia non tenetur ad restitutionem, licet post condemnationem teneatur ad pœnam impositam. Molina d. tract. disput. 49.

Sunt denique personæ aliquæ quibus prohibita est venatio ratione status, scilicet clericis, & monachis. cap. 1. 34. dist. cap. 1. & 2. de cleric. venat. Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. clem. 1. de statu monac. non tamen id est mortale in clericis, nisi venatio sit periculosa, & si inde mutilationem membri paterentur, essent irregulares, vel si alijs ibi contingeret; non tamen est prohibitum aspicere id agentes, à quo tamen est abstinendum, & maximè religiosis, ex tempore Quadragesimæ. Molina d. tract. disput. 44. qui tamen si quid capiant, ex eo solo quòd sint personæ ecclesiæ, non tenentur ad restitutionem, nisi vt & alij, modis supra expositis.

SVMMARIVM.

1 Pascua quotuplicia sint.
2 Pascere animalia in alieno loco an liceat, vel non.
3 Ligna siluarũ an aliqui cædere possint, vel non, & quomodo.

De pascuis, & nemoribus, Cap. XVIII.

Notandum, ꝙ pascua quandoq; sunt personæ particularis, quandoq; communitatis propria, vel principis, quandoq; communia incolis loci, dicuntur verò pascua loca inculta crebris siluis, & dumentis repleta: vt dicit Virg. lib. 3. Georg. & Varro. lib. 4. linguæ lat. His ita not. 1 Pascua quotuplicia sint.

Prima sit conclusio. Non licet in pascua alterius, vel principis sine, vel patrimonialia vniuersitatis, vel priuata, pecora gratia pascendi immittere, nec etiam militibus sine domini licentia. l. 2. & 3. C. de pascuis public. & priuat. lib. 11. aliter tenentur ad damni restitutionem, & ad pœnam post condemnationem. Dicitur verò fieri inuito domino, siue id fiat voce, vel signo, vt si ante pascua ponatur crux, vel aggere, aut foueis, vel sæpibus cingantur. l. fi. ff. de decret. ab ord. fac. l. 1. §. item feras. ff. de acq. possess. l. vsufructuarius. de vsufr. nõ potest tamen ob id detineri animal, nisi principis pascuum sit. l. quamuis alienum. ff. ad leg. Aquil. in electione est domini est vel dare animal pro noxa, vel æstimationem damni. l. 1 ff. si quadr. 2 Pascere aĩalia in aliquo loco alteri⁹ an alicui liceat, vel non.

paup.§.1.Inst. eo. potest & homo inuentus in crimine testandi damni causa per viginti quatuor horas retineri.l. capite. ff. ad l.Iul.maiest. non licet tamen includere animal diutius sine monitione domini vt illud recipiat. l. quàmuis. ad l. Aquil. & si ignorat cuius sit proponat libellum quo moneatur dominus, vt veniat accepturus animal damno soluto. l. falsus creditor. §. qui alienum. ff. de furtis.quo inuento & de damno cauenti debet ei restitui.papus.li.11.tit.9.aresto. 1.debet tamen dominus testibus & peritis damnum probare, aliter absoluitur reus.

Fallit tamen prędicta conclusio primo,in viatore, si necessitate compulsus, equum in vicinis pratis pascit. c.1.§.fin. de pace ten.li.2.feud.c.quod non est extra.de reg.iur.secundo, si animal amissum sit sine culpa & alienum depascitur.Alb. 2.p.stat.q.76.quod intelligitur hoc casu, quod is euadit pœnam, sed tamen tenetur ad damnum, cum non debeat quis nutrire animal impensis alterius.l.nam hoc natura, de cond.in deb. tertio, fallit si quis seruitutē acquisierit pascendi in alieno. l.3. 4.de seruit. rust. pręd. quarto, fallit si pascua vacua sint fœno & grandibus collectis, id est extra tempus à die Annuntiationis. B.V. ad 29.Septembris.§. 4. de consuet. præd.in cōsuet. Biturig. dummodo porci eo non immittantur, quia rostro prata excauant.§. 1. loco cit.etiam si alias pascendi ius habeatur.

Secunda conclusio,si quis,vbi pascua sunt communia vni communitati, immittit pecora ad pascendum, non peccat, dūmodo leges communitatis illius non transgrediatur, cogi potest ad pœnam, & ad damnum tenetur si sit notabilis transgressio, & idem vbi vicini solent vtriusque pascua sibi communicare.

Tertia conclusio.Tametsi aliquis sit dominus dominij iurisdictionis alicuius oppidi, per hoc non est dominus pascuorum communium illius oppidi, vt d.Valascus.de iu.emph.quæst.8. nu.40. poterit tamen ibi pascere sua pecora, vt & alij de populo, ita vt non multum superent numerum capitum aliorum particularium, licet pro eius dignitate, & loco quem tenet in cōmunitate possit plura pascere, quàm quisq; aliorum, vt d.Couar.de pract. q. c. 37.

Quarta conclusio. Vt dominus populi non est dominus pascuorum communium, ita nec siluarum cęduarum populo communium, vnde licet possit vti lignis siluæ pro suo gradu, vt quilibet de populo, non potest tamen excedere suā proportionalitatem cum illis, aliter tenetur restituere damna communitati, qui tamen non tenetur ad pœnas, nisi damnetur,vel iniuste se condemnari impediat. Vnde si populi dominus damnum notabile in pascuis communibus dederit,tenetur restituere vt & quilibet de populo,nec excusatur si communitas id non petit, quia non audet, vel si remittit,nisi remissio sit vere libera. Qui dominus si pascat loca deputata pecoribus particularis alicuius cum quo cōmunitas contractum fecit, vt certo pretio carnes populo vendat, illi est fienda restitutio,& si conductor ille auget pretium carnium, quia videt dominum populi,loca sibi deputata depascere, tenetur dominus is oppidanis restituere dānum illius incrementi, qui similiter si ex eo quod bona communia indebite depascit, est in causa quod illa loca minoris pro pascuo locentur, tenetur id lucrum cessans communitati restituere, quæ si consueto precio iam sint locata, tenetur id damnum restituere conductori, qui & si plura pecora quàm par sit, iuxta eius ordinem,& gradum,pascat,ex quo alijs oppidanis emergit dānū,vel lucrum cessat, id totum vnicuiq; eorum restituere tenetur nisi libere ei id remittatur. Quod si dominus oppidi,pascendo,infert damnum priuatorum prędijs,id totum restituere tenetur singulis eorum, licet non sit in culpa, sed ipsius pastores, quo casu princeps cogere potest pastores culposos, vt id soluant, in quorum defectum is tenetur. Et quia populi timore vel verecundia damnum id à principe non petunt,ideo vt ipse tutus sit,debet inquirere diligenter à pastoribus delato eis iuramento,vt aperiant

riant quibus sit damnũ datum, vel proponat edicta, vt qui passi sunt damnum secreto aperiant parocho, quo cognito is tenetur id soluere.

Sexta cõclusio. Si quis aliena pascua, vel communitatis vel priuati, contra domini voluntatem depascitur, tenetur ad restitutionem damni & peccat mortaliter si damnum sit notabile, & post condemnationem tenetur ad pœnam, & si in causa fuerunt auferendo fœnũ, vt quidam muliones quandoque faciũt, vt hieme dominorum armenta pereant, si id attenderunt, vel attendere debuerunt, tenentur etiam ad id damnum.

Septima conlusio. Potest princeps statuere ex causa rationabili, vt fructibus collectis nullus prohibeat alijs pastum in suis prædijs, nisi vineę sint, vel aliud, vbi magnum damnum inferatur, vt d. Couar. loco cit. Molina. d. tractat. 2. disput. 59.

3 Quo vero ad siluas & ligna cędua. Prima sit conclusio. Cum quis est ciuis vel incola populi aut communitatis cuius est talis silua communis, iuste cędit ligna, si id agit iuxta præscriptum illius communitatis, & idem est de eo qui in aliena silua de domini tacita vel expressa voluntate ea cędit, sic enim lignorum illorum dominium sibi acquirit; potest enim communitas siluam suam cõmunem prohibere sub quibusdam pœnis etiam illis qui sunt de communitate, vt melius silua conseruetur prohibendo certam lignorum incisionem, & huiusmodi, vel limitando quantum quisque sumat.

Siluarum ligna an aliq. possint cedere, vel nõ & qũo.

Secunda conclusio. Qui sunt de ea communitate contra dictam legem incidentes, post condemnationem tenentur ad pęnam, non tamen ad damnum, nisi sit excessiuum quia non est præsumendum communitatem velle vti eo rigore cum ijs quibus ligna sunt communia, vt teneantur illa restituere, & si prohibitio esset iniusta, non tenerentur etiam ad pœnã si sumant de ijs ad quotidianos vsus, nec pœna potest licite imponi. Si tamen oppidanus extraordinarium damnum inferat, tenetur id restituere cõmunitati, nisi de contraria eius voluntate constet, vt si cum deprehendit talia damna, sola pœna est contenta & quando damnum est restituendum, debet restitui prout ligna valent in silua non scissa, & non vt iam asportata, nec id totũ, sed detrahere potest partẽ quã, vt oppidanus sine onere restitutionis sibi sumere poterat, & sic ad incrementũ damni, & si scissio lignorum afferat maius damnum, quàm valeant ligna, quia forte nouæ plantæ scissę sint, sic haberi debet ratio damni dati, & nõ lignorum scissorum, quod vero sit magnum damnum statuitur arbitrio prudentum, vbi enim conceditur scissio lignorum nedũ pro vsibus quotidianis, sed etiam pro domibus fabricandis, non censeretur graue damnum quod excedit parum necessitatem cuiusque.

Quarta conclusio. Si sint duo oppida vicina, quæ habeant propriam siluam, & mutuo incolæ vnius loci furentur ligna ex silua alterius excusantur à mortali, vt ab onere restituendi, & pœnam tantum post condemnationem soluere tenentur, quia communitates sola pęna videntur contentę, reliqua vero voluut esse in mutuam compensationem, nisi damnum sit notabile attentis circumstantijs concurrentibus.

Quinta conclusio. Si quis in aliena silua, siue communitatis, siue priuati ligna scindat, contra domini voluntatem peccat mortaliter, & tenetur ad damnum, & vlterius ad pęnam post condemnationem. Sot. lib. 4. de iust. q. 6. artic. 4. Medina. c. de reb. rest. c. 12. quia ibi vere furtum committit. Ij vero tenentur tantum ad valorem lignorũ antequàm cęderentur, & iuxta etiam tantum pręsumptam voluntatem domini, quæ deprehenditur ex statutis, & vsu; vnde si cum quis deprehenditur ab eo tantum pœna exigi solet, nõ autem aliquid pro damno, ad damnum non tenetur; Si vero aliquis non deprehenditur tenetur ad damnum si præsumptio est quod dominus siluæ id velit, vel remissio ab eo petenda, si tamen dominus id resciuit, & damnum non petit, licet conqueratur, is est tutus, modo dominus non taceat quia timeat eum qui damnum dedit, &

ex magis vbi mos est, vt sola pœna exigatur. Quandoque tamen communitates habent siluas, & pœnas imponunt extraneis scindentibus, non vt aliquid non scindatur, sed ne deuastentur, & vt soluatur ex pęnis merces custodibus siluarum, & alij publici sumptus fiāt, hoc enim casu non tenentur extranei restituere, nec peccarēt mortaliter, nisi damnum sit notabile, idque si sit præsumpta cognitio, quòd communitas contenta sit vt vicini scindāt ligna ad vsus quotidianos necessarios, quia cum id nouit, tacet; Et si princeps alicui donat oppidū cum silua, vel solam siluam, non plus potest is prohibere oppidanos à scissione lignorū, quàm ipse princeps potuisset. Vnde si oppidanis illa silua erat cōmunis, vel aliunde non poterant ligna colligere ad necessarios vsus, & is mos erat, prohiberi non poterant à scissione, si silua ad id sufficit, quæ si nō sufficiat, potest tantum præscribere certas leges in bonum commune quibus silua conseruetur, in cęteris permittendo scissionem, si ante id erat in vsu. vt d. Molina. d. tr. 2. disp. 58.

SVMMARIVM.

1 Thesaurus quid sit.
2 Thesaurum inueniens an faciat illum suum, & quomodo.

De Thesauris. Cap. XIX.

1 Thesaurus qd si. NOtandum, quod thesauri nomine non venit quæcunque pecunia recondita, sed ea tātum de cuius infossione, & reconditione memoria non extat. l. 1. C. de Thesauris. lib. 10. Si quis tamen metu belli, vel latronum in foderit, non dicitur Thesaurus, imo sic inueniens furtum committit. l. nunquàm

2 Thesaurū inueniens an faciat illū suum & quō. nuda. §. Thesaurus, de acquir. rer. dom.

Prima sit conclusio. Qui Thesaurum in suo fundo inuenit, suum facit si in alieno vel principis, forte inuenit, dimidium fit vtriusque. §. Thesauros. Inst. de rer. diu. quod si inscio vel inuito domino in alieno inuenit, domino fundi debetur, si magicis, & malis artibus id inuenit, totum fisco debetur. l. 1. C. de Thesauris li. 10: & d. §. Thesauros. etiam si in proprio inueniat, & etiam quod nō condemnetur, cum acquisitio sit & initium vitiosum, & ideo nullo tempore præscribitur ar. c. 1. de reg. iu. in 6. Si vero de industria fuit quæsitus in fundo alieno, totus debetur domino fundi siue sit priuatus, siue princeps, siue ciuitas, vel alius quisque d. l. 1. C. de Thesauris. lib. 10. d. §. Thesauros. Inst. de rer. diu. l. si is qui. ff. de acquir. rer. dom. l. 3. §. in locis. de iu. fisci. si absq; industria, vt supra diuiditur, quæ procedunt etiam ante latam sententiam in foro conscientiæ, vt d. Gaiet. 2. 2. quæst. 66. ar. 5. ad 2. Nau. in Mau. c. 17. num. 175. deductis tamen expensis, quando de industria inuenit.

Quod si de domini licentia in alieno fundo illum inuenit, si dominus dedit eam licentiam, sciens ibi esse thesaurū, totus fit inuentoris, si vero id ignorauit, Silu. Inuentum. nu. 8. cum seq. d. totam esse domini, quasi de industria quęsierit, si id inueniens sciebat; sed si absque vlla scientia quod ibi thesaurus lateret, id perijt & obtinuit, totus fit inuenientis, licet hic sit contradictio quod quęrat illum, & nil sciat de ipso, si vero id sperat, licet coniecturæ ad id credendum non satis sint, licentia habita, totus fit inuentoris. Nau. d. loco. num. 172. Si vero quis inuenit agrum, sciens ibi latere Thesaurum, totus fit eius. D. Thom. d. q. 66. ar. 5. ad 2. Nau. loco cit. Sot. lib. 5. quæst. 3. art. 3. ad 2.

Si vero quis inuenit casu thesaurum in loco sacro, vel ecclesia dimidius fit prælati, & alius inuentoris. Nau. loco cit. nu. 175. Couar. in reg. peccatum. p. 3. §. 2. nume. 5. Silu. Ang. verbo; inuentum. Quod si in fundo dotali eum quis inueniat, fit vxoris, cum fundus ille soluto matrimonio fit vxoris, & vir habeat ibi viuens vsum tantum. l. diuortio. §. si fundo. ff. sol. matr. Si vero inueniatur in fundo vinculo primogenij, vel maioratus legato, quo ad portionem, quæ ex illo domino prædij debetur, integre pertinet ad possessorem maioratus eo tēpore,

re, nec quicquàm successoribus reseruare tenetur si ipse possessor inuenit, vel ei obuenit ex inuentione alterius.

Vbi vero quis inuenit illum in fundo, in quo non habet directum vel vtile dominium, licet eum pignoris, vel locationis titulo detineat, nihil illius portionis, quæ domino fundi debetur ad eum pertinet, sed ad dominum agri, vnde si casu inuenit, diuiditur inter eos. l. si is qui. ff. de acquir. rer. dom. Si de industria, totus est domini fundi, & idem si nudus vsufructuarius illum inueniat in fundo vsufructuario. Valascus. de iu. emph. p. 1. q. 15. num. 1. d. l. diuortio. §. si fundo. ff. sol. matr. vt scilicet si de industria sit inuentus, pertineat ad vsufructuarium. Si vero quis inuenit eum in fundo emphiteotico, vel feudali, si ipse emphiteota illum inuenit, diuidi debet inter ipsum & proprietarium. si extraneus, sibi dimidia pars eius debetur, alia est diuidenda inter proprietarium, & emphiteotam, & sic etiam inter vasallũ & dominum, vt d. Molina. d. tr. 2. disput. 58. ex l. is qui. ff. de acq. rer. dom. & glo. in d. §. Thesauros, cum is non possit dici absolutus dominus etiam fructuum, cum saltem certis casibus possit expelli à domino.

SVMMARIVM.

1 Bona domino carentia quotuplicia sint.

2 Dominium an quis acquirat rerum domino carentium, quando, & quomodo.

De Acquisitione dominij aliorum bonorum quæ Domino carent. Cap. XX.

1 Bona dño carentia quotuplicia sint.

BOna quæ domino carent, vel nunquàm talem habuere, vt lapilli, & gemmæ quæ in littore maris, vel fluminibus inueniuntur, insulæ quæ nũquàm habitatæ fuere, & si quæ terræ in continenti, tales sint. Quædam quandoque habuere dominum, sed temporis diuturnitate eo carẽt, vel alio ad quem iure hæreditario ea bona spectent, vt insulæ & loca, quæ licet olim fuerint habitata, à multo tamen tempore citra sũt desertæ, & sine habitatoribus, & aliquę etiam res mobiles, vt multa quę à tempore longinquo naufragijs in mari inueniuntur, & aliquo casu extrahuntur, vel in littore inueniuntur, vt & thesauri de quibus supra. Quædam sunt bona mobilia, vel immobilia, quæ de proximo habuere dominum, sed ab eo sunt derelicta, vt fiãt occupantis, vel expresso, vel tacito actu dimittentis, de quibus infra. His bonis incertis annumerantur etiam nummi qui in aliqua lætitia in publicum emittuntur, vt fiant capientium de quo in l. qua ratione. §. pen. ff. de acqui. rer. dom. §. hoc amplius. Instit. de rer. diu. & bona eorum qui decedẽt, nullo hærede relicto ex testamento, vel ab intestato, iuxta iuris ciuilis dispositionem, qui eis succedat, quæ principi vel Reipublicæ acquiruntur. l. 1. §. fi. ff. de iure fisci. l. vacantia. C. de bonis vacantibus lib. 10. nisi peregrinus in hospitali ab intestato decedat, nam bona ipsius mobilia vacantia hærede ab episcopo in causas pias erogari debent. auth. omnes peregrini. l. communia. de succes. Alia sunt bona quæ habent dominum, sed ignoratur quis sit, vt inuenta, quæ regulariter sunt pauperibus distribuenda, si non inuenitur eorum dominus debita diligentia adhibita. His sic constitutis.

Prima sit conclusio. Res quæ domino carent, iure gentium fiunt primo, occupantis. §. ferę. Instit. de rer. diu. l. 3. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. ff. de acquir. poss. nisi de aliqbus ius ciuile aliter disponat, vt de thesauris est dictum. Alia vero de quibus supra, facta eorum reali ac naturali occupatione, fiunt primo occupantis, vnde lapilli & gemmæ & alia quæ inueniuntur in littore maris inuentoris sunt iure gentium. §. lapillorum. vbi gl. Inst. de rer. diu. modo apprehendantur, & idem insula domino carente. §. Insula. Quæ vero pro derelicto habentur, fiũt similiter occupantis. §. pen. & fi. Inst. eo. ff. pro derelicto. per tot. Vbi vero non est cla- 2 Dñium an qs acqrat rerum dño carẽtium, qñ, & qũo.

clarum an quis rem habeat pro derelicto, coniecturis vtendum eſt, vnde ſi facile eam poteſt recuperare, & tacet ac negligit, veriſimile eſt quod eam dereliquerit. Gabriel.4.d.15.q. 3.dub.7. Nau. in Man.c.17.nu.170. qui dicunt quod ſi quis librum apertum proijcit in mare, indicium eſſe quod derelinquat, ſecus ſi clauſum, quod tamen non eſt ſemper verum, quia forte ei tempus non fuit illum claudendi, ideo opus eſt arbitrio prudentis in his, vnde ſi veriſimile eſt ꝙ iactata in mari ſic iaciantur, vt etiam ſi domini euadunt periculum, non mittãt nec ſcribant pro illis quærendis, haberi debent pro derelictis. l. falſus. §. ſi iactũ. ff. de furtis. Regulariter tamen ſic iactata habenda non ſunt habita pro derelicto. d. l. §. fi. Inſt. de rer. diu. l. 2. §. fi. l. qui leuandæ. ff. ad l. Rodiam de iactu. l. interdum. §. 1. ff. de acqui. poſſ. l. qua ratione. §. fi. ff. de acquir. rer. dom. l. nauigia. C. de furtis, & huiuſmodi ſunt excommunicati ſi carent animo reſtituendi, qui ea retinẽt. c. excommunicationẽ. de rapt. cuius abſolutio reſeruatur in Bulla cœnę Domini, ſummo Pontifici, cum excommunicationem Bullę incurrant. Sic etiam quæ accipiuntur de incendijs, nõ ſunt habenda habita pro derelictis. Sic etiam ligna quæ à fluminibus eripiuntur, ſi ſint exigui precij, & dominus inde multum diſtet, habenda ſunt pro derelictis habita, ſecus ſi ex circumſtantijs indicetur domini voluntatẽ eſſe ea non abijcere, ſic enim ſunt domino reſtituẽda, ſolutis expenſis in eis eripiendis, poteſt tamen dominus fundi quo ea ligna deuenere, coram iudice agere, vt domino tempus congruum aſſignetur, ad ea inde amouẽda, alias habeantur pro derelictis, quæ ſi non auferantur, erunt domini fundi, vt d. Nau. d. cap. 17. nu. 176. Molina. d. trac. 2. diſp. 55. Et regulariter qui inuenit pecunias, vel aliam rem in terra iacentem, ſiue ſciret dominum ſiue ignoret, niſi reſtituat, furtum committit, cum qui amiſit remaneat in eorum poſſeſſione ciuili, & qui inuenit tenetur proponere ſchedulam ad dominum rei inueniendum. l. falſus creditor. §. qui alienum quid ff. de furtis. §. fi. de rer. diu. quod & lege Moiſis ſtatutum erat vt d. Ioſeph. 4. antiq. c. 8. Deut. 22. & idem Plato ſanxit. 11. de legibus in prin. & Solon, vt d. Diog. Laert. libro. 1. decr. philoſoph. l. 3. §. nerua. l. ſi id quod. ff. de acquir. poſſ. d. §. fi. Inſt. de rer. diu. dominus tamen debet dare ſignum rei, & reſtituere inuentori quod eo nomine impendit. l. 1. C. de neg. geſt. Et ſi diligentia præmiſſa dominus non inuenitur in cauſas pias cum epiſcopi authoritate diſtribui debent. auth. omnes peregrini. C. communia. de ſucceſſ. c. ſicut dignũ. de homic. & ſi inuentor ſit pauper poteſt ei vt pauperi aliquid relinqui, alias furtum committit. §. furtiuæ. Inſtit. de vſucap. de quo dixi. lib. de caſibus reſ. caſu. de reſt. incert.

SVMMARIVM.

1 Alluuio quid ſit, & quotuplex.
2 Alluuione accreſcens cuius ſit, quãdo, & quomodo.
3 Arbores plantatæ cuius ſint.
4 Aedificatum cuius ſit, ſi in alieno fiat.
5 Gemma in alieno auro ſculpta cuius ſit.
6 Litterę ſcriptę in aliena tabula cuius ſint.
7 Pictum in alieno cuius ſit.
8 Materiæ commixtæ cuius ſint.
9 Metalla in agro aliquo inuenta cuius ſint.

De acquiſitione eius quod per alluuionem, vel aliam mixtionem alicui adijcitur.
Cap. XXI.

Notandum, quòd alluuione aliquid dicitur adijci rebus poſſeſſis, cum flumen habendo ripas in quibus aliqui habent prædia cõtigua, adijcit eis paulatim, vt intelligi non liceat quãtum quoquo temporis momento adijciatur, & ob id dicitur incrementum latens; Vnde cum fluuius locum certum teneat, vt ex priuato in publicum tranſ- 1 Alluuio quid ſit, & quotuplex. 2 Alluuione accre-

scẽs cuius sit, quãdo & qũo.

transferat, & econuerso. l. ergo si insula. §. alluuio. ff. de acqui. rer. dom. quod ita paulatim adijcit, fit eius cuius est prædium cui ita additum est. §. præterea. Inst. de rer. diu. l. adeo. §. 1. de acqui. rer. dom. & pariter si eo modo aliquid detraxerit, iure gentium dominium eius amittimus, sed si vis fluminis repente, & sensibiliter detraxit partem ex prædio alterius, & alterius prędio illam iunxit, remanet domini prioris, nec iure alluuionis occupatur. d. l. adeo. l. 1. & fi. C. de alluu. & d. §. præterea. Quod si insula in medio fluminis nascitur, est diuidenda inter eos qui vtrinque habent prędia contigua, & si multi ex aliqua parte prędia habeant, pars illa respondens prædio, erit domini prædij, sed si insula sit propinquior vni ripę, tota fit eorum qui habent prędia vicina; & si insula primo, nata sit è regione vnius prædij, & ita crescat vt fiat è regione alterius prædij, tota insula remanet illius cuius primo erat, quia illud incremẽtum accedit insulę, & sic domino eius. Et si ea ratione fiat aliqua insula, vt flumen diuidatur, & cingere incipiat partem prędij alicuius, tunc illa ita flumine cincta, eius est cuius erat antea. d. §. insula. de rer. diu. d. l. adeo. §. 1. l. inter eos. §. ergo. l. insula. ff. de acqui. rer. dom.

Quod si flumen, priori alueo derelicto, per aliam partem fluuere incipiat, alueus relictus efficitur eorũ qui vtrinque prædia habẽt, & diuidendus eo modo quo de insula est dictum, & alueus à fluuio de nouo occupatus fit publicus, quod si post longum tempus, fluuius ad priorem alueum redeat, alueus de nouo relictus, non eorum quorum agri erant vbi est factus, sed eorum qui vtrinq; habent prædia fit; sed si fluuius vel mare prædium alicuius inundet, dominus adhuc prior manet prędij illius qui erat, vnde aqua cessante. §. quod si naturali. Inst. de rer. diu. d. l. adeo. § insula. & l. ergo. de acq. rer. dom. eius est. Q ię intelliguntur quãdo flumẽ naturaliter mutat alueũ, secus si alicuius industria, quia is tenetur ad damnũ quod alij patiũtur, cũ solus princeps possit alueum mutare, soluto damno dominis prędiorum, vt ęquum est l. 1. C. de alluu.

Quod si quis sit nudus vsufructuarius incrementum latens ei accrescit, patens vero vt est insula nata in flumine proprietario. l. item si fundum. §. huic vicinus, & §. si insula. ff. de vsufr. feudatario vero neutrum pertinet. Alu. Valascus. de iu. emphit. p. 1. quæst. 16. num. 2. ad emphiteotam vero vtrumque, vt d. ibi. Valascus.

Plantæ vero vbi radices in terra egerint, sunt domini soli, siue ab eo plantatę sint vel ab alio, & si planta quę erat prope alienum solum in eo radices egerit, efficitur eius cuius est solum, & si fudit radices partim in alieno, partim in proprio solo, communis fit vtriusque l. si. quod vi aut clam. l. adeo. §. si alienam. de acq. rer. dom. §. si titius. Instit. de rer. diu. & proinde potest quis præscindere radices quæ in suo fundo extant, & ramos circuncidere vsque ad altitudinem pedum quindecim. l. 1. ff. de arb. cęd. l. 1. C. de interd. l. si plures. §. fi. ff. arborum furtim cęs. nec quis potest retinere frũctus qui ex arbore vicini in proprium fundum decidũt, nec illum vetare quominus tertio quoq; die illos colligat. l. 1. ff. de glande leg. si non noceãt proximo ędificio, qđ vetatur, & prohiberi potest. l. quod autem de seru. vrb. pręd. l. 1. C. de interd. l. 1. C. de aquæductu. li. 11. l. omnis. l. decernimus. eo. 3 Arbores satę cuius sint.

Sic etiam quicquid ędificatur in aliquo fundo, fit domini soli, sed si ibi ędificetur à Domino soli ex aliena materia, ędificatum fit eius, sed duplum dño materiæ pręstare tenetur, ne ędificia destruantur, & si quis, vt supra, ex propria materia in alieno ędificauit, fit omne domini soli, si vero bona fide id egit credens suum, quia possidet, debentur ei expensę, §. cum in suo. §. ex diuerso. Inst. de rer. diu. 4 Aedificatum cuius sit, si in alieno fiat.

Simili modo si gemma ornatus gratia includitur auro, cedit auro, contra vero si aurum ornatus gratia apponatur gemmis, vt & domus pretiosior area cedit solo, & ita dominus eius qđ est principalius, & cui aliud iungitur remanet dominus vtriusque l. 2. ff. de superficiebus l. qui domum. ff. ad l. Aquil. l. & si 5 Gemma in alieno auro sculpta cuius sit.

non

non sunt §. pecuniamus. ff. de auro & arg. leg. §. si tamen. Inst. de rer. diu. dummodo bona fide alienę res proprijs accedant, vt in naui, & alijs quæ eiusdem generis sunt, secus in grege & populo. l. rerum mixtura. ff. de vsucap. l. in rem. §. item quicunque. ff. de rei vendic.

6 Litterę scriptę in aliena tabula cuius sint.

Pari ratione litteræ, licet aureæ cedūt chartæ. §. litterę. Inst. de rer. diu. si tamē bona fide quis in eis scripsit, à domino chartę petet expensas. d. §. l. in rem. de rei vend. Tabula tamen cedit picturæ §. si quis in aliena. Inst. eo. cum forma tabulæ sit mutata, in his vero accessionib. cum non possint res destrui, succurritur tamen domino actione in factum vtili pro precio consequendo. l. 1. §. arbore. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vēd. conductor si in re conducta ędificet, expensas repetit. l. habitator. de rei vend. ędificans vero in solo publico suis expēsis tenetur demoliriri. l. 1. ff. ne quis. in loco public. nec iuxta ędificia publica, prope quindecim pedes. l. Meniana. C. de ędif. priu. l. 2. §. si quis. ff. ne quis in loco publ. Et licet generaliter plantans, vel ędificans in alieno, non repetat expensas. l. 2. t. 3. 5. tit. 13. in legib. Iustin. de operibus rusticis. Si tamen quis absentis fundum sterilem colit, & ibi plantat vineam, potest id faciens domino redeunti tantundem terræ dare. l. 1. d. tit. 13.

7 Pictum in alieno cuius fit.

8 Materiæ commixtę cuius sint.

Confusione etiam acquiritur dominium, quod fit, cum diuersæ materię simul confunduntur, nec remanet eadem substantia, vt ex vino & melle fit mulsum, vel in rebus eiusdem substātiæ, vt si vino alia misceantur, vel plures massæ argenti simul cōflentur. §. si duorū. Inst. de rer. diu. vel commixtione, cum corpora, remanente eadem substantia, singulis mixtis iunguntur, vt cum tritico oues vniuntur. His constitutis.

Si confusio rerum duorum dominorum ex eorum voluntate fit, vel transfert dominium vel communicat pro parte confusa. l. nisi voluntate. de acqu. rer. dom. d. §. si duorum. l. adeo. §. voluntas. ff. eo. prout inter eos conuenit. Si vero præter domini voluntatem, res alienæ confusæ sunt ab aliquo, vel mixtę cum suis, si materia aliena addita formam mutauit, vt si ex aliena lana fecit quis sibi vestimentum, ex tabulis nauem, ipsius facientis erit nauis, & vestimentum l. sed si ex meis. ff. de acq. rer. dom. vt & facta rebus alienis cū proprijs confusis, quę separari nō possunt, fiunt eius cuius nomine confusæ sunt per specificationē l. quicquid. §. vbi simul. ff. de acquir. rer. dom. l. adeo. §. cum qui. eo. §. cum ex aliena. Inst. de rer. diu. Si vero materia confusa potest redire in pristinam formam, vt si ęs conflatum vel aurum possunt reuerti in priorem materiam, remanet prioris domini. d. §. l. sed si meis. §. 1. l. quicqui l. de acquir. rer. dom. Si tñ quis mala fide rem alienam transfundit in nouam speciem, licet iure gentium remaneat eius dominus, iuri tamen ciuili secus est, quia non fit eius dominus. l. de eo. §. si quis. ff. ad exhib. imo sic contrectans animo lucrandi furtum committit, inuito domino. l. si oleum. de solut. & potest ab eo id repeti, vt à fure. l. rerum. ff. rer. amot. l. si pignori. §. 1. de pign.

9 Metalla in aliquo agro inuēta cuius sint, etiā si aurea existant.

Metalla vero quę reperiūtur in agro alicuius, vel auri sint, vel argenti, stando in iure gentium, illius sunt cuius est ager, vt & aliæ venæ saxorum, & si ager sit vinculo primogenij, vel maioratus adstrictus, ad eum pro tempore quo possidet spectant, & si in fundo dotali reperitur, si vena talis sit vt lapides qui inde extrahūtur, ibi renascātur, & accrescāt, vt in aliquibus locis contingit, tūc quod sic extrahitur computatur inter fructus agri, & pertinet ad virum. l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. sol. matr. l. fi. ff. de fundo dot. & idem si vena iam ibi erat aperta, tūc enim, quod extrahitur, matrimonio constāte, nō cedit in dotis augmentum, sed marito acquiritur. l. si fundus. ff. sol. matr. Si vero vena nondum erat aperta, nec renascitur, auget dotem, & debetur vxori, si tamen fundus is ex extractione lapidum est factus fructuosior, tunc id fundi augmentum, cedit viro quo ad fructus, vt d. Molina. d. tr. 2. disp. 54.

SVMMARIVM.

1 Pręscriptionis, & vsucapionis diffinitio.

2 Prę-

De Acquisitione dominij legis authoritate ex Præscriptione, & vsucapione. Cap. XXII.

Sit primum dictum, prescriptio, & vsucapio sic possunt diffiniri quod est acquisitio dñij vtilis, vel directi, rei alienæ, per continuatam possessionẽ bone fidei spatio temporis à lege definito, vel acquisitio dominij per continuationem temporis lege definiti. l. 3. ff. de vsucap. siue illa res sit mobilis, vel immobilis, vt d. Couar. in reg. possessor. in princip. & §. 1. par. 2. in 6. 1 Prescriptionis, & vsucapionis diffinitio.

Notandum primo, quod secundum vulgarem, & communem antiquorum, & legistarum nec non theologorum sermonem vsucapio à præscriptione in hoc differt, quod præscriptio est acquisitio alienæ rei immobilis: vsucapio vero est acquisitio alienæ rei mobilis, tñ recentiores quidam Canonistæ, vt Andreas Alciatus in l. vt sunt. ff. de verbor. signif. Nau. in sum. c. 17. num. 85. & plerique recentiores, putant ipsam acquisitionem seu modum acquirendi tam in re mobili, quàm in immobili vocari vsucapionem, vtrũq; enim vsucapitur, prescriptio vero secundum istos, non est ipsa acquisitio rei, sed exceptio qua ille qui vsucapit excipit contra priorem dominum rei repẽtem rẽ vsucaptam, vt d. Couar. in reg. possessor. p. 1. in prin. & §. 1. Nau. in Man. c. 17. nu. 85. & in hoc sensu præscriptio diffinitur, quod est exceptio peremptoria ex tẽpore legibus definito vim habens, dicitur peremptoria, ad excludendum exceptiones non perẽptorias, dicitur tempore legibus definito vim habens, ad excludendum exceptiones non ex tempore, sed aliunde vim habentes, licet in iure canonico prescriptio sumatur pro acquisitione dominij ex possessione, & alijs conditionibus ad id requisitis. 2 Præscriptio, & vsucapio, vt differant.

Notandum secundo, dominium vtile vocari, dominium quod quis habet non tam in aliquam rem quam in fructus rei seu quod habet in ipsam rem in ordino ad fructus, & ideo vocatur vtile: Do-

minium directum est dominium quod quis habet in rem, & non in fructum, cuiusmodi dominium est in domino feudi, qui retento sibi rei dominio, concedit feudatario dominium vtile. Aliquando ista dominia sunt simul coniuncta, vt patet, in eo qui habet dominium in re non feudata.

3 Præscriptio & vsucapio quotuplex. Notandum tertiò, Pręscriptionē seu, vsucapionem duplicem esse, alteram mobilium alterā immobilium rerum. Pręscriptio rerum mobilium inter præsentes validatur per possessionem bonæ fidei constitutam tribus annis. Inter absentes per eandem possessionem continuatam annis quatuor, vnde hoc tempore elapso ille qui bona fide possedit rē alienam mobilem efficitur dominus rei, & non tenetur restitutioni. Vsucapio rerū immobilium diuersa est quantum ad circunstantiam temporis requisiti in possessione: nam quædam dicitur præscriptio longi temporis, quæ inter pręsentes perficitur. Alia vocatur pręscriptio longissimi temporis quod inter pręsentes requirit possessionem bonę fidei triginta annorum, inter absentes requirit quadraginta annorum, & cōiter contra bona ecclesię non pręscribitur, nisi spatio, annorum quadraginta ecclesia Romana habet in hac re magis particulare priuilegium, vt sit necessaria plusquàm longissimi temporis præscriptio non enim pręscribitur contra illam nisi possessione continuata cētum annorum. De his omnibus habetur 16. quæstio. 3. Can. Placuit & in multis Cano. in titul. de Pręscriptionibus, & in multis legibus ciuilibus in eodē titulo. de quibus infra.

4 ad Præscriptionem requiritur bona fides, & quo. Sit secundum dictum, ad vtramque præscriptionem requiritur bona fides continuata toto spatio legibus definito.

Notandum primo, in bona fide hęc necessario contineri, ita vt aliquo in aliquo illorum deficiente nō dicatur possessor bonę fidei, primo, continetur ipsa substantia bonę fidei secundo, possessio tertio titulus, substantia bonę fidei consistit in hoc, quod homo indubitanter, & quieta conscientia credat rem illam quàm habet esse suam, vnde si conscientia illum remordet ex aliqua probabili ratione, quod res illa non sit sua, definit substantia bonæ fidei.

Aduerte autem, quod dixi ex probabili ratione, quia si solum leui ex quadam coniectura, vel scrupulo insufficiēte ad probabilitatem, conscientia remordet possessorem, non tollitur substantia bonę fidei, secundo, possessio est necessaria, vt habetur in lege, sine possessione ff. de vsucapione, & in regula sine possessione, de regulis iur. libr. 6. ideo ille qui nō est capax possessionis quamuis habeat rem sub se, & cum bona fide etiam per longissimū tempus nunquàm vsucapit verbi gratia, religiosi S. Francisci mendicantes, non possunt, vsucapere similiter eodem modo laici nō possunt vsucapere ius decimarum, aut ius eligendi beneficijs quia non sunt capaces in istorum iurium, tertio, titulus necessarius est, vt habetur expresse in cap. si diligenti. de prescripe. est autem triplex titulus secundum iureconsultos, alius naturalis, alius legitimus, alius præsumptus, & quicunque horum titulorum satis est ad bonam fidem; vnde si quis possedit titulo hæreditatis, titulo donationis, titulo emptionis, vel quouis alio iusto titulo præscribit. Hinc vsurarius nunquàm potest præscribere ipsas vsuras acquisitas quia deest illi titulus licitus, similiter & latro, filius autem latronis, & vsurarij possunt præscribere quia habent titulum hęreditatis, vnde si putent patrem licita via acquisiuisse aliquid illud præscribunt licet vere fuerint acquisita per vsuram vel per furtum. Et ita ad pręscriptionem inchoandam non satis est, quod quis incipiat possidere rem cum dubio an sit sua, sed est necessaria bona fides, qua absque dubio existimet rem esse suam. l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. C. de vsucap. transfor.

Notandum secundo. Non satis esse præscriptionem inchoari bona fide, sed requiri vt per totum illud tempus quo lege statutum est, continuetur bona fides sine vlla interruptione, vnde si contingat aliquando interrumpi, iam totum tempus præcedens perit præscribenti,

bentis, & si iterum postea acquirit bonam fidem, debet denuo incipere numerare tempus lege definitum. Habetur expresse in capit. Possessor de regul. iuris libro 6. secundum duos sensus qui ibi ponuntur à Glo. & secundum duos modos punctandi litteras illius capitu. facit etiam quod habetur in capit. vigilanti & in cap. fina. de preser. Hinc vt infra dicemus per iura canonica corriguntur ciuiles leges, quare etiam in foro seculari iudicandum est secũdum canones in materia prescriptionis: Aduertendum tribus modis posse aliquem interrumpere suam bonam fidem in prescribendo, primo, per scientiam certam qua posteaquàm per aliquod tempus putauit rem esse suam certè cognoscit illam esse alienam, secundo modo, per leuem coniecturam, seu scrupulum, tertio, per probabilem coniecturamque quæ facit verum dubium, si interrumpat quis bonam fidem. primo modo, certum est bonam fidem præcedentem non posse continuari cum bona fide subsequenti. De secunda interruptione etiam certum est eam non ita interrumpere bonam fidem præcedentem quin possit continuari per bonam fidem sequentem.

De interruptione tertia, Bart. in l. naturaliter ff. de vsucapio, putat secundum iura ciuilia non obstare quin possit continuari prescriptio: Siluest. in ver. Prescriptio primo §. tertio contrarium putat, saltem secundum iura canonica, & quicquid sit de ciuili iure, certum est iudicandum esse secũdum ius canonicum in vtroque foro talem præscriptionem non continuari. Probat Siluest. hoc dictum, quia illa interruptio quę nascitur ex scrupulo fuit fondata in conscientia erronea, conscientia autem erronea mala est, & deponenda, vnde non vere interrumpit præscriptionem, & sic potest continuari, interruptio autem quę nascitur, vel ex certa scientia, vel ex probabili coniectura fundatur in tali conscientia, quæ nec est erronea nec deponenda, sed est probabilis ergo vere interrumpit, ergo impedit quo minus continuari possit, quod intelligitur, si dubium sit valde probabile, si enim remanet in terminis dubij, ita vt non sit maior ratio, quod non sit dominus quàm quod sit, hoc casu potest cum tali dubio præscriptionem continuare, & perficere glos. Abb. Felin. & alij multi in cap. si. de præscri. Medina de rebus rest. quæstione 17. Couar. loco cit. part. secunda §. septimo. ex d. cap. fin. capit. si virgo. 34. questione secunda l. 1. C. de vsucap. transf. & pluribus probat Molina. de Iust. Tomo. 1. tractat. 2. disput. 63. etiam quod quis in medio possessionis dubitet an cum illo dubio, vel scrupulo, possit illam rem retinere, cum sit erroneus, vt ibi. d.

Notandum tertio, bonam fidem fundatam esse in ignorantia, ex eo enim dicitur aliquis bona fide possidere alienum, quia ignorat esse alienum: Ignorantia autem duplex est, altera facti, altera iuris. Ignorantia facti, est quando nescimus ipsum factum, verbi gratia, nescio patrem meum furto accepisse hanc rem, nescio illum à quo emi furatum esse rem, & hæc ignorantia satis est ad præscribendum, & communiter est necessaria ista ignorantia. Ignorantia iuris est quando nescio me secundum iura non posse possidere aliquam rem quàmuis sciam factum, verbi gratia scio rem quam emi furto ablatam esse, sed nescio res furtiuas non posse emi licite, & hæc ignorantia tollit bonam fidem necessariam ad præscribendum, licet aliqua propter quod inuincibilis est, nõ tollat bonam fidem necessariam, & sufficientem ad vitandum peccatum, sed tollit bonam fidem ad præscribendum nisi forte quando esset ignorantia iuris valde dubij inter doctores, puta de aliquo contractu de quo valde dubium est verum sit vsurarius necne, in tali enim dubio probabilissimum mihi est ignorantiam iuris non tollere bonam fidem necessariam ad prescribendum, nam in hoc possumus sequi illam regulam iuris, in dubijs esse meliorem conditionem possidentis. Molina d. tract. secundo disput. 64. tertia concl. Ignorantia tamen iuris de quo non est controuersia, etiam

quod sit inuincibilis ex parte possidentis, non sufficit ad præscribēdum etiam per tempus lege definitum, & etiam si sit sine culpa possidentis. Abb. Felin. in c. de quarta. de præscr. & Molina. d. disp. tertia concl.

Hęc de bona, vel mala fide possidentis non authoris principalis loquendo vero de mala fide Authoris, prima conclusio. Mala fides authoris non nocet particulari successori ad præscribendum, licet non possit computari ad pręscribendum tempus quo author fuit in mala fide, si tamen res immobilis quæ erat præscribenda spatio viginti annorum, possidetur ignorante eo ad quem pertinet, non pręscribitur nisi spatio triginta annorum, secunda conclusio, mala fides authoris principalis, ita nocet successori vniuersali, vt licet successor possideat bona, nec velit vti accessione temporis quo author possedit, sed computare pręscriptionem à tempore quo ipse bona fide cœpit possidere, non possit illam vllo tempore pręscribere, vel mobilis sit, vel immobilis. l. cum heres. de diu. & temp. prę. l. si mala fide. C. comm. de vsucap. quod intelligitur de mala fide vera & non ficta, & quod hęres eam possideat tantum titulo vniuersali, secus si titulo singulari, pignoris, emptionis, & huiusmodi, qui & si sit suus hęres, & pręcessor aliquid possedit bona fide sine titulo, non potest id præscribere titulo pro hærede, sed oportet vt computando tempus tantum quo author bona fide possedit continuet possessionem, si tamen quis succedit in beneficio alicui mala fide possidenti aduersus alium, potest præscribere, quia succedit titulo singulari collatiuo. ita Molina. d. tracta. secundo disput. 65. Et vt bona fides adsit requiritur verus titulus, vt emptionis, vel saltem pręsumptus in aliquibus casibus. Molina d. tract. disp. 64. in prin.

Sit tertium dictum, post possessionem bona fide continuatam spatio temporis lege definito, ita complebitur præscriptio, vt dominium rei pręscriptę transeat à priori vero domino in ipsum pręscribentem, & hoc etiam in foro conscientię, ita vt si post pręscriptionem euidenter cognoscat rem fuisse alienam non teneatur restituere. glos. in capit. vigilanti. de pręscript. Caiet. pręscriptio. Sot. libro quarto de Iust. quęstione quinta articu. 4. Couar. in reg. possessor. part. 1. §. 1. numero 4. 5. par. 3. in princ. & §. 2. licet nulla sit negligentia ex parte eius contra quem præscribitur, modo interueniant requisita ad veram pręscriptionem. Molina. d. tract. secundo quæstio. 61. nisi sit beneficium ecclesiasticum, quia noscens se iniuste possidere id semper tenetur dimittere. Silua. de benef. 3. p. q. 21. num. 6.

5 Pręscriptio quo impleat.

Notandum primo. Hoc dictum esse contra summam Rosellam, & Vgo, vt refert Ioannes Ananias in capit. vigilanti de pręscript. & contra Anton. de Butrio, & alios permultos Canonistas, immo contra aliquos Theologos, vt patebit infra, Qui putarunt per pręscriptionem non transferri dominium in foro conscientię, sed priorem dominium priuari actione, vt non possit agere contra possessorem, & Adrianus putauit pręscriptionem non semper transferre dominium, sed solum quando negligentia domini prioris in sua re recuperanda est peccatum mortale. Huius erroris fundamentum est quia putarunt præscriptionem esse introductam solum in pœnam negligentiæ prioris domini: hæc autem negligentia communiter non est sufficiens causa ad priuandum illum dominio, sed certe parum videtur rem considerasse, nam si non est sufficiens ad priuandum dominio, neque ad priuandum actione.

6 Pręscriptio cur sit inducta.

Notandum secundo, causas propter quas introducta est pręscriptio, tres afferri solitas esse, prima est in pœnam negligentię prioris domini, secunda in pręmium diligentię præscribentis supposita eius bona fide. Hę duę causę parum valēt tertia causa quę est potissima affertur in l. 1. ff. de vsucapionibus vbi dicitur bono publico introducta esse vsucapio. Et explicans quodnam sit hoc bonum publicum, subdit, ne diu, ac ferè semper incerta essent aliquarum rerum dominia.

Eadem ratio affertur in c. vigilanti simul cum duobus præcedentibus c. vbi dicitur Ephesinus legislator, propter vitandam miserorum segnitiem, & longi temporis errorem, & confusionem, prius triennali, & quadragennali præscriptione vigorem legis imposuit, ex hoc sequitur præscriptionem non solum habere fundamentum in ciuili iure, aut canonico vel in quouis iure humano, sed etiam in iure naturali quia de iure naturę est prouidere bono communi, & vbicunque sine peccato prouideri potest communi bono, de æquitate iuris naturę est sic prouidere. Hinc sequitur optime correctas esse ciuiles leges per ius canonicum, quia prescriptio concessa à ciuili iure non est secundum æquitatem iuris naturalis, propterea quod fuit cum peccato & iniustitia propter malam fidem.

7 Sit quartum dictum, ius canonicum abrogauit omnem prescriptionem malę fidei quę vel in toto, vel in parte habuit malam fidem, & in hoc correxit iura ciuilia, vt dictum est, patet expresse, ex capitulo vigilanti, & capitulo finali de præscriptioni, citatis, & ex regula possessor de Regulis iuris, libro sexto, quæ mala fides nocet etiam successori vniuersali, particulari non eque. Guid. Pap. quæstione 416. numero 10. modo vt ibi, de quo tractat. de emptione.

Prescriptio malæ fidei non valet.

Notandum primo, in præscriptione malæ fidei causata ex iniusta possessione, & cum peccato secundum communem omnium sententiam certum esse iura ciuilia corrigi per ius canonicum, ita vt nulla talis prescriptio sit amplius valida & efficax, vt recte notat Panorm. in capit. finali cit. Dubium est de quibusdam prescriptionibus quę non causantur ex possessione, neque ex peccato ipsius prescribentis, sed sine vllius rei alienę possessione, vt in prescriptione debitoris contra creditorem, & in prescriptione libertatis contra aliquam seruitutem, quę consistit in hoc quod ille qui habet aliquod ius supra rem meam, verbi gratia ius transeundi ad suam vineam per meam, ius tenendi fenestram apertam in aliquo certo situ suæ domus. De his Panormita. in capitulo fina. citato refert Bart. in l. sequitur §. si viam. ff. de vsucap. habuisse singularem opinionem, quod possint mala fide præscribi, & quod in ijs ius ciuile non sit correctum per canonicum ius, postea ait se pro eadem sententia reperisse etiam Hosti. & eius fortassis authoritate motus ipse tandem in eandem sententiam lapsus est, probans iure canonico solum prohiberi prescriptionem quæ est cum possessione malæ fidei: at in his nulla est possessio rei alienæ, secundo, in tantum prohibet ius canonicum prescriptionem malæ fidei, inquantum est cum peccato, at in istis prescriptionibus est sine peccato quia non possidetur res aliena.

Respondeo tamen mihi probabilissimum esse etiam in his prescriptionibus correcta esse ciuilia iura, primo, quia textus vniuersaliter dicit nullam prescriptionem malę fidei valere, secundo, quia textus non fundat se super iusta possessione, sed super mala Fide, tertio, quia appellatione rei veniunt etiam actiones, & iura vt notat Bartol. in l. Quintus. ff. de Auro, & Argento, &c. & sic ille qui prescribit has res, prescribit contra rem alienam, at secundum capitulo finale. de Præscriptio. annullatur omnis prescriptio quę est cum conscientia rei alienę. Hanc sententiam tenuit Panormita. loco supracitato, & optimis rationibus probauit, & immeritò illam postea deseruit.

Notandum vltimo, in his rebus de quibus locuti sumus in pręcedēti notabili facile quis in foro exteriori iudicabitur prescripsisse, tum quia non facile constabit de mala Fide, tum quia forum exterius procedit ex prosumptionibus, & sic ille qui toto tempore ad prescriptionem necessario non est vsus sua actione, nec suo iure, quod habebat presumitur remisisse actionem, & ius suum, contra sententiam autem iudicis secularis posset quis tueri suam actionem, & suum ius per viam denunciationis denunciando Ecclesię de

de qua re vide Panor. in c. fin. cit.

8 Aduertendum præterea possessionem cum iusto titulo apto ad transferendū dominium requiri in præscriptione, vt d. Molina. d. tract. 2. disp. 62. & cum duplex sit possessio naturalis & ciuilis, sola naturalis non sufficit, cum tamen sola ciuilis satis sit siue vera apprehensione, siue facto sit comparata, siue sine vlla apprehensione, & eo magis si ciuilis habeat iunctam possessionem naturalem. Couar. in reg. possessor. 2. p. in princip. num. 7. Vnde si quis in alterius absentia, vel eo ignorante, rem ipsius occupet immobilem, & eam tertio, vendat qui eam bona fide retineat, is tertius dū primus est absens vel ignorat, non potest eam præscribere, donec veniēs in naturalem eius possessionem non admittitur vel credēs se non præualiturum, ab eius apprehensione desistat, & tempus ad præscribendum computatur ab eo tempore citra tantum. Sic etiam depositarius, colonus, & huiusmodi nō possunt præscribere res quas possident, cum earū possessio ciuilis sit apud proprietarium, & per eos dicatur possidere naturaliter, vnde si illi eam vendunt bona fide accipienti, is non potest præscribere, cum possessio ciuilis sit apud proprietariū, & naturalis modo explicato, & idem de emphiteota, & vsufructuario, qui præscribere non possunt proprietatē, possunt tamen præscribere dominium vtile, si bona fide, sine legitimo titulo, tanto tempore illud possideant, quod necessarium sit ad præscribendum iura illa incorporalia. Qui vero alieno nomine possident, vt tutor, curator, procurator, seruus, filiusfamilias in iis quę dominis & parentibus acquirunt, non præscribunt sibi, sed iis per quos ipsi possident, sic etiam qui non est capax possessionis rei alicuius nō potest. pscribere vnde laici, cum non sint capaces possessionis rerum sacrarū, non possunt decimas, vel huiusmodi pscribere. Med. cap. de reb. rest. q. 46. Couar. 1. var. resol. c. 17. num. 6. Nec monachus professus sibi quicquam præscribere potest, sed monasterio. Molina d. disput.

Ad Pręscriptionem, requiritur præterea possessio cum iusto titulo, & quomō.

Titulus etiam, vt supra requiritur ad præscriptionem, qui sit sic ad transferendum dominium, vel verus, vel in aliquibus saltem præsumptus, verus, vt titulus emptionis, donationis, permutationis, &c. vnde si qui vendidit vel donauit non erat dominus rei illius verus, hi desinūt esse veri tituli, nec possunt transferre dominium. Quod si is qui rem aliquo horum titulo possidet, conditionem illam, quod vendens non esset verus dominus, probabiliter ignorabat, erit præsumptus titulus, qui licet insufficiens sit ad transferēdum dominium, sat est tamen ad præscribendum certo quodam tempore rem quæ ita possidetur, vt d. Molina. d. tract. 2. disput. 64. in princ. qui & dispu. 66. d. quod non solum quando lex pœnalis concedit solum actionem aduersus delinquentem intra certum tempus, sed vniuersaliter quoties ex lege pœnali consurgit actio ad pœnam aduersus delinquentem, pręscribi potest actio & pœna ipsa tam ab ipso delinquente quàm ab eius hæredibus, licet sciant eam actionem aduersus delinquentem competere, & pœnam pro ea culpa debitam esse, excepto crimine hæresis, in quo hæreticus, & illius hæredes, cum possident ea bona cum scientia, quod fuerint hominis hæretici, iĳ enim non præscribunt. Couar. in 4. decret. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 16. & in regula possessor par. 2. §. 11. numero. 5. quod procedit in primo casu etiam si per sententiam sit applicata pœna fisco, vel alteri, si enim negligant exequi eam pœnam qui debent, & labatur tempus sufficiens ad præscribendum, qui damnatus est ad pœnam, licet sciat latam sententiam contra se eam pœnam præscribet; præterquàm in casu hæresis. ex cap. accusatus. §. pen. de hęr. in 6. capit. 2. de præscr. in 6. & licet hæredes possint præscribere eorum bona spatio quadraginta annorum à morte hęretici, si non scierint ea fuisse hæretici, secus si sciunt fuisse hominis hæretici, sic enim fiscus quolibet tempore potest ea ab illis exigere, tametsi dum ab illis bona illa non petuntur, possint dicta bona possidere, sed non præscribere.

Secundò, dicit quòd ad extinguendum via præscriptionis debitum, quod quis

quis tenetur soluere non in modum pœnę, sed in recompensationē damni, vel alia ratione, oportet vt non adsit fides rei alienæ, id est vt non adsit conscientia quod alteri sit debitum, aliter nullo tempore præscribitur, sed si tanto tempore, quod sat est ad præscribendum, adsit ignorantia inuincibilis, quod sit debitum, extinguetur tale debitum, & consequenter actio quę ad illud competit; non esset tamen satis, quod toto tempore necessario ad prescribendum quis non teneretur illud restituere, quia non possit, vel absit à creditore, quia sic nullo modo prescribere potest.

Tertiò dicit, quod ad acquirendum via præscriptionis ius quodcunque, vt eligendi, præsentandi, piscandi, venandi viæ, aquæ ductus, pascui, vel alterius seruitutis, non est satis vsus talium iurium toto tempore necessario ad præscribendum cum scientia, & patientia eius ad quem pertinet tale ius concedere, nec alius actus quo acquiritur possessio huiusmodi iurium, nisi simul toto tempore adsit bona fides, quod ius illud ad præscribentem pertineat, & ab eo possideatur.

Quartò dicit, supponendo quod seruitutes rusticæ pręscribantur ex eo solum, quod is cui debentur ijs non vtatur tempore apto ad præscribendum, nec requiri actum eius cuius est prædium, seruitutes vero vrbanas vt tigni immittendi non præscribi per solum non vsum eius cui seruitus debetur, nisi interueniat etiam aliquis actus eius cuius est prædium, vt obstruendo foramen tigni &c. Vnde quod attinet ad præscribendum ius, quod alius habet in re nostra, & id ius extinguendum, non satis est, quod is non vtatur iure suo, sed etiam oportet vt pręcedat aliquis actus noster, vt in seruitute vrbana est dictum: l. hęc autem. ff. de seru. vrba. pręd. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & tunc necessaria est bona fides toto tempore ad pręscribendum statuto, vel ignorantia inuincibilis, quod alius tale ius habeat, quę bona fides poterit esse progressu temporis, si possessores prędij vrbani obliuiscantur iuris, quod is alius habebat, & raro ante talem obliuionem erit bona fides, nisi merito 8 pręsumatur eum cui seruitus erat debita, iuri suo cessisse, vnde dum adest scientia, licet is cui debetur seruitus ignoret, mortale erit peccatum vel alterius tollere, vel aliud contra debitam seruitutem facere, nec vnquàm cum ea mala fide pręscribetur.

Quintò dicit, quoad pręscribendum, vel extinguendum ius, quod alius in re nostra habet, satis esse si is tempore ad pręscribendum statuto, iure suo non vtatur, nec est necessarius aliquis noster actus, vt in seruitute rustica est dictum, quia qui pręscribere habet, non tenetur monere alium, vt vtatur iure suo, sed solum non impedire, vsum illius cum is seruitute voluerit vti, vnde scientia illa non est mala Fides practica, ideo potest cum ea pręscribere.

Sextò, disput. 67. d. quod debitum mercedum famulorum, vel simile cum scientia vel ignorantia crassa, quod debeatur, non pręscribitur tempore aliquibus legibus locorum pręfixis, cum ibi adsit mala fides, posset tamen lex decerni, vt talis vel talis actio personalis tanto tempore pręscribatur etiam cum mala fide, in hoc sensu, quod eo tempore transacto actor non audiatur aduersus reum, ad lites vitandas, & ne pluries idem debitum soluatur, tamen si probari potest debitum non solutum per probationes perspicuas, vel si debitor iurare nolit, non debet denegari debitum quibus debetur.

Quintum dictum, ad pręscriptionem 9 perficiendam, pręter superius enumerata, requirit bona Fides, & perseuerantia in ea, & iustus, titulus, Couar. libro primo, variar. resolut. capit. 17. numero 8. Sot. libro 4. quęstione quinta art. 4. de Iust. per tempus à lege definitum iuxta varias rerum differentias. Et cum rerum aliquę sint mobilia, scilicet res corporales quę loco dimoueri possunt, vt animalia, pecunię, vestes, & huiusmodi aliquę immobiles, vt agri, domus, sub quo etiam veniunt seruitutes, iura, & actiones cap. secundo de rebus

ad Pręscriptionem, quod tēpus requiratur.

eccl. non al. in sexto clem. exiui. §. cumque de verbor. significat. Res mobiles priuatorum præscribuntur possessione bonę Fidei cum titulo per triennium continuatę. Instit. titu. de vsucap. in principio. l. vni ca. C. de vsuca. transf. & quod ibi titulus requiratur habetur in l. celsus ff. de vsuc. in l. nullo. C. de rei vend. Conar. in reg. possessor. 2. par. §. quinto nume. 2.

10 Præscriptio mobilium quo tempore fiat.

Eodem tempore præscribūtur etiam, cum titulo res mobiles ecclesię etiam Romanę. auth. quas actiones. C. de sacr. eccles. Couar. loco cit. Si vero titulus absit, res mobiles præscribuntur spatio triginta annorum aduersus priuatos, & ecclesiam etiam Romanam. l. sicut in rem. l. si quis emptionis. C. de præscr. triginta annorum, modo adsit bona fides.

11 Præscriptio immobiliū quo tpe fiat.

Secundò, res immobiles aduersus priuatos præscribuntur, si possideatur cum titulo, & bona Fide, spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes. Instit. de vsucap. capit. placuit. cum sequ. 16. questione 3. l. si quis emptionis in princip. C. de præscr. triginta annorum, excepto quando erat mala fides in authore qui titulum successori particulari cōcessit; & is aduersus quem præscribitur ignorabat à quo possideretur; quia tunc est necessarium tempus triginta annorum.

Dicuntur vero præsentes in proposito, qui in eadem prouincia morantur, vel ibi res præscribenda sit vel non, absentes vero qui in diuersis prouintijs degunt. l. fin. C. de longi temp. præscript. & primum intelligitur, quando prouintia tota per vnum præsidem regitur, vnde si quęlibet ciuitas habeat suos indices supremos, tunc præsentes dicuntur qui ibi tantum degunt, vt d. Abb. in cap. de quarta. numero 30. de præscrip. Quando vero absentia non est per decennium integrum, sed per solam eius partem, illa sola pars est duplicanda ad explendam præscriptionem, vt si duo, quorum vnus aduersus alium præscribere habet, absentes sint per quinquennium, præscriptio perficietur spatio quindecim annorum, si per triennium spatio tredecim annorum, & sic successiue de alia parte absentię maiori, vel minori. auth. sed si quis. C. de præscrip. longi temp. Si vero adsit bona fides sine titulo, res priuatorum spatio triginta annorum tam inter præsentes quàm absentes, præscribūtur l. si quis emptionis. §. quod si quis. C. de præscrip. triginta annorum. §. præscriptionis. 16. quæst. 3.

Et quod dicitur de tempore quo res immobilis præscribitur cum titulo, vel sine aduersus dominum illius, idem intelligitur aduersus creditorem cui titulo hipotecę res illa erat subiecta; & ita ius hipotecæ extinguitur l. 1. & 2. C. si adu. cred. l. si quis emptionis. l. cum notissimi. vbi glos. 2. C. de præscrip. triginta annorum, quod intelligitur quando res illa possidebatur ab aliquo tertio, si enim possideatur à debitore qui illam subiecit hipotecæ, vel hæredibus eius nō præscribitur nisi spatio quadraginta annorum, & si possideatur à quodam alio creditore, cui secundo loco hipotecæ sit subiecta; vel ab hæredibus illius, non præscribitur, nisi spatio quadraginta annorum, post mortem vero eius, illam præscribet triginta annis computatis à morte communis debitoris, quod si computare velit tempus etiam quo communis debitor illam possedit, spatio quadraginta annorum illam præscribit. Tempus vero præscriptionis hipotecę incipit currere à die quo debitum erat soluendum, vt in re dotali, à die soluti matrimonij, vel facti diuortij, vel à die apposita solutioni, vel impletione conditionis l. cum notissimi. §. 1. & sequen. C de præscr. triginta annorum. Et si possessor maioratus præscribit, id spectat successori in maioratu, & non eius hæredibus si vt rem maioratus illam præscribit, alias acquiritur hæredibus.

12 Præscriptio beneficij contra aliquem quo tēpore fiat.

Tertiò loco, ad præscribendum beneficium ecclesiasticum non aduersus ecclesiam, sed priuatum qui legitimum titulum ad illud habuerit, requiritur possessio illius bona fide cum titulo colorato spatio decem annorum inter pſentes

 viginti

decem inter præsentes, viginti inter absentes, sine titulo enim non præsumitur possessio beneficij cum bona fide. glos. vltim. in cap. contingit. de dolo & cont. Couar. in reg. possessor. 2. part. §. 10. nume. 9. cum sine canonica institutione beneficium ecclesiasticum obtineri non possit. c. 1. de reg. iu. in 6. c. ex frequentibus de Inst.

13 Præscriptio iuris patronatus quo tpe fiat. Ius vero patronatus præscribi potest aduersus patronum cum titulo spatio decem annorum inter præsentes viginti inter absentes, & idem de feudo ecclesiastico, vel emphiteusi ecclesiastica, quod ius præscribitur aduersus emphiteutam, vel feudatarium spatio decem annorum inter præsentes, viginti inter absentes cum titulo, & triginta sine, Abb. Felin. in capitu. ad audientiam, de præscript. si tamen ecclesia scit nouum possidere, sat est tempus ordinarium, ea vero inscia requiritur spatium triginta annorum, cum agatur de re ecclesiæ habere vnum magis quàm alium emphiteutam, vel vassallum.

Seruitutes autem, si sit seruitus personalis, vt vsufructus, præscribitur cum bona fide, & titulo concesso ab eo qui non poterat concedere, spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, sine titulo spatio triginta annorum. l. fin. C. de longi temp. præscript. Couar. libro primo variar. resol. capi. 17. numero 11. qui idem affirmat de qualibet alia seruitute reali.

Aduertendum tamen, quòd in seruitutibus negatiuis, vt altius non tollendi, & huiusmodi, non currit tempus præscriptionis cum titulo vel sine, nisi quando quis aggreditur altius tollere, & impeditur, cum possessio illarum seruitutum non acquiratur, nisi postquàm quis aggreditur id agere, & impeditur, & qui impedit præualet, & idem de alijs seruitutibus negatiuis, quæ alicui debentur glos. in l. 1. C. de seruit.

14 Præscriptio seruitutū quo tpe fiat. Præterea seruitutes reales si sint continuæ præscribūtur sine titulo spatio decem annorum inter præsentes, & triginta inter absentes, sed si sunt discontinuæ, non præscribuntur, nisi tempore de cuius initio nō extat memoria, sine titulo.

Aduertendum enim in præscriptione huiusmodi seruitutum vbi titulus non interuenit, eum qui præscribit, non posse ostendere aliam possessionem quàm per vsum earum cum scientia, & patientia possidentis fundum, vnde vt huiusmodi seruitutes sine titulo quis præscribat oportet vt constet, illum nec precario, nec vi, cum scientia & patientia prædium possidentis tanto tempore ijs vsum fuisse, quantum est opus ad præscribendum. l. 1. & 2. C. de seruit. & quod tempus prædictum requiratur ad seruitutes continuas, probatur in l. si quis diuturno. ff. si seru. vendicet. l. 1. & 2. vbi glos. C. de seruit. l. 1. §. fin. l. fin. ff. de aqua pluu. quod vero ad discontinuas requiritur tēpus supra expressum, probatur in l. seruitutes, ff. de seruit. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quot. Vnde consuetudo, vel vsus de cuius initio memoria non extat, vim veri tituli iuris præsumptione habet, vnde non oportet probare sciētiam & patientiam eius aduersus quem præscribitur. Couar. lib. 1. var. resol. c. 17. nu. 11.

Quo vero ad seruitutis amissionem per non vsum illam possidentis, ad præscribendam seruitutem vrbanam aduersus eum qui possidet, oportet, vt vltra non vsum illam possidentis, præcedat aliquis actus domini prædij, vt supra est dictum, & sic cum illo actu & bona fide, sat est quod is cuius est illa seruitus, desinat illa vti per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes. l. penul. C. de seruit. 15 Seruitus qualiter amittat.

Aliæ seruitutes per non vsum earum decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes amittuntur, nec est necessarius ex parte præscribentis titulus, nec ignorantia eo tempore, quod ad eum pertineat aduersus quem eas præscribit. d. l. penult. nisi seruitus sit ad aliquibus rebus vtendum, per maiora interualla quàm horarum, vel dierum, vt si sit ad vtendum aquæ ductibus alteruis mensibus, vel hebdomadis, vel maioribus interuallis, quia tunc tempus

pus est duplicandum, ita vt inter præsentes præscribatur tantum spatio viginti annorum. l.si sic. ff.quem.seruit.amitt.l.fin. C. de seru. quod non extenditur tamē extra seruitutes merè reales, nec vbi duplum excedit quadraginta annorum spatium. Couar.d.lib.1. var.res. c.17.nu.10.Molina d.tr.dispur.70.

26 Præscriptio actionum quo tempore fiat.

Quarto loco. Actiones regulariter extinguuntur spatio triginta annorum, & etiam debita quę ex illis exigi poterant, modo adsit bona fides, modo supra explicato. l.sicut in rem. in princ. C.de p̄script.triginta ann. Contra tamen ecclesiam, vel pia loca, omnis actio, quæ decennio, vel aliter longiori tempore durat, non præscribitur breuiori tempore, quàm quadraginta annorum, & si Romana sit centum; sed actiones, quæ breuiori tempore quàm decennio aliàs præscribuntur, eodem modo & tempore p̄scribuntur cōtra ecclesiam, & priuatos. auth.quas actiones. vbi gl.C.de sac.san. Couarr.in reg.possessor.2.p.§.2. num.5. Quo verò ad libertatem, licet contra eā nullo tempore pręscribatur, debitum tamen seruitutis præscribitur cum bona fide mācipij tempore viginti annorum. l.2. C.de præscr.longi temp. quæ pro libert. nec est probabile, q̄ præscribatur spatio decem annorum in hoc inter præsentes. Et si seruus tanquam liber bona fide mortuus est, trāsacto quinquennio ab eius morte, nec circa bona eius, nec statum filiorum, aliquid potest intentari.l.1.& seq. C.& ff.ne de stat.defun.

27 Præscriptio rerum īmobiliū ecclesiæ, principis, vel aliorū quo tēpore fiat.

Quinto loco. Ad præscribendum res immobiles, & quę cū immobilibus computantur, requiritur spatium quadraginta annorum aduersus ecclesiam inferiorem à Romana, cum bona fide, vel priuatum præscribat, vel vna ecclesia aduersus aliam: contra Romanam verò tantū spatiū centum annorum: aduersus verò monasteria ordinis sancti Benedicti spatiū sexaginta annorum; & in his pręscriptionibus regulariter non requiritur titulus: probatur de tempore aduersus ecclesiam inferiorem in c.illud. c.de quarta.c.ad aures.de præscr.c.2.eod.in 6.authen.quas actiones. C.de sacr.san.eccle. q̄d tēpus requiritur etiā si ecclesia Romana præscribat aduersus ecclesiā inferiorem credens ad se pertinere, si enim de plenitudine potestatis id cōsequatur non requiritur præscriptio. Abb.in c.cū nobis.eo. Quod priuilegium extenditur etiam ad loca pia, legata, & donationes ad pias causas, monasteria, & hospitalia. d.auth.quas actiones.cum l.fi. C.de sac.san.eccl. Abb.in d.c.de quarta. hoc verò priuilegium non extenditur ad bona patrimonialia clericorum, cum sic, vt laici censeantur. Abb.in c.si diligenti.nu.36. & 37.de præscrip.nec ad emphiteotam, vel feudatariū ecclesiæ. Quod verò aduersus Romanam ecclesiam nō præscribatur minori tempore, quàm cētum annorum; probatur in c.ad audientiam. c. nobis.c.si diligēti.de præscr. c.2.eo.in 6. d.auth. quas actiones. quod intelligitur de bonis proprijs nomine ecclesiæ, non aliorū in quibus Papa habet iurisdictionem vniuersalem: vt dicit Abb.in d.cap. ad audientiam.

De tempore verò concesso religioni sancti Benedicti, patet ex priuilegio Eugenij Papæ 1434. et concessi: Incip. Nos in fauorem.

Quod si quis incipit præscribere rem priuati immobilem per quinquēnium, cum titulo inter præsentes, quæ postea deueniat ad ecclesiam inferiorem à Romana; tunc quia deuorat tantum dimidium temporis ad præscribēdum aduersus priuatū, sat erit postea possidere per viginti annos, cū bona fide, & aduersus Romanam per quinquaginta annos; & idem quando viginti annis illam solum possedisset, dum pertinebat ad ecclesiā inferiorem à Romana, si postea ad Romanā deueniat. Silu. præscriptio. 1.q.7. Quod verò dictum est supra, in præscriptionibus quadraginta annorū, vel plurium aduersus ecclesiam non requiri titulum, sed sufficere bonam fidem, procedit etiam in præscriptionibus lōgissimi temporis aduersus priuatos, scilicet triginta, vel plurium annorū. Fallit tamen quando ius est contra præscribētem, vel aliter est præsumptio contra eum quod mala fide possederit, nisi vel titulū ostendat, vel probet se tanto tempore possedisse, cuius initij non extet memoria, non

non præscribet. c. 1. de præscr. in 6. extra quos casus sufficit bona fides. d. c. 1. cap. sanctorum. de præscr. not. gl. in c. si diligenti. vbi Abb. Couarr. in reg. possessor. 2. p. §. 3. nu. 6. cum seq. & §. 5. nu. 2.

18 Præscriptio cōtra fiscū quo tempore fiat.

Sexto loco. Ad præscribendum res contra fiscum, fisco iam incorporata, cum alia sint adhuc ei nō incorporata, sed debita ob crimen quod punitur pœna amissionis bonorum ipso iure, postquam sententia desuper est lata; bona ergo iam incorporata non præscribuntur minori spatio q̃ annorum xl. l. omnes. l. competit. C. de præscr. triginta annor. Abb. in c. cū nobis. n. 11. de præscr. Bart. in l. in oībus. ff. de diu. & temp. præscrip. Secundò, bona fisco seculari nondū acquisita, illi tamen debita, eo q̄ ob vectigal non solutum quis amiserit rem, præscribūtur aduersus fiscum trienio. l. 2. C. de vectig. & commissis. Tertiò, bona hæreticorum, vel apostatarum à fide, ipso iure debita fisco ecclesiæ, nunquam præscribuntur, nec ab hæreticis, vel eorum successoribus, nisi hæredes cū ignorantia quòd fuerint hæreticorum illa possiderint spatio quadraginta annorū. c. 2. de præscr. in 6. De iure tamen ciuili post quinquennium à die mortis hæretici, tam actio quæ aduersus delinquentem competit, tum bona illius aduersus fiscū secularem præscribebantur. l. 2. C. de apost. gl. in l. Manichæos. C. de hæret. idē sentiens in crimine læsæ maiestatis humanæ, & quocunque alio crimine, quo bona fisco applicantur; secus verò est de iure ecclesiastico, & licet hodie ecclesia relinquat bona hæreticorum fisco seculari, adhuc tamen nō præscribuntur minori spatio, quàm præscriberetur aduersus fiscum ecclesiasticum. Simanca. de cathol. instit. tit. 9. nu. 134. Quartò, bona fisco seculari nondum incorporata, ei tamen debita, quia vacent morte alicuius sine legitimis hæredibus, si talium bonorum fuit facta fisco denunciatio, nec occupauit, p̄scribuntur aduersus fiscum etiam sine titulo quadriēnio, vel titulus adsit, vel non. l. 1. C. de quadr. præscr. l. intra quatuor. ff. de diu. & temp. præscr. si verò non est facta denunciatio, & possideantur cum titulo & bona fide, vt emptione, p̄scribuntur, vt & bona priuatorum, scilicet mobilia per triennium, immobilia per decenniū inter præsentes. l. quamuis. de vsucap. sine titulo verò cū bona fide, spatio triginta annorū, quod intelligitur etiam de alijs bonis nōdum fisco incorporatis. l. in oībus. ff. de diu. & temp. l. 2. 3. & 4. ff. de requir. reis. l. q̄re. C. ad legē Corn. de falsis. nisi in iure aliquid habeatur, q̄ breuiori tempore aduersus fiscum præscribatur. d. l. 3.

Sextò, quò ad fiscum ecclesiæ, vel bona ad eam spectantia, sint ei incorporata vel non, præscribitur aduersus ecclesiam inferiorem quadraginta annorum spatio, Romanam centum; Præter bona hæreticorum, vt supra, quæ nunquā partim præscribuntur, partim quadraginta annis à successoribus, cum ignorantia, quòd fuerint bona hæretici. Abb. in d. c. cum nobis. Molina disput. 79. aduersus etiam delictum præscribitur spatio viginti annorum. Boer. decis. 26.

Septimo loco. Ad præscribendū aduersus principem ea bona, quæ ad illius fiscum non pertinent. 19 Præscriptio contra principē, quo tempore fiat.

Prima sit conclusio. Quæ summo Pontifici ex authoritate sibi à Christo tradita, & munere competūt, nullo tempore aduersus apostolicam sedem minus, p̄scribire possunt, cum id iure diuino sit concessum contra quod non datur p̄scriptio. Abb. in c. cum nobis. nu. 12. de p̄scr.

Secunda conclusio. Tributa & cēsus, quæ in signum subiectionis principi debentur, nullo tēpore possunt præscribi, ita vt ab ijs quis sit post exemptus. Abb. loco cit. Bart. in l. in omnibus. ff. de diu. & temp. pręscr. Couarr. in reg. possessor. 2. p. §. 2. nu. 8. l. competit. C. de pręscript. triginta annorum.

Tertia conclusio. Quod est supremę potestatis, à nullo subditorum aduersus id nullo tempore potest præscribi, vt q̄ ad eum non appelletur, q̄ aliquem coercere non possit, vbi ratio, & iustitia id poscit: vt d. Couar. loco cit. & de pract. q. c. 4. nu. 1. 2. ex d. l. competit. vnde nemo potest pręscribere exemptionem à supremo aliàs suo principe. Abb. in c. cum nō liceat. nu. 16. de pręscr.

Quarta conclusio. Bona, quę ad regni

coronam

coronam ita spectantes, vt tamen non repugnet iuri communi ea fieri alicuius priuati, vt saltus prędia vrbana & rustica, præscribuntur aduersus regni coronam tantum spatio centum annorum. Couar. in reg. possessor. 2. p. §. 2. n. 8. & 9.

Quinta conclusio. Bona quæ principis sunt, non vt princeps est, vt bona quę ex patrimonio suo, vel aliunde: nō verò regni corona, vel fisco ad eum spectant, eo tempore pſcribuntur aduersus principem, quo & aduersus quemlibet priuatum: vt ibi d. Couar. & Molina. d. tract. 2. de iust. disput. 74.

20 Pręscriptio vbi nō currit etiā ex longo tēpore sine titulo. Sextum dictum. Sunt aliqui casus, in quibus possessio longi temporis, vt triginta, quadraginta annorum, vel maioris spatij, non sufficit ad pręscribendum sine titulo; id tamen pręnotando, ꝙ quãdo ius non est in contrarium, nec aliundè oritur pręsumptio malę fidei possidentis, necessarius non est titulus ad pscribendum longissimo tempore triginta, quadraginta, vel plurium annorum, quando verò ius est in contrariū, vel est pręsumptio malę fidei, nō est satis ad pscribendum possessio longissimi tēporis, sed prętere a titulū oportet probare; sat tamen erit possessio tēporis de cuius initio memoria non extet, licet titulus non probetur. c. 1. de pręscrip. in 6. nisi constaret eam possessionem fuisse semper cum mala fide, vel cum ignorantia iuris minimè dubij, tunc n. possessor non pręscriberet, etiam si nō extet memoria initij; quia possessor malę fidei nunquam prescribit, & ignorantia iuris etiam inuincibilis impedit pręscriptionem, & reddit possessionem malę fidei. Vnde regula pdicta solum procedit qñ non adest mala fides, nec cum ignorantia iuris possessio est adepta, sed tantum cum de ea re est præsumptio. Verum est tamen, ꝙ possessio de cuius initio memoria non extat, vim habet tituli, & ideò tollit presumptionem ignorantię iuris, & malę fidei, quando aliud in iure in aliquo casu particulari non est statutum. d. c. 1. de præscript. in 6.

Primus casus est in d. c. 1. vbi quia vnus episcopus possidebat ecclesias in alterius episcopatu, quod est contra. c. omnes basilicę. 16. q. 7. ideò oportet vt episcopus prescribens, ostendat titulum, vel quòd possederit tempore de cuius initio memoria non extet, nec sat est eas possedisse per quadraginta annos.

Non tamen sat est vt ius sit in contrarium aliquo modo, ad hoc vt aliquo tēpore etiam longissimo, ordinario tamē, prescribatur; sed vt ius resistat, ac vetet possessionem illam, & inde cōsurgat vehemens pręsumptio, spectata rei qualitate, quod possessio fuerit ex mala fide, vel iuris ignorantia: vt dicit Couar. lib. 1. var. res. c. 17. num. 7. Vnde licet prędia sui natura sint libera, quia tamen eis solet imponi seruitus, possessio longissimi temporis non est contra ius commune, vt probatio sit necessaria; sic etiam licet quarta oblationum, & decimarum pertineat ad episcopum, quia tū illi potest cedere, & alteri concedere. ideò in c. de quarta. de pscript. acquiruntur possessione quadraginta annorum, cum nō oriatur vehemēs pręsumptio malę fidei, vel iuris ignorantię. Sic quoque licet illicitum sit accipere de manu laici ecclesias sine episcopi pręstito consensu, quia tamen fieri potest, vt de consensu episcopi eas quis acceperit, ideò sat est possessio quadraginta annorum: cap. cura. de iure patr. sine titulo aliter legitimo.

Secundus casus, in decimarum solutione, ꝙ cum debita sit ab omnibus, ideò non prescribitur aduersus hanc solutionem breuiori tempore quadraginta annis cum titulo, & sine, tempore de cuius initio non extet memoria: vt d. Couarr. lib. 1. var. res. c. 17. nu. 10. d. c. 1. de pscri. in 6. sed quia laicus est incapax iuris pcipiendi decimas, nisi ex priuilegio Papę, ideò nō prescribitur etiam tempore immemoriali, nisi constet antecessores ante tempora Concilij Laterani. 1179. id ius possedisse, quia ante id Concilium consuetum erat concedere laicis de ecclesia benemeritis talia iura; quod Concilium ibi post prohibet: vt ibi d. Couar. nu. 4. & 5. vbi d. aliud est esse consuetum quòd sat est si sit quadraginta annorū, licet nullus titulus interueniat, aliud prescriptio.

Tertius casus est in iure patronatus, quod

quod licet tempore ordinario possit pscribi aduersus priuatum, non tamen à laico aduersus ecclesiam liberã vllo tẽpore, cum incapax sit eius nisi ex priuilegio Papæ, vel dotatione ecclesiæ, &c. Couar. d. reg. possessor. 2. p. §. 10. num. 2. nisi quando non est certum omnino ecclesiam fuisse liberã, & parochiani sunt qui id præscribunt, de quibus præsumitur ꝙ dotarint, tũc enim spatio quadraginta annorum absque titulo ius id præscribunt, vt in dubio inde nõ possint expelli ab illo iure.

Quartus casus est in ecclesia collegiata, cuius rectoris electio nõ ad patronũ, sed ad Capitulũ spectat, nisi à principio dotans id in pactum deduxisset, & fuisset sibi concessum. c. sacrosancta. c. Messana. de elect. ita vt nulla cõsuetudo possit contrarium inducere. d. c. Messana. quia tamen id potest reseruari, & concedi solet per Papam, ideò si patroni fuerint in possessione præsentandi prælatũ, vel eligendi, & nominãdi eum à tempore immemoriali, id ius præscribunt, ita vt ab illo deijci non possint, etiam si titulum non ostendant, cum tale tempus habeat vim tituli præsumpti. c. nobis. de iure patr. c. generali. de elect. in 6. & Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. Couar. §. 10. supra cit. secundùm quem modum dicit Molina d. tract. 2. disput. 75. reges Hispaniæ præscripsisse ius nominandi, & eligendi episcopos, & prælatos collegiatarũ, quas ipsi erexerunt, & dotarunt.

Quintus casus est, ꝙ cum oĩa bona ex se sint libera, qui dicit ea primogenituræ vinculo affecta, non obtinet nisi probet antecessores suos à tempore immemoriali fuisse in ea possessione, sat est tamẽ hoc casu possessio quadraginta annorũ cum titulo, & immemorialis sine. c. 1. de præscr. in 6. c. cum personæ. de priui. in 6. Couar. reg. possessor. 2. p. §. 3.

Sextus casus est, ꝙ cum iurisdictio ciuilis, & criminalis sit penès principem, & ab eo in omnes deriuatur: vnde si qs inferior dicit particularis loci iurisdictionem ad se spectare, probare debet, quomodo id sibi competat, aliàs succũbit. Couar. de pract. q. cap. 1. & 4. vnde ad præscribendam huiusmodi iurisdictionem, requiritur possessio immemorialis cum ius resistat. Couar. d. reg. possessor. 2. p. §. 3. cum titulo verò requiritur spatium cẽtum annorum, quod requiritur ad præscribendum aduersus coronã regni. Couarr. d. §. 3. etiam in causa ciuili, vt dicit Molina d. disput. cum possit tempore dicto præscribi aduersus principẽ iurisdictio criminalis, & ciuilis etiã puniendi malefactores vltimo supplicio, præter ea quæ pertinent ad supremum gradum meri & mixti imperij, quod est ius condendi leges, cudendi monetam, quòd ad ipsum vltimo appelletur, tributa imponendi, tabelliones de nouo instituendi loco defunctorum, vel alios ministros, quæ nulli censentur cõcessa, nisi nominatim & specialiter concedantur, etiam si apponatur clausula concedens merum & mixtum imperium: vt dicit Couar. d. §. 3. Aliqua tamen ex ijs possunt præscribi, vt ius cudendi monetam, tabelliones instituendi, legitimãdi illegitimos, & huiusmodi: vt d. Couarr. d. reg. possessor. §. 2. non tamen condendi leges vniuersales, vel ꝙ ad eum vltimo appelletur, & in his præscribendis sine titulo est necessaria possessio immemorialis, cum titulo centum annorum, nec est probanda scientia, & patientia eius contra quem præscribitur in immemoriali: si verò talia iura præscribuntur contra priuatum, & non regni coronam, cũ ad eam nõ referat ꝙ vnus magis, quàm alius id ius habeat, sat est inter præsentes tempus decem annorũ, viginti inter absentes, & triginta sine titulo. Couarr. de pract. q. c. 4. & in reg. possessor. d. §. 3.

Septimus casus est, ꝙ cum tributa in Reipublicę subsidium ad onera eius portanda à subditis soluantur, præsumptio est soli principi deberi: vnde si quis priuatus dicat ad se pertinere, non auditur, nisi ostendat principis donationem, vel nisi adsit possessio immemorialis sine titulo, si modo de mala fide non constaret, vel vehemens præsumptio, & fama esset de mala fide, & titulo nõ iusto, tunc enim dictum tempus non sufficeret; & cum titulo requiritur tempus centũ annorum. Dict. inc. quod latenter. extra de reg. iur. quæ faciunt ad videndum a n

Mar-

Marchiones, Duces, & huiusmodi possint ab eorum vassallis tributa exigere: vt dicit Molina. d. disput. 75. in comparatione ad Regem, qui & d. in comparatione ad subditos qđ præscribũtur decem annis inter p̃sentes, viginti inter absentes cum titulo tali qui bonam fidem arguat ex parte dñi arbitrio prudentis.

21 Possessio immemorialis, & cẽtenaria ã differãt, & vt vtraque probetur.

Septimum dictum. Possessio centenaria, & immemorialis differunt, cum centenaria nõ dicatur immemorialis: vnde ea probata non censeretur immemorialis præscriptio, quæ excedit centum annos; vnde si reperitur eius initium intra centum annos, non dicitur immemorialis. Secundò, differunt, ꝙ in centenaria necessarius est titulus, in immemoriali secus, in qua præsumitur titulus ad fuisse, & oĩa quæ requiruntur ad verã possessionem, seclusa vi, & metu, nisi aliundè contrarium constet; & hæc semper sufficit aduersus Romanam ecclesiam, & regni coronam. Couar. reg. possessor. 2. p. §. 3. nu. 6. cum seq. & dicitur immemorialis etiam ꝙ senes qui sunt audierint à suis maioribus aliquid cœpisse ante centum annos.

Probatur verò centenaria possessio publico instbumento, vel testibus, quorum testimonium ante mortem ad futuram rei memoriam sit iuridicè sumptũ, iuxta c. quoniam frequenter. vt lit. non contest. vel si quis viuat qui natus sit centũ, & octo, vel centum decem annos, & recordetur eius possessionis, cũ in hoc non sit necessarium, ꝙ excesserit pubertatẽ, sed satis sit ꝙ recordetur. Abb. in c. cum nobis. num. 5. & 6. de præscript. Couarr. d. §. num. 8.

Immemorialis verò probatur per testes, qui testificentur se semper id audiuisse, & vidisse, nec vnquam contrarium audiuisse & vidisse, & eam semper fuisse communem opinionem, & famam suorum maiorum, nec extare aut extitisse apud suos maiores memoriã de contrario, vel initio eius possessionis. Couar. d. §. 3. nu. 7. qui testes debent esse eius ætatis, vt testificentur se spatio annorũ quadraginta id audisse, & vidisse, vt ibi dicit, & tunc essent ætatis octo, vel decem annorum. Molina d. tract. disp. 76.

22 Præscriptio aduersus legem quo tẽpore fiat.

Octauum dictum. Aduersus legem ciuilem præscribitur consuetudine decem annorum, aduersus verò legem canonicam consuetudine quadraginta annorũ: vt d. Abb. in c. fi. de consuet. nu. 11. Consuetudo tamẽ quæ est de re ecclesiastica, & spirituali præter legem canonicã vim habet obligandi post decem annos, vt est consuetudo ieiunandi certa die, vel festum aliquod celebrãdi. Consuetudo tamen qua ecclesiæ præiudicium infertur debet esse quadraginta annorum: si Romanæ, vel coronæ regni cẽtum annorũ; & si eo casu ius resistit, requiritur cõsuetudo immemorialis, siue id cõsuetudo, vel p̃scriptio dicatur. Et si est lex aliqua ciuilis, vel canonica, ꝙ aduersus eã præscribi non possit, vel non nisi certo tempore, primo casu non præscribitur: secundo, nisi elapso tempore dicto, licet adsit bona fides, & titulus. l. vbi lex. ff. de vsucap.

23 Præscriptio qñ incipiat, qñ nõ currat, & qñ interrumpatur.

Nonum dictum. Præscriptio dicitur quandoque non currere, quia nondum tempus illius incœpit, vel quia quæ iam incœpit, cessat & quasi dormit, ꝙ tempus non computatur, sed tempus ꝙ cucurrit cum eo ꝙ sequitur coniungitur. Quandoque dicitur interrumpi, quia tẽpus præscriptionis præteritũ extinguit, & ineptum ad præscriptionem iudicat, ita vt sit denuò percurrendum totũ tempus requisitum ad præscribendũ. Vt verò tempus eius præscriptionis in qua titulus non est necessarius currat vel incipiat, requiritur possessio & bona fides, modis supra explicatis, vbi verò requiritur titulus etiã is est necessarius; Præterea aduertendum, ꝙ quicquid est causa sufficiens, vt pręscriptio cesset, vel dormiat, vel interrumpatur, etiã est causa sufficiens ne currere incipiat si ante illius inceptionem aduenit. Econuerso verò non quicquid impedit ne p̃scriptio currere incipiat, impedit ne continuet, vt in filij bonis aduentitijs in quibus pater habet vsum fructũ, nulla incipit currere præscriptio, dum is est sub patris potestate. l. 1. §. fin. C de annali except. l. 1. C. de bon. mater. si tamen præscriptio illa cœpisset antequam ea bona deuenissent ad filiumfamilias, nõ dormit, dum apud

apud eum sunt. Sic etiam non potest p̄scribi incipere fundus dotalis aduersus vxorem.l.in rebus. C.de iure dot. sed si ante cœperit quàm deueniret in vxorē, non dormit postea, & idem de qualibet re simpliciter alienari prohibita. Prætetea, vt præscriptio currere incipiat, oportet vt res non sit prohibita simpliciter p̄scribi, nec comparatione eius cōtra quē erat præscribenda, aliter non præscribitur etiam cum titulo, & bona fide, lege id vetante.l.vbi lex.ff.de vsucap.

Tempus verò præscribendi æs alienū non incipit currere nisi à die qua debetur.l.cum notissimi.§.illud autem. C.de præscript.triginta annor.

In ijs quoque quæ præscribuntur ex hoc q̄ alius non vtitur iure suo, præscriptio incipit à die quo cœpit non vti tali iure cum posset, & si post est vsus, interrumpitur præscriptio, & incipere debet à puncto quo cœpit non vti cum posset.

Præscriptio cessare dicitur, vel dormire. Primò, aduersus ecclesiam, quando caret prælato, vel habet sed inutilem ad agendum, quia excommunicatus est, suspensus, captiuus, vel aliter impeditus; quod tempus non est computandum ad constituendum tempus integrum necessarium ad præscriptionem.c.1.c.audientia.de præscript. Secundò, idem est in p̄scriptione aduersus Imperatorem tempore quo imperium vacat, vt ibi d. Abb. & idem aduersus regni coronam, & aduersus ecclesiam Romanā tempore schismatis.c.cum nobis. de rescript. Tertiò, dormit aduersus pupillum durante pupillari ætate, secus cum aduenit pubertas.l.sicut.C.de præscr.triginta ann. anthen.nisi tricennale.C.de bon.matern. Quartò, dormit tempore hostilitatis.c. ex transmissa.de præscr. & tempore pestis, si in loco ius non reddatur, & si redditur, sed timetur accedi, ecclesia saltem restituitur in integrū, & quilibet alius. Abb.in d.c.transmissa. Silu.præscriptio. 1.quæst.9.

Interruptio verò præscriptionis est duplex; vna naturalis, alia ciuilis, vt d.Couarr.reg.possessor.2.p.§.12. Naturaliter interrumpitur, cum incipit cessare aliquid de substantialibus præscriptionis, scilicet vel possessio ciuilis, vel bona fides, licet deficiat quod credatur res esse vnius, cum tamen sit alterius; si etiā deficit titulus, licet raro eueniat quin etiā bona fides cesset, interrumpitur ea pręscriptio quæ titulum requirit, non autē, quæ sine titulo perficitur. Abbas, & Couar. locis citat.

Interruptio ciuilis est q̄ fit per actum iuridicū ex cuius decreto p̄scriptio interrumpitur, triennalis tamen p̄scriptio non interrūpitur litis contestatione, sed procedit & perficitur etiam lite durāte, possessor tamen si damnetur, tenetur rē restituere.l.2.§.fi. ff. pro empt. Abb.in c. illud. de p̄scr. Couar.loco cit.nu.4.

Præscriptio decem, vel viginti annorum cum titulo interrumpitur per litis contestationem, non autem per totā citationem. Abb.in d.c.& Couar. loco cit. & idem de p̄scriptione triginta, vel plurium annorum sine titulo, & cum bona fide. Fel.in d.c.illud. Couar.loco cit. oportet verò vt litis cōtestatio ad hoc fiat coram iudice competente, si tamē actor qui litem mouit succumbat, contestatio litis non interrumpit p̄scriptionem. Couar.loco cit.& adhuc vt contestatio litis interrumpat p̄scriptionem; oportet vt sint p̄sumptiones, quod eam quis contestatur, non ad interrumpendam pręscriptionem, sed ad prosequendam litem, aliter si p̄sumptio sit q̄ lis moueatur ad pręscriptionem tantum interrumpendam, non fit interrūptio, vt dicit Molina d.tract.2.disput.78.

Pręscriptio verò q̄ cum scientia q̄ aliquid debeatur peragitur in odium non petentis introducta per solam citationē interrumpitur.l.sicut.vbi gl.l.cum notissimi.§.imò. C.de p̄scr.triginta ann. Couar. loco cit.nu.4. & etiam interrumpitur per traditionem pignoris, & per exhibitionem nouę cautionis, q̄ à creditore debitori fiat.d.l.cū notissimi.§.imò. Et in casibus quibus, vt supra, ciuilis p̄scriptio interrumpitur per litis cōtestationem, vel solam citationem, quando qui vult eam interrumpere, & nō potest litem cōtestari, vel aduersarium citare, vel ob eius absentiam, infantiam, furorem, vel q̄ tutore, vel curatore careat, vel 24 Pręscriptio contra creditorē an currat, & q̄uo.

vel sit potens, eam interrumpet si iudicē adeat, libellum porrigat, & rem in querimoniam deducat, q si non potest iudicem adire, sat erit adire episcopum loci, & ei rem manifestare: & si nil horum potest, sat erit si rem publicè proponat vbi reus habet domicilium, & id subscribatur, vel per tabellionem, aut scribam publicum, vel per testes, si in loco non fuerit talis minister publicus. l. vt perfecti⁹. C. de annal. except. & Couar. d. loco cit. nu. 5. d. præscribi contra Romanam ecclesiam non obstante Bulla cœnæ, quæ non excludit possidentes res Romanæ ecclesiæ cum bona fide.

Aduertendum autem, q quando interrumpitur prescriptio actionis, si non solùm per citationē interrumpitur, sed proceditur ad litis contestationem, tunc eo ipso perpetuatur, vel prorogatur, ac extenditur tempus necessarium ad prescribendum talem actionem vsq; ad tēpus quadraginta annorum, computandum à die qua actor qui litem est contestatus, destitit ab illa prosequēda, & trāsit vis intentandi iterum eandem actionem ad heredes illius donec tempus illud quadraginta annorum compleatur. l. fi. C. de presc. triginta anno. l. 1. §. 1. C. de annali except. quod procedit in actionibus realibus, & personalibus, & quę citra quadraginta annos essent etiam p̄scribendę, vt in redhibitoria, & alijs. Couar. d. §. 12. nu. 6. Licet tamen quando p̄scriptio interrumpitur naturaliter locū habeat quò ad omnes homines. l. naturaliter. ff. de vsuc. quando tamen interrumpitur ciuiliter solum procedit respectu illius qui illam litem, vel citationē interrumpit; preterquam quando ex ratione prescribens constituitur in mala fide, quia tūc cum per malam fidem interrūpatur naturaliter, prescriptio cessat quò ad omnes.

Quando verò prescriptio est semel interrupta, si naturaliter, potest iterū incipere, modo adsit bona fides arbitrio prudentis. Couar. d. loco. nu. 7. & idem si interruptio sit ciuilis: sed si lis est contestata requiritur tempus quadraginta annorum à die qua actor à lite prosequenda destitit, vt actio prescribatur. l. fin. C. de presc. triginta ann. & in cōsequentiam realis actionis requiritur idem tempus, vt res de qua agitur sit omnino prescripta, si enim intra illos quadraginta annos actio iterum, vel ab eodem actore, vel eius heredibus intentetur, si vincāt, res, ad eum effectum, aduersus eos non censebitur omnino prescripta, quia reus tenebitur illā eis restituere, sicut in triēnali prescriptione, quando lis est contestata ante absolutam prescriptionem, si is qui prescripsit, transacto tempore prescriptionis damnetur, tenetur actori rē mobilem quam prescripserat restituere. vt d. Couar. loco cit. Quòd si possessio ab vno in alium transeat, si vterq; bona fide possedit, nec interrumpitur, nec dormit prescriptio, sed tempus vtriusq; est computandum ad constituendum integrum tempus ad prescribendum necessarium: vt d. Molina d. tr. disp. 78.

Decimum dictum. Multę res sunt q̄ prescribi nō possunt, preter superius explicatas, vt res spirituales à laicis, & eę q̄ pertinent ad supremam potestatem. 25 Prescribi quę non possint. Primò, res furto ablatę, vel per vim possessę, q̄ non solùm à fure, & violento possessore, sed nec ab alio qui eas bona fide ab eis emerit, vel iusto titulo possederit p̄scribuntur. §. furtiuę. Instit. de vsuc. q̄d intelligitur, vt ibi declarat glo. de p̄scriptione longi temporis, vt tres, decem, viginti annorū, nō autem triginta, vel plurium annorum. l. omnes. l. sicut in rem, C. de presc. triginta ann. Silu. p̄scriptio. 2. q. 12. Abb. in c. nihil. in c. si diligenti. de prescript. Secundò, vbi sunt plures vnius rei possessores, non potest vnus eam p̄scribere aduersus alios, quibus est cōmunis, quia censetur eam nomine suo, & aliorum possidere. l. si communem. ff. quemadmodum seruit. amitt. Tertiò, heres non potest p̄scribere rem quam antecessor mala fide possedit, vt supra est dictum, nec currit p̄scriptio vbi quid liberaliter donatur, vt si clericus donet quid quotannis episcopo liberaliter. Silu. p̄scriptio. §. 2. Sot. lib. 1. q. 7. art. 2. de iustit. Quartò, liber homo p̄scribi nō potest. l. fi. C. de long. temp. presc. q̄ pro lib. l. vsucapionem. ff. de vsuc. §. si aliquando. Instit. eod. Quintò, obedientia p̄scribi non potest.

test à subdito aduersus eum cui illā debet.c.cum non liceat.de pręscr.vt & neque ꝙ quis ab episcopo non visitetur, & ei non debeat visitanti procurationem. c.cum ex officio.de præscr.c.cum instantia. de censib. potest tamen aliquis præscribere aduersus prælatū, vt ad ipsum subditi talis prælati pertineant,& sic ab eo visitentur, & illi procuratio debeat. d.c.cum ex officio.Sextò,non valet pręscriptio cōtra neruum ecclesiasticę disciplinę,vt quod tēpore interdicti pulsatis cāpanis, & alta voce celebretur. c.cum inter.de cōsuet.Septimò,limites prouinciarum,ep̄atuum, & parochiarum,& q̄ ijs finibus cohærent,vt aliqua ecclesia, pręscribi non possunt,modo sufficienter constet tales fines præfixos esse. c super eo.de paroch.c.quicunque. c.licet.c.inter.16.q.3. nec limites ducatuū, comitatuum, &c. limites tamen prædiorum possunt pręscribi cap.quia indicante.de præscript. Octauò,nec res publicæ in vsum publicum deputatæ, vt viæ,portus, &c.præscribi possunt in totum, nec in partem. l.vsucapionem. ff.de vsucapio. l.præscriptæ.C.de ope.publ. etiam si populus ijs vti desinat.l.viā. ff.de via publ. Nonò, res prohibitæ alienari, si prohibentur sine solemnitatibus,vt res ecclesiæ, & minorum, possunt præscribi etiā si non interueniāt illæ solemnitates,modo interueniat bona fides ex parte possidētis,nec illa alienatio sit facta ex ignorātia iuris ex parte eius qui possidet, sed solum ex ignorantia facti, ꝙ is esset pupillus, vel solemnitas non interuenerit. l.2.§.si à pupillo.ff.pro empt.c.de quarta.de præscr. & oīs p̄scriptio pupilli cōparatione eius est sublata,ita vt nec incipere,nec continuari possit tēpore pupillaris ætatis, sed totum illud tempus sit subtrahēdum.l.sicut in rem.ver.quæ ergo.C.de pręscr.triginta anno. & contra eos admittitur solum præscriptio triginta annorum.l.fin. C.in quibus causis in integ.restit.non est necess.l.3.C.in quib. nō obijc. longi tēporis p̄scriptio. si verò res est simpliciter prohibita alienari, vt fundus dotalis, bona vinculo primogenituræ ligata,vel fideicommissa,legata, & huiusmodi; si quidē talis præscriptio cœpit antequam ijs bonis id vinculum est iniunctum,non impeditur p̄scriptio, imò peragitur eodem tempore quo praescriberentur si talem naturam nō essent sortita.l.si fundum. ff.de fundo dotal.& idem de alijs rebus, quæ cœpta præscriptione alienari prohibentur.Abb.in d.c. cum non liceat; nisi bona cœpta iam p̄scribi ad pupillum pertinere incipiant, quia sic dormit p̄scriptio, donec pupillaris ætas transeat, siue is sit filiusfamilias,vel nō.l.sicut in rem. ver.quæ ergo. C.de præscript.triginta annor.auth.nisi tricennale.C.de bon.mater.

Bona tamen vinculo maioratus affecta,& alia alienari prohibita p̄scribuntur aduersus successores tempore de cuius initio memoria non extat, quia illa memoria habet vim tituli, & facultatis regiæ ad alienandū; non possunt tamen prædicta bona pręscribi aduersus successores in illis p̄scriptione decem, vel viginti annorum.l.fi.§.sin autem.C.commu.de leg. Couarr.in d.reg.possessor.3. p.§.vlt.in fi.præscribuntur tamen spatiò triginta annorum aduersus alienantem possessorem, vel quemlibet successorē, postquam aduenit tempus in quo in dictis bonis iam debebat succedere,nō autem ante, cum agere non posset, & minus aduersus successores iam nondum natos.d.l.fi. §.sin autem sub conditione. Couar.loco cit.nu.20.

26 Restitutio aduersus p̄scriptionē an detur, & cui.

Vltimum dictum. Datur quandoque in integrum restitutio aduersus præscriptionem, & primò conceditur minoribus restitutio aduersus p̄scriptionem cōtra ipsos iam completa, licet sit longissimi tēporis triginta,vel quadraginta annorum,licet nulla eorū interuenit ignorantia,nec impedimentum ad illam interrumpēdam, quod beneficium solùm quattuor annis post impletos vigintiquinque annos eis conceditur, scilicet vsq; ad vigintinouem annos expletos.l. vnica.C.si adu.vsucap.l.fi.C.de temp.in integ.restit.l.fi.C.in quibus causis restit. in integ.non est necess. Secundò, conceditur etiam ecclesiæ quatuor annis post expletam aduersus eam p̄scriptionem, etiam si sit quadraginta,vel centum annorum.Abb.in c.1.num.9.de præscript.

cum

cum alijs. Couarr. reg. possessor. 3. p. §. fi. nu. 4. & subducitur in præscriptione tẽpus, quo prælatus qui malè alienauit, vixit; quod non currit ecclesiæ. Guid. Pap. q. 150. quæ ecclesia restituitur & lapsu quadriennij, quñ est lapsum malignitate aduersarij, vel alia rationabilis causa subest. Capic. decis. 4. n. 26. non tñ restituitur ad lucrũ odiosum ex dispositione legali. Tiraq. de vtr. retr. §. 35. gl. 2. n. 10. & idem intelligitur de locis pijs. Abb. in c. nulli. nu. 4. de rebus eccl. Tertiò, conceditur etiam maioribus vigintiquinq; annis aduersus pscriptiones cõtra res peractas, dum erant maiores, ex iusta causa, vt si erãt in expeditione aduersus hostes, vel causa reipublicę absentes, & peracta est aduersus eos præscriptio, & ex varijs causis q̃ connumerantur. ff. ex quib. causis maiores. C. quib. non obijc. longi tẽp. præscr. C. de restit. militũ. Instit. de actionibus. & demũ ex qualibet iusta causa. l. 1. ff. ex quib. causis maiores. prętet expressas in iure. Quæ restitutio ex causa maioribus concedenda, conceditur tñ quatuor annis postquã tale impedimentum cessauit, & impeditus de pscriptione sciuit, q quadrienniũ numerari incipit à tẽpore quo cessante impedimento ignorantia inuincibilis pscriptionis cessauit. c. 1. 2. de restit. in integ. lib. 6. Silu. pręscriptio. 1. q. 14. & idẽ est in ecclesia, qui tñ quatuor anni cõceduntur maiori tñ qñ ante præscriptionem completam non potuit illam interrumpere. l. ab hostibus. §. fi. cum l. seq. ff. ex quib. cau. maiores. Couar. in reg. possess. 3. p. §. fi. nu. 3. Et certñ ignorantia eius aduersus quẽ præscribitur, præscriptionem non impediat, est tñ causa sufficiens, vt restitutio in integrum maiori ex clausula illa generali concedatur, si qua causa iusta esse videbitur, si ignorantia inuincibilis sit, vt saltem aduersus pscriptionem lõgi temporis decẽ, vel viginti annorũ concedatur, onus tñ probandi eã ignorantiã inuincibilẽ interuenisse incũbit ei qui beneficium petit, cui, si eam legitimè non probet, non est concedendum. Abb. in c. 1. c. vigilãti. nu. 3. de præscr. Couar. in d. §. fi. vbi & disputat an concedatur restitutio aduersus pscriptionem lõgissimi temporis triginta, vel plurium annorum. Et quia qui rẽ præscribit, acquirit eius dominium, ideò eam restituere nõ tenetur ecclesiæ, vel minoris, vel maiori antĕq̃ restitutio eis concedatur, nec vllo modo post quattuor annos à die pręscriptionis completæ. Molina d. tr. 2. disput. 80.

SVMMARIVM.

1 Pœna vnde dicatur, & vt differat à modo, & initio vitioso.
2 Pœna quotuplex sit.
3 Pœnæ quare sint inductæ, & earum bonum.
4 Pœnam quis possit imponere.
5 in Pœnalibus an fiat extensio de casu ad casum.
6 Pœna an in dubio temporalis sit vel perpetua.
7 ad Pœnam incurrẽdam quid requiratur, dolus, &c.
8 Pœna vbi sit infligenda, & à quo.
9 Pœna an infligi possit sine culpa.
10 Puniri pluries an possit quis pro eodem delicto.
11 Pœna quando debeatur.
12 Pœna an sit exigenda, vel soluenda in foro conscientiæ, & quomodo.
13 Pœna conuentionalis an licita sit, & quomodo.
14 Pœna legalis an exigi possit.
15 Pœna cui sit applicanda.
16 Pœnã soluens an teneatur ad aliud.
17 Pœnam infligendam an officiales teneantur soluere, si non accusant quoslibet.

De acquisitione Dominij per pœnas, legis authoritate alicui inflictas, & alteri applicatas. Cap. XXIII.

Notandum, q pœna differt à modo, & initio vitioso, nam modus idem est q conditio, vnde si quid relinquatur alicui sub modo, modo non seruato, relictum non debetur. ff. de donat. quæ sub modo, & de condictione causa data, causa nõ secuta per totum, de quo suo 1 *Pœna vnde dicat, & vt differat à modo, & initio vitioso*

suo loco latius. Differt etiam pœna ab initio vitioso, quia pœna propriè est illa q̄ infligitur delicto, nec semper est exsoluenda, vt mox dicetur, initium verò vitiosum, est cum ius prohibet aliquid ab ab initio acquiri, nisi interueniant ea q̄ ipsum ius requirit, q̃ cum contra ius interuenit impedit dominij acquisitionē, vt si beneficium simoniacē, per intrusionem, vel aliter illegitimè acquiratur, de quo est textus in c. 1. de reg. iur. in 6.

Secundò, notandum, q̃ pœna dicitur à puniendo, quia punit q̃ quisq; pro culpa commisit. c. pœnitentia. de pœn. dist. 3. & diuiditur in afflictiuā corporis, de qua alibi, & diminutiuam patrimonij. Abb. in c. inter alia. de imm. eccl. Gem. in c. fi. de elect. in 6. prima, non infertur iure humano sine culpa propria: secunda, quandoque ex sola culpa alterius; si subest causa. c. fine culpa. de reg. iu. in 6. & dicitur apud Iuristas pœna damni .i. priuationis alicuius boni tēporalis, quo pacto filius punitur pro hæresi patris in bonis temporalibus.

2 Pęna quotuplex. Est præterea pœna spiritualis multiplex: prima, dicit̃ increpatio, q̃ est quasi præambulum ad pœnā, vel admonitio quasi ad mentem reductio, vt explicat Gell. lib. 6. noct. Att. c. 14. & hr̃ in c. peruenit. 84. dist. ad Tit. 3. & hæc vel est occulta, vt quis desistat à peccato, cū plus valeat correctio apud prudētem q̄ decē plagæ apud stultum. Prou. 7. & prius tentandū sit num ægroto possit esse salutare remedium. c. accusatio. 2. 2. q. 7. §. fi. c. ad finem. 23. q. 5. vel publica, quam pœna sequitur Mat. 18. c. si peccauerit. 2. q. 1. c. nouit. de iudic. c. 2. c. cum dilectus. c. pen. de accus. Secunda, est censura ecclesiastica. s. excommunicatio, suspēsio, interdictū. c. quærenti. de verb. sig. Tertia, infamiæ. c. infames. 2. q. 1. Quarta, depositio. c. si eps. dist. 5. Corporalis verò est pariter multiplex secundùm canones: te iunij, vel abstinentiæ. c. si quis contristatus. 90. dist. c. si homo. 27. q. 7. verberū. c. circuncelliones. 23. q. 5. tertia seruitutis, publicationis bonorum. c. Adrianus. 55. dist. exilij. c. in synodo. 63. dist. vel detrusionis in monasteriū ad pniam agendā. c. sacerdos. de pęnis. dist. 6. secundùm leges verò plures sunt, dānationis in metallum, deportationis in insulā, interdictionis ignis, & aq̄, & vltimi supplicij.

Pœnæ præterea sunt ciuiles, & criminales: ciuiles, q̄ aliundè, q̄ ex causa criminis proueniūt. Ciuilis est triplex, conuentionalis, iudicialis, & legalis; Cōuentionalis, q̄ ex partium conditcto statuit̄, vt si intra certum tempus quid datū, vel factum nō sit, in pœnam aliquid soluatur. l. in illa stipulatione. l. si ita stipulatus. ff. de verb. obl. q̄ quandoq; est certa. l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. obl. qñque incerta vt soluatur interesse, vel vsura. l. lecta. si cert. pet. l. 1. de vsur. quæ tñ certum modū excedere non debet; aliàs præsumitur in fraudem vsurarum si excedat quantitatem contractus. l. cum allegas. C. de vsur. nec potest hæc pœna ex conuentione applicari fisco. l. arbiter intra certum. ff. de arb. & ēt compromissis accedit, & in alijs contractibus ratione fidei nō seruatę p̄statur. c. dilecti. de arbitratione verò moræ interesse debetur. l. cum quidam. §. sed pupillo. de vsur.

Legalis est, quādo pœna pecuniaria à lege imponitur pro reparatione dāni, vt dupli, tripli, quadrupli, qñ petitur ciuiliter, licet pro crimine imponat̃. §. quadrupli. §. omnes autem. Instit. de act. de effusis, serui corrupti, & huiusmodi. l. si verò. §. prætor. ff. de his, qui deiec. §. pœnalis. Instit. de act. pro mora, & dilatione. l. mora. l. cum quidam. §. si pupillo. de vsur. l. lecta. si cert. pet. vel ob contumaciam, aut contemptum. l. vnica. ff. si quis ius dic. non obt.

Iudicialis est, q̄ à iudice decernitur. d. l. 1. qñ applicatur patri pro damno, q̄ vt ciuilis sit non debet fisco applicari, cum aliquo modo sic irroget infamiam. l. 3. & ibi gl. de sep. viol. q̄ pœna pecuniaria in corporalē à quocunq; iudice mutari non potest. sed tantū à senatusconsulto, quod ēt pecuniariā in corporalē conuertere potest. l. aliud. de verb. sig. Guid. Papæ decis. 579. Diuiditur etiam pœna in pœnam & mulctam. d. l. aliud. pœna .n. est animaduersio criminis corporalis & pecuniaria, mulcta pecuniaria tantum; Præterea mulcta venit ex arbitrio eam decernentis, pœna est lege decreta, vnde

à pœna nō appellatur, à mulcta sic.l.in multis.l.certa ratione.ff.quādo prouoc. non est necesse. Criminalis pœna diuiditur in pecuniariam & corporalem, q pecuniaria etiā in corporalem extraordinariam qñque commutatur. l.1. ff.de pœnis.l.fi.de in ius voc.l. 1. de publ.iud. Corporales pœnæ diuiduntur in capitales, & non capitales: capitales dicuntur quibus caput eximitur à ciuitate .f. per mortem, metallum, deportationem.l.capitalium.de pœnis. l.quidam.l.aut damnum.eod. quæ dicuntur pœnæ capitales propriè, aliæ minus propriè, q sunt relegatio.l.2.de publ. indic. infamia.d.l.aut damnum: amissio dignitatis. l.moris. de pœnis.& verborum admonitio.l.si quis fortè.§.fi.cum 1 seq.eod. inter quas pœnas capitales, aliæ sunt atrociores, aliæ minus pro qualitate delicti.glo.in §.est. de publ.iud.Insti.tit. Non capitales, sunt pœnæ pecuniariæ propriè, & aliqua leuis in corpus correctio. Abb.& Felin. in cap.qualiter.2.de accusat.

3 Ideò autem introductæ sunt pœnæ ad hominum delinquētium emendationē, l.si pœnam. de pœnis.c.prodest. 23.q.5. more medicorum qui ægrotis licet morti proximis nō cessant medicamenta pbere.c.Nabuchodonosor.§.item qui. 23. q.4.& vt alij eorum exemplo à malo auocentur, quod & firmat Demosthenes contra Neetam;& Plato in dial. qui inscribitur Gorgias, d. conuenit oēm qui ab aliquo rectè punitur, vel ipsum fieri meliorē, vtilitatemq; percipere, vel cæteris exempla dare, vt illi pœnas aspiciētes meliores efficiātur.& hr̄ in l.si à reo. §.fi.de fideiuss.l. 1.C.de emēd.prop. Cassiod.lib.3.var.ep.51.Cic.act.5.in Verrē. vnde & iudicib⁹ iubetur ne crimina coalescere sinant, sed puniāt.l.per oēs. C.de def.ciu.quia veniç facilitas est incentiuū peccādi.c.vt clericorum.de vita & hon. & Cic.docet orat.pro Milone.& vt inter hoīes innocentia seruetur. c.factæ sunt aūt leges.dist.4.cum pęna sit medicina. Arist. 1.Rhet.ad Theod.c.14.& malū cū perseuerat augeatur, & remediū contra peccatū sit accelerata correctio. Cassiod. lib.3.ep.14.c.cū tanto.de consuet.& sic Respublica bene gubernetur cū improbi dant pœnas: vt inquit Plat. dial.2.de Philoso.& charitas non sit.sed languor, vbi mali mores pœna non castigantur. c.non putes. cum seq. 23.q.5.& ex vno peccatore populus polluat. c.sed illud. 45.dist. & pro peccato vnius Deus in vniuersum populū pœnā qñq; diffundat. Iosue 7.1.Reg.4.Ionæ 1. Sic tn̄ vt pœna cum misericordia exerceatur, vt castigetur peccator, sed ei aliquid condonetur, vt homini, & ad peccandū prono.c.duo. 23.q.4.c.qui sincera.c.disciplina.45.dist. c.fraternitas.12.q.2. Vnde oēs gentes ab initio vix capitales pœnas recipiebant, sed tm̄ pecuniarias: vt ait App.lib.1. de bellis ciuilibus.& alius.lib.26. hist. Anglic. & Iun.Sat.6.nulla enim satis videtur magna cunctatio, vel deliberatio, vbi de vita hominis auferēda agitur, quam pœnam mortis, ideò ecclesia nunq̄ ferè infligit.c.clericis.c.sententiā.ne cler.vel mon.cū semper speret de hoīs emendatione, affirmādo tn̄ pęnas.legib. humanis iustè decerni ad crimina puniēda, & impedienda. His ita obiter de pęnis not.

Prima sit cōclusio. Vt pœna quis possit dn̄ium acquirere, oportet vt imponatur ab eo qui illam imponere potest si sit legalis, vel iudicialis, legalē is potest tm̄ imponere, qui & potest statuere, iudicialem qui potest iudicare, arbitralē qui potest arbiter esse, & conuentionalē qui potest contrahere;& ēt iudex ecclesiasticus potest pœnā pecuniariam imponere mulctando contumacē ēt laicum si illa magis timetur. Abb.in c.licet.de pœnis. si verò vult eam imponere per modum pœnę, si adest statutum vel consuetudo, vt pro quocunq; delicto soluatur pœnā pecuniaria, & non potest, quia tale statutum non valet, vel consuetudo, cum non timeat quis peccare, vbi nummis scit se id posse redimere. c.paupęr.1 1.q.3. si vero vltrā pœnam ordinariā, imponit etiā pecuniariā, valet.c.2.de constit.in 6. modo non fiat ex auiditate: si verò non adest consuetudo talis vel statutum, si vult pœnam exigere extra iudiciū, nō potest. d.c.licet. si verò vult procedere iudicialiter potest exigere pecuniariā, vbi certa pœna non est iure imposita, si verò est certa pœna statuta, non potest eam mutare,

Pęnç quare sint inductæ.

4 Pœnā qs possit imponere.

tare, nisi pronunciãdo velit eam temperare. l. 1. ff. ad Turpil. post enim non potest. d. l. 1. nisi posset super crimine dispẽsare: vt not. in c. at si clerici. de iudic. vt & si esset mulcta imposita, quia ob inopiam rei potest eam temperare etiã ex post facto. l. illicitas. de offic. præs. Abb. in d. c. licet. vbi & dicit, quòd vbi pœna non est iure expressa debet imponi consuetudinaria.

5 in Pęnalibus ã fiat extẽsio de casu ad casum.

Secunda conclusio. In pœnalibus non fit extẽsio de casu ad casu, nisi sint communiter parificati, & non aliquo tantũ, licet adesset eadem ratio, quia tunc non extenditur quò ad pœnam, sed tantum quò ad prohibitionem, nisi ratio sit eadem expressa in vtroq; casu, vel indubitatè præsumpta, quia sic extensio fit ẽt quò ad pęnam. gl. in clem. vnica. de offi. vic. in c. constitutionem. de regular. li. 6. Nec etiam pœna extenditur ad actum proximũ delicto, nisi actus perficiatur. cap. cum in cunctis. de elect. c. perpetuo. eo. in 6. vbi glo. & Abb. in c. 1. de eo, qui mittitur in possess. Bart. in l. is qui cum telo. C. de sicar. iudex tamen in atrocioribus attentantem crimen potest punire saltem extraordinariè. l. si quis non dicam. C. de episc. & cler. & ibi Doct. Viu. in communibus opin. in verbo, pœna.

Quòd si per statutum imponitur pœna alternatiua, vt suspendatur, vel pecunia damnetur, si verba diriguntur ad iudicem, est optio eius quam eligat. Bar. in l. 1. ff. de effract. l. si fugitiui. C. de seru. fugit. si verò ad reum, datur ei optio, si actiuè in eum verba dirigantur, secus si passiuè, vt patiatur hanc vel illam pœnam, quod si impersonaliter proferantur, datur optio iudici, cum regulariter ei optio detur. & respiciendum de pœnis. nisi vna pœna esset translata in aliam, vt si lex, vel iudex dicat, reus soluat centũ intra sex dies, aliter relegetur, tũc enim post tempus lapsum, incurritur secunda pœna. Bar. in d. l. 1. Abb. in c. inter cætera. de rescript. quod si alternatiuè pœna imponatur, consuetudo est seruanda: vt ibi dicit Abb. aliàs reo fauetur, vt mitior eligatur.

Quod si quæratur an pœna extendatur vltra territorium imponentis, si est personalis diminutiua status, vt Infamia, excommunicatio, suspensio, interdictũ, sequitur personam. l. ex eo. ff. de postul. vnde & damnatus ad mortem, licet fugiat, manet tamen seruus pœnæ: vnde non poterit alibi contrahere, testari, & huiusmodi. Barto. in l. qui vltimo. ff. de pœn. si verò extenditur ad locum, vt ne accedat ad talem locum, non porrigitur extra territoriũ, si locus is sit extra territorium. Bar. in d. l. qui vltimo. & hoc qñ fit in odium eorum contra quos pœna profertur, secus si fiat in odiũ loci prohibiti, vel ad commodum ciuium, quia potest prohiberi subdito, ne vadat ad certum locum. l. relegatorum. §. 1. §. interdicere. ff. de interdict. l. fi. ff. de decret. ab ord. fac. quòd si interdicitur alicui aliqua ars, non porrigitur extra territoriũ. l. ex ea. ff. de postul. Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. vbi dicit, q filia exclusa per statutũ ne succedat, non excluditur à bonis alibi sitis. & sic priuans aliquem de beneficijs, intelligitur de beneficijs sitis in territorio tantum; si verò pœna respicit bona, quia publicẽtur, si à lege, porrigitur ad sita extra territoriũ, quæ occupantur per iudicem loci. l. cũ unus. ff. de bo. auth. iud. si verò à statuto, non extenditur ad bona alibi sita. Bart. in d. l. cunctos populos. Io. And. in cap. cum secundum. de hæret. in 6.

6 Pœna an sit in dubio tẽporalis, vel perpetua.

Quòd si pœna simpliciter sit imposita sine temporis præfinitione, si est imposita sine causæ cognitione, vt per interlocutoriam iudicis tẽporalis, est temporalis durans tantum durante eius officio. Abb. in c. ex literis. de constitu. quod intelligitur de pœna successiua, momẽtanea enim est perpetua. l. illicitas. de offic. præs. si verò cũ causæ cognitione est imposita, si delictum merebatur, vt esset perpetua, ita erit, aliàs secus. Abb. in d. c.

Si verò pœna imponitur ipso facto, facto negatiuo, vt contra non facientem aliquid, non requiritur monitio, vbi terminus præfigitur, cum interpellet pro homine. cap. potuit. de locat. Geminian. in cap. licet. de electio. in sexto. secus vbi is terminum non præfigit, vt ibi dicit, quòd si imponatur pœna ipso facto contra factum affirmatiuum,

tunc.

tunc nõ requiritur monitio ad eam incurrendam:& id incurritur pœna apposita contractui vbi quis ab eo recedit, & si habeat effectum ex sententia iudicis. Abb.in c.Rainutius.de testamen.facit l.nuda.C.de contr.& committ.stip. pœna tamen apposita aliquid non facienti intra certum tempus, non incurritur ante expirationem temporis, licet certum sit non posse factum impleri. Ang. & Cumanus in l.cum stipulatus sum mihi.ff.de verb.oblig.t.in c.commissa. de elect. in 6.licet ante tempus agi possit ad interesse.d.l.cum stipulatus.

7 Vt etiam pœna corporalis incurratur, debet dolus interuenire. l.1. ff.de in litẽ iur.Bar.in l.quicunque. C.de seru.fugi. secus in pœnis pecuniarijs. l.serui.C.de nox.act. Bal.in l.data opera. C.qui accusa.nõ poss.& in l.& si seuerior.C.ex quibus caus.infam.irrog.vbi dicit, ꝙ si quis currendo cum equo occidat aliquẽ, non debet occidi, licet id agat ex lasciuia.

ad Pœnã inccurrendam quid requirat, dolus, &c.

Sic etiã si tempus præfigatur in odiũ negligentis, non currit ignoranti vel legitimè impedito. Abb.in c.quia diuersitatem.de concess.præb.nisi sit præfixum nõ in odium negligentiæ, sed in alterius fauorẽ. vt in l.genero. ff.de his qui not. infam. gl.in c.statutum. de præb.in 6.l.nulli. C.de episc. & cler. c.nos quidem. de testam. vt si executor testamenti non potuit exequi infra annum, deuoluitur tamen ad episcopũ pro legatis pijs executio dictis iuribus. Ex quo etiam fit, ꝙ qui facere nõ potest, quod sub pœna mãdatur, non incidit in eam. Abb.in c.P.& G.de offi.deleg.nec etiam in sententiam excõmunicationis.glo.in c. quàm sit.de elect.in 6. vt d.Nau.in Man.c.27.nu.24. in foro conscientiæ, & etiã exteriori saltem postquam constat de impedimẽto, ita vt etiam absolutione non sit opus, vt d.Abb.in c.cum super causa.de testib.vnde si ante celebrasset, non esset irregularis, quia præsumitur, ꝙ iudex noluerit talem ligare, & minus aliæ pœnæ ligãt non valentem parere, nisi quatenus fert interesse, aliàs si potuit, tenetur quis eã restituere creditoribus.

Quòd si quis sua culpa faciat tantum partem, vel det eius ad quod sub pœna debetur, si obligatio est diuidua; pœnam totam non incurrit, sed tantum pro parte non soluta, si verò indiuidua, totam. Abb.in c.suã.de pœnis.dicitur verò obligatio diuidua, cum quis obligatur ad duo, & vnum faciat, indiuidua, cum ad vnum, & incipit id, vt d. Bar.in l.stipulationes nõ diuiduntur. de verb.obl. si tñ id non sit simplex pœna, sed modus, vt si legatũ relinquitur alicui si quid fecerit, non habebit totum nec partem, nisi totũ fecerit. l.Mæuium. l.cũ fundus.ff.de cond.t.& demon. l.si seruus. ff.si quis caut. Quòd si quis promisit sub pœna se aliquid ratum habiturũ, si contrauenit de facto, d.Bar.in l.id quod pauperib.C.de episc.& cl. quod nõ incurrit pœnã, quia ratũ ad ius refertur, nisi adiecisset & firmum, quod refertur ad factũ, vt ibid. Et potest quis puniri pro peccato alibi cõmisso à iudice domicilij, nisi iudex delicti petat reũ ad se remitti, ꝙ debet fieri ĩ atrocioribus, aliàs nõ tenetur. Abb.in c. licet.de fo.comp. Quòd si quis mandet fieri homicidiũ, ibi debet puniri vbi delictum est commissum, & non vbi mandauit. Abb.in d.c.Bar.in l.si vt proponitur.ff.de fideiusso. & idem in teste falso, qui tamen potest puniri ab vtroq; iudici, & locus erit præuentioni, vt & qui de loco exempto vulnerauit alium in loco non exempto.c.1.de præsumpt. & idem de eo qui deliquit in confinibus. arg.l. arbor.ff.comm.diuid. si tñ falsum deponens, ignorabat attestationem alio trãsmitti debere, est puniẽdus vbi deliquit. 8

Pœna vbi sit infligẽda, & à quo.

Non ẽt quis punitur corporaliter sine culpa, pœna tamẽ damni sic, ex causa, si quis sit incapax alicuius beneficij, vel ordinis, quia illum non possit exercere, vt leprosus remouetur ab administratione ecclesię, & à sacris ordinibus ob bigamiam, vel corporis defectũ, vel quia bonum in quo quis punitur nõ sit pro priuato, sed communi, vel si bonum vnius pendet ex alio, vt in crimine læsæ maiestatis filius punitur pro patre pœna infamiæ etiam. c.si quis.6.q.1. vel quatenus est res alterius, vt filius patris; vel quatenus peccatum vnius deriuatur ad alium per imitationem, vt filij imitantur mores parentum, vel per modum meriti, 9

Pœna an infligi possit sine culpa.

prout peccata subditorum merentur ꝑlatum peccatorem. Iob 33. vel quatenus homines simul viuunt, ad indicandum vnum debere esse solicitum, ne alius peccet, pœna tamen excommunicationis vnus non punitur pro alio. c. si hæres. 23. q. 3. secus in pœna interdicti. c. nõ est. de spons. de his latè dixi tr. de Peccato.

10 Puniri pluries à possit quis ꝑ eodẽ delicto. Punitus quoq; semel regulariter nõ est amplius puniẽdus pro eadem culpa, nisi in eodẽ iudicio multiplex pœna imponatur, ꝙ vna nõ sufficiat, in diuerso tamen iudicio semel punitus non est amplius puniẽdus, nisi ex nouo delicto, vel cõtumacia, vel nisi iudicia sint diuersa, vt pro blasphemia potest quis puniri in foro ecclesiastico, pœna statuta in c. statuimus. de maled. in ciuili pœna corporali, iuxta auth. vt non lux. coll. 6. si tñ per vnũ iudicem sit imposita pœna, non põt per aliũ eiusdẽ fori maior imponi. l. qui de crimine. vbi Ang. C. de accus.

De his etiam videnda sunt, quæ latè habentur tr. de Lege, vbi agitur an, & qñ fiat extensio in pœnis; & tr. de Iudice.

11 Pœna qñ debeatur. Tertia conclusio. Pœna quando lege non statuitur ipso iure, vel ipso facto crimine commisso, nõ debetur ante latam sententiam, qua delinquens à iudice ad eam soluendam damnetur. & Couarr. lib. 2. c. 9. nu. 8. var. resol. tenet hodie pœnas posse augeri, vel minui ex causa à iudicibus, etiam si sint in iure taxatæ, etiã in hæresi. idem d. lib. c. 8. Zecola in praxi ep. verbo, priuatio. in princ.

12 Pœnæ an sit exequẽda, vel soluẽda in foro cõsciẽtiæ, qñ & quomodo. Quarta conclusio. Quilibet delinquẽs etiam hæreticus, cui bona ob crimen à iure ipso facto confiscantur, nõ tenetur ea tradere fisco ante latam sententiam, imò potest ea in perpetuũ bona consciẽtia retinere, & transmittere ad posteros si nunquã sententia feratur. Adr. quodlib. 6. q. 1. Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3. Sot. lib. 1. de iust. q. 6. art. 6. Couarr. in 4. decret. cap. 6. §. 8. nu. 10. Simanca de cathol. instit. tit. 9. nu. 157. & est communis Theologorum, & Iuristarum; probatur, nam lex humana debet esse tolerabilis, & hominum imbecillitati accommodata, talis verò non esset si obligaret delinquentem contra seipsum exequi grauem, & acerbam pœnam, vt sua omnia tradat fisco. Præterea nemo inauditus damnari debet, sed multa contingere possunt q̃ ita delictum extenuent, vt prudentis arbitrio delinquens puniri non debeat toto legis rigore, quæ omnia nõ potest lex prospicere; ideò oportet ꝙ iudex id cognoscat, &, si æquum videtur, legis rigorem mollire per epichaiam, ꝙ sibi concessum est, vt ex circunstãtijs potest pœnam legis quandoq; augere: vt dicit Couar. lib. 2. var. resol. c. 4. Præterea nemo potest sui esse homicida, sed si quis ante sententiam bona sua fisco applicaret, oporteret & causam exprimere, & si esset ob hæresim, vel homicidium, inde sibi etiam mors immineret, quod non est faciendum, ergo.

Ampliatur, vt neque post sententiam teneatur quis in conscientia soluere pœnam, si iudex illam non exigat, sed tantum tenetur non resistere iudici illã exigenti: vt dicit Couar. loco cit. 4. decret. limitatur si non simplex sit pœna, sed modus, vt si vsufructus legetur vxori manente casta & honesta; si enim peccet, licet occultè, tenetur dimittere vsumfructum hæredi. Couarr. in regula peccatum. in princ. de reg. iur. in 6. Nau. in Man. c. 23. nu. 62. & 67. idem Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 17. etiam si semel tantum peccet. Beia in congreg. Bonon. 1581. 23. Februarij, cas. 1.

Declaratur autem prædicta conclusio, vt post latam sententiam, retrotrahatur ad tempus delicti cõmissi, ita vt non valeant contractus, donationes, & huiusmodi, in præiudicium fisci, in hæresis crimine. Couar. in epit. c. 6. §. 8. nu. 9. & alij Doct. tex. in l. Manichęos. C. de hæret. & idem in crimine læsæ maiestatis. l. fi. C. ad leg. Iul. maiest. Ij tamen retinent dominium bonorum suorum vsque ad sententiam. Simanca, tit. 9. de cathol. instit. nu. 228. Vict. in rel. de Indis. p. 1. num. 14. Vnde possunt licitè viuere de bonis suis, & familiam alere. Siluest. hæresis. 1. q. 8. & etiam relinquere in testamento donare, & mutuo dare modo non faciant in fraudem fisci, & locare, modo non immineat iactura inde donatarijs, & huiusmodi, quia non priuãtur ante sententiam dominio rerum suarũ.

Titulo

Titulo tamen oneroso, vt vẽdendo, permutando, in dotem dando, &c. non possunt dicta bona transferre, nisi ex causa necessaria quando periculum est ne crimen eorum in iudicio damnetur, quia deciperent illos cum quibus contrahũt, quando verò non adest tale periculum, non peccant sic contrahendo, vt in regionibus Septentrionalibus.

De hac materia latè habetur tract. de hæresi, vbi de his copiosè dixi.

Prædictis tamen casibus si quis legitimè interrogetur à iudice de crimine, quia adsit semiplena probatio &c. & neget crimen, tenetur in foro conscientiæ pœnã fisco soluere: vt d. Sot. lib. de iust. q. 6. art. 6, & ideò si fiscus id nesciat, potest occultè sibi compensare accipiendo de bonis eius, si fieri potest sine scãdalo, ꝙ procedit etiam si pœna ipso iure non esset inflicta, sed foret infligenda.

Sic etiam si quis dederit aliquid vt à sede apostolica gratiam, vel iustitiã obtineat, tenetur etiam nulla expectata sententia id accipiẽs restituere pauperibus, antequam ab excommunicatione absoluatur, ex Bulla Greg. XIII. & etiam legislator potest de plenitudine potestatis statuere, vt aliquæ pœnæ leues soluãtur nulla expectata sententia, licet raro, vel nunquam id sit faciendum, nec id est ꝑsumendum nisi ex verbis ipso iure, vel ipso facto prolatis, id cõstet, iuncta mente prædicta legislatoris; & etiam tenetur reus exequi contra se sententiã si iudex id præcipiat, vt q̃ soluat tantũ &c. Nau. in Man. c. 23. nu. 66. Couar. in 4. decret. 2. p. c. 6. § 8. num. 10.

Si verò bona non sint propria eorum qui illa possidẽt, sed ab administratoribus Reipublicæ eis collata, vt beneficia ecclesiastica, & huiusmodi, ipsi administratores possunt statuere, vt beneficia ipso iure amittantur certis casibus, etiam in conscientia nulla expectata sententia. Vnde pœnæ spirituales à iure prolatæ ipso iure, vt excommunicatio, suspẽsio, interdictum, & irregularitas incurruntur commisso crimine pro quo sunt impositæ, nulla iudicis expectata sententia in foro conscientiæ, vt supra est dictum.

Similiter vbi quis fit incapax alicuius iuris, vel in pœnã, vel alia de causa, procedit in foro conscientiæ non expectata sententia, vt spurius qui non potest succedere in paternis bonis.

Quo verò ad beneficium ecclesiasticũ, licet quis in pœnã eo ipso facto priuetur ob crimẽ, nõ tenetur id relinquere ante iudicis sententiã in conscientia, cum vbi executio delinquentis requiritur cõtra se non sit necessario executioni mandãda ante sententiã. Sot. lib. 1. de iust. q. 6. art. 6. Couar. in 4. decr. 2. p. c. 6. § 8. nu. 8. Nau. op. de datis, & ꝑmissis pro iust. coroll. 9 1. n. 41. Quæ intelligũtur qñ non adduntur verba mandatiua, quod ẽt absq; sententia beneficia vacent, vt additur in alienante bona ecclesiæ in extrau. ambitiosæ. Pauli II. & præb. in extrau. cõi. qđ tñ ego crederẽ adhuc in conscientia nõ teneri relinquere, cũ non satis sit sententia declaratoria iudicis, quia adhuc non tenetur quis restituere; sed tñ non resistere iudici exequenti, & ita ẽt stilus seruat, nisi addatur ẽt in foro conscientiæ, vt de non residente hr in Conc. Tr. sess. 23. c. 1. de ref. & idem probabile est ẽt de alienante bona ecclesiæ. Vbi tñ quis redderetur inhabilis ad obtinẽdũ, vel in obtinendo beneficio crimen cõmitteret puta intrusionis, simoniæ, tunc ẽt ante sententiã tenetur illud dimittere, cum initium sit vitiosum. c. 1. de reg. iur. in 6.

Minùs quoq; tenetur quis relinquere officia quibus ipso iure priuat ante sententiam, nisi aliud clare constet de mente legislatoris esse, si etiam quis inhabilitetur ad eligendum, vel suffragium ferendum, vt ob ambitum, vel si ob id excluditur à collegio, vel municipio ante sententiam non tenetur se abstinere. Nauar. in Man. c. 23. nu. 63.

Declaratur tñ vbi pœna amissionis beneficiorum est statuta, vt lata sententia, delinquens priuetur beneficio, & fructibus, à die commissi criminis perceptis. Couar. in d. 4. decr. 2. p. c. 6. § 8. n. 7. & 8. & idem de fructibus aliorum bonorũ, quæ ipso iure commisso aliquo crimine amittuntur. Couar. ibi. Sylu. pœna. q. 23. Conr. de contr. q. 7. concl. 3. Molina, de iust. tract. 2. disputat. 96.

Quinta conclusio: Pœna conuentio- 13 Pœna conuentionalis

uentionalis an licita sit, & quomodò

nalis in cōtractibus licitè imponi, ac exigi potest, si non fiat in fraudem vsurarū. Abb.& Innoc. in c. suam. de pœnis. quæ & potest imponi conductoribus si certo tempore non soluant, modo non imponatur in fraudem vsurarum, nec à consuetis fœnerari, in foro fori.

Si tamen pœna imponitur ob turpem causam, vel cōtractum ex sui natura illicitum, vel ex iure nullum, nec exigi, nec accipi potest, secus si talis esset vt iuramento firmetur iuramentum valeret, quia sic exigi posset. Couar. in c. quāuis pactum. p. 2. §. 4. nu. 4. Non tñ tenetur, qui incurrit pœnam conuentionalem illam soluere nisi petatur in foro consciētiæ, si tñ petatur potest, & tenetur eam soluere etiam non expectata iudicis sententia, & is cui debetur potest illam exigere, modo in fraudem non apponatur. Couar. in 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 8. Nau. in Man. cap. 23. num. 67.

14 Pœna legalis ā exigi possit.

Sexta conclusio. Pœnam canonicam & legalem tam laici, quàm clerici exigere possunt. Abb. in c. dilecti. de arbitr. tex. in c. si quis contumax. cum seq. 17. q. 4. etiam si excedat damnum, licet tutius esset huiusmodi excessum in pios vsus erogare; & etiam consuetudinaria exigi potest. c. dilectus. de offi. ord. licet non sit in vsu. & etiam pœna iudicialis potest peti à quocunq; etiam si excedat interesse, sed si pars fecit quod potuit, vltra interesse iure canonico non potest peti. c. suam. de pœnis. & etiam pœna arbitralis. d. c. dilecti. de arb. pœna verò contumaciæ punitiua vltra interesse exigi non potest, iure canonico. c. 1. de dol. & contu. nisi petatur ad satisfactionem iniuriæ. c. olim. de iniur. si tamen iudex potest mulctare, vt est ordinarius, eam potest exigere. l. 2. in fi. de iud. Nec pœna potest exigi post annum, quando est merè pœna ex parte actoris & rei. Bart. in l. fi. ff. de pœn. in l. honorati js. ff. de act. & oblig. licet fallat in casibus innumeratis ā gl. in d. l. in honoratijs.

15 Pœna cui sit applicanda.

Septima conclusio. Quò ad pœnæ applicationē, si ex statuto imponatur per iudicem potest sibi applicare: si verò ex officio procedit, melius est, vt loco pio applicentur, nisi debeatur parti, vt quando introducit actionem. l. 3. ff. de sepul. viol. aliæ, si conuentionales applicantur parti, aliæ iudici, vel fisco, prout de eis statuitur.

Octaua cōclusio. Solutio pœnæ in foro exteriori sufficit ad obseruantiam legis, vel pacti aliquid prohibētis sub pœna. gl. in c. dilecti. de arbit. in §. quia verò. auth. de iudic. vbi soluta pœna quæ erat in compromisso, peti non potest, vt feratur sententia, nisi & addatur quòd stetur arbitrio. l. pen. ff. de trans. l. cum proponas. C. eodem. 16 Pœnā soluēs an teneatur ad aliud.

Nona conclusio. Officiales, qui non accusant eos qui in pœnam inciderint, si ad accusandum se obligarunt pacto, vel iuramento, peccant id omittendo; aliàs secus, nisi faueant alias in malis. Et vbi erant obligati accusare, si acceperunt pecunias ne accusarent, tenentur eas restituere fisco, vel ei cui pœna erat applicanda, & etiam tenentur vsque ad supplementum pœnæ exigendæ si accusassent, quod intelligitur in causis ciuilibus, si enim in criminalibus id omittant, non ex concussione, sed ex pietate, etiam pecuniam accipiēdo ne accusent, non tenentur restituere. Silu. pœna. in fi. & etiam simpliciter & verius teneri potest, quòd non teneantur ad pœnam in qua condemnati fuissent accusati, sed bene ad gabellas quas fraudarunt: vt dicit Nauar. in Man. cap. 23. num. 34. Silu. restitut. 3. q. 5. ver. 7. 17 Pœnā infligēdam an officiales teneātur soluere si non accusant quos debent.

SVMMARIVM.

1 Dominium an acquiratur ex testamento, vel contractu nullo ob omissam legis solemnitatem, in foro conscientiæ.

De modis acquirendi Dominium rerum ex facto hominis, & primò ex facto nullo ob solemnitatem legis omissam. Cap. XXIIII.

Acto hucusque de modis acquirendi rerum dominia ex facto, seu dispositione legis, siue iurius gentium,

gentium, vel ciuile, congrue sequitur vt videantur modi quibus ex facto hominis dominium quæratur.

1 Quæstio vero grauissima est inter doctores an ex testamento nullo vel contractu ex. l. solemnitate omissa, acquiri possit dominium vt si in testamento, vel in donatione desit requisitus numerus testiũ vel aliæ solemnitates, ita vt etiam in foro conscientiæ inde comparari non possit dominium.

Dñium an acquiratur, ex testa mẽto vel cõtractu nullo, ob omissam legis solẽnitatẽ, in foro cõsciẽtiæ.

In hac q. Abb. in c. quia plerique de imm. eccl. num. 42. Adr. quodl. 6. concl. 2. Silu. hęreditas 3. q. 7. Med. na. cap. de reb. rest. q. 23. ad fi. & alij tenent per huiusmodi actum in conscientia acquiri dominium, modo cõstet talem fuisse voluntatem disponentium, quod inde oriatur obligatio naturalis.

Contrariam sententiam, quod huiusmodi dispositiones inualidę sint etiam in foro conscientiæ, ita vt hæres veniẽs ab intestato possit huiusmodi testamenta rescindere, & omittere solutionem legatorum, si non sint pia, & qui sic contraxit licet bona fide, possit illum rescindere, tenent Vict. 2. 2. in princ. materiæ de restit. Sot. 4. de Iust. q. 5. ar. 3. Couar. in reg. peccatum 2. p. §. 3. num. 9. 10. in c. cum esses. nume. 6. cum seq. de rest. Ledesmius. 2. quarti q. 18. artic. 1. dub. 12. Aragon. de dominio secunda cõcl. vers. probabilior. Salon idem de dominio, habet qd respublica ad tollendas fraudes, possit introducere leges tales vniuersam rẽpublicã obligantes, & ex alijs quæ late adducit ibi Aragon, & latius Molina tom. 1. tr. 2. de Iust. disput. 81. vbi non se resoluit in tanta difficultate, magis tamen perpẽdens in priorem sententiam.

Ego in hac q. simpliciter loquendo, teneo secundam sententiam, cum. l. humana sit seruanda etiam in foro conscientiæ vbi iuri diuino, vel ecclesiastico non repugnat, & quia cum princeps ad bonum commune possit disponere etiã de bonis priuatorum, vtique ad tollendas lites, & controuersias quæ suboriri possent, consonum est vt nisi seruentur solemnitates à iure requisitæ actus non valeant.

Prędicta tamen intelligerẽ cum duabus limitationibus primo, dummodo huiusmodi actus non possint releuari per testes, si enim releuantur, etiam testamenta in scriptis non redacta, sustinentur.

Secundò, quod in testamentis, antequàm relictum in testamento minus solemni petatur ab hęrede veniente ab intestato, potest retineri tuta conscientia ab hęrede instituto, vt bene Sotus distinguit, quia eo casu cum possidens habeat concursum. l. naturalis, ob relinquentis voluntatem, nec alius sciens id petat, potest se manu tenere in sua possessione, qꝙ si petatur sentio quod teneatur id relinquere, & dimittere venienti ab intestato, nisi aliquid sibi libere ab eo remittatur, & idem de contractibus.

SVMMARIVM.

1 Dantes vel accipientes pro gratia, vel iustitia consequenda apud Sedem Apostolicam, vt peccent, & teneantur ad restitutionem.
2 Turpem ob causam acceptum an sit obnoxium restitutioni.
3 Fornicaria an pretium, ex actu illo accipere possit, & quomodo.
4 Turpem ob causam acceptum, cui sit restituendum, vbi restitutio est fienda.

De Modis acquirendi rerum dominia, vel non, ex facto à lege reprobato. Cap. XXV.

EX legum dispositione aliquando prohibetur datio, & acceptio etiam ob causam non turpem, quandoque ob causam turpem.

Ad primum modum reducitur quod iudices tabelliones aduocati, & huiusmodi accipiunt contra legum dispositionem, de quibus late dixi tract. de iudicibus.

Ad eundem etiam reducuntur, quæ accipiunt vel dant aliqui pro gratia, vel iustitia obtinenda apud sedem Apostolicam, aut promittunt, vel acceptant pro- 1

Dãtes, vel accipiẽtes aliqd pro

gratia vel iustitia assequenda apud Sedē Apostolicam, peccēt, & teneantur ad restitutionem.

promissiones, qui multas pœnas incurrunt, primo enim incurrunt excommunicationem latę sententiæ, à qua non possunt absolui nisi de mandato speciali Papę, vel in articulo mortis; nec prius absolui pōt qui dedit & recepit, nisi tandem prius pauperibus restituat, vt dedit, vel accepit, quod intelligitur quo ad dantem si id recipit ab eo cui dedit, si enim iam recipere non potest licet petat, nec per eum stat quo minus petat, non tenetur restituere, secundo, expeditiones huiusmodi gratiæ, vel iustitię ca via obtentæ, sunt nullæ ipso iure ac si concessę, & expeditę nō fuissent, tertio, omni beneficio, & officio ecclesiastico, & seculari tam temporali quàm perpetuo ipso iure priuantur, & redduntur inhabiles ad illa omnia officia & beneficia, & alia & iubentur puniri alijs pęnis iuxta cuiusque delictum, & ijs qui detegūt rem adhuc incognitam, fautores, & socios, impunitas promittitur ex constit. Bonif. 8. cap. 1. de sent. excomm. in extr. comm. quæ tamen dicitur reuocata per clemen. 5. & innouata & aucta per Greg. 13. 1574.

Quæ constitutio comprehendit omnes personas ecclesiasticas, & seculares, mares & fœminas, Episcopos & etiam Cardinales, qui tamen Cardinales non incurrunt pęnam amissionis officiorum & beneficiorum, nec infamiæ, & inhabilitatis ad eadem, alias vero incurrunt, & idem probabiliter sentit etiam de episcopis, Nau. op. de datis & promissis notab. 6. num. 9.

Hæ etiam pœnæ incurruntur siue iustitia, siue gratia per litteras Apostolicas sit expedienda, vel per solam signaturam, & viuæ vocis oraculo. Nau. d. tr. notab. 17. num. 25. si quis tamen aliquid eorum efficeret pro gratia iam obtentā, nisi dirigeret id ad aliā etiam in posterum obtinendam, vt d. ibi Nau. not. 19. & 21. nu. 28. non incurrit, nisi ante gratiā, vel iustitiam obtentam, præcessisset tacita vel expressa promissio eius quod postea datur; imo si etiā sola promissio esset facta, licet non fuisset impleta, gratia vel iustitia obtenta; pœnę incurrerentur. Nau. ibi notab. 13. num. 22.

Vt etiam incurrantur hę pœnæ, oportet vt obtineat quis gratiā, vel iustitiam apud sedem Apostolicam id est à Papa, & eius ministris, quatenus Papa est exercens iurisdictionem spiritualem à Christo relictam, non autem quatenus habet dominium temporale in eius statu temporali, & ibi iurisdictionem exercet.

Requiritur pręterea, quod illa obtineat à Papa, vel eius ministris in curia Papę, vel vbi Papa residet, quod intelligitur etiam si Papa in vno loco, & eius curia in alio resideat, clem. ne Romani. §. sane. de elect. Nau. d. op. not. 18. nu. 26. si vero obtineantur prædicta à legatis de latere, nuntijs, collectoribus, inquisitoribus, & alijs delegatis à Papa extra curiam morantibus, non incurruntur hæ pœnæ.

Vt autem prędicta melius intelligantur, aduertendum quod in Bulla Bonif. VIII. prohibitum est facere factum, pro iustitia sibi vel alteri obtinenda, vterq; enim incurrit pœnas, secundo, vetatur promittere aliquid ea de causa, tertio, acceptare promissionem, quarto, ex pacto vel promissione occulta vel manifesta, vel sub verbis generalibus, & plane non expressis, vel specialibus, & aperte expressis, facto aliquid dare, quinto, illud recipere, sexto, aliquid dare pro gratia, vel iustitia obtinenda, nulla præcedente pactione, vel promissione, septimo, id simili modo recipere, octauo, si quis conscius sit omnium, pdictorū aliquid esse factum, & id nō denuntiet intra triduū Papę per se vel alium, qui illi id fideliter referat, nono, si qui conscius est gratiam, vel iustitiam eo modo obtentam, illa vtatur. Vnde si aliqui horum quid efficiant, licet res effectum non sortiatur, nec vlterius progrediantur, sed ducti pœnitentia omnino desistant, incidunt in has pœnas, etiam si quis solum promitteret ea de causa, & is cui promittitur eum repelleret, qui tamen intra triduum non denunciat ab alijs factum, incurrit tantum excommunicationem non alias pœnas, & id etiam tantum procedit in eo, qui apud Sedē Apostolicam commoratur, vt d. Nau. notab. 22. nu. 34. qui & d. ex Bulla Bonif. VIII.

solum

solum prohibet sub pœnis in ea contentis pacta promissiones, acceptationes promissionum, dationes & acceptiones pro iustitia, vel gratia apud sedem Apostolicam obtinenda, quæ ante hanc Bullam, iure naturali, diuino vel humano in foro ecclesiastico erant prohibita, & mala; vt d. not. 5. nu. 9. nec omnia ante hanc bullam fuisse vetita, vt singula inducerent obligationem restituendi sic acceptum, vt post hanc bullam inducitur, qui etiam notab. 9. & sequentibus. d. quod licet qui paciscitur promittit, vel dat aliquid pro gratia obtinenda incurrat in pœnam huius Bullę, & etiam qui eadem facit vel vt iudicem corrumpat, vel vt sententiam pro eo ferat in causa, de qua nõ constat esse iustam ex parte eius cui fauet; & etiam incurrat in easdem pœnas, qui eadem facit, vt iudex aliquid quod ex eius pẽdet arbitrio, efficiat, dilationem concedendo maiorem, vel minorem, sententiam anticipando, differendo appellationi & huiusmodi, saltem quatenus quodlibet horũ habet rationem gratię; tamen nec in foro conscientiæ, nec exteriori incurrit pœnas si de animo, & sinceritate cõstet, qui aliquid eorum facit, vel vt iustam sententiam efficiat, vel citius expediat quàm esset alias expediturus, absque cuiusque præiudicio, (nisi quando iustitia esset fienda circa spiritualia nõdum quæsita ob simoniæ vitium) vel ad redimendam vexationem circa ius quæsitum, quod intelligitur quando certo constat tantum de iustitia eius in cuius fauorem munus datur, & tunc quando solum agitur de vexatione redimenda, nec alia supersit via redimendi iniustam sententiam, vel vbi iudex cum magna iniustitia causam morabatur, nec erat alia via illam iniustitiam vitandi, vbi tamen nulla adsit vexatio quæ redimatur, nec adsint illi duo casus, incurrunt eas pœnas sic dantes. Is tamen qui dat aliquid vel promittit iudici pro auferenda, vel differenda iustitia alterius, incurrit has pœnas, & illius Bullæ Bonifacij VIII. vt d. Nau. ibi nume. 19. qui & ibi num. 17. d. quod si paruum quid datur, promittitur, vel accipitur non incurruntur hę pœnę, cum id in quacunque alia materia pariter procedat, & relinquitur arbitrio prudentis quem dicatur paruum; quod etiam procedit ad incurrendũ pœnas si ex sola gratitudine aliquid promittatur, si talis sit promissio, quæ moueat iudicem, vel collatorem gratiæ ad concedẽdum petita, & multo minus quando iudex nouit talem qui promittit solere seruare promissa, remunerando eos à quibus iustitiam, vel gratiam accipit, & multo magis procedit in ijs qui tales promissiones acceptant, vel virtute earum aliquid postea recipiunt, & magis si eis est animus ob tales promissiones iustitiam peruertere. Sat est etiã ad incurrendas pœnas prædictas promissio faciendi aliquid pretio ęstimabile pro gratia, vel iustitia facienda, modo notabile sit, quod mouere possit animũ acceptãtis promissionem, vt d. Nau. not. 16. num. 25.

Vbi vero aliquid datur in stipẽdium, vel salarium consuetum iudici, vel alij ministro publico, vt iustitia gratia, vel literę ab eo obtineantur, vel ei qui negotium gerit, aliquid datur pro sua industria, vt gratia vel iustitia obtineatur, non incurruntur pœnę huius Bullæ, quod etiam procedit si soluantur maiora stipendia ante gratiam vel iustitiam obtẽtam, quàm sint debita, modo id non referretur, vt etiam remote minister publicus moueretur ad iustitiã ministrandam in fauorem dantis, vel gratiã tunc vel post illi conferendam; vnde si iudex Romanæ curiæ maiores sportulas debito reciperet ęqualiter à litigantibus teneretur ad restitutionẽ illius incrementi, non tamen incurreret pœnas huius Bullæ, quia non sint datę vt iustitia, vel gratia obtineretur, sed vt stipendium, licet excessiuum, ministerij sui. Sed si vnus litigantium maiores multo propinas ei daret, vt illum alliceret ad iustitiam, vel gratiam obtinendam, & is acciperet, vterque incurreret pœnas huius Bullę, & si quis notario maius stipendiũ solito tribueret, non incurreret has pœnas, nisi id agatur vt notarius pro gratia qua pollet apud iudicem, vel gratię collatorem curaret vt dans, gratiam, vel iustitiam

stitiam obtineret, quia tūc incurrerent, & etiam notarius si eo animo incrementum acciperet. Nau. d. op. not. 15. nu. 23. & not. 21. nu. 29. 31.

Aduertendum tamen, quod licet Papa incurrat simoniam, vt est diuino iure vetita, non tamen incurrit eius pœnas, & ab ijs alium quemcunque eximere potest & cēsetur eximere eum qui cum ipso de consensu ipsius efficit actum, qui alioqui esset simoniacus, quod dicitur simoniam purgare, sic etiam qui actiones in hac Bulla vetitas cum Papa, vel eius ministris de consensu expresso, vel tacito Papę consensu efficit, nec in peccatum iure humano inductum, nec in pœnas Bullæ incidit, quia censetur omnia sua authoritate purgare, & idem si Pontifices successores scientes permittant has actiones fieri in Romana curia tacite vel expresse, nec puniant, cessant hæ pœnæ, secus si ignorāt, etiam si gratia ab ipso Papa immediate sit concedenda. Nau. d. op. not. 9. nu. 14. Couar. in reg. peccatum. 2. p. §. 8. nu. 9.

Post Bullam prędictam Bonif. VIII. Greg. XIII. addidit alios actus, quorum quidam vt principales si fiant, incurruntur pęnæ etiam effectu non secuto, alios in quibus non, primus actus est nundinari conquirendo expeditiones negotiorum, innitendo suffragationibus potentiorum, quod intelligitur si fauore potentiorum accipiant gratiam, vel iustitiam, vt & ipsi potentes pœnas incurrerent, si pretium acciperent, vt sua potentia gratiam, vel iustitiam obtinerent, vnde si quis promittat vel recipiat, vel promissionem acceptet, vt suffragatione alterius prædicta apud sedem Apostolicam obtineat, incurrit pœnas, licet effectus non sequatur, vt d. Nauar. not. 27. nu. 37. qui tamen potest accipere stipendium pro industria. Secundus casus, si quis ambiat, vel adeat alliciendo donis vel promissionibus eos quos gratia pręstare putat, vt sibi vel alijs gratiam, vel iustitiam apud Sedem Apostolicam obtineant, licet effectus non sequatur, nec dona acceptent, modo acceperint promissionem. Tertius casus in ijs qui mentiendo finguut se talium operam, & industriā quęsiuisse pretio & muneribus, etiam si vtilitas non proueniat mentiēti, nec effectus sequatur, modo actiones in tribus his casibus expressas, cum audatia vel præsumptione exerceant, vnde si prædictis cessantibus ex ignorantia culpabili aliquid eorum efficeret, non incurreret pœnas huius Bullę, qui tamē incurret si ex ignorantia culpabili committeret alias actiones aute expressas in his tribus casibus comprehensas. Nau. not. 23. num. 33.

Aliæ actiones sunt accessoriæ additę à Greg. XIII. ad dantes auxilium consilium, vel fauorem ad aliquam trium prædictarum, vel contentarum in Bulla Bonif. VIII. committendam, quæ intelliguntur modo sequatur aliqua prædictarum actionum ex dicto auxilio, vel consilio, etiam si vlterius effectus nullus sequatur, sic enim pœnę incurruntur, vt d. Nau. not. 30. nu. 40.

Ij demum qui extra Romanam Curiam morantur, possunt facile incurrere has pœnas, si gratia vel iustitia his actionibus impetrata scienter vtantur, vel consilium auxilium fauoremue ad aliquam harum actionum dederint, vel etiam effecerint literis aliquid promittendo, vel simili ratione, vt d. Molina tr. 2. de Iust. disp. 92.

Ad secundum caput, nempe ad acquirentes ex turpi causa, reducitur acquisitio ex actu à lege reprobato; pro cuius rei intelligentia notādum actum turpē, in proposito dici posse, vel quia sit intrinsece malus, vt fornicatio, homicidium &c. vel quia res sit prohibita, vt certis diebus carnes comedere, vel ratione circunstantiæ, vt die festiuo mercari est illicitum, vel si sit contra votum iuramentum &c. vt d. Io. Medina. C. de reb. rest. q. 20. His ita not. 2 Turpem ob causā acceptū an sit obnoxiū restitutioni.

Prima sit conclusio. Spectato solo iure naturali, accipiens æquale & moderatum pretium ob turpem causam, non quatenus ibi est deformitas, & offensa Dei, sed quatenus ei est delectatio iniecta, vel ratione laboris periculi, & damni quod subit id in alterius gratiam agēdo, non peccat contra iustitiam nec tenetur restituere acceptum, quia id pretio

potest

potest esse ęstimabile. D.Tho.2.2.q.32. art.7.ad secundum & q.62.ar.5.ad 2.& ibi Gaiet. Adr.de restit.q. incip.oritur alia quæstio an meretrix. Abb. in capit. quia plerique nu. 12. de imm.eccl.Sot. libro.4.de Iust.q.7.art.1.ad 2. Couar.in reg.peccatum.2.p.§.2. & est communis sententia. Molina.de Iust.tr.2.disp.94. qui & d.actum iudicis qui iniustam fert sententiam, ratione laboris, & periculi cui se exponit, attento iure naturali esse pretio ęstimabilem.

Secunda conclusio. Pactio & acceptio pretij ob rem turpem illicita est & peccatũ, antequàm talis res turpis fiat, post rem vero patratam, non est illicitum petere, & accipere pretium ante promissum, & stando in solo iure naturali, promittens tenetur soluere promissum, ante tamen rem patratam non tenetur stare promissis vterque eorum, & peccatũ quod ante rem patratam committitur non est peccatum iniustitiæ, sed illius speciei cuius fuerit peccatum rei turpis ad quam ordinatur, sic sentit Gaiet.d.artic.7.ad 2.Couar.d.§.2.num. 2. primum patet, secundum probatur, quia id iure naturali est debitum ex iustitia, nec ordinatur ad peccatum quod iam trãsijt, quod vero ante rem patratam nemo teneatur stare promissis, probatur, quia promissio vel obligatio rei turpis inualida est. l. generaliter. l. si stipulet. ff. de verbo. oblig. §.qd.turpiter.Inst.de inut. stit.c.in malis cum alijs,ibi.2.q.4. Vnde qui promisit meretrici aliquid pro turpitudine in futurum, non tenetur stare cõtractui, imo nec potest, cũ sic cogeretur peccare, post factum vero potest cogi à iudice dare promissum, vel soluere pretium debitum ex turpitudine cum meretrice peracta, vt patet ex prima conclusione stando in iure naturali.

3 Fornicaria an pretiũ ex actu illo accipere possit, & quomó.

Tertia conclusio. Publica meretrix, potest non solum licite retinere à valente alienare pretium iustum, vel etiam gratuitam donationem ex fornicatione acceptam; sed etiam post fornicationẽ peractam conceditur ei actio in foro exteriori ad petendum pretium moderatũ ei ante fornicationem promissum, & si nullũ est promissum, cogitur is soluere pretium consuetum, quia præsumitur non gratis, sed eo pretio copiam sui corporis facere, vt d.Couar.d.§.2. meretrix enim licet turpiter agat quod meretrix sit, non tamen turpiter accipit. l. 4. §.sed & quod meretrici.ff.de condict.ob turpem causam, quia licet fornicatio sit cõtra ius naturale, & intrinsece malum, acceptio tamen iure naturali accipi potest, ex dictis superius. Et idem dicendũ est de fornicaria occulta, coniugata, moniali, vel uirgine, ei enim promissum ante fornicationem in foro conscientię est soluendum, cum maioris valoris sit copia quam illa sui facit quàm illa quam facit publica meretrix, vt d.Couar.Sot. & Nauar.locis cit. quæ tamen mulieres sic acceptum debent reddere patri, monasterio, vel uiro respectiue, occulte tamen, non secus ac si labore manuum quæsiuissent, vt d.Sot.loco cit.& si promissum non est solutum, est reddendum post factum ipsis superioribus occulte, vbi suspitio sit ne id ipsæ illis reddant.

Quod si fornicaria aliquid acceperit à non valente alienare, debet id restituere eius superiori, & si accepit à religioso tenetur monasterio restituere etiam si is haberet facultatem disponẽdi de aliquibus licite, & etiam si esset superior monasterij, quia non intelligitur data facultas in eum finem.arg.capit. in generali.de reg.iu.in 6.

Si vero ipsa fornicaria fraude maius pretium debito accipiat à valente alienare, vt mentiendo se virginem esse, vel non nisi à magnate cognitam, restituere tenetur illum excessum, si, ea fraude remota, tantum datum non esset, non tamen si blanditijs ex torserit.

Si vero huiusmodi fornicarijs occultis promissum nõ soluatur, & repetãt in iudicio, si sint coniugatæ, vel cõsanguineæ, vnde punirentur in foro exteriori, nõ datur repetitio promissi, secus si sint sui iuris, & primo casu pretium saltem solo fisco adiudicaretur l. Lutius.de iure fisci, cum ex stipulatione contra bonos mores non concedatur actio in foro exteriori.l.mercalem.C.de condict.ob turpem causam. Couar.d.§.2.num.3.secundo vero casu non posset ab eis condici receptum.

receptum. Et ita acceptum in pretium ob turpem causam, si sit moderatum, ante latam sententiam, non est obnoxium restitutioni in vtroque foro exteriori, vel conscientiæ, neque ab eo qui accepit pecuniam pro homicidio, eo iam patrato. Couar. d. §. 2. Nau. in Man. c. 17. num. 30. nisi vbi lex à principio reddit incapacem accipientem, vt accipientem pro gratia & iustitia vt supra, intrusum, simoniacum, fructuariam sub modo si caste vixerit &c. cum initium sit vitiosum, iudicem, testem, aduocatum certis casibus de quibus tr. de iudice.

4 Turpē ob causā acceptū cui sit restituēdum, & vbi restitutio est fienda.

¶ Quod si quæratur cui sit restituendū acceptum in pretium ob turpem causam, Resp. quod nulli regulariter ante latam sententiam, nisi vbi incapacitas à principio interuenit, & sic nedum prohibetur causa dandi, sed etiam ipsa datio, post, ei cui per sententiam applicatur, & si nulli applicetur, fisco debetur. Et si lex reddat incapacem dantem, & accipientem, si lex exprimit cui est restituendum id est præstandum, aliter fisco. Si vero reddit incapacem solum accipientem, & id non erat ei debitum, restituendum est danti, si vero erat ei debitum, sed virtute l. est factus incapax eius restitutio est fienda fisco, vel pauperibus in modum pœnæ, quæ est fienda etiam ante latam sententiam, quia eo casu accipiens fit incapax rei illius, & ex qualitate. l. conijcitur an restitutio sit fienda fisco vel pauperibus.

Hęc de dominio. l. authoritate, vel ex facto hominis quandoque. l. prohibito, acquirendo vel non, dixisse sufficiat, vt inde ad modos iure concessos, Deo dante, transitus fiat.

SVMMARIVM.

De Contractibus in communi. Cap. XXVI.

Post rerum diuisionem iure gentium institutam, vt supra suo loco est dictum, cum homines multis egerent quæ apud alias gentes extant vel cōtra & ipsi aliquibus abundent, quibus alij egent, ad societatis humanæ conseruationem necesse fuit vicissitudinē dandi, & accipiendi quæ commertium, vel conuictus dicitur, & rerum commutatio, introducere. l. forus. de verb. signific. & explicat Arist. eth. 5. ad Nicomachum, prima enim rerum contrectatio fuit commutatio, vt ibi Arist. d. illa dicens rempublicam conseruari, sed cū rerum commutatio non esset semper in promptu, quia cum extraneis cum quibus conuictus non erat, esset agendum, & illi rebus aliorum non egerent, vsus & necessitas viam conuentionum inuenerunt. Lex hoc iure, de iust. & iu. §. ius autem gentium de iu. natu. & demum accessit pretium, id est quædam electa materia publica authoritate & signata, qua vt per simbola, cōsensu res vicissim æstimarentur, loco commutationis rerum aliarum, quæ in permutationis nomine propria fuit postea conuentio. l. 1. ff. de empt. & vend. l. 1. ff. de rer. permut. & docet Arist. 1. Polit. & inde leges conueniendi introductæ sunt, ne homines aliorum malitia deciperentur, sed se inuicem beneficio afficerēt quod propriū hominius est, cum sit animal sociabile, & bene-

1 Contractus vnde introducti, & qū & quare.

2 pecunia cur inuenta.

beneficium sit danti retrodandum. l. ser uus ea lege. ff. de seruis export. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. her. & docet Plato lib. 2. de Republica, & dicitur contractus, quasi con, & traho, quia distantia in vnum adunantur, & est obligatio vltra citraque ex voluntate partium cõsurgens, cum ad contractus & conuentiones requiratur quod sint voluntariç, & spontaneç, l. sicut. C. de act. l. in omnibus. ff. eod. l. 1. de pact. l. in conuentionibus. ff. de verb. sign. & docet Arist. lib. 4. ad Eudemum, initium cõtractuum esse voluntarium, quod & ante asserit Plato. lib. 15. in sophista. & lib. 11. de legibus. Dicitur vltro citroque, quia ad contractum propriè requiritur, vt sit vtrinque obligatorius, tametsi contractus dicantur etiam vbi vna tantum pars, vt in deposito, & pignore, remanet obligata.

3 Contractus qualiter diuidantur. Diuiditur aũt contractus in propriũ, impropriũ, & magis improprium, proprij sunt qñ vltro citroq; oritur obligatio. l. labeo. §. contractum. ff. de verbor. signific. improprius est quando vna pars tantum obligatur, vt in donatione in qua donans obligatur ad tradendum, & quandoque de euictione. l. aristo. ff. de don. causa mortis, & in mutuo vbi solus recipiens obligatur ad restituendum. l. 2. ff. si cert. pet. & in stipulatione quando vna tantum pars obligatur gl. in §. conuentionales. Inst. de diu. stip. magis improprius, cũ neutra pars obligatur, sed potius contractus rescinditur, & tollitur obligatio, vt in transactione nudo verbo facta, ex qua non agitur ante implementum conditionis. l. siue apud acta. C. de transf. vel per acceptilationem, vel fictã solutionem, de qua in §. 1. Instit. quibus mod. obl. l. vbi pactum. C. de transf. & sic distinguit etiam contr. de contr. q. 16. Sot. lib. 6. de Iust. q. 2. art. 1. 2.

Secundò diuiditur Contractus in contractus bonæ fidei, & stricti iuris, licet bona fides in omnibus requiratur, magis tamen in primis, vt emptione, locatione mandato, deposito, societate, pignore, cõmodato, & permutatione, qui sunt contractus bonæ fidei, quia si dolus eis causam dedit, non tenent, & veniunt vsuræ ex mora, & iudex potest arbitrari quid sit restituendum, quæ non contingunt in contractibus stricti iuris, vt stipulatio, mutuum, & huiusmodi gl. in §. actionum. Inst. de act. qui & strictissime sunt interpretandi, l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. & in ijs contractib. verba dubia interpretantur contra proferentem, cum apertius legem dicere debuerit. l. veterib. ff. de pact.

Tertiò diuiditur, in contractus per se necessarios, & vtiles Reipublicæ, vt emptio, venditio, mutuum, permutatio &c. & in vtiles ac necessarios non sui ratione, sed ad aliorũ cautionem vt fideiussio, assecurationis contractus, pignus, societas.

Quartò diuiditur, in contractus reales, personales, & mixtos, reales in quib. res principaliter obligatur, & ex consequenti persona ratione rei, vt in emptione, personales in quibus principaliter persona obligatur, & eius ratione etiam eius bona, vt in fideiussione. Mixti in quibus res & persona obligatur, vt in societate contingit.

Quintò diuiditur, nam in aliquibus transfertur dominium, & in aliquibus non, quidam sunt gratuiti, alij non, dominium transfertur in donatione libera sine spe retributionis, & per dationẽ qua expectatur æquale multis modis, in permutatione in qua transfertur dominium rei vtilis cũ alia re vtili, vt frumenti pro vino, vel pecuniæ aureç pro argentea; & in emptione in qua permutatur pecunia cum re vtili, & in mutuo in quo permutatur pecunia cum pecunia expectato tempore. Dominium vero non transfertur, sed tantum vsus rei, vt in commodato, quod est proprie rei quæ pęnitus nõ consumitur, vt equi, domus, libri, vel commodatio rerum mutua, ut si commodetur equus pro boue, non licet tamen commodare pecuniam, vel triticum pro equo, quia esset vsura, & idem in locatione rei immobilis vt agri certo pretio, in qua non transfertur dominium. Contractuum vero aliqui sunt gratuiti, vt depositum, promissio, donatio, mutuum, commodatum; alij in quibus aliquid aliud pro rebus datis conceditur, vt in emptione & venditione, locato

cato & conducto, & rerum permutatione.

Sextò, contractus diuiditur in nominatos, & innominatos, gl. in l. iuris gentium. ff. de pact. vnde si de contractibus in iure fit mentio, veniunt etiam innominati, modo iusti sint, qui quattuor sunt, do. vt des, do vt facias, facio vt des, & facio vt facias l. naturalis. §. sed si facio. ff. de præscr. verbis. si vero de ijs fiat mentio in statutis, veniunt tantum proprie dicti. arg. l. 1. §. si igitur. ff. de exerc. act. nisi dicat, omnem contractum.

4 ad Cõtractus validitatem q̃ req̃ratur. His sic distinctis. Primum sit dictũ, vt contractus legitimi sunt, oportet vt primò, personę non prohibeantur contrahere, vt minores, & huiusmodi, secundò, ne res quæ in conuentionem deuenerũt prohibitę sint in commertium deduci, vt res sacræ, vel alienæ; tertiò, oportet vt forma essentialis seruetur, vnde non valet si fiat vi, timore, vel fraude, cum consensus voluntarius esse debeat in ijs.

Secundum dictum, ad hoc vt contractus valeat, aliqua concurrere debent vlterius, primò, vt ambæ partes consentiant, secundò, vt consensus legitimus sit à iure non damnatus, tertiò, vt aliquam in contrahentibus obligationem inducat, vel in vna saltem, vt in donatione est dictum.

5 in Cõtractib. quæ sint de essentia, & quæ accidentalia. Tertium dictum, in cõtractibus quędam sunt de eorum essentia, quędam naturalia quædam accidentalia tantum: vt in emptione essentialiter aliqua adesse debent, primò, res naturalis pręsens vel futura quæ in venditionem veniat, secundò, pretium, tertiò, conuentio de contractu celebrando & pretio; Naturale in eis est vt post contractum celebratum, dominium in emptione trãseat in emptorem, cum omni commodo & periculo, id enim naturam emptionis consequitur. l. 1. C. de peric. & cõm. rei vẽd. Accidentale in emptione est appositio pacti quod extra rei naturam veniat, vt quod emẽs reuendere rem teneatur. Ex his primæ qualitates in omnibus contractibus concurrunt, tertia variationẽ patitur, & ad cognoscẽdum an circumstantia adiecta reddat contractum licitum vel non, hęc regula est tenenda, quod si pactum adiectum mutat contractum licitum vnius speciei in illicitum alterius, prædictum pactum inualidũ erit, vt si quis mutuet pecuniam ea conditione adiecta, vt accipiens fructum sibi pecuniæ reddat, id enim vsura existit. Si vero pactum per mutetur contractus secundum qualitatem tantum, si ex bono reddit prauum, illicitum erit, secus econtra, si ex vsurario iustum reddat.

Quartum dictum, quattuor modis contractus fieri possunt re, verbis, literis, & consensu. Inst. de oblig. in fi. 6 Contractus quibus modis fieri possint.

Quintum dictum, contractus vim accipiunt nedum à l. sed etiam à pactis cõtrahẽtium. c. contractus. de reg. iu. in 6. vt in deposito potest conueniri, vt accipiens teneatur etiam de leui, & leuissima culpa, cum tamẽ regulariter teneatur tantum de dolo & lata culpa. cap. 2. extra de deposito, non valet tamen pactum appositum si sit contra bonos mores, vt si in deposito conueniatur, vt non præstetur dolus. l. contractus. ff. depos. 7 Contractus vnde vim accipiant.

Sextum dictum, cõtractus intelliguntur geri secundum consuetudinem loci. Abb. in c. cum M. de const. Bart. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis stip. & in eis verba accipiuntur contra propriã significationem, vt naturæ contractus qui geritur, accommodentur. glo. in l. si vno anno. ff. de trans. l. non videtur. ff. de re ind. 8 Contractus qualiter intelligantur.

Septimum dictum, contractus collatus in arbitrium alterius, si sit persona incerta non valet. l. merces ff. loc. nisi dicatur in arbitrium boni viri, quia id de iudice intelligitur. l. vir bonus. ff. de iudic. si vero persona sit certa, valet, vel si substantialia contractus, vt pretium in eius arbitrium conferatur, vel accidentalia, si is velit arbitrari. not. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. l. si libertus. ff. de op. lib. vt & substantiale hæreditatis potest conferri in arbitrium hęredis. l. si sic. ff. de leg. 1. Si vero non vult, vel non potest arbitrari, non valebit. § pretium. Inst. de empt. & si interim vnus ex contrahentibus moritur, si arbitrium alicui sit commissum super contractu perficiendo non poterit arbitrari, si vero 9 Contractus an possit conferri in voluntatem alterius.

super

super perfecto durat eius arbitrium, Bar. in d. l. si quis arbitratu.

10 Octauum dictum, contractus ratione personæ contrahentis redditur nullus in pluribus casibus, vel ratione ętatis, morbi, cōditionis & delicti, sic tñ vt oēs sint idonei ad contrahendum nisi specialiter prohibeantur, prohibentur vero ratione ętatis minoris, primo, infantes qui nec naturaliter nec ciuiliter obligantur l. pupillus ff. de act. si vero est maior infante potest contrahēdo alium sibi obligare etiam sine tutoris authoritate l. ser uum pupilli ff. §. 1. Inst. de auth. tut. si vero contrahit se alij obligando, si caret tutore, non potest contrahere nisi in sponsalibus, & vbi fit locupletior, qui tamē si sit ꝓximus pubertati obligatur naturaliter cum alijs contrahendo, non tñ ciuiliter l. 2. ff. de nouat. l. 1. §. furiosū, de act. si vero habet tutorem, si contrahit cum eo non obligatur ciuiliter nec naturaliter, nisi contrahat cum authoritate alterius tutoris, licet si decipiatur possit petere restitutionem, si vero cōtrahit cum alio authoritate tutoris obligatur ciuiliter & naturaliter, licet si decipitur restitui possit §. 1. de auth. tut. Si vero sit pubes, contrahere potest l. puberes de verbor. oblig. sed si decipitur ei subuenitur l. nō omnis l. quod si minor l. verum ff. de minoribus & etiā tenetur de contractu facto à suo praecessore, si is tenebatur, & de contractu facto à quondā pręcessore suo, & si cōtraxit tutor super rebus q̄ seruādo seruari nō possunt, qui nec restituitur tūc nisi lędatur vltra dimidium iusti pretij, vel nisi tutor dolū adhibeat etiam modicum, si vero tutor contraxit super his quę seruari possunt, tenet contractus si interuenit causa legitima & iudicis decretum, de damno tū etiā modico restituitur, si vero aliquid eorum defuit, nō tenetur. Quod si pubes ea gessit, si habet curatorem, non obligatur sine eius authoritate, si eo caret obligatur naturaliter & ciuiliter, si tamē est deceptus etiam infra dimidiam iusti pretij, modo non sit ita paruum, ꝙ praeiudicet maiori summae, potest petere restitutionē in integrum toto tpe minoris ętatis, de his quae amisit, vel nō acquisiuit, & ea finita post quadriennium, modo se probet minorem fuisse & deceptum, nisi in quibusdā casibus in quibus minor contrahens non restituitur etiā si probet se deceptum, primo, si se vendidit ad pretium participandum, secundo, si maiori summae praeiudicium inferatur, & deceptio sit modica, tertio, si vsus est iure cōmuni, vt quia adijt locupletem hęreditatem, vel seruum necessarium emit, quae interierint, quarto, si dolum in contractu cōmisit, quinto, si iurauit se non venturum contra contractum corporaliter tactis scripturis, si maiorem se iurauit tactis scripturis, non restituitur, sunt & alij quorum contractus non valet, quia sub aliena sint potestate, vt filiusfamilias, & seruus, filius enim si cōtrahat cū patre vel auo in quorum est potestate, nō valet, nisi de peculio castrēsi, vel quasi in quo est vt paterfamilias, & ideo de eo cum alijs etiā potest contrahere, non potest tamen obligare rem patris sine eius cōsensu, qui nec tenetur de mutuo, nisi mutuum sit fictum, cum tñ sit emptio, vel si filius mendaciter se patremfamiliam dicit, vel talis publice habebatur, vel si pupillus sine authoritate tutoris, vel pubes sine authoritate curatoris, filiofamilias mutuauit: vel si mutuū est versum in rem patris, vt quia inde sororem dotauit, quia tunc pater tenetur, vel si pro necessitate, vel causa rationabili, vt in studio mutuū accepit, vel si pater consensit, vel pręsens non contradixit, vel si mutuum accepit vt se liberaret ab aliquo creditore qui eum vexabat, vel si mutuo accepit non pecuniam, sed triticum, & vinum, nisi fraus adhibita sit, sic etiam tenetur si habet peculium castrense, vel quasi vsq; ad eius summam, vel si mutuauit minor filiofamilias minori, repetere non potest l. si minor. 25. an. filiofam. ff. de min. qui tñ ex mutuo obligātur in conscientia si sint doli capaces, vt d. Abb. in c. quia plerique de imm. eccl. & in ciuili res minorū non pñt ab ijs distrahi sine solemnitate. C. de praed. min. sine decr. non alien. & ff. de bonis eorum qui sub tut. quod in Italia maxime seruatur etiam si contractus sint iurati. vt d. Abb. q. 2. incip. statuto condito, seruus &

Contrahere qui possint, vel non.

suo nomine non obligatur ex cōtractu, l. obligati de act. l. in persona, de reg. iu. nec cum domino l. interpositas §. fin. C. de trans. pro dominis tamē eis acquirendo agere potest l. sin autem l. si debitor. ff. de pact. ex delictis tamen obligatur, vt ex contractibus naturaliter l. serui, §. 1. l. seruus 1. de act.

Furiosus etiam tempore furoris contrahere nō potest, si vero habeat lucida interualla, tunc contractus actus tenet l. in negotijs, de reg. iu. l. 1. §. furiosum, de act. Mutus quoq; est incapax contractuum qui voce aguntur, secus eorum qui sine voce perficiuntur l. vbi nō voce, de reg. iu. l. in quibuscunq; de act. cum & nutu possint contrahi, l. obligamur, §. fi. de act. l. si stipuler. §. fi. de verb. obligat. Surdus etiam eos contractus agere potest qui non egent auditu, alias secus l. 1. §. fi. l. in quibuscūq; de act. prodigus etiam quibus bonorū administratio interdicitur contrahere non potest alienādo res suas l. is cui bonis ff. de verb. obligatio. contractus tamen in eius vtilitatem factus non improbatur ex Constit. Leonis Cæsaris. Mulier etiam licet regulariter possit contrahere, non tamen tenetur ex Sen. Con. Velleiano, si alteri res suas obliget, vel pro alio fideiubeat ff. ad Velleie. per tot. nisi fideiubeat pro pecunia data pro pretio manumissionis serui domino eius, secundo, si intercessit pro dote alterius mulieris, tertio, si certior facta de beneficio Velleiani ei renūtiet specialiter, quarto, si pro fideiussione accepit pretiū, vel aliquid loco eius, quinto, si voluerit decipere creditorem sciens se tutā dicto beneficio, eo id ignorante, sexto, si pignus dedit pro alio vel fideiussorem, & post biennium ad idem se obligauit, septimo, si res sit propria eius, octauo, si succedit ei qui soluere debet: his enim casibus tenetur, quæ tñ nō potest pro viro fideiubere ēt si renuntiet Velleiano, cum sit donet viro q sibi prohibetur potest & homo contractus prohibere, vt si ad id procuratorē cōstituit, & re integra non reuocet l. vero §. sed & si quis mandauerit ff. de solut. Ratione etiam officij quidam prohibentur contrahere vt qui sunt in prouincia cū subditis l. 1. C. de cōtr. Iud. l. q. officij de cōtr. empt. nec olim licuit cum ijs matrimoniū contrahere l. 1. C. si quacunq; præditus, & c. iure tñ canonico crederē id non prohiberi, ar. c. gēma, de spons. maxime, si alicui fidem dedit, vel aliquā corrupit ar. c. 1. de adult. coniuges ēt vetantur sibi donare, l. donationes, C. de don. int. l. 1. 2. 9. ff. eo. & cōtractus inter p̄rēm & filiū in potestate, vetantē d. l. donationes, vt & cōtractus vi, fraude, vel per errorē facti l. mecum §. sed quod ff. de eo quod met. causa l. iurisgentium ff. de pact. l. si cū re. eo. l. fi. ff. de cōst. pec. sic reuocātur cōtractus inconsulti, immensę donationes, immensæ dotes, vel si obligationes fiant sine causa, l. si vnquàm, C. de reu. don. l. 1. l. si filius, C. de inoff. don. l. 1. C. de inoff. dot. d. l. iurisgentiū, §. sed cū nulla, & qui promisit sine causa, condicere potest l. 1. ff. de cond. sine causa, vel si causa falsa adijcitur irritatur cōtractus, vel si datur ob causam & causa non sortitur effectum l. cum ancillam, C. de cond. ob causam l. 2. §. fi. ff. de don. vnde causę sūt exprimēdæ in negotijs, vt in donationibus remunerationis affectionis, l. donari de reg. iur. nisi contractus habeant causam manifestam, vt emptio, locatio &c.

11 Ratione ēt rerum q̄ in contractū venire non possunt, ipsi contractus vitiantur, regulariter tñ oēs res possunt venire in cōtractus nisi speciali lege prohibeātur l. dādū, C. de cōtr. empt. l. in re C. de mandati. Impeditur vero natura q̄dā res, q̄dā lege q̄dā ab hoīe. Natura, vt res q̄ in rerū natura nō sunt, nec esse possunt, vt chimera l. ea quę ff. de reg. iu. l. inter stipulātē, §. pen. de verb. oblig. vt nec valet conuentio, vt quod factum est infectum sit l. verū est de reg. iu. l. in bello §. factū ff. de capt. vt nec quis ius sanguinis pōt reijcere, cum sit naturale, l. ius aūt agnationis ff. de pact. §. sed naturalia. Inst. de iu. nat. vt & si domus vendatur quæ nō est vel sit consumpta, l. domus ff. de contrah. empt. vel equus mortuus, nisi mora p̄cesserit, q̄ fuerit causa interitus, l. mora de vsur. sic enim æstimatio debetur, l. si seruus, §. nūc videamus, & §. sequitur de verb. oblig. l. si stipuler eo. Valet tñ promissio q̄ in cōmertio nō est promittētis sed

In Contractu q̄ res cadere nō possunt:

sed alterius, modo eius cōmertium habere possit l. multum interest. de verbo. oblig. possunt tamen in contractū deduci res quę futurę sperantur vt fructus futuri, vel partus, lege prohibetur contractus qui lędunt ius publicum, vt q vectigalia nō soluātur, licet in hoc vna pars aliam possit subleuare, tamensi possidēs semper conueniatur l. inter debitorem ff. de pact. l. omnes. C. sine censu. l. ius publicum ff. de pact. l. epistola §. pactum. eo. Sic etiam lex vetat conuentiones turpes, vel de rebus turpibus l. si vnus §. pacta. eo. c. fi. extra. eod. vel quæ sunt contra bonos mores, & leges l. iurisgētium §. prætor ait l. contra iuris ciuilis ff. de pact. l. pacta quæ contra C. eod. vt de futura successione, l. fi. C. de pact. de monopolijs, l. vn. C. de monop. de ducenda in vxorem sorore l. si stipuler, de verbor. obligat. vel si res sacræ sunt, vel religiosæ, aut nullius l. inter stipulantem §. sacram. de verbor. obligat. c. si quis de rebus eccl. non al. l. sancimus. C. de sacr. eccl. l. quod in nullius de reg. iu. sic q natura vel ius gentium, vel ciuitates commertio exemerunt, non possunt in contractum deduci, licet accedat iuramentū l. si in emptione §. omniū ff. de contrah. empt. l. non dubiū C. de legib. l. iurisgentium §. pen. ff. de pact. vt nec si sint cōtra pietatem & bonos mores l. filius qui in potestate ff. de cond. instit. vt nec possunt res in cōmertium deduci inuitis dn̄is l. rē alienā ff. de contrah. empt. nisi vbi lex id permittit, vt q eorū res vendi possint vt creditoribus satisfiat, seruatis quibusdā solēnitatib. l. fi. C. de iu. dom. impetr. §. contra Inst. quib. alienare licet vel nō, vel nisi sit procurator, curator, tutor, iudex, princeps, l. rescriptum cum seq. de pact. §. fi. de off. iud. l. bene à Zenone, C. de quadr. pscr. l. lucius de euict. sic prohibentur alienari res minoris nisi interueniat authoritas tutoris, vel curatoris, decretum iudicis, vel debitum vrgens, aut alia necessitas, nisi testator iusserit id alienari, vel nisi princeps id concedat, quę intelliguntur de rebus quæ seruādo seruari possunt quæ enim seruari non possunt, à tutorib. sine decreto vēdi possunt. Similiter prohibetur filiofamilias alienare res patris sine eius consensu, & patri alienare bona aduentitia filij, q & filio vetatur licet proprietas sit eius vsus vero patris, nisi debitum filij vrgeat, quia tunc pater potest id alienare non potest vero filius alienare peculium profectitium, cum totum sit patris, de Castrensi vero vel quasi sic, etiam cum patre contrahēdo, quia in eo habetur vt paterfamilias, lex etiam vetat alienari fundum dotalem inęstimatum datum in dotem, si enim sit ęstimatus non dicitur dotalis, sed emptitius, vnde ad hoc quod sit fundus dotalis, oportet, vt matrimonium sit legitimum, & quod in dotem detur, & sit inestimatus, & idem est de fundo quasi dotali, in necessitate tn̄ quibusdam casibus fundus dotalis alienari permittitur, de quibus ff. de iure dotium. Vetatur etiā mancipiū Christianū alienari in Iudęum, & etseruus dum est in fuga vendi non potest, procurator tn̄ constitui potest vt eum q̄rat & vendat l. quod sępe §. Si quis amico ff. de cōtrah. empt. Sic vetatur contractus super reb. sanctis, vt muris & portis ciuitatum, sepultura, & reb. publicis, vt portub. fluminibus, vijs, foris, studijs, alias sciēs emēs pretium amittit l. 4. ff. de contrah. empt. Similiter prohibetur alienari res litigiosa, alias sic vendens tenetur fisco tantūdem dare de suo, & perdit pretium, & emens re priuatur, si scienter emit, si vero ignoranter tenetur rem dare, & pretium sibi restitui debet à venditore, potest tamen res litigiosa alienari causa dotis, donationis propter nuptias, transactionis, & diuisionis ff. & C. de litig. p tot. maxime in l. fi. C. eo. & vt de hoc distinguit Silu. verbo. lis nume. 6. 7. Non valet etiam contractus si quis rem propriā pure stipuletur, vel emat, & si sciebat esse suam amittit pretium, quia censetur donare, si vero ignorabat esse suā, quia est institutus hæres, & tunc habebit pretium, & idem si res sit communis duobus, l. cum res. C. de contrah. empt. valet autem sieam emit sub conditione cum desinet esse sua, vel ratione possessionis, quæ sibi deerat, vel alterius rei quæ deficiebat. Ab homine etiam potest res qualitatem accipere ne alienentur,

vel ex contractu, si ita pacifcantur, ne res vendita alienetur modo interfit sic fieri, alias sine causa non valet tale pactum l. ea lege C. de condict. ob causam l. fin. C. de pact. int. empt. l. penult. ff. de pact. l. penult. C. de contr. empt. vt & ne pignus vendatur l. si debitor §. fin. ff. de distr. pign. In vltimis etiam voluntatibus res prohibentur alienari simpliciter, vel extra familiam l. cum pater §. libertis ff. de leg. 1. l. volūtas, C. de fideicomm. vel si aliquis substituitur in hæreditate, tunc enim alienari non potest nisi de consensu vocati, nisi casibus iure permissis, auth. res quę, C. cōm. de leg. l. quoties, 1. C. de fideicomm. quæ tamē prohibitio alienādi in testamento facta non valet, nisi iusta causa adsit, l. filiusfamilias §. diui verus ff. de leg. 1. Similiter vetatur res alienari, vbi error in eius corpore concurrit l. si sterilis §. quàmuis, de act. l. cum ab eo. §. fi. de contrah. empt. l. 4. ff. de leg. 1. & huiusmodi.

12 Contractus liberi esse debēt, alias non tenēt & qūo.

Nonum dictum, voluntas libera contrahentium requiritur, vt contractus valeant, l. multum interest, C. si quis alteri vel sibi, & q possint cōtrahere l. filius q ff. de cond. instit. vnde conuentiones vi vel metu factę nullę sunt l. 1. l. si mulier §. si dos ff. quod met. causa, l. interpositas C. de trans. & sic contrahens in integrū restituitur l. metum §. sed quod prætor ait, & §. ex hoc edicto ff. quod met. causa l. qui casu ff. ad l. Iul. de vi publ. Vis est quæ habet necessitatem ab extrinseco illatam l. 1. 2. quod met. causa, metus vero instantis periculi trepidatio, quod de mēte virum cōstantem possit depellere l. 1. l. metum accipiendum l. metum autem cum seq. eo. quod met. causa, ętas etiam fragilis, vel sexus in aliquibus vt supra, obstat contractib. l. 1. de min. 25. annis, liberę etiam voluntati obstat ignorantia, vel error l. si mulier §. pen. de eo. qd. met. causa l. cū proponas, C. de hęr. inst. l. nō videtur ff. de liberali causa l. si per errorem, ff. de iur. omn. iud. l. si procurator ff. de acq. rer. l. nō oīs; de reb. dub. est vero error vnū pro alio putare, Azo. in summa de iur. & facti ign. maxime si error cadat in corpore, vel substantialibus conuentionis de qua agitur, l. in venditionibus de contr. empt. obstat & contractibus dolus, sic enim volūtas dicitur fascinata, vnde si dolus dat causam contractui bonæ fidei, corruit ipso iure, si vero stricti iuris exceptione de dolo rescinditur l. eleganter de dolo l. iurisgentium §. dolo malo, de pact. quod intelligitur respectu dolum passi, non autem ingerentis, cū sic alleget suam turpitudinē qui repellitur, l. si posteaq̄ C. de pact. l. cū profitearis, C. de reuoc. don. l. filios, C. de reuoc. his quæ in fraudē cred. cum bona fides in contractibus requiratur l. bona fides ff. depos. l. bonam fidē, C. de act. Requiritur etiam q is qui cōtrahit possit idest legibus non prohibeatur, vel res de qua agitur l. legitima de pact. l. sancimus, C. de agric. & censit. lib. 11.

Decimum dictum, contractus à principio sunt voluntarij, post vero inducūt necessitatem l. incommodato, §. sicut ff. cōm. l. sicut, C. de act. cū fides & placita sint seruanda, l. sed addes, §. fi. ff. loc. l. nō minorē, C. de trans. quod & Plut. asserit in vita Solonis, & Isocr. orat. 1. & Cic. 2. de inuēt. Vnde prisci fidei templū dicabant, quo hoīes discerent fidem seruādā teste Dion. Halic. li. 2. fidē enim violare nefarium est, & is dicitur oppugnator cōis psidij, vt ait, Cic. orat. pro Q. Rabirio, & pro Sexto Roscio, & inde Arist. 6 Polit. c. 2. d. curam esse debere magistratibus de contractibus priuatis, & Plato, idem asserit, lib. 11. de legibus, vnde qui promittunt, dicuntur debitores, quibus fides datur creditores, l. debitores, de verb. sign. l. creditores, eo, modo fides sit bona, cum in malis sit rescindenda, cap. in malis, 32. q. 4. l. bona fides ff. depos.

13 Contractus post facti sūt necessarij

SVMMARIVM.

1 Obligatio quid sit.
2 Obligatio quotuplex sit, cum eius explicatione, & vt contrahatur.
3 Obligationis natura quę sit, & vt intelligatur.

De Obligationibus. Cap. XXVII.

CVm ex conuentionibus legitimis oriatur obligatio. l. 2. ff. mand. & ex ijs oriatur ius ad rem, Bal. in l. error. ff. ad. 1 Obligatio qd sit.

ff. ad l. Falcid. ideo de obligatione est dicendum, quæ est iuris vinculum quo necessitate astringimur ad aliquid dādum vel faciendum iuxta ciuitatis Romanæ iura §. 1. Instit. de oblig. vel patiendum, l. 1. de pact.

2 Obligatio quotuplex sit, cū eorum explicatione & vt cōtrahac. Triplex est autem obligatio, alia naturalis tantum, alia ciuilis tantū alia naturalis, & ciuilis simul, naturalis est quę naturalem in se continet ęquitatem contracta per vinculum naturale, idest consensum, & potest fieri inter homines omnes capaces rationis, quia omnis ꝓmissio non iniqua habet naturale vinculum, vt promissum exoluatur. l. non minorem. C. de transf. vt ex beneficio oritur naturalis obligatio ad antidoron. l. sed & si lege. §. consuluit. de pet. hær. quæ & sine pacto expresso oritur, alia naturalis oritur ex promissione & fide pręstita, cū conueniat placita seruari. l. 1. de pact. l. fratris. l. non minorem. C. de transf. lex tamē ciuilis his obligationib. auxilium, vel actionem non pręstat, licet non impediat quin oriantur. l. frater à fratre. de cohd. indeb. hoc pacto serui ex cōtractu naturaliter obligantur, & alios sibi obligant, non tamen iure ciuili, nisi quibusdam casib. l. serui. vbi gl. de act. & ius diuinū fouet has obligationes naturales, mandans pacta seruari. Rom. 1. & ea nō seruantes etiam nuda pacta mortaliter peccant capit. 1. vbi doct. de pact. & iure pontificio etiam in nudo pacto datur actio. d. c. 1. vbi gl. cui in conscientia est standum, vt ibi not. & etiam in curijs ex bono & ęquo hodie mos est cogere vt pacta etiam nuda seruentur. cum & nudus consensus sufficiat obligare. l. obligamur. §. pen. ff. de act. quæ obligationes naturales contraria ęquitatis solutione tolluntur. l. Stichum. §. naturalis. de solu. & per actum contrarium, s. per consensum mutuū, & hac obligatione sola obligatur pupillus proximus pubertati sine tutore, nō factus etiam locupletior, nisi dolus adsit, & seruus cuilibet personę, & pater pro filio in eius potestate existēte, & filius patri, licet lex non det in huiusmodi actionem regulariter. Abb. in cap. quia plerique de imm. eccl.

Ciuilis tantum obligatio est quæ iure ciuili tantum habet vim pręter naturalem ęquitatē, vt cum quis sub spe futurę numerationis confirmat se recepisse, quod non recepit in instrumento, cui datur actio iure ciuili, l. in contractib. C. de non num. pec. quæ tamen in cōscientia nō obligat. Abb. in c. quia plerique de imm. eccl. & alijs iure ciuili introductis §. omnium Inst. de oblig. vt l. Aquilię, de pauperie, pęnę furti, §. 1. Inst. ad l. Aquil. l. 1. ff. si quadr. paup. §. sunt autem Instit. de nox. act. quæ in conscientia non obligant nisi adsit culpa, in prioribus casib. & post sniam in pœna. Ciuilis & naturalis est in qua cōcurrūt vinculū ciuile, & ęqtas naturalis, vt in oīb. fori contractib. euenit. l. iurisgentiū ff. de pact. l. ex hoc iure ff. de Iust. & iu. & agi pōt in iudicio, possūt vero simul hę obligationes cōcurrere, quandoq; tamen vna alij succedit, vel tollitur vt cum reus succedit fideiussori, tollitur ciuilis obligatio, manet tamen naturalis. l. heres. §. q si hic seruus. de fideiuss. accedit etiam qñque ciuile vinculum obligationi naturali iā natę, vt si quis dederit pupillo mutuo sine tutoris authoritate ciuilis non oritur sed tantum naturalis obligatio. l. pupillus. de cōd. indeb. l. obligari. de auth. tut. sed si postea creditor pupillo succedat, adeunte eo hæreditatem in solutum retinet debitū, sic mulier quæ pro alio intercedens non obligatur ciuiliter ob beneficiū Velleiani, si succedit ei, pro quo intercessit, tenetur creditori. l. stichū aut Pamphilum. §. aditio. ff. de fideiuss. ius. n. ciuile addit firmitatem iuri naturali, vt pacta seruari opus sit vt ait Sen. lib. 3. de beneficijs.

Alię quoq; obligationes sunt ciuiles, alię prætorię, q̄ prætor ex officio inducit, §. oīum. Inst. de oblig. ff. de pręt. stip. per tot. l. obligationes. ff. de act.

Alijs præterea modis oriuntur obligationes nempe ex cōtractu, vt emptione, locatione, & c. aliæ ex quasi contractu, vt cum quis gerit negotium alterius sine mandato, tertio ex quasi maleficio, vt cū quis non dolose deliquit, sed quasi quia fuit in culpa, vt si ex domo eius est aliquid effusum, quod alteri nocuit, quarto, ex maleficio, vt ex furto, rapina,

vel iniuria alteri facta:

Contrahitur, preterea obligatio varis modis, primo re, vt in mutuo, commodato, deposito, pignore & c. secundo verbis, vt stipulando: Est aũt stipulatio verborũ conceptio quibus is qui interrogatur daturum, vel facturũ se id de quo interrogatur rñdit, vnde fieri debet pcise sine vocis suspensione, ex quo fit vt nec mutus, nec surdus, vel infans, nec absens per stipulationẽ cõtrahere possint, quia se inuicem debent audire. l. continuus. de verb. oblig. & §. mutum. Inst. de inut. stip. requiritur praeterea ad stipulationem consensus, quia si fiat verbis & nõ cõsensu nulla est l. 1. §. adeo aũt ff. de pact. nullus ẽt potest alteri stipulari, nisi sit eius filius seruus vel procurator §. si quis alij. Inst. de inut. stip. potest etiam per iudices tabelliones & executores alteri acquiri l. eũ pro quo ff. de in ius voc. si tamen quis promittat Titio se daturum Seio centũ, tenetur iure canonico maxime si iurat. ca. quouis 1. q. 7. quod si quis promittat factũ alienum, tenetur tantum operari, vt is id faciat l. in illa stipulatione l. stipulatio illa ff. de verb. oblig. secus si promisit aliũ daturum, vt ibi not. tũc enim tenetur, sic non valet legatũ vel stipulatio fundi in genere nullo fundo demonstrato, l. cum post diuortiũ §. gener à socero de iu. dot. vtnce si stipulet' fieri insulã, & non adijciat locum, stipulatio valet l. 2. §. si quis insulam ff. de eo quod certo loco, nisi dicatur vbi voluero, sic si promittitur incertum re sed certum genere, vt si dicatur benefaciam tui gratia, tunc non potest peti salarium à procuratore, sed bene ab aduocato iuxta modũ suae facundiae l. 1. §. in honorarijs ff. de varijs & extr. cogn. quod si promittitur certum re & genere, vt equus, agi potest l. 1. in fi. C. mand. Sic si quis promittit rem dari, & vacuam possessionem fructus veniunt, secus si tantum rem dari. l. si stipulatus in princip. ff. de vsur. sic si quis promittit intra certos dies sistere iudicio nõ cõputatur dies promissionis, nec dies sistendi inter illos dies l. 11 in princ. ff. si quis caut. Similiter si quis stipulatus sit aliquid dari Calendis Ianuarij, intelligitur de illis Calendis de quibus partes conuenerunt, quod si non apparet, de primis, si in die Calendarum promittitur, vt supra, intelligitur de illis anni sequentis l. cum qui Calendis ff. de verb. oblig. ad hoc vero vt stipulatio valeat, actus stipulantis & promittentis debet esse continuus, si enim ad alia diuertant, licet eadem die, non valet d. l. continuus, vbi vero dies non apponitur stipulationi praesenti die debet l. in omnibus ff. de reg. iu. Sic si quis promittit faciam hoc cum commodum erit, intelligitur cum potero sine meo incommodo l. nepos ff. de verb. sig. omnis vero stipulatio, vel fit pure, vt cũ pmittũtur decẽ solidi, & statim potest peti, aut in diem, & tũc statim debetur, sed ante aduentũ diei peti nõ potest, nec etiam die qua debetur, vel sub cõditione, & tunc licet sic stipulatus ante cõditionẽ decesserit, existente cõditione heres agere, & cõueniri potest §. omnis §. cũ quis de verb. oblig. omnis enim stipulatio ad heredes, & contra heredes transmittitur l. veteris. C. de contr. & committ. stip. In stipulationem vero deduci non potest quod natura nõ cõcedit, vel lex prohibet, si phibitionis causa perpetua sit l. si stipuler. de verbo. oblig. l. nec o. tit. impossibilia tamen negatiue in stipulationem deduci possunt, vt si cęlum non tetigeris l. impossibilis l. si homo mortuus. de verb. oblig. non autẽ statim matiuẽ concipiatur. Tacite etiam quãq; stipulatio censetur interuenisse, vt in datione dotis de ea restituenda l. vn. C. de rei vx. act. in causa fideiussorum & tutorum qui in acta sua nomina redigi passi sunt l. cum ostendimus §. 1. de fideiuss. tut. & quod bona arrogati post mortem restituãtur l. non enim l. his verbis de adopt. vel si quis literis se praestaturum cauerit l. optimam. C. de cõtrah. & si quis stipuletur sibi cũ morietur sibi & heredi stipulari censetur l. 4. l. fi. C. de cõtr. & comm. stip. & si pater filio in potestate stipuletur sibi stipulari videtur l. 2. C. eo. & si qs sibi & absenti stipuletur pro parte absentis non valet pro parte sua sic, & in toto nisi sua interfit, vt si pecuniã suam crediderit l. si mihi & tibi l. cũ qui ita, de verb. oblig. l. inter §. alterum eo. l. 3. C. de contr. stip. l. fi. C. de inut.

stip. cætera videnda apud iuristas, tertiò modo obligatio litteris inducitur, vt cum quis fatetur se recepisse certam pecuniam, si enim eam non accepit, & intra biennium tacuit, non potest amplius petere §. 1. Inst. de litt. obligat. in foro tñ conscientiæ secus est. Abb. in c. quia pleriq; de imm. eccl. in foro tñ exteriori inde oritur obligatio etiam si causa debiti ignoretur, modo propria scriptura cõtra scribentem producatur. l. instrumenta, & l. exemplo ff. de probat. l. ratione, C. eod. & eo magis si publica authoritate fiat à tabellione l. optimam, C. de contr. stip. l. cum precibus, C. de probat. vel si fiat ab eis qui eadem fide vtuntur & inter eos, vt sunt probi mercatores, q quasi publicum gerũt officium. Bal. in l. quædam §. nummularios ff. de edẽdo, vel ab argentarijs l. si quis ex argentarijs §. rationes, eo. de edendo. Excipiuntur tñ scripturæ aliæ quæ aliam causam habent q̃ mutui, quæ si ab ijs qui obligati dicuntur approbentur, statim obligant biẽnio non expectato l. in contractibus l. generaliter, C de non nume. pec. l. aduersus, §. fi. C. eod. potest tamen cõtra ea per euidentia argumenta probatio fieri l. generaliter, C. de non num. pec. nec in literarũ obligatione requiritur certa forma, sed sufficiunt singrapha mutui recepti, l. 1. C. de non num. pec. qui tñ intra biennium potest excipere se nil recepisse, §. 1. de lit. oblig. l. in contractibus, C. de nõ num. pec. & et post ex equitate canonica, si nil recepit, vt d. Dinus, in c. locupletari de reg. iu. in 6. quod verum est si generaliter dicat se recepisse, si enim diceret se tunc recepisse non audiretur post bienniũ. Bal. Salic. & Castr. in d. l. in contractib. C. de non num. pec. glo. in l. si ex cautione, C. de non num. pec. Nouo vero iure chirographa non probant mutuum supra libram auri nisi adhibeantur tres testes, & si fiat in ciuitate ab imperito literarum, quinque l. super chirographarijs l. fi. C. si cert. pet. auth. sed nouo iure eo. tit. §. oportet auth. de Instr. fide, in minoribus vero summis fateri scriptura, & si debitor neget debitum, deuenietur ad comparationem literarum in præiudicium scribentis l. scripturas, & auth. si quis vult, C. qui potest in pign. & si neget debitum, & conuenìatur condemnatur in duplum. Alex. in l. 2. de iurisd. omnium iud. l. vn. C. vbi conuen. qui certo loco dare prom. nouella 12. §. fi. nũ vero l. 4. C. de non num. pecun. necdum agitur potest excipi de incompetentia fori ob periculum moræ. Alex. loco cit. Et nedum debitor cogitur agnoscere, vel negare proprium chirographum, sed & eius hæres, & vxor viri, & successor in beneficio prædecessoris. Gallus aresto. 157. 171. & qui excipit de non numerata pecunia, debet id probare vel ob eius absentiam, vel aliter l. 1. & fin. C. de dote cauta non num. in dote vero etiam vltra biennium excipi potest auth. quod locum, C. de dot. cauta & Nou. 100. nisi cõfessio sit geminata, vt ibi habetur, nec is qui se constituit debitorem in locum alterius obijcit hanc exceptionem l. frustra. C. de non num. pec. licet hæc exceptio quæ competit reo competat & fideiussori si reo debendi numerata non sit l. tam mandatori, C. eod. nec in deposito opponitur hæc exceptio, nec publicus officialis opponere potest se non recepisse publicas functiones, d. l. in contractibus, nec quando procurator fisci, dise recepisse pretia venditarum rerum l. omnes §. fin. C. de quadr. præscript. vt & cessat in causa transactionis l. si transactionis, C. de non numer. pecun. vt nec si quis soluit partem pecuniæ quam dicit numeratam esse l. 4. C. eo. & creditor vsque ad triginta annos potest probare pecuniam non esse numeratam, l. asseueratio. C. eo. & petens probare debet numerationem l. 1. & 3. eod. postea non statur eius iuramento d. l. in contractib. §. super veteris, & §. illo, & cautum est vt notæ summarum extendantur in chirographis, & non fiant abbreuiaturæ ex const. 2. Basilij.

Litteris etiam inducitur obligatio vbicunque scriptura requiritur in rebus gestis, quæ regulariter non requiritur nisi vbi iure exprimitur, vt in electionibus testamentis, & huiusmodi Abb. in capit. quia propter de elect. in cap. pactum de verb. sign. in c. 1. de his quæ fiunt à prel. de quo alibi.

Consensu porro contrahitur obligatio, vt in societate, mandato, emptione, venditione, locatione, quia in his non requiritur scriptura, nec præsentia, sed sat est eos qui contrahunt consentire per se, nuntium, vel epistolam, Instit. quibus modis contrahitur oblig. in prin.

Aliæ præterea obligationes diem habent modum, conditionem, vel accessionem, l. obligationum, de. act. vel pure fiunt, aliæ descendunt à contractibus nominatis, aliæ ab innominatis, l. iurisgentium de pact. l. naturalis ff. de præscr. verb.

3 Obligationis natura quæ sit, & vt intelligatur. Ea vero est natura obligationum, vt in generali obligatione non veniant ea quę in specie quis non fuisset promissurus. Bar. in l. 1. C. quę res pign. oblig. nō possunt, Vt & obligatio non oriatur etiā vbi turpitudo versatur tantum ex parte eam recipientis, vt d. Abb. in cap. debitores, de iureiu. Bart. in l. cum lex ff. de fideiuss. cum ibi non oriatur obligatio etiā naturalis, si tamen adsit iuramētum, cū fiat Deo, qui turpiter non accipitur, est seruandum, sed repetēdum post datum, vt ibi. d. Abb. in iurante soluere vsuras. Siluest. obligatio, q. 4. qui & d. qōne. 5. quod si administratores non habent expressum mādatum ad pœnam apponendam, possunt nihilominus pœnam apponere pro obseruatione promissi ex Abb. in c. 2. de pręscr. modo contractus teneat nec sit cōtra ius, secus si præter ius quia tunc tenet pęnę appositio, nec tenet si pęna sit pręter naturam contractus, secus si apponatur ob eius obseruationem, qui & q. 6. d. patrem teneri ex cōtractu filij, quatenus est versum in eius vtilitatē, vt se vestiendo iuxta eius statum, l. 3. §. labeo, de in rem verso, secus si male expendit, & etiam tenetur pater si habet peculium filij, deducto tamen eo q ipse pater habere debet in dicto peculio, & mercatores tenentur ex gestis per eorum institores nomine ipsorū ff. de instit. per tot. & idē in exercitore nauis, l. 1. de ex. act. & similiter is pro quo quis agit negotia vtiliter, ei obligatur l. cum pecuniam de neg. gest. Quod si quis obligatus sit legere duobus annis, & ex aliqua causa impeditur, & id omisit, nō tenetur legere duobus alijs sequentib. Abb. in c. significauerūt, de iudic. Bar. in l. & ideo, de verb. oblig. si tamen quis tenetur ad factum quod non diuersificatur in tempore, tenetur ad illud, vt ibi not.

Vbi vero quis obligatur, si dies est apposita obligationi, si sunt eiusdem fori actor & reus, etiam sine interpellatione tenetur reus adire domum actoris l. magnam, C. de contr. stip. c. potuit, de loc. si vero sunt diuersi fori, sat est quod reus dicat se paratum soluere domi suæ si est qui recipiat. Bar. in l. item nulla, de constitut. pec. nisi aliud conuenerint, sed si dies non est apposita, requiritur monitio, l. si ex legati, ff. de verborum obligatio.

Quod si terminus apponitur obligationi, si apponitur ad sollicitandum obligationis implementum, vt si quis infra annum promittat aliquam ducere in vxorem, adueniente termino vel lapso, non tollitur obligatio. Abb. in cap. sicut ex literis, de spons. si vero apponitur ad terminandam obligationem lapsus termini liberat, si per promissorem nō steterit quin in termino adimpleat, vt si conuentum sit inire certa die tractatum de sponsalibus, eo enim transacto, non tenentur. Abb. ibi & vbi obligatio est extincta, non reuiuiscit l. cum ex causa. C. de remiss. pign.

SVMMARIVM.

1 Mora quid sit, & cuius, & vt inquiratur.
2 Mora quotuplex.
3 Mora an noceat sine culpa.
4 Moræ effectus quis.
5 Mora an purgetur, & quomodo.
6 Culpa quid sit.
7 Culpa quotuplex cum eius rei expositione, & quibus casibus quælibet incurratur.
8 Culpæ effectus quis.
9 Dolus quid sit & quotuplex.
10 Dolus qualiter ęstimetur.
11 Doli mala.
12 Dolus non pręsumitur nisi certis casibus.

13 Doli

De mora, culpa, dolo, vi, metu, negligentia, casibus fortuitis, & interesse.
Cap. XXVIII.

CVm in contractibus sæpenumero in considerationem cadant mora, & alia in rubrica enumerata, ideò de eis aliqua sunt dicenda.

1 A primò autem incipiendo. Mora est dilatio temporis debiti soluendi, vel recipiendi cum culpa. l. quod debetur. ff. de peculio: & ita mora est creditoris, & debitoris. l. illud. de peric. & comm. rei vend. creditoris cum nō recipit debitū, debitoris cum non soluit. l. acceptam. C. de vsur. Dicitur autē debitor esse in mora, si statim cum scit vel potest intelligere se debere rem stantem; non soluit vel non præstat, vel occidit. l. quod te. si cer. petat. l. fundum. ff. de nouat. Dicitur, rē stantem, quia si ante morā perierit, non tenetur. l. si homo mortuus. ff. de verbo. oblig. Potest verò id scire debitor multipliciter: primò, si interpellatus congruo loco, & tempore, vel legitimè monitus non soluit. l. si ex legati causa. de verb. oblig. quæ interpellatio est triplex, diei, legis, & hominis. Diei, si dies sit apposita solutioni, ex se enim interpellat. l. magnam. C. de contr. & comm. stip. legis. si præstituat tempus ad quid dandum, vel faciendum, & non fiat. vt in l. fi. §. præterea. C. de iure dot. vel si constituit morā ratione rei, quę dicitur mora in rem, vel irregularis. l. fi. C. de cond. ob turp. caus. vt si non sit cui denuncietur. l. sed & si. §. 1. de vsur. vel si de ea agatur, quæ fauore minorum debitores eorū reddit in mora, ac si moniti essent. l. in minorum. C. in quib. causis in integr. restit. Similiter fur est semper in mora, & ideò semper tenetur de interitu rei. l. fi. ff. de cōdict. furt. l. subtracto. C. de furt. l. 1. §. deniq. ff. de vi & vi arm. si tamen ante interitū rei, purgauerit morā, & rem obtulerit, liberatur ab interitu. l. fi. ff. de cond. fur. & generaliter obligatus ex delicto semper est in mora. l. in re furtiua. eod.

Mora qd sit, & cui, & vt incurratur.

2 Ab homine quis moram contrahit, quando ab eo interpellatur, qui habere debet, vel dare, voce, vel alio modo, quo debitor cognoscere possit se soluere oportere. l. quod te. si cert. per. vel petitione in iudicio, vel extra proposita. l. vinum. si cert. pet. l. nemo rem suam. §. 1. de verb. oblig. vel per literas. l. paulus. §. quære. de bon. lib. modo interpellatio fiat debito loco, & tempore, aliàs non. l. mora. de vsur. & fiat personæ quę sint capaces interpellationis, pupillus enim non potest interpellari, cum nō sit capax solutionis faciendæ. l. si pupillus. de verb. obligat. l. quod si fortè. §. fin. cum l. seq. ff. de solut. & si persona non sit q̄ interpelletur sufficit pro interpellatione protestatio creditoris, q̄ non possit interpellare; & sufficit vna interpellatio legitimè facta ad moram inducendam. d. l. quod te. si cer. pet. licet possit sæpius iterari. l. si mandato. §. ille. ff. mandat.

Mora quotuplex.

Mora verò creditoris committitur cū oblatum sibi debitum loco, & tempore debito respuit, & subit periculum interitus

ritus creditor tunc. l. acceptã. C. de vsur. l. obsignatione. C. de solut. ꝙ procedit, modo res purè diei appositione sit debita, si enim dies sit apposita cum pœna, transacta die non purgatur mora per oblationem, è conuerso si qui tantum dare tenetur iuxta l. Celsus. de rec. arb. obtulit rem obsignatam creditori, qui respuit, mora debitoris purgatur per morã creditoris. l. semel mora. ff. sol. matr. modo res alij obligata non sit, & consignatio fiat in iudicio non extra, quibus seruatis vltima mora ei qui illam cõmisit, nocet; & postrema prior emendatur. l. hominem. ff. mand. l. illud. ff. de petic. & comm. rei vend. similiter in conscientia mora cõtrahitur si creditor debitum ex timore reuerentiali nõ petit, vel id ignorat. Silu. verbo, Mora. q. 1. in fi.

3 Vt verò mora vtriq; alterive noceat, oportet ꝙ sit cum culpa, & tunc dicitur delictum. glo. in l. mora. §. 1. ff. de vsur. & nocet ei cuius culpa res est deterior facta vel perijt. l. si filiusfamilias. ff. de iure dot. Vnde excusatur quis à culpa, & consequenter à mora, si res debita sit difficilis præstationis ob aliquẽ casum fortuitum. l. si vendenda. §. pen. ff. ad legem Rhod. de iactu. vel si res relicta à testatore alibi sit, nec intra tempus ab eo statutum adduci possit. l. cum seruus. de legat. 1. vel si res pereat ante moram absque dolo, vel culpa debitoris. l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. l. si ex legati causa. l. si homo. de verb. obl. l. si stichus. eo. Similiter si res non sit liquida vel debitum, mora non contrahitur. l. statu liberi. ff. de statu lib. vel si potest se tueri exceptione legitima, quæ scilicet replicatione non eliditur. c. non est. de reg. iur. in 6. vt si promissio sit facta metu, vel tẽpore furoris. Ex parte personę mora excusatur, si pupillus sine authoritate tutoris promiserit, & res promissa pereat, cũ nulla ibi esse possit petitio. l. si pupillus. de verb. obl. vel si abest quis causa Reipublicæ, vel ab hostibus captus sit. l. sed & si Reipublicæ. ff. de iniur. vel aliter iustè & necessariò abfuerit. l. nec non. l. nõ negligentibus. ff. ex quibus causis maior. vel si pupillus cui est soluẽdum, tutores nõ habeat. l. pecuniæ. §. si. de vsur. Ex parte eius, ꝙ est agendum, si negotio ꝙ gestum est, breuius tempus agendę, vel soluendæ rei quàm debeatur, adiectum sit. l. insulam. §. 1. locati. l. nõ vtiq; §. si quis ita. de eo ꝙ certo loco, & etiam excusatur quis ab interesse si nõ potuit sine sua culpa soluere, ita ꝙ sine culpa incidit in impotentiam soluendi tempore debito, secus si sua culpa incidit in talem impotentiam. Lopez de contract. lib. 2. c. 34. ver. dicimus ergo, nisi secundo casu pactum initum sit, vt si sit in mora, soluat interesse, quia sic se tñ quis seruat indemnem. Lopez ibi. ver. His, & qui tempore soluendi erat in extrema necessitate, non tenetur ad interesse, etiam si post fiat soluendo, secus ex necessitate status tantum. Lopez ibi. vel si habet iustã causam litigãdi. l. si quis solutioni. & l. sciendum. ff. de vsur. nec interim tenetur lite pendente de rei interitu. l. illud. ff. de petit. hære. nisi ante litem fuisset in mora. l. in re furtiua. l. si. ff. de cond. furt. l. fi. C. eod. Similiter probabilis ignorantia liberat à mora, si quis ignoret quid, quantum, quale, & quando sit soluendum, vt facti ignorantia maximè alieni. l. 1. 2. & 3. ff. de iuris, & facti ignor. l. qui in alterius. de reg. iur. vel si nouatio debiti est facta post moram à creditore, sic enim interitus sequens ad moram non pertinet. l. qui decem. §. si cum mihi. de solut.

Effectus porrò moræ est multiplex: primò enim si res perit post moram, debetur eius æstimatio quanti plurimi valuit post moram, nisi mora fuerit purgata, vel nisi creditor fuerit in culpa, & eius culpa perierit. l. si seruum. cum seq. de verb. oblig. vel res fuisset peritura apud creditorem, saltem in conscientia. Silu. mora. q. 4. non enim tenetur ad interitum rei, sed tantum ad interesse ob moram. Lop. de contr. lib. 2. c. 34. Secundò, ꝙ is subit pœnam conuentam, si nõ dedisset, vel non fecisset, qui est in mora. l. ita stipulatus. §. item si quis, de verb. oblig. l. si pœnam. quando dies leg. cedat. quod tamẽ intelligitur in foro conscientiæ quando quis valuit tempore debito soluere, si enim non potuit ex impotentia, si pœna est apposita ad coercendam debitoris moram, sic impotens ad eam 4

Mora an noceat sine culpa.

Morę effectus quis.

non tenetur, secus si sit apposita ratione compensandi interesse damni, vel lucri cessantis, quia sic se tantū seruat indemnem, quando tamen, vt supra, quis non fuit in absoluta impotentia, quia nec, vt supra, tenetur ad interesse etiam si post fiat potens, secus si impotentia fuit ratione status tantum, quia sic tenetur ad pœnam iuxta qualitatē interesse, si fiat potens. Lop. loco cit. ad fin. Tertiò, vt in contractibus, & negotijs bonę fidei, post moram teneatur ad vsuras morosus, vel interesse à die conuentionis, si conuenerit, aliter post moram, & ad fructus ab eo tempore. l. in bonæ fidei. C. de vsur. in contractibus verò stricti iuris veniūt fructus tantum à litis contestatione. l. quis. de vsur. l. cum fundus. si cert. pet. in foro tamen cōscientiæ tenetur etiam tunc ad interesse, quando tamen à principio id fuit conuentum, vel de eo præmonitus debitor, vel post moram contractam: vt d. Lopez de contr. lib. 1. c. 26. vel ex sua culpa eius causa extiterit, vel melius dicendum, ꝙ aut quis est debitor ex contractu oneroso, maximè die apposita, & tunc tenetur ad interesse, etiam si nō fuerit præmonitus, aut ex mutuo, & tunc non tenetur ad interesse, nisi fuerit præmonitus de eo, vel pactum initum, vel eius culpa fuit in mora, si enim ex necessitate absoluta non potuit, nō tenetur in conscientia, quod interesse lucri cessantis præsertim à principio exigi non potest, sed tantum cum euenit, & idē probabiliter etiā de interesse damni emergentis: vt d. Lopez lib. 1. de contr. c. 26. ad fi. quando tantum est in potentia occurrēdi; & similiter in re legata tenetur à die litis contestatæ, quia ante non fuit in mora, quò ad fructus futuros, quia de perceptis tenet' à die mortis testatoris. glo. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens. l. herennius. de vsur. Quartò, ꝙ moræ tempus rem æstimat. l. à Titio. de furt. l. vinum. si cert. petat. Quintò, vt datum post moram faciendi ob causam possit repeti. l. 3. §. 1. de condit. causa data. Sextò, ꝙ hæres obligatus partem relictam à patre filio soluere, ob moram damnatus, eam cum alia tertia parte præstare cogatur. l. si quis in suo. C. de inoffic. testa. & qui est morosus in reddēdo deposito, supra id duplum reddat, ratione incendij, ruinę, naufragij. l. 1. §. prętor. depos. Septimò, vt in obligationibus faciendi, post moram succedat repetitio eius, ꝙ interest. l. stipulationes non diuiduntur. §. celsus. de verb. obl. & tenetur ad interesse, damni emergētis, & lucri cessantis morosus. Silue. mora. q. 4. modo quo supra, & sic vt à principio id non exigatur, sed cum contingit.

Non purgatur verò mora commissa, vbi lex diem cum pœna imponit. Ioan. And. in c. mora. de reg. iur. in 6. nisi eadē lege caueatur, vt mora possit purgari, & pœna euitari. Silu. mora. q. 5. & si quid est promissum sub pœna, si partem ante diem quis soluerit, non tenetur ad integram pœnam. Abb. in c. suam. de pœnis. vbi & dicit, ꝙ si creditor post morā recepit integram sortem, videtur renunciasse pœnæ nisi in contrarium sit protestatur. Purgatur verò ex celeri solutione ante requisitionem factā, vel si post moram obtulit rem integram qualitate nō vitiatam. Silu. d. verbo, in fi. 5 Mora an purgetur, & quō.

Culpa est omissio diligentiæ, quàm alicui rei adhibere debemus, cū tenemur & possumus. l. magnam. de verb. sig. l. socius. ff. pro soc. vel non prouidere prouidenda. Bal. in l. solam. C. de testib. & sic committitur in omittendo, vt dolus est dolus in committendo. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. vel deuiatio à bono ꝙ per hominem diligentem poterat, & debebat præuideri. Abb. in c. vnico. de commod. vnde ꝙ casu malè contigit, culpa carere dicitur, vt si nauis naufragio perierit, dum nauigaretur tempore conuenienti, & à peritis custodiretur. l. vtique. de rei vendic. vt & qui fecit id ꝙ ab alijs fieri cōiter solet, vt si quis res pignoratas deposuit in horreis publicis, & subtractæ sint. l. pignus. C. de pig. act. vt & qui oīa fecit quæ diligentissimus fecisset. l. si merces. §. qui columnā. locat. & in summa qui reprehensione dignus non est. Bal. in l. quæ fortuitis. C. de pign. act. & adhibet diligentiam quam lex iubet, & potest. l. contractus. §. fi. l. culpa caret. de reg. iur. l. in omnibus. de nox. act. culpa verò est ex incuria facere aliud quàm oporteat, 6 Culpa q̄d sit.

porteat, vel omittere facienda, vt se immiscere alieno negotio impertinenter. l. culpa. de reg. iur. ignorare, quod omnes sciunt vel scire debent. l. latæ culpæ. de verb. sign.

7 Diuiditur autem culpa in latam leuẽ, & leuissimam, vt & cura, vel diligentia cõsideratur in iure, exacta, communis, & minor; exacta est quam prudentiores patres familias suis reb⁹ adhibere solẽt præter vulgarem modũ. §. item cui. quibus modis re contrah. oblig. Communis est, quæ communiter à diligentibus patribus familias rebus suis adhibetur. l. quod nerua. depos. & d. §. Instit. tit. Minor est, quando quis non adhibet rebus alienis eam diligentiam, quàm suis. d. l. quod nerua. Ex his, lata culpa, dicitur hæc minor diligẽtia, quæ etiam dicitur nimia negligentia circa res alienas. l. latæ. de verb. sign. & declinatio à naturali prudẽtia, vt velle nauigare tempore tempestuoso, supra modum equũ onerare, seminare temporibus incongruis, iura ignorare. Bal. in d. l. quę fortuitis. 5. col. l. de ætate. §. qui iussit. ff. de int. act. l. leges. C. de legib. quæ & dicitur maxima negligentia, & lata ac latior, & dolus p̃sumptus, quia in se contineat fraudem præsumptam, non facere quod facere quis potest & debet. d. l. quod nerua. l. si procurator. §. fi. mand. non tamen culpa huiusmodi est dolus, sed proxima dolo, quam quidam contractus tantum considerant, vt mandatum, commodatum, venditio, pignus, locatum, dotis datio, tutelæ, negotia gesta, alij dolum tãtum respiciunt, vt depositum, præcarium, nisi aliud sit cõuentum, vt teneatur etiam de culpa. l. contractus. de reg. iuris. & in culpa non iuratur in litem, in dolo sic. l. in actionibus. §. pete. de in litem iur. & alijs modis differunt dolus, & culpa, de quibus per glo. in l. in actionibus. Leuis culpa est omissio diligentiæ communis, quàm diligens paterfamilias in rebus suis adhibere solet. l. si cum venderet. cũ seq. l. ea igitur. de pign. act. §. fi. Institut. quibus modis re contrah. obli. & vbi de culpa simpliciter fit mentio, intelligitur de leui. gl. in l. si filiofamilias. §. maritũ. ff. solu. matr. leuissima culpa est omissio diligẽtiæ exactissimæ, vel omittere quæ diligentissimus facere posset. l. nec supina. de iuris, & facti. l. contractus. de reg. iur. Bar. in l. si cũ vẽderet. §. fi. de pig. act. Culpa leuis, & leuissima, considerantur in damnis datis. c. sicut. de homic. ff. ad leg. Aquil. per totum. leuissima verò nõ consideratur in commodato gratia dantis tantum facto, nec in præcario, nec in pignore. Bal. d. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. in l. etiam. §. 1. sol. matr. venit tamen leuissima, vbi quis non adhibuit eam diligentiam rebus alienis, quàm suis, & vt poterat præstare. d. gl. & si depositũ fiat tantum gratia deponẽtis, in actione depositi contraria, venit leuissima. l. si seruus. §. id. de furt. Indirecta, si depositarius se obtulit, tenet̃ de leuissima, aliàs de leui tantum, & lata. l. 1. §. sæpè. depos. l. quod nerua. eo. l. 1. C. eod. & si depositum fit tantum gratia depositarij, qui directa est obligatus, tenetur de leuissima, si contraria tantum de lata, si gratia vtriusque de leui. l. si quis. si cert. petat. l. sicut certo. §. nunc videndum. commod. l. 1. §. sæpè. depos. In mandato, si de directa agatur actione, & modica in negotio requiratur industria, imputatur solũ lata culpa. l. si fideiussor. §. 1. mandi. si verò aliqua non tamen magna industria exigitur, attenditur etiam leuis culpa, vt in emptione. l. in re mandata. C. mandat. si requiritur exacta diligentia, vt in procuratore ad litem, venit etiam leuissima culpa. l. à procuratore. eo. in cõtraria verò actione agitur etiam de leuissima. l. si seruus. §. quod verò. cum §. seq. de furt. In tutela venit lata culpa, & leuis, & dolus. l. quicquid. C. arb. tut. & similiter in actione negotiorum gestorũ. l. 3. §. interdum. de nego. gest. In contractibus innominatis, secundùm naturam quibus assimilantur, venit culpa. l. cum qui. §. si rem. commod. in præcario ante morã venit lata culpa, post & leuis. l. 1. §. illud. & §. hoc. de præcar. In negotijs, vt in testamentis, si hæres percipit modicam vtilitatem legatarij magnam, venit tantum lata culpa, si ècõuerso, etiã leuissima, si æqualis sit vtilitas, leuis. l. mulier. §. sed enim ad Treb. l. cum res. §. culpa. de leg. 1. l. cũ seruus. §. cũ quid. eo

Culpa quotuplex, cũ ei⁹ rei expositione, & quibus casib. q̃libet incurratur.

Iudex

Iudex qui nō quæsiuit officium, tenetur tantum de lata, aliàs etiam de leui. Abb. in c. cum causa. de testib. agrimensor, & sumptus ad calculum de lata, & idem in omnibus artificibus. Abb. in cap. quia indicante. de præscrip. exercens verò artem vt peritus & magister, tenetur de leui & leuissima secundùm quātitatem imperitiæ. Abb. ibi, quando decepit sic profitens, aliàs de leui videtur tantum teneri. Debitor tenetur de negligentia, pro actione reali, si sit malæ fidei possessor, si bonæ secus. l. ei qui. §. fi. de pet. hæred. l. si quid. §. sicut autē. eo. in actione verò personali, si est in culpa, & creditor in mora, non tenetur ad negligentiam speciei. l. si mora. de solut. si verò creditor non fuit in mora, si petitur quod suum est, debitor tenetur de negligentia, vel circa rem, vel fructus. l. videamus. de vsur. sed si petitur quod suū non est, sed ei debitū est, imputatur negligentia, si circa ipsam rem sit. l. si seruum stichum, de verb. obli. Si circa fructus, si in mora non est, non tenetur de negligentia. l. venditor. §. quemadmodū. ff. de hær. vel act. vend. post moram, tenetur ad fructus, vel ad id quod interest; iuxta distinctionem Bar. in l. si filius. in fi. de verb. oblig. Si verò agatur de maleficio, vel damno dato, tenetur pro quacunque culpa, etiam in foro animæ. glo. in c. consuluisti. 2. q. 4. Io. And. Abb. in c. quoniam contra. de probat. Silu. culpa. n. 5. & 6. qui licet in fi. sentiat cū teneri tantum de lata culpa, mihi tamē magis placet alia opinio, cū delinquens sit semper in culpa, nec melioris is conditionis esse debeat, quàm contrahens, qui quandoque tenetur ex leui, & leuissima, posset tamen cōcedi, ꝙ in damno dato quis non teneatur in foro conscientiæ, nisi lata culpa præcesserit, non autem si leuis tantum, vel leuissima: vt d. Abb. in c. 1. nu. 11. de constit. & alij quos ipse citat, tutius tamen est, vt admittatur etiam in his leuis, & leuissima, cum & in contractibus etiam à Theologis admittatur: vt videre est apud Garziam, sub cap. de deposito, & de cōmodato, maximè vbi natura contractus etiam leuissimam exigit, & eo magis si adsit animus nocendi, & sic sentit etiam Couar. in 4. decret. 2. p. §. 8. nu. 12. licet ibi dicat communem opinionem esse in contrarium, ꝙ culpa leuis, & leuissima in foro cōscientię non attendatur, de qua re recurrit longior discursus infra, tract. de restit. vbi vid.

8 Culpæ effectus qs.

Effectus porrò culpæ est, vt qui in ea existit teneatur ad damna, quę inde euenere. c. si egressus. c. fi. de iniur. & alijs iuribus supra citat. & eo magis cum quis ex officio tenetur ad custodiam alicuius rei, pro cuius rei notitia, aduertendū, ꝙ quãq; aliquis sine pretio rē custodit, qui regulariter tenetur tantū de dolo, & culpa lata, aliquis recipit mercedē pro custodia specialiter, qui tenetur de ijs, & leui culpa, non tamen regulariter de leuissima; aliquis accipit mercedem, non pro custodia principaliter, vt fullo, qui tamen tenetur de dolo, lata, & leui culpa; vnde famulus videns alium famulū furari, tacēs peccat, & reuelare debet domino, si tamen non reuelet, vbi potest sine graui sui detrimento, nō tenetur restituere, nisi earum rerum sit sibi commissa custodia, bidellus item generalis non tenetur de re amissa ex leui culpa, specialis verò, cui libri cōmittuntur, sic, nauta verò caupo, & stabularius tenentur etiam de leuissima culpa, non tamē de casu fortuito. l. 1. §. ab hoc. ff. naut. caupo. quādo tamen specialiter mercedem pro custodia accepere, vel res talis erat, vt exactissimam custodiam requireret: vnde non creditur dicenti se tradidisse pecuniam sub clauibus ijs custodiendā, nisi id probet, vel eam numerarit in præsentia testium; si tamen sint aliqui custodes pretio non conducti, vt quando milites per domos distribuuntur, ij tunc nec de leui culpa tenentur: vt dicit Lopez de contr. lib. 2. c. 37. in foro saltem conscientiæ d. prædicta procedere.

9 Dolus q̄d sit, & quotuplex.

Dolus est simulatio quædam, & fraus & machinatio quædam ad aliquem decipiendum. l. 1. §. dolum. ff. de dolo. licet & dolus bonus etiā sit solertia ad se seruandum indemnem, & res suas ab hostibus, & alijs. l. 1. §. non fuit autem. & est exemplum in l. atqui natura. §. cum me. de neg. gest. vt & sæpiæ in piscatu emittunt attramētum, vt turbato loco in quo sunt,

sunt, lateant. & habetur etiam exemplũ Gen. 27. Oseæ 12. licet sub nomine ministerij ibi id in primo casu excusetur, cũ liceat suam conditionem meliorem facere, sine malitia tamẽ l. in causæ. §. pen. de mino. l. item. §. quemadmodũ. locati. Est & dolus qui cadit in re sine intẽtione decipiendi, vt si fiat læsio dimidij iusti pretij sine tali intentione. l. 2. vbi gl. C. de rescinden. vendit. si enim id fiat ex proposito, deceptio dicitur. l. 3. §. idem si quis. de crim. stell.

10 Dolusqualiter æstimetur. Dolus malus ex qualitate facti verè non ex quantitate pretij æstimatur. l. dolus. C. de rescind. vend. & magis in faciẽdo quàm in re consistit. gl. in l. iurisgentium. §. dolo. de pact. cui inest fallacia, mendacium, & fraus. l. dolo malo. de ser uo corr. Bald. in l. fin. C. de litig. & sentit Cic. 1. Offic. & calliditas etiã, astutia, & machinatio, quæ in animo consistit. l. 1. §. pen. de act. empt. vt fallacia in ore, & mendacio. l. falsus. §. si quis. de furt. machinatio verborum, artificium verborũ ad decipiendũ. l. Iulianus. §. idem. de act. empt. quæ omnia dolus complectitur. l. 1. §. dolum. ff. de dolo.

11 Doli mala. Vnde dolus est contrarius bonæ fidei ex peruersa voluntate procedens, & habet speciem criminis. l. si dolo. C. de rescind. vend. gl. in l. 4. de fideiuss. l. 1. §. planè. de tutelis, & rat. l. item. de dolo. & Deo odio est, & ab eo dolosi puniuntur. Ps. 5. 11. & 54. Prou. 14. Eccle. 10. & beatus dicitur eo vacuus. Ps. 81. Is. 51.

12 Dolus nõ p̃sumitur nisi certis casibus. Quapropter cum dolus sit res turpis, non præsumitur, sed illud allegans probare debet. l. & eleganter. §. si. de dolo. l. quoties. §. qui dolo. de probat. nec ex eo datur actio nisi ex magna causa, & euidenti calliditate. d. §. si. l. dolũ. C. de dolo.

Sunt tamen aliqui casus in quibus dolus præsumitur, vt cum quis scit se teneri ad aliquid faciendum, & potest, nec vult. l. si procuratorẽ. §. dolo. & l. dolus. ff. mandat. vel si actus ex se sit malus, vt homicidium. l. 1. vbi gl. ff. ad legẽ Corn. de sicar. & si actus qui publicè fieri debet, & solet, clam fiat. l. si. ff. de ritu nupt. & vbi à lege aliàs præsumitur inesse. vt in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem cred. in §. item si quis. Instit. de act.

Actio de dolo datur, vbi dolus est cõmissus, nec alia actio pro eo datur. l. 1. ff. de dolo. ideò hæc cessat, si alia actio det, eo ꝙ hæc sit famosa. l. 1. §. ait. l. elegãter. l. cum à te. de dolo. Ideò verò datur hæc actio, quia cum dolus sit crimen, debet puniri, ne & malitia sit lucrosa, & simplicitas bonis dãnosa. l. ita vulneratus. ad legem Aquil. l. 1. l. ne ex dolo. ff. de dolo. §. sed quia. Instit. de fid. hæred. 13 Dolı actio quomodo & quando detur.

Considerantur verò in dolo, res, personæ, & quod est factum; circa res, non datur actio, nisi excedat duos aureos. l. si olim. §. fin. l. idest. de dolo, in alijs datur actio pro his quæ dolo sunt facta. l. 1. de dolo, vt si quis non restituit quod debet & potest. l. si procuratorem. §. dolo. Mandati, vel si committatur in testamentis, contractibus, vel legibus, vel aliter. l. 1. §. si. de doli mali except. Respectu personarum, non datur actio de dolo libertis contra patronos, nec filijs contra parentes, nec vili homini aduersus positum in dignitate, nec luxurioso, prodigo, & huiusmodi, aduersus probatæ vitæ; sed contra hos agitur in factum. l. non debet. de dolo. l. 2. de obs. à lib. l. 1. §. aduersus. de doli mali except. non datur et actio de dolo contra municipes, nisi quid peruenit ad eos dolo eorum qui res administrant. l. sed si ex dolo. §. 1. de dolo. vt & dñs tenetur de dolo procuratoris, quatenus ad eum peruenit, qui tamen procurator tenetur in solidum. d. l. §. item si quis. Non datur etiam actio de dolo contra pupillũ, nisi sit proximus pubertati, maximè si sit locupletior factus, vel si conueniatur nomine hæreditario. l. hæredibus. §. si. de dolo. Respectu negotij, quòd geritur cõsideratur an dolus sit commissus, nec ne, si enim quis iure suo vel iussu iudicis quid facit, non videtur dolo facere. l. non videtur. de reg. iur. vt nec si scientem quis & consentientem lædat. l. nemo. de regul. iur. nec vbi quis ius commune sequitur, vel vbi non est magna calliditas. l. eleganter. §. fin. de dolo, & ꝙ vtrinque dolus non sit commissus, quia sic compensatione eliditur. l. domum. de contrah. empt. l. si ambo. de compensat. nisi circa diuersa dolus ab vtroque sit commissus, quia vterque de 14 de Dolo, quib. casibus agat, vel nõ, vel respectu personarũ vel rerũ.

suo

suo dolo agere potest. l. colonus l. cum fundum. de vi & vi arm. quæ etiam compensatio procedit tantum quò ad delinquentes, non quò ad Rempublicam, cui obnoxij sunt. l. 2. §. si publico. l. si vxor. §. iudex. ff. ad leg. Iul. de adult. l. 1. de compens. l. ita vulneratus. ad leg. Aquil.

15 Doli effectus quis.

Effectus doli est, vt in cõtractibus bonæ fidei dolus commissus, eos ipso iure annullet. l. & elegãter. §. de dolo. l. Iulianus. §. si quis colludente. de act. empt. in contractibus stricti iuris per exceptionem, vel actionem dolus emendetur. l. dolo. C. de inutil. stip. potest tamen læsus eligere an velit negotium, vel contractũ approbare, vel improbare. l. qui nondũ. C. de hær. vel act. vend. nisi quis commiserit dolum, quia non potest in sui commodum approbare, vel improbare. l. trãsactione. C. de trãsact. potest verò dolus venire in contractu tripliciter, vel dando causam contractui per contrahentem, vt si dolo induxit, vt non venditurus sibi, venderet: Secundò, non dando causam contractui, qui erat venditurus, sed dãdo operam, vt minori pretio vendatur. Tertiò, cum sic euenit sine dolo partis; vt si ambo ignorabant iustum pretium, & si dolus concurrit in contractu spirituali, vt voto, nõ annullatur, quia est dolus inducens ad bonum, vt & si ad religionem inducat. Abb. in c. cũ dilecti. de empt. & vẽd. & ẽt aliquis in matrimonio tenet. In rebus verò temporalibus, in cõtractibus, vt supra, bonæ fidei, ipso iure annullat eos, in stricti iuris exceptio datur. Abb. ibi. Bart. in l. & eleganter. ff. de dolo. Si verò dolus per alium extra contrahentes dat causam contractui etiam bonæ fidei, tenet contractus, sed agitur contra mediatorem de dolo. d. l. eleganter. §. 1. l. 2. & 3. ff. de proxeneticis; tenetur etiam is pro quo est factum, si nõ est soluendo qui dolum fecit, quatenus est factus locupletior. l. fin. ff. de eo per quem factum erit. Sed si dolus non dedit causam contractui, sed incidit in contractũ, tenet contractus, sed in contractibus bonæ fidei agitur ex eo contractu, vt suppleatur pretium. l. Iulianus. §. si vẽditor. ff. de act. empt. emptor tamen eligere poterit, vel suppleri pretium, vel restitui rem si deceptio sit vltra dimidiam iusti pretij. c. cum causa. de empt. & vend. l. 2. C. de rescin. vend. in conscientia verò tenetur etiam si læsio sit minus dimidio: in contractibus verò stricti iuris, agitur de dolo. d. l. eleganter. §. non solum. in fi. sed si dolus nec dedit causam, nec incidit, sed reipsa euenit, non est peccatum, nec tenetur restituere, nisi à principio non plus emisset, etiam si id sciuisset, quia sibi nõ expediebat plus emere, sed si plus emisset, si deceptio est notabilis, tenetur restituere, vel pretium augere. l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl. & d. c. cum dilecti. secus si in modico, & si vterque sciebat valorem rei, si læsio non sit extra pretium pium medium, & rigorosum, non est iniustitia, aliàs secus in conscientia, de quo infra tr. de Emptione.

Vbi verò contractus est nullus ratione doli, dolum passus potest illi stare si vult, ne dolus prosit doloso. l. à diuo pio. de ritu nupt. vbi gl. Mediator verò contractus potest poni testis in instrumẽto, non autem viua voce testificari. not. in cap. 2. de testibus. in 6.

Quòd si statutum puniat committentem delictum, & disponit vt bona eius ad aliquem peruenirent, si is causa fuit, qui is committeret delictum, non potest ea tenere. Abb. in c. postulasti. de concess. præb. nec potest iniri conuentio ne quis teneatur de dolo. l. 1. §. si conueniat. ff. depos. Pœna quoque corporalis non debetur sine dolo. Bart. in l. in actionibus. de in litem iurã. in l. quod nerua. depos. vbi dicit in causa sanguinis, status vel famæ, latam culpam non æquiparari dolo, sed requiri verum dolum. Ignorãtia etiam excusat à vero dolo, vbi ius, vel statutum requirit dolum, vbi verò requirit dolum præsumptum, ignorans crassè & supinè non euitat pœnas doli præsumpti. Silu. culpa. nu. 14. quod procedit etiam si ignorantia sit causæ iniustæ, vt si quis turbet aliquem in possessione putans sibi licere, excusatur à pœna statuti dolũ requirentis. Bal. in cap. vt animarum. de constit. in 6. Silu. culpa. in fi. 16 Doli interpretatio, vt fiat.

17 de Dolo quantum tẽpus agi possit.

Replicatio demum de dolo permittitur intra biennium. l. fi. C. de dolo. actio tamen in factum, quatenus quis ex dolo con-

consequitur, perpetuò duret, & cōtra dolosum, & contra hæredes, quia ea vti nō possumus, nisi cum quis cōtra nos agit, secus in actione quæ potest proponi ad arbitrium agentis. l. quæsitum. §. fin. vbi gl. de peculio. l. in hæredem. de dolo. nec prodest exceptio quod dolus sit remissus, cū remitti non possit pacto, nisi dolus præsumptus futurus, vt & verus præteritus, non autem verus futurus. l. si vnus. §. illud. vbi Castr. de pact. l. in commodato. ff. commod.

18 Vis quid sit, & quotuplex.

Vis est maioris rei impetus qui repelli non potest. l. 2. ff. de eo quod met. cau. saltem commodè, cum vis habeat necessitatem impositam contrariam voluntati. l. 1. eod. vel saltem sine metu periculi resisti non potest. d. l. 1. §. fi.

Et vt omittamus vim externè à cœlo, vel elemētis venientem, vt grandinum, imbrium, ventorum, tempestatum, vis humana diuiditur in factam in personam, & in rem: vt inquit Plato. lib. 9. & 10. de legib. ad primam spectāt iniuriæ, contumeliæ, vulnera, homicidia: ad secunda, sibi vsurpare rem alienam, deturbare possessorem possessione, quæ diuiditur in compulsiuam, inquietatiuam, expulsiuam, ablatiuam, & repulsiuam, & offensiuam. gl. in l. 1. C. de his quæ vi. Compulsiua facto agitur, cui subuenitur per edictum, quod metus causa. l. 1. & l. fi. §. 1. ff. quod metus cau. cum actus hominū liberi esse debeant, & quod timore est factū, liberè factum non dr̄. l. metū.

19 Vi actum inualidū est, & quādo.

quod met. cau. Vnde si malum sit nō leue, quod proponitur, metusq; inde surgat, non meticulosi hoīs, non leue, nec modicum, nec leuiter minatum actus irritatur. l. metum autem. l. nec timorem. eod. l. accusationes. C. eod. cadente metu in virum constantem, ob malum atrox, vt mortis, vinculorum, stupri, carcerum priuatorum. l. isti quidem. l. pen. ff. quod metus causa. l. vnica. C. de priu. carc. vel minatum capitalium ab eo qui facilè exequi solet minata. l. si donationis. C. de his quæ vi. & huiusmodi, quæ à sententia virum aliter constantem dimouere possunt, vt si per potentiam res extorqueatur: factum vel contractus, vel metu dignitatis, cum impressione, sine ea enim impressione vis non dicitur facta. l. si per impressionem. l. ad inuidiā. C. eod. & sic factum metu, vi, atroci accedēte, actio rescinditur, & restituitur suo principio, vt si vi venditum sit prędium, est contractus rescindendus, vt & si vi quis coactus sit renunciare beneficium, nisi spontaneus actus vim subsequens, vim præcedentem purget. l. si vi. C. eod. c. 2. & 4. extra de his quæ vi. c. 1. eod. l. 1. C. eod. quæ procedunt vbi actus est perfectus, si enim non sit perfectus prætor dat actionem ad illum actum rescindendum. l. metum. §. sed quod prætor ait. eo. vel vis sit facta à persona singulari, vel populo, vel curia, vel corpore. d. l. metū. §. animaduertēdum. quo casu restitutio rei vi extortæ sit iudicis officio. d. l. §. ex hoc edicto. & §. item Iulianus. cum damnis si deterior sit facta, & si infra annum is non obedierit sentētiæ iudicis, in quadruplum punitur, contra hæredes tamē non datur actio in quadruplum, sed ad rem, & lucrū. §. quadrupli. §. item actio. de act. l. quod diximus. §. fi. l. videamus. de eo. quod metus caus. nec vlla temporis præscriptione se defendunt. l. quod autem. eod. habita ratione à tempore litis contestatæ. l. quantum. eod.

Actione etiam de vi tenetur qui sibi aliquem vi obligauit, & ea obligatio rescinditur. l. qui cœtu. l. qui dolo malo. ad leg. Iul. de vi publ.

Vis inquietatiua est, cum quis impedit possidētem vti, re sua arbitrio suo arando, fodiendo, &c. l. vim facit. ff. vnde vi. vel si facit contra id quod ei prohibetur. l. 1. §. quid sit. quod vi aut clam, & quod factū est restituitur in pristinum statū. d. l. 1. & si nil est ablatum, datur interdictum retinendæ. §. retinendæ. Instit. de interdict. l. 1. vti possid. 20 actione de Vi quis teneatur.

Vis expulsiua est, cum quis deijcitur à possessione rerum immobiliū, vel quæ ijs adhærent, & datur interdictum vnde vi. l. 1. §. hoc interdictū. de vi, & vi arm. vel recuperandæ. §. recuperandæ. Instit. de interd. l. 2. C. vnde vi. etiam si is præcario vi, vel clam ab eo qui deiecit possideat. d. l. modo incontinenti nō deijciat. 21 Vis expulsiua quæ sit.

Vis ablatiua est, quando possessio rerū mobiliū vi aufertur, pro qua datur actio

vibono-

vi bonorum raptorum, vel furti, vel quãque ad exhibendum. l. 2. §. illud. de vi & vi arm. & etiam venit quanti interest, cum quadruplo intra annum, post simplo. l. 1. & 2. de vi bon. rapt. nec pœnitentia, quò ad pœnam, hoc crimen eluitur in hoc. l. qui ea mente. de furtis.

22 Vi spoliatus vt restituatur.

In prædictis, si spoliatus doceat se possedisse, & vi deiectum, ante omnia restituitur, & prius de spoliatione, quàm de proprietate quæritur, & restitutio cum fructibus est fienda. c. 1. 2. 3. & 4. 3. q. 1. c. olim. de restit. spol. nec admittitur aliqua exceptio in cõtrarium, etiam si spolians obijciat spoliatum fuisse prædonẽ, vel se dominũ, vel præscripsisse, vel compensaturum. c. fi. de ord. cogn. l. 1. C. vnde vi. c. 1. de restit. spol. in 6. c. in literis. de restit. spol. c. 1. eod. l. fin. de vi. l. si quis emptionis. §. sed hæc. C. de prescript. l. fi. C. de compens. & etiam qui possidet rem vi ablatam eam restituere debet, etiam si ignoret vi extortam. c. sæpè. de restit. spoliat. & quilibet potest nomine spoliati, sine mandato petere fieri hanc restitutionem. l. vnica. C. si per vim, vel alio modo. si tamen spoliatus patiatur spoliantem obijcere de suo dominio statim nõ restituitur, quia videtur renũciare huic priuilegio. c. 1. de restit. spol. Et tanta est prærogatiua possessionis, quod posset possessor vti vi contra impedientem suam possessionem, hostia infringere, & huiusmodi propria authoritate, quia non vult aliquid de nouo, sed solùm ius suum tueri. Abb. in c. 1. de immu. eccl. secus si nõ habet possessionem, licet habeat hipothecariam, vel aliam actionem ad rem consequendam. l. si quis in tantã. C. vnde vi.

23 Vis pœna quæ.

Vim verò inferens, si est vis publica, est deportãdus, si priuata, punitur in tertia parte bonorum, & vt supra. l. 1. ff. de vi publ. l. 1. ff. de vi priu.

24 Metus qd & quid in eo veniat.

Metus est instantis futuriue periculi causa, mentis trepidatio. l. 1. ff. de eo qd met. cau. & annullat contractus si cadẽs sit in virũ cõstantẽ, vt & vis, cũ tollat rationẽ volũtarij, de quo, pter supradicta, vidẽda sunt q̃ dixi tr. de Sacr. Matr. c. 7. in conscientia verò etiam leuis annullat contractus, si sine eo facti non essent.

25 Casus fortuitus q̃s dicatur.

Casus fortuitus, per quem excipitur, vbi agitur de rei interitu, culpa, dolo, vel interesse, est id cui per humanum consilium non potest resisti, vel prouideri, nisi difficile, pro quo nemo tenetur, nisi eius culpa in illum inciderit. l. in rebus. ff. commod. l. 1. C. eo. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. pen. C. de vsufruct. Differt verò casus fortuitus ab improuiso, quòd fortuito prouideri non potest, improuiso verò quandoque, & ob negligentiam quandoque non euitatur, & ob id ascribitur sic culpæ. l. qui occiderit. §. in hac. l. item Mela. ff. ad leg. Aquil.

26 Casus fortuit⁹ quot modis cõtingat.

Casus autem fortuitus contingit, vel ex facto aut causa naturæ, aut ex facto hominis; primi generis dicitur quandoque fatalis. l. cum duobus. §. damna. pro soc. vt maris tempestas, grando, naufragium, sterilitas, fluminis impetus, valetudo, mors, vis maior, sturnorum damnum. §. si is cui res. Instit. quibus modis re contrah. l. licet. C. loc. §. propter. eo. l. 2. §. si quis. ff. si quis caut. l. contractus. de reg. iur. l. si merces. §. vis maior. ff. locat. l. ex cõducto. §. si vis. eo. Facto hominis; vt incursus latronũ, insidiæ hostiũ, incẽdium à facto hoĩs, furtũ, vis priuata, falsa testium depositio, iniqua sententia, & hmõi. d. §. item is cui. l. 1. C. depos. l. 1. C. cõmod. l. ex conducto. §. si vis. commod. l. 1. depos. l. cũ duobus. §. damna. pro soc.

27 Casus fortuitus qd præstet.

Ea verò est conditio casus fortuiti, vt non imputetur, cum non eueniat ex voluntate hominis damnũ pati. l. 2. de condit. & demon. l. nihil interest. ad leg. Iul. de adult. nisi dolus malus præcesserit casum. l. si hæres dolo malo. ff. de nox. act. vel si culpa præcedens cadat in moram. l. quod te. si cert. pet. sed si culpa præcedit, quæ in moram non cadat, si talis sit culpa ex qua casus non possit contingere, qui commisit, non tenetur ad eam de casu, secus si sit ordinata ad casum, & casus inde sequatur. l. non omne. C. de statu lib. l. si vt certo. §. interdum. vbi Bart. commod. Si verò culpa non est ordinata ad casum, si consistit in non faciendo, non tenetur quis de casu ob culpam. l. & in totum. ff. de imper. in rebus dot. si in faciendo, tunc aut factum nõ cadit in delictum, vel sic. l. fi. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de iact. si cadit in delictum, si delictum

circa rem ipsam, tenetur quis de casu fortuito. l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. si verò est commissum circa vsum rei, tunc non tenetur de casu. l. qui furtum. ff. de condict. furt. Si tamen temere quis periculo se obijciat, reus est culpę, & debiti. l. cum duobus. §. damna. & §. qui sagarium ff. locat.

28 Casus fortuitus à quo probandus, & quomodo.

Qui verò excipit de casibus fortuitis, intra annum id debet probare coram iudice, etiam non vocatis his quorum interest, aliàs secus, & reseruata domino rei exceptione, quia qui casum opponit debet probare. l. 2. & 3. C. de naufrag. lib. 11. cap. quoniam frequenter. vt lite non contestat. l. testium. l. fi. C. de testib. nisi res sit euidens. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusat. tut.

29 Interesse quid sit.

Interesse, de quo sæpè in contractibus agitur, est pecunia accedens rei principali pro reparatione lucri cessantis, vel damni emergentis, culpa vel dolo alterius, eo quòd si nõ fiat quod promissum est, in pecunia numerata ratione prædicta fiat condemnatio. l. si quis ab alio. §. fin. de re iudic. l. stipulationes. §. celsus. de verb. obligat.

Quæ quidem pecunia accedit rei principali post moram, vel iudicis officio summa diffinita, vel partium conuentione, vel legis diffinitione, vel ex facto ipso. l. fin. ff. de eo quod certo loco. l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod int. l. quatenus. de reg. iur. quod augmentum damni, vel lucri cessantis venit à tempore moræ. d. l. 1. §. fin. C. de sent. quæ pro eo. modo interesse aliundè non oriatur, quàm ex re debita, sic enim non deberetur. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. Dicitur verò pecunia, intelligendo nomine eius omne quòd pecunia æstimatur, & interest. l. 1. ff. de contrab. empt. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiuss.

30 Interesse quotuplex.

Diuiditur autem interesse, in commune, singulare, & conuentum. glo. in l. 1. ff. de sent. quæ pro eo quod int. Commune est æstimatio facta secundùm functionem communem, nulla habita singularis affectionis consideratione, eius quòd quis patitur vel lucri à quo cessat, eo quod promissum eius culpa non præstatur, quòd iudex æstimare debebit habita ratione pretij communis. l. si seruum. ff. ad legẽ Aquil. l. si traditio. C. de act. empt. Singulare, venit per iuramentum in litem facta æstimatione. l. pen. ff. de in litem iuran. Petitur verò hoc interesse cõmune, vel ratione naturæ rei, moræ, vel fructuum: natura res habet aliquando accessionem. l. equis. ff. de vsur. Ex mora tenetur debitor ad fructus ex re perceptos, vt ad naturales accessiones, & ad id quod interest. l. socius qui. ff. pro socio. Fructus verò, vel sunt naturales, vel industriales: naturales sunt qui sine facto proueniũt, vt poma, nuces, &c. qui si extãt simul cum re repeti possunt, quia nullus possessor etiam bonæ fidei ante perceptionis tẽpus eos sibi acquirit. l. fructus. C. de vsuris. Industriales, in quibus cura concurrit, vt vinum, segetes, &c. quos consumptos bonæ fidei possessor ante litis contestationem restituere non tenetur, extantes verò sic; post litis verò contestationem restituit tam extantes, quàm perceptos, & qui percipi potuerunt, lite enim contestata, quò ad fructus, malæ fidei esse incipit. l. 4. §. litem. ff. fin. reg. l. certum. vbi glo. C. de rei vend. vt & malæ fidei possessor ad consumptos, & non perceptos, & non tenetur nisi quibusdam casibus, de quibus glo. in l. si fundum. circa finẽ. C. de rei vendi.

Singulare interesse est, quando æstimatio ex affectione patiẽtis facienda est, vt cum vicini fundos mercari quis impeditur, quos pluris emere ei interest. l. & si æquo pretio. l. si cui fundus. de leg. 2. l. si in emptionem. ff. de minorib. non tamẽ pro affectione res æstimatur, sed præstito iuramento de affectione, iudex considerata priuata vtilitate æstimationem moderatur, & diffinit. l. 3. §. præterea. ff. ad exhiben. vt & iuramento in litem ex affectione, sed arbitrio iudicis diffinitur. l. videamus. §. pen. l. in actionibus. ff. de in litem iurand. sic tamen vt iudex consideret an iuramentum sit ibi recipiendum, vt si iudicium sit bonæ fidei, actio in rem, ad exhibendum, dolus, vel culpa non restituentis concurrat, quibus casibus iuramentum præstatur. l. si seruum. ff. ad legem Aquil. l. in actionib.

ad

adexhiben. l. 2. de in litem iuran. l. qui restituere. de rei vend. qui & considerat personã petentis an fructus petitio percipere potuisset. l. si nauis. §. fin. de rei vendic. & quòd duplum non excedatur in locationibus, venditionibus, & huiusmodi, vbi est certa quantitas, vel natura. l. vnica. §. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod int. in alijs casibus, qui incerti esse videntur, iudex ex eius prudentia, & arbitrio diffiniat.

Conuentionale interesse est, de quo partes conueniunt, si, vbi aliquid dandum est, vel faciendum, non detur, vel non fiat. §. fi. Instit. de verb. obl. quòd tamen dupli æstimationem excedere non debet. l. 1. §. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod int.

Interesse præterea est intrinsecum, vel extrinsecum: intrinsecum dicitur, iactura, quæ in ipsa re principali fit, vt si acuat vinum, vel fructus fiant deteriores, aut pereant. l. vinum ff. si certum petatur. l. fructus. C. de act. empt.

Extrinsecum, quando aliundè, quàm ex re debita contingit, sed tamen eius occasione, & circa eam. l. 3. de in litem iuran. l. Iulianus. de actio. emptio. l. inde Neratius. ad legem Aquiliam. l. si sterilis. §. cum per venditorem. de act. emptio. vbi exempla huius rei ponuntur.

31 Peti porrò potest interesse in multis casibus. Primò, in obligatione principali contracta ex maleficijs, vel publicis delictis, vt in falso si alicuius interest, homicidio, raptu, & huiusmodi, in quibus damnum datum, & lucrum amissum resarciri oportet. l. 1. & fin. ff. de his qui deiec. & etiam in delictis priuatis, vt dolo. l. ait lex. l. inde Neratius. ff. ad legem Aquiliã. l. arbitrio. ff. de dolo. vel si quis probet se iniustè excommunicatum. c. per tuas. de sentent. excommunic. quod interesse venit à tempore delicti, doli, vel moræ. Secundò, petitur in actione reali, vbi dolo, vel culpa possessoris aliquis damnum patitur. l. si restituere. l. quod si possessor. ff. de rei vend. Tertiò, in obligationibus faciendi post moram. l. si quis ab alio. §. fin. de re iudic. l. stipulationes non diuiduntur. de verbo. obligat. In obligationibus verò dandi,

Interesse, vt peti possit, & qñ.

in contractibus bonæ fidei, peti potest, quòd interest creditoris eo quòd non datur promissum, si ex mora, vel dolo debitoris, patiatur interesse creditor. l. curabit. C. de act. emptio. In contractibus verò stricti iuris, vt plurimum non petitur interesse, sed tantum res debita. glo. in cap. cum venerabilis. de exc. l. vbi autem. §. fin. & l. quicquid astringendæ. de verb. obligat. nisi post moram decrescat æstimatio rei debitæ. l. vinum. si certum petatur. vel si actio sit arbitraria ex loci adiectione. l. 3. §. fin. l. centum capuæ. de eo quod certo loco. vel si creditor ex decursu temporis patitur damnum. l. quod si ephesi. eod. tit. vel in specie, vbi quis promisit se mutuaturum pecuniã, nec fecit, petitur interesse. l. si pœnam. de verb. obligat. vel in contractibus, qui licet sint stricti iuris tamen petitur interesse. l. naturalis. §. 1. ff. de præscrip. verb. si verò quis recipiat rem debitam non adhibita protestatione petendi interesse, id petere non potest. Castren. in l. 4. C. depos.

Cauendum tamen ne pro interesse vsuræ petantur, & ideò quomodo interesse tam lucri cessantis, quàm damni emergentis peti possit, vel non in ordine ad vsuras, & quæ in hoc sint obseruanda, videnda sunt, quæ latè dixi tract. de Vsuris, lib. cap. 5 & vlt. id etiam est aduertendum an spes interesse sit certa, vel non, & idem de quantitate, nam si neutrum est certum, liquidari debet arbitrio boni viri, iuxta certitudinem, vel non. Diuus Thom. 2. 2. q. 62. art. 4. si verò vtrunque est certum, tunc potest peti recompensa totius interesse, deducendo tamen ab eo expensas necessario facien das, & etiã recompensam laborum adhibitorum, & hoc arbitrio boni viri: vt dicit Lopez de contractus, lib. 1. cap. 24. Quòd si postea constet lucrum non cessasse, vel solum partem; quando à principio certum est solutum, vel conuentum, si ob incertitudinem, & pericula minus est sumptum adhuc debetur; qñ vterq; æquali periculo se exponit, quòd si à principio est habitum pro certo, & non est quid lucratum, non debetur interesse. Lopez d. lib. 1. c. 25.

32 Ad interesse reduci potest etiam condemnatio expensarum, quæ debentur, vbi quis est contumax, si iniustè litiget, si deficit in probatione calumniæ oppositæ. l. constitutus. de procur. l. exceptionem. de except. l. eum quem temere. de iudic. l. properandum. §. sin autem. cum seq. C. eo. tit. nec contumax auditur, nisi expensas refunderit. l. sancimus. C. eod.

ad Interesse quis nõ teneat, & quando.

Excipiuntur tamen aliquæ personæ à solutione interesse, quæ tenẽtur nisi in quantum facere possunt, si interesse id excedat, vt est qui bonis cessit. §. fi. Instit. de act. socij maximè omnium bonorũ, parens, patronus, & liberi eorum, maritus in dote, miles qui est sub armata militia, aduocatus. l. sunt qui. cum sequen. de re iudic. l. patronus. eod. l. verum. pro socio. l. maritum. sol. matrim. l. miles. de re iud. vbi gl. clericus. cap. Odoardus. de solut. donatarius. glo. in d. l. miles. pater pro debito filij, tãtum vt est in peculio, & in quantum facere potest. l. 2. & 4. ff. quod cum eo qui in alien. & deducto eo ne prædicti egeant.

Excipiuntur etiam semper impensæ necessariæ, idest sine quibus res esset peritura, vel factæ gratia colligendorum fructuum. l. 2. §. æquissimum. ff. ad legẽ Rhod. de iactu. l. quod dicitur. ff. de impe. in rem dot. factis. de quibus alibi latius cadit sermo.

De interesse porrò, quòd attinet ad eius iustitiam in foro conscientiæ, videantur quæ dixi tr. de Vsur. c. 3. 4. 5. & c. 16.

SVMMARIVM.

1 Pactum vnde dicatur, & quid sit.
2 Pactum vt differat à pollicitatione, & stipulatione, & conueniat.
3 Pacta quotuplicia sint, & quæ quælibet.
4 Pacta vt valeant, quæ requirantur.
5 Pacta an extendantur.
6 Pactorum effectus quis.
7 Pacta nuda an obligent.
8 per Pactum quibus iuribus valeat renunciari, vel non.
9 Promissio quid sit, & an obliget.

De Pactis. Cap. XXIX.

CVm pacta dent formam cõtractibus. l. in conuentionibus. ff. de verb. obligat. & vt lex sint seruanda. l. 1. §. si cõueniat. ff. depos. l. legem quã dixisti. C. de pact. ideò de pactis prius agendum est, antequam ad singulos contractus deueniatur.

Dicitur autem pactum à pactione, dicitur verò pactio quasi pacis actio, vel à paciscor. Est autem pactum duorum, vel plurium in idem placitum, vel consensus, idest ad aliquid dandum, vel faciendum. l. 1. ff. de pact. 1

1 Pactũ vnde dicat, & qd sit.

Differunt autem pactum, stipulatio, pollicitatio, cõuentio, & promissio: promissio enim largè sumpta est affirmatio vel negatio, de aliquo dando, vel faciendo, aut non, & est quid commune ad omnia prædicta, quasi fidei spõsio, vel datio fidei: vt d. Abb. in c. 1. de sponsa. duo. promissio tamen strictè est quæ fit præcedente interrogatione, vt si quis roget aliquẽ, vt sibi det decem, & is respondeat dabo. Pactum est cũ verba pmittuntur à promittente, & cõsequenter à recipiente, vt dabo tibi decem si equum dederis, & ita ad pactum requiritur primò, quod sit inter plures: secũdò, quod ij sint præsentes per se, vel alium, aut scripturã: tertiò, quod verba pmittantur, & immediatè sequatur responsio: vnde non est pactũ si quis relinquat centum ecclesiæ cũ onere celebrandi anniuersarium, quia respõsio quæ fit per acceptationem legati fit tantũ post mortẽ, stipulatio propriè est è contrario, cum verba præmittuntur à recipiente dicente dabis mihi decem, & responsio subsequitur à promittente prolata, qui dicit, dabo: Instit. de verb. obl. in princ. Pollicitatio est solius offerentis promissio, in qua non requiritur præsentia eius cui promittitur sine interrogatione præcedente. l. 1. l. 3. l. pactum. ff. de pollicit. Conuentio est nomen generale, & generalius pacto, quia etiam dicitur cũ aliqui in vno loco cõueniunt. l. 1. §. conuentionis. ff. eod. & sumitur actiuè pro pacto, passiuè pro citatione.

2 Pactũ vt differat à stipulatione, pollicitatiõe, &c. vel conueniat.

Diuiditur autem pactum primo loco, in ta-

3 in tacitum, & expressum. Expressum dicitur, quando aliquid palam, & nominatim, certo consensu, verbis, vel literis, vel aliter expresso aliquid dari, vel fieri cauetur. l. qui res suas. §. qui stipulatur. ff. de solut. Tacitum est, quod inest in omni negotio, quòd agitur, vel rerũ natura, vel consuetudine, vt qui reddidit debitori suo instrumentum, conuenisse videtur ne debitum petat. l. 2. ff. de solut. vel si instrumentum sit cancellatum, præsumitur solutio facta, nisi contrarium probetur. l. si chirographum. ff. de probat. non autem si reddatur pignus. l. 3. ff. de pactis. Pari ratione tacitè delata in domum vrbanã pro affictu obligata censentur, & si res deterior sit facta. l. 4. de pactis. l. non inducta. & l. fi. C. quibus modis pign. vel hippot. tacit. & idem in inuectis in prædium rusticum domino sciente. l. certi iuris. C. locati. Tertiò, in dotis promissione, cui inest tacitum pactum si matrimonium sequatur. l. stipulationem. ff. de iure dot. Quartò, in pacto ne totum petatur, cõtinetur enim & ne pars eius petatur. l. si vnus. §. pen. ff. de pact. Pariter censetur renouata locatio, vbi non reuocatur per simile tempus, & eodem modo quo prius, ac pretio in rusticis prædijs: in vrbanis verò pro rata temporis quo habitat. l. item quæritur. §. qui impleto. & l. qui ad certum. ff. loc. Sic in mutuo tacitè conuenitur, vt equè bonum, & æquale reddatur. l. cum quid. ff. si cert. petat. vt & qui accipit vsuras, tacitè conuenit ne intra id tempus rem suam petat, pro qua vsuras accipit. l. qui in futurum. de pactis. vt quòd dicitur in præfatione, censeatur in sequentibus repetitum. l. 4. §. fi. de pact. vt & in contractibus, si non valet quod geritur valeant meliori modo quo fieri potest. l. si vnus. §. si acceptilatio. de pactis. alia exempla habentur in l. de lege. §. fi. ff. de leg. commiss. in l. commissoriæ. C. de pactis. int. empt. l. fi. §. fin. de eo. quod certo loco. in l. ea lege. ff. locati.

Pacta quo multiplicia sint.

Diuiduntur secundo loco pacta, quædam enim in rem sunt, quædam in personam: in rem, quando quis generaliter paciscitur ne petat, quod intelligitur, nec ab eius hærede. In personam, quando fit pactum ne à certa persona petatur, vt à Titio. l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pact. quandoque tamen pactum est personale ex parte creditoris, & reale ex parte debitoris, vt nõ petam à te, nec ab hæredibus tuis dum viuam; quandoque personale tantum ex parte debitoris, vt ego nec hæredes mei à te petemus. Iuramentum verò ex parte iurantis est semper personale, ex parte eius cui iuratur reale. Innoc. in c. veritatis. de iur. ca.

Diuiditur tertio loco pactum, in nudum & vestitum. Nudum est, quãdo nõ vestitur aliquo ex infra dicendis, sed est in meris terminis simplicis cõuentionis, v. g. promisi tibi dare cẽtum sine aliqua interrogatione præcedente, & tu consentis, si enim non adesset cõsensus esset tãtum pollicitatio non pactum. l. iurisgentium. §. igitur. de pact. nudum etiam dr, quod non continet causam, vnde est inefficax. l. nunquã nuda. ff. de acqu. rer. dom. nisi in casibus, de quib⁹ Abb. in c. si cautio. de fide instr. quibus casibus nõ datur actio, sed tñ defensio aduersus eum qui pactum nõ seruat. l. legem. l. traditionibus. C. de pact. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. quia præsumitur paciscentes non habuisse deliberatũ consensum; sed leuitate motos cõsensisse. l. sciendum. ff. de edil. ed. l. licet. §. ea obligatio. de procur. quod intelligitur iure ciuili non dari actionem ex nudis pactis, secus est iure naturali, vt supra est dictum. cap. de obligationibus. & infra dicetur.

Vestitum pactum metaphoricè dr, vt & arbores vestiti frõdibus: vt d. Colum. lib. de re rust. quando eis iunguntur illa quæ obligationem ciuilem inducunt, quæ multiplicia sunt, scilicet, res, verba, literæ, consensus, cohærentia contractus, authoritas principis, & iuramentum, cum & tot modis obligemur. l. obligamur autem. ff. de verb. obligat.

Re vestitur, vt in mutuo in quo ab initio res interuenit. §. 1. Instit. quibus modis re. vel si res postea accedit vt in contractibus innominatis, qui tunc vires habent, cum res vel factum interuenit. gl. in l. iurisgentium. §. quinimò. ff. de pact. vt & pollicitatio vires sumit, cũ pro parte pollicita quis impleuerit. l. 1. ff. de pol

licit. Verbis, vt stipulatione, vnde nudus consensus dicitur, cui stipulatio non adest. l. legẽ. C. de pact. l. sufficit. de sponsal. Litteris, trãsacto biennio nudum pactum firmatur. l. in contractibus. C. de const. pec. in foro tamen conscientiæ, & transacto biennio non surgit obligatio literarum si pecunia accepta verè nõ sit. Abb. in c. quia plerique. de immu. eccle. Consensu, quando alius consensus cum causæ adiectione accedit priori. §. 1. de obli. quæ ex cons. nas. l. 1. §. pen. ff. de pact. Cohærentia contractus nominati, nuda pacta firmant, quia sumũt vires ab illo, modo paulò ante, vel post, vel in ipso contractu adijciantur, secus si ex interuallo ante, vel post, sic enim non pariũt actionem. l. lecta. ff. si cert. petat. l. si sterilis. §. si tibi fundum. ff. de act. empt. l. legitima. §. quintus. de pactis. authoritate iuris, vel principis, sic enim nuda pacta vestiuntur. d. l. legitima. Singulari iure, vt dotis promissio, donatio, & huiusmodi. l. si quis argentum. §. sin autem. C. de donat. l. 1. C. de rei vx. act. gl. in §. de constituta. Instit. de act. Iuramento etiã nuda pacta firmantur, etiam præstita à filiofamilias, vel seruo quantum est in peculio eorum. l. vt iurisiurandi. ff. de ope. lib. l. si dominus. ff. de præscr. verb. l. depositi. §. si filiusfamilias. ff. de pecul. vltimò, vestiũtur per scripturam, vel si paciscentes signum crucis scripserint, vel sanctæ Trinitatis, vel si pœna adiecta sit. ex constit. 72. Leonis Imperatoris, vt vt pacta etiam non constit.

Alia sunt etiam pacta clara, alia obscura, q̃ sunt interpretanda contra proferentem. l. veteribus. ff. de pactis.

4 Pacta, vt valeant q̃ requirant. Ad hoc verò vt pactum valeat, oportet vt non sit rei turpis, vel impossibilis de iure, vel de facto, si enim sit possibile de iure, & non de facto, si impossibilitas sit perpetua non valet, si temporalis valet, sed expectatur donec possibilitas adueniat, nisi sit contra bonos mores, quia sic est impossibile de iure. c. fi. de pactis, vt quòd dolus non præstetur. l. contractus. de reg. iur. vel promissio fiat, & pactum pro occidendo aliquem, quòd si sit possibile de iure, & de facto tenet. c. 1. & 2. eod. & cum pactum est turpe, quia sit contra ius, vel contineat peccatum, si continet turpitudinem ex parte vtriusq; non firmatur iuramento. Abb. in c. pactiones. de pact. vel etiam ex parte iurãtis tantum. cap. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. si verò ex parte recipientis tantum tenet. c. debitores. de iureiuran. Quòd si pactum sit de hæreditate viuentis, vel futura successione, regulariter nõ valet, quia inducit votũ captandæ mortis alienæ. l. fi. vbi Doct. C. de pact. c. venerabilem, vbi Abb. & alij, de elect. valet tamen si fit ad seruandam legitimam successionem. Instit. de leg. agn. success. secus si ad eam minuendam. l. pactum. ff. de pact. nisi firmetur iuramento. c. 2. de pact. in 6. & minus ad eam perdendam, vel si fiat ad tollendam liberam testamenti factionem, cum sit contra bonos mores. l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. firmatur tamen iuramento cum sit contra bonos mores ciuiles tantum, & non naturales. arg. d. c. 2. Si verò pactum sit contra substantiam contractus, & non contra bonos mores, si apponitur per viam modi, vitiatur, & vitiat: vnde non valet pactum, q̃ precarium duret inuito domino l. cum præcario. ff. de precar. nec quòd non liceat reuocare procuratorem. Bar. ibi. etiam si apponatur pœna, quæ non incurritur reuocando. Ang. in l. 2. ff. de procur. sed si apponitur per viam conditionis, nõ vitiatur, sed vitiat. Bart. in auth. ingressi. C. de sacr. san. eccle. Silu. pactum. q. 10. vbi & q. 12. dicit, quòd si quis tamẽ parentes, relinquit pauperibus dimidium suorũ bonorum, hoc pacto, quòd si contingeret eum facere aliud testamentum, quo parentes institueret, ex nunc se donare notario recipienti nomine pauperum dimidiam prædictam, qui postea facit aliud testamentum, q̃ pauperes habebũt eam dimidiam modo procedatur ad actum traditionis, qui potest etiam fieri sub conditione, & cautius si traditio corporalis interueniat, quàm præcarium, q̃ procedit etiam in foro fori, & magis conscientiæ, qui & ibi. q. 17. dicit, q̃ si vir legat vxori domũ hoc pacto, q̃ siue mutet testamentum vel nõ, vxor iure donationis habeat dictã domũ, qui si mutauit

uit testamentum nō facta mentione domus, ꝙ ipsa vxor habebit domū, modo interueniat traditio, aliàs non cōfirmatur morte, & ꝙ sat est quòd traditio interueniat tēpore donationis, vel postea viuo donante. l. Papinianus. ff. de donat. inter vir. & vxor. Sic etiam pactum non tenet, vbi etiam iuramentum non obligat, vel si sit dolo initum. c. cū vniuersorum. de rerū permut. quò ad dolosum, vbi est alteri captiosum. l. si id quod pure. ff. de rescind. vend. vt & quando promissio sit ob nimiam reuerentiam alicuius. l. 1. ff. quarum rer. actio non dat, vel si continet turpitudinem. l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. vel si pactum est circa cōuentiones innominatas, & is cū quo contrahitur non implet ex parte sua cōtractum. l. naturalis. §. 1. de præscript. verb. l. ex placito. C. de rerum permut. Non valet etiam pactum si ineatur super rebus prohibitis in commercium deduci, vel per personas, quę contrahere non valent, de quibus dictum est cap. præced. vnde Silue. verbo, pactum. q. 7. dicit, ꝙ pactum factum per priores Mendicantium, cum Rectoribus Ecclesiarū, super iuribus parochialibus, valet si est factū cum assensu suorū conuentuū, licet non accedat assensus Prouincialis, vel Generalis, vel sedis Apostolicæ, quò ad minores. ex c. quia ex eo. de pact. in 6. qui & q. 14. dicit: pactū legis cōmissoriæ, quo statuitur, vt si certo tempore pretiū non soluatur, datum perdatur, valet. l. 1. & 2. ff. de leg. commiss. d. tamen illud pactū nō valere in pignore, ꝙ amittatur si debitum non soluatur. f. si ibi est iniustitia vltra dimidiam iusti pretij, potest tamē tale pactum apponi in vim pœnæ, vt scilicet excessus iusti pretij habeatur loco pœnæ ob contumaciam debitoris, vt & valet si fiat etiam fideiussore, vt scilicet si debitor non extraxerit fideiussorem de obligatione, pignus, quòd ei dedit pro eius indemnitate sit suum, vt & in dote, si dicatur si pecuniam non restituero, talem fundū assigno loco permutationis, vt potest fieri pactum, quòd quis obliget alteri fundum pro decem, & si intra mensem non soluerit, is habeat eum emptum iusto pretio, vt & valet si dicatur, si non soluero decem intra mensem, talis domus mea sit tua, modo sit iustum pretium legale, & cesset frans; vt & valet pactum legis commissoriæ appositum in pignore, non in contractu, sed ex interuallo diu post, vel si interuenit rogatu debitoris, & non auaritia creditoris. qui Siluest. & quæst. 15. quærit de pacto facto à filia ergà patrem dum nuptui traditur, dicens: primò, quòd pactū factum patri à filia dum nuptui traditur, quòd dote contenta nullum habeat regressum ad bona patrimonialia non tenet nisi sit iuramēto firmatum, etiam si sit appositum post nuptias. cap. quamuis. de pact. in 6. vbi Gemin. nec hoc casu potest puella petere absolutionem à iuramento, sed est omnino seruandum, etiam si non sit certiorata de præiudicio: vt ibi dicit Gemin. & Imola; Potest tamen non obstante illo iuramento petere legitimam, vel eius supplemētum, nisi expressè de ea dixerit, & renunciarit. l. si quando. vbi Doct. C. de inoffic. si enim datur legitima, valet pactum etiā sine iuramento. d. l. nisi dolus interueniat, tunc enim non valet pactum, quia tunc actione de dolo debet rescindi; & si filia renunciet bonis maternis, matre viuente & inscia, non valet tale pactum etiam cum iuramento. l. fi. C. de pact.

Cauendum quoq; ne pactum in fraudem apponatur, quòd fieri potest multis modis: primò, de persona ad personam, vt cum tutor emit de bonis pupilli per interpositam personam, suo tamen nomine: secundò, de re ad rem, vt cū quis filiofamilias nō mutuat pecuniam, quia prohibetur, sed aliam rem, vt is, ea vendita, pecunia vtatur: tertiò, de contractu ad contractum, vt cum vir & vxor constante matrimonio non donāt inuicem, quia prohibentur, sed vendunt causa donationis. Quartò, de nomine ad nomen, vt qui prohibetur esse pretor alicuius loci, facit se eligi in defensorē illius loci, quòd idem est mutato nomine. Quintò, de facto ad factum, vt si quis emat ancillam, eo pacto ne prostituat eam in lupanari, & ponit eam in caupona, vt ibi ministret, quòd idem est.

Porriguntur autem pacta ad personas

5 contrahentes non alias. cap. veniens. de trans. nisi quò ad aliquid sint eædē personæ, vnde pactum procuratoris obest & prodest domino, magistri societatis societati, serui domino, tutoris pupillo, filij patri. l. nam & nocere. cum seq. l. magistri. l. tutoris. l. si tibi. cum seq. & l. fin. ff. de pact. Similiter pactum prædecessoris obligat successorem, si sit vtile ecclesiæ. c. 1. de solut aliàs secus. c. 2. de præcar.

Pacta an extendantur.

6 Effectus porrò pactorum est, q obseruari debeat id q in pactum est deductū sub peccato mortali. c. iuramēti. 22. q. 5. c. 1. de pact. vbi gl. & Doct. etiam si causa non exprimatur in foro conscientiæ, modo sit vera. D. Th. 2. 2. q. 110. art. 3. ad quintum. latè Couar. in rubr. de pact. 2. p. §. 4. n. 13. cum seq. etiam si sit pactum nudum, quod ita dicitur cū præter consensum, & conuentionem nil ei extrinsecus accidit, vt ibi d. nu. 12. q intelligitur si habuit is animum se obligādi, secus si habuit animum fingendi, quia licet peccet, non tamen obligatur, nisi subsit causa quæ sub præcepto obliget, vt de subueniendo existenti in necessitate. Secundò, intelligitur si promissum sit licitū, aliàs non tenet. c. fi. de pact. vt q successio fiat in beneficijs. c. accepimus. eo. quod vt cēsus augeatur. c. cū clerici. eo. nisi authoritate Papæ. c. 2. eo. Tertiò, intelligitur, si seruetur ab alio contrahente, aliàs frāgenti fidem fides frangi potest etiam si sit iuramento firmatum. c. dilectus. in fi. de simon. l. cum proponas. C. de pact. Quartò, intelligitur modo nō fiat pactū posterius contrariū, quia secundū derogat primo. l. pacta nouissima. C. de pact. Quintò, intelligitur, nisi in cōtractu sit pœna apposita, quia soluta pœna potest recedi à contractu, nisi id sit expressum, q nihilominus contractus maneat firmus. l. qui fidem. ff. de trans. vt & si contractus non tenet, nec pœna apposita. c. si diligenti. de foro comp. Sextò, intelligitur, nisi promissum sit contra ius, cui per partes renunciari non potest, si respicit bonum cōe, secus si priuatam vtilitatem. d. c. cum ibi non si præter leges, pactum ēt non tenet, pœna verò sic. l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. obl. Septimò, intelligitur, modo conditiones non sint

Pactorum effectus quis.

mutatæ personarum, ac rerum. i. q si à principio extitissent, non promisisset. Octauò, intelligitur, modo sit possibilis obseruatio pacti. cap. impossibilium. de reg. iur. in 6. Nonò, si causa promittendi sit vera, & non ficta.

Vbi verò pactum tenet, etiam si sit nudum datur ex eo actio de iure canonico. Abb. in d. c. 1. Archid. Ioā. And. in c. quicunque. 12. q. 2. modo adsit causa, etiam si sit de futuro, vt si promittātur centū, si pro me eas Romā, de iure verò ciuili datur actio ex pacto nudo si inserta sit causa, & vlterius impleta, vt q ierit Romam. Couar. in rubr. de pact. 2. p. §. 4. nu. 13. 14. & 15. vel si additum sit iuramentum: vt ibi dicit, id procedere etiam iure ciuili. in fi. §. ver. 5. 7

Pacta nuda an obligent.

Per pactum quoq; potest quandoque renunciari beneficijs iuris. Est aūt renūciatio iuris sui, spōtanea refutatio. Sunt tū aliqua beneficia quibus renunciari non potest, vt est beneficium senatusconsulti Macedoniani, quòd competit filiofamilias, qui pecuniam mutuo accepit sine patris consensu, iuuatur. n. vt non possit conueniri pro illa pecunia, non solùm dum est in potestate patris, sed etiā postquam est sui iuris effectus, & competit etiam hæredi filijfamilias, & eius fideiussori, & huic beneficio renunciari nō potest, cum sit introductum in odiū fœneratorum, in foro tamen conscientiæ huiusmodi pecunia mutuo accepta est soluenda. Abb. in c. quia plerique. de immun. eccl. aliud est beneficium competens minoribus vigintiquinq; annis, vt restituantur in integrum non solùm toto tempore minoris ætatis, sed etiam quadriennio post, cui etiā non potest renunciari, ne decipiātur, qui tū, vt supra, ex contractu naturaliter obligātur, si rationis quis sit compos. Aliud est beneficium, vt quis cōueniatur tm̄ in quantū facere potest, & ita ne egeat, q cōpetit viro & eius patri, qn̄ conuenitur ab vxore, & vxori, & patri eius quando conuenitur à viro, patrono qn̄ conuenitur à liberto, socio si à socio conuenitur, patri si conuenitur à filio, vel filia, cui ēt non potest renunciari. Aliud, vt homo liber ad onus alienū pignoretur, cui etiā non 8

per Pactū quibus iurib. valeat renunciari, vel nō.

potest

potest renunciari, vt nec priuilegio fori, vt alibi, q̄ sub suo iudice quis cōueniat, nisi promittat soluere vbicunque petitum fuerit, nec quod clericus possit conueniri coram iudice seculari, cum sit introductum in fauorem totius cleri. c. si diligenti, de foro compet. vt nec exceptioni non numeratæ pecuniæ, quæ cōpetit intra duos annos debitori qui confessus est se mutuo recepisse pecuniam, & creditori qui confessus est sub spe futuræ numerationis pecuniam traditam se recepisse à debitore, q potest excipere de non numeratione intra triginta dies, & viro qui confessus est sub spe futuræ numerationis se dotem accepisse, qui habet exceptionem nō numerationis factę infra annum post matrimonium solutū, si matrimonium durauit minus biennio, vel infra tres menses si matrimonium durauit plus biēnio, vel minus decennio, vltra quos decem annos non extenditur exceptio prædicta, prodest tamen renūtia in prædictis in aliquo, quia renuntians prædictis priuilegijs debet probare solutionem non factam, cum alias onus probandi incumbat aduersario.

Sunt vero alia priuilegia quibus potest renunciari, ita quod renuntiatio impedit ne possint opponi, primum est priuilegium de duobus reis debendi, idest plures debitores, possunt pro virili tantum soluere l.1. C. de port. hæredit. qui tenentur insolidum si dicto beneficio renunciēt; secundum epistolā Diui Adriani qua cauetur, quod si sunt plures fideiussores debet quilibet conueniri pro rata, cui priuilegio potest renuntiari; tertium noua constitutio habens, quod si principalis & fideiussor sunt soluendo, debet conueniri prius principalis quàm fideiussor, cui beneficio renūtiari potest, & vbi plures principales principaliter se obligant, & in solidum, debent renunciare prædictis tribus priuilegijs, scilicet de duobus reis debēdi, & de fideiussorib. & beneficio epistolæ Diui Adriani; quartum est in condictione indebiti, vt si quis indebite soluit quia non tenebatur repetere potest, cui tamen beneficio potest renūtiari; quintum est in condictione sine causa, vbi obligatus sine causa, extra stipulationem non tenetur, cui tamen priuilegio potest renuntiari, nisi id fiat propter dolum; sextum in exceptione doli mali, iuuatur enim qui dicit se dolo malo inductum aliquid fecisse, cui priuilegio potest renuntiari; septimum est in priuilegio fori quod habet scholaris vt conueniatur tantum coram suo rectore, cui beneficio potest renuntiari; octauum est beneficium conditionis incertæ, vt si quis sit substitutus alicui si is decesserit sine liberis, cui priuilegio substitutus potest renuntiare, cū incertum sit an institutus sit decessurus cum liberis, vel non; Nonum est beneficium hipotecę quod habet vxor in bonis viri cuius bona pro dote sunt ei tacite hipotecata, cui iuri potest renuntiare, si de hoc certioretur, & idem de alijs habent hipotecam; decimum est beneficium Velleiani, quo cauetur vt mulier pro alio fideiubens non obligetur, cui beneficio potest renunciari, vt & iure ciuili mulier suscipiens tutelam filij, vel auia neptis debet renūtiare secundis nuptijs, quod an teneat iure canonico dixi tra. de matr. c.5. in fi.

Sunt alia quoque priuilegia quibus quo ad aliquid renuntiari potest, quo ad aliquid non, primum beneficium redhibitoriæ quod competit ei qui ignorāter emit rem morbosam, vel vitiosam, quo potest intra sex menses emptor agere contra venditorem, vt pretio accepto reddat sibi rem. Aliud beneficium dicitur quanto minoris, quo si quis emit ignoranter animal vel rem vitiosam, potest agere contra venditorem, vt reddat sibi partem pretij quam non dedisset, si sciuisset rei vitium, quod beneficiū competit infra annum, quibus beneficijs potest renuntiari, & renuntiatio prodest venditori si vitium ignorabat, si enim sciebat nec monuit emptorem, non prodest renuntiatio, tertio, est beneficium ne quis vocetur in ius diebus feriatis, cui potest renuntiari, si feriæ sunt inductæ ob hominum necessitates, vt messem, non autem si in honorem Dei, c. fi. extra. de ferijs.

Et generaliter potest renuntiari iuri pri-

priuato.c.si terra,de priu.l.pacisci. ff.de pact. nisi pactũ fiat in odium criminis, l.1.C.si mancip.ita ven. renunciari vero non potest iuri publico etiam si fauorẽ priuatorũ, cum odio aliorum respiciat, c.si diligenti, de fo. compet. vt nec illi, quod clerici possint se subijcere verberibus,c. contingit, de sent.exc. c.laicos, 2. q. 7. Si vero ius publicum est tantum introductum in fauorem aliquorum, ei potest renũtiari,vt Velleiano, l.fi.§.pen. ad Vell.non autem Macedoniano, cum inductum sit non solum fauore filiorũ familias sed etiam in odium creditorũ, l.sed si pater ff.ad Maced. vt nec quis potest renunciare iuri suo, si inde praeiudicium fit alteri,vt clericus non potest renunciare foro suo, quia praeiudicaretur episcopo,c.clericum 2.q.1. & d. capit.si diligenti.

9 Promissio quid sit, & an obliget.

Quo demum ad promissionem, quae est solius offerẽtis promissio regulariter facta absenti l.1.3.ff. de pollicit. duplex est vna interius facta alicui homini, alia exterius tacite vel expresse manifestata, prioris generis homini facta non obligat in foro conscientiae. D. Thom.2.2. q.188.ar.1.Sot.lib.7.de iust.q.2.ar.1. ad 1.Quo vero ad exterius prolatã, vt obliget duo requiruntur, primo, vt promittentis concurrat consensus,secundo, vt à promissario tacite saltem acceptetur.

Vt vero promissio obligat, oportet vt nonnulla cõcurrant, primo vt ficta non sit,qui enim non intenderet seruare promissum, etiam si verbis exprimat id, licet peccet mentiẽdo, non tenetur seruare promissum.D.Tho.2.2.q.110.art.3. ad 3. secundo requiritur,vt sit volũtarie emissa, vt excludatur uis metus, dolus, fraus,D. Th.2.2. q.89.ar.7.ad 3.& est dictum supra c. de contr. tertio, vt promissio sit iusta à lege non vetita, cap. in malis 22.q.4.quarto, vt non sit impossibilis,c. impossibilium,de reg.iu.quinto, vt vtilis sit ei cui fit promissio, sexto, vt nõ cesset causa ob quam est promissum. Nauar.cap.18.num.7. D.Th.2.2.q.110. art.3.ad 5.

Vbi vero quis promisit valide ex debito iustitię non ita tenetur seruare promissum,vt teneatur rẽstituere si defecerit,sed id adimplere tenetur tantum ex quadam honestate, Caiet.2.2.q.113.ar. primo, nisi prętextu pollicitationis aliquid acceperit,quia tunc est pactum l.1. §.1.ff.de pollicit.nec ex promissione sola potest quis conueniri coram iudice, nisi promiserit ecclesię ciuitati,pauperibus, vel locis pijs,c.ex parte,de cẽs. vbi Abb. d.§.1.vel si sit iuramento firmata, quia sic etiam in foro ciuili oritur actio efficax ad agendum,vt d.Couar. d.§.4. nu. 16. quod intelligitur quo ad impediendum peccatũ quod incurreretur, si promissum non seruaretur, cum alias ex sola promissione nemo obligetur, nisi facta sit Deo.Quod attinet vero ad peccatum, cessans ab obseruatione promissi, regulariter peccat venialiter tantum, nisi res grauis promittatur, vt aliquam ducere in matrimonium c. 1. de sponsa duorum,vel seruare sigillum secreti grauis negotij, & huiusmodi Garzias, de contr. cap. 3.in fi. alias non,cum verba curialia non obligent,glos. in l. 2. C.ex quibus cau.col.lib.12.

Quod si quis promittat factum alienum,iure canonico promittit se tantum facturum & curaturum quod alius faciet,etiam si adsit iuramentum,vndè liberatur si possibilem diligentiam pręstiterit, cum difficultas excuset à poena & mora in obligationibus ad factum, & etiam in obligationibus ad speciem in foro conscientiae, sic quod re per empta liberatur, quo ad praesentem solutionem secundo casu, si tamen adiecta sit poena facto alieno, incurreretur etiam post exactissimam diligentiam, si deprehenditur mentem contrahentium esse, vt eo casu incurreretur poena, vel interesse, etiam adhibita possibili diligentia, & eo magis si quis promiserit se facturum & curaturum, quod alius faciet cum effectu, vbi mens de quã supra, deprehenditur fuisse in contrahentibus, & idem in praetorijs stipulationibus,& extraiudicialibus promissionibus cum illis verbis,cum effectu,vt late probat. Couar.in d.2.parte,§.5.per tot.cum & promissio facta alteri per alterum iure canonico valida sit. idem, d. 2 p.§.4. num. 2.4.9.

SVMMARIVM.

1 Mutuum vnde dicatur, & quid sit.
2 Mutuum quotuplex.
3 Mutuum vt valeat, quæ requirantur.
4 ex Mutui natura quæ veniant.
5 Mutuum qualiter restituendum.
6 Mutuata res excrescens cui excrescat.

De Mutuo. Cap. XXX.

1 Mutuum vnde dicatur & qd sit.

CVm de hac materia actum sit tr. de vsuris sub. c. 2. nu. 1. & c. 3. num. 5. ideo ne eadem sæpius repetantur, hæc tractatio breuiter expedietur, id tantum explicando quod ibi tactum non est, vel summatim id explicando. Pro cuius rei intelligentia est aduertendum quod mutuũ dicitur quia de meo tuum fit, cum in eo transferatur dominiũ rei mutuatę l. 2. §. appellata. si cert. per. nec sit reddẽdum idem in indiuiduo quod est mutuatum, sed tantum in spẽ, & diffiniri potest quod sit gratiosa rei vsu consumptibilis collatio alteri sine pretio, vel interesse facta, vt idem in spẽ reddatur, l. 1. & 2. ff. eod.

2 Mutuum quotuplex.

Diuiditur autem mutuũ in naturale, ciuile, naturale & ciuile simul, & ex fictione iuris, naturale contrahitur ex consensu interueniente re quæ consistat in numero pondere & mensura, sine stipulatione, de reddendo in eadem bonitate, quantitate numero & mensura, cum ex natura contractus sic veniat res restituenda, l. cum quid l. 2. §. mutui. si cert. per. ciuile, quod per simplicem oris confessionem constituitur, vt cum quis confitetur se recepisse centum mutuo, qui per stipulationem quæ ciuilis est, obligationem habet restituendi in eadem quãtitate & c. §. de constituta. Inst. de act. naturale & ciuile, vbi stipulatio interuenit, quæ ciuilis est, de reddendo in eadem quantitate, & res ipsa quæ naturalis est, quo casu non ex numeratione tunc nascitur actio, sed ex stipulatione quæ pręcesserit eam, vel subsecuta sit, l. si ita §. si, cum l. seq. ff. de nouat. Castr. in cons. 286. vol. 4. iuris fictione, quando ius fingit aliquid vt mutuo datum haberi, vt in casu l. singularia, l. rogasti. ff si cert. pet.

3 Mutuum vt valeat quę requirantur.

Vt vero mutuum validum sit, oportet vt res sit idonea, quæ mutuo datur, & in hominum commertio, res enim sacræ non possunt alienari, & quod persona idonea sit, quæ mutuat, vel cui mutuatur, non enim potest filiusfamilias mutuare sine patre, nec seruus sine domini assensu, l. 2. §. creditum. si certum pet. nec furiosus, l. si à furioso, de rebus cred. nec administratores reipublicę, vel rectores prouinciarum l. principalibus, l. pręsidis, ff. de rebus cred. nec seruo potest solui debitum ex mutuo extra peculium sine domini voluntate l. eius qui in prouintia, eo. nec filiofamilias mutuum dari potest l. 1. l. sed iulianus, §. mutui, ff. ad sen. cons. Maced. quod intelligitur, si mutuo detur pecunia, non autẽ si alia res, nisi fiat in fraudem d. §. excipitur tamen si filiusfamilias miles sit, vel habeat peculium castrẽse, obligatur enim ex mutuo, vsque ad eius quantitatem, l. 1. §. fi. l. fi. C. ad Maced. secundo si absit causa studiorum, & moderata pecunia ei mutuo detur l. sed iulianus, §. quod dicitur, ad Maced. vel si filiusfamilias, se patrem familias mentitus sit, l. 1. 2. C. ad Maced. vel publice pro patre familias habetur l. 2. C. ad Maced. vel si voluntate patris contraxit, vel in eius negotijs l. 2. & 4. C. eo. & d. l. sed iulianus, vel si maior & sui iuris factus debitum agnouerit, d. l. 2. C. eo. vel si pater filij mutuum ratificat. l. fi. C. ad Maced. vel si quod ex pretio emptionis debet filiusfamilias in mutuum conuertit, l. 3. C. eo. & demum in foro conscientiæ filiusfamilias, rationis compos obligatur ex mutuo Abb. in cap. quia plerique de imm. eccl. mutuum etiam inutile reconciliatur multis modis, primo, si pecunia aliena accepta mutuo à filiofamilias consummitur, idest expensa est vel cũ alijs mixta l. rogasti, ad Maced. l. si alieni, de vsuc. vel vsucapione, si pecunia non consumpta per triennium fuerit apud accipientem, l. vn. C. de vsuc. transf. & per stipulationem quæ fit ab eo qui dat

alienos

alienos nummos, & sibi reddi stipulatur l. quamuis, C. si cert. pet. Similiter si cui legetur pecunia existens in arca, & interim hęres eam mutuo det, non valet mutuum vt rei alienæ, sed si legatarius repudiet legatum, reconualescit mutuũ, l. omnia l. proinde si cert. pet. Similiter si pecunia mutuetur sub conditione, si nauis ex Asia venerit, pendente conditione mutuum non est, sed ea veniente tenet, d. l. omnia cum seq. similiter recõciliatur, literarũ obligatione post biennium mutuum l. in contractibus, C. de nõ num. pec. Similiter ex agnitione debiti vt si quis fassus sit se recepisse certũ, si agnouerit debitum, & incipiat soluere, reconciliatur debitum licet non acceperit, l. cum fidem ff. de non num. pec. vt & filiusfamilias, si paterfamilias factus, agnouit debitum, incipiẽdo soluere mutuum, non potest excipere sen. c. Macedonianum, l. item si filiusfamilias, ff. ad Maced.

4 ex Mutui natura q̃ veniant. Natura mutui autem, vt supra est dictum, est vt mutuans intendat recipere non eandem rem quam dedit in indiuiduo, sed eandem in genere, vt si dedit pecuniam, vel granum, idem recipiat in ea quantitate, & qualitate, si enim idem numero, vel in indiuiduo reciperetur, non esset mutuum, sed depositum vel commodatum, l. 2. de contr. empt. debet etiã reddi eiusdem generis, si enim pro vino redderetur granum, esset contractus innominatus do vt des, l. 1. si cert. pet. nec id agi posset inuito creditore, l. 2. eo. debet etiam dari ad pondus, & numerum, quod ita solet dari, si enim daretur liber ad pondus, non esset mutuum, cum soleat dari secundum ęstimationem valoris, l. 1. de contr. empt. vt econuerso frumentum datur ad mensuram, & ad pondus, moneta ad numerum, vnde non est mutuum si detur pecunia in sacculo, vt tãtundem reddatur, cum debeat dari in quantitate, posset tamen dari argentum incontaminatum ad pondus, & reddi pecunia ad numerum idem valẽs, ar. l. 1. §. si. ff. de auro, & argento leg. põt tñ fieri pactum, vt recipiens pecunias mutuo, teneatur eas in mercibus vinoue reddere pretio currente tempore solutionis, vt licet tempore quo annona est chara, mutuare triticum æstimatum, vt reddatur triticum pretio currenti tempore solutionis, non licet tamen obligare accipientem, vt teneatur laborare in eius agro, nisi conducatur, & nummi dentur in pretium, nec eum obligare vt emat res eius apotecæ. Lop. lib. 1. de contr. c. 39. nec vt moneta aurea reddatur pro argentea, nisi fiat vi permutationis.

Ex natura quoque mutui venit, vt si res mutuata pereat mutuatario post traditionem pereat, etiam si casu fortuito, cum dominium in eum transierit, & teneatur idem in genere vel specie restituere, quod genus nunquàm perit. l. rogasti. l. si quis nec causam, l. certi condictio. §. fi. ff. si cert. pet.

Ex his dignoscitur quod mutuum accipiens statuto tempore debet idem restituere, nec ante id tempus, mutuans reuocare potest debet, etiam restitui mutuum in eadem specie & quantitate, bonitate, & qualitate intrinseca, non autẽ extrinseca, si tamen aliquid prius deberetur mutuatario, potest mutuum retinere loco crediti sibi debiti, modo liquidum sit creditum & debitum ac mutuũ sint eiusdem speciei, & aduenerit tempus crediti soluendi, vt inquit Garzias de contr. c. 6. nu. 8. quod licet de rigore liceat, tamen fieri non debet, ob bonam fidem quæ in mutuo concurrit. 5 Mutuum qualiter restituendum.

Quo vero ad locum, & diem mutui restituendi, si conuentum est vt certo loco daretur, id est seruandum, & pretium ibi considerandum, sin minus vbi est petitum, l. vinum, l. quod te. ff. si cert. pet. cum ibi not. quod pariter de die est dicendum, quod si certa dies est apposita mutuo restituendo, est attendenda, alias est in arbitrio creditoris, d. l. vinum, vbi Dec. & alij.

Quod si rei mutuatæ pretium excrescat, si vinum vel granum est mutuatũ, quod in pretio sit restituendum, attendi debet eius valor tempore mutui restituendi, & non quod valebat cum datum fuit, vt d. Sot. lib. 6. de Iust. q. 1. ar. 2. Garzias. d. c. 6. nu. 13. cum sit restituendum in eadem specie quãtitate qualitate & c. & sic pręcise res similis, si vero pecunia 6 Mutuatares excrescens cui excrescat.

sit

sit mutuata, eius valor est attendendus, tempore quo fuit mutuata, & non quo est restituenda in mutuo, vt d. Sot. d. ar. 2. Garzias, d. c. 6. nume. 12. cum alias in alijs contractibus reddenda sit respectu valoris currentis tempore solutionis faciendæ, Couar. de numism. c. 7. §. vn. 9. concl.

Fallit tamen, si debitor sit in mora soluendi, quia tunc tenetur debitor ad id quod pecunia post moram supercreuit, Bart. in l. paulus. ff. de solut. Doct. in c. quanto de iureiu. secundo, fallit si initum sit pactum aureis mutuatis, vt aurei nummi eiusdem qualitatis reddantur, quod validum est, si enim decreto principis creuerunt, accrescunt mutuanti, Garzias, d. c. 6. nu. 14. 1. concl. quod si conuentio non adsit vt aurei restituantur in eodem metallo, restituendi sunt tantum iuxta valorem currentem tempore contractus, vt ibi d. 2. conclus. quod si mutuans erat seruaturus pecuniam vsque ad tempus in quo credebatur probabiliter quod augmentari deberet eius pretium percipere potest illud augmentum ratione lucri cessantis, si vero tempore mutui id ignorabatur equaliter an esset augenda vel non, liceret apponere pactum prædictum vt restituatur in auro vt supra, non autem si mutuans certo sciebat augendam, vt ibi d. Garzias, 4. concl. nisi eam esset seruaturus vt mox est dictum, ratione lucri cessantis.

Licet demũ mutuum peti possit quãto plus res mutuata valet salua iustitia, tñ id est contra charitatem si multum excreuit, si mutuans ea non eget, vt nec liceret pacisci, vt reddatur hinc ad pascha quanti plurimi valet, quia sic mutuans poneret se in tuto, & vendit tempus, vt d. Scot. 4. d. 15. q. 2. ar. 2. vt nec licet vendere granum certo pretio, sic tamen vt si plus valet vsque ad pascha, sibi detur, non autem diminuatur, si pretium diminuatur cum contractus claudicet. ar. l. pen. C. de solut.

Hæc de mutuo, de eo vero in comparatione ad vsuram, vel quomodo in eo committatur vsura, dixi tract. de vsuris. iam edito, c. 1. 2. & 3. & per tot.

Quibus vero casibus aliquis teneatur mutuare; habetur in tr. de eleemosina, & profecto charitas qua se homines inuicem prosequi debent, exigit, vt sibi succurrant nedum per mutuum, sed & per liberam donationem, c. 1. de empt. cum alijs loco prædicto cit.

SVMMARIVM.

1 Commodatum vnde dicatur, & quid sit.
2 Commodati quæ res possint, vel non.
3 ex Commodati natura quæ veniãt.

De Commodato. Cap. XXXI.

Commodatum dicitur quasi in commodatum, & est rei alicuius inter idoneas personas facta ad certum vsum vel tempus gratuita concessio. gl. in c. vn. de comm. Dicitur gratiosa concessio, quia est species donationis, & si interuenit merces pecuniæ est locatio, si merces alterius rei contractus innominatus, §. fi. Inst. mand. §. item is cui. Inst. quib. mod. re cõtrah. obl. l. si gratuitam, l. si rem, de præscr. verb. l. 2. l. si quis locari. §. 1. Inst. loc. in quo differt à locato, vbi vsus rei pretio conceditur, differt & à deposito vbi vsus rei nõ conceditur, Dicitur inter personas idoneas, quia nõ omnes apti sunt hunc contractum exercere, vt impubes sine tutoris authoritate ita vt factus pubes hac actione non tenetur etiam si dolum, vel culpam commiserit, l. 1. §. fi. ff. commod. in conscientia tamen tenetur si rationis sit cõpos. Abb. in c. quia plerique de immun. eccl. & furiosi, nisi locupletiores sint facti, l. 2. 3. ff. commod. potest tamen filius familias, & seruus accipere commodatum, & agitur cũ patre & domino, quatenus in eius peculio est, l. 3. §. si filiofamilias. ff. commod. & generaliter is tantum potest cõmodare qui potest & contrahere l. Iulianus §. antepen. de act. empti. prælatus & œconomus. c. hoc ius 10. q. 2. si vero pupillus commodet, nõ obligatur, sed alius ei obligatur d. l. si vero ei

1 Commodatũ vnde dicatur, & qd sit.

ei commodetur, obligatur si est factus locupletior, vel dolum commisit, si erat proximus pubertati, l.1.§.an in pupillũ, ff depos. Silu. commodatum num. 2. vt & ecclesia tenetur ex commodato si in eius vtilitatem est versum, quæ rationi consona sunt, fur etiam & prædo commodare possunt. Dicitur ad certum vsum, vt differat à deposito, in quo vsus rei non conceditur, vt nec in pignore, & à donatione in qua nedum vsus, sed & res ipsa conceditur, vt & in mutuo, Dĩ ad certum vsum vel tempus, vt differat à precario, vbi res conceditur ad vsum incertum & tempus, l. cum precario, ff. de precar. commodatum vero habet certum vsum, & tẽpus tacitum vel expressum, vt si quis commodauit librum ad transcribendum, intelligitur datus ad tempus quo possit commode exemplari, l.3.4.l.si vt certo.l.fi. ff commod. Innoc. in c.vn.eod.

2 Commodari quæ res possint vel non.

Commodari autem possunt res siue mobiles siue soli.l.1.§. inter commodatum, ff.commod.vel immobilis, vt habitatio, equus, ensis, vestis, & huiusmodi q̃ non consummuntur vtendo, & etiam seruitutes ad certum tempus commodantur. Non potest tamen commodari res quæ vsu consummitur, vt vinum granũ pecunia, & quæ mutuo traduntur, nisi ad pompam, vel ad lętificandum l. 3.§. fi. ff. commod. potest etiam quis commodare nedum rem suam, sed & alienam quam possidet, vt fur & latro, ac prędo, ita vt si eam commodarit, possit eam repetere l. commodare ff. commod. l. ita vt in eo. l. non à iudice. ff. de iudic. nisi concurrat dominus rei cum legitimis probationibus, quia tunc facienda est ei libera restitutio. l. inciuilem. C. de furtis.

Potest autẽ res commodari ad vsum tantum, vel etiam ad vsufructum, vt domus, tempus certum, vel incertum, gratia commodantis, commodatarij, vel vtriusque, vt inquit Garzias, de contr. c.6 num.3.4.5.6. potest etiam commodari res ad certum vsum tantum l. in commodato.§. sicut commod. si enim ad incertum agitur præscriptis verbis, l. si gratuitam vbi gl. præscr. verb. potest etiam conueniri, vt culpa vel dolus vel casus fortuitus præstetur ab eo qui accipit, & conuentio seruanda l. si vt certo, §. nunc videndum. ff. commod. l.1. C. eod.

3 ex Cõmodati natura quæ veniant.

Natura autem commodati est, vt res ipsamet in indiuiduo commodata restituatur cum id fit de iure naturali, cum dominium talis rei non transeat in recipientem. gl. in c.vn. extra. eod. & in l. rei commodatæ. ff. commod. & debet eam restituere non deterioratam, aliter tenetur ad interesse, l. si mihi §.1. ff. cõmod. si tamen vsus est re ad vsum sibi concessum, & deterior sit facta sine sua culpa, non tenetur, l. cum qui rem, l. fi. ff. commod. potest tamen retineri res commodata ratione debiti præcedentis, modo sit liquidũ, & possit probari infra duos mẽses, & eo magis si commodatum consistit in pecunia, §. bonæ. Inst. de act. l. fi. vbi gl. & Doct. C. commod. cum retentio gratia compensationis prohibeatur tantum in deposito, & ideo in alijs contractibus censeatur concessum. glos. & Abb. in c. bona fides. depos. secũdo de natura commodati est vt commodatarius non possit repetere expensas factas in re cõmodata naturali ratione, vt in cibandis equis, alias nõ naturales repetere potest nisi modicæ sint, vt impensę valetudinis, fugæ, & huiusmodi l. in reb. §. possunt ff. commod. si vero magnæ sint reperi possunt. Bar. in l. diuortio. §. impendia. ff. sol. matr. vt factę in reparatione domus, vel medicinis præstitis equo, nõ autem si ferrei calcei ei aptentur, vel calcei seruo commodato, aut vestes necessariæ dentur, Garzias de contr. c.5. nu. 8. tertio, si res commodata est deterior facta vel perijt apud commodatarium, tunc aut accipit commodatum gratia sui tantum, vt communiter fit, & tunc tenetur de dolo, lata culpa, leui, & leuissima, d. c. vn. l. in reb. l. si vt certo. §. commodato, ff. commod. quia debuit in seruando rem adhibere curam magnam, & magis quàm rebus suis si alius diligentius custodire potuisset. l. 1. §. is quoque ff. de act. & oblig. & tenetur ad æstimationem rei cum accessionibus partubus, & fructibus, l. in rebus, ff. commod. Dicitur vero dolum adhibuisse quando commisit, vt equus commodatus surriperetur,

paretur, latam culpā extra eum domū noctu equū vel aliam rem reliquit, leuē si equum in domo posuit, sed eam reliquit apertam; leuissimam, cū intus clausit, sed non bene firmauit vel prædictæ intelliguntur prout supra c. de culpa est dictum. Si vero quis accipit mutuum gratia commodantis tantū, vt cum quis ornamenta alicui commodauit vt ad se in solemnitate nuptiarum, vel alia veniret, tunc tenetur de dolo tantum l. si vt certo. §. interdum. ff. commod. & de lata culpa, cum dolo æquiparetur l. quod nerua. ff. depos. Si vero sit gratia vtriusq; vt cum cōmunem amicum inuitamus, & tu curam eius suscepisti, & ego vasa argentea commodaui, tenetur de dolo, culpa leui, & leuissima. glo. in d. §. interdum, & in d. l. in reb. §. 1. Nullo vero casu commodatarius tenetur de casibus fortuitis, nisi in tribus casibus, primo, si fuit in culpa, vt quia commodaui tibi equum, vt duceres ad villam, & duxisti ad bellum, vel si remisisti rem per nuntium nō idoneum, & casu perijt, secus si erat idoneus, & etiā culpa leuissima non interuenit l. argentum. ff. commod. mutuum tamen perit accipienti etiam casu fortuito, vt c. præcedenti est dictum. Secundo, venit casus quando id in pactum est deductum, quod fieri potest; vt supra est dictum, & sat est quod aliqui casus fortuiti specificentur, & postea clausula generalis subijciatur, quod teneatur de omni alio casu, quando non stat per cōmodatariū quominus alios enumeret, cū omnes numerari non possint, si enim nulli numerentur, non teneretur de casu fortuito, licet id diceretur. l. cum quid. si cert. pet. l. cum aquiliana. ff. de transact. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. de transact.

Tertius casus est, cum mora præcessit casum c. vn. extra. commod. quia fuit in mora sistendi, d. c. & l. in rebus. ff. eo. l. 1. C. commod. l. 1. §. is vero qui. ff. de act. & oblig. & prædictis casibus tenetur in foro fori etiam si res apud dominū esset pariter peritura l. cum res. ff. de leg. 1. secus in foro conscientiæ, non enim tenetur ad interitum rei, sed tantum ad interesse, quod dominus est passus post moram. Silu. commod. nu. 6. in fi.

Quartò, ex natura cōmodati est, vt si res ad certum vsum sit commodata, ante vsum expletum nō possit repeti, alias tenetur ei de damno, cap. 1. §. fin. de commod. l. sicut. §. in commodato. ff. eod. l. in reb. eod. vnde commodans debet probare vsum expletum pro quo commodauit. l. 2. C. eod. similiter & si ad tempus res sit commodata, ante tempus inuito commodatario repeti non potest, tamen commodatarius quandocunque eam restituere valet cū ad eius commodū fiat commodatum, vt nec iniri potest pactū, vt commodatarius non possit restituere rem nisi petente domino, cum esse posset causa, quod expensarum ratione ei esset nociuum, vt d. Garzias. d. c. nu. 11. nisi dominus tunc futurus sit absens, vel alia iusta causa. Lop. loco infra cit. si tamen commodans ex hoc damnum patitur potest etiam non finito vsu vel tempore repetere, vt d. Silu. d. verbo num. 4. Garzias. d. c. 5. num. 12. si tamen commodans ante tempus statutum commodatum repeteret, sine necessitate, teneretur ad damna commodatarij. Nau. c. 17. nu. 182. Garzias. d. c. nu. 13. quod si vtrinque æquale sit damnum, potest ante tempus, vel vsum repeti, quando à principio cōmodatarius huic damno non poterat prouidere. Lop. de contr. lib. 2. c. 34. qui Silu. d. quod si intra id tempus non potuit commodatarius re vti etiā sine sua culpa, non potest alio tempore inuito commodante vti. Bar. in l. in commodato. §. sicut. ff. commod. Abb. in d. c. vn.

Quintò, si res æstimata commodetur, non ob id magis tenetur commodatarius quàm aliàs teneretur, sed id prodest solum vt sciatur verum pretium rei casu quo amittatur vel deterioretur ex culpa. Abb. & Io. And. in d. c. vn. & idem si quis promisit alternatiue reddere rem, vel æstimationem, vt ibi. d. Abb.

Sextò, si quis scienter alicui commodauit vasa vitiosa, vel equum, & oleum sit effusum, tenetur commodans de damno, vt not. in d. c. vn. secus si ignoranter, l. in rebus, §. possunt §. item qui l. penult. ff. commod. vel monuit.

Septimò, ex natura contractus huius

venit,

venit, quod si commodatarius vtitur re commodata contra voluntatem domini ad vsum non destinatum, vel tempus, vel modum, peccat mortaliter in re magni ponderis, & tenetur ad restitutionem, si res perit vel deterioratur, d.l. si vt certo. §. nunc videndum commod. §. furtum §. placuit. Inst. de oblig. quæ ex delicto nasc. l. qui iumenta. ff. de furtis, qui tamen non committit furtum, si credebat dominum permissurum, & aderat iusta causa credẽdi. l. qui re ff. de furt. secus si dubitabat l. qui vas. ff. de furtis, vel si probabiliter non credit dominum permissurum sic enim est furtum glo. loco cit. Inst. titu. & Valer. Max. lib. 8. c. 2. & Aul. Gell. lib. 7. ca. 15. dicunt vnum aliquando damnatum, quod equum paulo vltra locum concessum duxisset, & tenetur sic vtens ad restitutionem, si res perit vel deterioratur in alio vsu non concesso. l. si iumenta ff. commod. nisi forte, sine culpa accipientis, in eodem vsu quo is est vsus, erat peritura, vel deterioranda apud dominum, sic si quis commodauit equum ad hastiludium, vel fatigatione perijt, vel oculo sit orbatus, tenetur accipiens si sua culpa contigit, quia incaute egerit, & idem si ante tempus præfixum iter confecerit, vnde equus interijt, quando dominus id pfixit vt consuleret equi debilitati, secus in prædictis si in culpa nõ fuit, sed est vsus moderate eo ad vsum concessum. Lop. loco cit.

Octauò, vbi commodatarius res commodatas simul cum suis saluare non potest, si res suę sunt pretiosiores potest eas pręferre reb. commodantis quando cõmodatum gratia commodantis fit d. §. interdum, aliter non l. quod nerua ff. depos. Si vero erant eiusdem valoris, si cõmodatum sit gratia commodatarij, non potest pręferre suas, l. in reb. ff. cõmod. sed si sit gratia commodantis, põt præferre suas etiam viliores, vt supra, sed si sit gratia vtriusq; cęteris paribus potest suas pręferre, quia ordo charitatis ad se prius tẽdit, & idem si sint suę digniores; et si gratia sui tãtum esset commodatũ, quia quilibet diligentissimus id tantum facit, magis curãdo pretiosa quàm vilia d. l. in reb. l. si vt certo. §. quia vero. commod. modo illis adhibuit diligentiam quam suis adhibuisset, & ita qui de dolo tenetur, potest præponere sua viliora, qui de leui culpa, equalia, qui de leuissima pretiosiora solum, concordat Lop. loco cit.

Nonò, ex natura commodati venit, vt qui commodatum remisit per nuntium fidelem vel pro tali communiter habitum, & casu res perijt, commodatarius non tenetur l. argentum vbi gl. ff. commod. si vero culpa commodatarij, si cõmodatarius fuit in culpa, tenetur, secus si habebatur fidelis communiter. Bar. in l. eum qui. ff commod. quod intelligitur vbi commodatarius misit nuntium cū re, si enim commodans misit nuntium ad rem accipiendam, non tenetur commodatarius, si perijt culpa eius. Abb. in d. c. vn. nu. 17. & minus tenetur si res sine eius culpa, vel nuntij missi casu fortuito perijt, secus si est vsus nuntio infideli. Lop. ibi. cum Garzia, quia tenetur etiam de leuissima culpa quando sic gratia eius.

Decimò, commodatarius si dicunt se accepta amisisse tenetur probare, aliter condemnabitur l. si creditor, C. de pign. act. Abb. in c. bona fides, depos. quod probatur si casus sint aperti, vt vis incendiũ, naufragium, ex rei euentu, si vero occulto sibi est subtracta, domi, vel in agris, tunc sat est probare per cõiecturas, iuxta qualitatem personæ, vt si eius domus ostium inuenitur fractum vbi erant depositæ res commodatæ, vel iuit equester in loca vbi versantur latrones, sciente id commodante, & redijt pedester dicens sibi equum sublatum, habito tamen respectu ad qualitatem personæ, iuncto eius iuramento, quod si domi occurrat casus fortuitus, commodatarius tenetur id probare sine eius culpa euenisse, vt incẽdium quod regulariter in domo propria euenit culpa habitantium, quidam vero vt plurimum eueniunt sine culpa, vt vis hostium, & tunc id allegans tenetur probare, Silu. commodatum in fi. & regulariter commodatarius nõ tenetur de casu fortuito, nisi sua culpa casus cõtigit, vt quia alio iuit cum equo, nisi certo perijsset etiam apud dominum,

secundo,

secundo, tenetur de casu quãdo pactum est factum de eo, nempe vt aliquis casus sit expressus, si enim actum sit tantum in genere, vt quod teneatur de omni casu, in conscientia non tenetur, Bar. in l. sed & si quis, §. quæsitũ, ff. si quis caut. nec etiam si iuramentũ intercessit, & mi nus si res erat periculosa, vt equus morbidus, maxime si accipiens id ignoret, tertio, tenetur de casu post moram nisi res etiam apud dominum erat pariter peritura, quia tunc tenetur tantum ad interesse, vnde non licet ei illam commodare cum damno domini, l. qui vas §. si ergo, de furt. Dantur porro tres actiones pro commodato, directa commodãti cũ interesse, vbi res est facta deterior, l. videamus, §. si possessiones, ff. de vsufr. contraria commodatario per compensationem, l. in reb. §. fi. ff. commod. vtilis datur tertio l. si res tuas, C. ad exhib. & res debet restitui impleto vsu concesso, vel tempore c. 1. comm. c. fi. de loc. l. interdum l. continuum de verbor. oblig. §. cum ita.

SVMMARIVM.

1 Depositum quid sit.
2 Deponi quæ possint, vel non.
3 Deponere quis possit vel non.
4 Deponi apud quem possit.
5 Depositum qualiter fiat.
6 ex Depositi natura quę veniant.
7 in Deposito quę actiones dentur.
8 Sequestrum quid sit, qualiter fiat, & quis sit eius effectus.
9 Custos ad quid teneatur.

De Deposito. Cap. XXXII.

1 Depositũ quid sit.

Depositum est, ꝙ custodiæ causa apud aliquem positum, & cõmendatum existit l. 1. l. lutius. ff. depos. l. commendare, ff. de verb. sign. ita dictum quod totum fidei eius qui capit. niatur d. l. 1. & explicat ser-

2 Deponi q̃ possint vel non.

uius in 2. eglog. virg.

Diuiditur autem depositum, in depositum proprie, sequestrum, & sponsionẽ. In depositum proprie veniunt tantũ res mobiles, & se mouentes, gl. in c. bona fides, depos. sequestrum proprie est rei im mobilis, C. de prohib. seq. pec. licet q̃nq; veniat & res mobilis sequestrãda l. si hominem, ff. depos. l. licet. eo. tit. c. examinata, de iudic. Differt pręterea depositũ à sequestro, quod depositum fit ex libera voluntate deponentis, sequestratio ex controuersia rerum depositarum l. licet l. proprie depos. l. sequester, de verb. sign. est enim sequester medius inter litigãtes l. si apud te, de pręscr. in quẽ transfertur rei possessio donec controuersia dirimatur, cum tamen depositum non transeat in depositarium, cum deponens possideat ciuiliter per se, & naturaliter per depositarium, d. l. licet, & fit, vt plurimũ iudicis authoritate licet, & aliquando fiat de consensu partium apud iudicem rei controuersæ sequestratio, l. ei apud quem, §. fi. ff. depos. & sic dicitur sequester quasi medius vt accipitur, & Deut. 5. medius inter Deum & populum, sponsio est cum res apud aliquẽ deponitur, vt qui victor in honesta causa fuerit, rẽ illam accipiat, de quo Plin. li. 9. c. 35. & Dametas eglog. 3. Virg. Vis ergo inter nos quid possit vterq; vicissim, Experiamur? ego hanc vitulam ne forte recuses, bis venit ad mulctram, binos alit vbere fętus, Depono, tu dic mecum quo pignore certes, & habetur in l. 3. ff. de alea lusu. vbi prohibetur sponsio fieri pro aliis rebus quàm pro certamine, ꝙ virtutis causa fit.

Deponi potest non res propria apud eundem, l. qui rem, depos. sed aliena etiam à non domino, l. bona fides, depos. quo tamen casu dominus rei actione ad exhibendum potest eam repetere à depositario, l. si res tuas, C. ad exhib. vnde fur & prædo deponere possunt rem furatam, quæ eis est restituenda, nisi concurrat dominus rei, quia tunc ei restituitur si probet esse suam l. bona fides, depos. l. 1. §. si prædo. eo. l. non à iudice, de iudic. l. dominus de condict. indeb. clem. auditor, de rescr. & si damnatus supplicio vltimo deponit, fisco restituitur d. l. bona fides, cum sit factus dominus rei, l. statius, §. Cornelio, de iu. fisci.

3 Deponere qs possit, vel nó. Deponere etiam potest filiusfamilias & agere depositi, l. Iulianus, depos. l. filiusfamilias, de act. & Deponere pōt qs & intelligitur non solum per seipsum, sed eos etiam per quorum obligationē acquirit, vt seruos filiosfamilias & alios qui bona fide alicui seruiunt, quo casu domino competit actio. l. 1. §. non solum §. si seruus, l. quod seruus ff. depos.

4 Deponi apud quē possit. Deponi vero potest apud omnes, nisi specialiter prohibeantur, & apud iudicē gl. in l. senatusconsulto, §. fin. de off. presi. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cog. non autem potest deponi apud pupillum non doli capacem, aliter non datur actio in cū, nisi quatenus locupletior est factus, l. 1. §. an in pupillum, ff. depos. nec penes seruum, nec in eum datur actio, etiā si post sit manumissus, nisi adhuc detineat depositum, vel nisi dolose circa depositum se gesserit, d. l. 1. §. apud seruum, & §. filiumfam. potest tamē deponi apud filiumfamilias qui pro deposito conuenitur, d. l. 1. §. filiumfam.

5 Depositū qualiter fiat. Deponitur autem res obsignata, vel aperta, & si pecunia sit obsignata, vsus eius non conceditur depositario, secus si non sit obsignata, ea enim vti potest, sine vsuris, nisi morā adhibuerit in reddendo l. lucius, l. diem sponsaliorum, §. fin. l. pblica, ff. depos. & si signato deposito vtitur, furtum facit, l. si sacculum, ff. depos. fieri etiam solet depositum per chirographum duplex, cuius vna pars detur depositario, altera remaneat apud deponentē, vt ex iunctura partium probatio fiat, quæ tamen probatio non est iuris, vel de iure, cum non credatur scripturæ priuatæ nisi subscriptionē habeat trium testium fide dignorum, l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab.

6 ex Depositi natura quę veniant. Ex natura autem depositi multa veniunt, primo, vt res deposita redatur deponenti, cum id sit de iure naturali, c. ius naturale, dist. 1. Fallit tamen id, primo, cum furiosus gladium repetit depositū, c. ne quis 22. q. 2. secundo cum deponens fuerit deportatus & bona eius fisco addicta, tunc. n. bona eius in publicum deferuntur post sententiā, & in crimine lesę Maiestatis, & heresis, c. cum secundū, de hęr. in 6. Si tamen ante sententiā, hæresi excepta & lęsę Maiestatis crimine, is ecclesię donauit, probabiliter donatio tenet. Lop. li. 2. c. 37. secundo cū fur deponit, & repetit, & in repetitione cōcurrit dominus rei, is enim debet ꝑponi si probet rem suam esse, c. bona, depos. l. itaq; ff. de furtis, Si tamen inde timeatur molestia inferri personę vel honori depositarij, potest reddere furi, vt is domino reddat. Nau. c. 17. num. 18. Lop. loco cit. quarto, cū fur deponit apud eum à quo surripuit, vel proprietariū, d. c. bona, nec cum deponens vult vei armis depositis contra depositarium, vel alium, c. ne qs 22. q. 2. Lop. loco cit. quod si depositum est factum ecclesiæ, tunc aut est factum prælato præcisè, & tunc ecclesia non tenetur nisi sit versum in eius vtilitatem, c. 1. de depos. Si vero fit prælato, & capitulo simul, ecclesia tenetur etiam si ecclesia non lucretur, sed fiat depositum gratia deponētis tātum gl. Host. Io. And. in d. c. 1. quod verum est de fructibus ecclesię, non autem si inde sint vendenda immobilia, vel mobilia pretiosa, cū immobilia alienari non possint in præiudicium successorum. Abb. in d. c. 1. Si vero fiat apud officialem ecclesiæ vt sacristā, tunc aut erat deputatus ad custodiam vasorum tantum, & ecclesia nō tenetur, aut erat deputatus à ꝑlato & capitulo ad custodiā depositorū, & ecclesia tenetur. gl. & Io. And. in d. c. 1. pręsumitur vero versum in vtilitatem ecclesię quando ꝑlatus consueuit bene administrare bona ecclesię Archid. in c. hoc ius, 10. q. 2. Bal. in auth. hoc ius, C de sacr. eccl. & si apud illum est factum depositum, qui tamen dicit versum in vtilitatem ecclesiæ id habet probare. Inno. in d. c. 1. l. ei qui. ff. de prob. nisi legitime sit factum, & satisfieri possit de fructibus ecclesię d. auth. hoc ius §. is creditor. Quod si qs reddat depositum alieno ignorāter, adhuc liberatur, l. 1. §. si rem ff. depos. & tunc non tenetur nisi cedere actionem deponenti contra illum cui reddidit l. quod debetur, ff. de peculio, cum teneatur tantum de dolo, licet secus sit in debitore qui nō liberatur soluendo falso procuratori cū sit obligatus in genere l. in ratione, ad l. Falcid. Quod si plures deposuerūt, reddi

potest.

potest alteri eorum si hoc in deponendo est actũ, alias pro parte tm̃, cum & duo hęredes pro parte tm̃ agant l.1.§.si pecuniã ff.depos. Si vero deponant hoc pacto ꝙ nõ reddatur vni sine altero, seruari debet, & si vni reddidit, nemo põt agere, non ille cui reddidit, qa non est ꝙ agat, non alter, quia illi sine alio reddere non potest, vt ibi d.Host. in foro conscientiæ tñ socius teneretur alteri pro parte de recepto, & ipse depositarius in subsidium quatenus contra pactũ vni sine alio reddidit. Nec potest etiam qui deposuit clã surripere rem depositam. D.Thom. 2.2. q.66. ar.5. Si tamen deponens non erat eius dominus, potest verus dominus eã accipere, modo releuet depositarium. Lop.d.cap.37.

Secundò, ex natura depositi venit, vt depositarius, si res deposita perijt, vel est amissa teneatur de dolo tantum, vel lata culpa, non alia, l.1.§.illud, ff.depos.l.ꝙ nerua.eo. l.1. C. eo. vt si latenter signat furi vbi sit res deposita, vt eam secum diuidat, cũ imputare alias sibi debeat qui amico minus diligentiorem commendauit, §.pręterea.Inst.quib.mod.re cõtrah. oblig. potest tñ cõueniri, vt depositarius teneatur etiam de culpa leui, vel casu fortuito, & seruandũ, l.1.§.Si conueniat ff.depos.l. 1. C.eo. non põt tñ conueniri quin dolus pręstetur, cum sit contra bonos mores, cum inducat ad delinquendũ l.1.§.illud non probandum, ff.depos.

Fallit tamen, si quis pro custodia mercedem recepit, quia tunc tenetur etiã de leui culpa, c.bona fides, extra. depos.l.1. §.si quis seruum, ff. eod. vel si cõuentum fuit, vt supra, tenetur etiam quandoq; de leuissima si gratia depositarij est factum depositũ, quia illo vtebatur vel si se deposito obtulit, l.1.§.si pecunia, ff.eod.c.2 extra. eod. vel si moram in restitutione fecit, l.si in asia.§.fi. extra. eo. & idem si dum deponens requirebat depositarium diligẽtissimum, quia res erat pretiosa, is se obtulit deposito, ob quod deponens omisit diligentissimo commendare. Silu. culpa q.4. vel si ita est conuentum d.l.1. §.si conueniat, vel si vt supra pro custodia mercedem recepit, & si recepit pecuniã pro actu illo agetur contra eam actione ex conducto, si speciem vel operas agetur actione præscriptis verbis, d.l. 1.§.si quis seruum. De casu vero fortuito non tenet͛, nisi pactum interuenit expresso, aliquo casu speciali, & deponatur gratia vtriusq; c.2.eod.l.1.§.sepe, ff.eo. Lop.c.35 lib. 2. secundo si mora præcessit casum modo eodem modo non esset certo peritura etiam apud dominum si restituta esset in tempore, in conscientia, Lop.li.2 de contr.c.35. vel culpa lata, vt si candelam ardẽtem reliquit in Thalamo pleno palea, & comburatur domus, vbi libeterat depositus, vel si depositum remisit per nuntium non idoneum, vel si dolus casum pcessit, vt si quis rem depositã alij vẽdidit, & eã accipiat loco depositi, vel redimat, cũ satis sit semel in eo peccasse, l.1.§.si rem, ff.eo. Si tamẽ pœnitentia ductus eam redimit, & in proprio statu restituat, vitium purgatur, l.sequitur, §.item labeo, ff.de vsuc.& idem si dolum non in alienando, sed in vtendo cõmisit, l.qui furtum, ff de eõd. furt.quib. casibus tenetur depositarius etiam si res apud deponentem pariter perijsset, l.cũ res, §.fi.de leg.1.in foro tamen conscientię hoc casu non teneretur. Quod si res deposita perijt, vbi depositarius saluat res suas, cum nõ posset vtrunq; saluare, distinguendum est, vt in cap. pręcedenti est dictum, & stabitur arbitrio boni viri an dolus in hoc sit commissus nec ne, Abb.in c.bona fides, extra.eo. Ex quibus colligitur ꝙ si quis fuit plus diligens in reb.suis q̃ cõis hominũ natura requirit, in deposito nõ plus, sed tantũ, si tenetur pstare eam diligentiã in re deposita, vt in sua, tenetur, alias non, vbi tm̃ de dolo tenet͛, iuxta distinctiones supra relatas, Bar.in l.ꝙ nerua, ff. depos.colligitur &ꝙ nauta vel tabernarius non tenetur de re in naui vel taberna deposita, eo ignorante; Card. in clem.ne in agro, de statu mon. quia non tenetur nisi consignentur, & si consignentur in sacculo ita vt non videantur, nõ creditur deponenti si dicit aliqua deesse, vt not. in d.clem.nec stabitur eius iuramento c. fi. de iuretur. cum nõ præstetur nisi vbi adest semiplena probatio.cap.fin.quod met.causa. sequitur etiam quod bidellus non tenetur

de libro scholaris nisi ei consignauerit specifice, alias secus, qui tamen non tenetur si restituit socio scholaris consueto, vel cũ signo scholaris, si is asporter, Bar. in l. si quis, §. apud labeonem, ff. de furt. si tamen res pretiosa sit, licite non redditur deferenti signum dñi. Abb. in cap. 1. de furt. vel dici potest, quod bidellus tenetur, si obtulit se ad custodiã, vel est specialis, secus si sit generalis, Abb. in d.c. colligitur etiam quod hęres si vendidit depositũ suo authori factum, tenetur si dolose fecit, secus si bona fide credens rem esse suam, quia tunc tenetur tantũ de eo quod ad eum peruenit, & idem in commodato, l. 1. §. fi. l. sed & si depos. & si minus iusto pretio cum bona fide vendidit, tũc actiones tantum præstabit deponenti, vel commodanti, l. 2. ff. depos. sed si rem præstare possit, & nolit, culpa, vel dolo non caret, l. plane depos. l. dolus, ff. mand.

Tertiò, ex natura depositi venit vt depositarius re deposita vti non possit, si ei id prohibitum fuerit, alias committit furtum, l. qui furtum, de cond. furt.

Fallit tamen, si credit dominum permissurum, l. qui in re, ff. de furt. etiam si minus probabiliter credat, licet præsumatur contra eum si non habuit causam sic existimandi, l. qui vas, §. putate, de furt. secundo, quando deponitur consentiũ in numero pondere, vel mensura, vt pecunia, granum, in quibus proprie non habet locum depositum, l. quintus, ff. depos. nisi obligetur idem numero reddere, vel obsignetur aut claudatur, quia eo ipso intelligitur deponens prohibuisse, nisi exprimatur, l. si sacculum, l. licet §. ei, ff. depos. vt & si quis re deposita ferente fructus, vt equo vsus est contra domini voluntatem expressam, vel præsumptam, tenetur ad iustam æstimationem eius domino recõpensandam, Lop. lib. 2. de contr. cap. 37. quod ego intelligerem si damnum inde equo inferatur, alias secus, vt, si modice, arbitrio boni viri, eo vtatur, cum & tunc præsumi debeat de domini voluntate, & si prohibuit eius vsum, id egisse ad impediendum tantum immodicum vsum, non paruum sine damno, vt supra, nisi equus esset pretiosissimus, & timeri posset de eius damno, si quis illo vteretur.

Quartò, hoc est speciale in deposito, vt nõ possit quis depositum retinere grã cõpensationis ratione sui crediti præcedentis, sed hoc non obstante tenetur depositum reddere c. bona fides, extra eo. nec in totũ nec in parte põt eius fieri deductio, capit. 2. §. sane eo. nec depositum cum deposito potest cõpẽsari, sed qui primo deponit primo repetit, l. pen. C. depos. nec potest etiam excipi de dolo, dicendo, dolo repetis quia fecisti mihi pactum de non repetendo vsque ad mortem, potest enim eo pacto non obstante mutata voluntate repetere, l. 1. §. fina. ff. depos. nec etiam habet locum exceptio spoliationis, nisi per modum reconuentionis, vt not. in cap. 2. de ord. cogn. nec etiam exceptio expensarum factarum in re deposita, licet eas habere possit, l. actione enim, depos. Nec etiam potest quis rem suam apud alium depositam surripere, quia grauat depositarium ad restituendum, D. Th. 2. 2. q. 66. ar. 5. nisi depositarius sciuisset rem iniuste detineri à deponente, vel nisi denegasset eam vero domino simul cum vsurpatore detinẽte, quia cum iniuste vterq; detineat, potest iuste subtrahi ad se seruandum indemnem, vbi alia via sibi succurri non potest art. l. bona fides, ff. depos. l. ancillæ, C. de furt. in foro tamen conscientiæ compensatio est licita indirecta saltem. Dicitur etiam committere furtũ qui causa intercipiendi depositũ abscon deret, l. 1. de furt. & licet aliqua accedãt ad depositum, vt capistrum ad equũ depositũ, l. 1. §. quæ depositis, ff. eo. is tamẽ apud quem deponitur tenetur de custodia, ar. l. si vt certo, §. vsq; à die. ff. commod. & si depositum sit ęstimatum, consideretur in eo quod de commodato ęstimato, c. præced. est dictum.

Quintò, ex natura depositi venit, vt deponens ad libitum possit illud repetere, & depositarius reddere debeat d. c. bona fides, extra eod. etiã si deposuerit vt certo tempore sibi redderetur, vel ad mortem tantum, quia potest mutata voluntate repetere l. 1. §. si deposuero,

&

& §. pen. eo. Innoc. in d. c. bona fides, & qui eo vtitur, vel negat est fur, & suo nomine condemnatus efficitur infamis, c. 1. eo. l. qui depositum C. eod. l. 1. C. de his qui not. inf. Si vero non proprio nomine, sed procuratorio, tutorio, curatorio, defensorio, condemnatur, non efficitur infamis, l. furti §. si quam, ff. de his qui not. infam. & nisi in casibus in principio enumeratis in primo casu, vbi depositum non est reddendum, & qui depositum non reddit dicitur habere fidē prodigiosam, & vt monstrum esse, vt d. Iuuenalis. Satira 18. cum & depositum summa fide sit custodiendum, vt d. Amb. li. 2. offic. c. 29. & Leuit. 6. statuitur vt qui depositum negauerit, restituat illud & quintam vlterius partem, & apud pysidas abiurans depositum morte plectebatur, teste Alexandro ab Alexandro li. 6. Gen. die c. 10. & Plato ipse lib. 11. de legibus qui de pactis inscribitur, sic statuit, depositum reddatur, qui vero retinuerit, Deus scit qua pœna sit afficiendus, homo autem qui id sciecit, si in ciuitate ędilibus indicet, si in agro, eorum curatoribus, et patefacta ciuitas Delphos mittat, quodque responsum sit, tam de pecunia quàm de illo qui amouit, id ciuitas Deum secuta confirmet, & qui indicauit, si est liber, in virtutis opinionem veniat, si seruus à ciuitate pretio liberetur, seruus autem qui celauit, morte puniatur, ad quam rem, Herodotus in sexto, narrat Glaucum Spartiatam magnam summam pecuniæ sibi à Milesio hospitio creditam denegasse, & ab oraculo Appollinis responsum exijsse, eum nulla venia dignum fore, eumque prolem, & domum in posterum delenda, idque accidisse, & domum eius ex sparta radicitus extritam; tametsi impium fuerit Appollinis desuper responsum requirere, cum à demone consiliū non sit accipiendum, vt nec eo casu à vero Deo tale responsum esset quęrendum cum id sit Deum tentare, & iudicium aquæ feruētis, vel ferri candentis prope accedat, quod iure improbatur, vt habetur extra. de purg. vulg. per tot.

7 in Deposito quæ actiones dentur.

Dantur porro pro deposito tres actiones, directa, contraria, & vtilis, directa datur deponenti aduersus depositarium, l. 1. §. si conueniat, depos. l. is penes quem, C. eo. contraria datur depositario, ne teneatur de culpa nisi conuentum sit l. si vt certo §. interdum, commod. l. ei apud quem depos. vtilis, tertio, & aduersus tertium, l. accepiam, C. de vsur. l. publia ff. depos.

8 Sequestrū quid sit qualiter fiat, quis sit eius effectus.

Quo porro ad sequestrationem, quæ est species depositi, prosequendo materiam, sequestrari possunt mobilia & immobilia, prædia, fructus, & ecclesiastica beneficia. Clem. vn. de seq. posses. & pendēte sequestro beneficij non potest quis nedum fructus eius percipere, sed nec diuina celebrare in illa ecclesia nisi de licentia sequestrantis, Bellam. decis. 419 tit. de sequestr. personę etiam possunt sequestrari si de illis sit controuersia, cap. literas, c. ex transmissa, de rest. spol. & etiam animalia aliorsa ducta per aliquē locum de mandato iudicis, quo casu si is cautionem det de iudicio sisti, debet sequestrum relaxari, Alex. cons. 63. 5. vol. Si etiam agatur de liberis exhibēdis, interim apud matrem familias custodiri debent, l. 3. §. in hoc, & §. pen. de lib. exhib. Sequestratio tamen temere fieri nō debet, ne res in incerto sint, l. 1. de vsuc. l. licet, depos. vt nec beneficium per triēnium possessum, Clem. 1. de seq. poss. nec à sequestratione lis incipere debet, vt nec ab executione, l. 1. & fin. C. de exec. rei iud. quandoque tamen ad illud est deueniendum, vt res in tuto sint, & obuietur fraudibus litigantium, d. Clem. l. litibus, C. de agric. & censitis, lib. 11. Si tamen detur fideiussor sequestrum impeditur ne fiat, & si factum sit reuocatur l. si fideiussor, qui satisd. cog. c. examinatā, de iudic. nisi in casu Clem. prædictę, & in casib. exceptis per Ias. in d. l. si fideiussor, modo fideiussor idoneus sit, ante sequestrum tamen debet præcedere inquisitio suspitionis, vt d. Bald. in d. l. si fideiussor, §. fin. quod debitor non possideat bona immobilia vel pauca, vel prauis moribus imbutus sit, l. sciendum, ff. qui satisd. cog. l. si creditores, de priu. cred. §. fin. Instit. de susp. tut. & vbi sine suspitione sit sequestrum, iudex potest decernere præceptum mota lite, de non dila-

dilapidando, vel non alienando, Bal. in d. §. fin. & vbi sequestrum est factum, debet iudex illud custodire, fructus curando, & colligẽdo, vt bonus paterfamilias, ac eos vendendo, non tamen inde prædia emendo, glo. in d. Clem. & eos, deductis expensis, victori seruare, & potest etiam habere aliquod emolumentum ex sequestro sic vt seruetur indemnis, arg. l. in eos, de tut. stipendium tamen laboris iudex habere in sequestro non potest, Ang. Imol. Aret. Rom. in l. interesse, ff. de acq. possess.

9 Custos ad quid teneatur. Prædictis annecti potest, & aliud quodã genus quodammodo depositi, quod est penes custodes vrbium, & mercium extra dominium nõ exportandarum, agrorum, & montium, & huiusmodi, qui onus suscepere vel iuramento adstricti, vel fide data, custodiendi prædicta.

Et quidem prædicti custodes, & etiã venationis, & piscationis prohibitæ, si dissimulent, nec denuntient contrauenientes peccant, frangentes fidem vel iuramentum, c. Si vero, de iureiu. nisi sciãt sic agentes id agere ex necessitate eos à peccato excusante, vt d. Nauar. cap. 17. nume. 122. 123. modo plura non accipiãt quàm necessitas exigat, vel nisi eos venantes, vel piscantes sciãt esse consanguineos dñi venationis, quia sic credere debent dominum consensum præstare, non autem excusantur si non denuntiãt eos quibus credunt dominos daturos licentiam venandi, si peterent, sed nolunt eam petere, qui Nau. etiam excusat eos custodes qui non denuntiant deprehensos in agris, quando ipsi custodes se ibi absconderunt vt eos deprehendentes terreant ne denuo ingrediantur, non permittentes tamen eis inferre notabile dãnum, vt & excusat eos qui cõstituti sunt ad custodiendum etiam cum iuramento ab ijs qui ius venandi, & piscandi tyrannice & iniuste vetant, de quo supra est dictum, vbi de venatione est actum.

Vbi vero custodes prædicti denuntiare tenentur, si deprehenderint vel viderint aliqua damna esse illata, tenentur ad damnum illatum si non reuelent, Nau. loco cit. & c. 25. num. 34. Silu. restitutio 3. q. 5. ver. 7. cum ad id, mercede accepta, ex officio teneantur; Ij tamen non tenentur ad pœnam quam subijssent sic deprehensi, si denuntiati essent, Nau. & Silu. locis cit. qui nec tenentur ex rigore restituere quod acceperunt ne accusarent, vt d. Nau. c. 17. num. 32. licet tutius sit vt id pauperibus erogent cum actus ille sit inuendibilis, cum iustitiam contineat, quæ inuendibilis est, vt dicetur tract. de restit. Et similiter principes qui tenentur custodire iusticiam, si ob eorum defectum latrones augentur, tenentur ad restitutionem. D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 7. idque non remittendo gabellas, sed parcius viuendo, & de suis redditib. restituendo. Lop. lib. 2. de contr. cap. 38.

Et nedum nauta, caupo, & stabularius tenentur, vt supra, de deperditis ab hospitibus, sed etiam si famuli dictorum nautarum aliquid hospitibus surripuere, l. licet, §. possumus, ff. nautæ caup. stab. non tamen de vulnere illato per eos quo ad expensas & interesse, gl. in d. l. §. idem, quod si non sint famuli nautarum, sed aliorum, si quidem deputentur ad certum officium, tenentur domini si famuli in eo delinquant, alias secus. Doct. in l. 1. §. familiæ, de publ. vnde socer non tenentur si nurus reliquit lucernam accensam, & inde duę domus casu combustæ sunt, vt contigit in facto. Anan. cons. 7. Silu. verbo. Nauta. qui & verbo. custos, quæst. 5. d. quod custos castri, si in fine anni quo est conductus, illud obtulit domino, qui id non recepit, & est captum ab hoste quod non tenetur, Bar. & Imo. in l. si mora, solu. matr. modo non sit in culpa. Quod si familia surripientis bona sic ablata deposuit apud monasterium, & mandetur vt scientes id reuelent sub pœna excommunicationis, ad id non tenentur si auferens poterat ea iuste retinere in compensationem sibi debiti, quando proceditur per viam denuntiationis, secus vbi intestes requirantur, re semiplene probata, nisi sint ex ijs qui ob consanguinitatem testificari excusantur. Nau. cap. 17. num. 135. Similiter domini non possunt recipere tributa pro arcib. iã destructis custodiendis, vbi custodes non adhibentur, Lop. de contr. lib. 2. c. 38. ad fi.

Quod i

Quod si demum custos neget sua culpa vel negligentia rem amissam, in foro fori is id probare debet l. qui mercedem, locat. in foro vero cõscientiæ statur eius dicto, & idem in custode carceris, & depositario, l. fi. de custod. & exhib. reis. In alijs vero casib. dolum allegans, id probare debet, l. quoties, de probat. Lop. ibi.

Quod si stabularius mittit famulum cum equo locato, si quidem ideo illum mittit, vt societ conductorem, conductor non remanet liber à custodia, Bar. in l. si vt certo. ff. commod. secus si misit pro custodia, vbi vero non constat cur miserit, conductor non liberatur à custodia equi, l. penult. ff. vsufr. quem. vbi gl. Et pariter custos carceris tenetur ad custodiam, etiam si milites adiecti sint custodiæ alicuius, arg. l. si mei causa ff. commod.

SVMMARIVM.

1 Præcarium quid sit, & vnde dicatur.
2 Præcario concedi quæ possint.
3 ex Præcarij natura quæ veniant.

De Præcario. Cap. XXXIII.

1 Præcar si quid sit & vnde dicatur.

PRæcarium à prece dicitur, eo quod ad preces alicuius res aliqua vtenda liberaliter conceditur, ad nutũ tamẽ reuocabilis, l. 2. §. interdictũ, de præcar. c. 1. extra. eo. l. si p̃cario. ff. cõm. pd.

Sunt vero plures species p̃carij, aliq̃d enim dicitur p̃carium, aliquę p̃carię, aliqua p̃caria, quę inter se differunt, vt d. gl. in c. fi. de p̃car. p̃cariæ dicuntur concessiones vsus vel vsufructus rei alicuius in quattuor, vel quinq; annos post quos extinguuntur concessio. c. præcariæ, 10. q. 2. c. præcariæ 12. q. 2. nisi renouentur, renouatæ vero censentur, expresse cum fit alia cõcessio vel prorogatio l. sed & si. ff. de præc. & tacite, cum vbi ad tempus p̃carium est concessum, dominus patitur finito tempore eum possidere, sic enim denuo concedere videtur, l. in rebus, ff. de præcar. quę renouatio efficit vt detinens rem præcario illam nõ possit p̃scribere etiam si diu detineat, c. clerici cum seq. 16. q. 4. præcaria est concessio facta ea lege, vt qui accipit ea re vtatur dum viuit concedens, quæ facta ab ecclesiastico de bonis ecclesię non obligat successorem in beneficio, c. 2. de præcar. vt nec cogitur facere præcariam de rebus ecclesiæ ab aliquo, cap. præcariæ 1. §. 1. 10. q. 2. de quibus præcarijs meminit etiam quidã libro 2. rerum Germ. nec videtur esse differentia inter præcarias, & præcariam, nisi quod hæc ad vitam, illa ad tempus, vel renouatis locationibus conceditur. Datur etiam præcariæ clericis ad vsum tãtum vitę, cum consensu ecclesiæ, & à personis legitimis, sic vt nõ fiant à capitulo sede vacante c. præcarię 10. q. 2. nec põt fieri œconomo nec eius consanguineo, c. hoc ius 10. q. 2. & probabile est quod requiratur solemnitas, vt in alienatione si est tantę rei vel temporis, vt alienari non possit sine solemnitatẽ secus si sit sola eius renouatio. Silu. præcarium. q. 7. qui d. tunc solum prælatum sine capitulo posse facere talem renouationem, aliter reuocantur, c. huiusmodi. §. fin. 10. q. 2. c. præcariæ, 12. q. 2. possunt & alijs dari cum aliqua pensione in ius colonarium, quod differt à iure emphiteotico, §. lex itaque auth. de non al. rebus ecclesiæ.

Præcarium dicitur, vel ipsa res præcario concessa, vel ipse contractus, & est quod precibus vtenti conceditur donec is qui concesserit patitur l. 1. ff. de præcar. quod ex iure gentium deuenit, vt ibi habetur, vnde habere præcario dicitur, ex hoc q preces quis adhibuit vt sibi vti re, vel possidere liceret, l. 2. §. fi. ff. de præc.

Præcario vero concedi possunt vt&de res mobiles, & immobiles, iura seruitutum l. 4. l. cũ præcario. l. fi. ff. de præcar. 2 Præcario concedi q̃ possint.
non tamen res propria eius alicui concedi potest nisi debitor roget præcario possessionem rei suæ pignoratę à creditore l. 4. ver. item l. certe, §. quæsitum l. si debitor. l. certo. eo. potest th̃, qui nõ possidet rem suam præcario dare ei qui possidet, l. vnusquisque, ff. eo. vt & qui ex alia causa possidet potest præcario possidere, rogando dominũ, vt sibi possidere liceat

mutata priore possessione l. certe §. iulianus, l. fi. de p̄car. cum duę possessiones et iustæ in eodem, & ad eandem rem concurrere non possint l. duo in solidum, de pręcar. l. 3. §. ex cõtrario, de acq. poss. potest & seruus ac filiusfamilias proprio, ac patrisfamilias nomine pręcarium accipere, vel dñi pñt, & si eorum nomine id egerint tenetur pater vel dominus in solidũ, si proprio serui, vel filij familias prout est in peculio tenetur pater vel dominus l. 4. §. 1. l. seruus, de precar. sic & procurator pōt pro principali qui mandarit vel ratum habeat, p̄carium accipere, l. certe §. si p̄curator meus, de precar. potest & pupillus sine tutore p̄carium accipere, l. fi. §. fin. eo. tit. Et si quis rogat vt præcario alicubi morari sibi liceat, & pro suis rogasse videtur l. pen. eo.

Constituitur autem præcarium inter præsentes, & absentes, per epistolam & nuntium l. pręcaria. eo. tit.

3 ex præcarij natura q̄ veniāt. Natura pręcarij est vt renocari possit quandocunq; à concedente, etiam si concessum sit in longum vel breue tempus, & etiam si interuenisset pactum de non reuocãdo, c. fi. extra. de pręcar. vbi Abb. & datur interdictum de pręcario vbi nõ est cautum de restitutione, l. interdictũ, l. eum qui §. is ff. eo. Si vero cautũ sit de restituendo per stipulationem ex ea agitur, aliter pręscriptis verbis l. habet §. cũ quis l. duo. §. fi. l. 2. §. 1. eod. Si tamen fiat pactum de restituendo tantum post certum tempus, ex equitate id est seruandum, l. 1. §. fi. eo. cum sic mutetur actio contractus, & placitis sit standum l. sicut, C. de act. vnde & in c. fi. §. fi. extra. de precar. statuitur precarias concessas de possessionibus ecclesiæ non esse pro voluntate reuocandas, probabile tamẽ est tunc mutari contractum, & esse emphiteusim vel pręcariam, aut præcarias, nõ pręcarium, vt d. Silu. verbo. pręcarium nu. 1. ad fi. & nu. 6. vbi d. sequi naturam emphiteusis, nisi fiat gratis, excepto, quod pręcarium renouatur de quiquennio in quinquennium, aliter quis cadit à iure suo in rebus ecclesiæ, in alijs statur consuetudini, vt ibi. d.

Secundò, natura præcarij est vt in eo veniat tantum dolus, & lata culpa, l. quæsitum §. illud de pręcar.

Tertiò, vt finiatur pluribus casibus, primo, voluntate concedentis, si simpliciter sit factum, si ad tempus, eo elapso, vt supra, secundo, morte eius cui est concessum, cum sit concessio personalis quę cum morte extinguitur, c. fi. eod. l. cum præcario, eo, tertio, ex tacita reuocatione, vt si concedens, rem illam postea alienauerit, si is cui alienata est, à primo domino velit reuocare, d. cap. fi. nisi voluntate secundi domini remaneat pęnes eundem l. quęsitum §. quod à titio, & §. illud ff. eod. quarto, finito tempore pro quo fuerat res concessa, l. in rebus l. cum præcario, ff. eod. quinto, per mortem concedentis, si id actum sit, vel dictum sit ad beneplacitum concedentis, cum omne beneplacitum morte finiatur, cap. si gratiose, de rescr. in 6. Bart. in l. centesimis. ff. de verb. obli. Si vero id dictũ non est, non reuocatur per mortẽ concedentis, arg. l. 4. ff. locati, sed bene ex volũtate heredis iuxta superiores distinctiones.

Vltimo venit, vt possidens. pręcario nunquàm præscribat, vt supra, glo. in c. clerici. 16. q. 3. nisi modo quo supra tit. de præscriptione est actum.

SVMMARIVM.

1 Donatio vnde dicatur, & quid sit.
2 Donatio quotuplex sit.
3 Donari quæ possint, vel non.
4 Donare qui possint vel non.
5 Donari cui possit vel non.
6 Donatio qualiter fienda.
7 In Donatione quid veniat.
8 Donationes quæ insinuandę, vel nõ.
9 Donatio qualiter interpretanda.
10 Donatio an fiat ipso iure quandoq;, vel non, & quid intersit.
11 Donationis reuocationi an possit renuntiari.
12 Donatio an fieri possit cum pacto vt donatum non alienetur.
13 ex Donatione vt agatur.
14 Donatio inter cõiuges cur p̄hibeatur.
15 Amoris vis quanta.
16 Donatio inter coniuges quãdo prohibeatur, vel non.
17 Donatio ante nuptias, vel propter, q̄d sit, & an sit vetita, & quomodo.

De Donationibus. Cap. XXXIIII.

1 Donatio vnde dicatur & qd sit.

Donatio dicitur, quasi doni datio. l. senatus censuit. §. donatio. ff. de donat. causa mortis. & consentit Varro. lib. 4. linguæ lat. vel qa manu datur: vnde munera dicuntur doron, seu palmum à Græcis, quia manu dantur: vt inquit Plin. lib. 35. c. 14.

Est autem donatio datio liberalis, vel irredibilis recompensationem nõ intendens; vel rei licitæ nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio. l. donari. ff. de donat. Vel, contractus stricti iuris, quo aliquid transfertur in alterum, gratis & irreuocabiliter. l. si donationi. ff. quod met. cau. l. eum qui. ff. de donat. l. in ædibus. §. fi. co. c. 2. de donat. l. 1. l. donari. de donat. l. vel les. l. possessionem. C. de reuocan. donat. l. aristo. ff. de donat.

2 Donatio quotuplex sit.

Diuiditur autem donatio in donationem propriam, & impropriam. l. 1. ff. de donatio. Propria est cum quis dat rem ea mente, vt statim velit fieri accipiẽtis, nec vllo casu ad se reuerti, idq; ob nullã causam, sed ob solã liberalitatẽ, & munificentiam exercens; non propria cum datur sub conditione, si quid factum fuerit, vel si ipse nõ conualuerit, vt & si qd datur ob necessitatem, cum in necessitatibus nemo liberalis dici possit. l. rem legatam. de adim. leg. huiusmodi sunt data ob causam. l. hoc iure. §. fi. ff de donat. remunerationes, quæ non egent insinuatione. l. si pater. §. 1. l. Attilius. cod. tit. vt contractus etiam do, vt des. l. naturalis. ff. de præsid. vrbis. ob quòd adest titulus. de condict. ob causam datorũ causa non secuta. ff. lib. & habetur in l. si donationis. de condict. ob causam dat. qua ratione, & donatio causa mortis impropriè dicitur donatio. l. senatus. §. 1. de donat. causa mortis, vt & dos. Vsu tamen est receptum, vt conditio possit apponi donationi, quæ donatio dicitur si inde donanti commodum non accedat. l. donatio C. de donat. quæ sub modo.

Diuiditur præterea donatio in directam, & obliquã. l. donatio. C. de donat. Directa, quæ præstatur à donante: obliqua, quæ ab alio, post mortem eius, vt legatum. §. legatum. Instit. de leg. & donatio causa mortis. l. 1. de mort. causa don.

Diuiditur etiam in donationem, quæ inter viuos fit, & eã, quæ causa, vel mortis occasione præstatur. l. vbi ita. de don. causa mort. Donatio inter viuos est, quę sine vlla mortis cogitatione fit, & irreuocabilis est. §. aliæ. Instit. de don. & hæc est vel pura, vel non, pura dicitur, q̃ simpliciter fit, non pura, cui adijcitur causa, modus, tempus, vel conditio. Causa, vt propter nuptias, ob æqualitatẽ dotis, qua cessante reuocatur, vt & si sit causa finalis, si donatum non esset si id factũ non esset. l. 2. §. fin. de donat. l. cum ancillam. C. de cond. ob causam. Causa tamen impulsiua non facit vt reuocetur, si non adimpleatur, modo non steterit per accipientem quominus impleat, sed per casum fortuitum, & huiusmodi. l. pen. & l. fi. C. de cond. ob causam. & idem de modo. l. 1. ff. de his quæ sub modo. pendente enim conditione, vel modo nõ potest donans à donatione recedere, licet pendeat executio. l. sicut. C. de act.

Donari autem possunt res omnes quę non prohibẽtur, quæ sunt in hominum commercio, & liberæ dantis; donari verò non possunt res alienę. l. si filius. C. de donat. 3 Donari q̃ possint, vel non.

donat. nec res sacræ religiosæ. l. inter sti pulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. nec prælati ecclesiastici res ecclesiæ in eius præiudicium possunt donare. c. 2. de donat. cap. 2. de donat. c. ea enim. 10. q. 2. & tot. tit. extra de rebus eccles. non alien. Secundò, non valet etiam donatio hæreditatis viuentis ab eo facta qui viuenti successurum se sperat. l. quidam. §. fin. de donat. quæ tamen sunt in spe, licet habeant suspensam executionem, possunt donari. l. spem. C. de donat. Tertiò, non valet donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum nulla sibi reseruatione facta. Bartol. in l. stipulatio ista. nu. 6. de verb. obli. quia non posset is testari. l. stipulatio hoc modo. de verb. obl. & inducitur votum captandæ mortis. l. fi. C. de pact. valet tamen donatio om̃ium bonorum præsentium, non futurorum; modo donatio non sit inofficiosa. l. si qs argentum. §. sed & si quis. C. de donat. cũ alia bona futura sic ei reseruentur. Gul. Ben. in c. Raynutius. de testam. nu. 46. & eo casu si adsint creditores, excussio non fit contra tertios possessores, priusquam donãs excutiat, & eius bona. l. moschis. ff. de iure fisci; & eo maximè si contractus sit factus post donationẽ, & res donata non erat obligata. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebell. Donari etiam possunt iura, & actiones. l. si donationis. C. de donat. Et generaliter ea donari non possunt, q̃ in contractũ venire non possunt, de quibus supra, cap. de contractibus in communi est actum.

4 Donare q̃ possint, vel non.

Oportet præterea, vt qui donat, id agere possit, vt scilicet dominus sit rerum suarum, & mentis compos, ac legitimus administrator. l. portionem propriam. C. de donat. l. modestinus. §. fi. ff. eod. l. is cui bonis. de verb. obl. l. j. C. de cond. fur. & regulariter donare potest, qui nõ prohibetur; Prohibetur autem primò mẽtis suæ non compos, vt amens, furiosus, & huiusmodi. c. merito. 15. q. 1. clem. si furiosus. de homicid. l. Iulianus. ff. de cur. fur. nec sat est, ꝙ ei sit datus curator, q a in conscientiæ foro, cũ non sit sanę mentis. arg. l. modestinus. de donat. nõ potest si tamẽ habet dilucida interualla potest donare. Bar. in l. cum alijs. C. de cur. fur.

Secundò, nec prodigus. l. 1. ff. de cur. fur. ꝙ procedit post datum ei curatorẽ, vel interdictam bonorum alienationem. l. is cui. ff. de verb. obl. nec satis est præconizatio, ꝙ nullus cõtrahat cum tali, sed requiritur interdictio facta ipsi prodigo, vel saltem datio curatoris. Bart. in d. l. is cui. vel saltem sententia declaratoria, ꝙ sit prodigus: vt d. Aret. in §. item prodigus. Instit. quibus non est permiss. fac. test. si verò is ad sanam mentem reuertatur, si id est manifestum, aliud non requiritur, aliàs .n. exigitur declaratio iudicis pronunciantis eum non esse prodigum. l. 1. de cur. fur. Bart. in d. l. is cui. & si pater in testamento dicit dari debere curatorem filio, vt prodigo, vel furioso, si talis non sit, dari non debebit in ꝓdigo, in furioso secus. Bart. ibi. Tertiò, nec minor viginti quinq; annis, nisi post dictam ætatem ratum habuerit. l. fi. C. si maior factus rat. hab. vel nisi cũ authoritate tutoris, vel curatoris. l. pupillus. ff. de acquir. rerum dom. & minus pupillus, qui nil potest alienare sine tutoris authoritate, d. l. pupillus. curator verò eius potest mittere encęnia magistris, cum sint quasi debita. gl. in l. 1. §. sed nõnullos. ff. de tut. & expẽdere, vt in grammatica, & artibus liberalibus eũ instruat. Bart. in l. si quis. de lib. agnosc. qui tutor etiam matri, vel sorori pupilli egenti debet alimenta ministrare. Bar. tract. de duobus fratr. Et si pupillus dum in studijs moratur, ex centum sibi missis à tutore pro alimentis; quattuor, vel quinque donat, vel ludit, talis donatio valet, qui & si cõstitutus in anno sextodecimo intrat religionem, & donet omnia bona sua monasterio, dem pta legitima debita ascendentibus, vel descendentibus, si quos habet, talis donatio valet. c. fin. 19. q. 3. si fiat iuxta c. 16. sess. 25. in Tr. Concil. modo professio teneat, si enim non tenet, reuocatur donatio. Quod si minor quatuordecim annis donet cũ iuramento, non tenet, secus si maior; curator tamen, si immodica sit donatio, posset ꝓbabiliter petere ista iuramenta relaxari debere. Lopez de contract. lib. 2. cap. 59. si tamen habet peculium castrense, vel quasi, potest de illo minor vigintiquinque

que annis, donare. Lop. ibi. Quartò, nec filiusfamilius, nisi patris permissu, etiã si peculij habeat administrationem. l. 2. l. filiusfamilias. l. in ædibus. §. quod filiusfamilius, ff. de donat. l. si filiusfamilius. ff. ad Macedo. Nisi sit in dignitate, Innoc. in c. grandi. de suppl. negl. prelat. in 6. vel nisi sit filius senatoris, comitis, Marchionis, vel alterius in dignitate cõstituti, & pater det ei liberã peculij administrationem, & id non denegarit, vel nisi habeat liberam peculij administrationem, & iusta de causa donet, vt matri, & alijs coniunctis personis, vel si habet peculium castrense, vel quasi. l. fi. C. de inoffi. testam. & d. l. filiusfamilias. vbi gl. de donat. & idem si habeat peculium aduentitium sibi relictum, hac cõditione, vt proprietas, & vsufructus eius sit, si excedit viginti quinque annos, vel si in aliquo casu credit patrem permissurum, si post consentit, vel etiam post alijs casibus, & sic filius id ratificat, & donatarius acceptet. Lopez loco prædicto. Quintò, nec seruus religiosus, monach' conuersus, & similes. c. non dicatis. 12. q. 1. cum careant proprio. c. abbati. 54. dist. nisi de licentia superioris, vel nisi sit religiosus habẽs legitimam administrationem, & ex iusta causa donet. d. l. filiusfamilias, in princ. cap. quia sua. 12. q. 1. quod intelligitur de mobilibus non pretiosis, & de ijs quæ seruando seruari nõ possunt, vel si de licentia prælati cũ consensu maioris partis conuentus maneat in scholis, vel peregrinetur, quia donare potest, vt rationabiliter facere solẽt alij scholares, & peregrini. l. fi. C. ad Maced. glo. in d. c. non dicatis. nec Abbas potest donare seruum ecclesiæ. c. episcopus. 12. q. 2. nec donare nisi modicum iuxta statuta, vel consuetudinem. c. noscitur. de his, quæ fiunt à præl. c. cæterum. de don. nisi cum cõsensu capituli, de fructibus, vel mobilibus non pretiosis. iuxta extrauag. ambitiosæ. de rebus eccl. non alien. in extrauag. comm. potest tamen Abbas eleemosynam facere, iuxta facultatem ecclesiæ, modo non prorogetur ad munerum quantitatem immensam cum læsione ecclesiæ. d. c. cæterum. c. non satis. 86. dist. c. cũ Apostolus. extra de censib.

Hodie verò prælati regularium ex constitut. sanctiss. D. N. Clementis VIII. Papæ nõ possunt donare, modo quo in ea, & tit. de regularibus habetur, scilicet, vt modicum tantum quid donare possint, iuxta scilicet loci facultates, & personæ accipientis qualitatem, idq; de consensu prælati & capituli, modo, vt in dicta Bulla; si tamen donetur in causam piã, probabile est id non prohiberi, modo summa nõ sit magna, vel si donetur pro remuneratione seruitij collati monasterio, cum illa non sit propriè donatio: vt dicit Silu. alienatio. q. 19. nec per hoc adimitur facultas probabiliter prælatis religionum aliquid relinquẽdi subditis expendendum in suos vsus, sub nutu tamen superioris reuocabiliter, quo casu religiosus posset donare vnum librum alij religioso, & dum peregrinatur ex sibi traditis pro peregrinatione aliquid dare in eleemosynam, & donare ẽt consanguineis de eis diuitib'; & similiter teneret donatio, si religiosus sibi traditũ à prælato vt expendat in vsus sibi placitos donet, ẽt si donet ea meretrici, vel ludo consumat, nisi p̃latus restrinxerit donationem ad vsus tm̃ licitos, vt d. Lop. Quòd si religiosi extra monasteriũ constituti, & beneficiati in suis domib' sunt cum debita licentia, ijs Papa solet concedere, vt de suis reditibus possint disponere tam in vita, quàm in morte ad opera pia; & idẽ solet concedi, & amplior quãque facultas militaribus ordinibus, etiã testandi de reditibus suæ commendæ: Si verò morantur in suis domibus cum licentia debita, nec sunt beneficiati, & aliquid acquirant ex sua industria, & eleemosynis, nil accipientes à monasterio, vel eis dantes, ijsdem eadem priuilegia Papa solet concedere; & idem solet concedere ijs qui morantur intra septa monasterij, & accipiunt certam quotam panis, & vini tãtum quotidiè à superiori, & si aliud eis est opus, aliundè sibi acquirant, vt etiam in morte donare possint pro operibus pijs; qui verò viuunt in monasterio in cõmunione cum alijs aliquid donare non possunt, nisi sibi cõcedatur à prælatis, vt quia ijs hæreditas vel aliud quid relictum sit, quod cedit

in commodum monasterij.

Episcopi verò, & alij prælati seculares, ex iustis causis possunt aliquid donare sine consensu capituli, quod non vergat in graue damnum suarum ecclesiarum; qui & cũ consensu patroni possunt donare aliquam ecclesiam monasterijs, reseruato tamen sibi cathedratico, & iure visitandi; ac etiam alias donationes paruas facere, alienare tamen immobilia, vel mobilia pretiosa non possunt sine licentia Papæ, de qua re latè est sermo tr. de Empt. & vendit.

Quid verò ij donare possint, & alij beneficiati de reditibus beneficiorum, latè habetur sub tr. de primitijs. Lopez de contract. lib. 2. c. 40. Sextò, vxor etiam non potest donare, nisi modo quo dixi tr. de eleemosyna; quæ & potest donare vni ex filijs, alijs & viro absentibus. l. velles. C. de reuoc. donat. vel si habet bona vltra dotem & arras, vel ex industria sua acquirit, post domus gubernationẽ, nisi vir egeat, & si aliquid ei à viro assignetur; Sic si vir donet proprijs parentibus de bonis sibi cum vxore communibus, poterit & ipsa tantundem proprijs, vel fratribus egenis de ijsdem donare, remoto scandalo, & iurgijs cum viro. Zuar. in l. quoniam. C. de inoffic. testam. quæ & si proprij parentes, vel filij ex alio viro status detrimentum patiantur, poterit ipsa, si rogans maritũ, vt eis subueniat, neglexerit, clam eis opem ferre, ea tamen intentione, vt viro, & eius hæredibus in diuisione bonorum facienda ablatum compenset, & etiam id agere posset si non posset obtinere licentiam à marito, & iurgia inter eos orirentur, vel adsit fraus viri, cum animo compensandi; extra quos casus, & circunstantias nõ potest quid notabile sine eius licẽtia donare, etiam si habeat magnam dotem, cum eius administratio ad virũ spectet. Nau. cap. 17. num. 153.

Econuerso maritus, si habet administrationem bonorum communium potest de illis iuxta merita donare, & facere eleemosynas pro honore Dei, & salute animæ suæ. Is tamen non potest facere donationes magnas, aliàs eas tenetur compẽsare in partem bonorum sibi debitam, qui & iocalia ab vxore in domũ allata, & suppellectilia destructa, vel consumpta tenetur compẽsare de bonis suis. Nau. c. 17. nu. 153. c. 26. nu. 36. si in fraudem eas faciat, qui si vt suis satisfaciat voluptatibus consumet de bonis cõmuniter acquisitis, non tenetur ad restitutionem, si id sine fraude faciat. Lopez de contr. lib. 2. c. 41. quod intelligerem, vbi liberam habet eorum administrationem, vt supra. Septimò, nec is cui est interdicta alienatio per legem, vt qui commisit crimen læsæ maiestatis. l. fin. C. ad legem Iul. maiest. nec hæreticus. l. Manichæos. C. de hæret. c. ad abolendã. extra eodẽ. cum eius bona sint ipso iure confiscata. cap. cum secundùm leges. de hæret. in 6. vt nec qui contraxit incestas, vel nefarias nuptias. d. c. si id fecit scienter. clem. vnica. de consangu. authen. de incest. & nef. nupt. vt nec cuius bona cadunt in commissum, vt in agro vectigali. l. commissa. vbi gl. de publ. vel si commisit crimẽ capitale ob quod eius bona sint publicanda, his enim casibus non potest quis donare post condemnationem, ante sententiam tamen sic. l. post contractum. de donat. l. reo criminis. ff. de solut. nisi in crimine hæresis, quod retrotrahitur ad tempus patrati delicti, vt habetur supra tract. de hæresi, modo, vt ibi, vel nisi constiterit reum patrato crimine velut conscientia tortum donasse in fraudem fisci, nam ad eum bona peruenirent, sic enim donatio reuocatur. l. si in fraudem. ff. de iure fisci. §. in fraudẽ. Instit. de act. & tunc præsumitur quis in fraudem donasse si omnia bona sua donet. l. omnes. § Lucius. ff. quę in fraudem cred. Secundò, si donet personæ coniunctæ. l. data. C. de donatio. Tertiò, si post possideat res donatas. l. pignus. §. superuacuum. ff. quibus modis pign. Quartò, si id clam fiat vicinis ignorantibus. l. nõ existimo. de administ. tut. Quintò, si statim post donationem crimen fiat. l. venire. § si. de priu. cred. Sextò, si donatio fiat sub conditione si bona publicentur. arg. l. si. ff. de stip. seru. post cõdemnationem verò factam vbi bona fisco deferuntur, non valet donatio. l. ex publicorum. ff. de accusat. nisi appelletur, quia interim

valebit

valebit donatio. l. 1. §. fi. ff. ad senatuscõ. Turpil. & etiam potest donatio fieri infra decem dies, qui concessi sunt ad appellandum. gl. in d. l. ex publicorum. c. si solum. vbi Francus. de appellat. in 6. Octauò, nec is qui non est dominus rei donandæ, vt fur & latro. l. traditio ff. de acquir. rerũ dom. nec is qui non est soluendo, nec is cui per statutum vetatur, nisi cum certo modo donare. Mutus tamen & surdus donare possunt. l. qui id. §. mutus. de donat. nisi mutus, & surdus simul sit, vt non intelligat quod agit. gl. in d. §. mutus. vt nec senes vetantur, nisi desipere incipiant. l. senectus. C. de don. l. senium. C. qui testam. face. poss. nec ij demum qui per leges particulares prohibentur, vt iudices in aliquibus locis, vel qui non sunt soluendo creditoribus. l. j. ff. quæ in fraud. cred. nec ignorãs aut inuitus, ita vt donatio valeat, etiã si non sit metus cadens in constantem virum. Nau. c. 17. nu. 4. Adr. de restit. q. 2. col. 4. cum sic non sit libera. Vbi tamen quis prohibetur donare conditionaliter, vel sub modo, non prohibetur donare ob merita præcedentia, vel aliam causam iustam. Bar. in l. iubemus. C. de sacr. san. eccle. modo habeat libertatem in rebus donandis, & nõ fiat in damnum aliorũ. Similiter donatio nõ tenet si fiat animo tantum, alio nondum acceptante, sic. n. non obligat, & potest reuocari. Sotus de Iust. lib. 3. q. 5. art. 3. & idem si fiat donatio absenti sine testibus, vel scriptura. Sot. ibid. sed si mittatur ad hoc nuncius specialis ad hoc missus, & is acceptet, obligat, & idem si notarius stipuletur pro absente, quæ tamen potest reuocari antequam acceptetur per donatarium.

Quòd si donatio fit præsenti tacenti, valida est, & vbi quis pro absente stipulatur, si ante acceptationẽ tradatur secundo, valida est secunda donatio, ante tamen acceptationem primus præfertur; & si donans moriatur, & donatarius antequam acceptet, non potest tamen hæres donantis eam reuocare si facta sit coram testibus, vel cum instrumento; & si quis donet præsenti ea conditione, vt is rem illam in tertiũ aliquo euentu transferat, potest donans illam reuocare antequam ab absente acceptetur. Bar. in l. qui Romæ, § flauius. de verb. obl. modo res sit integra, aliàs non. Lopez de contract. lib. 2. c. 43. Similiter, donari nõ potest ob turpem causam, vt adulterium patrandum, homicidium, iniustitiã &c. An verò accipiens possit id retinere, dictum est supra in proprio capite, & latius habetur infra tr. de restit. & an facta ex nudo pacto obligent, habetur supra cap. de pactis.

Serui quoq;, vt supra, donare nõ possunt. c. nõ dicatis. 12. q. 1. cum quicquid acquirunt, domino acquirant. Instit. per quas pers. nob. acquir. Probabile tamen est, vt si quid eis donetur, vel relinquatur; aut ex industria, post seruitia domino præstita, lucrantur, ex præsumpta saltem domini voluntate, aliquid ex iusta causa, & ex æquitate quadam, licet non de rigore iuris donare possint. Lop. lib. 2. de contract. c. 40. in princ. in reliquis videnda sunt, supra de hoc dicta, in cap. de seruis, & cap. de eleemosyna; Nec alij de quibus supra.

Vlterius requiritur ad hoc vt donatio valeat, quis cui donatur sit persona idonea, cui donari non prohibeatur. Donari verò prohibetur iudicibus, & ipsi accipere. 1. Reg. 8. nisi modicum sit esculentum, & poculentum statim consumendum. l. solet. ff. de offic. proconf. l. plebiscito. ff. de offic. præs. Vnde Claudius Imperator quendam præfectum prouinciæ ob dona accepta exilio puniuit, & eius bona tempore præfecturæ quæsita in publicũ redegit: vt dicit Dion. Cass. lib. 60. hist. vt & prohibitũ erat pro consequendis magistratibus largitiones facere. l. fin. ff. ad leg. Iul. repet. Malis etiam non esse donandum, inquit Isocrates, in Parenesi, orat. 1. Vetatur etiam ne minores donent suis tutoribus, curatoribus, vel administratoribus, cum inter hos contractus prohibeantur. l. 7. l. pupillus. §. item ipse. ff de auth. præst. cum munera excæcent animos sapientum Deut. 16. Exo. 23. Eccl. 20. vt & consulibus vetitũ fuit ne missilia, vel pecuniam in populũ spargerent ex nouella 105. de consulib. si verò quis donet meretrici, & si fieri non deberet, ob meretricium actum, factum

5 Donari cui possit, vel non.

ctum tamen tenet .l.4. §. sed quia meretrici.de condict.ob turp.cau. nisi sit miles qui donat, qui non potest donare concubinæ meretrici.l.affectionis. ff.de donat.vbi gl.l.2. C.de don.inter vir. & vx. nec Doctor, aut clericus eidẽ. Lopez de contract. lib.2.c.39. Non valet etiam donatio inter patrem, & filium dum durat patria potestas, cum censeantur eadem persona, & quia ꝙ acquirit filius patri acquirit, & ideò datum ad patrem reuertitur.l.fi.C.de impub.l.donationes quas parentes.ff.de donat. inter vir.& vxor.l. placet.ff.de acquir. hære. nisi filius sit emancipatus. l.si quis in emancipatum. C.de donat. l.siue emancipatis.eo.tit. vt & valet facta filio in potestate, si dum eum emãcipat, in donatione perseuerat. d.l.siue. vt & firmatur donatio filiofamilias facta si pater in ea vsq; ad mortem perseueret.l.donationes quas parentes.C.de donat.inter vir. vt & si emancipatus consensu patris possidet rem, donata censetur. l.censualis. §.1. C.de donat. vt & valet donatio filijs facta causa militiæ.l.si filiusfamilias.C.fam.ercisc. l.1. C.de castr.pec.lib.12. & studiorum. l.quæ pater.ff.fam.ercisc.quæ ideò in diuisione bonorum non cõferuntur, dictis iuribus, vt nec facta ob benemerita, infirmatur, quia sic censetur vt extraneus. gl.in l.si donatione. §.postulas. C.de donat.Castr.in l.2.C.de inoffic.donat. vt si filius à morte patrem eripuerit, eum sanauerit. l.etiam. l.iussu. ff. de manum. vind. & creditur patri dicenti se donare filio ob benemerita etiam si causam nõ exprimat.l.seruos. ff.de manum.test. vt & valet donatio facta filio fauore matrimonij.Guido Papæ decis.45. licet debeat hæc conferri cum fratribus.Cassa. in consuet. Burg.4.reg. §.5. cum tamen facta causa mortis nõ conferatur, quia habet vim relicti. Cassan.ibi. Donatio ẽt prohibetur inter virum & vxorẽ, & eos qui sunt in eorum potestate. l.nec inter. l.si vt proponis. C.de donat. inter virũ. Potest verò donari præsenti & absenti, noto & ignoto.l.fi. ff.de donat. & pupillo alio pro illo acceptãte. l.si quis. C. de donat. ignoranti tamen donatio fieri nõ potest.l.absenti.de donat. nisi donãs mittat per seruũ donatarij ea mente, vt statim sua fiant. d.l.

6 Donatio qualiter fienda.

Donatio verò, ꝙ attinet ad eius formam, fieri potest pacto, solo per verba præsentis temporis, vt dono, scilicet nudis verbis, consensu donantis, & donatarij interueniente. l.nuda. ff. de donat. & inter præsentes, & absentes per nuncium, vel epistolã in scriptis, & sine scriptis, & absẽti.l.nec ambigi.l.si aliquid. C.eo.l.donatio.eo.tit.l.absenti.ff.eo.vel tabellione pro alio donationẽ acceptante.l.si quis in emãcipatum. C.de donat. l.nuda ratio.ff.eo. §.perficiuntur. Instit. eo.l.velles necne. C.de reuoc.donat. nisi cõueniat inter partes, ꝙ in scriptis fiat. l. contractus. C. de fide instrum. nisi sic fiat à patre in filium emancipatum, vel inter personas coniunctas. d.l.si quis in emancipatum. cum l.seq.

7 in Donatione ꝗd veniat.

Et cum contractus ex conuentione legem accipiant. l.1. §.si conueniat. ff.de depos. inspicitur in donatione quid sit cõuentum, aliquando enim donatio fit vt tamen alimenta à donatario donanti præstentur, quibus non præstitis reuocatur.l.1.C.de donat. quæ sub modo. quandoque vt post mortem donatarij res donata ad donãtem redeat.l.2.C.de donat. quæ sub modo. qñque vt donatarius mutuo statim redonet donanti. l.qui idq;. §.1. ff.de donat. quæ intelliguntur dum donationes fiunt, vt .n. donationes sunt factæ, altero contrahentium inuito, diẽ, vel conditionem non recipiunt. l.perfecta.C.de donat.quę sub modo. valent tamẽ donationes factæ sub modo, licet impletus non sit, nec reuocantur nisi dictũ sit.c.verum.extra de cond.appos. l.2. C. de donat. quæ sub modo. vel si coactus recusat satisfacere conuentioni, tunc .n. repetere licet.l.1.de donat. quæ sub modo. l.ea lege. ff.de condict.ob turp.caus. potest & addi conditio in donatione, cuius vis est, vt interim suspendatur donatio, cum ea sit conditionis natura in omnibus, vt suspendat actum quousq; impleta conditio sit in omnibus. l.qui hæredi.§.fi.l.qui sub conditione. de condit. & demonstr.

8 Donatio-

Aliquæ autem sunt donationes, quæ insinuari debẽt, idest, vt iam factæ, & in scri-

nes q̃ insinuandæ, vel non.

scripturam redactæ eo tẽpore quo fiunt vel post apud iudicem competentem, publicentur, & de eis testificatio fiat, vbi contineatur nomen donãtis, donatarij, res donata, & ius donatũ. l. donatio. §. in cõscribendis. C. de donat. & possunt insinuari cũ fiunt, vel postea, vt in donatione propter nuptias, q̃ insinuatur tẽpore nuptiarũ. l. fi. §. pen. ff. de don. ante nupt. q̃ donationes inter acta publica sic facta redigi debẽt. Iudex verò loci idoneus ad hoc adiri debet & consentire, præses prouinciæ, vel alius idoneus. l. hac sacratissima. C. de donat. aliter si iudex competens non sit, non valent. l. secundum. C. de donat. Ideò autem introductæ sunt insinuationes, vt fraudibus obuietur, q̃ in donationibus contingunt. l. data. C. eod. & quia vbi maius damnum, & summa maior est, ibi cautius est agendum, & maiori solemnitate vtendum. cap. vbi periculum. de elect. in 6. l. fi. vbi glo. C. si cert. pet. & quia præsentia iudicis facit, vt dolus, & metus abesse præsumãtur. l. pen. ff. quod met. cau. & inde ad probationem donationis sufficiũt illa acta publicata sola. l. in donationibus. C. de donat. Præterea ibi iudex inquirere debet, de causa donationis, & statu donantis, donantem monendo q donare est rem amittere, & multos profudisse patrimonia donãdo, & inde sequi latrocinia deficientibus proprijs: vt ait Cic. lib. 1. Off. Insinuari verò debent tantum donationes, quæ summam quingentorum solidorum excedunt. l. pen. §. fi. C. de donat. in quorum æstimatione non computantur fructus rei nisi seorsum donentur. l. in ædibus. §. ex rebus. ff. de donat. l. cum de donatione. eo. tit. idq; etiam intelligitur de singulis donationibus, si enim quis plures donationes fecerit, quæ singulæ non ascendunt ad dictam summã, collectæ tamen excedunt, non egent insinuatione. l. sancimus. §. si quid. C. eod. modo plures donationes vna stipulatione non sint factæ, quia tunc est vna tantum donatio. l. senatus. §. fi. ff. de donat. cau. mort. solidorum verò nomine intelliguntur aurei nummi. l. si libertus. l. in eum. ff. de in ius vocan. q si donatio fiat in singulos annos eiusdem quantitatis, q̃ singulariter nõ excedit dictam summam, sed oẽs simul collectæ excedunt, non valet sine insinuatione, quia est vna donatio, si facta sit vni. l. senatus. §. fi. de donat. cau. mort. & si fiat eidem diuisim per plures donationes vltra dictam summam, sine insinuatione non valet, quia vt cesset necessitas insinuationis requiritur distantia temporis, quia fuit vnus impetus quem lex voluit frenare. Silu. donatio. 1. nu. 6. & vbi insinuatio requiritur non firmatur iuramento donatio: vt dicit Castr. cons. 91. 1. vol. Io. Andr. in addit. ad Spec. §. porrò. in fin. tit. de edit. instr. Bart. in l. modestinus. ff. de donat. Bal. in l. illud. C. de sacr. san. eccles. licet Silu. Donatio. 1. nu. 10. contrarium sentiat, & hæc opinio est tutior. Vbi verò insinuatio requiritur, nec interuenit, reuocatur donatio supra illam summam, non infra. l. sancimus. C. de donat.

Fallit tamen prædicta conclusio in multis casibus, in quibus donatio excedens dictam summam insinuatione nõ eget: primò, si donatio fiat pro redimendis captiuis cuiuscunque summæ sit. l. pen. C. de donat. secundò, nec quæ fit à ducibus militibus. d. l. tertiò, nec donatio facta ijs quorum domus incendio, vel ruina corruptæ sunt, modo pecunia in eam rem non aliam vertatur. d. l. pen. Quartò, nec quæ fit à principe priuatis, vel à priuatis principi, vel inter Augustum & Augustam. l. sancimus. C. eodẽ. authen. item à priuatis. C. eo. l. pen. C. de donat. inter vir. Quintò, nec quæ fit sponsæ ante nuptias patre destitutæ, & minori vigintiquinque annis, secus si maior sit. l. minoribus. C. de donat. ante nupt. l. fi. §. similique modo. eod. de donat. ante nupt. q attinet ad lucrum vxoris, nõ verò q ad maritum pertinet. authẽ. eo decursum. C. de don. ante nupt. §. 1. vt sponsalitia largitas propria sit, in Nouell. Sextò, nec quæ fit causa remunerationis, aut ob salutem defensam. l. si pater. §. fin. l. Attilius. ff. de donat. l. hoc iure. §. perfici. ff. eo. Septimò, nec in debito soluto, nec in pacto de non petendo etiam ex causa lucratiua. l. si donationes. C. de donat. glo. in l. fi. C. ad Maced. Octauò, nec quæ causa mortis donantur, cum ha-

beant.

beant vim legati.l.fi.C.de don.cau.mor. Nonò, nec si interueniat cõfirmatio Imperatoris: vt d.Silu.donatio.1.num.9. Decimò, vbi quis debet alicui mille aureos, & eos sibi remittit, si debitum est odiosum, vt vsurarum, vel pœnarum, si verò ex iusta causa, si debetur ex diuersis causis, quarum aliqua nõ excedat dictam summam, non est opus insinuatione, quia sunt tot liberationes quot summæ, secus si tota summa sit ex eadem causa. Barto.in d.l.modestinus. Vndecimò, fallit si donatio sit iuramẽto firmata, cum renũciatione insinuationis, quia sic valet.c.si verò.c.debitores. de iureiu. nisi sit donatio omnium bonorum quæ non firmatur iuramento, cum tollat liberam testandi facultatem, nisi fiat ecclesiæ fauore animæ. Nau.c.26. nu.39. Lopez de contract.lib.2.c.43.

9 Donatio qualiter interpretetur. Recipit verò donatio aliquas interpretationes, si enim quis dicat, dono vel lego talem terram quæ est viginti iugerũ, cum sit triginta, vel si dicat lego vxori meæ iocalia, quæ valent cẽtum, cum valeant ducentum, si quidem donans, vel legans exprimit suum cõceptum rationem habendo ad determinatam, & certam speciem, vt iocalia mea, terram intra tales fines extantem, tunc cũ constet de corpore, etiam si varietur in numero iugerũ, vel pretio, potest id donatarius tenere bona cõscientia, secus si ratio habetur ad numerũ, vel mẽsuram, aut pretium, & non ad corpus, quia tunc debetur tantum pretium mensurave expressa. Bal.C.in rubr.de empt.& vend. Silu. donatio.1.nu.12. Secundò, vbi donatio non valet ratione fisci, quia bona sunt fisco addicta, valet tamen si detur in solutum, cum bona transeãt in fiscum cũ onere.l.si debitor.ff.de fideiuss.Silu.ibid. nu.13. Tertiò, si donans dicat dono tibi villam meam, & omnia iura quæ ibi habeo, non veniunt iura spiritualia, q̃ quis ibi habet, vt ius patronatus, decimæ, & huiusmodi cũ sint alterius naturæ. Abb. in c.sedes. de rescript. secus si datur aliquid habẽs simul temporale, & spiritua le, vt præbenda. Silu.ibi num.4. Quartò, an donans teneatur de euictione, si quidem id promisit per pactũ tenetur. Abb. in c.si.de empt.& vendit. Si verò non id promisit per pactum, tunc aut donatio cœpit à promissione, quia prius promisit & postea donauit, & tenetur.l.si quis argentum.C.de don. aut incœpit à traditione, vt quia simul donauit & ꝓmisit, tunc aut vult agere ad particulare interesse donatarius, vt ad sumptus factos occasione talis donationis, & tunc si donator fuit in dolo, tenetur, aliàs nõ.l.aristo.ff.de donat. ad totale verò interesse rei donatæ agi nõ potest.l.2. C.de euict. Silu.ibi num.15. Sic si duobus res datur potior est is cui primo traditur, non cui primo donatur.l.quoties.C.de rei vend. c.per tuas.de sponsa duo. Sic verbum dubium in donatione latissimè est interpretandum.c.cum dilecto.de donat.quod si donatio sit consanguineis præsumitur facta ratione consanguinitatis, non remunerationis.l.tutor.§.qui si tutoribus. ff.de excus.tut. Quòd si donatio fiat legatis principis, si donatur vt personæ sit legatorum, si ratione officij principis, si res sit quæ præsumatur data illis, aliàs secus, & ideò in his est recurrendum ad coiecturas an persona sit priꝰ nota principi, vel non, an donum conueniat legatis, vel tantum principi mittẽti, & in dubio præsumitur pro mittente, si legatus habet competens viaticum, aliàs secus. Bar.in l.si verò.§.item quicqnid. ff.solu. matr. Silu.donatio.1.in fi.

In dubio verò vbi dubitatur an quid sit donatum, nec ne, non præsumitur facta donatio, vnde si quis dicat, tolle tibi hanc pecuniam, non præsumitur eã donasse, sed mutuasse, vel deposuisse, cum nemo suum iactare velle præsumatur. c.super.de renunc.nisi probetur contrarium, attenta qualitate dantis, & accipientis, quantitate dati, & tempore.arg. c.& si quęstiones.de simon.vt si quis det pauperi modicum præsumitur donare, vel amico egeno arbitrio boni viri, qui iudicare debet quandoque id donationẽ esse, aliquando mutuum. Vnde vendens rẽ minoris quàm valeat, ob necessitatẽ vendendi, non præsumitur reliquum donasse. Quòd si quis nulla vi, vel necessitate dicit se alicui donare centũ, tenet donatio, & magis si loco pio. Quòd si mu-

lier vt

lier vt extorqueret pecuniã ab Amasio mentita est se esse virginẽ, id plus acceptũ ob id tenet͡ restituere, & idẽ si molestissimis precibus id egit eũ ob id cogẽs donare, secus si non sint ita molestæ, & fortè ẽt tunc & verius nõ teneretur restituere, cũ nulla adsit vis, vel fraus grauis, nec vbi dicit se eũ valdè amare, licet id non ita sit; ꝙ si mulier pudica accepit pecuniam vt pateretur nefariã copulã, id recusans, tenetur restituere, licet promissio fuerit illicita, cum causa non sit dati secuta. Quòd si quid donatũ sit, vel legatum ep̃o, vel alio prælato habendi administrationem, p̃sumitur datũ intuitu ecclesię, ideò illi nõ acquirit͡, nisi datũ sit à cõsanguineo, & possit hr̃e propriũ, aliàs cẽsetur factũ intuitu monasterij. Abb. in c. requisisti. de testam. & si fiat canonicis ẽt noĩatis p̃sumitur factũ intuitu ecclesiæ, secus si vni ex ijs nõ hñti administrationem; Sic si legetur Petro filio Antonij, acquiritur tñ vsufructus patri. Abb. in c. Raynaldus. de testam. Sic si donet͡ altari sito in ecclesia, debetur rectori ecclesiæ, & non capellano altaris, & idem si detur imagini pictę intra parochiam. Abb. in c. pastoralis. de his q̃ fiũt à præl. & in rubr. de paroch. & idẽ si oblationes fiant celebrãti in ecclesia alicuius, quia sunt rectoris, nisi celebrãs sit ep̃s, vel nisi cõsuetudo obstet. c. super eo. de paroch. & si quid relinquitur in ecclesijs regularium, alij prelati non possunt id petere. Abb. in c. nimis. de excess. præl. Quòd si quis donet vnũ ex fundis suis, intelligit͡ de mediocrib. l. si quis. §. si verò. C. de donat. in reliquis videnda circa hæc q̃ hñtur sub cap. de legatis. ver. de interpret. leg. Quòd si princeps alicui donat villã cum iuribus suis, nõ censetur donare iurisdictionẽ iustitiæ: sic qui remittit expensas, non remittit damna & interesse; nec constituens procuratorẽ cum libera administratione, dat facultatẽ donandi. Quòd si princeps recipiat in gratiam & veniã bannitum cuius ẽt bona sunt fisco addicta, non ideò ad oĩa restituitur. Sali. in l. 1. §. fi. ff. de q̃stio. vnde si quis habeat legitimè de eius bonis, licet postea restituitur, nõ debet illa ipsi dare. Gem. in c. quãuis. de rescrip. si inde tñ principi soli p̃iudicium infertur, & non alijs, omnia ei restituuntur. arg. c. cum dilecti. de donat. & vbi gratia à principe petitur, oĩa sunt exprimenda, quibus agnitis difficilior redderetur ad eã cõcedendã. Quòd si delinquens, ex quo bona nõ confiscantur ipso iure, sed ad id requirit͡ sñia, ante sñiam titulo oneroso, illa alienet, contractus valet, si ei non fuit interdicta ante alienatio, fraude remota; ꝙ si ante delictum donet ea, & postea delictũ cõmittat ob ꝙ bona sunt publicata ipso iure, remota fraude, tenet donatio, sed si appareat fraus, licet teneat donatio, tñ eã fiscus reuocat, vt si fiat oĩum bonorũ, vel occultè, aut in sanguine iunctũ, vt supra est dictũ. Picus in l. post contractũ. ff. de donat. sed si donatio est facta post crimẽ ob ꝙ bona ipso iure confiscant͡, nulla est ipso iure. Picus ibidẽ. sed si est facta post sñiam à qua sit appellatum, tenet, sed si sententia eã firmet, reuocatur, & is interim possidet; Similiter donatio facta causa mortis non tenet in eo qui cõmisit crimen capitale, quia sic testamentũ rumpitur. l. si aliquis. ff. de don. tenet tñ donatio sic facta vxori ante crimen, non post. gl. in l. res vxoris. C. de donat. in foro verò conscientiæ in prædictis casibus ante iudicis sententiam nemo eas pœnas subire tenetur: vt dixi sub cap. de pœnis.

Quòd si donatio fiat sub modo, vel conditione, videnda sunt circa id q̃ infra habẽtur sub cap. de legatis. eo modo factis. Sic ẽt si donetur quid cũ conditione, vt non alienet͡, est seruanda ẽt ab ecclesia, nisi necessitate astringat͡, vel in cãm magis piã alienet. Lop. de cõtr. di. 2. c. 44. 45. & si ecclesiæ quid relictũ sit sub modo, eo nõ secuto, non reuocat͡, nisi exprimat͡ ꝙ possit reuocari, idq; si p̃latus cũ capitulo modum nõ seruat, non verò si solus p̃latus. Vinc. in c. verũ. de cond. appos. Licet ẽt quis non possit donare alias, donatione tñ remuneratiua id põt, modo habeat liberã administrationẽ suorũ bonorum, si inde fiat impotẽs ad soluendum creditoribus, nisi creditores sint anteriores causa, & tẽpore. l. Attilius. de donat. Sic licet pater nõ possit donare filio, si tñ fiat ob merita valet, vt ei ob illa det͡ tñ vt daret͡ extraneo. Bar. in l. 2. §. castrensi.

de castr. pecul. modo merita sint vera in foro cõscientiæ, & in foro fori probenť. Nau. c. 17. nu. 145. & si merita pcessere, in dubio ob illa pater censetur donare, aliàs ob liberalitaté, & vbi vetatur aliàs donatio, oportet, vt merita æquiualeant donationi. Quòd si quis donet centum suo creditori non recolens debitum, in foro cõscientiæ standum est intentioni, in exteriori cõpensaretur, & idem de patre qui reliquit filiæ dotem. Nau. c. 17. num. 150. sic qui donat creditori, quia non sperabat aliquid consequi, in conscientia id potest rehabere, & sibi sumere. Silu. donatio. 1. quęst. 12. Lopez lib. 2. de contract. c. 47. & 48.

9 Donatio quibus casibus reuocetur. Sunt porrò aliqui casus in quibus donatio legitima reuocare potest. Primò, si deficiat cõditio, qua in donatione est posita, vel dum ea pendet, licet. n. reuocari non possit dum cõditio de futuro pendet. l. potior. §. videam*. ff. qui pot. in pig. tñ donec pendet, nõ debetur, nec si deficiat conditio apposita absolutè. c. ad dissoluendũ. de despons. impub. si verò fuerit purificata, debetur, idẽ. n. est ac si purè esset relictum. Secũdò, si donatio sub modo sit facta, cum hac tñ distinctione, q aut modus fuit principalis causa donationis, & ita reuocari potest. Bart. in l. 2. §. fi. ff. de don. secus si non fuit principalis causa, vel finalis, sic. n. non reuocatur modo cessante. l. Mæuius. ff. de manum. testa. ẽt si sit cã impulsiua. d. l. si verò, sic sumus ĩ dubio an sit causa finalis, vel impulsiua; Si est causa pia, cẽseri debet esse causa finalis. Bar. in l. ea cõditione. C. de rescin. vend. in l. si pecuniam. ff. de cond. ob cau. aliàs non. Doct. in c. verũ. de conditio. appos. vnde donatio facta ecclesiæ sub modo, nõ reuocatur si modus cesset, nisi expressum sit, vt reuocari possit. c. verum. de cond. appos. quia sic donatũ pro animę salute videtur principaliter donatum. c. requisisti. de testam. glo. in l. si qs Titio. ff. de leg. 2. vnde modus non seruatus non censetur causa finalis, sed impulsiua, qua cessante non cessat effectus, nisi expressè sit actum. Bart. in l. legatũ. ff de vsufr. leg. Bar. in l. 1. ff. de his quæ pœnæ nomine. q si expressè sit actum vt reuocari possit modo cessante, si plātus solus modũ non impleuit nõ potest reuocari, cum solus ecclesiæ non possit piudicare. Doct. in c. breui. de iureiur. secus si cum capitulo; q si donatio fiat cũ cõditione, & solus plātus eam nõ implet, reuocari potest, quia in acquirendis solus sine capitulo, non in q̃sitis põt nocere ecclesiæ. Innoc. in c. fraternitaté. de donat. & hoc casũ in reuocatione requiritur sñã iudicis, cum nemo sibi ius dicere possit. Inn. in c. verũ. de cond. appos. nisi dictũ sit, q eo casũ possit pp̃ria authoritate reuocare. Doct. in d. c. Bar. in l. creditores. C. de pign. nisi res sit facta sacra. l. si quis curialis. C. de epis. & cl. vel nisi de facto donans resisteret, sic. n. pactum nõ valeret, quia daret materiã ad arma deueniẽdi. Bart. in d. l. creditores. Tertius casus est, cum deficit causa ob quã donatio est facta. c. quod à te. de cler. coniug. modo supra explicato. Quartus casus est, in quo donatio reuocatur est propter ingratitudinem donatarij, q pluribus modis põt contingere. l. fi. C. de reuoc. don. Primò, si donatarius atroces iniurias intulit donanti, q̃ atrocitas consideratur ex qualitate iniuriæ, loco & persona. §. atrox. Instit. de iniur. gl. in d. l. fi. citra verbera; vt si fiat verbis, fuga carcere, vel hmõi, vt quia in foro eũ furem vocauit. Secundò, si manus impias in donantem iniecerit: tertiò, si graue dãnum in rebus eius intulit, vt in tota eius substantia, vel maiori parte, vel ẽt citra maiorem, arbitrio iudicis. Io. And. in c. fi. de don. quartò, si tentauerit inferre vitæ ipsius vim & dãnũ, ẽt effectu non secuto, tendendo insidias eidẽ, & si hoc casu sint religiosi alicuius monasterij constricti ab aliquo magnate, qui ei insidias tetenderit, personæ q̃ id egerunt sunt expellendæ, alijs earum loco suffi ctis, nõ tñ monasteriũ destruendum, quia personæ delictũ, non debet ecclesiæ nocere. Abb. in c. fi. de don. Quintò, si donatarius qui magnã summã dono accepit, neglexerit alere inopẽ donatorem. Dyn. in d. l. fi. Abb. in d. c. fin. vt & filius tenetur alere patrem inopem. l. si quis. de lib. agnosc. & donãs se habet, vt pater ad donatarũ, & in liberto est speciale q donatio ei facta reuocať ob obsẽquiũ non pstitũ patrono, nõ tñ libertas. l. 1.

l.1.vbi gl.C.de reuoc.don.l.solo. C.de liberali cau.non reuocatur tñ hoc casu donatio facta ex cā, vel ob remuneratione, quia donatio ob causam, vel remuneratoria non reuocatur propter ingratitudinem. Boer.decis.2.gl.& ibi Bal. & Sal.in d.l.fi.In alijs verò casibus non valet pactum ne simplex donatio reuocetur ob ingratitudinē cōmissam. Boer.cons.48. nu.11.Mater tñ quę donauit filijs nō potest reuocare donationem ob ingratitudinem cōmissam,si turpiter vixerit,post mortem viri, vel trāsierit ad secunda vota.l.his solis.ff.de reuoc.don. nisi eius vitæ insidientur, vel manus violentas inferant,vel iacturā eius totæ substantiæ inferant.auth.hęc quoq;.C.dę reuoc.don. Ratione tñ ingratitudinis reuocari non potest donatio per hęredes donantis, vbi is eā dissimularit,quia remissa videt.§.fi. Instit.de iniur.& hoc delictum est personale, & idem si ingratus donatarius moriatur antequā superstes donans contra eum conqueratur.l.1.l.his solis.l.fin.C. de reuoc.don.l.omnimodo.C.de inoffic. testa. ꝙ intelligitur si nota fuit causa ingratitudinis;si.n.donans eā ignorauit viuēte donatario, vel si sciuit,& nō adfuit ei tempus competens ad agēdum, agere poterit contra eius hæredes:vt d.Abb.in c.fi.de don. vnde ēt si donatarius cognouit carnaliter vxorem donantis eo viuēte & ignorante, hæres eam poterit reuocare,arg.glo.in l.fideicommissum. C.de fideicom.in l.tutorem. C.de his quib. vt indig. & idem si ingratitudo cōmittatur in donātem defunctum, æquum videtur vt hæredes agere possint ad reuocationē donationis. l.1.ff.de his quib.vt indign. licet de rigore non possint.ex l.fin. C.de reuoc.don.Sextus casus est, si donatio sit inofficiosa, cū pater tantum donat filio ꝙ non manet hæreditas, ob magnitudinem donati,quia est contra officium pietatis, ꝙ debetur à patre filijs debitum scilicet subsidium.l.pen.ff.de obseq.par. & si donatio est inofficiosa, vel immodica re,& consilio,si facta sit liberis, reuocatur vsque ad legitimam, quæ debetur de iure naturæ.l.si liqueat. C.de inoffic, donat. Bart. in l.si vt allegas. C.eodem. si verò est facta extraneis,si reliquid aliquid filijs, non reuocatur nisi vsque ad debitum subsidium bonorum. l.omnimodo.C.eod.tit.de inoffic.donat.si verò eis nil reliquit reuocatur in totum. c.si quis irascitur.13.q.2. Si verò est inofficiosa re solum, reuocatur tantum quatenus est immoderatè gestū.Dicitur autē re, & consilio facta donatio, idest euentu & fraude, fraus enim non sat esset sine euentu, quæ fraus dicitur cum pater iratus filiū exhæredat. d.c.vel si in fraudem creditorum donationem facit, & huiusmodi. Septimus casus est,ob præsumptam voluntatem donātis, vt si quis libertis, vel extraneis nulla cogitatione liberorum futurorum magnam fecit donationem. l.si vnquam.C.de reuoc. quia præsumitur, ꝙ si is cogitasset de liberis nullam, vel nō tam magnam fecisset donationem. l.cum acutissimi. C.de fideicom.& reuocatur in totum si est facta liberto, vel extraneo. d.l.si vnquam. vbi gl.Abb.in c.fi.de donat. si verò est facta vni ex liberis nō reuocatur in totum ob natiuitatem filiorum, sed tantum vsque ad debitum bonorum subsidium. l.si totas.C.de reuocan.donat.Abb.in d.c.fi.& idem si facta sit ecclesiæ per natiuitatē filiorum, reuocatur tantum vsque ad legitimā, quia ecclesia habetur loco filij. gl.in c.fi.17.q.vlt. Abb.in d.c.fi. vt verò reuocetur donatio his casibus, oportet vt sit magnæ rei, non paruæ, & etiam ꝙ dicitur de donatione facta filio, intelligitur casibus quibus fieri potest, vt quia sit emancipatus, vel facta filiofamilias propter merita, quæ tenet. Donatio etiā extraneo facta susceptione liberorum non reuocatur, si sit facta ob remunerationem meritorum. Angel. in d.l.si vnquam. Roman.in cons.26. vt & non reuocatur donatio facta in contractu matrimonij donantis ipsius, quia sic videtur cogitasse de liberis procreandis. Socin. cons.53.volum.4. Boerius decis.159.nu. 8.9.& 16,Tiraquel.in d.l.si vnquam.secus si donauerit in contractu matrimonij alterius, quia tunc de suis liberis nō videtur cogitasse, vt ijdem dicunt. Sic etiam si adsint tēpore donationis filij naturales tantum eorum legitimatione secuta per subsequens matrimonium reuoca-

uocatur. Boer.d.decis.159.nu.12. Vbi verò quis habet legitimos & naturales, si pater habet exosos filios iam natos, postea suscepti eam reuocant vsq; ad legitimam natorum. Bal.in l.1.C.de inoffi. don. si verò non habebat eos exosos, non reuocāt, quia minorem videtur habere in nascituros, quàm iam natos affectionem. Iac. Butrig. in d.l.1 C.de inoffic.do nat. vel vt dicit Boer.decis.159.nu.16. si pater donans plura retinuit pro se, & filio iam nato, quàm donarit, quia videtur prædilexisse filium etiam nasciturū, si de eo cogitasset, reuocatur, si verò minus retinuit, si pater filium natum exosum habuit, reuocatur pro portionibus filiorum supernascentium, si verò vxorē non habebat, natiuitate filiorum reuocatur in totū. ex d.l. si vnquā. nisi mentionē de liberis fecerit, vel aliter appareat, ꝙ de eis cogitarit, sic enim nō reuocatur natiuitate filiorū. l. si liqueat. C de inoffic. donat. vt nec si donauit ecclesiæ, quæ loco liberorū est. c. in præsentia. de prebat. modo quo supra, ꝙ si superstite patre moriātur filij qui donationem reuocant, reconualescit, nisi pater tacitè, vel expresè illā reuocet, nec eius hæredes eā reuocare possunt. Clarus tr.de donat. Lop.de contr.lib.2.c.48. & si donans renunciat. l. si vnquam. cum haberet alios filios, si renunciatio est generalis nō obstat, secus si fuit specialis & facta à maiori, secus si à minori, & si quis renunciauit cū iuramēto, requiritur relaxatio eius ad finē petēdi, & ex æquitate si filij nascantur, videtur ꝙ reuocetur eo casu, licet ex rigore, vt supra, non reuocetur, vbi renunciatio est specialis, vt sup. Lop. de contr.lib.2.cap.47. secus ex quadam pietate, quia non cogitarit de eo casu.

Octauus casus est, ob pacti turpitudinē appositā. c. veniēs. de sim. sic distinguendo, ꝙ si causa turpis exprimitur, & turpitudo sit ex parte accipiētis tantum, an sic potest repeti, etiam si res sit secuta, vt si quis alicui dedit ne sibi iniuria irrogaret. c. iubemus. cum seq. 1.q.2. aut ex parte dantis, vt quod datur meretrici, & sic non potest repeti, quia illa turpiter facit eo quòd est meretrix, sed non turpiter accipit. l.4.§. sed & quod meretrici. ff. de condit. ob turp. cau. nisi in casibus supra expositis, aut ex parte vtriusque, vt cum datur iudici, vt pro se iudicet, & hic repeti non potest. c. quæ rectè. 2. quæst. 2. Fallit tamen in magistro, qui dat pro licentia docendi, in odium eius qui recepit. cap. prohibeas. extra de mag. & etiā in simoniaco regulari, cui pecunia restituitur, vel monasterio potius. c. veniens. de simon. vbi tamen turpitudo est ex parte vtriusq;, licet dominus non possit repetere, fiscus tamen potest. l. cum hic status. §. fi. de donat. inter vir. si verò datur ob causam præteritam, vt do tibi quia hoc mihi fecisti, tunc non repetitur etiā si falsa causa sit ob quam datur. l. casus. ff. de condict. indeb. si etiam donatio fiat ob demonstrationem, non repetitur etiā si sit falsa, quia falsa demonstratio non perimit legatum. l.2. ff. de fals. causa ad.

Nonus casus, si fraus in donatione interuenerit, quia sic reuocatur. c. constituit. 17.q.fin. ꝙ si clerici intitulati in aliquibus ecclesijs, aliqua eis donarint, si inde amoueantur, si fuerunt expresè donatę tempore ingressus, nō repetuntur, secus si tacitè, quia personam sequuntur. l. fi. C. si reus, vel act. mort. cap. quod à te. de cler. coniug. & hoc casu si bona sint immobilia, ipsis vtetur dum viuit, sed proprietas remanebit apud ecclesiam. c. de lapsis. 16.q.6. ꝙ si quis inuita vxore ingressus est monasteriū, & aliqua ei contulit, potest repeti datum, quia non esset collaturus, nisi teneret ingressus, quòd si nouitius tempore ingressus aliqua simpliciter monasterio contulit, si ante professionem egreditur, ea recuperabit demptis expensis victus, & vestitus. ex Conc. Tr. sess. 25. de regul. c. nulla. si verò moritur in religione acquiruntur monasterio: vt inquit Decius, testans de communi. in c. in præsentia. de probat.

10 Vbi verò donatio reuocari potest, si reuocatio fit ex præsumpta voluntate donantis, vt in casu d. l. si vnquam. sic reuocatio fit ipso iure absque quærelæ interpositione, vt si filij nascantur, nec reconfirmatur donatio, etiam si statim moriatur filius, cum actio semel extincta non reuiuiscat, & proinde nec donatio. l. Mæuius. §. duobus. ff. de legatis 2.

Donatio an fiat ipso iure, vel nō, & qd intersit.

Bart.

Bart.in l. Titia.§.Imperator. ff.de leg.2. Si verò donatio est reuocanda, vt inofficiosa, tunc proponi debet quærela. l.1. C.de reuoc.don.quam quærelam potest filius intentare etiam si pater iurarit nõ contrauenire donationi: vt d. Bart.loco cit. quia cum aliquid infirmatur ratione alterius, vt hic, scilicet ratione filiorum, non confirmatur iuramento contrahentium.c.quamuis.de pact.

11 Donationis reuocationi an possit renunciari. Potest tamen per pactum, vel iuramẽtum q̃nque renunciari potestati reuocandæ donationis, sub hac distinctione: vt d. Bar. loco cit. ꝙ non potest renunciari donationi inofficiosæ, quia fieret in fraudem filiorum, beneficio verò d.l. si vnquam. potest renunciari, quòd etiam si filij nascãtur donatio teneat, quia sic nõ reuocatur, quando .s. renunciatio est non generalis, sed specialis, maximè si adest iuramentũ, licet & his casibus per superuenientiam filiorum ex æquitate saltem, reuocetur vsq; ad legitimam, vt supra, licet non ex rigore, non potest tamen iniri pactum ne donans ratione cuiuscunq; ingratitudinis reuocare possit, quia sic impunè quis ingratitudinis vitium committeret. l.ex eo. C.de inutil. stipu. vt & qui impugnat eum à quo habet beneficium illud amittit. c.fi.de postulan. ꝙ si mulier donauit simpliciter, & iuret se non reuocaturam donationẽ, & postea nascantur filij, illud iuramentum non impediet reuocationem fiendã per d.l.si vnquam. quia si de liberis cogitasset non donasset. Donatio etiam generaliter iuramento firmata ob dictas causas reuocatur. Butr.in d.c.fi.

12 Donatioã fiat cũ pacto, vt nõ alienetur donatum. Quòd si res donatur ecclesiæ, vel alteri cum pacto ꝙ alienari non possit, tunc vel pactum apponitur post donationẽ, & non impeditur alienatio. l.donatio perfecta. C.de donat. Butr.in c.verum. de cond.appos.aut ante contractum, id est ante traditionem, sed post obligationem, & tunc tale pactum nil operatur, Card.in d.c.verum. aut apponitur tempore contrahendæ obligationis, & tunc si donator reseruat sibi aliquod ius pro obligatione, & etiã apponit prohibitionem de alienatione, & non valet alienatio.l.si creditor.§.fi.de distr.pig.aut nullum ius sibi reseruat, sed alteri, & idem est, vt non valeat alienatio. Butr.in d.c. aut nullum sibi reseruat ius donans, nec alteri, & valet alienatio, sed qui donauit aget ad æstimationem.l.penul.& ibi Bart.ff.de pactis.aut apponit pactum de alia re non alienanda, & non valet tale pactum.l.pen. C.de condict.ob causam, nisi donantis intersit, quia aget ad interesse. d.l.pen. quod habet locum in priuato, sed in ecclesia si alienatur, semper videtur interesse dãri cum tali pacto de non alienando, quasi id faueat eius animæ; nisi alienetur in casu necessitatis, cui aliter prouideri non valeat. arg.cap. sicut hi.47.dist.vel nisi alienetur in causam magis piam. Butr.in d.cap.verum. quod si dictum sit quòd alienari nõ possit, & si fiat liceat datori, & hæredibus fundum ad se reuocare, alienatio non tenet, nisi fauore piæ causæ de æquitate canonica, quando alia non habet quæ commodè possit alienare. gl.in cap.Imperator. 10.q.2.& prædicta intelliguntur de prohibitione alienationis facta ab homine in donatione, si enim prohibitio fiat à lege, alienatio est nulla. Abb. in cap.ecclesia.1.vt lite penden. quòd si fiat à testatore, non valet talis prohibitio nisi adijciatur causa, vt quòd maneat in familia.l.filiusfamilias.§.diui.de legat.1.

Vbi verò donatio valida est, nec est reuocabilis, datur actio donatori cõtra donatarium, vt impleat legem donationis, vel res donata ad se reuertatur, idq́ue præscriptis verbis actione. l.hæreditatem. ff.de donat.vel incerta ciuili actione.l.cum res.C.de donatio. vel ex stipulatu, vel actione in personam. l.legem quam dixisti.C.eodem.l.1. C.de cõdict. quæ sub modo. l.si mulier.de donat. inter vir.& vxor. vel per quærelam, modo intra quinquennium is ad quem pertinet experiatur. l.fi. C.de inoffic. donat. è conuerso verò donator tenetur tradere.§.perficitur.Instit.de don. & est mortale eam non implere si donum est magni momẽti, aliàs veniale, vt & qui eum impedit. Garzias de contractib. 4.nu. 17. qui & num.3.& 4.dicit: donationem factam ignorante donatario non obliga- 13 ex Donatione, vt agatur.

ac priusquam is eã acceptet in foro conscientiæ, & posse reuocari; dicens etiam num.6. donationes confidentiales, quibus quis donat filio, vt promoueatur ad ordines, intendens tamen eam reuocare, & huiusmodi, obligare fic dãtem ad refectionem damnorum, quę inde sequuntur aliquibus, vt si quis donet extraneo, vt is redonet filijs naturalibus, quibus ipse donare non potest, vt ibi dicit. Subdens num.7. factam ex causa, ea non existente reuocari, vt supra est dictum.

Ver. De donatione inter virum, & vxorem.

Tametsi donatio sit actus liberalitatis, vt supra est dictum, quæ est virtus moralis, tñ quia virtutis est, me-
14. dium tenere, & vbi passio vehemens est, à medio recedatur plerunque, licet voluntariè, iccirco cum magnus sit amor inter virum, & vxorem, ita vt vna caro dicantur in duobus. Genes.1. ideò inter eos matrimonio constante prohibita iure est donatio, ne mutuo amore inuicẽ spoliarentur, donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate abutentes. l. 1. ff. de donat. inter virum. & vxoria delinimenta corrumpant, quandoque mentem maritorum, vt adigant eos iudicium ferre contra proprium sanguinem quandoque, l. non est consentiendum. ff. de inoffic. testam. nihil enim est furore amoris vehementius, quem
15. retinere est philosophię perfectę munẽ ris. §. illud quoque. auth. quibus modis nat. effic. leg. coll.6. vnde Virg. eglog. 2. dicit: Me tamẽ vrit amor, quis enim modus adsit amori? & sermone quoq; maritali, & blanditijs prouocetur vxoris liberalitas. l. fin. C. si quis aliquem testari prohib. quo enim ardentius quis diligit eo profusior est in amatum: vnde adagium surrexit, porri folio ligantur marsupia amantium: vnde postea inopia cõsurgit. l. si id quod. §. si quis. l. sed si vir. §. quod legitur. ff. de donat. inter virum, & vxorem. & docet Plautus in princip. Trim. & in Truculento, velut meretrix meum herum sua blanditia intulit in pauperiem priuauit bonis, luce, honore, atque amicis. & Ouidius lib. 1. de arte aman. Fœmina, quæ cupidi captat amantis opes. & lib. 2. de remun. aman. Diuitijs alitur luxuriosus amor. & li. 1. de Ponto. Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est. Vnde diruto fundamento facultatum, amore amantes se spoliãt: vt dicit Horatius, lib. 1. Od. Od. 35. At vulgus infidum, & meretrix, retro periura cedit, diffugiunt cadis cum fœce siccatis amici, ferre iugum pariter dolosi; quòd in coniugibus contingere quoque posset si deficerent facultates: vt dicit Ouidius libro 2. de Rem. amor. Cur nemo est Hecalem, nulla quæ cœpit irum? Nempe, quòd alter egens, altera pauper erat. Præterea sic fieri posset vt matrimonia venalia fierent, nec contraherentur, si non daret is qui posset. l. 2. ff. de donat. inter virum, & vxor. & sic non essent libera contra cap. gemma. de sponsal. & quia mulieres fragiles sunt, & facilè decipi possent, & allici à viris ad donandum. § 1. auth. vt immobil. ante nupt. coll. 5. & Faustus, libro 4. Liuiæ, dicit: scilicet, ista fuit veterum natura virorum fallere fœmineum, credula corda, genus. & Tibullus, libro 4. Sed flecti poterit, mẽs est mutabilis illis. varium enim, & mutabile fœmina dicitur, à Virg. lib. 4. Aeneid. & habetur in cap. de viduis. 2. 27. quæst. 1. cap. forus. de verborum significat. l. 1. C. de inoffic. testam. & etiam quia si id permitteretur adimeretur coniugibus studium liberos educandi. l. 1. 2. & 3. ff. eodem. de donatio inter virum, & vxorem. cum amor honestus solis animis sit æstimandus, & etiam sit consulendum famæ cõiugum, ne concordia pretio conciliari videretur, & ne melior in paupertatem incideret, & deterior ditior fieret. d. l. 3. & huius famæ ratione donatum ab altero coniugum ob matrimonium futurum, non habet vim donationis licet valeat. l. si ita stipulatus. §. si tibi. de verb. obligat. nisi vxor esset nobilis, & inops, maritus verò donans plebeius & diues, vel illa iuuenis, vir senex. l. si ita stipulatus. §. si tibi. de verb. obligat. quia sic non esset simplex donatio, sed remuneratoria,

Donatio inter cõiuges cur prohibeatur.

Amoris vis quãta.

ratoria, quæ admittitur etiam erga personas quibus donari vetatur. Doct. in d. §. Curtius cons. 6. & latè id probat Couar. in 4. decret. 2. p. §. 3. qui latè de hac materia ibidem agit, dicens etiam huiusmodi donationem nō potiri priuilegijs dotis. Idem Couar. de his agit in rubr. de testam. 3. parte. In tantum verò prohibetur inter coniuges donatio, vt neq; valeat etiam si fiat per interpositam personam. l. si sponsus. de donat. inter virum & vxorem. nec etiam valet inter eos remissio debiti, vel assignationis, quia omnia habent rationem donationis. d. l. & quia prohibetur inter eos pendente matrimonio, donatio directè, & obliquè. l. 1. 2. & 3. l. creditor. l. pen. C. de donat. inter virum, & vxor. Sic si quis velit viro donare causa mortis, & vir mandet, vt donet vxori, donatio non valet, quia idē videtur, ac si donaret vxori. l. idemque. ff. eod. secus si volenti legare mihi mando, vt leget vxori meæ. l. sed si vir. §. quod legaturus. eod. quòd intelligitur, quando iam donauerat causa mortis, secus si disposuerat tantum donare, valebit si mutato proposito ad instantiam viri donet vxori. Silu. donatio. 2. num. 3.

16 Donatio inter coniuges qn̄ prohibeatur, vel nō

Hæc verò intelliguntur prohibita constante matrimonio, vnde tenet donatio facta inter eos, quo tempore coniuges non sunt, relata tamen in tempus nuptiarum. l. 1. l. quod sponsæ. C. de donat. ante nupt. l. cum hic status. §. sponsus. ff. de donat. inter virum, & vxor. Sic etiam si matrimonium non tenuit, licet donatio ipso iure non valuerit, poterit tamen reuocari. l. si ex voluntate. C. eodem. quòd intelligitur si ignorabant impedimentum, sed si vterque sciebat, repetet fiscus. l. cum hinc. §. fin. ff. eodem. Sic si est facta donatio quādo matrimonium erat contrahendum, si nuptiæ sequuntur, tenet donatio etiam si alter diues alter pauperior sit, cum matrimonium est de futuro. glo. in cap. donatio. de donat. inter virum, & vxorē; etiam si post eadem die matrimonium contrahatur. l. inter eos. ff. eodem. & etiam si sponsa fuit deducta in domum sponsi, quæ propter ætatem non poterat esse vxor, modo non sit proxima pubertati. d. l. inter eos. Si verò nuptiæ non sequuntur, aut non remanet ex parte donantis, quominus sequantur, repetet per cōdictionem ob causam datorum, & si nil dedit totū retinebit. l. cum veterum. C. de donat. propter nuptias. Si verò stetit ex parte donantis, tunc si sponsa donauit sponso, reuocatur tota donatio, siue interuenerit osculum, vel non. l. si à sponso. C. eodem. quòd si sponsus donauit sponsæ, si osculum non interuenit, reuocatur tota, quia illi donationi licet simplici inest conditio tacita si matrimonium sequatur, si verò interuenit osculum reuocatur medietas. d. l. si sponso. vbi Doctor. Si verò donatio est facta post matrimonium contractum, si dans fit pauperior, sed recipiens non fit ditior, vt si vir inde emit vnguenta vxori. l. quod autem. ff. eodem. vel mulier eis vectigalia soluat pro cognato, vel conuiuium faciat, vel aliàs inutiliter distrahat, non reuocatur. l. si mulier. l. si sponsus. §. pen. & fin. l. quod autem. §. 1. eodem. vel si soluit vectigal pro vxore, quia sic non donat, qui in necessarijs succurrit. l. ex annuc. eodem. vel si alteruter locum dederit causa sepulturæ, quia licet alter fiat pauperior, recipiens tamen temporaliter non fit ditior, vel si vir donat vxori ad oblationes faciendas, vel si ad piam causam, non reuocatur. Si verò hæres, vel maritus inutiliter expendit, ob id non minus tenetur. l. quod de bonis. ad legem Falcid. quia satis est, quòd est factus ditior: vt dicit Abb. in cap. donatio. eod. tit. Quòd si dans non fit pauperior, recipiens verò ditior, sic etiam donatio tenet. glo. in cap. fin. extra eodem. vt si maritus institutus hæres, repudiet hæreditatem, vt deferatur vxori sibi substitutæ, donationis causa, vel rogatus restituere hæreditatem vxori, non detrahit quartam, donationis causa, donatio tenet. d. l. si sponsus. quia non fit pauperior, qui non acquirit, sed qui amittit, & idem si donauit rem alienam vxori bona fide. l. si constante. ff. eod. casu quo restituere non tenebatur, vt de licentia dantis domini ad id libertatem habens. Si verò dans fit pauperior, & recipiens ditior, & tunc non valet. c. si. extra eod.

quòd intelligitur de donatione mera, non de remuneratiua, nec in casibus exceptis, de quibus infra. Et quòd dicitur de donationibus vetitis, intelligitur quoque de venditionibus simulatis. gl. in c quanto. de priuileg. Hæc de donatione. matrimonio constante.

17 Donatio ante nuptias, vel ꝓpter, quid sit, & ã sit vetitas, & quomodo

Quo verò ad donationem ante nuptias vel propter, quam sponsus, vel alius eius nomine facit sponsæ, vel alteri nomine sponsæ in recompensationem recipiendæ dotis, quòd potest fieri etiam si vir dotem non accipiat. cap. nuper. de donat. inter virum. & dicitur donatio ob causam, & non simplex. l. fi. C. eod. quia datur propter matrimonium, & dicitur antipherna, quasi contraria donatio, & dicitur donatio propter nuptias, quia ꝓpter eas fieri potest. §. est & aliud. Instit. de donat. & d. l. fi. & est donatio ob causam, & remuneratiua, quæ fieri potest ante & post contractum matrimonij. d. l. fi. & fit plerunq; à sponso tantum ante contractum matrimonij, dum tamen est in fieri valet.

Hæc verò donatio ante vel propter nuptias non oportet, vt sit æqualis doti: vt dicit Abb. in c. fi. de donat. inter vir. nec requirit insinuationem etiam si excedat quingentos aureos. authẽ. eo decursum. C. de donat. ante nupt. quia non est donatio simplex, sed ob causam, & prodest mulieri non viro, quia si pactum fiat inter cõiuges de dote, & donatione lucrandis, mulier in donatione lucrabitur vltra quingentos aureos, non autem vir in dote lucrabitur vltra quingẽtos aureos, d. auth. eo decursum. Bar. in l. cum multæ. C. eodem.

18 Donatio cui acquiratur īter coniuges facta.

Hæc autem donatio, soluto matrimonio, reuertitur ad mulierem. l. vnica. §. illo proculdubio. C. de rei vx. act. nisi pactum in contrarium adsit, & si ineatur pactum, ꝙ vir lucretur dotem, vel eius partem si vxor præmoriatur, talem partem lucrari debet mulier in donatione propter nuptias, vel partem æqualem si vir præmoriatur. c. fin. §. sanè. de donat. inter vir. & si dos & donatio sint diuersæ quantitatis requiritur æqualitas in quota, & non in quantitate. l. ex morte. C. de pact. conu. & hęc pari passu ambulare debent, scilicet pactum de lucranda dote, & de donatione. l. fi. C. de donat. ante nupt. nec conuentio valet in contrarium, nisi consuetudine sit derogatum. Doct. in c. donatio. de donat. inter virũ. Operatur verò hæc donatio multa tametsi maritus tenens rem donatam matrimonio constante, fructus eius acquirat. l. si liberis. C. eod. c. per vestras. de donat. inter vir. & soluto matrimonio mulier non lucretur eam de iure, sed ex pacto speciali tantũ. d. l. vnica. §. illo. C. de rei vx. act. Primò, ꝙ pactum de lucrãda dote extenditur in fauorem mulieris ad donationem propter nuptias, ita vt sicut vir dotem, vxore præmortua, sic mulier donationem viro præmortuo lucretur. Secundò, nã mulier fortius ius habet in rebus sibi datis propter nuptias in dote recuperanda, quàm in alijs bonis mariti, & sit tutior in dote. gl. in d. l. fi. C. eod. quia in alijs potest mulier renũciare iuri hipothecario. l. etiam. C. ad Vellejan. non aũt in istis, vt ita ei consulatur quomodo dotem valeat recuperare. auth. siue à me. C. ad Vellejan. & c. peruenit. de empt. & vend. nisi interueniat iuramentum. c. licet. de iureiur. vel ꝙ vxor cõsentiat post biennium secunda vice, vel tantum sit etiã in bonis viri, vt cõsuli possit vxoris indemnitati non solùm tempore contractus, sed etiam quo vxor agit, vel agere potest, vel etiam si per triginta annos tacuerit, & secundò etiam non consenserit: vt d. Abb. in d. c. peruenit. Tertiò, nam viro ad inopiã vergente, potest vxor vendicare à creditoribus viri dotẽ, & dictam donationem propter nuptias, quia debent seruire oneribus matrimonij. l. vbi. C. de iure dot. Quartò, nam si vir adulterium committat, vxor hanc donationem lucratur, sicut vir dotem vxore adulterante. cap. plerunque. de donat. inter virum, & vxor.

Quòd si sit statutum de lucranda dote, & dicta donatione, & matrimonium soluatur aliter quàm per mortem, pactum, vel consuetudo non potest facere, quòd vir lucretur dotem, ne mulier sine ea maneat. Hostien. in d. cap. donatio. & ibi Cardin. Siluest. Donatio. 4. num. 5.

Si vero statuto caueatur, quod altero coniugum præmoriente, alter lucretur dotem, vel dictam donationem, intelligitur de morte naturali tantum & non de religionis ingressu, sed si pactum sit vt alter lucretur altero præmoriente, pactum valet, & purificatur per religionis ingressum l. Deo nobis, C. de ep. & cleric. §. si vero. auth. de sanctissimis ep. Silu. loco cit. in fi.

19 *Donatio inter coniuges quibus casib. valeat, vel non & vt validetur.*

Sunt tamē aliqui casus, in quibus constante matrimonio, donatio inter coniuges valida est l. si quidē §. 1. C. de don. int. vir. primo si maritus in annos singulos, vel menses aliquid vxori sui vsus grā ꝑmittit, l. sicut cessat. C. de don. int. vir. quæ proprie non dr̄ donatio, cū vxor in suos vsus impenderit, & ita marito impensa videantur qui onera matrimonij subire cogitur, l. quod in vxorem, C. de neg. gest. quæ enim vir vxori tradidit vt comptior appareret, sui gratia potius quàm vxoris dedisse videtur l. si vt certo §. interdum, commod. & hoc casu anno elapso si quid ex annuo dato ea ratione vxori superest, repetitur, l. ex annuo, de don. int. vir. vnde hæc donatio proprie liberalitatem non habet, nec inde vir fit pauperior, vt nec improbantur strenæ, vel xenia quæ vxori calendis Ianuarij dantur l. sed si vir. §. si vir. ff. eod. secundo tenet donatio facta viro ab vxore obtinendę dignitatis, vel honoris causa l. quod ad ipiscendæ, cum seq. ff. eod. quia sic non redditur pauperior vxor, cum ex dignitate viri ei honor & splendor accedat. §. fi. auth. de consulibus l. fuminæ ff. de senat. & alijs præferatur quod appetere solet, onus dignitatis viro sustinenti, l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bon. tertio, si seruus donetur vxori vt manumittatur, l. quod autem §. fi. de don. int. vir. quia mulier inde ditior nō fit, & habet nudum ministerium manumittendi l. sulpitius ff. eod. quarto, in donatione ad sepulchrum coniugis, l. si sponsus, §. concessa, ff. eod. cum referatur ad pietatem & post mortem, nec inde coniux ditior fiat, d. l. §. fi. quinto, si maritus rogatus de restituenda hæreditate vxori, retenta certa summa, nulla summa retenta eam restituit, quod tamen magis pertinet ad plenam fidem restitutionis quàm ad donationem, l. siue vxor, ff. eo. de don. int. vir. sexto, si vxor donet marito ea lege vt filiæ communi in dotem det. l. profectitia, §. si quia certa l. cum vxor, de iu. dot. l. pen. C. eod. septimo, si Augustus donet Augustę, vel cōtra, cum legibus sint soluti. l. princeps ff. de legib. l. omnium, C. de testam. vt & donatio facta à principe in priuatum non acquiritur patri, l. sancimus, §. 1. C. de don. octauo, cum donat vir in refectionē domus vxoris exustæ, l. quod si vir. ff. de don. int. vir.

Nonus casus, in lana data vxori à marito, ex qua vestimenta facta vxoris sunt l. si mulier. §. fi. eo. tit. cum idonus sit mariti dote penes illum existente vxorem alere, & vestire, l. pro oneribus l. vbi adhuc, C. de iu. dot. vt & intra luctus annum, dote non restituta, ad idem hæredes tenentur l. fi. §. vidua, ff. ad municip. not. glos. & Doct. in l. vn. §. cum autem, §. exactio, C. de rei vxo. act. Vestes vero quas reliquit maritus vxori, eo mortuo redeunt ad hęredes si prætoriæ sint, aliꝗ non, Bar. in l. pen. §. seruis. ff. sol. matrim. Ang. cons. 101. Castr. cons. 184. Bal. in l. cum te, de don. ante nupt. quod intelligitur si prętiosę vestes in vsum tātum sint concessæ, secus si eo animo vt perpetuo vxorum & eorum hęredum sint, ar. l. id vestimentum ff. de pecul. aliter enim nō omnia quæ vxoris causa parata sunt, vxoris sunt, vnde ad maritum vel hæredes redeunt, & legari secundę vxori possunt, vel ipsi primæ l. si quod earum, in prin. & §. 1. l. hoc legatum, de leg. 3. aliter non posset fieri si ipsius essent, cum res ꝓpria nulli legari queat, l. proprias tuas, C. de leg. vbi tamen maritus prædicta expresse donarit pendente matrimonio, & secuta fuerit traditio, & in ea voluntate perseuerauerit, hæc donatio, vt reliquæ, inter coniuges morte confirmatur l. donationes quas l. res vxoris, C. de don. int. vir. quod intelligitur modo res tradita sit, aliter donatio non confirmaretur silentio & morte, l. papinianus, ff. de don. int. vir. & quod dicitur confirmari morte, intelligitur donantis, non autem morte donatarij, quia sic tacite reuoca-

uocatur, vt & si res tradita coniugi, alteri postea tradatur, l. si maritus, C. de donat. int. vir. Et eadem procedunt in omnibus ornamẽtis muliebribus, vt torquibus, monilibus & huiusmodi gratia vxoris paratis, nisi contraria extet consuetudo, vel lex municipalis, aut aliter conuentum, sic vt vbi ex statuto ornamenta & mundus vxori relinquuntur, non contineantur monilia, & res magni pretij, Bar. in l. quamuis, ff. de auro & arg. leg.

Decimus casus, est in dote & donatione propter nuptias quæ augeri possunt matrimonio constante, l. si constante, C. de don. ante nupt. cum tamẽ donatio propter nuptias soluto matrimonio reuocetur secundum modum reuocationis dotis, l. fi. C. de don. ante nupt. 11. valet donatio coniugi facta eo pacto vt pro cognato expẽdatur, vel pro alio, l. si mulier, ff. de don. int. vir. 12. valet donatio inter coniuges vsusfructus, Boer. cons. 44. num. 21. vt & donatio mutua facta à coniugibus proprietatis, Boer. q. 355. nume. 4. si ibi sit ęqualitas compẽsationis, nõ valet tamen donatio facta inter coniuges qui contraxerunt per verba de pręsenti licet matrimonium vel nuptiæ nõ sint publicè celebratæ per traductionem sponsæ ad domum viri. Oldr. cons. 5. Rom. in l. si socer. §. lutius, ff. sol. matr. Quod si statutum disponat, vt si vxor decedat sine liberis, vir superstes lucretur dotem, vel partem eius, & contra si maritus prædecedat, vxor lucretur incrementum dotis, vel donationem propter nuptias, lucrum illud non obtinetur, licet matrimonium sit celebratum per verba de præsenti, nisi vxor sit traducta ad domum viri, & matrimonium consummatum, & idem in sponsa, Boer. consil. 46. & eo casu vir lucratur dotem, si traduxit vxorem de pręsenti, etiam antequàm cognita fuerit. Feli. in rubr. de spons. nu. 3. Salic. in l. cum te, C. de don. ante nupt. & modo tunc dos data sit, & non tantum promissa, Feli. ibi, & ẽt dici potest acquiri simpliciter etiam si data non sit sed tantum promissa, Bal. in l. nõ sane, ff. de bo. quæ lib. & idem in lucro vxoris propter nuptias marito præmoriente 13. valet donatio inter eos, si alter non fit pauperior, scilicet donans, licet recipiens fiat ditior, vel si recipiens non fiat ditior, licet donans fiat pauperior, vt supra est dictum, vel si datur in tempus finiti matrimonij, vt scilicet res fiat viri vel vxoris cum mors fuerit secuta l. sed interim, ff. eod. vel si donatur causa mortis, quomodocunque fiat ista donatio, d. l. nisi ita fiat quod nullo modo reuocetur, quia non valet, gl. in d. l. vel si maritus, matrimonio constante remittat vxori dotem promissam in totum, vel in partẽ, gl. & ibi Bal. in l. si constante, C. de don. ante nupt. remissio vero debiti alterius, vt nec assignatio debitoris, valet, Silu. donatio. 2. nu. 4. ad fi.

Validatur tamen donatio alias nulla inter coniuges facta, aliquibus modis, primo morte donantis & non reuocantis tacite, vel expresse, l. 1. & 3. C. eod. tit. & d. c. donatio, dummodo non sit vltra quingentos aureos facta, & si facta sit insinuetur, alias non confirmatur morte donantis, nisi expresse tunc approbarit, quo casu vt legatum valet, glos. & Io. And. in d. c. donatio. sic tamen, vt si supra summam fiat, tunc tantum valet à tempore confirmationis, sed si insinuata sit, retrotrahitur ad tempus quo facta & conscripta est, l. donationes quas parentes C. de don. int. vir. quod expedit scire ratione fructuum & partuum, qui eius sunt cui donatio est facta, sic sentit & Couar. in rubr. de testam. 3. p. nu. 3. 4. 5. vt & quod non teneatur de damno dato in re donata, l. si mortis causa, ff. de don. causa mortis, quando scilicet præmoritur is qui donat, alias si superuiuit extinguitur donatio, l. cum hic status, §. si ambo, ff. de don. int. vir. id etiam intelligitur de donatione quæ pure fit coniugi, non de ea quę conditionem habet vel modum, in eo enim lex contractus est sequẽda, vt si fiat donatio peculij profectitij nomine, nam donatum non confirmatur, vt pręcipuũ sit filij morte patris, sed communicatur l. si donatione, C. de collat. prædicta etiam procedunt, modo non fuerit simplex promissio, sed interuenerit traditio vera, non autem ficta, qua donans constituit se nomine donantis possidere, Castr. in l. 1. §. si vir vxori, ff.

qui, ff. de acq. possess. Massuerius, in praxi iudic. §. itē donatio facta, §. per patrem, de don. quia donatio ficta requirit causam præcedentem legitimam l. quod seruus, ff. de acq. possess. hic vero nulla interuenit, si tamen translatione facta rei, qui dedit iterum eam acceperit, non est ficta traditio nec præcarium obest confirmatione, l. 1. §. 1. ff. pro donat. similiter valet si confitetur se recepisse, quia id est loco traditionis, & sic confirmatur morte, l. quod de suo, vbi gl. C. de dot. cauta non num. cum requiratur traditio in vita donantis, vt donatio morte confirmetur. Hæc quoque confirmatio fit non solum morte naturali, sed etiam ciuili, sic distinguendo, quod ex illa morte ciuili qua quis amittit libertatem, & fit hominis seruus, donatio perimitur, l. cum hic status, §. si donator, ff. eod. ex illa vero qua efficitur seruus pœnæ mortis, confirmatur, l. res vxoris, C. eod. etiam si euaserit mortem post latam sententiam in præsentes. Ex alia vero ciuili morte vt est deportatio, non confirmatur donatio, pendetq; vsq; ad mortem naturalem, & si non reuocetur, tunc confirmatur, d. l. res vxoris.

Confirmatur tamen per mortem ciuilem quæ est per professionem in religione, quia talis mortuus censetur, Io. And. & Card. in d. c. donatio, quod procedit si matrimonium sit consummatum, alias non, d. l. res, vt nec si ingrediatur religionem minorum, qui nil habere possunt proprium in communi nec in particulari, quia tunc hæres omnia statim habet, Bar. in auth. si qua mulier, C. de sacr. eccles. quando vero possunt habere bona in communi, tunc hęres institutus debet expectare mortem naturalē, & interim est in pendenti, cum hæres possit mori ante testatorem arg. d. l. res.

Secundò, confirmatur donatio inter coniuges iuramento interueniente de non contraueniendo ante mortem donantis, Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Abb. in cap. fi. eo. tit. Silu. donatio. 2. num. 5. q. 4. Guid. Papęus, q. 146. Bar. in l. si quis pro eo, de fideiuss. Card. in clem. 1. §. porro. 5. q. de iureiu. tutius est tamen tenere hoc casu, his non obstātibus non firmari donationem iuramento inter coniuges, cum iuramentum non sit vinculum iniquitatis, ca. quanto, de iureiu. nec valeat contra bonos mores, cap. non est obligatorium, de reg. iur. & initio sit dictum prohiberi donationem inter cōiuges quia sit contra bonos mores, & vigeant adhuc causę prohibitionis ibi expressę, licet adsit iuramentum, idque si excedat quingentos aureos, infra illos vero probabiliter iuramento confirmatur, Lop. de contr. lib. 2. cap. 47. Sic etiam confirmatur si promissa tradita sint realiter in vita, vel vir confiteatur se recepisse, quod est loco traditionis, Silu. don. 2. q. 5. Lop. lib. 2. de contr. c. 47.

Reuocatur demum hęc donatio inter coniuges, vt & simplex, in multis casib. primo per pœnitentiam, siue reuocetur expresse, in quo statur vltimę dispositioni l. cum hic status §. 1. ff. eod. siue tacite, vt cum res donata per donantem alienatur, d. l. §. si maritus, l. si maritus, C. eod. Secundo, reuocatur si donatarius ante donantem moriatur c. fi. eod. quod si simul moriantur, vt naufragio, tenet donatio, d. l. cum hic, §. si ambo, & idem si simul capiantur, & nullus eorum reuertitur, quia videntur simul decessisse, si enim vnus reuertitur præsumitur superuixisse, d. §. Tertio, si faciant diuortium quo ad Thorum cum displicentia animi, d. l. cum hic status, nisi exprimāt quod velint donationē valere, l. si interim, ff. eod. secus si fiat diuortium cum bona gratia, vt causa religionis, vel si post diuortium Thori simul post habitent, Quarto, cum socer nuntium diuortij mittit nurui, cui ante donauerat, d. l. cum hic, §. si socer, prædicta enim non solum locum habent inter coniuges, sed etiam inter socerum & nurum, vel generum, & inter consortes qui copulatos matrimonio habent in sua potestate, d. l. cum hic, §. oratio, & inter patrem, & filium non emancipatum, vt glo. d. in d. c. donatio, tripliciter quis enim alium per potestatem contingit, vel quia ego sum in potestate sua, vel tu in mea, vel ego & tu in potestate sumus eiusdem, glo. in l. 3. §. quę in eisdem, ff. eod. Vnde si aliquo horum modorum alicuius mariti quir

20 Donatio inter coniuges qualiter reuocetur.

con-

contingit ei, cuius maritum contingit, donare non potest, vel qui eam aliquo horum modorum cõtingit, marito eius donare non potest, nec etiam duo conso ceri, nullo vero horum modorum interueniente donatio tenet vt in soceru, & nuru. Silu.donatio.2.num.7.ad fi.textus in l.nec inter.C. de don.int. vir.

21 Donatio inter patrem & filium cur prohibeatur, quando vel nõ.

Quo porro ad donationem inter patrem, & filium, cum sint vna quasi persona, & quod filius acquirit acquirat patri, non tenet donatio inter eos facta, l. fi.C.de impub. & alijs subst.l.nec inter, C.de don.int.vir.l.si vt proponis.C.eo.

Fallit primo, si filius sit emancipatus l.si quis in emancipatum C. de donat. etiam si post donationem eum emancipet, & perseueret in donatione, l.siue emancipatis, C.de don. l. gallus §.quid si tantum, ff.de lib.& posth.§.præterea.Instit.quibus modis, & si emancipatus etiã consensu patris rem possideat, consensus videtur inducere nouam donationem eiusdem rei, l.censualis, §. 1.C.de donat. l.donationes in concubinam, §. pater, ff.de donat. l. Põponius, ff. fam. hercisc. Secundo valet donatio si pater quid donet filię pro dote, vel filio ꝓ donatione propter nuptias, l. Pomponius, ff. fam. hercisc.l.fi.de don.ante nupt.& ff.de collat.bon.& de collat.dotis, qui tamen casus est improprius, cum donatio libera sit, vt supra est dictum, & pater ex officio teneatur dotem filiæ assignare, l. qui liberos, ff.de tit.nupt.tertio si pater aliqd donet filio eunti ad castra nobilia, l. 4. C.fam.hercisc. l.1.C. de Castr. pec.mil. lib.12.l.4.ff.fam. hercisc. vel eidẽ ad studia progredienti, l.quæ pater, 2.ff.fam. hercisc. quæ non imputantur etiam filio, cum ex debito paterno sint facta, quarto, si quid donetur filijs propter benemerita, sic enim ęstimantur non vt filij sed vt extranei, Castr.in l.2.C.de inoff.don. quinto, alij etiam sunt casus in quibus valet donatio inter patrem & filium, nec acquiritur vsufructus patri, vt dicit gl. in auth.idem est, C. de bo. quæ lib.primo, cum hac conditione relinqui tur à proauo vel extraneo, vt patri non acquiratur vsusfructus, auth. vt liceat matri, collat.8. in prin. secundo si pater remittit filio vsumfructum quem habet in bonis eius aduentitijs, l.cum oportet, §.sin autem, C.de bo. quæ lib. tertio in hæreditate fratris vel sororis in qua cũ patre admittitur, §. si vero, auth. de hęr. ab int.auth.cessante, C.de leg.hær. auth. defuncto, C. ad Tert. Fran. de Aret. in cõs.161. in illa enim portione filij pater non habet vsumfructum, quarto in hæditate quam filius adit patre nolente, l. fi.§.sin autem, C.de bonis quæ lib.quinto quando filio legatur seruus vt eum manumittat, d.l.fin.§. fi. sexto in rebus obueniẽtibus filio quando parentes soluunt matrimonium de futuro sine causa rationabili, §.quia vero, auth.vt nulli iud.septimo, si filio legatur vsufructus, quia seruitus seruitutis esse non potest, l.1.ff.de vsufr.leg.octauo, si imperator donet filiofamilias, l.cũ multa, C.de bo. quæ lib.nono, in quasi castrensi peculio, l.cum oportet, §. exceptis, C. de bo.quæ lib.decimo, si pater donet filio ob alimenta, vndecimo, quãdo filiusfamilias recipit dotem patre nõ consentient, nec se obligante, quia non acquirit patri vsumfructum, vel aliud Bar.in l.contra, ff.rer.amot.duodecimo, vt supra, cum donatur filio propter benemerita præcedentia, si enim merita non præcedũt donatio non valet, nisi cõfirmetur morte, Bar.in l.1,§.nec castrense, ff.de collat.& in hoc creditur patri si dicit se donare propter merita, vt supra est dictum, sed si de hoc dubitetur quid pater senserit, probanda sunt merita, Bar.in l.si donatione, C.de collat. Vltimo si filius est emancipatus, vt supra c.constitutus de in int. rest.& si fiat donatio in actu emancipationis est donatio simplex & nõ ob merita, cum magis filius deberet donare patri eum emancipanti, vnde vt simplex donatio venit conferenda, Bar.in l. vt liberis, C.de collat. Si vero fit filio existenti in patris potestate, emancipatione conualescit.l.siue, C.de donat. Sic etiam potest & debet donari filijs illegitimis pro alimentis, c.cum haberet, de eo qui cogn.& si caret legitimis, potest dare amico omnia bona sua, vt ea det illegitimo, qui potest retinere & sibi data à patre donec condemnetur, & idem est saltem

tem ad alimenta etiam si sit filius clerici, Lop. de contr. lib. 2. c. 46. Et ita potest legari amico, cum hac confidentia quod id restituat filio clerici, id tamen non potest deduci in pactum, quia id esset in fraudem legis, cum tales sint incapaces successionis, quod si fiat, nec amicus potest id retinere ex æquitate, nec filius cũ sit incapax ex lege, vnde confidendum est tantum de amico, qui licet possit sic data sibi retinere, tamen sciens intentionem dantis tacitam, si est verus amicus ea dabit filio, & is licite retinebit, cum non habeat à patre, sed ab amico, pro alimentis tamen spurijs potest legari, & donari, & dos filiabus ac debet d. c. cum haberet, Lop. loco cit.

22 Donatio inter patrem & filium qualiter confirmetur.

Confirmatur præterea donatio facta à patre filio, si mox emancipetur, modo quo supra, secundo morte, & silentio donantis, si facta sit vsque ad quantitatem legitimam, vel supra insinuata sit, siue in suprema voluntate donans eam donationem confirmarit, etiam si sit supra quingentos aureos, l. donationes, C. de don. int. vir. distinguendo circa tempus confirmationis eiusdem vt supra, & de facta inter coniuges quando, & à quo tempore confirmetur, est dictum, tertio, confirmatur si iuramentum accedat & vtroque viuente, quia pater potest facere valere hanc donationem quãdo vult, filium emancipando, & ideo iuramentum supplet hanc solemnitatem, l. fi. C. de emancip. lib. auth. sacram puberum, C. si adu. vend.

23 Donatio inter patrem & filium vt reuocetur.

Reuocari demum potest donatio facta filio emancipato aliquibus casibus, primo, si donatarius atroces iniurias intulit donanti, vel in eum impias manus iniecit, vel graue damnum in rebus eius intulit, vel eius vitæ periculum afferre tentauit, secundo, si conditionem appositam non impleuit, tertio, si neglexit alere donatorem inopem de quibus supra est actum ver. præced.

Ver. De Donatione Causa Mortis.

24 Donatio causa mortis quid sit, & vt cum alijs cõueniat, vel differat.

Donatio causa mortis ea est, cum quis ob mortis instantis suspitionẽ donat, sic vt si decedat is habeat cui donauit, si vero superuiuat apud ipsum remaneat, vel si eum pœnitet, aut prior decedat is cui donauit, §. mortis causa. Instit. de donat. l. 2. 3. 4. 5. 6. ff. de don. causa mortis, & in summa hæc donatio continet, vt is q donat, malit habere quàm eum cui donat, & eum cui donat magis quàm suum hæredem, l. 1. l. senatus. de mortis causa don. & est quædam dispensatio voluntatis ex mortis, vel alterius instantis, vel futuri periculi consideratione, vel metu l. 2. ff. eod. Dicitur voluntatis, quia libere fieri debet, aliter si metu fieret non valeret, l. metum, ff. quod met. causa quando ideo metus infertur vt donetur, alias secus l. 3. ff. eod. quod met. causa, & addi potest, à donante vel hærede præstanda, vt differat à legato, quod semper ab hærede præstatur.

Conuenit vero hæc donatio cum donatione inter viuos, quia vtraque est donatio, & vtraque fit inter viuos. Differt vero quia hæc pœnitentia reuocatur, nõ autem alia, l. qui mortis causa, ff. de don. causa mortis, secundo, quia in ista requiruntur quinque testes, in illa duo sufficiunt, l. fi. C. de don. causa mortis, in dubio vero præsumitur donatio inter viuos, si mortis mentio non sit facta, glo. in d. l.

Conuenit etiam hæc donatio cum captione causa mortis vel legatis, primo, quia vtraque est vltima voluntas, secundo, quia vtraq; requirit numerum quinque testium, tertio, quia in vtroque locum vendicat substitutio, l. 4. C. de don. causa mortis, quarto, quia nec insinuationem exigit, d. l. fi. quinto, quia non est perfecta nisi morte sequuta per quam confirmatur l. 4. ff. eod. sexto, quia ex ea falcidia detrahitur, l. fi. C. ad l. falcid. & in multis alijs conuenit cum legato d. l. fi. & l. marcellus, ff. eod. ita vt dicatur redacta per omnia ad instar legati, §. hæc mortis causa, de donat. l. illud l. marcellus, §. fi. cum l. seq. l. si debitor, ff. de don. causa mortis.

Differt vero in multis à legato, de quibus glos. in §. nam cum prudentibus, vel o fere, Inst. de don. primo, quia legatum semper datur ab hærede, hæc modo-

do ab illo, modo à donante, & si legatũ daretur à testatore, transiret in donationem inter viuos, glo. in l. legarum, ff. de leg. 2. quo casu testator reuocare non poterit, nec inde falcidia detrahetur, vt ibi. d. Bart. secundo, quia filiusfamilias patre cõsentiente potest donare causa mortis, sed non legare vel testari, nec codicillum facere l. tam is, ff. eod. l. 2. de leg. 1. tertio, quia licet testamentum sit falsum vel nullum, tenet hęc donatio, non autem legatum l. pen. §. fi. ff. de his quibus vt ind. quarto, quia accusans testamẽtũ, vt falsum vel nullum amittit legatum, non autem qui impugnat hanc donationem, Bar. in l. 2. de leg. 1. l. post legatum ff. de his quibus vt in l. §. 1. vbi glo. inst. de don. quinto, quia legatum fit ignorãti, hęc vero regulariter non, & in alijs multis, & dignoscitur à legato hæc donatio quando verba sunt communia, vel æquiuoca per traditionem rei, vel obligationem qua donator se obligat legatario, & quando nullum horum interuenit dicitur legatum, l. 2. l. marcellus, cum ibi not. ff. eod. Siluest. donatio. 4. num. 3.

25 Donatio causa mortis quotuplex.

Tres vero sunt donationes causa mortis, l. 2. ff. eod. vna cum quis nullo periculo imminente territus, sed sola cogitatione mortalitatis donat, secunda cum imminente periculo donat sic vt statim fiat accipientis, quæ reuocatur eo conualescente, l. 1. §. item cum ipse, ff. eod. tertia cum in periculo mortis, donat, vt nõ statim fiat alicuius, sed morte secuta.

26 Donare causa mortis q possint, & quomõ.

Donare vero hi possunt hoc modo, & eas res, prout in donatione simplici est dictum, & capere ex donatione possunt, & præterea coniunx, & filiusfamilias quibus donari non potest inter viuos, istius capaces sunt l. donationes quas parentes, C. de don. int. vir. l. pen. C. de don. causa mortis. Et generaliter qui potest testari, potest & donare causa mortis, licet testamentum de facto non condiderit, modo facere possit l. marcellus, ff. de don. causa mortis, l. tam is, eod. tit. excepto filiofamilias qui cum testari non possit, excepto peculio castrensi vel quasi, hanc tamen donationem patre consentiente facere potest d. l. tam is l. qui in potestate, ff. de testam. l. 3. C. qui testam. facere poss. qui patris consensus debet esse specialis, qui nec potest sine eo consensu donare ea bona quorum vsufructus patri non quæritur, vt nec testari de ijs bonis sine patris consensu, qui nec patri donare potest causa mortis sine iudicis authoritate, Couar. in rubr. de testam. 3. p. & quibus legari potest ijsdem causa mortis relinquere licet, d. l. tam is, §. fi. Donare vero non potest causa mortis qui donare non potest inter viuos, l. filiusfamilias, ff. de donat. vnde si statuto cauetur ne mulier possit donare, nec causa mortis potest d. l. Bar. in lib. de cõsuet. feud. in rubr. de prohib. feud. alien. quando vero permittitur donatio permissiuè, non includitur donatio causa mortis, quia non est proprie donatio, l. 1. §. 1. ff. de donat. vnde feudatarius cui est à domino permissum donare, non potest causa mortis donare, vt nec potest donare qui capitale crimen admisit cuius causa bona publicantur, siue fiat ante crimen, vel post, ante sententiam vel post, cum & tunc testamentum rumpatur, l. si aliquis, ff. eod. Fallit id tamen in re donata vxori ante reatũ commissum, non post, l. cum hic status § si maritus, ff. de don. int. vir. l. res vxoris, C. de don. int. vir. & vx.

Donari etiam omnibus potest vt supra quibus & legatum iure relinqui potest l. omnibus, ff. eod. in quo non tempus donationis, sed mortis inspicitur, l. mortis causa, 3. ff. de don. causa mor. damnatis tamen in metallum, licet legari non possit, in causa tamen alimentorum relinqui potest, Bart. in l. quidam, ff. de pœnis. 27 Donari causa mortis cui possit.

Hæc autem donatio tripliciter fit, scilicet traditione, pollicitatione, & stipulatione l. senatus, ff. eod. quocunque tamen modo fiat debet inseri, quod fit causa mortis, vel talis periculi, d. l. & si nil apparet præsumitur inter viuos donatum, licet & in hoc standum sit coniecturis, Debent etiam in ea quinq; testes adesse si fiat extraneis si liberis duo, l. si quis argentum, §. fi. C. de don. l. fi. C. eo. debet etiam esse præsens persona cui donatio fit, vel alia quæ uice eius rem reci 28 Donatio causa mortis qualiter fiat.

piat, & si causa mortis donatur ecclesiæ, vel pauperibus debet notarius recipere, & stipulari nomine eorum, l. inter. ff. eo. Et licet olim præsenti tantum fieret, vel interueniente traditione, l. omnibus l. senatus. l. inter ff. eod. hodie tamen potest fieri vt & aliæ donationes, l. mortis causa donatio. eod. Et potest in ea substitui vt priore defuncto ad alterum donata pertineant, l. fi. C. de don. causa mort. l. fin. C. de codicill. oportet tamen in omni specie donationis causa mortis, vt supra, mortis mentionem facere, aliter ex eo solo quod quis moriturus donat, non videtur causa mortis donare, nisi id adijciat, l. 1. C. eod. de don. causa mortis, nec etiam mortis mentio facit donationem causa mortis, nisi id expresse dicatur, l. seia. §. fi. ff. eod. etiam si infirmus simpliciter donet, censetur enim donare inter viuos, nisi causa mortis fiat, d. §. etiam si donatio fiat vt post mortem ad donatarium res donata perueniat, quia sic est donatio simplex inter viuos cum modo, & differtur actio tantum post mortem, Bal. in l. quæ dotis, ff. sol. matr. l. 1. ff. vt actio, ab hær. & contra hær. vnde nominatè requiritur, vt fiat propter periculũ aliquod mortis quod timeatur vt instãs, d. l. seia, §. fi. vt hostes, prędones, potentis crudelitas, nauigatio, iter per insidiosa loca, senium, infirma valetudo, ex quibus mors potest facile statim sequi, l. 1. de don. causa mort. vnde in hac donatione inspicitur mortis tẽpus, in quo tantum donatio habet vim, l. in mortis causa, ff. eod. l. fi. ff. de don. int. vir. nec sat est in genere facere mentionem mortis, nisi & in specie fiat, Alex. in l. quæ dotis, ff. sol. matr. quandoque tamen sine expressione mortis, potest causa mortis colligi, vt si iturus peregre, mare ingressurus, in prælium vel bellum iturus, graui morbo detentus donet, quia tunc ex metu mortis donatio facta colligitur, & ita erit reuocabilis, Guil. Bened. in c. Rainutius, num. 23. 24. verbo. testamentum de testam. tutius tamen est id exprimere.

29 Donatio causa mor Reuocari demum potest hæc donatio aliquibus casibus, primo, si ante mortẽ pœniteat donantem, cum confirmetur tantum morte, nisi adiecta sit lex quod reuocari non possit, quæ valet, l. cum hic status §. pœnitentia, de don. inter virum l. qui mortis, l. senatus. §. 1. de mort. causa don. l. 3. C. de mort. causa don. l. si alienam, §. marcellus, l. senatus. §. si sic de mort. causa don. & idem si donans alienat viuens rem donatam, si donatio sit rei specialis quæ alienatur, non autem si donatio sit specialis, & postea fiat generalis hæredis institutio, sic enim non derogatur donationi speciali, vt dicit, Couar. in rubr. de testam. 3. par. num. 19 qui & nu. 23. ibid. d. casibus hic descriptis reuocari donationem causa mortis, & num. 24. d. per pœnitentiam reuocari donationem etiam si quis decedat sine hærede ex testamento vel ab intestato, id probans contra cõem, quod iuri naturali innititur, quo inducitur vno vinculo ligatum, contrario modo, idest dissensu solui, l. nihil tam naturale, ff. de regul. iu. Secundo, si donatarius moriatur ante donantem, l. seia l. [illegible] l. si mortis, ff. eod. Tertio, si fiat ob periculum imminens, & mors nõ sequatur, l. mortis causa, §. si donaturus, eod. quarto, si non impleatur causa sub qua donatio est facta, nisi donatio sit facta in causam piam, vt dictum est cap. de donatione simplici, & nisi adiecta sit conditio, vt supra, vt reuocari non possit, quo tamen casu ex causa poterit reuocari, vt propter superuenientiam filiorum c. quicunq; 17. q. fi. imo & si statim dominiũ non transferatur, irreuocabiliter tamen fiat, irreuocabilis erit, d. l. senatus, §. mortis causa, & ita habebit effectum simplicis donationis licet dicatur causa mortis, & poterit reuocari etiam si iuratum sit de non reuocando, ex noua causa, vel si quis donarit omnia bona præsentia & futura, quia inducitur votum captandæ mortis, peti tamen debet absolutio prius à iuramento, si tamen quis donat bona sua nõ addens futura, sic non reuocatur, l. fin. C. de pact. l. stipulatio hoc modo, ff. de verb. oblig.

Vbi demum donatio reuocatur, id fieri potest per condictionem causa data causa non secuta, vel actione in factum, vel vtili in rem, vel condictione, l. mortis, vt renocetur.

us.

tis causa, §. si donaturus, l. qui mortis causa, ff. de mort. causa don. & quando reuocatur, restitui debent fructus vna cum re, l. cum quis mortis eod. ff. de cond. causa data. In petitione vero detrahi potest à donatione causa mortis per hæredem quarta falcidiæ, l. vbi ita donatur l. seia, de don. causa mortis, l. 2. l. in donationibus, l. pen. C. ad l. falcid. in hac demum materia, si qui casus forte desint videatur Lop. de contr. lib. 2. c. 39. cum seq. quos tamen paucos censeo.

De societate, videndum de hac re quæ dixi tract. de vsuris edito, cap. 7.

De contractu Assecurationis. Videnda quæ de hac re dixi tr. de vsuris, cap. 7.

SVMMARIVM.

1 Emptio quid sit, & quid in ea veniat, & an quandoque quis vendere cogatur.
2 Venditionis materia quæ.
3 Venditionis pretium iustum quod sit, & dignoscatur, & an quandoq; pretium augeri possit.
4 Emptio quãdo non teneat, & rescindi possit, vel pretium æquari, & vt pretium augeri.
5 Venditor an teneatur ad defectus rei venditæ, & eos propalare.
6 Venditio cum pacto de retrouendendo an liceat, & quomodo.
7 Liuellum an liceat.
8 Negotiatio an sit honesta, & laudabilis.
9 Venditæ rei lucrum, & periculum ad quem spectet.
10 Vendere quis possit vel non, & cui.
11 Vendi quæ possint, vel non.
12 Vendi an possit res ecclesiastica, & quomodo.
13 Vendi an possit assignatum clerico titulo patrimonij.
14 Vendi quæ vlterius non possint.
15 Vendi an possit res aliena, vel subiecta restitutioni, vel emi ex alieno, & cui acquiratur.
16 Vendi an possit res subiecta fideicommisso.
17 Vendi an possit res dotalis, & quomodo.
18 Vendi an possint res publicæ & huiusmodi.
19 in Venditione quæ vlterius interuenire debeant.
20 Venditor an teneatur de euictione, quomodo, & quando.
21 Venditio an rescindatur quandoq;, quomodo, & quando.

De Emptione, & Venditione. Cap. XXXV.

Venditio, sic potest definiri, quod est alienatio dominij alicuius rei facta à proprio Domino in alium, accepto iusto pretio loco rei in pecunia numerata, ex contractu emptionis, ex hac definitione facile etiã colligi põt definitio emptionis nempe e contrario, vel quod est contractus bonæ fidei nominatus iurisgentium per quem fit commutatio rei cum certo pretio ex consensu, Bal. in l. si cum fundum §. 1. ff. vel habita fide de pretio. 1 Emptio qd sit, & quid in ea veniat, & an quis teneatur qñq; vendere.

Notandum primo, quia in emptione, & venditione fit translatio dominij, ideo debent esse distinctæ personæ ementis, & vendentis, & consequenter non posset quisquam emere rem suam, siue sciens siue ignorans, vt habetur in l. suæ rei, ff. de contrahenda emptione. Hinc fit vt inter patrem, & filium non possit esse emptio, & venditio, ff. eod. tit. l. 2. quia bona filij putantur esse patris, & e contra, bona patris filiorum, & hoc quàmdiu filius non est emancipatus. Et licet in re sua quilibet sit moderator l. in re mandata, C. mandat. vendere tñ quandoq; quis cogitur, primo, cum exposuit rem venalem, nisi ibi adsit peccatum, secundo, ob publicã necessitatem, pretio moderato à iudice taxato, exceptis sibi necessarijs ad victum. Couar. lib. 2. Var. res. c. 3. nu. 5. vel ob ecclesiam aut monasterium ædificandum, vt & vetari potest ne quis altius ædificet, ne moniales conspici possint, Couar. lib. 3. var. res. c. 14.

Notandum secundo, quod emptio & venditio sunt vnus simplex contractus qui ex parte ementis vocatur emptio, ex parte

parte vendentis venditio, fit autem hic cõtractus duobus modis, vno modo simplici verbo contrahentium, alio modo per scripturam, & vtroque modo aliquando fit datis arris aliquando vero sine arris. Instit. de emptione. §. primo, & ff. eodem titul. l. 2. Si autem fiat per scripturam, tũc validatur venditio, cum vel partes ipse scribunt, aut subscribunt, vel per Instrumentum confectum, per tabellarios ex omni parte completum, nempè adhibitis testibus, vel partium subscriptione, &c. ita vt antequam Instrumentum accipiat suam vltimã perfectionem, licitum partibus sit retrocedere. Quando autẽ in venditione datę sunt arrę, tunc ipsa traditione earum validatur emptio, ita vt si emptor retrocedit perdat arras quas dedit, si autem retrocedat venditor, compellatur restituere duplum vt habetur, Instit. de emptione, & venditione §. 1. vbi glos. & hoc casu vbi quis arras amittit non potest peti aliud interesse, & potest resilire à contractu in foro fori, si res & pretium vlterius traditę non sunt. d. §. primo. l. 2. C. de pact. inter empt. l. de lege, & l. fin. ff. de l. commiss. Et ita ad emptionem tria substantialiter requirũtur, res, pretium, & consensus, §. primo 2. 3. Instit. de emptione, & venditione l. in venditionibus, C. eod. l. 2. ff. de act. scriptura vero in ea non est necessaria nisi ad faciliorem probationem. l. cum instrumentis. C. de fid. instr. l. cum res. C. de prob. l. pactum. C. de pact. l. contrahitur. ff. de pign. nisi conuentum sit quod non valeat nisi scriptura confecta, l. contractus. C. de fid. instrum. §. primo. Instit. de empt. & vendit.

Notandum tertio, non statim atque valida est venditio rem fieri ipsius ementis, & ad eum pertinere commoda, vel in commoda, sed requiritur aliquid ex parte emptoris, & aliquid ex parte venditoris. Ex parte emptoris requiritur vt numeret pecuniam, & pretium integrum rei, vel saltem alio modo satisfaciat, de pretio dando pignora, aut fideiussores, aut iuratoriam cautionem, vel alio modo ex consensu venditoris obliget se ad pretium persoluendum; Ex parte vendentis requiritur, vt rem tradat emptori. Colliguntur hæc ex l. quod vendidi & ex l. vt res emptoris fiat. ff. de contr. emptione, Hinc etiam sequitur quousq; pretiũ persoluatur vt venditor possit suos facere fructus rei vendite, & soluto pretio emptori, possit exigere eiusdem fructus rei ab emptore. Quod si res tradita sit emptori, & emptor ex quacunque causa illam relinquat apud venditorem res manet periculo ipsius emptoris. Aduertendum est autem quod dixi emptionem, & reuenditionẽ requirere solutionem pretij in numerata pecunia, primo, ad excludendam quamcunque rem traditam pro pretio, quia quando res pro redatur non est emptio, aut venditio, sed permutatio.

Secundo, ad excludendum pretium pecuniæ soluendum in futurum, quia emptio, & venditio ex natura sua intelliguntur in pecunia numerata, requirũt enim pro tali complemento traditionem rei, & solutionem pretij. Vnde venditio quæ fit credita pecunia, non est vnus simplex contractus, sed duplex alter emptionis, & venditionis, alter mutui, in quo pretium rei venditæ mutuatur.

Sit secundum dictum. Materia emptionis, & venditionis est omnis res pecunia extimabilis. Vnde dona supernaturalia non possunt vendi, vt habetur infra de simonia, nec cętera spiritualia. Eodem modo vita hominis liberi non est pretio extimabilis, Ideo non potest vendi. Notandum tamen, licet omnia, quæ sunt pretio extimabilia, vendi possunt ex natura rei, tamen aliqua prohibentur, aliqua vero prohibentur vendi tali, vel tali generi hominum in l. Celsus ff. de contr. Emptione. Multa simpliciter vendi prohibẽtur, vt loca sacra aut Religiosa, & loca publica, similiter vendi prohibentur Christiani liberi bello capti: similiter prohibentur vendi, mala opera, vt homicidia fornicationes, &c. & quorum vsus malus est, vt taxilli aleæ, fuci mulierum, quod puto tunc esse peccatum mortale, cum ista venduntur personæ de qua certum est male mortaliter vsuram esse illis: In ordine ad

2 Venditionis materia quæ.

aliquas personas vendi aliqua prohibentur, verbi gratia, vasa sacra, integra prohibentur vendi laicis. l. sancimus C. de sac. sanct. Ecclesijs similiter in Bulla cœnæ domini prohibetur, Christianis ne vendant infidelibus, ulla genera armorum, aut mettallorum aut lignaminum sic & res ficta vetatur uendi, quæ non est, cum in fraudem id fiat, fructus tamen futuri emi possunt, & fœtus nasci turi, quando paciscens fortunæ aleæ se committere uoluit, promittens tantum soluturum, siue tales fructus nascerentur uel non, sed si in specie id non est dictum, fructibus non extantibus non tenetur soluere, iactus tamen retis uendi potest ob laborem adiunctum, quod æstimabile est arbitrio boni viri, & soluendum promissum tum ob laborem tum ob rei incertum euentum, fraude remota. Quod si res uenalis est semicombusta, ut domus, uel attrita, ignorante emptore, uenditio non tenet, secus si sciente, in foro tamen conscientiæ ob id de pretio est minuendum; Sic res aliena uendi non potest, nisi præsente domino, & non renitente, uel postea ratum habeat, uel iudicis authoritate id fiat, de quo latius infra; Sic res propria emi non potest nisi uenditor in ea partem aliquam habeat, uel eam possideat; Et nedum res aliena emi non potest, sed nec cum dubio an sit aliena, aliter eo comperto, illam cum fructibus restituere tenetur, nisi diligentiam adhibeat an sit aliena, & ea facta non inueniat esse alterius, alias sic, & idem de his qui emunt ab Aegyptijs, cingaris dictis, qui ex furtis uiuunt, is enim restituere tenetur uero domino, uel pauperibus. Quod si quis emit rem ignoranter à latrone, putans eius esse, & eam alteri vendat bona fide, si uerum rescierit, tenetur ementi restituere pretium acceptum, quando se ei obligauit de euictione, nec potest à uenditore suum consequi, nam fuit in culpa emendo, quia indagare debuit an esset aliena, nec id præstitit, alias si id fecit, nec sciuit, excusatur à culpa, & restitutione; & si emés idem bona fide rem alienam, eam pluris uendidit, excessum illum domino reddere debet, nisi ratione loci, uel formæ, & huiusmodi augmentum id factum sit, Sic nec res litigiosa uendi potest nec debita aliena minus iusto emi, ob anticipatam solutionem, si sint facilia recuperata, nisi concurrat damnum emergens, uel lucrum cessans, ut d. Lop. de contr. lib. 1. capit. secundo, & tertio, & eadem ratione debita futura minoris anticipata solutione redimi non possunt, nisi ratione interesse, uel nisi sint dubio, uel periculo subiecta, nec etiam tũc redimi possunt pretio minimo quan do rigido sunt soluta. Sic officia publica ex se uendi non possunt; ex aliquibus tamẽ circumstãtijs id licet, ut quia Reipublicæ necessitatibus alia uia subueniri non possit, sic tamen, ut non uendantur talibus personis unde dubium sit subditos debere opprimi, Diuus Tho. ep. 2. ad Roman. nec id fiat sine authoritate principis, & modo non sint officia ubi iudicia exerceantur, nisi ex graui causa, nec ecclesiastica, quæ sic uendi non possunt, & idem in prædictis de magnatibus qui sub principe existunt censendũ est, & idem de obtinentibus ea modo ea uendant pretio honesto, & personis idoneis, Lop. de contr. libro secundo capitulo sexto. Sic is qui commisit crimen ob quod bona ueniunt publicanda, si ante sententiam id agat, transfert dominium in emptorem. Innoc. in cap. quia propter de elect. qui tamẽ tuta conscientia id agere non potest quando ex suspitione pœnæ ea uendidit, quia sic emptori publicantur. l. si aliquis. ff. de donatione causa mortis, nisi certo credat id non deuenturum in notitiam iustitiæ. Sed si bona alicuius ob delictum sunt ipso iure fisco addicta, ut in hæresi, si est occultum nec timeri potest id deuenturum in notitiam iustitiæ, non est prohibendus ea uendere, cum ante sententiæ executionem, possit illa in conscientia retinere, sed si subest tale periculum, secus est, cum sic damnum afferatur ementi; Quod si quis bis eandem rem duobus uendat, & tradatur secundo, is præfertur. l. quoties. C. de rei uendit. Sic res spirituales, ut celebratio missæ, uendi nõ possunt ex pacto, donatum

tamen retineri potest ob laborem exhibitum, vel ob sustentationem & huiusmodi, artes vero precio doceri possunt, & etiā vbi temporale cum spirituali miscetur quo ad temporale ibi existens, vt vasa sacra, sic tamen vt ratione spiritualitatis plus non vendantur. Sic vendere fucos, aleas, arma, venenum, si ad malum id à vendente non ordinetur, nec in malo concurrat, sed tantum propriū lucrum intendat, non est illicitum, licet maior pars hominum ijs male vtantur, dummodo non sciat ementem in specie ijs vsurum ad aliquem in particulari in vita vel rebus temporalibus lædendum, sic etiam licet hospiti vendere cibos die ieiunij ei qui petit, & paratus est non ieiunare licet, credat eum potentem, secus si non petit, & credit eum posse seruare ieiunium, vt nec licet vendere arma ituro ad certum bellum iniustum, si vero id nescit non est illicitum, sed si circa prædicta vendens dubitat, si dubiū est speculatiuum, potest, si vero est practicum attenta qualitate personæ, esset illicitum credendo ementem id abusurum mortaliter in casu speciali, vendere tali cum simili dubio, quando ea sunt talia vt quis illis bene, & male vti possit, & vt plurimum ijs homines male vtantur, sic licet copula carnalis sit illicita, vendi tamen potest ob voluptatem adiunctam, & promissum post copulam soluendum meretrici, & etiam coniugatæ & puellæ in conscientia, licet sola meretrix id in iuditio petere possit. Lop. de contr. libro primo, capitulo septimo, octauo, & nono. Et similia vendi non possunt de quibus etiam infra late agitur ubi, & alia inferuntur quę vendi non possunt.

3 Venditionis pretiū iustū qd sit, & dignoscat, & an qñq; pretiū augeri possit.

Sit tertium dictum, in emptione, & venditione seruanda est iustitia pretij, emptio enim & venditio pertinet ad iustitiam, commutatiuā cuius natura consistit in hoc, vt fiat æqualitas. Vnde pretium illud iustum est, quod adequatur ipsi rei. Arist. 1. Polit. & 5. Eth. capitulo septimo, Diuus Thomas secunda secundæ quæstione 76. art. 1. l. & si æquo prætio. l. si fundum. ff. de leg. 1. & dixi tra. de vsur. capitulo. 12. in princip.

Notandum primo, iustum pretium rerum duobus modis haberi posse, primo, per taxationem legis, vel personarum habentium publicam authoritatem, & tunc iustum pretium rei consistit in indiuisibili, nempe in illa quantitate determinata quæ taxata est, qui princeps in ea taxatione facienda æstimare debebit bonum commune, expensas, & labores conducentium, lucrū cessans mercatorum copiam, vel inopiā & rerum, pecuniarum, emptorum & venditorum, industriam in mutando vnam rē in aliam & huiusmodi, sic tamen, vt à iusto non recedatur. Aduertendum est autem taxationem pretij quandoque fieri in fauorem emptoris, & tantundem valet taxatio quantum si absolute diceretur ne plus vendatur. Vnde sequitur, vt minus vendi possit, si tamen non dicatur ne plus vendi possit, sed taxetur simpliciter pretium vt panis, minus emi non potest nisi donāte venditore, secundo, iustum prætium est arbitrarium, vel cōuentum & hoc non est positum in indiuisibili, sed habet latitudinem, & est triplex, infimum, supremum, seu rigorosum, & medium. Communiter hoc pretium arbitrarium iustum est illud quod currit communiter in foro, infimum est, vt si res medio pretio vendatur quadragintanouem, cū dimidio, aureis si vendatur xlix. erit infimum, supremū si vendatur quinquaginta, & in hoc triplici pretio non potest esse iniustitia, tertium pretium dicitur commune, vel naturale, prout res abundāt vel non, qa cum omnes res veniant in vsus hominū, ideo tanti ciuiliter valent quantum hominibus inseruiunt, & ideo ex earum copia vel inopia sumitur earum pretium. 5. Eth. c. 6. 7. Abb. in c. 1. de empt. & vēd. & secundum hanc copiam, vel inopiam regulari debet legale, & conuentionale, res vendendo prout communiter currūt in foro pretio currenti, remota omni fraude pretium augentium, vel minuētium, vt d. Silu. vsura. 2. in prin. & verbo. emptio. quæstio. 6. Sot. libro 6. de Iustit. quæstione secunda, artic. tertio, & idem

dicendum est de rebus quæ voce præconis venduntur, vt sint emendæ iuxta æstimationem, vel valorem currentem, vel saltem prout ibi venditioni exponuntur ab eo qui illarum dominus sit omni fraude remota, vt dicit Aragon. 2.2.q.76.art.1.ver.3. est aduertendum, & similiter si res venales sint exquisite raro solitę vendi vt gemmę habenda est ratio laboris expensæ periculi, cui se exposuit quis eas traducendo, & tẽpus contractus celebrati, an tunc plus valeant, & idem de loco, quia res plus valent in ciuitate quàm ruri, vt plurimum, & idẽ si adsit pactum de retrouendendo, quia minus valent. Boer. decis. 23. num. 25. vel si vendens inde patitur damnum, & incommodum, vel adsit paucitas rei, & vendentium, quia plus valet, Couar. lib. 3.c.8.var.res. Nauar.c.17.nu.247.&c.

Notandum secundo, quod duplex est genus, & res, quæ venduntur, quædam sunt res necessariæ siue vtiles ad sustentationem vitæ & status, quædam sunt res pertinentes solum ad ornatum, & pompam. In his diuersi modi inueniuntur. Nam in rebus secundi generis illud communiter habetur pro iusto pretio quod inueniri potest remota fraude, & dolo, de his rebus intelligendæ sunt plereque leges ciuiles, quæ res dicunt tantum valere quantum vendi possunt, vt l. prima §. si hęres ff. ad legem Falcidiam, & l. si quis vxori. §. finali. ff. de furtis. Huiusmodi res sunt gemmæ, & quædam similia, quę sunt propria summorum Principum. Res autem prioris generis, quæ pertinent ad communem vsum hominum habent pro pretio iusto illud quod communiter extimantur, huiusmodi est illud, quod communiter currit in foro, vt habetur l. prætia, ad legem falcidiam. Quod si adueniant in aliqua regione res quæ ibi nunquàm fuerunt, tunc iustum pretium imponendum esset, vel à Principe vel à prudentibus viris, & in taxando hoc pretio iusto hæc deberent attendi, primo, ex parte venditoris attendendum esset ad labores solicitudinem industriam, quibus is vsus est ad illas res ferendas, & ad pericula quibus se exposuit, secundo, ex parte mercatoris ipsius attendendum etiam num sint in mercatu multi emptores, vel pauci, horum enim multitudo, & paucitas mutat pretia rerum, tertio, ex parte ipsarum mercium num sint apud ipsum venditorem melioratæ an deterioratæ, siue melioratæ sint per artem, & industriam, siue alio modo nempe successu temporis &c. Vltimo attendendum est, ex parte Reipublicæ, & communitatis, vtrum illæ res sint futuræ vtiles aut necessariæ Reipublicæ, an expediat habere copiam earum vel inopiam. Quod si neque à Republica, neque à prudentibus viris, pretium taxetur, tunc taxari potest ab ipso venditore iuxta regulas infra dicendas in quarto dicto, & superius dicta.

Quod si Venetijs iuxta prætium legale res vendatur octo, & Romæ iuxta idem duodecim, existens Venetijs, si res illas non erat Romam delaturus, non potest vendere pro duodecim, & modo in se suscipiat periculum, & expensas tunc, vel conuentio fiat de celebrando contractu Romę, si vero non vult transmittere Romam standum est taxationi legis factæ Venetijs. Aragon. d. art. 1. ver. est aliud dubium.

4 Sit tertium dictum, si venditor vendat rem carius vltra dimidium, vel emptor emat vilius infra dimidium iusti pretij contractus in vtroq; foro rescinditur, & pars lęsa habet actionem ad petendum rescissionem contractus, vel vt suppleatur iustum pretium l. 2. C. de resc. vend. si autem non excedatur medietas iusti pretij, iure quidẽ ciuili contractus validus est, & non rescinditur, iure canonico non ita aperte habetur num ualidus, vel inualidus sit contractus, sed tamen ad petitionem partis lęsę solet contractus rescindi per sententiam quãdo est magnus excessus, ita vt pertingat, vel ad medietatem, uel paulominus. In foro conscientiæ quomodocunq; sit fraudis aliquid in pretio cõmissũ, idem p remanet obligatio restituendi, siue contractus rescindatur siue nõ, uel si aliquo modo sit excessus in iusto ptio, probatur in.

Emptio quãdo nõ teneat, & rescindi possit, vel pretium ęquari.

in cap. hoc ius 10.q.2. & Aug.lib.13.de Tr.cap.3.& Arist.5.Eth. contr. de cōtr. quęst.57.concl.1.Adr.quodlib.6. art.3. Gaiet.2.2.quæst.76.artic.1. Medina. C. de rebus rest.quæst.32.Sot.lib.3.de Iust. quæstio.4.art.1.D.Thom.4.dist.15 q.3. Couar.lib.2.var.res. cap.4.num.4.Nau. in cap.qualitas nume. 45.de pœnit.d.5. Aduerte autem quod dico si quis commisit fraudem, quia si absque fraude,& dolo vtraque parte sciente iustum pretium rerum, & vltro ac sponte conueniente,supra vel infra iustum pretium, etiam notabiliter fiat, tūc est peccatum ex altera parte,nec potest in iudicio peti rescissio contractus, quia cessante omni fraude,& dolo in cuiusque potestate est vendere rem suam pretio maiori, vel emere pretio minori quam valeat, in foro tamen conscientiæ æqualitas est integranda, vt supra. Hinc sequitur quod si quis videns aliquem pauperem, in extrema necessitate, emat eius operas vilissimo pretio, verbi gratia,pro solo pane compassione ductus ne pauper fame pereat,non peccat nec tenetur illi ad vllam restitutionem. Quando autem intercedit fraus, & dolus quia videns alterius necessitatem, simulat se nolle emere,vt alter vilius vendat,& sic illum cogit ad vilius vendendum, tunc communiter,& peccat mortaliter,& tenetur ad restitutionem; Ex his infertur, quod si quis mercator emat in aliquo genere rerum, omnia quæ inueniuntur in tota ciuitate, verbi gratia, totam lanam,totum triticum omnes telas, totam cartam, &c. quod non possit illud rerum genus vendere pretio maiori pro sua voluntate,similiter quando plures mercatores inter se conspirant de pretio cariori, communiter peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem, contra quos est lex vnica in C.de Monopolijs.

Notandum. Circa prædicta quandoque fieri posse, vt plus iusto licite res vendatur; primo, quando ex ignorantia, & bona fide vtriusque partis nescientis iustum pretium alicuius rei, aliquid carius, vel vilius iusto venditur autemitur, tunc ratione bonæ fidei, & ignorantiæ nullum est peccatum, tamē cum primum pars illa ad quam pertinet lucrum,cognouerit iustum pretium illius rei,tenetur ad restitutionem, vsq; ad illud pretium iustum, si rem adhuc penes se habet, & restituere rem domino venditori accepta sua pecunia: Quo casu posset etiam accipere à domino pretium paulo maius quàm ipse emerat vt not.Siluest.in ver.Empt.§.9.quia hoc ipso, quod res penes se esset & cognitus est eius valor, ei aliquid amplius res valet,quod si in contractu esset expressum vt si res plus valet, illud plus intelligatur sponte datum, adhuc non intelligetur datum sponte nisi excedat in parua quantitate. In hoc enim sensu intelligēde sunt tales donationes, vt colligitur ex l.si libertus ff. de operis libertorum, & l. hęc adiectio, de verborum significationem.

Notandum secundo, Si quis rem nollet vendere pretio currente propterea quod sic pateretur detrimentum, si ab alio requisitus in eius gratiam rem vendat, potest vendere pretio paulo cariore quàm sit pretium currens, de qua re dixi late,tractat. de vsuris, cap. 12.vel si cogatur rem vendere potest se seruare indemnem & pretium augere Sot. lib. 9.quæstio.2.vt & si res fuit maiorum,& rogetur quis eam vendére, aliquanto plus poterit vendi. l. si in em ptione, ff. de minor. l.lex quæ tutores, ff. de adm. tut. vel si minutatim quis vendat,ob maiores expensas, & labores, vt dixi tract. de vsu.cap.5.& 12. 3.limit.1.dicto.

Sit quartum dictum. Mercator ex multis causis potest vendere rem carius quam ipse emit, primo, ratione meliorationis, verbi gratia, emit vinum nouum, & vendit, quando est vetus,& melioratum,emit ferrum in massa,& illud vendit elaboratum,ita de alijs.

Secundo, Ratione mutationis pretij in foro, si postea quam mercator emit rem augeatur in foro pretium, etiam eadem die, vt in nundinis fit quandoque, tertio, ratione diuisionis, & venditionis vt vocant ad minutum. Communiter enim mercatores, emunt res in magna quantitate, & ideo viliori pretio illis dantur, postea vendunt rem per partes mi-

minutiores, possunt vendere paulo carius, quarto, ratione loci, quia emunt res in locis vbi nascuntur, & fiunt, & ferunt vbi nõ adsunt, quinto, ratione temporis quia sępe mutato tempore mutantur pretia rerum, vel ob officium mercatoris apud quem res plus valet quàm alium, sexto, ratione laborum industriæ expensarum periculorum, quæ onera mercator subdit pro re transferẽda, septimo, si mercator cessante omni fraude, & dolo vtraque parte sciente pretium rei, emit rem pretio minori altero illum excessum donante, iusto potest illam postea vendere pretio cariori, & iusto. Aduertendum vero, vt liceat rem pluris vendere quàm valeat, minorisue emere, altero consentiente, oportere, primo, quod emens sit persona sagax sciens valorem rei, secũdo, quod nõ det pretium plus debito ob obliuionem mentis, vel prodigalitatem, tertio, quod non ex necessitate emat, vt d. contr. de contr. quęstione 57. & illa nota sint venditori nosse emptorem, quarto, ad dignoscẽdum quando emens præsumatur illum excessum donare, si vendens est amicus, & vendit minori pretio amico, vel consanguineo rem, præsumitur illum excessum donare, ubi non est necessitas vendendi, l. si quis ff. de don. l. si vir vxori. C. ad Velle. si vero est extraneus, nisi ad fint, supra, dicta genera donationis tenetur excessum ęquare. Non licet tamen plus vendere ex eo solo, quod cõmoditas inde surgat ementi.

Quęres, num licita sit ars quæ quotidie practicatur vbique, qua homines quidam solent res emere, & eas statim, vel paulo post easdem omnino immutatas carius vendunt. Respondeo posse hanc artem omnibus consideratis iuste exerceri. Probabilissimum autem esse, communiter, non iuste exerceri, posset autẽ iuste exerceri ex eo quia ex hac arte veniunt multa cõmoda Ciuitati, multi enim afferunt multa ad vendendum propterea quod sciunt se statim inuenturos emptores, quos si scirent se non inuenturos, sed diutius commoraturos pro ijs vendendis, non afferrent has res in Ciuitate.

Quare cum hæc ars sit causa abundantiæ in Ciuitate, habet primum causam iustam fundatam in bono publico, solum ergo potest contingere iniustitia ex alijs capitibus, primo, ex parte pretij quia multo carius vendunt quàm correspondeat eorum industriæ, & labori, secundo, quia sępe vendunt res etiam vitiosas, & occultant carũ uitia permiscendo illas rebus bonis. De illis autem qui res emunt nomine aliorum, & vilius emunt, & carius pretium exigunt ab eo cuius nomine emerunt adhuc, est magna difficultas, de qua re dico, si ille qui emit nomine, & pecunia alterius rem uilius emit per suam artem, & industriam, vel propter amicitiam, & familiaritatem, quam habet cum vendente, vel quia sepius emit ex eius officina, licite potest sibi retinere tantum pretium quanto pretio alius solet illam rem vendere communiter alij, si tamen pro hac emptione non accipit salarium ab illo cuius nomine emit, quibus cessantibus tenetur illum excessum principali reddere, demptis eius laboribus, & periculis, & idem, si ei à principali mandetur, vt res eius non minus certo pretio vendat, plus vendens, remotis prædictis reddere id domino debet, & si ei à vendente non mandatur, vt certo pretio vendat partem pretij retinere nõ potest nisi pro iusto laboris sui stipendio à domino non soluti, & si promisit gratis vendere nil potest retinere, sed si signatum est ei pretium, & plus vendidit, si rem sua industria, vt supra, meliorem reddidit, potest sibi id retinere, quod si non concurrat, si aliud actum non sit, debet excessum illum ei reddere, cum principalis conditionem plus quàm fieri possit, meliorem reddere teneatur l. 1. ff. mandati, dempto stipendio sui laboris, si stipendiatus non est Lop. lib. 1. de cõtr. c. 53.

Aduertendum quoque circa iustitiam pretij, posse quandoque rem plus vendi quam valeat cõmuniter, si tamen plus valet vendenti, vt liber ex necessarius, vel fundus ex quo ob eius culturã plus percipit quàm alius faceret, idque si cogitur vendere, vel vendit ex charitate

tate proximo in magna miseria posito, vt & rogatus ab amico emere rem eius sibi minus vtilem quàm alij, potest aliquanto minoris emere quàm valeat, quando re uendens ob dedecus non vult eam venalem exponere, si tamen emens eam vendens augeat pretium, non potest eam multo minus emere. Non licet tamen ob solam affectionem quam quis habet ad rem suam, eam pluris vendere quàm valeat, sed legitimum ob commodum, quod sibi affert, vt quia equus mansuetus sit & magis si importunitate alterius quis id vendit. Si quis tamen multum iuuetur ex re quam emit, & vendens non damnificatur, illa carendo, non potest eam plus iusto vendere. Et cum supra sit dictum pretium rerum sumi in ordine ad res, vel ex pretio lege definitum, quod omnibus iustius est, vel ex naturali, quod surgit ex inopia, vel penuria rerum, vel ex conuentione, quod sequi debet vtrumque, si, vt supra, gratia ementium est taxatum, nil prohibet minus vendi, si gratia vtriusque emptor velit minus emere recusante vendente non potest, secus si is velit, & econuerso; quæ taxa tamē minui debet, quando res viliori pretio in foro venduntur, cum taxę sint variandæ pro temporum varietate, vbi tamen taxa esset iniusta, & præmonitus preses de eo non adhibet remedium, non teneretur restituere mercator qui diminueret mensuras, vel pondera, ad se seruandum indemnem, considerata etiam eius industria, & impensis, licet posset puniri à iudice sic trasgrediens; & si taxa principis nil afferat lucrum aliunde vehentibus merces, attamen tenentur eam seruare, nisi vt supra sit iniusta, & vbi non adest, seruare pretium fori, quæ etiam taxa aptatur mercibus sinceris, non autem vitiatis, vnde si quid cum vitio sit, debet minui de pretio taxæ; Quod si taxæ locorum variæ sint, attendi debet locus vbi res traditur, non autem vbi est conuentum, & vbi res pecunia præsenti venerunt, taxa tunc currens inspici debet, qui vero merces taxant, inspicere debent inopiam, vel copiam earum, emptorum, & venditorum, labores expensæ & pericula in ijs aduehendis suscepta, nisi iam in Republica taxatæ sint, vel ex vsu communi, cui est standum, nec liceret tunc mercatoribus ob sumptus, labores, vel pericula pretium augere, cum præsumantur, omnibus pensatis, rite taxata, & mercatura lucro & iacturæ subiaceat, si tamen tunc mercatores, parum lucrarentur, possent præsides, nisi nimia abundantia mercium, vel mercatorum aliud suadeat, pretium taxæ aliquanto augere; quando vero iam taxa à Republica mercibus est imposita, vel à communi vsu, non licet mercatoribus illam præterire, cum sic maturo consilio res geri credatur. Nauar. capitulo vigesimotertio, numero 78. 81. Quod si princeps, vel gubernator prouinciæ de licentia principis concedit quibusdam, vt vendant triticum, vel panem, certa taxa, vel vt possunt, possunt etiam taxam excedere, & idem si præsides id scientes non sumant pœnas de excedentibus taxam, vt annona abundet; si vero ij lem aliquos transgressores puniunt, aliquos non, sic transgredientes tenentur ad restitutionem: Quod si aliqui fraudulenter in causa sunt, ne in populum deueniat triticum, vel panis coctus, vt sic commune pretium augeatur, tenentur resarcire hoc commune damnum. Nauar. capitulo vigesimotertio, numero 92. Sot. de iustit. libro 6. quæstione secunda, articul. 3. & ad idem damnum tenentur præsides qui principis, vel communitatis taxam circa id latam promulgare negligunt vt sui amici, vel cognati ob id carius vendant, & etiā clerici vendentes suos reditus subiacent taxæ communi. Nauarrus capitulo vigesimotertio, numero 88. Sic etiam tabelliones, & scribæ, tenentur seruare taxam legalem, nisi iter agendo labores suscipiant, & etiam stabularij & hospites tenentur seruare taxam communem hordei, nisi ab ea lege excipiantur, vel tolerentur per præsides id scientes, vel aliunde eas merces suis impensis aduehant, quibus etiam præsidibus non liceret taxare grana à se vendenda carius quàm venderentur ab exteris. Si

illa veherent, nisi maius inde populo commodum accedat, quàm damnum pauperibus, vt & non licet mutuare centum communitati eo pacto, vt insumantur in panem coctum vendendum ad lucrum & expensas mutuãtis, cum is non est pistor, quibus solis id licet, sic enim esset vsura, gratia enim mutui id commodum requireret, sic macellarij qui conueniunt cum communitate de vendendis carnibus certo pretio, & piscatores, pisces, si miscent carnes arietum carnibus vitulorum, vel morticinas, tenentur ad restitutionem, si eas vendant communi taxa, vel pisces contra pacta immisceant, vt & si qui miscerent aquam cum vino, vt nec licet pretium taxæ cum infidelibus agentes augere, vel eos in pondere mensuraue fraudare, cum hæc agantur iure contractus, nec eos defraudare in tributis, vel vectigalibus, nisi Papæ authoritate id fiat, quod ij noceant Christianis, quos tamen in taxa, & pondere fraudare non licet; Sic domini cogere non possunt vasallos, vt sibi vendant pullos pretio viliori taxa, si id fit titulo emptionis, nisi ob id remittant de debitis tributis pro quota rerum quas emunt; Sic conductores gabellarum non possunt taxam à principe præfixam transcendere; Sic nuntius communitatis taxam ab ea alijs præfixam excedere non debet, si tamen sit vir præstans, & ea sustentari nequeat, & plurium personam sustineat, sibi auctã retinere potest; Sic ciuitatum gubernatores vltra salarium sibi præfixum exigere non possunt, si tamen non sint competenter stipendiati, aliqua minutiora accipere possunt. Non licet etiam vendenti ad creditum pretium augere ob periculum recuperandi pretium cap. in ciuitate, de Vsur. si tamen in ea re expensas faciat consequi potest, & in pactum deducere, sic aduocati, & medici pretium immodicum accipere non possunt sed moderatum, & non de quota litis l. si qui. C. de postul. sic pretium legale in subastatione est seruãdum, dũmodo mediatem iusti pretij nõ excedat, vel ab eo deficiat, si aliter venderentur, & æquum est vt res sic emptæ restituantur domino modico lucro, licet opus non sit. Lop. li. 1. de contr. à cap. 11. ad cap. 35.

Sit quartum dictum, ex parte venden- 5
tis potest contingere, vt venditor praue in venditione vendat circa substantiam ipsius rei, cum vendit rem vnam pro alia, verbi gratia, alchimiam pro argento, secundo, circa numerum pondus aut mensuram quæ consistunt in quantitate dando minorem quantitatem quàm debeat, tertio, circa qualitatem, dando rem minus bonam pro bona. Si venditor decipiat scienter in primis duobus, communiter, & peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem. Si decipiat solũ circa tertium, nempe in qualitate non semper peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem. Pro quo aduertendum, primo, quod nunquàm potest venditor positiuè negare vitium rei, affirmando illam non esse vitiosam cum vitiosa sit; hoc enim ad minimum est mendacium, & est fraus & dolus, secundo, quando vitium rei est eiusmodi, vt possit esse damnosum emptori, & communiter soleat afferre, tunc tenetur venditor sub peccato mortali reuelare vitia rei, & si ex eius taciturnitate eueniat damnum emptori, tenetur ad restitutionem totius damni, quod præcipue locum habet in vitijs rei occultis, tertio, quando vitium est huiusmodi, vt si emptor sciret nullo modo emeret, nec illo pretio, nec forte etiam pretio viliori, tunc communiter tenetur etiam venditor reuelare vitium.

Vẽdẽs an teneatur ad defect° rei vẽditę, & cõs propalare.

Quarto, & vltimo, quandocunque defectus sunt manifesti, ita, vt facile possint cognosci, & animaduerti ab emptore, non tenetur venditor illos positiuè reuelare. Idem dico quando licet non sint defectus aperte manifesti, tamen possint cum parua diligentia aduerti; hoc autem cessante fraude, & dolo, sic tamen, vt prætium rei minuatur, & vendatur solum id quod valet cũ illo defectu, & sequitur Aragon. 2. 2. q. 77. art. 3. qui dicit, quod si venditor dicit rem non esse defectuosam, vbi emptor non emisset, si id sciuisset, quod peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, vt supra. Secundò, quod non tenetur dicere

vitia

vitia manifesta, nisi videatur emptorẽ laborare ignorãtia inuincibili, modo rem iusto pretio prout valet cum illo defectu tantum vendat, nisi periculum, vel damnum emptoris vitæ, vel rei notabilis sequatur, quia sic, vt supra, tenetur defectum detegere, si tamen vẽditor ignorat rei defectum excusatur à culpa, sed cũ primum scierit, tenetur rescindere, vel æquare cõtractum. Ex quibus sequitur, ꝙ si res est defectuosa non sit tantũ vendenda, vt lex taxat. Tertiò, ꝙ si dolium sit vitiosum, æquus vitiosus, vel vinũ seruandum ab emente tendit ad corruptionem, rei defectus est detegendus.

Quæres, an ille qui emit rẽ vitiosam, & deceptus ab alio etiam quò ad substãtiam, & quantitatem possit alteri vendere eodem pretio ad seruãdum se indemnem. Resp. iuxta regulas supradictas eadem enim ratio est istius, ac cuiusq; alterius emptoris, quod si patitur damnũ, sibi imputetur. Nõ enim licet seruare se indemnem cum damno tertij. Vltimò, quando defectus occulti sunt eiusmodi, vt si emptor sciret adhuc emeret rẽ, sed vexaret venditorem in pretio, nec solueretur ei pretium illud, sed inferius tunc potest venditor dissimulare defectũ, dũmodo non vendat rem nisi pretio iusto, & correspondente rei habenti tale vitium, verum est tamen quod communiter difficile id euitari posset saltem sine peccato veniali. Quòd si quis scit magnam mercium copiam venturam, vnde viliori sint pretio vẽdendæ, currenti pretio simpliciter vendi nõ possunt, nisi sint statim consumendæ, vel si vtriq; ignota sit futura mercium variatio, quia vbi nõ est deceptio, non subest peccatum, & idẽ si vterq; scit futuram copiam mercium, nec emere quis cogatur, cum scienti, & volenti non fiat iniuria, ꝙ si venditor id scit, emptor ignoret, dicit tamen Aragon, ꝙ vendens pretio currenti non tenetur ad restitutionem, cum non committat iniustitiam, modo fraus absit, licet actus esset maioris virtutis de pretio minuere: vt d. D. Th. d. art. 3. nisi emptor velit eas res cõsumere tũc per se, vel alios. Et ita defectus rerum possunt esse secundùm substantiam, vt si acetum vendatur pro vino, vel argentum deauratum pro auro, vel quò ad quantitatem, vt si fraus sit in pondere, numero, vel mensura, vel quò ad qualitatem, vt si res vnius regionis pro rebus alterius vendantur, vel triticum putridum pro sano, iumentum claudum pro forti, dolium vitiosum pro bono.

Vbi ergo defectus est in substantia, illicita est venditio cum onere restituẽdi, cum is actus sit inuoluntarius ex parte ementis, & idem si alijs modis enumeratis id fiat, nisi vendatur alia res æquè bona, ac sit quæ petita est, nisi vbi emptor si id sciret non esset empturus, licet non adsit onus tunc restituendi, potest tamẽ rescindi venditio, nõ verò si vendens nullum mẽdacium apponit, nõ dicens rem esse vnius regionis, si sit alterius, sed simpliciter eã venalem exponat, & emptor credat esse alterius regionis, modo pretium iustum non excedatur; & si in ꝓdictis dolus dederit causam cõtractui, ita vt non fuisset celebratus si qualitas illa fuisset scita, venditio venit rescindenda; ꝙ fit quando emens statim reclamat se deceptum dicẽs, vel res ab eo empta nõ est illi proficua ad vsum quem emendo intendebat, maximè si emẽs protestatus sit se ad talem finem emere, & nõ aliter, vnde cum prædicta cõcurrunt, venditio est rescindenda; Si verò dolus non dedit causam contractui, quia eo comperto esset celebratus, sed minori pretio, tunc tenet, sed pretium est æquandum, & damnum resarciendũ, & vbi venditio est nulla, est rescindẽda, nisi post ab emente approbetur, quando ignorauit rei qualitates ẽt post tempus statutũ in l. item si. ad leg. Aquil. & si inuolũtaria emptio fuit, sine per vim, dolũ, vel ignorantiam id contigerit, nisi denuo, vt supra, approbetur, rescinditur; & vbi in emptione arra est data, vt in l. quod sæpè. de cõtrah. emptio. si datur nomine pretij, resoluto contractu, est restituẽda, si ne recedatur à contractu, secus, qñ deest per emptorẽ sine causa, si ratione arrę, & pretij datur vt communiter fit. Silue. Arra. q. 2. non potest recedi à contractu sine eius amissione. Quòd si conuentũ sit, vt super contractu scriptura conficiatur, ea non confecta,

fecta, neuter obligatur. l. cum res. C. de probat. sed si à principio simpliciter contractus initus est, non ob id irritatur si post scriptura non fiat. Quòd si vendens ignarus prædictorum defectuum vẽdit, non peccat, cum primum tamen id scit, tenetur damnum emendare, & si ignorantia aliàs est affectata contractus etiã est rescindendus, & idem si emens aliàs sic non emisset. Lopez de contract. lib. 1. cap. 43. & 44.

Quo verò ad onus detegendi defectus rei venditæ, si, vt supra, vitia afferunt periculũ, vel detrimentũ ementi, vel ei res inutiles ob id reddũtur ad finẽ intentũ, & occulta sint, ei sunt aperiẽda, sub peccato, & onere reficiendi damna secuta: Si verò vitia vtrique aperta sint, non est opus illa pandere, sed sat est de pretio diminuere tali vitio considerato, & idem vbi res non est inutilis ementi, sed vendenti, modo de pretio diminuatur eo vitio attento; Sed si vitium non affert periculum, sed rem deteriorem reddit, quod occultum sit, non opus est id detegere, sed sat est minuere de pretio, & eo magis si de vitio non interrogetur, sed emens credat id vitio carere, minuendo tamẽ pretium ob id nisi ob id venditio fiat inuoluntaria, quia sciens id non esset empturus, & ius ei suffragatur, ei enim aperiẽdum est tunc id., & si vitia talia sint, vt emptionem reddant inuoluntariã, ante venditionem sunt aperienda, idq; in speciali, & non in confuso, aliàs sat est post factum, diminuendo etiam, vt supra, de pretio. Et in prędictis casibus vbi venditio fit inuoluntaria, venditor interrogatus de vitio rei, tenetur id aperire, & ẽt non interrogatus; sed si vitia non tollant vtilitatem emptori nec sunt periculosa, aut dãnosa, vt omnino sit venditio inuoluntaria, & sic non rescindenda, non tenetur venditor vi iustitiæ ante contractum illa, etiam interrogatus, detegere, sed potest tacere, modo diminuat de pretio: Sed si vitia occulta nõ sunt valdè periculosa, vel damnosa, vel impeditiua vsus rei venditæ, ita vt venditio nõ sit inuoluntaria, ante contractũ non sunt necessario aperienda, sed bene post, diminuto pretio, vt sciat emptor sibi diminutum ob rei vitium pretiũ; ne alteri plus vendat; tum vt emens caueat periculũ, vt si equus sit calcitrosus; qui tamẽ vendẽs si interrogetur in speciali de aliquo vitio equi, aperiens se illum non empturum, si eo laboret, vi iustitiæ tenetur id detegere.

E conuerso emptor conscius rei valoris, vi iustitiæ tenetur venditorem huius rei ignarum admonere; sed si vterque id ignorat, nec illud scire valent, & se exponant æquali fortunæ talis venditio valet; & si quis putãs equum suũ esse morbosum, cum tamen sit sanus, minoris vendit, emens id resciens debet pretium æquare: Quòd si quis in confuso dicat scio rem tuam plus valere, sed ego emo eam pretio à te oblato, si vendens ignorans rei valorem id plus donat quia parum sit, vel is sit amicus, potest id retinere, aliàs non. Vnde quando emens, vel vendens sibi in contractu donant excessum, non liberat à restitutione, quia non censetur facta liberè, sed ex necessitate, nisi, vt supra, id modicum sit, vel remittatur amico, vel ob benemerita; vel si contrahẽs diues sit, & solitus donare, & nec vi, metu, vel necessitate id remittat, valet vi donationis. Quòd si quis nõ ob necessitatem, sed vt ludat, vel fornicetur minoris rem vendat vt pecuniam habeat, adhuc emens tenetur restituere, nisi vendens id liberè remittat, & solitus sit donare, aliàs non præsumitur donatio: & si emens minori emat certioratus à vẽditore rẽ plus valere, si id ei remittit liberè is est tutus, quando ei credere debuit, & si illi remittit, id ẽt remissurus si verum sciuisset, sic enim emens est tutus. Lopez de contract. lib. 1. c. 45. cum seq. & si vendens scit merces aduentare, interrogatus de eo ab emptore, tenetur id aperire, & si tacet, vel non aperit tenetur minuere pretium quãdo is sciẽs non esset empturus, non autem si de hoc non interrogetur. Lop. d. lib. 1. c. 46.

Sit quintum dictum, licitum est vẽditori vendere cum pacto retrouendendi, nempe, vt quotiescunque ipse venditor obtulerit emptori pretium rei teneatur illi reuendere eandem rem. Et hoc aliquando fit cum determinatione temporis,

ris, vt teneatur reuēdere si obtulerit pretium infra duos, vel tres annos &c. vel post duos annos, aut tres annos. Aliquādo sine vlla determinatione temporis, quandocunque obtulerit pretium.

6. Venditio cū pacto retrouē dendo an liceat, & quomodo.

Notandum primò, ad iustitiam huius contractus hæc requiri; primò, vt sit vera venditio, & intentio ex vtraque parte, verè emendi, & vendendi; vnde statim post talem venditionem res est temporis, & manet eius lucro, & periculo, & si ipsa res stat periculo venditoris certè, non est vera venditio, sed vsura.

Secundò, requiritur, vt pretium sit iustum, tunc autem erit iustum quādo ratione huius obligationis retrocedendi, quæ transit in emptorē, diminuatur aliquantulum de pretio aliàs iusto, si non adesset hęc obligatio, quę diminutio debet fieri ad arbitrium boni viri. Couarr. lib. 3. var. res. c. 3. qui putat diminuendā esse quartā partem pretij. Tertiò, vt non deducatur in pactum, vt maiori pretio redimatur, sed solum, vel vt redimatur eodém pretio, quo empta est, vel vt redimatur eo pretio, q̄ tunc quando redimetur fuerit iustum pretium, possunt etiam in pactum deduci meliorationes factæ ab emptore rei, & hoc pactum probatur per instrumentum, & testes, & famam cum vno teste, & teste cum iuramento, vel per præsumptiones vehementes. Tiraq. de retr. conu. § 2. glo. 7. nu. 43. Boer. decis. 183. & præscribitur spatio triginta vel quadraginta annorum Couar. lib. 1. c. 9. nu. 2. & 3. var. resol. etiam si interuenit iuramentum. Boer. decis. 182. nu. 1. & 2. & hoc pactum minuit de pretio, ita q̄ valens tercentum, potest sic emi ducētum quinquaginta. Couar. lib. 3. cap. 10. nu. 1. var. resol. & pactum hoc cum hippotheca omnium bonorum, & iuramento, impedit alienationem in tertium factam. Boer. decis. 182. nu. 53.

De hac re videnda sunt quæ latè dixi tract. de Vsuris. cap. 13.

7. Liuellum an liceat.

Notandum secundò, sæpè venditionibus rerum fructiferarum solere addi alium contractum locationis, & aliquando in ipsomet contractu venditionis obligatio, vt emptor teneatur eādem rem locare venditori, non tam per titulū locationis, quàm per titulum liuelli. Liuellum autem ex communiori sententia idem est cum emphiteosi, vel secundùm alios liuellum est, ipsamet venditio cum pacto locationis, in hoc contractu facillimè solent contingere vsuræ, & iniustitiæ. Ad eius enim iustitiam, hæc requiruntur: primò, vera emptio, & venditio: vnde omnia onera debent manere penès emptorem tanquam dominum verum. Secundò, vt res vendatur iusto pretio: tertiò, vt ratione huius obligationis quæ imponitꝛ emptori hoc onus vt teneatur locare cōtra, si ad requisitionem emptoris ipsius inducatur venditori obligatio conducendi rem tunc ex parte venditoris, diminuendum est aliquid de pretio locationis, & pretium iustum locationis, erit in ordine ad fructus, iuxta eorū æstimationem; si autem ista locatio fiat per titulum liuelli, tunc pretium locationis, non est desumēdum in ordine ad fructus, sed in ordine ad iustum pretium rei, & pretium iustum locationis erit vigesima pars pretij rei, ita vt locatio viginti annorum correspōdeat toti pretio rei. De hac re vide fusè apud Silu. in verbo, Vsura 2. §. 15. vsque ad finem.

8. Negotiatio an sit honesta & laudabilis, & vt vēditio ītelligatur.

Sextum dictum. Si negotiatio, vel rerum commutatio pro rebus, vel pecunia ad necessitatem vitæ ordinatur, laudabilis est; si verò ordinetur ad lucrum, habet præ se quādam turpitudinem, & sic laudabilis nō est, nisi lucrum in bonum finem ordinetur; sic enim honesta redditur. D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 4. pro cuius rei intelligentia, aduertendum negotiationem dupliciter posse considerari, vno modo, vbi res per industriam mutatur: secundo, vbi non mutatur, sed venditur prout emitur vel est, vt triticū, &c. His constitutis, dicitur primò, q̄ negotiatio est res in se indifferens: secundò, si ordinetur ad lucrum, turpitudinem continere, & esse mortale si in illo actu, scilicet lucro, constituatur vltimus finis, veniale si tantum ex negotiatione quis intendit lucrari. Tertiò, dicitur, quòd negotiatio qua res venduntur est licita, & Republicæ necessaria, potest tamen reddi illicita ex multis, primò, si vendatur res illicita vendi, vt res quæ nō possunt aliena-

ri.

ri, vel ad malum ordinētur, de quo dixi cap. 1. de Pœnit. 7. propos. Secundò, ratione personæ, si clericus id faciat, gratia negotiationis, non autem si emat res necessarias sibi & familiæ, vel vendat reditus suos, de qua re latè habetur tr. de clericis. Tertiò, ratione ementis, vt si qs vendat res quibus prohibitum est vendi, vt arma Saracenis. Quartò, ratione loci, si vendatur in ecclesia, vel cœmeterio. Quintò, ratione temporis si fiat in die festo, de quibus suis locis latè habetur. Sextò, ratione modi si adhibeantur mendacia, fraudes, vsuræ, periuria, & huiusmodi, vel si mercatores conueniant de non vēdendo res nisi certo pretio, vt emptores sic cogantur emere plus iusto. l. j. C. de monop. vel si impediūt ne merces ad certum locum cōfluant, vt ipsi carius vendant, qui peccant, & tenentur ad restitutionem, qui tamen non tenentur restituere, si emant tempore messis vt seruent, licet peccare possint contra charitatem si adsit necessitas pauperibus emēdi, vel si eas abscondunt, vnde Respublica patiatur detrimentum, sic enim tenentur ad restitutionem ipsi Reipublicæ damni illati, si ob id causa sint pretij augmenti, princeps tamen ipse ob publicum bonum potest statuere ne merces, nisi certo tempore vendantur; & idem si mercatores conueniant de mercibus omnibus emendis, vt ipsi carius vendant, vel aliqui in licitatione conueniant ne plus certo pretio offeratur, & huiusmodi: vt dicit Aragon. d. art. 4. si quis tamē omnes merces emit sine conuentione facta cum aliquo, nec animo pretium augendi, sed illas suo periculo suscipiens, iniustitiam non committit, nisi lex particularis id prohibeat: vt ibi dicit, & concordat Silu. verbo, Emptio. n. 16. cū seq. Quòd si cui res data sit vendenda pro decem, & is vendidit duodecim, si nullam recipit pro industria mercedem, retinere illa poterit, si tanti æstimari potest eius industria, aliàs si recipit mercedem pro labore, illa duo domino restituere debet. Silu. Emptio. q. 24. nu. 25. Quòd si domus simpliciter venditur, vel possessio, omnes res ad eas pertinentes includuntur, vt putei, canales, aquæductus; & alia vsui rei seruientia, etiam si extra illam sint, & lapides, ac ligna ex eadē domo extracta, hortuli hydriæ, & res omnes sub solo domus locatæ ad ibi perpetuo manēdum, vasa magna sub terra locata ad vina retinenda, vel fixa: torcularia tamen molendina pro molendis oleis, & aliūdè importata in domum ad eius ædificationem non intelliguntur cōprehensa, nisi torcularia in domo sint fixa, vel aliter in prædictis conuentum. Lopez de contr. lib. 1. c. 52. ad fi.

9 Septimum dictum. Lucrum, & periculum rei venditæ, pertinet ad emptorem, licet res tradita non sit, nisi aliud sit conuentum. §. cum autem. Instit. de empt. & vend. l. id quod. ff. de peric. & comm. rei vend. nisi venditio sit conditionalis, quia sic ante conditionis euētum periculum spectat ad venditorem. l. illud. ff. eod. quod intelligitur de periculo perēptionis, periculum tñ deteriorationis pertinet ad emptorē. l. necessario. ff. eod. & similiter si facta non sit scriptura, & conuentum sit, vt non valeat venditio nisi scriptura confecta, secus si simpliciter contrahat, & ad probationem tātum exigatur scriptura, quia sic spectat periculum ad emptorem. l. cum res. C. de probat. l. cōtrahitur. ff. de pign. & similiter intelligitur si res certa vendatur, si enim vēdatur alternatiuè Stichus, vel Titius, periculum primi spectat ad vēditorem: secundi, ad emptorem: vnde si Stichus moritur, peribit venditori, & Titius erit tantum in obligatione, sed si ambo pereāt, liber erit venditor, & Titius peribit emptori. l. si in emptione. §. si emptio. ff. de contrah. empt. & similiter intelligitur nisi in genere fiat venditio, quia si dicatur vendo tibi equum, non exprimendo quem, periculum spectat ad emptorem, quia genus perire non potest. l. in ratione. § verum. ff. ad leg. Falcid. nisi genus sit determinatum, vt vendo tibi equum ex meo grege, nā tunc liberatur venditor si oēs pereunt. d. l. § certæ. nisi venditor sit in mora tradendi, si verò aliqui tantū moriuntur non liberatur. Castr. in l. quod te. ff si cert. pet. sed si vendita est aliqua res determinata in specie, vt hoc vinum, periculum erit emptoris post degustationem;

Venditæ rei lucrū, & periculū ad quē spectet.

nem; & si ad mensuram est vēditum periculum est venditoris ante mensurationem nisi emptor sit in mora. l. 1. & 2. ff. de peric. & comm. rei vend. & similiter intelligitur, modo res non sit publicata ratione maleficij venditoris ante rē traditam, quia sic periculum est venditoris. l. si fundus. ff. locat. cum ibi notatis; & nisi aliter sit conuentum. l. si in venditione. ff. de peric. & com. rei vend. vel si venditor sit in culpa, vel mora, quia sic ei nocet, & si emptor post sit in culpa, vltima culpa nocet, etiam si res esset apud alium peritura. l. cum res. ff. de leg. 1. in foro contentioso, secus in foro animæ. tunc; & si venditor dixit vinum duraturum, periculum est eius. l. si quis vestra. ff. de peric. & comm. rei vend. si miscuit vinum prauum bono, & tacuit, vel dixit duraturum ei qui seruare volebat, & tenetur ipsi ad interesse; & si equus in indiuiduo venditus sit, deterioratio & melioratio spectat ad emptorem. arg. c. qui sentit. de reg. iur. in 6. fructus tamen rei venditæ spectant ad venditorē donec sit perfecta venditio, quādo scilicet est pretium solutum, vel fides habita de pretio, gl. in l. 1. C. de peric. & comm. rei vend. & res tradita. l. quod vendidi. ff. de contrah. empt. modo is sit qui possit fidē habere de pretio, idest dare diem solutioni. l. ad solutionem. C. de re iud. ꝙ non potest procurator fisci, ecclesię, & minoris. Bar. in l. à diuo pio. §. sed si emptor. ff. de re iud. venditione verò perfecta commodum, & incommodum spectat ad emptorem. l. fructus. l. pen. C. de actio. emptio. & ita fructus rei venditæ ab instanti traditionis, cædunt emptori si sint fructus qui quotidiè accrescāt, vt census, vel affictus domuum, ante verò sunt emptoris; si verò sint fundi venditi, & ante fructus collectos, venditi, & factæ expensæ pro ijs colligēdis, fructus erunt emptoris solutis expensis vendenti, & si medio tempore fiat venditio, fructus iam demersi sunt vendentis, post collecti ementis, & sic affictus fructibus respōdentes vtriusque erunt, si aliud in prędictis conuentū non sit, vt idem est si sub conditione res vendatur, ꝙ si inueniat plus pretij, venditio reuocetur, fructus, vt supra, sunt dividendi, seruata ęqualitate, & fraude remota. Lopez lib. 2. de contract. c. 53.

Quòd si quis vendat fundum expressis confinibus, & mensura, & plus inueniatur, si termini adhibeantur denotantes mensuram & confinia, id plus cedit venditori, si verò denotēt solum corpus, licet adijciantur termini per modū demonstrationis, cædit emptori. Abb. in c. per tuas. de donat. vel si pretiū taxatur per plodia, vel iugera, emptor non habebit id plus, aliàs secus; & si non adsit animus donandi, excessus in conscientia est æquandus.

Octauum dictum. Ad rectam venditionem, requiritur vt vendens iure non prohibeatur, ij verò prohibētur, de quibus supra de contract. in genere dictum est; vnde furiosus vendere nō potest, nisi in dilucidis interuallis. §. 1. Instit. de emptio. l. 2. C. de contrah. empt. nec pupillus sine tutoris authoritate. l. pupillus. §. pupillus. ff. de auth. tut. l. qui à quolibet. ff. de contrah. empt. aliàs non obligatur, licet alios sibi obligare possit. l. Iulian⁹. §. si quis à pupillo. ff. de act. empt. nec is cui bonis sit interdictū. l. si sciens. ff. de contr. empt. l. is cui bonis. ff. de verb. obl. nec tutor à pupillo suo emere potest; nisi alio tutore authore. d. l. pupillus. §. idē ipse tutor. ff. de contrah. empt. l. non existimo. ff. de admin. tut. vt nec alij publici administratores à subditis suis emere possunt. l. qui officij. l. non licet. ff. de contrah. emptio. nec ij qui domini non sunt rerum vēditarum, nisi procuratorio nomine. l. 1. & 3. l. multum interest. l. fi. C. si quis alteri vel sibi; vt & prohibentur emptiones cū barbaris nisi in locis destinatis, & hostibus. l. pen. ff. quæ res vendi non poss. vt nec equus est emendus, nisi sciatur cuius sit, qui vēdidit, vel eius nomen & cognomen. l. inciuile. ff. de furt. vt & nobiles, & milites, ac clerici negotiari vetantur. l. 3. C. de comm. & merc. l. milites. C. de loc. l. milites. C. de re milit. lib. 12. c. 1. cum seq. ne cler. vel mon.

10 Vendere quis possit vel non, & cui.

Vendi etiam non potest ei qui capere prohibetur, vt supra de contr. in genere.

11 Vendi q̃ possint, vel non.

Nonum dictum. Vt emptio valida sit, vlterius requiritur, vt res de qua tractatur existat, vel futura sit, vt fructus futu-

ri, aliàs nō valet venditio. l. nec emptio. ff. de cōtrah. empt. l. si iactum. ff. de act. empt. de quo & dicit Valer. Max. lib. 4. c. 1. l. spem. C. de donat. l. si debitor. ff. de contrah. empt. & vlterius alienari non sit illa res prohibita; & primò res immobiles ecclesiæ vendi, aut emi nō possunt. Leuit. cap. 25. 12. q. 2. per totum. extra de alien. rer. eccl. & in auth. co. de reb. eccl. non alien. & maximè in c. 2. de rebus eccles. non al. in extrauag. com. & ex constit. Pauli IIII. 1551. pridie Idus Iulij. & Pij IIII. anno 1565. 15. Cal. Iunij.

Excipiuntur quatuor casus, primò, causa necessitatis, vt cum debitū vrget. §. hoc ius. 10. q. 2. causa pietatis, pro redēptione captiuorum, vel alimonia pauperum. c. aurum. ibid. causa vtilitatis. c. sine exceptione. 12. q. 2. & causa vitandæ incommoditatis, quia res sit magis damnosa, quàm vtilis. c. terulas. ibid. vel res modici momenti, quæ reducuntur ad tria pietatem, necessitatem, vtilitatem, & dicitur res parui momenti arbitrio iudicis, etiam si ascendat ad valorem centum ducatorum, & quinque ducatorum annui reditus, iuxta tamen loci consuetudinem, & ecclesiæ facultates. Rod. de rebus eccl. q. 52. nu. 77. modo necessitas alienandi subsit, aliàs nō. Zerola in praxi ep. verbo, alienatio. ad quintū. tutius tamen est, vt & hoc casu petatur Papæ licentia in omni casu etiā. c. terulas. sic. n. de stilo receptum esse, & id concedi per breue. d. Afflict. decis. 386. nu. 6. Staphil. de lit. grat. fol. 532. nu. 1. Gom. tract. de breuib. nu. 22. modo Paulina sit recepta, quę alicubi in nihilo est recepta, alicubi in venditione, & non permutatione: vt dicit Nau. in Man.

Secundò, requiritur; vt interueniat debita solemnitas. s. q in rei ecclesię cathedralis alienatione interueniat consensus episcopi, & capituli cum uno saltem præcedente tractatu. d. c. sine exceptione. in alienatione rei ecclesiasticæ Abbatialis, collegiatæ, uel parochialis, cōsensus abbatis, cōuentus, & episcopi c. abbatibus. 12. q. 2. si abbas episcopo sit subiectus, aliàs non. gl. in clem. 1. de rebus eccl. non alien. & eadem solemnitas interuenire debet in alienatione bonorum ecclesiæ, quæ seruādo seruari possunt; nec pretiosa sunt, sed requiritur etiam iusta causa, aliàs alienatio nō ualet, & ecclesia in integrum restituetur, quæ & restituitur si lędatur in pretio, uel quātitate, & qualitate rei alienatæ, uel pro pretio, aut pmutatione rei acceptæ; & si prælatus iurauit non alienare bona ecclesiæ, nō potest alienare nisi relaxato iuramēto, q iuramentum hodie omnes prælati præstare tenentur, Papa inconsulto. gl. in c. ut super. c. fi. de rebus eccl. non alien. ut latè dicit Nau. in summa. 12. q. 2. tract. de alien. rerum eccl. & Rodoanus, tr. de rebus eccl. non alie. per totum. & maximè q. 3. qui latè hāc rem examinat. qui & q. 32. d. quod consensus alienātis deberet interuenire, cum seq. q. de quibus latius infra. Hodie tamen ex d. cap. 2. de rebus eccl. non alie. in extrauag. comm. alienatio bonorum ecclesiarum, monasteriorum, & piorum locorum inconsulto Papa inualida est, & etiam permutatio, ubi scilicet ea cōstitutio in hoc est recepta, ita ut Papa, & non solum eps adeatur, & in locationibus ultra triennium, nisi in solitis alienari, dicitur uerò res solita alienari, quando res est bis locata, uel cōcessa, lapsu quadraginta annorum. Clarus in §. feudum. q. 13. & etiā semel sine solēnitate. Capic. decis. 156. nu. 22. & in antiquis contractibus alienationum rerum ecclesiæ, præsumitur solemnitates debitas interuenisse. Capi. decis. 76. nu. 1. Afflict. decis. 368.

In considerando uerò an alienatio rei ecclesiasticæ utilis sit adhiberi debet periti, & probi uiri qui æstiment bona ecclesiæ, & laicorum, si permutatio fiat, & probari debebit, q ecclesia quintam saltem partem æstimationis, & redituum lucretur, qui pariter considerare debent iurati an bona ecclesiæ sint illi incommoda, uel sterilia, & proinde utilius sit ea permutare, quib9 ex officio episcopo mādante, ritè confectis, & in processum deductis, tabellione adhibito fiant, ut & q res ecclesiæ ei damnosa sit, ut ædes q minetur ruinam nec ab ecclesia refici possit, sic enim in perpetuam emphiteusim dari potest. auth. si quas ruinas. C. de sacr. san. eccl. post hæc conuocare debebit

bebit episcopus capitulum si res ecclesię cathedralis sit alienanda sono campanę vel alio consueto, vocatis & citatis absentibus, quibus congregatis iuramentum ipsis præstãdum vtiliter erit, vt fideliter proferant sententiam suam an ecclesiæ res sit alienanda vel nõ: vbi tractari debebit an id fieri expediat, & concurrant aliquæ causæ ex prædictis, & omnium consensus expectari, vel saltem maioris & sanioris partis, sic ꝙ saltem duæ partes capituli ibi sint pręsentes. c. cum apostolica. cap. tua nuper. de his quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli. c. sine exceptione, supra cit. l. 3. C. de deluot. lib. 12. Innoc. in c. 1. de maior. & obed. c. quod nobis. de elect. clem. quod nobis. eodẽ. qui & omnes se subscribere debẽt. Abb. in c. 1. de his quæ fiunt à præl. & vbi ex necessitate fit alienatio, inquirendum est an aliundè, quàm ex venditione ad extenuandum æs alienum possit reperiri, & an ecclesiæ sit pecunia in numerato, vel in fructibus conditis, aut spe futurorum redituum, vel aliter non alienando prædia satisfieri possit, quibus cessantibus si vrgeat creditor & vsurarum modus, permitti poterit alienatio, ne magna possessio ob modicum æs alienũ distrahatur, arg. l. magis puto. §. nõ passim. ff. de præd. & alijs rebus min. super quibus instrumentum confici debet in quo appareat de consensu canonicorum exprimendo eorũ nomina, tabellione scripturam ijs præsentibus legente, & se subscribente. Soc. cons. 15. 1. vol. col. 14. Rebuff. ĩ reper. 1. c. sine exceptione. 12. q. 2. Quibus omnib' accedere debet proprij episcopi, vel superioris licentia, authoritas, & consensus. auth. hoc ius. C. de sacr. san. eccl. clem. fi. de rebus eccl. non alie. si tamen Papa præstat consensum alienationi, non requiritur cõsensus inferioris prælati, & capituli. gl. in c. potuit locati. Dec. in cons. 142. l. 1. C. quando decreto op. non est, debet tamen delegatus à Papa inquirere an alienatio vtilis sit ecclesiæ, vel non, aliter non subsisteret. c. non liceat. 1 1 q. 2. Quòd si ecclesia de cuius re alienanda agitur, caret capitulo & cõuentu clericorum, sufficit ꝙ rector eius exquirat & obtineat episcopi cõsensum, vel pręlati sui. clem. 1. de rebus eccl. non alie. c. cæterum. de don. Gemin. cons. 48. col. 2. & si ecclesia de qua agitur exempta sit priuilegio à potestate episcopi ad Papam recurritur. glo. in clem. 1. verbo, Proprij. & idem crederem si res ecclesiæ sit mensæ episcopalis. ex d. c. 2. de rebus eccl. non alie. in extrau. com. & idẽ probabile est de loco pio si non subsit episcopo. d. c. 2. Quòd si ecclesia exempta ab episcopo, subijcitur abbati, vel alteri superiori eorum consensus est adhibẽdus cũ causæ cognitione, si quasi episcopalẽ in subditos habeant iurisdictionem. Barb. cons. 40. col. 3. 1. vol. Rebuff. in d. c. sine exceptione. num. 87. & si sit monasterij res requiritur consensus superioris prælati, & capituli, vel Papæ cum causæ cognitione. d. c. 2. de rebus eccl. non alie. in extrauag. com. & si ecclesia est iuris patronatus, consensus etiam patroni adesse debet. Cardin. in clem. 1. de decimis. Dec. in cons. 74. & si res alienãda episcopi sit, requiritur, vt supra, Papæ consensus, vel Archiepiscopi. gl. in c. 1. de rebus eccl. non al. Ang. Bal. in d. auth. hoc ius. si maximè iurauit non alienare, si enim non iurauit, nõ requiri superioris authoritatem. d. Innoc. & Host. in c. 1. de his q̃ fiunt à præl. cum consensu tamen capituli. Guid. Papæ, q. 149. Quòd si ecclesia sit vnius diœcesis, & eius prælatus, & bona sita in alia, requiritur consensus episcopi clericorum. Bal. in d. auth. hoc ius. Fel. in c. dilectus. de rescrip. col. 2. tutius tamen est, vt interueniat, & cõsensus episcopi in cuius diœcesi res est. glo. in c. in venditionibus. 17. q. 4. Rom. cons. 250. Et vlterius si res ecclesiæ sit de nõ solitis alienari, vel locetur vltra trienniũ, & de rebus nõ paruis, requiritur Papæ consensus. Zerola in praxi ep. verbo, Alien. ad quartum; qui tamen dicit: valere alienationem factam sine solemnitate, vbi adest talis consuetudo. ex Dec. cons. 341. nu. 12. Crau. cons. 151. in princ. & idem si alienatio sit vtilis ecclesiæ, sic enim valet etiam absq; solemnitate. Boer. decis. 144. & vbi Paulina nõ est recepta, vel saltem in certo tantum casu, valet in alijs alienatio etiam sine Papæ cõsensu. ver. ad tertium. & ad octauum.

Non

Non requiritur verò solemnitas in alienandis rebus, q seruando seruari non possunt.c.2. de rebus eccl.non al. nec in distrahendis nondum quæsitis.cap.fi.de præscrip.nec in fructibus, vel si res redierit ad ecclesiam solita infeudari.c.vt super.de rebus eccl. nec in hippothecatione vtili ecclesiæ ex necessitate facta, & cum solemnitate, & alios casus etiã addit Rebuff.in tr.al.rer.eccl. nu.24. cum seq.Zerola loco cit.ad tertium. & latius Rodoanus tr.de rer.eccle.al. vbi de fructibus, & alijs loquitur maximè q.3. & per totũ.in immobilibus tamen, vel mobilibus pretiosis crederem solemnitates prædictas adhibendas.d.c.2.in extraua. com.de rebus eccl.non al. & idem in annuis censib.clem.exiui. §.quia. de verb. sig.& pecunia quæ est in banchis, vbi sit reseruata ad emendum immobilia. Tiraq.de vtr.retr.gl.6.§.1. Silu.Alienatio. num.7.§.8. Boer. decis.209. nisi census extinguantur cum persona. Abb.consil. 13.lib.2.

13 Vendi an possit cleri co titulo patrimonij assignatum. Pari ratione, ꝙ assignatum est titulo patrimonij clerico dum ordinatur vendi non potest episcopo inconsulto: vt dicit Imola in c.tuis quæstionib. extra de præb.in quo licet aliqui contrarium senserint; hodie tamen opinio Imolæ est cõprobata à Conc.Trid.sess.21.c.cum non deceat. vbi decernitur neminẽ ad sacros ordines promoueri posse, nisi patrimonium, beneficium ecclesiasticũ, vel pensionem obtineat, quæ ad eius vitam sustentandam satis sint, eaque inconsulto episcopo dimitti non posse, nec patrimonium alienari nisi post beneficium sufficiens obtineat, ꝙ pari ratione dimitti nõ potest, nisi cõstet, quòd clericus aliundè commodè viuere possit, ex Bulla 42.58. Pij V.de qua in tract.de renunc.

14 Vẽdi quæ vlteri⁹ nõ possint. Fortius verò res diuinæ, & sacræ vendi non possunt.l.sacra loca.§.fi.ff.de rer. diuis.l.inter stipulãtem.§.sacrã. de verb. oblig.vt nec sacra vendi possunt, nec imperium.§.1.auth.quomodo op.ep.& cęt. cler.c.ex insinuatione.de sim. nec sacræ reliquiæ.l.3.C.de sacr.san.eccl.l.1.C.de sep.viol.nec Deo dicata §.in nullius. Insti.de rer.diu.nec loca religiosa & sacra. l.hanc legem.l.in modicis. ff.de cõtrah. empt. nec beneficia ecclesiastica. extra de sim.per totum.ius tamen patronatus cum vniuersali venditione transit, sic tamen vt eius ratione pretium rerum venditarum non augeatur. c.cũ Bertoldus. de re iud.c.ex literis.c.cũ studiũ. de iure patr.& nisi res sacra prophana fiat, nam vendi potest tũc, licet sic prophanari nõ debeat, vt si capiatur ab hostibus, & vasa sacra quò ad materiale in eis existente vendi possunt.c.pastoralis. 7.q.1. l.cũ loca.ff.de relig.& sumpt.fun.auth.præterea.C.de sacr.sa.eccl.alteri.s.ecclesiæ.

Similiter res publicæ vendi non possunt.§.fi.Instit.de empt.maximè à singulis, cum singulorum non sint; sed vniuersorum.l.1.§.eæ autem.Instit.de rer.diu. Nec homo liber vendi potest.§.fi. Instit. de empt. aliter venditio non valet. l.2. ff.de contrah.empt.si tamen ignoranter homo liber venditus sit, emptor quanti sua interest non emisse talem consequitur.l.liberi hominis.l.& liberi. ff.de contrah.empt.sic si quis maior vigintiquinque annis sciens se liberum emptore id ignorante, patitur se vendi ad pretiũ participandum priuatur libertate.l.si ministerium. l.nõ ideò. ff.de lib.cau.l.si quis sciens.§.liberis.cod.§.serui autem.Instit. de iure pers.l.seruorum.l.liber homo.ff. de statu homi. nec eius proximi possunt reuocare libertatem.l.tutelas. §.si libertate.ff.de cap.dimin.ꝙ possent si non interuenisset pretij participatio. l.1.2.3.4. & 5.ff.de libe.cau. licitum tamen quandoque fuit patri vendere filios in famis necessitate, reseruata tamen sibi redimẽdi potestate.l.2.C.de patrib.qui fil.distr. non tamen matri id licuit.d.l.2. Host.in summa, de his qui fil.propr. cum mater filios nõ habeat in potestate. §.fœminæ. Instit.de adopt.l.nulla.ff.de suis,& leg.

15 Vendi an possit res aliena, vel emi ex alieno, & cui acquiratur. Secundò, vendi non potest res aliena, inscio, vel inuito domino, aliter venditor tenetur omne damnum resarcire emptori id ignoranti. l.rem alienam. ff.de contrah.empt.l.nemo. C.de rebus alie. non alie. nisi vẽdens fiat eius dominus, quia firmatur venditio.l.si à Titio. ff.de rei vend.l.cum mater.C.eo.ꝙ si emptor sciuit rem alienam esse venditore ignorante nõ potest petere interesse, nec meliorameńta

lioramenta cũ mala fide possideat. l. cũ quærebatur. C. vnde vi. l. si. §. emptor. C. com. deleg. nisi emens stipulatione sibi prospexerit. l. si fundũ sciens. C. de euict. ꝙ si vterq; sciuit rem esse alienam, venditor nõ tenetur restituere pretium nisi de euictione cauerit specialiter. Bart. in l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obli. Cyn. in l. si fratres. C. com. vtr. iud. in foro tamen conscientiæ, tenetur pretiũ domino rei reddere; si tamen dominus videt rem suam vendi, & tacet consentire videtur. arg. l. qui tacet. de reg. iur. l. 2. si res al. pign. data est. & vlterius qui rem alterius mobilem sciens vendit furti tenetur, & emens incidit in criminis suspitionem. l. 1. ff. de vs. pro empt. l. alienum. C. de furt. l. ciuile. l. inciuile. C. de furtis. eod. secus si ignorãter, & si dubitatur an scierit rem alienam esse, si bonæ sit famæ non præsumitur sciuisse, dato maximè pretio iusto, secus si malæ, dato maximè modico pretio, & occultè emẽdo. Aufrer. q. 151. Tolos.

Quòd si quis emat rem ex pecunia alterius, sua fit si emit nomine proprio, & tenetur reddere pecuniam domino. l. si ex ea. C. de rei vend. nisi pecunia sit ecclesiæ, pupilli, vel minoris, vel militis, vel coniugis, quia fit ꝗ̃situm ipsorum, non ementis, & cum coniux donat, & qui donum accepit fit non soluendo; ꝗ intelligũtur nisi pecunia illa fuisset alteri mixta, quia sic quæsitum transit in dominiũ etiam furis. Silu. Emptio. q. 22. Quòd si res venditur duobus potior est primus, si res ei sit tradita, aliàs secundus, si ei tradatur. l. quoties. C. de rei vend. sic verò agens tenetur crimine falsi. l. qui duobus. ad legem Cornel. de fals.

16 Vendi an possit res subiecta fideicommisso.

Pari ratione subiecta restitutioni vendi non possunt in ꝓiudicium eius cui est fienda restitutio, vt in fideicommisso apparet. l. fi. §. sed si quis. C. com. deleg. vel purè, vel sub cõditione impositũ sit onus restituendi. gl. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. si tñ emptor & venditor ignorent onus restituendi, si ignorantia causam habet à facto testatoris, non reuocatur venditio, sed præstanda est æstimatio ei cui erat restituendum. Bal. in auth. res quæ. C. comm. deleg. vt & eo casu valet venditio si fiat ob dotem dãdam filiabus testatoris, vel donationem propter nuptias, vel alimenta eisdem præstanda. dicta auth. contra rogatus. C. ad Trebell. quòd tamen non habet locum si dos sit danda filiabus ex fœminis præmortuis. Doct. in l. si dotale. C. ad Trebell. vt nec filia grauata à patre de restituendo, poterit filiæ suæ ex bonis subiectis restitutioni dotem constituere. Bart. in l. à filia. ff. ad Trebell. & quod dictum est de dote præstanda aliquo casu in bonis subiectis restitutioni, procedit tantum vbi ex testantis dispositione restitutio est fienda, non autem si ex contractu restitutio sit fienda, quia tunc dos non est deducenda. Bal. in l. nulla lege. C. de iure dotium. Sic etiam subiecta restitutioni fauore piæ causæ, ad hoc vt voluntas testantis impleri possit, alienari possunt. l. quidam. §. fi. ff. ad Trebell. l. vel negare. ff. quemadmo. testam. aper. & etiam causa funeris etiam non præstita cautione de restituendo. l. diuus pius. ff. de petit. hæredit. l. scriptus hæres. ff. de relig. & quando alienatio fit ex necessitate ex bonis subiectis restitutioni, non imputatur in quartam, nisi id versum sit in hæredis vtilitatem. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 2. Bal. in l. voluntatis. C. de fideicom. glo. & Doctor. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. vt & huiusmodi bona vendi possunt ad extinguendum æs alienum defuncti seruato iuris ordine in ꝓiudicium fideicommissi, iuribus citatis: vt & is cui restitutio est fienda pro portione eius, quòd ex hæreditate consequitur, ad æs alienum defuncti tenetur. l. 2. C. ad Trebell. l. 1. §. fin. ff. eodem. si verò restitutio fienda sit sub conditione, præstita cautione huiusmodi bona vendi poterunt, sed eueniente cõditione resoluitur. l. si fundum. ff. de condit. & demon. d. l. Marcellus. §. res quæ. ad Trebel. fructus tñ medio tempore percepti, erunt eiusdem obligati ad rem restituendam. l. 2. §. sin autem sub conditione. C. com. deleg. l. codicillis. §. cum instituto. de legat. 2. vt & alienari possunt res mobiles postea restituendæ, præstita cautione de restituendo, si seruando seruari non possunt vt fructus, res attritæ, & superfluæ. l. di-

l. diuus. de petit. hæred. l. pro hærede. §. 1. de acquir. hæred. l. 1. C. si aduers. vend. l. lex quæ tutores. C. de admin. tut. l. fin. ff. quando decreto opus non est. vt & immobiles vendendæ cũ consensu eius cui restitutio est fiẽda. l. omnibus. de leg. 2. l. quoties. C. de fideicom. sic nec rem suã quis emere potest. l. suæ rei. de contrah. empt. nisi alius in ea habeat partem, vel vsumfructum respectu eius. l. si commu. nis. ff de act. empt. & d. l. suæ.

17 Vendi an possit res dotalis, & quomodo

Tertiò, res dotales vendi nõ possunt, aliter ab vxore, & marito repeti possunt. l. non dubium. C. de legib. l. in rebus. C. solut. matr. res dotales tamen, quæ functionem in sua specie recipiunt mobiles, cum periculo mariti sint, vendi possunt. l. res in dotem. ff. de iure dotium. si verò res mobiles alterius generis sint, vt vestes, si inæstimatæ sint datę, cum vxori afferantur, vendi non possunt. l. plerunque. de iure dotium. nisi vxore consentiente, modo maritus sit soluendo. l. 3. C. de iure dotium. sed si res mobiles ęstimatæ sint, eas vẽdere potest maritus, cum marito pereant, nisi electio vxoris sit an malit res, vel æstimationem. l. si æstimatis. vbi glo. soluto matrim. l. æstimatæ. eodem. & ibi glo. res verò immobilis inæstimata etiam vxore consentiente, vendi nõ potest. l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxor. actio §. 1. Instit. quibus alienare licet, vel non. l. in rebus. C. de iure dotium. si tamen vendantur, & mortua vxore, vir lucretur dotem, venditio facta à viro confirmatur. l. vendicantem. ff. de euictio. l. cum profitearis. C. de reuocan. donat. si tamen vir prouocetur ad diuisionem fundi dotalis, id potest. l. fi. C. de fundo dot. vt & alijs casibus alienari possunt, de quibus in l. quamuis. ff. sol. matrim. in l. Mutius. §. manente. ff. de iure dotium. vt & permutari possunt. l. fin. ff. de iure dotium. vel si alienationi vxor adhibeat consensum cum iuramento. cap. licet. de iureiur. in 6. nisi in datione dotis mulier iurarit non consentire alienationi. glo. in d. cap. Quòd si res dotalis simpliciter æstimata data sit, vendi potest à marito. l. quod si fundus. ff. de fundo dot. modo matrimonium sit sequutum. l. in rebus. §. fi. de iure dot. nisi electio sit reseruata vxori an malit fundum, vel æstimationem, vt supra. l. 1. C. de fundo dot. l. si fundum. eod. l. plerunque. §. fi. ff. de iure dot. & similiter si donationis propter nuptias bona sint, non valet alienatio etiam vxore cõsentiente, nisi post biennium iterum præstet consensum, & sit ætatis vigintiquinq; annorum, & alia bona viro supersint ex quibus vxor indemnis seruari possit. authẽ. siue. C. ad Velleian. l. si mulier. eo. in venditione verò bonorum paraphernalium vxor potest consentire. l. hac lege. C. de pact. conu. l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot.

Quartò, aliæ sunt etiam res quæ vendi non possunt, vt res quæ ædificijs ciuitatum adhærent, quibus corruant ædes, & deformetur vrbis aspectus sub pœna dupli pretij accepti. l. senatus. ff. de contrahen. emptio. vt nec licet destruere ædificia gratia negotiationis; nec marmora transferre. l. 2. C. de ædific. priuat. l. fi. ff. ne quid in loco public. vt nec vendi possunt venena mala. l. quod sæpè. §. venenum. ff. de contrahen. empt. nec libri improbatæ scientiæ, vel lectionis. l. cæteræ. ff. famil. erciscun. nec vestes purpuratæ, nisi principi. l. fin. C. de vestibus holo. lib. 11. nec vinum Barbaris, nec arma hostibus. l. 1. C. quæ export. non possunt. l. 3. C. quæ res vendi non possunt; nec frumentum publici canonis, nisi in locis destinatis. l. 1. C. eodem. quæ res. vt nec vendi possunt res feudales, vel emphiteoticæ, nisi certo modo, & casibus, de quibus dicã, proprijs locis infra, nec iurisdictiones. arg. l. liber homo. ad leg. Aquil. nec ius iudicandi. l. 1. ff. ad legem Iul. de ambitu. & lib. iuris orientalis. c. 10. de quo alibi. nec alia multa, de quo supr. tr. de contr. in genere, nec ea vendi etiam possunt quorũ vsus est solum ad malum, nec sophisticata, vt aurum imperfectum pro vero. Silu. Emptio. q. 4. 18 Vendi an possint res publicæ, & hmõi.

Decimum dictum. In emptione, præter supradicta debet adesse liber consensus. l. obligationum substantia. ff. de verb. oblig. vnde ibi fraus adesse non debet vendendo vnum corpus pro alio. l. in venditionibus. l. aliter. l. quid tamen. ff. de contrah. empt. l. alioquin. l. cũ ab eo. §. si eo. l. Labeo. eod. & minus vis, metus, 14 in Venditione q̃ vlterius interuenire debeant.

tus, aliter, si metus sit etiam leuis, ita q eo remoto emptio nō fieret, in conscientia non tenet, nisi post ratificetur. Lopez de contr. lib. 1. c. 51. vt abesse debet mendacium in vēditionibus, vt etiam statuit Plato. lib. 11. de legib. arra etiam quandoque in venditione interuenit, quæ efficit, vt ante rem & pretium traditum, liceat pœnitere, sed datum amittatur. l. quod sæpe. de contrah. empt. §. 1. Instit. eod. l. 1. C. de pact. inter empt. & ven. quādoq; & addi pactum addictionis in diē, vt .s. res sit inempta si alius intra mentem offerat meliorem conditionem. l. 1. de in diem addict. interim verò accipiēs facit fructus suos, quos restituere tenetur, cum re, alio offerente interim cōditionem potiorē, reddito tamen sibi pretio soluto. l. eum qui emit. l. item quod dictum. l. si. eod. Et licet regulariter non teneatur quis rem suā vendere, si tamen sit necessaria vitæ hominis, vt victualia, potest quis cogi à principe res suas iusto pretio vendere de ijs quæ illi exuberāt, quæ communitas in ijs, & alijs necessarijs potest pretium taxare victualibus. Abb. in c. 1. de empt. & statuere q quis nō possit reportare rem domum postquā eam venalem exposuit. l. nemo. 2. de iudæis. & q quilibet mercator teneatur exire ad emenda frumenta in communi, & quilibet ad id pecuniam mutuare teneatur. l. vni. C. vt ne lic. in comp. lib. 10. & q nullus emat vltra suam indigentiā. l. 1. C. de epis. aud. extra hos casus nemo tenetur vendere rem suam in his quæ vitæ nō sunt necessaria, nisi pro communi bono. l. dudū. l. nemo. C. de contr. empt.

20 Venditor an teneat de euictione, qūo, & quando.

Vndecimum dictū. De natura venditionis est, vt vendens teneatur si res euincatur etiam si de euictione actum nō sit. ex empto. ff. de act. empt. l. non dubitat. l. C. de euict. Dicitur autē tunc res euinci cū aufertur ab emptore iudicis authoritate. l. non tñ. ff. de euict. & si pro parte euincitur, pro ea portione habet regressus. l. 1. ff. de euict. l. si dictū. §. in stipulatione. eo. l. si fundo. eod. Boer. decis. 46. & tenetur venditor emptori ad interesse. l. euicta. l. si ita in venditione. de euict.

Sunt tñ casus, in quibus euictio nō habet locum: primò, si quis scienter alienā rem emerit. l. si fundū. C. de euict. Secundò, si emptor initio litis nō vocauit venditorem, vt litem defenderet. l. emptor. l. authore. C. eo. de euict. vel si ob contumaciā emptoris res ei auferat. l. si ideò. ff. de euict. vel si emptor venditore absente condemnatus non appellauit. l. herennius. eo. Tertiò, si res ob iudicis imprudentiam, & iniuriam euincatur. l. si per imprudentiā. eo. Quartò, si emptor sponte cum euincente compromiserit, secus si coactè. l. si dictū. §. si cōpromisero. eo. vbi Bar. & Bal. in l. 3. ff. de peric. & com. rei vend. vel si cum emptor potuerit rem vsucapere iustè, id nō egerit, vt & venditor vendens pignus, de euictione non tenetur, nisi aliter conuentum sit. l. 1. & 2. ff. cred. euict. pig. nō debere, vt & qui vēdit hæreditatem pro rebus singularibus non tenetur, nisi aliter conuentū sit. l. 1. C. de euict. & si pactū fiat ne quis teneatur de euictione si generale sit à quocunque euincatur, tenetur ad pretiū rei euictæ. l. ex empto. de act. empt. si verò decernatur ne teneatur si euincatur à tali, non tenebitur ad pretiū. Silu. Emptio. ad fi. q ego intelligerem in foro conscientiæ, si adsit animus donandi eo casu, vel minoris multo emerit, aliàs non ob inæqualitatem, ibi occurrentem.

Duodecimum dictum. Venditio quandoq; nulla est, quandoq; venit rescindēda, nulla est imaginatiua venditio. l. nuda. ff. de contr. empt. vel si dolus venditoris ei causam dedit, vel q̄ sit contra legū prohibitionem, de quibus supra fit mentio. l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11. vel si dolus ei causam dedit. l. si dolo. C. de resc. vendi. vel si errore fiat. l. nihil. de reg. iur. vel aliter, vt supra, vetita, in quo tamē sæpè opus est iudicis declaratione. Rescinditur, q̄ aliquo modo subsistere poterat, sed maior ratio ab illa recedere suadet, vel consensu contrahētium pretio restituto. l. 2. ff. de resc. vend. vel si pretium datum modicum sit, aut illud supplendum, s. si adsit læsio vltra dimidiam iusti pretij. l. 2. C. de resc. vendi. infra verò nō rescinditur in foro fori. l. in causæ. §. idem Pomponius. ff. de min. vigintiquinq; annis. & in hoc, emptor si vltra dimidiā iusti pretij soluit, vel venditor

21 Venditio an rescindat, qūo, & quādo.

ditor vendit minus dimidia, restituit ad rem, vel supplementum iudicis authoritate. l. in contractibus. ff. quib. ex cau. maio. l. maioribus. C. com. vtr. iud. si tamen labantur triginta anni, agi nō potest ad restitutionem. glo. in d. l. 2. de resc. vend. & si interim res pereat, si pretium est minus dimidio, perit emptori, si plus venditori. l. plerunq;. de iure dot. Sed si pretij inequalitas non sit vltra dimidium iusti pretij, si dolus dedit causam contractui, annullatur, sed si incidit in illum, stabit, sed pretium ęquabitur, si neutrū euenit, si emptor sciebat plus rem valere vendi tore ignorante, in foro animæ tenet̃ restituere, si vterq; ignorabat, & re ipsa euenit deceptio, est res restituenda, vel valor æquādus eo comperto. l. si quis cum aliter. de verb. obl. in cōscientia, & in foro fori si deceptio sit vltra dimidiū, concordat Silu. Emptio. q. 8. Non datur tñ hęc restitutio si casus dubius sit. l. habitationem. ff. de peric. & com. rei vend. vel si trāsactum desuper sit. Bal. in rubr. extra de trans. vel res data in dotē æstimata sit, si non extat res tempore restitutionis faciendę. l. si circūscripta. C. sol. mat. vel si quis renunciauerit huic beneficio expressè. l. pen. C. de pact. nisi rusticus, vel mulier essent qui nescirent quid sibi hoc priuilegiū velit. l. fi. C. de test. l. athletæ. §. de rusticis. ff. de excus. tut. vel tacitè si scit plus valere rem, & minus vēdit nō coactus. Bal. in l. 1. in fi. de act. empt. vel si remisit omnem fraudē veri pretij. l. sub prætextu. C. de transa. Doct. in l. 2. C. de resc. vend. Et si in instrumēto adsit clausula si quid pluris valet, donauit, si sciuit rei valorē renunciasse censetur priuilegio, secus si ignorauit. Bar. in l. si qs cum aliter. de verb. oblig. nisi dicatur, q̃ venditor donat quāti plurimi res est supra dimidium iusti pretij, vel magnum sit, vel paruū. l. si donationis. ff. de contr. empt. vt nec datur restitutio si venditio sit iudicis, vel principis authoritate cum subhastatione. l. 1. C. de p̃d. decur. lib. 10. nisi debitor iustè fuerit absens, vel minor. l. ignorare. C. de rest. mil. vel nisi in subhastatione fraus sit facta. l. si quos debito. C. de resc. vend. vt nec sit restitutio si res vēdita perierit sine culpa possessoris. gl. in d. l. 2. ex iuramento tñ solo apposito, si adsit læsio p̃dicta, non impedit̃ restitutio. arg. l. non dubium. C. de legib. l. j. C. si maior. fact. & si quis iurauit stare venditioni, si contra eū fraus interuenit, potest in cōscientia petere restitutionem cōtractus ad æqualitatem, & idem si error, eo inscio, quo remoto non esset celebraturus contractū, aliàs non. Lop. de contr. lib. 1. c. 52. & vbi quis est læsus, nec via iustitiæ potest suū consequi, sibi compensare valet aliquid accipiēdo de bonis dānificantis, remoto scādalo, &c. in foro cōscientiæ. Lop. lib. p̃dicto. c. 53. In foro verò cōscientiæ, vt supra, vbicunque non adest æqualitas iusti pretij, est supplendū, quæ vt supra in rebus immobilibus est, vt vigesimo anno sors ęquet̃, ita vt res reddēs quinq; vendatur centū, vt de cōi testatur Tiraq. de retr. li. 1. §. 1. gl. 6. nu. 19. Couar. li. 3. var. res. c. 9. nu. 5. in fructibus, & victualib⁹, si adsit iudicis taxatio illi statur, aliàs pretio currēti in foro. c. 1. de empt. l. pretia rerum. ad leg. Falc. in vestibus, & hmōi arbitrio peritorum, & proborum virorum. arg. l. 1. ff. de ventre inspic. sic vt mercatores lucrētur ex officio q̃ exhibent, sic tñ vt ab excessu recedatur; & licet cōiter dicatur mercatores lucrari viginti pro cētenario deductis expēsis, & operis, mihi tñ is videtur nimius excessus, & satis esse si decē pro cētenario lucrent̃, & vbi victualia decrescunt, ipsi etiā de pretio rerū diminuant, restitui aptarum, & huiusmodi.

Datur porrò in hoc iudicio actio ex empto, & vendito. ff. de act. empt. per totum. cum interesse, fructibus, partubus, &c. l. sed & si qd. de contr. empt. cū sim.

De venditione dilata, aut anticipata solutione. Cap. XXXVI.

Videndæ quæ de hac re dixi tr. de Vsuris. Impresso. Cap. XII.

De venditione cum pacto de retrouendendo. Cap. XXXVII.

Videnda quæ de hac re dixi tract. de Vsuris. Cap. XIII.

De

De vsura, quæ in mutuo cōmittitur. Cap. XXXVIII.

VIdendus est circa hanc rem tract. iam editus, sub nomine de Vsuris, vbi copiosè id pertractatur.

SVMMARIVM.

1 Permutatio quando cœpit.
2 Permutatio quid sit, & vt conueniat cum venditione, vel non.
3 Permutari quæ possint, vel non.
4 Permutatio qualiter contrahatur.
5 Permutationis natura quæ.

De Permutatione. Cap. XXXIX.

1 Permutatio quādo cœpit.

REum permutatio primus fuit modus cōtrahendi qui inter homines in vsu fuit, qui enim vna re abūdabat & alia egebat, permutabat eam qua abundabat, cum alia qua alius abundabat ipseq; egebat, vt vinum cum oleo, &c. vt testatur Arist. lib. 1. Politic. cap. 5. vt ita homines inuicem communicarent, & sibi vicissim subuenirent, donec numisma, vel pecunia quæ rerū omnium loco seruit, & qua venditio, & emptio est introducta ad faciliorem rerum vsum habendum, est adinuenta, cum nō facilè inueniretur qui haberet id quo ipse egebat, & acciperet quo idem abundabat, idque in regionibus distantibus fieri non valebat, & ob id qui rebus egebat, vt eis poteretur, pecuniam cum illis commutando: vt ibi Arist. dicit, id agit.

2 Permutatio q̄d sit, & vt cōueniat cū vēditione, vel non.

Est autem permutatio vnius rei pro altera vicaria præstatio. l. 1. l. permutationem. C. de rerum permutat. vel vnius rei pro alia vicaria præstatione mutatio quæ æqualis sit pretij, quarumque nulla determinatè alterius sit pretium. Dicitur permutatio, vt differat à donatione, & alijs contractibus, in quibus aliquid liberaliter datur. Dicitur æqualis pretij, vt differat à contractibus innominatis in quibus nō semper res data oporet, vt sit ęqualis pretij. Dicitur, quarum nulla est præcisè alterius pretiū, vt differat à venditione in qua vna res alterius pretium est præcisè, si enim differūt res permutatæ in pretio, potest addi pecunia quæ æqualitatem constituat. cap. ad quæstiones. extra de rerum permutat. Conuenit verò permutatio cū venditione, quia ex vtraq; datur causa vsucapiēdi, & actio ex vtraq; descendens est bonæ fidei. §. actionum. Instit. de act. Differunt verò, quia vēditio sine scriptis perficitur solo consensu: permutatio verò non nisi ab altera parte re tradita. l. ex placito. C. de rer. permu. quo casu datur actio ei qui rem dedit ex pacto contra eum qui suam rem non tradidit conuentam. d. l. præterea in venditione, vnus est emptor alius venditor, in hac vterq; est permutator. Vlterius permutatio habet locum in spiritualibus, non autem emptio, quia emptio non est sine pretio. d. c. ad quæstiones. ꝙ in spiritualibus interuenire non potest. Præterea in venditione emptor tenetur dare pretium vendēti, vel cum eo de illo cōuenire, venditor tamen non tenetur facere rem ementis quia satis est, ꝙ se obliget de euictione: in permutatione verò vterq; cogitur rē à se datam facere accipientis. l. 1. ff. de rerum permut. cum distinctione tamen, ꝙ si quis rem non suam permutauit, permutatio tenet donec euincitur, & ideò agi potest ob causam datorum ad repetendum, ꝙ est datum, si nil ab altera parte sit datum. l. 1. in fi. ff. eod. Vnde ex his colligitur, ꝙ in statutis municipalibus, de emptione dicta in fauorabilibus habent locum in permutatione, secus in odiosis. Silu. Permutatio. nu. 3. de iure verò communi sic: vt ibi d.

Quo verò ad res permutandas, permutari possunt temporalia cum temporalibus, non autem spiritualia cum temporalibus, & sic nec pecunia cum decima. c. fi. de rerū permut. vnde laicus non potest se eximere à solutione decimæ, licet det partem fundi: spirituale verò cū spirituali permutari potest, vt ecclesia cū ecclesia dignitas cū dignitate, beneficiū cum beneficio, decima cum decima, sed non beneficium cum iure præsentandi, quia est spirituale alterius generis, & si pos-

3 Permutari q̄ possint, vel non.

possessiones vnius ecclesiæ præponderẽt possessionibus alterius, pecunia potest refundi, dũmodo contractus non misceantur, ita ꝙ separatim fiat cõtractus ecclesiarum à contractu possessionum. Mancipia ẽt ecclesiarum permutari non possunt cum mancipijs priuatorum nisi ad libertatem. i. ad hoc vt liberi fiant. c. mãcipia. extra de rer. permut. si alij sibi detur. c. episcopus qui mancipium. 12. q. 2. vlterius permutare potest ecclesia cum principe si recipit rem æquiualentẽ. c. 1. extra. eo. si rex eget tali re, & id faciat cũ cõsilio procerum. l. fi. C. de diu. rescr. cũ priuatis verò permutare potest ecclesia si ei expedit. c. vt super. de reb. eccle. non al. aliàs si permutatio fiat incõsultè, successor potest eam reuocare. c. 2. extra. eo. Hodie verò ecclesia non potest alienare, vel permutare eius bona sine licẽtia Papæ. c. ambitiosæ. de reb. eccl. non alie. in extra. com. vsus tamen alicubi obtinuit, vt episcopus valeat ad id authoritatẽ præstare; potest verò dari species vna pro alia, vt liber pro equo. l. 1. vbi Bal. C. de rerum permut. & est permutatio, si enim detur genus pro specie est cõtractus innominatus. l. naturalis. §. 1. de præscr. verbis. & nõ permutatur, vt nec si detur res incerta pro certa. l. quoniam. vbi Bar. eo. & si cum certa specie ex vna parte interuenit etiam pecunia, si intentio est principaliter emendi est emptio, si permutãdi permutatio, si de intẽtione est dubiũ, si pretiũ est maius, quàm species data, est emptio, secus ècontra, quia erit permutatio. c. quod in dubijs. de cons. eccle. Abb. in c. ad quæstiones. eod. ꝙ facit ad statuta, quæ exigunt gabellã de contractu emptionis, non permutationis.

4 Permutatio qualiter cõtrahatur.

Contrahitur verò permutatio non solo pacto, sed re ex altera parte saltẽ interueniente. l. ex placito. C. eod. quo casu tradens rem habet actionem contra conpermutantem, vt supra est dictũ, ad implementum contractus.

5 Permutationis natura quæ.

Ex natura verò eius est, vt fraus ab illa absit, vel dolus, aliàs si adsit ex vna parte scienter in re graui, is peccat mortaliter, & tenetur ad damni refectionẽ. c. culpa. de iniur. & mediator ẽt tenetur. 2. q. 1. per tot. si verò id fiat ignorãter, licet quis excusetur à peccato, nõ tñ à restitutione: si verò fraus ex vtroq; latere cõcurrit, licet alter ignoret se fraudari, habet locũ compensatio, ꝙ si vterq; scit fraudem alterius, vel rei defectũ, cum volenti & sciẽti nõ fiat iniuria. c. scienti. de reg. iur. in 6. alter alteri non tenetur, nisi alter permutare cogeretur. Silu. Permutatio. nu. 2. in fi. & probabile est, ꝙ vterq; teneatur detegere vitiũ rei permutatæ, & teneatur de euictione eiusdem: vt dicit Garzias, de contr. c. 30. nu. 5. & æqualitas sit in rebus permutatis, nisi adsit ex altero latere damnum lucri cessantis, vel interesse damni emergẽtis, vt ibi d. Garz. & in cæteris explicãdo, vt supra, ex Silu. est dictum, quia vbi scienter adest excessus, in illo videt̃ donatio interuenire, vbi quilibet id nouit. qui Silu. d. verbo. in fi. d. ꝙ si quis per permutationem, vel alium contractum dat fundum monasterio, vel alij, vt alatur in vita, etiam fundus pereat, habebit alimenta, quia proprietas transit in accipiẽtem contractu expleto, & sic ei perit. Cyn. in l. 2. C. de iure emphit. facit. l. 1. C. de periculo, & commodo rei vend.

De permutatione verò beneficiorum habetur in tract. Personarum ecclesi. sub cap. de Permutatione.

De Montibus Pietatis. Cap. XL.

Videnda quæ de hac re dixi tract. de Vsuris. Cap. VIII.

De Cambijs. Cap. XLI.

Videnda quę de hac re dixi in tract. de Vsuris. Cap. IX.

S V M M A R I V M.

1 Locatio quid sit, & vnde dicatur.
2 Locari quæ possint, vel non.
3 Locare quis possit, vel non.
4 Locari cui possit, vel non.
5 Locatio vt perficiatur.
6 ex Locationis natura quæ veniant.
7 Locationis pacta, vt interpretanda.

Sala-

3 Salarium quid sit, cui debeatur, qualiter, vel non.

De locato, & conducto. Cap. XLII.

1 Locatio qd sit, & vnde dicatur.

Locatio à loco dicitur, vt inquit Varro lib. 4. de lingua latina, & est vsus rerum, vel operum mediante mercede certa iusta ex consensu cõcessio, mercede in pecunia numerata conuẽta. Dicitur concessio vsus, vt differat à venditione, vbi dominium transfertur. Dicitur ex consensu, quia voluntaria debet esse cõcessio vsus, vel fructus rei locatæ. Dicitur mercede certa, iusta, quia cum pertineat ad commutatiuam iustitiam, debet ibi adesse æqualitas fructuum rei ad pecuniã promissam. Dicitur rerum, vel operum, quia & operæ hominum, vel iumentorum locari possunt. Dicitur mercede in pecunia numerata conuenta, nam si daretur species pro mercede, esset contractus innominatus do vt facias, & ageretur præscriptis verbis. l. 1. §. si quis seruum. ff. de præscript. verbis. Conductio verò est personæ, vel rei ad vsum acceptio, interuentu mercedis pecuniariæ. l. qui operas. l. item quæritur. §. 1. & §. si gemma. ff. locati.

2 Locari q̃ possint, vel non.

Locari autem possunt omnes res quæ vendi possunt, nisi sint seruitutes prædiales, vt iter, via, actus, & c. quæ locari non possunt. l. locare, vbi glo. ff. locati. nisi mixtæ sint, vt vsusfructus, qui locari potest, non autem vsus. l. arboribus. ff. de vsufruct. §. item si cui. §. sed si cui. Instit. de vsu & habit. vnde personæ ecclesiæ possunt locare res ecclesiasticas vsq; ad decem annos. cap. 2. extra de locat. Hodie tamen vsque tantum ad tres annos. c. ambitiosæ. de rebus eccl. non ali. in extrauag. com. Seruitutes etiã personales, quę sunt vsusfructus locari possunt. l. arboribus. ff. de vsufr. sed nõ seruitus vsus. §. minus. Instit. de vsu. si tamen fiat ab vsufructuario extinguit locatio per eius mortem. l. si socrus. C. de iure dot. & per maximam, & mediã capitis diminutionem. §. finitur. Instit. de vsufr. proprietarius tamen nõ potest locare seruitutem personalem. s. vsumfructum quem alius in eius proprietate habet, nec res venalis locari potest periculo conducentis æstimata quò ad amissionẽ, & deteriorationem, quia censeretur fieri in fraudem vsurarum, cum res ęstimata succedat loco pecuniæ. l. si verò. §. quod ait. ff. solut. matr. nec est vera locatio, quia locans rẽ periculo suo tradit; locari possunt tamẽ res alienæ, si quod ius locanti in illis adest, nisi aliud conuenerit. l. si quis domũ. l. si tibi alienam. ff. loc. l. nemo. C. eod. vnde conductor potest alteri locare rẽ conductam ę què idoneo, nisi aliud conuenerit. d. l. nemo. l. moschis. §. fi. ff. de iu. fisci. l. æquissimum. §. fi. l. sed & si quid. §. mancipiorum. de vsufr. res verò propria conduci non potest, imò cum sit propria cessat locatio. l. qui rem propriam. C. locati. l. ad probationem. C. eod. l. si quis fundum. §. fi. ff. eo. potest tamen emptor fundum quem emit, conducere à venditore, donec pretiũ exoluat. l. sicut emptio. §. fi. cum seq. ff. eod. locari porrò possunt res mobiles, & immobiles, & operæ, & generaliter q̃ vendi possunt, exceptis seruitutibus pdialibus, vt itinere, & via, vt sup. gl. in l. locare. ff. locati. personales verò, vt vsufructus possunt locari quò ad vsũ, non quò ad ius ipsum, q̃ est inseparabile à persona. § minus. Instit. de vsu & habi. l. arboribus. ff. de vsufr. & ad tẽpus. l. 1. si ager vectigal. vel emphi. l. 3. de lib. hom. exhib. si enim fiat in perpetuum est emphiteusis. l. 1. C. de iure emphit. & operæ in perpetuũ locari non possunt. d. l. 3. & huiusmodi. Locãtes operas dicũtur mercenarij. à Cic. lib. 1. Offi. & Plat. lib. 2. de Rep. & postremi ordinis homines à Plut. in Solone. nec cogitur quis res suas locare exceptis prædijs fiscalibus. l. ne cui. C. loc. l. congruit. l. prædia. §. fi. ne loc. fisc. præd. C. lib. 11.

Locare verò potest quilibet rem suam qui nõ prohibetur, & potest eã vendere; prohibetur verò plãtus religiosus ad vitam, vel longum tẽpus, reditus ecclesiæ, vel partẽ eorũ, iura, vel possessiones monasteriorũ, vel aliarũ administrationũ sibi cõmissarũ locare, nisi necessitas, vel vtilitas conuentus, vel loci id exposcat, & cũ consensu conuentus, vel superioris si conuentũ non habeat, aliter est suspen- 3 Locare qs possit, vel non.

fus ipso facto, nec cōductori acquiritur ius aliquod, id tñ non extenditur ad locationes, vel venditiones fructuum, vel redituū ad modicū tempus. clem. monasteriorum. de reb. eccl. non al. Beneficiatus verò potest sine aliqua licētia locare fructus suorū beneficiorū ad modicum tempus. gl. in clem. 1. de reb. eccl. nec id impedire potest statutū superioris, vt ibi d. gl. Hodie tñ reditus ecclesiastici non possunt locari vltra tres annos sine licētia Papæ. c. 1. de rebus eccl. non al. in extrau. com. si tñ alienatio fiat vltra triennium, valet quò ad triennium. Zerola in praxi ep. verbo, Alienatio. ad tertium. 9. conclus. Couar. lib. 2. var. res. c. 16. nu. 5. nec valet etiam si fiat per plura triennia renouata etiā diuersis personis. Couarr. ibi; & si beneficiatus moritur ante tempus finitum locationis, locatio extinguitur cum æquiparetur vsufructuario. Io. Mon. in c. hoc consultissimo. de rebus eccl. non alie. in 6. & si conductor soluit pensionem nō potest id recuperare à successore in beneficio, nisi versum sit in ecclesiæ vtilitatem. Host. in c. 2. ne præl. vices suas. & ex Conc. Tr. sess. 25. de refor. c. 11. Similiter si quis succedat in bonis laicis titulo singulari, vt per emptionē, non tenetur stare locationi factæ per vēditorem, nisi actum sit, vel nisi cōductor fecit sibi obligari specialiter rem illam. Guid. Papæ, q. 480. nu. 2. si verò succedat titulo vniuersali, vt hæres, tenetur stare locationi, & cōductioni per defunctum factæ; dicit tñ Couar. lib. 2. c. 17. si prælatus locauit nomine ecclesiæ etiā successorem teneri ei stare si ecclesiæ vtilis sit, secus si nõie proprio, & ꝙ nō potest fieri locatio ad nouem annos, etiā vt sint tot locationes quot triēnia. & Anch. cōs. 57. vbi Paulina est recepta. Secūdò, sacerdos nō potest locare operas suas spirituales, quas exhibet in Missis, & diuinis officijs celebrandis, quia esset simonia. c. cum in ecclesiæ. de sim. licet tamen ei locare operas corporales, & laborem præstitum in trahendo moram in loco, sic tamē ꝙ non habeat intentionem ad diuina, sed ad mansionem quam ibi facit, vel damnum ꝙ patitur ratione moræ. c. ad quæstiones. de rerū permut. Innoc. in c. pen. ne præla. vices suas. Tertiò, rem conductam, si lege cōductionis vetitum sit, nemo alteri locare potest, aliàs sic, si sit æquè idoneus. l. nemo. C. locati. & tunc res posterioris conductoris remanent obligatæ domino pro illa summa. l. si lege. ff. locati. vnde scholaris contrahens societatem cum alio scholari, recedens potest alium loco sui ponere in domo, vel thalamo conducto: vt dicit Abb. in cap. inter dilectos. de fide instrum. Bald. in d. l. nemo. modo non locet personę inhonestæ; vbi tamen est inita societas, id non potest ratione societatis inuitis socijs, quia videtur electa industria personæ. §. soluitur. Instit. pro socio. Spec. tit. de iudicijs. §. 2. notat. in l. perceptione. ff. de his qui deiecerunt. & etiam si socius malè se habet, nec valet compesci, potest expelli è domo. l. si conuenerit. ff. pro socio. Abb. in d. cap. inter dilectos. & si duo socij habent domum communē, & vnus vult habitare, & alius eam tradere ad pensionem, pręferri debet qui vult habitare. glo. in l. Sabinus. ff. cōm. diuid. & si vnus socius peregrè est profectus, & alius totam domum inhabitauit, non potest petere pensionem à socio recedens nisi alteri locarit. Bald. & Imol. in l. duo fratres. ff. de acquir. hæred. vnde & si statutum dicit, quòd occidatur, qui verberat aliquem in domo sua, non cadit in pœnam si domus sit communis. Bald. in l. quamquam. C. qui testam. face. poss.

4 Locari cui possit, vel non.

Locari etiam potest res locabilis omnibus quibus non prohibetur, & qui possunt emere, & contrahere, & etiam vsufructuarius. l. arboribus. ff. de vsufruct. Sunt verò aliqui qui prohibentur conducere res alienas. & primò milites, ne rusticis operis intenti à militia auocentur, permissa tamen eis rerum conductione q̃ necessaria sit ad subsidia quotidiana, & ad militiam. l. milites. vbi glo. l. curialis. l. fi. C. locati. aliàs irrita est locatio, & aliæ pœnæ incurruntur. d. l. fin. nisi locans ignorarit eum esse militem qui conducit. l. si ignorans. C. eod. vel miles ignorarit prohibitionē. l. si quis ignorans. ff. loc. Secundò, curiales prohibentur cōducere aliena prædia. l. curialis. C. eo. eorū tamen successores possunt retinere con-

conductionem ab eis factam l. 4. ff. de decret. tertio, clerici vetantur esse conductores bonorũ secularium, ne à Dei seruitio, cui se manciparunt, distrahantur, & ne lucri sint sectatores, c. negotiatorem, c. fornicari 88. d. capit. 1. ne cler. vel mon. sec. neg. nisi ex causa necessitatis, d. c. 1. & 2. vbi Doct. fructus tamen decimarum locari possunt ad annuum censum laicis. Abb. in cap. vestra. de locato. quarto, magistratus conductores esse bonorum prohibentur l. principalibus, ff. de rebus cred. l. 1. C. de corr. iud. l. seriniarios, C. de numerat. & actuar. lib. 12. quinto, domus propinqua vni magistro non potest locari altero magistro, ne voces inuicem conturbentur, alias primus poterit expellere secũdum l. vn. in fi. C. de lib. vrb. Rom. quæ causa tractari potest etiam in ferijs ratione messis inductis, Host. in cap. significauerunt, de fer. Sic si doctor præuenit fabrum, potest eũ expellere, Bar. in l. 1. ff. sol. matrim. Sin contra, si doctor non potest alibi scholas commodè tenere, idem est, ar. l. omnes, C. de fer. sin secus præfertur faber. l. si pluribus de leg. 1. Si vero concurrunt in die, præfertur doctor, nisi aliæ circunstantiæ præponderent, & ideo id committitur arbitrio iudicis, cõsiderata qualitate locorum, & antiqua consuetudine & an legatur assidue, vt ibi d. Bart. & idẽ de duabus scholis se impedientibus l. 1. C. de stud. lib. vrb. Romæ li. 11. & in dubio præfertur doctor fabro, & idem si faber ster prope domũ scholarium, distinguendo vt supra d. l. 1. vnde & scholaris prior vel doctor potest præcipere alij, vt legat voce demissa, ar. c. pridem. 15. q. 7. & inde etiam religiosi possunt expellere fabrum inquietantem diuina officia, vel infirmorum quietem d. ca. Silu. locatio. num. 3. ver. 4. sexto tutores & curatores ante finitum officium conducere res eorum quos regunt prohibentur l. si cui §. modestinus, ff. locati. l. vn. C. ne tut. vel cur. reip. septimo, rei suæ nemo est conductor. l. qui rem. ff. loc. octauo. Silu. loco cit. vers. d. non licere locare domum, si credatur ea aliquem vsurum principaliter ad peccandum mortaliter, vt fœnerandum, quod intelligitur si alienigenæ sint, & etiam si quis eo fine locet, vt peccent, sed si quis tantum honestam mercedem expectat, & alijs quàm meretricibus eas locare non valet, non peccaret si sic locaret, & pensionem consuetam perciperet, licet consultius sit ab hoc abstinere, vt pluribus probat Lud. Beia, in resp. cas. conscientiæ. Bon. congreg. 9. casu 3. Nono, alicubi prohibetur ne nobiles sint conductores possessionum, maxime beneficiorum, nec quod aliquis conducat famulos, vel famulas quæ apud alios nobiles morantur, nisi cum honesta eorum dimissione, ex constit. Caroli Quinti 1548. cap. 23. 25. & Gallicanis. 24. 25.

Perficitur vero locatio consensu, nulla scriptura in ea necessario requisita, vel verborum solemnitate l. 1. l. contractus locationis ff. loc. l. qui in perpetuũ, C. eod. §. 1. Inst. eod. qui consensus determinat qualitatem & quantitatem mercedis, & modum vsus, & conditionem l. sicut emptio. ff. eod. vt quod locatarius ignem non habeat, vel innocentem, l. videamus, §. 1. eod. vel ne in villa vrbana fœnum componatur, d. l. §. fi. vel ne mulę vltra certum pondus onerentur, l. qui insulam, §. qui mulas, eod. qui consensus est etiam, vel expressus vel tacitus, expressus quãdo patet, tacitus, vt si locator permittat colonum, vel inquilinum vltra tempus conuentum manere in locatione, censetur enim renouata per annum, & iuxta distinctionem ibi traditã in l. item quæritur, §. qui impleto, vbi Bart. & §. qui in vrbanis, l. qui ad certũ, ff. loc. l. legem, C. eod. & in his quod conuentum est seruandum venit, quod si nõ constat, mos regionis inspicitur, l. locationes, l. legem, C. locati. non tamen censetur renouata ad præiudicium tertij, scilicet fideiussoris, qui non obligatur in hac tacita renouatione, nisi denuo se obliget. Boer. decis. 284. nume. 14. quæ nec potest fieri de rebus ecclesiæ cum pacto renouandi, nec quod sint tot locationes quot triennia. Tiraqu. de ver. retr. §. 23. glos. 1. nu. 10.

5 Locatio vt perficiatur.

Ex natura quoque locationis, vel ex eius iustitia plura sequuntur, primo, quod ibi adsit iustitia pretij, rationem habendo, 6

6 ex Locationis natura quæ veniant.

do, nō ad pretium rei sed ad fructus qui inde colliguntur, qui respondere debent pensioni soluendæ, vt d. Beia. in Decis. cas. Bon. congreg. 3. casu. 1. vel ad operariorum iustam mercedem qua se valeant sustentare; ex quo colligitur non licere conductoribus domuum eas plus iusto locare eo, quod ipsi, vt inde lucrentur, vt sunt qui Thalamos locādos conducunt, & locant, eas sub excessiua pensione conduxerint, nec licet eis qui equos locant post meridiem, integram vnius diei mercedem accipere; nec dominis locorum cogere subditos, vt mercede nimis tenui diurno labore ijs seruiant, vt d. Garzias, de contr. c. 25. nu. 2. 3. 4. vt & requiritur eum qui accepta mercede operas locauit, ut eas prestare debeat l. si ei qui à vobis. C. locati.

Secundo requiritur, vt cōductor rem conductam finita locatione liberam restituat, & ab omni controuersia alterius solutam, l. videamus, §. qui vinum, ff. eo. aliter furti tenetur, vt d. Gell. li. 11. c. 18. & eo magis si rem mobilem locatam surripiat, actione furti & locati conueniri potest l. si locatū, ff. loc. quod si recuset, in litem iurat locator, vt secundum eius iuramentum condemnetur conductor, qui & agit pendente locatione, l. si cui locauero, §. 1. ff. loc. l. in actionibus, ff. de in lit. iur. qui & cōuenitur si seruum vulnerarit conductum, & nolit vti lege Aquilia, l. si vulneraueris, ff. eod. loc. vel si rem deteriorem reddat, vel reddi ab alio patiatur, l. videamus, §. item prospicere, l. si merces, §. conducto, l. in lege, l. sed addes, §. illud & §. si inquilinus, ff. loc. vt & si destruxerit ędificia, sic vt ręedificet, l. eum conductorem, C. eo. vel si arbores succiderit, aut vicinus ob eius iniuriam, potest conueniri ex. l. aquilia, vel arborum furtim cęsarū, vel interdicto, quod vi aut clam. l. si merces, §. culpæ, ff. eod. Tertio, pensio solui debet tempore conuento, alias seruanda est consuetudo regionis, de quasi non apparet, in fine anni est soluenda, l. semper in stipulationib. de reg. iu. Doct. in c. propter extra de locato, quod intelligitur vbi pēsio soluitur pro fructibus, si enim pro sumptibus debetur in principio, si pro labore, considerãda est qualitas personæ, & secūdum eam iudicandum, vt etiam ante finem operis soluatur; vel saltem pro rata. Silu. locatio, nume. 5. quæ pensio solui debet etiam lite pendente inter dominum, & conductorem, cap. 1. vt lit. pend. Si vero lis est inter dominum & alium, est sequestranda. Quarto quod si pensio debetur pro aliqua re, & sunt eiusdem fori tenetur conductor pro solutione facienda, ire ad domum creditoris, si uero diuersi fori, sat est quod dicat se paratum eam domi soluere, & idem in emphiteota, Abb. in c. significante, de pignor. post Bart. in l. item illa, ff. de const. pec. qui Abb. ibi declarat quid iuris quando pensio nō debetur respectu alicuius rei. Quinto, licet standum sit locationi, sunt tamen aliqui casus in quibus locator potest expellere cōductorem, vel sit inquilinus, qui scilicet habitat in ciuitate, & conduxit vrbanam rem l. errorem, vbi gl. & l. licet, C. locat. l. qui pignoris ff. de acquir. possess. vel colonus qui sub mercede villam, vel rusticum prædium sub mercede pecuniaria conduxit, & primo, si domus locata necessaria facta sit suæ habitationi, vt si domus suæ habitationis est destructa, vel vxorem duxit, & huiusmodi & necessitas superuenit locationi iam factæ, cui aliter prouidere nō potest l. ædem, C. locati, secus si tempore locationis aliam domum non habebat quia sibi habet imputare, l. si quis domum, §. huic ff. locati. Secūdo, si domus eget refectione, quia ruinam minetur, quam tempore locationis non minabatur, quo casu fiet remissio pensionis pro tempore quo eam non inhabitat, d. l. ędem, l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, vel prouidebitur ei de alia domo ęquè idonea, l. cum plures, ff. eo. & domo refecta, conductor petere poterit se in ea reponi, l. si duo. §. cum inquilinus, vbi glo. & Bar. ff. vti possid. Tertio, vbi cōductor male in domo versatur etiam sine rei lęsione, vt quia detinet publicas meretrices, lenones vel alios malos homines §. sancimus, auth. de lenonibus, & probabile est ac tutum quod pensio, vbi expellitur nō debeatur, cum iustitia commutatiuę ratio id postulet, nisi post non

inueniat qui eam conducat, vel si peruerse versatur cum læsione rei, vt si sues tenet in solario, incidit arbores, vel non colit agrum vt debet, & tenetur ad interesse domino. Host. in d. c. propter sterilitatem extra eo. remissa tñ sibi pẽsione pro tempore quo non inhabitat, vt sup. si tamen locans sciebat eum cui locauit tenere meretrices, non poterit eum expellere ante tempus finitum, Quarto, expelli potest si per biennium non soluit pensionem conuẽtam; idque propria authoritate etiam si non sit actum de expellendo, l. pen. l. si in lege, §. colonus, ff. locati, l. quæro, §. interdum, eod. c. potuit, locati, si tamen sit paratus soluere est audiendus, d. l. quæro, distinguendo tamẽ, quod aut locatio est facta ad longũ tempus vt decem annos, idque dupliciter, quia aut primo, fuit constituta pensio pro toto tempore, & potest expelli si nõ soluit tempore conuento, aut fuit constitua singulis annis, & tunc si cessat per bienniũ potest expelli, etiam si actum sit vt non expelli possit durante locatione, quia intelligitur modo soluat, d. l. quæro, §. inter, si vero locatio est facta ad modicũ tempus, non oportet expectare bienniũ, sed potest expelli si non soluit tempore debito, etiam authoritate propria, & si iurauit soluere singulo anno pẽsionem, & vno anno cessat soluere, ipso iure cadit à conductione, quia est periurus, l. si quis maior. C. de transa. Bal. in c. querelam, de iureiur. nisi purget moram, vel dominus patiatur. Quinto, licet inquilinus regulariter non possit dimittere domum ante tempus finitum locationis contra domini voluntatem, cum standũ sit pactis, sunt tamen aliqui casus in quibus id potest, primo, si domus locata nõ possit commodè habitari, vel si iusto timore inde emigrat præmonito domino vt ei succurrat, remissa pẽsione pro rata l. habitatores in princ. & §. fi. ff. locati, & idem in foro conscientiæ si eam nõ possit habitare ob bellum vel pestem, secus tamen in foro fori, Abb. in d. c. propter, & similiter si vti non potest fundo locato, remissa pensione, l. si fundus, §. fi. & l. seq. ff. loc. & idem de alia rationabili necessitate, Nauar, ca. 17. nu. 187, dato probabiliter, vbi necessitas non instat magna, aliquo spatio locanti ad denuo locandũ; sed si per conductorem stet quominus vtatur re sibi locata, si ex dolo, vel culpa tenetur ad damna, Nau. cap. 17. nu. 197. Sexto, licet integra pensio sit soluenda, vt supra, tamen sunt aliqui casus in quibus pensio est minuenda, primo, propter sterilitatem in fructibus d. c. propter, vt si vi tẽpestatis fructus consumpti sint, vel labes cõtigerit illis, vredo, vis fluminum, sturnorum, graculorum, incendij, terræ motus, incursus hostium, l. ex conducto, §. si quis, ff. eod. locustarũ excessio, & huiusmodi, quibus fructus grauiter læsi sint, l. si merces, §. vis maior, eo. l. excepto, C. eod. vel ob summam sterilitatem, & tunc dicitur sterilitas prædicta quam conuentio partium, vel communis vsus regionis approbare solet, Nau. c. 17. nu. 188. vel vbi per hæc diffiniri non valet, si cõductor vix duas partes ex tribus demetat, Bart. in l. ex conducto, §. si vis, ff. locati, nisi sterilitas vnius anni cum vbertate alterius possit compensari, c. propter, extra eod. l. licet certis, C. eod. l. ex conducto, §. sed & si l. si vno anno, in prin. & §. vbicunque eod. & tunc dicitur vbertas, quæ pacto, vel consuetudine talis æstimatur, vel si plus solito tertia pars sit collecta. Nau. ca. 17. nu. 189. Dicitur vero sterilitas adesse cũ ex vulgari opinione, vel regionis consuetudine talis iudicatur arg. l. si in lege, ff. eod. vt supra, & euenit casu fortuito, vt ex grandine, vel aeris intemperie, & sterilitas anni illius non possit compensari cũ fertilitate anni præcedentis, vel sequentis durante eadem locatione, d. cap. propter, vbi Doct. secus si id euenit vitio terræ ex eius debilitate, vel quia vinum acuit, vel segetes herbis sint suffocatæ; quia id potest imputari colono, qui herbas nõ remouit, vel terram non impinguauit, cum huiusmodi possint imputari colono, vt & si post fructus collectos emarcuerunt, vel exercitus eos consumpsit ex negligentia coloni qui eos non abstulit, l. ex conducto, §. si vis, ff. eo. l. damnum, C. eod. Id tamen non procedit in colono partiario qui lucrum, & damnum partitur cũ domino, quia nõ fiet ei remissio,

glo.

glo. in d. c. propter, nec inquilino si ita sit conuentum, quia viliori pretio debito cum hoc periculo vtroque consentien te res sit locata, nec vbi locatio est longa vt decem annorum, vel ad vitam, etiã si maior pars rei locatę sit vastata qñq;, modo omnino non interierit, nisi tam magna pensione locatio sit facta, ac si de anno in annum esset locata, quia sic est fienda remissio, Ias. in l. 1. C. de iu. emph. Nauar. loco cit. nec vbi sterilitas euenit quia vites sint vetustę, secundo, remittitur pẽsio, si domus locata sit euicta, vel aliter ea vti non possit vt supra l. si domum, §. fi. ff. locati, pensio tamen nõ augetur propter fertilitatem, nisi eueniat casu fortuito, vt quia alia molendina casu sint destructa, vel aqua fortuito sit aucta, tunc enim augetur pensio pro rata gl. in l. si merces, ff. eod. secus si augmentum venit industria conductoris, qui a illi accrescit, Garzias, d. c. num. 21. & vbi conductor vti non potuit re locata ex locãtis volũtate, tenetur ei ad interesse, l. fi. C. de fundo loc. si vero impeditur ex casu fortuito locantis, vt quia res locata publicetur, tenetur pẽsionem pro rata remittere, l. si fundus, locari, non tamen tenetur ei tunc ad interesse, Lop. de contr. lib. 2. c. 25.

Sexto, si conductor aliquid expendit in re conducta, si necessario, vel vtiliter, agit contra locantem, vt restituat expensas, l. dominus, l. sed addes, §. inquilinus, vbi glo. l. colonus 1. resp. ff. eod. si tamen potest auferre impensas factas sine læsione rei, potest eas tollere, nec tenetur locator, d. §. si inquilinus, quæ non intelliguntur de expensis factis in animalibus pascendis, vel possessione colenda, sed quæ adhærent rei, vt reparatione ruinæ, plantatione vineæ, curatione morbi qui euenit sine culpa, & huiusmodi.

Septimo, si damnum contingit in re locata, conductor tenetur si contigit sua culpa, vel suorum lata vel leui, glos. & Doct. communiter, in l. si quis domum, §. celsus, & in l. si merces, §. qui columnam, ff. locati, vnde si equum locatũ nimiũ fatigauit, vel terrã nimis exhausit, vel lac ex ouibus, tenetur locanti ad dãnum, Lop. de contr. li. 2. c. 25. de damno vero illato ab alio non tenetur si obuiare non potuit l. sed de damno, ff. eod. nec de casu fortuito nisi vbi & commodatarius, tenetur tamen de leuissima culpa pro custodia. d. l. qui mercedem, & c. bona fides, de depos. l. nauta, ff. nautæ caup. quod intelligitur, si accipit mercedem pro custodia, vel custodiæ se obtulit, alias tenetur tantum de leui conductor, Lop. de contr. lib. 1. cap. 26. nisi fuerit in mora reddendi domino rem locatam tempore præfixo, tenetur. n. tũc etiam si casu fortuito res pereat, modo eodem modo non esset peritura etiam apud dominum in foro conscientiæ, Lop. lib. 2. de contr. c. 27. in prin. vel nisi id sit conuentum, ut teneatur de casu fortuito, modo enumerentur, uel saltem maiores ijs qui euenere, unde si tenetur ad casus, non tenetur ad maiores expressis, etiam si adsit iuramentum, nec etiam si res sit data æstimata, nec potest obligari conductor ad casus fortuitos nisi remittatur ob id de pensione, Lop. ibi. Si tñ locauit quis operas in aliquibus rebus in quib. summa diligentia est adhibenda, ut in adamente expoliẽdo, uel ueste aurea incidenda, uenit etiam culpa leuissima, Siluest. locatio. Vnde si fullo qui accepit pallium curandum, per errorem dedit alteri, tenetur de damno, quia error in facto proprio non toleratur l. item quæritur, §. item si ff. eod. ut & tenetur si mus illud corrodit d. l. §. si fullo: Si etiã nauta inuito domino posuit eius res in alia naui, & perierint, cũ ipse in alia posuerit, d. l. itẽ, §. 1. tenetur secus si utraq; nauis perijt, ẽt si mala fide transtulerit, q̃a res erat omnino peritura, l. fi. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iactu, similiter si quis opus faciendum conduxit, & non fecit, agitur contra eum ex locato, & si fecit de operis uitio tenetur, scilicet si opus perficiẽdum conduxit, non si diurnam operam præstitit, l. si fundus, §. fi. cum ll. seq. ff. eod. locati, & qui opus publicum agendum conduxit tenetur ipse, & eius hæredes usque, ad annos quindecim reficere uitium quod in opere contigit l. ea lege, §. locaui, ff. eod. l. omnes 1. ff. de oper. publ. Vel cum hac distinctione, quod opus quod aduersione locatum est, donec appro-

approbetur; conductoris periculo est, quod uero ita conductum est ut in pedes, uel mensuras præstetur, eatenus conductoris periculum est, quatenus admensum non sit, & in utraque causa nocet locatori si per eum stetit, quominus opus approbetur, uel admittatur, sed si ui maiori opus prius interciderit, quàm approbaretur, locatoris periculũ est, nisi aliud actum sit l. opus, cum seq. l. marcellus, & l. si. ff. loc. Is etiam lege Platonis, lib. 11. de leg. Si tempore conuento opus susceptum non perfecerit malitiosè, tenetur rursus infra totidem temporis gratis id perficere; tenetur & magister nauis pro mercibus amissis ex iactu facto pro rata cum alijs l. 2. in princ. & §. cum in eadem l. deprecario ff. ad l. Rhod. de iactu. Similiter qui rem conduxit non põt in alio ea negotio vti, vt qui equum pro itinere capit nõ potest eo vti vt pondera gestet, nisi id sit vtilius domino, vel probabiliter eum consensurum credatur, & similiter non potest ante finem locationis rem locatam restituere, nisi casibus de quibus supra, vel si domus egeret reparatione, vel equus sine eius culpa ęgrotaret; qui tenetur quoq; rem locatam, vt supra, illęsam restituere.

Octauo, locator tenetur de damno si locauit rem vitiosam, nec monuit, & vinum est effusum, vel emarcuit, vel ęquus vitiosus nocuit sessori, nec ignorantia eum excusat, l. sed addes §. 1. & §. si quis dolia ff. loc. l. cum in plures, §. seruum meũ, secus si locauit pascua, & eo ignorante, ex herba venenosa animalia interierint, non enim tenetur, glos. in d. §. 1. quæ intelliguntur in foro conscientiæ quãdo locauit vasa vitiosa pro bonis, secus si dixit vt conductor ea inspiceret, ignorans an essent bona, vel ne, Siluest. locatio, nu. 18. in foro enim conscientię, vt supra, si ignoret esse vitiosa, & dixit conductori se nescire an sint vitiosa, non tenetur ad damna, Lop. lib. 2. de contr. c. 27. ver. præterea, cum teneatur quis in hoc contractu de leui tantum culpa, nõ autem de leuissima, vel casu fortuito, Lop. ibi. & tunc tenetur locator detegere vitium rei locatæ, vbi grauiter nocere potest personæ vel rei, alias non sed sat est minuere de pretio, vt bene dicit Garzias loco cit. num. 9. & vbi damnum est illatum, & vnus dicit dolum vel latam culpã interuenisse, alius negat, vt pastor qui locauit operas, & ouis sit amissa, ipse debet id probare, scilicet abfuisse dolũ, vel culpam, vt & argentarius debet probare se amisisse rationes ruina, vel incendio, l. si quis ex argentarijs, ff. de eden. alias allegans dolum debet probare, l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. hic vero cum teneatur ad custodiam, debet probare se dolum non commisisse, si tamen dominus rei posuisset aliam custodiam, dimittendo conductorem, non tenetur. Silu. locatio. in fi. remissiuè. Secundo, si conductor non potest vti re conducta sine culpa locatoris, repetitur merces si sit soluta, l. si fundum, l. si quis domum, ff. loc. Si vero culpa domini id euenit, tenetur ei ad interesse, vt si locarit rem alienam, vel vendiderit rem locatam, & emptor eum expulerit, quod potest, nisi contrarium sit cõuentum, l. si tibi alienã l. si merces, §. qui fundum, ff. eod. l. emptorem, C. eod. Tertio, si conductor non potest commodè domum inhabitare, agere potest vel ad minutionem pẽsionis, vel vt possit domum relinquere, d. l. si merces, l. habitatores, l. ex conducto, ff. eod. etiam si res ob crimen locantis publicetur, Nau. c. 17. nume. 187. & si eam locans vendidit satam, colonus habebit partem suam, l. nihil de leg. 1. Quarto, locator non potest reficere domum, nisi necesse sit, aliter ad interesse ei tenetur, glo. in l. ęde, C. locati, & vbi reficit ex necessitate, si inde impeditur vsus domus, debet pro rata pẽsionem remittere, Bar. in l. qui insulam, ff. locati. Quinto, locator tenetur ad expensas extraordinarias rei locatæ, vt ad refectionem domus, vel curam ęqui infirmi, nisi prædicta eueniãt culpa cõductoris, quia ipse tenetur, vt & cõductor ad ea tenetur sine quibus re locata vti nõ potest, vt culturã agri, pastum equi, ferramenta in longo itinere, Sexto, debet permittere eum vti re locata tempore conuento, nisi in casibus permissis, aliter, vt supra, tenetur ei ad interesse, vel si eius culpa, vt supra, damnum patitur, & econuerso, & si venditur, vt supra,

pta res locata, conductor potest expelli ab emptore l. via veritatis, l. emptorem, C. locari, locans tamen tenetur ei ad interesse, si tamen conductor inijt pactum ne res vendatur, venditor non potest eũ expellere, nõ vero si locans obligauit ei rem illã in speciali pellitur, nisi ex hoc qđ pro suo interesse põt ei inhęrere consequendo. Non potest uero conductor expelli à successore vniuersali, Couar. li. 2. var. res. c. 15. nisi ecclesia sit inde læsa, sic enim successor in beneficio potest reuocare locationem, Rota decis. 332. de locato, in nouis. Tenetur & locans de casu fortuito, nisi culpa leui lata, vel dolo conductoris euenerit, nec iniri potest pactum, vt res æstimata locetur, & stet periculo conducẽtis, sine etiam eius culpa, vt supra, quia id esset in fraudem vsurarum, cum dominium rei locatę maneãt pœnes locantem, & proinde etiam periculum eius: Sic locari non potest pecunia accipiendo pro eius locatione aliquod interesse, si detur ita vt distrahatur in commutationes, cum ita pecunia consummetur, & ex vsu vltra sortẽ aliquid accipiatur, quod est vsura; Si vero locetur ad pompam, & ostentationem, potest inde moderatum emolumentum percipi, modo fraus absit, & periculum, vt supra stet pœnes locantem eius; Sic si quis locet cẽtum oues pastori, eo pacto, vt suo labore & cura eas pascat, & ex fętibus eas conseruet in eo numero, & in fine anni, quod superest de fœtibus inter eos diuidatur, contractus illicitus est, cũ dominus constituatur in tuto, & pastor in periculo, nisi ob id locans diminuat de pretio locationis, quia exponit conductorem ad onus reficiendi ex fętibus, & ideo minus accipiat media parte in fine anni de superextantibus, ea ratione, arbitrio boni viri, de qua re dixi trac. de vsuris, c. de societate: Sic non licet locare boues, vel equos certa mercede, cum pacto quod reddantur ei sani cum ad id non teneatur conductor semota eius culpa lata leui, vel dolo, nisi ob id quod is se exponat tali periculo, & desuper det fideiussorẽ, diminuatur de pretio cõsueto equi locari, pro hac assecuratione locati; Sic non licet obligare pistores, vt tot sibi panis mensuras reddant respondentes tritico eis dato pretio maiori quàm valeat in loco vbi ipsi degunt, nisi ob id pistoribus remittatur quantitas aliqua panis respondens superexcrescentiæ pretij tritici: Sic si quis locat agricolæ fundum, & pecuniam pro bobus emendis tradit, & exquirit plus fructus quàm solent præstari, illicitum est, nisi boues emat dominus & substet eorum periculo & moderatam inde portionem accipiat, deductis laboribus & periculis quę euenire solent ante collectionem fructuum arbitrio boni viri, vt ita æqualitas ibi adsit; Sic si domini agrorum mutuant pecuniam agricolis, vel triticum ea conditione, ut colant agros eorum communi pretio, vbi agricolæ non inueniuntur, qui id præstare velint, tunc si agricolæ monopolio quodam iniusto conueniant ad non conducendos agros illos iusto pretio, liceret ad redimendam vexationem, illa eis dare, secus si domini, secluso monopolio, eis id offerant, vel boues aut instrumenta agricolturæ, ut augeãt pretium conductionis, id enim esset vsura, & si id ad instantiam agricolarum facerent, per nouem annos, tradendo eis illa æstimata, & sic reddenda, ratione lucri cessantis, cum illa obligatio sit æstimabilis, aliquid plus, arbitrio boni viri, exigere liceret, modo fraus absit, & uerè intersit: Sic non licet mutuare alicui pecuniam, cum obligando tempore ęstiuo demetere suas fruges, nisi id fiat titulo locationis, & pecuniæ dentur ad computum mercedis, & modo operæ soluãtur iusto pretio, & ita etiam peccant duces qui soluunt stipendia militibus in tot pãnis, quibus nõ egẽs, & duces ea ad creditum accipiũt à mercatoribus, cum ob id precium eis augeatur, & ubi milites conducuntur, intelligatur pecunia numerata Quod si quis locauit equum per quatriduum ad conficiendum iter quod biduo confici poterat, & is accelarato itinere biduo id persoluerit, vnde equus fatigatione perijt, tenetur conductor, qñ locans ideo id tempus præstituit, vt consuleret equi fatigationi, & debilitati, alias secus: Si præterea quis misit famulum cum equo locato, si pro custodia

equi,

equi, non tenetur conductor de custodia equi, sed si locauit equum & famulum, negligentia famuli non excusat dolum conductoris antequàm restituat equum famulo, gl. in l. si vt certo, §. si de me. ff. commod. sed si post restitutionem equi factam famulo, equus pereat, non tenebitur conductor, l. si mei causa, ff. commod. & vbi non constat cur sit missus famulus, in dubio nõ videtur remissa custodia equi l. pen. vbi gl. ff. vsufruct. quem. Lop. de contr. lib. 2. c. 27. vt & c. de commodato, vel deposito dictum est; sic licet conuenire vt accipiens equum conductum, teneatur de culpa leuissima, vel casu fortuito, dummodo ob id remittatur de pensione vel mercede equi, si surripiatur, vel fatigatione intereat, alias non, nec id liceret conuenire, si intereat ex morbo præcedenti contractũ. Sic si quis remittit equum per nuntium existimatum fidelem qui cum eo aufugit, in conscientia ad nil tenetur, secus si nõ existimabatur fidelis, Lop. de contr. li. 2. c. 28. in fi. qui & d. quod dominus qui conduxit tenetur ex damno illato circa rem conductam ex culpa leui famuli sui, & etiam leuissima, si res fragilis erat expolienda, & fracta sit, vbi & explicat aliquas leges ciuiles de hac materia conductionis loquentes. Quod si quis locauit operas ad riuum faciendum, si ruit, antequàm dominus id approbet, periculum est conductoris, nisi culpa artificis id euenit, secus si culpa soli & situs, Lop. ibi. & idẽ in similibus casibus, vt si quis in nauem merces vectas posuerit, vt in l. maritus, l. colonus, §. nauẽ l. sed addes, §. fi. ff. locati. Sic locator horrei non tenetur de custodia, horreis confractis, & cõpilatis, nisi promiserit custodiam, vel sciente domino, posuerit custodes, vel si conductor renuntiauit custodiæ, secus si ista non concurrunt, & minus si dominus det claues horrei conductori, l. dominus, ff. locati, vbi Bar. l. clauib. de contr. empt. Lop. ibi. Quod si quis suscipit in se periculum rei locatæ, tenetur de culpa leuissima, non autem de casu fortuito l. opus, ff. locati, & idem si mercedem accipit pro custodia rei conductæ, l. qui mercedem, ff. locati.

Nono, pacta quę in hoc contractu ineuntur, recipiunt aliquas interpretationes. Vnde si quis locet alicui molendinum ad molendum ei & eius hæredibus in perpetuum certo pretio, de stricto iure eo pretio tenetur ei molere etiam q̃ multiplicentur in infinitũ, Bal. in auth. hoc ius; C. de sacr. eccles. sed de æquitate in conscientia secus, quia de hoc non videtur cogitasse, l. si q̃s in vna, ff. de peric. & comm. rei vend. Quod si quis conduxit fundum ad medium vel certam partem, nulla facta mentione de arboribus, conductor nullam eorum partem habebit l. fructus ff. de vsufr. & si colonus destruat arbores tenebitur uel si alius eius odio illas excidat, l. si merces, §. culpæ ff. loc. quod intelligitur quãdo suo odio, vel culpa, huiusmodi odium est causatũ, alias non tñ d. gl. in d. §. Si vero quis locet rem suam hoc pacto, quod quocunq; modo amittatur recuperet eius valorẽ, non valet, quia locator rem suo periculo tradere debet; nec equum est si fulmine æquus pereat, conductori pereat, vel morbo, nisi eius culpa casus eueniat. Qđ si quis locauit alicui suos boues custodiendos data sibi certa mercede, & tempore noctis eos dimiserit in pascuis vbi alij etiam dimitti solent, & fur vel lupus eos abstulit, videtur excusandus, quia intelligitur custodire prout alij solent, ar. l. 1. C. de testam. & maxime, si dominus alios suos boues ibi dimittebat, ar. l. semper de reg. iu. Si vero quis locet horreũ, proponens se nolle suo periculo recipere aurũ argentum, & huiusmodi, & postea patitur eo sciente inferri, tenetur de interitu, quia videtur propositum remisisse, l. cum in plures, §. locator, ff. locati. Sic si quis locet fundum ad medium alicui colono, qui seminet ipsum, & locator eum vendat, colonus habebit medietatem fructuum, & si emptor collegit omnes fructus, colonus aget contra primum dominum, l. nihil. in fin. de leg. 1. Sic si scriptor suas operas alicui locet, & per mensem stet quod non scribat, quia is non dat sibi quod scribat, si alteri non locauit suas operas, habebit mercedem illius mensis, alias non l. qui operas, l. sed addes, ff. loc. & si quis operas

suas

7 Locationis pacta, vt interp̃tanda.

suas duobus obligauit, primo satisfacere debet l. in operis, ff. eod. Quod si auriga cursu alicui nocuit, tenetur, quia cursum temperare debebat, l. 1. ff. eod. Sic si operarius dolo non præstat operas promissas tenetur ad damnum domini, sed si omittit ex casu fortuito, minuetur ei pensio pro tempore quo omittit, & habebit expensas factas in se præparando ad opus. Si quis etiam timet ne aliquis sibi equum vexet, potest cum eo conuenire vt illum reddat sanum modo minuat de pretio, Lopez. Instr. 2. p. cap. 50. Quod si pistor se locauit ad seruiendum familiæ, si notabiliter aucta sit, non tenetur ei inseruire pretio conuento in foro conscientiæ, & si notabiliter sit diminuta, debebit minui. Lop. de contr. lib. 2. c. 26. in fi. Sic etiam locator tenetur dare colono instrumẽta necessaria ad fructus curandos, vt torcular, & si minus est instructum, id reficere debet, gl. in l. illud; locat. nisi aliud sit conuentum, vt ibi habetur.

8 Vndecimo, quod attinet ad operarũ mercedem, præter supra dicta. Certum est operarijs deberi mercedem, quæ salarium, vel stipendium dicitur in l. 1. ff. de var. & extraord. cogn. & præmiũ quia ob recte factum concedatur, vt d. Varro. lib. 4. linguæ latinę, vel salarium, quod quasi salsit laborum requies, vt ait Plin. lib. 31. c. 7. Ex salarijs quædam ex conuentione debentur, quædam extra eam, quia conuentione non possint honestè, vel sufficiẽter promitti nõ possunt, vt in salario aduocatorum, quod peti ab eis extraordinariè potest l. si remunerandi, in princip. & §. monemus, l. salarium, ff. mand. l. 1. C. eo. modo non excedat summam cẽtum aureorum, l. 1. §. aduocatos, & §. licita, ff. de var. & extraord. cogn. ꝙ salarium non deducitur in cõuentionẽ, quod ciuilis sapientia nummo æstimanda non sit, sed debetur gratia remunerationis, vt & præceptoribus, quibus par reddi non potest, cum spiritualia omnibus corporalibus præstent, l. sancimus, C. de sacr. eccl. quibus ideo debetur salarium non minimum, sed pro facultatibus discentium, l. cum plures, §. fi. ff. de adm. tut. l. medicos, C. de profess. & med. lib. 10. Debentur vero expensę ijs qui operas suas locarunt, & per eos non stat quominus pręstent, nec alijs locarint, & etiam si dum ijs inseruiunt in ægritudinem inciderint debent eis præstari impensæ moderatæ, non tamen salarium, nisi aliud obtineat consuetudo. Lop. de contr. li. 2. c. 25. vel nisi sit iudex, cui debetur salariũ, vt supra & concordat Lop. nisi ob suam culpam deserat causam; vt ibi, d. vel ob causam quã à principio potuerit pręuidere, alias secus; Preterea circa operarum locationes, vbi opus sit operarijs pro publica necessitate, cogi possunt operarij ad locãdas operas suas, modo id fiat iusta mercede, & in tempore opportuno, vt ob id agricolæ non dimoueantur ab agris serendi, vel frugibus colligendis. D. Ant. 3. p. tit. 3. c. 4. §. 4. Quod si conductus ad operas præstandas, casu fortuito impeditus est, & fecit expensas ad illas se præparando, eas à conductore consequi poterit, l. pecuniã, ff. de cõd. ob cau. Silu. locatio, §. 12. Quod si quis promisit seruire per annum, & infirmetur, non tenebitur id alio anno supplere, gl. in c. si propter, de rescr. in 6. l. cũ hęres §. stichus, ff de statu liber; & si per annũ seruire ꝑmisit, & per sex menses hiemis tantũ seruiuit, minus aliquid dimidio stipendio anni habere debebit, si in sex ęstatis, aliquanto plus, quia magis laboret, vbi scilicet in agris colendis operas locat, secus si domi, & maxime in ciuitate, quia sic debetur pro rata temporis: Quod si merces iusta non præstetur famulo, & tamen herus egebat eius opera, quia secus est si non egebat & illo rogante eum conduxit, quia potest de illa minuere, vel non præstat consuetam, vbi de pretio non est conuentum, potest sibi occulto compensare, si aliter sibi via iuris non potest prouidere, nec eo casu tenetur id reuelare ad mandatum iudicis pręcipientis furtum factum domino sub pœna excommunicationis latæ sententiæ reuelare, qui & iurare potest se id non scire, ea intentione scilicet quod sit reuelandum, & modo in prædictis bis idem non recipiat. Aduertendum vero pro intelligentia prædictorum, quod aliqui famuli seruiunt tantum aliquibus diebus

Salarium quid sit, cui debeatur, & qualiter, vel non.

diebus hebdomadæ, vel horis diei, vt illos vel illatas comitando, quibus tanta merces non debetur vt ijs qui assiduo seruiunt. Alij qui per otum annum assiduo seruiunt, quibus debetur cõsuetum salarium ẽt si à principio nil sit conuentum; c. sunt nonnulli 2. q. 2. l. si non fortẽ §. libertus, ff. de cond. alij quęrunt dños, & interim apud aliquẽ degunt, qui eis non eget, quibus præter victum & hospitium nil vltra datur, vel parum, & iustè. Nau. c. 17. nu. 139. Alij, qui pagij dicuntur, qui in ciuili conuersatione & moribus instruuntur, quibus nil præter victũ & vestitum præbetur. Et vbi quis seruit minori pretio consueto, & necessitate id facit rogans qui eum capiat, qui si non eget multum eius seruitio, vt supra, quia alios habeat, potest salarium minuere, alias secus, si vero minuit famulus pretium vt sibi conciliet gratiam domini, vt inde fauores vel honores consequatur, maius stipendium conuento accipere nõ potest, nec aliter sibi compensare, cum reliquum liberaliter donet, si vero ijdẽ ideo minuunt preciũ quia sperẽt de iustitia ab ijs in alio recompensari, quib. ideo debetur integra merces si hæc intentio est dñis significata & ipsi eorum seruitio egebant, alias sat est dare conuentũ, vt supra, si vero ideo minuunt pretium, quia sperent ex gratitudine tantum, & non ex iustitia aliquid sibi fauoris, vel premij impertiendum, tunc domini ex iustitia ad plus conuento nõ tenentur, vnde prædicti sibi, surripiendo, compensare non possunt, nisi, vt supra est dictum. Quod si domi aliquid surripiatur, is tantũ famulus qui rerum custodiæ est deputatus de ijs tenetur, alij non, vt nec si vident aliũ furari, modo non participent in furto, & custos tenetur de culpa etiam leui, Nauar. capitulo decimoseptimo, fol. 81. Lop. de contr. libro secundo capit. 25. ad fi. iudici vero debetur salarium etiam tempore quo ęgrotat, Abb. in capitulo primo de cler. ęgrot. non vero aduocato, quando non seruit, etiã si per eum non stat, nisi cum si conductus non esset, alij inseruisset quod ob id omisit, in foro conscientiæ, & idem de quolibet alio operario, in foro conscientiæ, non autem dum isti vltimi ęgrotant, Lop. d. libro secundo de contract. capit. 28. nec si per eos stat quominus causam expediant, secus si per eos non stat, Lop. d. capit. l. qui operas, l. sed addes, §. fi. loc. l. diem functo, de off. asses. l. cum plures, §. fi. de adm. tut. & si iudex moritur in administratione datur eius hęredi salarium totius anni l. post duos, C. de adu. diu. Iud. l. si quis C. de proximis sacr. seri. C. libro vndecimo, & si sit officialis principis, etiam salarium anni post eius hæredi datur, l. lege, C. de domest. & protecto. libro duodecimo, & statur in his pacto, quod si non adest, consuetudini, vel spectatur operæ ipsæ, & personæ qualitas, l. 1. ff. de var. & extr. & omnes leges operanti mercedem dari iubent, Deuteronom. 24. Leuit. 19. Tob. 4. Mal. 3. Matth. 10. 1. Timot. 5. Ecclesiast. 34. cap. quicunque 12. quæstione 2. Plato, libro vndecimo de legibus, quod si quis promisit operas suas alicui, & per eum non stat sed per conductorem quominus eas præstet, debebit habere salarium si alibi id reperisset, quod si casu fortuito locantis steris, non id consequetur si alibi stipendium non inuenisset in foro conscientiæ, Lopez in instruct. 2. part. capit. 50. & si operarius culpa sua operas promissas omisit, tenetur ad damnum conducentis.

Debet vero salarium doctoris legentis solui in principio anni, vel in medio, Bart. in l. 1. C. de suffrag. in l. per hanc, C. de adu. diu. iud. & etiam habebit integrum salarium si iusta causa legere omittat, Bal. in Rub. de mag. & si ob pecuniam non datã omisit legere, si ob pecunię defectum nõ potuit fungi officio, habebit salarium, alias secus, Abb. in c. peruenit, de iureiu. & si sub vsuris pecunias accepit ob dilationem solutionis, debet ei restitui damnum passum, vt l. per hanc, C. de erog. mil. ann. libr. duodecimo.

Datur porro actio in hoc contractu ex locato locanti, & debetur ei merces cum vsuris si debitor sit in mora, l. pręses prouincię, l. legem, ff. loc. & iurare potest in litem, & omnia inuecta in prædium rusticum sunt tacite hippotecata

pro solutione pensionis, vt dixi tract. de vsur. cap. de pignore l. certi, C. eo. & locatio non probat dominium nec possessionem cum is possideat nomine domini, vel dominus per illum c. inter dilectos, de fid. instrumen. & si cum domino litiget de proprietate, debet prius rem domino restituere, alias non auditur l. si quis conductionis, C. loc. & si perduret in detentione rei locatæ vsque ad sententiam, exemplo inuasoris, eam & æstimationem soluere cogitur l. penul. C. locati. conductori vero datur actio ex conducto si dominus alienauit, c. vulteranę 12. q. 2. Finitur demum locatio finito tempore conuento, post quod vtriq; liberi sunt & fideiussores, nec cogitur quis relocare eidem, nisi tacite renouetur locatio, vt supra l. inuitos, l. si cum hermes, l. ne cui. C. locati.

De censibus. Cap. XLIII.

Videnda quę de hac re dixi tract. de vsuris cap. 10. & circa hoc videatur Bulla Sixti V. & sanctissimi Clementis VIII.

SVMMARIVM.

1. Emphiteusis quid sit, & vnde dicatur.
2. Emphiteusis, vt contrahatur.
3. ex Emphiteusis natura quæ veniāt, vel non, & vt amittatur.

De Emphiteusi. Cap. XLIIII.

1 Emphiteusis qd sit, & vnde dicat. EMphiteusis, gręce, latine melioratio dicitur, olim enim emphiteoticabantur tantum steriles res, vt inde meliores redderentur cultura, fructus sibi interim applicando, post tamen permissum est etiam res fertilissimas in emphiteusim dari posse, l. 1. C. de iu. emphit. auth. perpetua, C. de sacros. eccl. & est contractus medius inter venditionem, & locationem, nec differt à liuello, & variè nominatur iuxta varias regiones, dicitur enim emphiteusis, firma, liuellum, &c. & inde emphiteota dicitur qui rem immobilem hæreditario iure colendam, vel meliorandam sub certo pretio, pactis & conuentionibus perpetuo vel ad tempus, vt in secundam, vel tertiam generationem, accipit, §. emphitesim, auth. de nō alien. Si tamen fundus sit ecclesiasticus non potest dari in emphiteusim in perpetuum, l. nulli, C. de rebus eccl. non alien. glos. in clem. 1. de rebus eccl. non alien. imo hodie nec ad tempus sine Papæ licentia, cum emphiteusis sit alienatio, vt d. Rodoanus, de rebus eccl. non alien. q. 2. cap. 22. in prin. & numero 39. 40. 41. & habetur in cap. ambitiosæ, de rebus eccl. in extr. comm. si tamen res ecclesiæ sit ruinosa potest dari in emphiteusim etiam in perpetuū, per quod verbum intelligitur transire in hæredem etiam extraneum, vt ibi d. Rod. nu. 40. cum d. bita tamen solemnitate per d. Extrauag. nisi sit antiqua emphiteusis, & solita emphiteuticari, quia tunc emphiteuticatur sine solemnitatibus, imo antiquam emphiteusim finitam tenetur prælatus concedere hęredibus emphiteotę, Rod. ibid. num. 14. 25 Nec potest pater rem filij in qua habet tantum vsumfructum perpetuo dare in emphiteusim, Lop. de contr. lib. 2. c. 31. in prin. & si filius renuntiat paternæ hęreditati, si sit accepta pro hęredibus non potest emphiteusim habere, secus si pater accepit pro se & filijs, Lop. ibi.

2 Emphiteusis vt contrahatur. Contrahitur autem iste contractus scriptura interueniente, nō aliter l. 1. C. de iu. emphit. idq; vel sine temporis pręfinitione, vel in perpetuum, vel ad certū tempus, vel vsque ad certam generationem, & quod tempore concessionis aliquid domino detur, & quod nouus emphiteota per dominum non alium ponatur in possessione, l. si. C. eod. & in hoc contractu cōceditur sola naturalis possessio, vel dominium vtile, domino apud se directum dominium retinente, & proprietatem, & ciuilem possessionem, pro certa annua pensione, §. adeo. Inst. loc. & potest constitui tantum in rebus immobilibus, quia in rebus mobilibus non potest separari dominium vtile à directo, vt-

vt est hic, vnde emphiteota non potest præscribere l. male, C. de possess. triginta annorũ, quia non habet, vt supra, possessionem ciuilem quæ requiritur ad præscribendum, l. acquiritur, §. fi. ff. de acqu. rer. dom. sed habet possessionem naturalem tñ, vt & vsufructuarius, d. §. adeo, & licet supra dictum sit in ea requiri scripturam, per consuetudinem tñ id est abrogatum circa contractũ hunc vel pacta quę sũt eius naturę, secus si pacta sint extra eius naturã, gl. in d. l. 1. potest vero in emphiteusim dare q̃ potest & alienare, & etiam ꝓbabile est, ꝙ pater qui habet vsumfructum in bonis aduentitijs filij, l. fi. §. hoc proculdubio, C. de bo. quę lib. possit talia bona dare ratione vsufructus in emphiteusim, sed filius potest patre mortuo, id reuocare, Silu. emphiteusis, q. 18. nu. 25. prælatus vero non potest rẽ ecclesiæ concedere in emphiteusim suis consanguineis. Rodoanus loco infra citando, numero 31. ꝙ intelligitur si adsit fraus, alias permittitur vt ibi. d. ex Abb. in c. vt super, de rebus eccl. vbi & d. res ruinosas ecclesię posse dari in emphiteusim cum diminutione sextę partis pẽsionis, si non inueniatur plus, alias, quod ecclesia restituitur in integrum.

3 *ex Natura emphiteusis quę veniãt vel non, & vt amittat.* Ex natura vero huius contractus multa veniũt, primo, quod emphiteota quotannis pensionem conuentam soluere teneatur, quæ durante hoc cõtractu, nec augeri nec minui potest nisi de consensu vtriusque, & si non soluerit statuto temporę res cadat in commissum, l. fi. C. de iur. emphit. l. ex vectigali, ff. de pign. & potest expelli authoritate iudicis, glo. in l. 2. C. eod. Abb. in c. potuit, locati, non autem id agere potest propria authoritate, vt ibi d. Abb. Hanc vero pœnam incurrit emphiteota priuati qui triennio non soluit canonem vel pensionem, is enim ipso iure cadit à iure suo, nec requiritur necessario sentẽtia, Host. in d. cap. potuit, Salic. in l. 2. C. eo. Castr. in l. fin. eod. titul. requiritur tamen declaratio voluntatis domini, quod velit emphiteotam ipso iure priuari Bart. in l. 2. C. eod. & etiam requiritur declaratio quod emphiteota fuerit in mora soluendi, l. ex vectigali, ff. de pign. Si vero sit emphiteota rei ecclesiæ si per biennium cessat soluere cadit ipso facto à iure suo, nisi celeriter soluãt, cap. fi. extra locati dicitur vero celeriter soluere si non expectat libellum, vel requisitionem, ante enim requisitionem in iudicio, vel extra, admittitur purgatio moræ, imo & tunc admittitur si statim sine termino, vel dilatione soluit, Io. And. Innoc. in d. capit. potuit, Bald. in addit. ad Spec. titu. de loc. quæ purgatio moræ admittitur tantum in emphiteusi ecclesiæ, non autem priuati, vt d. Ang. & Imo. in l. si insulam, de verborũ obligationibus quia mitius agit ecclesia quàm priuatus. Sunt tamẽ aliqui casus quibus cessans biennio vel triennio soluere non cadit à iure suo, scilicet si dominus tenebatur emphiteotæ de eadem vel maiori summa, Abb. in cap. bona fides, de depos. quia compensans dicitur soluere, l. amplius, ff. rem ratam hab. glos. in l. si constat, C. de compens. vbi habetur compensationem fieri ipso iure, etiam si ante lapsum biennij vel triennij non fuerit opposita compensatio, Innoc. in d. capitu. bona fides, Ang. in l. semel mora, ff. sol. matr. Ias. in l. 2. C. eo.

Secundò, id fallit, si non soluit sine sua culpa, sic distinguendo, quod si fuit plures hæredes, & omnes præter vnum soluunt pensionem, non cadunt si totam soluunt, si vero non totam soluunt omnes cadunt, vnde totam soluere debent & post agere contra non soluentem, aliter locata res cadit in commissum, Bar. & alij in l. fraudati, ff. de publica. Si vero est vnus tantum hęres, & per triennium soluit tantum partem, vt ex decem quinque quotannis, in totum cadit, Iason. in l. 2. C. eod. Bar. in Rubr. C. de contr. empt. Imol. in d. capit. potuit, nisi per errorem minus fuisset solutum l. q̃uis rationes, ff. de cond. & dom. & idẽ probabiliter etiam ex ęquitate saltem, si ex paupertate cessauit soluere. Quod si hæres ignorans rem esse emphiteoticã, non soluit, cadit, glos. & Bart. in l. 2. C. de iur. emphit. sed restituitur ex æquitate, nec minor cadit, l. fin. C. in quibus cau. rest. in integrum. Guid. Pap. quæstione 416. num. 1. 2. ei enim non currit

triennium, nec qui soluit partem. Guid. ibi. num. 3. & quæst. 174. vt nec si datur compensatio. Tiraq. de vtr. retr. titul. 2. §. 3. glos. 13. num. 4. & adultus restituitur Guid. d. quæst. 416. nume. 3. & vbi quis cecidit, ex stilo requiritur declaratio iudicis parte recitata, Guiddo pap. quæst. 107. nume. 1. quod si hæreditas triennio vacet, in quo emphiteota non soluit, nõ cadit, nec expelli poterit, Bal. in l. 3. C. eo. quod intelligitur modo deponat pensionem iuxta formam l. 2. C. eod. & l. acceptam, C. de vsur. alias cadit. Si etiam filia est instituta hæres in certa re, & iussa esse ea contenta, nec posse de suis bonis plus petere, non priuatur emphiteusi nec dote materna, Bart. in l. vt iusiurandi, §. si liberi, ff. de op. lib. etiam, quod bona ei relicta sint vltra legitimam, quia dos est æs alienum, quod deduci debet ex hæreditate, quod si tutor pupilli habens emphiteusim à pupillo, per triennium non soluit, cadit, quia debuit exigere à seipso l. si pupilli, ff. de negot. gest. Vbi vero pendet controuersia inter dominum, & emphiteotam super emphiteusi, & emphiteota soluit pensionem protestando quod non soluit nomine pensionis, si dominus post obtineat, cadit, arg. l. 1. de solut. modo debeat ex alia etiam causa, quia tunc potuit eligere ex qua causa solueret, d. l. 1. secus si ex nulla alia causa debebat, quia tunc protestatio, vt contraria facto, non tenet vt not. in cap. cum M. de constitut. Quod si emphiteota cessat triennio soluere quia detinebatur in carceribus, vt legitimè impeditus, non cadit, vel saltem debet restitui, Butr. in capit. significante, de pign. Ias. in l. 2. C. eod. & idem probabihtur tempore belli, vel pestis, si vero quis accepit emphiteusim pro se & suis filijs ac nepotibus, & primus, vel secundus non soluit vel alienat, nocet sequentibus, Bart. in l. eum qui, ff. de interd. si vero aliter delinquat, ob quod bona publicentur, remanent apud hæredes eius quia ea non habent ab illo, sed iure suo, l. vt iusiurandi, ff. de op. lib.

Ampliatur vt etiam ecclesia cessans soluere canonem alteri ecclesiæ per biennium cadat. Rodoanus in d. loco, nu. 17. qui, & ibi d. quod si emphiteota vagatur per mundum, nec scitur vbi sit, vel viuat, qui reliquit procuratorem qui soluat, potest ecclesia talem procuratorem non admittere, & rem recuperare, nisi per coniecturas appareat eum viuere, quod intelligitur si res data ei sit in emphiteusim pro eius vita tantum, secus si & pro eius hæredibus.

Declaratur vero, vt emphiteuta ecclesiæ non cadat, nisi prælatus ecclesiæ velit, vt ibi d. Rodoan. numero 13. secundo declaratur, vt exceptio canonis non soluti non opponatur nisi per dominum, non autem per tertium, vt ibi, d. nu. 14. tertio declaratur, nisi adsit consuetudo, quod cessans per biennium non cadat, vt dicit Rodoanus, loco cit. numero 18. nec potest episcopus sine capitulo recipere canonem ab emphiteota qui cecidit ob solutionem non factam, vt ibi d. nu. 33. & censetur remissa caducitas si prælatus post eam recipit pensionem, & habebat facultatẽ de nouo locandi, vt ibi d. nu. 34. & si durat eadẽ causa, vt dicit, Siluest. d. verbo. nu. 16. q. 14. alias non, vt quia res ab antiquo esset consueta emphiteuticari, vt supra, quarto, declaratur, quod si alius soluit pensionem, & non emphiteota, non cadit, verum est tamen, quod dominus potest non recipere pensionem ab isto tertio, Silu. emphiteusis nu. 17. quinto declaratur, quod si destruitur res emphiteotica, vt domus igne, & reparetur, non teneatur emphiteota qui reparauit, perseuerare in solutione pensionis, Math. in l. 1. C. de iu. emphit. Silu. d. loco nu. 13. q. 7. sexto declaratur, vt emphiteota nõ possit relinquere rem dño cõtradicente, vt se liberet à pẽsione, Silu. ibi. nu. 12. q. 6. nisi leget vel donet, vt sup. séptimo declaratur, si emphiteuta simul velit soluere per multos annos non possit dño contradicente, quia pensio datur ob recognitionem dñij, quia non fit simul anticipate soluendo, Silu. ibi. nu. 14. q. 8. octauo declaratur, quod si dñs recipit pensionẽ ab emphiteota qui cecidit, si prius expulit eũ & postea petit pẽsionẽ sibi non p̃iudicat, secus si nõ expulit, nisi protestatus sit nolle sibi p̃iudicare, & iure sibi nõ p̃iudicat. Silu. ibi. nu. 15.

&

& etiam recipiens canonem pro tempore præterito, præiudicat ecclesiæ super caducitate Capyc. decis. 18. nu. 10.

Secundo, ex natura huius contractus emphiteota alijs quoque casibus cadit à iure suo, primo, quando negat pensionẽ domino petenti, & scienter se negat eius emphiteotam, quia illum in dominum recognoscere debet l. plures, C. de fid. instrum. nisi iusta ignorantia eum excuset, Innoc. in c. cęterum, de iudic. secundo si emphiteota vendit rem emphiteoticam sine domini voluntate, modo res sit tradita. Imol. & Salic. in l. fi. C. eo. Doct. in ca. potuit, de loc. Rodoanus in loco cit. nu. 22. nec etiam si sit tradita hac conditione, vt si dominus vult emere pro eodẽ pretio, emens illi eam restituat. Ang. in l. voluntas, C. de fideicomm. vel si venditur sub hac conditione si consensus domini accesserit, quod si vendit simpliciter, & postea redimit, adhuc cadit, quia per alienationem ius est domino quæsitum, vnde sine eo ab ipso auferri non potest, & si duo sint domini emphiteusis, & vnus sine alterius consensu vendidit, is solus cadit, cum puniri non debeat qui non deliquit, l. hęres ff. de his quibus, vt ind. quod si alienauit quis rem emphiteoticam solum pro parte, adhuc cadit à toto, Ias. in l. fi. C. eo.

Vbi vero emphiteuta ecclesiæ vult vẽdere suas meliorationes, vel dominiũ vtile, debet prius requirere prælatum ecclesiæ, dum res venalis exponitur, si vult emere, cap. scire. 7. q. 1. nunciando ei verum pretium oblatum, l. fi. C. eod. & si ecclesia non respõdet debent labi duo mẽses, c. fi. de loc. nec is debet vendere personis prohibitis, de quibus glo. in d. c. vt duces, qui facile conueniri non possunt, qui non sunt soluendo, pauperes, mulieres, vel potentiores quàm emphiteota, ita quod non possint facile conueniri, Abb. & Io. And. in d. cap. fi. vt & vendere debet solum dominium vtile & meliorationes quas fecit, & dummodo non ceciderit prius à iure suo non soluendo, arg. l. nemo, ff. de re iud. quibus seruatis domino recusante emere, vel non respondente, potest vendere, alias non, potest tamen frater alter Fratri alienare quando habet emphiteusim paternam ecclesiæ Bald. in l. voluntas, C. de fideicom. si vero sit emphiteota priuati non requiritur tanta solemnitas. sed sat est si requiratur dominus si vult emere, nec vendatur potentioribus, & huiusmodi, à quibus pensio commodè haberi non possit, alias non l. fi. C. de iu. emph. glo. in d. c. potuit, superficiarius tamen ecclesię, qui supra fundum ecclesię ędificauit domũ, in venditione eius tenetur seruare solemnitates de quibus supra, Bart. in l. 1. §. pen. ff. de superfic. & cadens à solo cadit à superficie, Bald. in auth. qui res. C. de sacr. eccl. Nec potest etiam emphiteota rem donare, irrequisito domino, Guid. pap. 446.

Potest tamen emphiteota priuati domino irrequisito, saluo iure dominico, donare suas meliorationes quas fecit in re emphiteotica gl. Bal. & alij in l. fi. C. eod. glo. & Doct. in d. c. potuit, & idem est in emphiteota ecclesiæ, Bald. in d. l. fi. saluo tamen iure ecclesiæ, si id facit, Rod. in loco cit. nu. 35.

Potest etiam legare, & in solutum dare, & pignori obligare, & dare in dotem, & instituere hęredem in eius melioramentis etiam extraneum, saluo iure ecclesiæ, domino irrequisito, & prædicta durãt, dum emphiteusis durat Ci. Butr. Bal. in d. l. fi. Rodoanus, d. c. num. 21. 22. testans de communi, & etiam potest permutare; saluo quod si est ecclesię, probabile est quod non possit pignorari, vt nec dari in solutum nisi iudicis authoritate. Debet tamen ijs casibus prædicta alienans, requirere dominum, vt donatarium, vel illos de quibus supra recipiat in nouum emphiteotam, pro qua receptione, & noua inuestitura debet duobus mensibus expectari, & solui laudemium. Silu. emphiteusis, nu. 23. 24.

Non potest tamen emphiteuta facere alium emphiteutam, quia est alienatio. cap. nulli, de rebus eccl. non al. vbi Io. And. Bald. in auth. nisi C. ad Treb. nisi fieret ad modicum tempus, & tunc si nouus emphiteuta vult alienare, tenetur requirere dominum directum, & non primum emphiteotam, gl. in l. fin. C. de iu. emphit. potest tamen rem illam locare,

te, non transferendo dominium vtile, vel ius vtile, Silu.d.verb.nu. 20.q.14.

Tertius casus, in quo emphiteusis amittitur est quando res est emphiteuticata pro se & suis heredibus filijs & nepotibus, tunc enim si filius vel nepos repudiat hereditatem, cadit ab emphiteusi. Bar.in l.vt iusiurandi, §. si liberi, ff. de op.lib. secus si non poneretur, verbum, & heredibus, quia sic recusata hereditate non caderet, quia concessio, in primo casu requirit vtrunque. Sic si quis accipit emphiteusim pro se & suis liberis vel filijs, & moritur sine legitimis, relictis tamen naturalibus, reuertitur ad dominum, quod verum est si concessio sit facta ab ecclesia, quia non cogitauit de illegitimis cũ non possint haberi sine peccato, secus in emphiteusi priuati, Bar.in l.ex facto §. si quis rogatus, ff. ad Treb. Silu.d.verbo.q.5.nu.11.ver.3.& 4. Rodoanus, d.c.in fi.

Quartus casus, in quo emphiteusis amittitur est propter deteriorationẽ rei factam etiam si sit priuati, auth.qui rem C.de sacr. eccl. quod procedit si deterioratio sit notabilis quantitatis, pro modica.n. contractus non rescinderetur, secundo, si deterioratio est perpetua, vt si vinea nõ putetur vel arbores incidantur, secus si deterioratio sit circa fructus qui sunt emphiteotę, Bal.in d. auth. tertio modo si deterioratio occurrat ex lata culpa, vel leui, non aũt leuissima, nec hoc casu requiritur sententia iudicis, Ias.in l.2.C.eo.

Quintus casus, in quo emphiteusis amittitur est quando emphiteota non seruat pacta in contractu apposita. Rodoanus, d.c.nu.19.

Sextus casus, vbi finitum est tempus concessionis, & exceptio emphiteusis finitę opponi potest etiam per tertium, Rod.d.c. nu. 15.

Vbi vero quis cadit à iure suo in casibus præmissis, vel quia finitum est tempus concessionis, emphiteota non potest repetere meliorationes quas fecit, l. emptor ff. de rei vend. quia hic est contractus meliorationis, & ideo meliorationes rei accedunt, Abb.in c.fi.de loc. Rodoanus, d.c.nu. 17. in fi.

Tertio, principaliter ex natura huius contractus venit, quod si res emphiteotica ex toto perit, vel ex parte, vel aliquo casu fructificare destitit, si tota res emphiteotica pereat, liberatur in totum ar. l.1.C.de iu.emphit. sed propter sterilitatem, licet maximam contingentem in fructibus, non fit remissio, licet aliud sit in colono. c. propter. loc. quia conductor conducit sub spe futurorum fructuum, vnde illis deficientibus fit remissio, emphiteusis vero fit ob recognitionem directi dominij quod remanet penes dominum, ideo non cessat ratio soluendi ob tenuitatem fructuum, cum & emphiteota ob id multo minus soluat, quàm colonus, vt d. Rodoanus, d.num. 8. 9. Abb. in capit.potuit.loc. Si vero res pro parte pereat, vel fructus, tunc aut quid minimum soluitur in recognitionem dominij, & tunc nõ fit remissio pensionis propter sterilitatem dum durat substantia rei, si vero soluitur pensio respondens fructibus fieri debet remissio vt & colono ad lõgum tempus, ita quod si fructus percepti casu non ascendunt ad dimidiũ eius, quod percipi cõsueuit, non debetur pensio integra ar.§.quia vero, auth.de nõ al. Vnde si tempore belli fundus coli nõ potuit, si soluitur pensio corrispondens fructibus, non debetur, Bart. in d. l. 1. Si vero quid modicum soluitur si tota res perit sine spe eius recuperandæ, vel si ab hostibus sit detenta, non debetur pensio, secus si infra dimidium perijt, & si quis soluit iuxta fructus ei fiet restitutio pro rata etiam si sit spes recuperandi, Silu.d. verbo.nu. 4.5.6.1.

Vbi vero, vt supra, quis cecidit ob non solutionem, & res ad ecclesiam sit reuersa, potest prælatus eam iterum illi dare sine solemnitate si prima causa concessionis duret, vt quia erat castrum, quod propter custodiam erat ecclesię dãnosũ, & huiusmodi, quia non est noua alienatio, sed executio ordinationis priscę; sed si cesset causa concessionis, vt quia ager datus ad colẽdum, ex cultus reuersus est ad ecclesiam, tunc non potest dari in emphiteusim sine solemnitate in alienatione rei ecclesiæ requisitę. Abb.in c.vt super, de reb. eccl. nõ al. quod intelligitur quãdo alteri quàm ei qui cecidit vel eius

here.

heredibus traditur, vel si ecclesia iamdiu eius rei habuit possessionem, secus quando datur ei qui cecidit, vel eius hæredibus, arg. d. c. fi. loc. & res est recens, quia datur purgatio more d. cap. potuit, Silu. verbo cit. nu. 16.

Quarto principaliter, in hac emphiteusi iniri non possunt pacta quæ sint contra substantiam cōtractus, secus contra accidentalia, vt d. Bar. in l. 2. C. eo. vnde si fieret pactum quod emphiteota nō teneretur ad soluendā pensionem, non valet, quia est contra substātiam contractus, si vero ineatur quod licet non soluat, non possit pelli, valet quia est cōtra accidentalia, vt d. Silu. d. verbo. nu. 18. q. 22. qui & d. ex Spec. quod pactum valet vt si tota res pereat, adhuc soluatur pensio, quod mihi non probatur, cum deficiente fundamento corruat omne quod superędificatur, & est tex. in l. 1. C. eo. & si emphiteota promisit pœnam si nō soluit, & offerat pęnam lapso tempore, adhuc poterit expelli, vt ibi d. & bene.

Quinto, cum dominium directum remaneat penes dominum in hoc contractu, & dominus recognoscatur ab emphiteota, ideo non potest vllo tempore præscribere contra dominum rem emphiteoticam, l. male, vbi gl. & Doct. C. de prescr. 30. ann, nisi interuertisset possessionem, possidēdo nomine proprio, cū prius possideret nomine alieno, quam tamen interuersionem non potest solo animo introducere l. cum nemo, C. de acq. poss. sed bene facto interueniente, l. cum fundum, l. colonus, ff. de vi & vi arm. & modo concurrant ea quæ requirūtur ad veram præscriptionem, de quibus loco suo tr. de præscriptione est actum.

Sexto, si emphiteota ecclesiæ ingreditur monasterium, succedit monasterium, modo infra annum id ius vendat, saluo iure Dominico, Feli. in c. in præsentia, de probat. & etiam potest legari ecclesię, vel hæres instituti, dumtamen id vendat, & idem si emphiteusis adueniat iam ingresso. Silu. d. verbo. q. 20. nu. 27.

Septimo, antiquam emphiteusim finitam tenetur prælatus concedere hæredibus emphiteotę vel successoribus, Rod. d. c. nu. 25. quod intelligitur de descendentibus non autem de ascendentibus, vel agnatis, vt ibi d. nu. 26. nisi sit in eius persona ex pacto finita.

Vbi porro emphiteusis transit in aliū emphiteotam, solui debet laudemium, per nouum emphiteotam, quod est pars quinquagesima pretij rei emphiteoticę, l. fi. C. de iu. emphit. de consuetudine vero est pars trigesima, quæ vbi adest est seruanda, alias seruandum ius commune, & hoc laudemium solui debet etiam in foro conscientiæ, Nau. c. 23. num. 65. ante tamen declaratoriam iudicis, id nō soluens, non cadit à iure suo, & quando soluitur de terra vbi sunt ædificata palatia, debetur etiam ex valore palatiorum, cum cedant solo, l. 1. §. quod ait, de superficiebus. Fallit tamen id in multis casibus, primo, si emphiteusis concedatur per donationem, vt d. Spec. tit. de leg. vel per legatum, secundo, Fallit quando quis adipiscitur emphiteusim ratione hereditatis, cum heres propria authoritate possit adire hæreditatem, §. in omnibus, auth. de her. & Falcid. quod intelligitur, si filius instituatur heres, vel succedit ab intestato, nō autem si extraneus, glos. & Doct. in d. l. fi. vel nisi consuetudo sit in contrarium, quia tunc debetur, tertio, Fallit quando res emphiteutica fuit vendita, & tradita, si post retrodatur ex antiqua causa, quia non videtur noua traditio, sed prima, sed si est retrotradita ex noua causa laudemium debetur, arg. l. quicunque, C. de seru. fug. quarto, vbi quis vendidit, sed re integra recessum est à venditione, cum dominus non habeat mittere nouum emphiteotam in possessionem, saltem ex æquitate, licet de rigore iuris contrarium stare possit, quinto, quando alienatio est necessaria, vt si pater ex emphiteusi dotat filiam non habens alia bona, Bat. in l. & ideo, ff. de cond. furt. vt nec si plures habentes rem emphiteoticam communem, eam diuidunt inter se, quod possunt l. voluntas C. de fideicom. Bar. in l. & ideo, ff. de cond. furt. non tamen possunt eam inter se alienare domino irrequisito, vt d. Silue. d. verbo. q. 21. 22. nu. 28. 29.

Debet finaliter dominus approbare

nouam inuestituram, & si filius eam facit in bonis in quibus pater habet vsumfructum, ipse filius debet id approbare, Silu.d.verbo.nu.20. q.22. vbi & d.quod si vnus est proprietarius, & alius habet vsumfructum, laudemium debetur proprietario, & similiter si emphiteota cadit ob non solutionem, vel aliter, acquiritur ei non vsufructuario, quod ęquum est, vt d. Io. And. saluo tamen vsufructu vsufructuarij. Quod si dominus directus emit melioramenta à suo emphiteota, nō debetur sibi laudemium, Abb. in l.fi.C.eo. Silu.in d.verbo.in fi.

SVMMARIVM.

1 Feudum quid sit, & vnde dicatur.
2 ad Feudum constituendum quæ requirantur.
3 Feudi species quæ, & earum natura.
4 Feudari quæ res possint vel non.
5 Feudum dare quis possit.
6 Feudum quibus concedi possit, vel non.
7 Feudum qua forma concedendum.
8 Feudi commoda, & onera quæ.
9 Feudum vt acquiratur.
10 in Feudo vt succedatur.
11 Feudum an alienari possit.
12 Feudum vt amittatur, & cui acquiratur.
13 Feudum an dominus quandoque amittat.
14 Feudorum controuersia vt dirimatur.

De Feudis. Cap. XLV.

1 Feudum quid sit, & vnde dicatur.

FEudum à fide vel fidelitate est dictum, & beneficiarius fidelis, §.fi. per quos fiat inu. lib.2. feud.tit.3.lib.1. de inuest.feud. titu.10.§. item si fidelis, quibus modis feud. amitt. titul.5. & est beneficium quod ita datur alicui, vt proprietas rei immobilis beneficiariæ rei apud dantē maneat, vsufructus vel vsus illius rei transeat ad accipientem, vt ad eum & hæredes suos masculos siue fœminas, si de his nominatim est actum, in perpetuum pertineat, inuestitura interueniente, ea lege vt illi & eorum hæredes fideliter domino seruiant, siue id seruitium sit expressum, vel indeterminatè promissum, §.in primis, tit. in quib. cau. feud.amitt. lib. 2. feud. Bald. in præl ud. feud. Host. in summa, de feudis, vel concessio rei immobilis facta pro homagio, c.ex diligenti, de sim. vel beneuola actio gaudium tribuens capienti, c.1.§.in primis, quibus modis feud. amitt. vbi And. de Isern. vel vt dicit Rebuff. in tract. de feud. beneuola & libera rei immobilis, vel ęquipollentis concessio cum vtilis dominij translatione, retenta proprietate, pro fidelitate & exhibitione seruitiorum honestorum.

2 ad Feudū quæ requirantur.

Ex quibus constat, quæ requirantur ad rectam feudi concessionem, primo, quod libere fiat & liberaliter, cum ob id beneficium dicatur, quod libere concedatur l.4.ff.de adim.leg. secundo, quod dominium directum remaneat pœnes concedentem, vtile apud feudatarium, c.1.tit.quib.mod.feud.amitt.gl.& Doct. in c.præterea, de capitulis Conradi, vnde & potest agere in iudicio vt dominus feudatarius agendo & defendendo, & vendicando feudum, §. rei autem lib.eo. tit.8.& d.cap. 1. quod non posset si non esset dominus, l.quintus, ff. de auro, & argento leg. tertio, requiritur vt consistat in rebus immobilibus, vel quæ pro immobilibus habentur, §. fi. de feud.cogn. lib.2.feud.tit.1.quarto, vt perpetuo transeat ad filios masculos regulariter, nisi aliud exprimatur, quinto, quod vasallus præstet fidelitatem, & seruitium personale honestum domino, vt eum comitando ad bellum iustum progredientem, alias feudo priuetur, sexto, quod gratis, idest sine præstatione annuæ pensionis concedatur, sed tantum sub seruitio personali, vt in hoc differat ab emphiteusi, in qua, vt supra, datur annua pensio, septimo, quod dominus mittat vasallū in possessionem, octauo, ꝙ si sit cōtrouersia inter vasallum, & ei subditos dominus cognoscit, quia habet personam obligatā iuramento ꝙ præstatur in inuestitura, ideo-

ideò habet iurisdictionem in eius personam. Nonò, ꝙ sine domini volũtate feudum alienari non potest, nec impignorari, nec alius subrogari loco eius, quia est electa persona per dominum. Decimò, ꝙ in feudo fœmina succedere nõ potest, nisi sit cõuentum, vel nisi sit feudum fœmineum, idest fœminæ concessum, quia tunc deficientibus masculis ad fœminas pertinet, tit. de benefic. fœm. vel si sit eo pacto quæsitum, vt deficientibus masculis ad fœminas deuoluatur. §. filia. tit. de success. feud. Vndecimò, ꝙ vassallus nõ potest alium vassallum facere sine domini voluntate, cum electio, vt supra, sit facta personæ. Duodecimò, ꝙ non præstatur cẽsus, nec quicquam in introitu, sed tantum seruitium certum vel incertum, ꝙ tamen nõ tenetur præstare, nisi requisitus à domino. Decimotertiò, ꝙ potest renunciare absolutè feudo sine domini voluntate, cum in eius beneficium sit datum, cui potest renunciare. Ex quibus colligitur, ꝙ si quid conceditur in feudum pro pecunia, frumẽto, & huiusmodi, non est feudum, sed locatio. Rod. de alien. rer. eccl. q. 2. c. 27. nu. 18.

Diuiditur autem feudum in propriè dictum, & impropriè, propriè quando illa concurrunt, de quibus supra, impropriè, vbi prędicta non concurrunt, tit. de feudo non habente propriam nat. feudi.

3 Feudi species quæ, & earum natura. Rursus feudum propriè habet multas species, & primò eam quæ dř regale, vel dignitatis, debet enim habere dignitatẽ, vt Principatum, Ducatum, Marchionatum, vel comitatum, & quandoq; regiã dignitatem, vt Rex Siciliæ à Clemente Quarto feudum accepit. clem. pastoralis. §. rursus. de sent. & re iud. & requiritur vt detur à Papa, Imperatore, vel Rege. Doct. in c. 1. de his qui feu. dare poss. Feudum verò non regale est quando dignitas non est data in feudũ, sed res priuata, vt mansus terræ, pagus, vel dignitas à non habẽte potestatem. §. si quis de manso. si de inu. controu. fuer. lib. 1. feudum tit. 4. Feudum etiã aliud dicitur nouum, quando quis primus de eo fuerit inuestitus. §. 1. qui testes sint necessar. ad prob. nouam inuest. lib. 2. tit. 9. cui opponitur vetus. §. 1. per quos fiat inuest. feu. lib. 2. ti. 3. Aliud dicitur paternum, ꝙ est vsque ad quartum gradum descendentium. c. 1. §. hoc quoque. & ibi Bal. de succ. feu. lib. 1. tit. 8. c. 1. §. 6. de grad. success. in vsib. feu. §. hoc quoque sciendum. de ijs qui feu. dare poss. lib. 1. Feud. tit. 1. & post quartam generationem dicitur antiquũ. Bal. loco cit. licet hæc confundantur. Aliud dicitur rectum, sic dictum quasi purum, ꝙ in eius constitutione seruitia determinata non sunt, vel ꝙ possessionem feudi accepit ex licentia domini præsentibus paribus curiæ, secus si præsens nõ fuisset curia. tit. de consuet. rect. feu. lib. 2. tit. 33. c. j. de cap. qui cur. vend. lib. 2. feud. 51. c. 1. & ibi gl. 2. de consuet. rect. feud. cum c. 1. quibus modis feudũ constitui potest. Vel rectum, optimũ firmum perpetuum, ꝙ irreuocabile est. c. 1. §. item si vassallus. si controu. fuer. de inuest. cum c. 1. de feud. gar. & sic dicitur feudum, ꝙ datur beneficiario, & suis hæredibus. Barb. cons. 56. inter cons. Alex. t. 4. minus verò esset si esset datum pro se, & suis liberis, quia veniunt tantum filij, non alij. Alex. cons. 10. 3. vol. Feudum verò conditionatum est, quãdo seruitia sunt determinata. Aliud præterea est paternum, cuius natura est, vt competat tantum masculis descendentibus liberis. cap. 1. §. profectò. de lege Conradi. lib. 2. feud. tit. 34. Maternum aliud vt primum masculis, tum fœminis possit accedere. c. 1. de feu. fœm. lib. 2. feu. tit. 30. licet quis pro se, & liberis masculis, & fœminis inuestiturã accipiat. c. 1. de eo qui sibi & hæred. suis. lib. 2. feu. tit. 17. licet, vt supra, paternum dici possit à maioribus quæsitum, maternum ꝙ fœmina ex superioribus parentibus acquisiuit. c. 1. §. paternum. de nat. success. feu. ad hæreditarium pertinet & id ꝙ dicitur reale, in quo quis sibi & hæredibus suis prospexisse videtur. c. vnico. de duobus frat. à cap. inu. & ex lege Cõradi pertinet ad nepotes fratres, & patrueles. §. & quia. de ijs qui feudũ dare poss. lib. 1. feud. tit. 1. Regium etiam feudum prorogatur vsq; ad liberos. c. 1. de feudo March. §. in feudo comit. de alien. feu. in vs. feu. Quòd si feudum sit masculinum, vel paternum, hæreditarium, & filij non sint, filiæ existentes

ſtentes heredis in allodialibus ſuccedũt, in feudo verò nec ipſæ, cum iure communi à feudo excludantur, nec agnati proximiores ſuccedunt ſi non ſint hæredes, ſed finitur, & reuertitur ad dominũ. §. hoc autem. de ijs qui feu. dare poſſ. lib. 2. tit. 3. Alex. conſ. 195. vol. Aliud eſt feudum ligium cum quis ſe, & perſonam ſuam iuramento adhibito & omnia bona ſua principi à quo accipit feudum, cuius ante nõ erat ſubditus, ſubijcit, & promittit ei obedientiam, & auxilium præſtare cõtra omnes, à qua obligatione nõ poteſt ſe liberare etiam feudum dimittendo, cũ in alijs ſecus ſit: vt inquit Bal. in c. cæterum, de iud. c. 1. de vaſſallo qui contra conſt. Loth. & in hoc feudo ligio ſolus princeps, nõ pares curiæ, iudicare poteſt. Bal. in d. c. & in ipſo omnia bona vaſſalli veniunt in poteſtatem domini etiam non feudalia modo in feudum ab alio non habeat. Spec. in §. quoniam. ver. 17. de feu. vnde vnus non poteſt eſſe duorum ligius, poteſt tamẽ vnius eſſe ligius & alterius vaſſallus, vt & plurium vaſſallus, quia ſemper cenſetur excepta fidelitas Imperatoris. gl. in clem. paſtoralis. §. rurſus. de ſent. & re iud. l. imperialem. §. fi. de prohib. feudi alien. per Frid. lib. 2. feu. tit. 55. vnde in hoc feudo etiam fœminæ ſuccedunt. Alex. conſ. 30. Tom. I. Aliud dicitur francum, vbi quis non tenetur, niſi ad ſeruitia quæ cõtinentur in forma fidelitatis. Ioan. And. in addit. ad Spec. tit. de præſer. in rubr. nec ad illa tenetur, quæ continentur in forma communi fidelitatis, exceptis maleficijs, in quibus cenſetur iurare. Bald. in prælud. feu. & ideò in hoc ſuccedit eccleſia. Bal. ibi. & in auth. niſi. C. ad Treb. licet alioquin feudorum ſit incapax. §. 1. de alienatum feudorum... feu. lib. 1. feu. tit. 3. quod ſi emanat ab alio, quàm à Rege directè, & pendeat à vaſſallo, qui vult id habere, debet à principe & vaſſallo indemnitatem offerre ſe præſtaturum ſi nouè morticinium impetrauit, & fidelitatis homagium exhibere per prælatum, vel procuratorem. Aegid. deciſ. tit. diſ. c. 7. & 8. & in hoc feudo poteſt teſtari, & id alienare domino irrequiſito ſaluo iure domini. Bal. in authen. niſi rogati. C. ad Treb. Bal. in d. l. j. C. ſi à non compet. iud. Hoſt. in cap. fi. de rebus eccl. non alie. Alia ſunt feuda impropria, vt non rectum, de quo ſupra, & habetur in c. 1. quibus modis feu. conſt. pot. & habitationis, ꝙ non tranſit ad hæredes dantis, ſed accipientis. tit. de feud. & hab. in li. extraord. feud. & ſoldati, ꝙ non eſt propria ſpecies feudi. §. fi. quis dicatur Dux, Marchio, &c. quod non tranſit ad hæredes, ſed eſt perſonale. Bald. in prælud. feud. & de camera, cum ex arca domini capit ſtipendium, vt de cauea quando ex cellario, & gardiæ, quando pro cuſtodia, & gaſtaldia aliquid datur. tit. de feu. gard. & caſtal. lib. 1. feud. tit. 2. & caſtellanorum, & huiuſmodi. Aliud præterea feudum nobile eſt, aliud nõ nobile, nobile ꝙ poſſeſſorem nobilitat, nõ nobile burgenſe. Bal. in prælud. feud. tamenſi nouum feudum datum plebeis nõ nobilitet, ſed antiquum. §. cæteri. quis dicatur Dux, Marchio lib. 2. feu. tit. 10. exceptis feudis regijs, & dignitatis, quę nobilitant paganum. Luc. de Pen. in l. mulieres. col. 2. C. de inco. lib. 10. Aliud pręterea eſt feudum eccleſiaſticũ, aliud ſeculare. c. 1. de his qui feud. dare poſſ. eccleſiaſticum dicitur, ꝙ datur vel ſuſcipitur ab eccleſia proprio nomine, quoddã quòd datur à clerico, non vt ab eccleſia, quoddam ꝙ recognoſcitur ab eccleſia, & clerico. c. 1. de cler. qui inu. fac. c. fi. de capit. Conradi. Seculare, ꝙ non eſt eccleſiaſticum. Aliæ ſunt etiam ſpecies feudi, de quibus Bal. in prælud. & ibi Aluarot. Io. Rainald. in c. imprialem. de prohibit. alie. per Fed. Card. & Inn. in c. fi. de feu. omnia verò feuda generaliter introducta ſunt ob faciliorem belli expeditionem. c. fi. de allod. §. 1. de prohibit. alien. per Loth. lib. 2. feud. tit. 22.

4 Feudari ꝗ res poſſint vel non.

Quo verò ad res quæ in feudum dari poſſunt, certum agros olim aſſignari ſolitos dari militibus veteranis in pręmiũ laborum, & virtutis. l. item ſi vberatum. §. item ſi fortè. de rei vendit. l. Lucius. de euictio. licet id variatum ſit, & in Gallia feuda nobilibus data ſunt, vt eſſet exercitus equeſtris, & pedeſtris paratus, ita vt qui feudum quingentarum librarum haberet, equitem loricatum exhiberet grauis armaturæ, ęt cęterum equitem le-

nis

uis armaturæ, vel peditem cum seruo; si ducentum peditem hastatum armatū, & galeatum, si minus habet contribuat pro rata parte.

Generaliter verò res illa dari in feudum non potest, quæ alienari non valet. §. sed etiam res. per quos fiat inuest. li. 2. tit. 3. & eius esse debet qui dat in feudū, aliter fur dicitur. l. si pignore. §. 1. de furtis; & qui habet feudum, partem in feudum minoribus valuassinis dare potest, modo milites sint idonei seruitio, & ei æquales. §. 1. quis dicat. Dux, Marchio, &c. cap. similiter. de lege Conradi. lib. 2. feud. tit. 34. Communis etiam res feudo dari potest pro ea parte, qua communi diuidundo potest separari. §. item sciendum. de nat. feud. lib. 2. feud. l. 1. & 2. ff. comm. diuid. potest & dominus directus feudum, quod non transit ad hæredes, viuente possessore alteri dare, sic tamē vt eius possessionem, nisi post mortem eius habere possit, vel contigerit casus, quo dominus concedere potest. §. j. qui succ. ten. lib. 1. feu. tit. 9. §. moribus. si de feu. fuer. contr. inter dom. & agn. vass. lib. 2. feud. tit. 26. Sed si trāsit in successores hoc pacto alteri dari non potest. cap. si quis. de feu. dat. inuicem legis commiss. li. 1. feu. tit. 27. & dominus feudi inuito vassallo ius feudi quod habet alienare potest, modo æquali vel maiori det non inferiori. §. ex eadem. de lege Conradi. lib. 2. feu. tit. 34.

Res verò ecclesiæ iure cōmuni in feudum dari non possunt. §. 1. ep. vel abb. li. 2. feud. tit. 6. c. 1. & fi. de constit. antiqua tamen feuda licet prælatus concedere, non noua constituere, sine solemnitatibus, de quibus in c. sine exceptione. 12. q. 2. in auth. hoc ius. C. de sacr. san. eccle. ita habetur in §. 1. de his qui feud. dare poss. lib. 1. feu. tit. 1. Abb. in c. vt super. de reb. eccl. Rom. cons. 70. Castr. cons. 136. Rodoan. c. cit. nu. 25. testans de communi feudū reuersum ad ecclesiā posse infeudari sine solemnitatibus, & si feudū tale est distinctum à capitulo, potest prælatus sine capitulo infeudare, si verò nō est distinctum à capitulo vtriusque consensus requiritur. Bal. in c. 1. qui feu. dare poss. & ibi Card. Medio. quod intelligitur quando res ad ecclesiā reuersa non est multo melior effecta, si enim secus sit, tunc non potest infeudari sine solemnitatibus in alienationibus requisitis, ad videndum an id expediat. Abb. in cap. vt super. de rebus eccle. maximè si ecclesia exciderit facultatibus, quia melius est, vt eam retineat, quàm alijs concedat, & si ante infeudata sit. Iac. de bello visu. in c. 1. in princ. qui feu. dare poss. & eo magis si res ecclesiæ ea cōditione relicta sit ne infeudetur, quæ est seruanda. Iac. Albuar. in c. 1. qui feu. dare poss.

Quod verò dicitur res ecclesię solitas infeudari, posse dari in feudum sine solemnitatibus eget aliquibus declarationibus, vt scilicet illa res dicatur consueta infeudari, quando ecclesia fuit in ea possessione per quadraginta annos. Mart. de Land. in c. 1. qui feud. dare poss. & ad hoc inducendum requiritur ad minus binus actus. l. 3. C. de episc. aud. Rod. d. c. nu. 26. testans de communi; perdit verò hanc qualitatem cum res ecclesiæ reuersa ad prælatum, eam tenuerit per annum, dicens se velle eam tenere in mensa, tunc enim non potest sine solemnitate infeudari. Ancha. in d. c. vt super. & in cons. 155. & est communis opinio, quod si consuetudo sit vt solum in masculos res ecclesiæ infeudetur, non valet infeudatio facta in fœminas. Aluar. Mart. Land. in d. c. 1. de his qui feu. dare poss. & vbi consuetum est infeudari, possunt prælati infeudare etiam in consanguineos remota fraude, & si fiat debito ordine. Bal. in d. c. 1. & dispositio, quod consueta infeudari possint dari in feudum procedit etiam in decimis. Card. Gemin. in c. 1. de decim. in 6. non potest tamen prælatus vbi feudum est apertū res consuetas infeudare in capitulum. Card. Flor. in consil. 37. quia capitulum nunquam moritur, & vbi vacat feudū ecclesiæ, superior prælatus rē inferioris prælati reuersam ad inferiorem, nō potest infeudare sine consensu eius. Bal. in c. 1. de his qui feud. Papa tamen potest infeudare feuda omnium ecclesiarum. cap. ad apostolicæ. §. præter hæc. de re iud. in 6. Bal. loco cit. vbi verò primò, inferior prælatus infeudauit, secundò Papa, de potentia ordinaria non valet secunda infeudatio, secus

de

de absoluta. Castr.cons.156. Nec legatus de latere iure legationis potest concedere feuda ecclesiarum. Bal.& Aluar. in d.c.2.de his qui feu.Sic etiam Archiepiscopus potest infeudare res solitas dari in feudum in sua diœcesi, non autem in tota Metropoli. Doct.in c.1. de cler. qui inu.facit. Et vbi feudum est finitum ob finitam generationem,tenetur prælatus potius inuestire consanguineos defuncti,quàm alios.Barto.in l.1.de priu. cred. & vbi prælatus vult facere nouas infeudationes,non requiritur,q̃ reddantur omnes fructus deducta sexta parte, vt in emphiteusi. Alex.cons.79. num.3. vol.1.nec potest prælatus infeudare rem solitam infeudari cum pacto ne incidat in commissum ob canonem non solutũ. Bal.in l.si ante. C.de pact. & si vassallus spatio quadraginta annorum,minus soluit ecclesiæ,quàm initio solueretur iure directi dominij præiudicat ecclesiæ. c. olim causam.vbi Abb.& Io.And.de censib. & si res ecclesiastica est occupata à potente non potest infeudari, etiam q̃ esset solita, ne aperiatur via fraudibus. Card.Flor.in c.2.de feud.Relictum etiã ecclesiæ sub conditione ne alienetur sub feudo dari non potest.Aluar.in cap.1.de his qui feu. nec etiam monasterium potest infeudari.d.c.1. potest tamen prælatus sine capitulo remittere felloniã vassallo,si solus confert feudum,aliàs non, vt si ecclesia est collegiata.Rodoanus.in in d.cap. in fi.

Illud demum est singulare in Romana ecclesia, vt eius bona etiam consueta non possint dari in feudum,ex Bulla Pij V.anno 1567.4.Cal.Apr.

Res præterea in feudum dandæ immobiles debent esse soli, vel solo cohærentes,vel eius generis q̃ inter immobilia cõnumerentur.§.fi. de feu.cogn. li.2. tit.1.l.1.§.3. ff.vnde vi, vt quæ de cauea, vel camara dicuntur,quia annonæ ciuiles inter immobilia computantur. d.§. fin.l.priuilegia. C.de sacr.san.eccl. Non potest etiam Rex infeudare bona regni sui, ex quo fiat magna diminutio regalis iurisdictionis. Aluar.in cap.1. de his qui feu. dare poss. Fel.in c.ad audientiã. de præscr. secus si iurisdictio multũ non minueretur.cap.abbati.de re iudic.in 6. Res etiam domanij, quæ scilicet regio diademati iniunctæ sunt non possunt alienari,& alienatio inualida est.Bald.in l.cum multa.C.de bon.quæ lib. Host.in c.dilecta. de maior.& obed. ne regnum diuidatur,vnde & primogenito datur totum regnum,alijs fratribus, alia.

Requiritur quoq; in recta feudi constitutione,vt persona legitima sit q̃ feudum dat, & generaliter id agere potest, qui est dominus rei suæ,& liberus administrator.arg.l.in re mandata. C.mand. vnde dant personæ ecclesiasticę,& laicę vtriusq; sexus: ecclesiasticæ,vt Papa, Archiepiscopus, episcopus, abbas, abbatissa, prępositus,antiquum,non nouum,vt supra.c.1.de his qui feu. dare poss.lib.1. feud.tit.1. Laicæ, Imperator,Rex,Dux, Marchio,Baro, Comes, Valuassores regni, & Capitanei regni. d.§.1. de ijs qui feu.dare poss. Fœmina etiam dat nouũ, & antiquum. d.§.1. & §.fœminam. per quos fiat inuest.lib.2.tit.3.minor, & cui bonorum administratio est vetita antiquum non nouum.d.§.1. clericus etiam propria in feudũ dare potest.§.1.de cler. qui inu.fac.lib.2.feu.tit.35.& etiam potest feudum per procuratorem dari, & acceptari.§.personam. per quos fiat inu.

5 Feudum dare quis possit.

Dicitur autem Imperator,qui ex concessione Papæ à septem Principibus eligitur, reseruata Papæ eius confirmatione,& coronatione. Bart.in extrau.ad reprim.datis ei insignibus,ensis,diadematis, sceptri, & pomi aurei: vt dicit quidam lib.4. de inuent. rer. c.10. & potest dici datum imperium in feudum à Papa, vt Ecclesiæ Catholicæ opem ferret, & id aliquãdo actum fuit, Rex dicitur, qui sub se habet plures Duces, & quandoq; datur in feudum. Dux dicitur, qui exercitũ ducit, & Capitaneus regni vocatur à Rege cum Ducatu creatus, & dignitate regali insignitus.l.2. C.de offic. præf. Afr.Aluar.in §.1. quis dic. Dux. à Rege tantum creatus;& Ducatus cõstabat in Gallia quinque comitatibus. Comitatus autem centũ pagis, vt dicit quidã. Comites alij solo titulo honorant, quandoque palatini simpliciter dicti, & doctores qui viginti annos iura legerũt.

§.1. cum ibi not. C. de profess. qui in vrbe Const. lib. 12. Alij Comites principis, & cum dignitate, alij cum administratione. Comites dicti eo quod principis sint asseclæ. Barones quoque sunt, qui duas saltem castellanias sub se habere debēt & sunt inferiores comitibus, vt dicit Iac. Curt. in 2. p. tr. feud. q. 1. de personis laicis. Valuassores, qui ad valuas stabāt dominorum ab aliquibus dicuntur, & ij propriè dicuntur, qui à Ducibus, Marchionibus, vel Comitibus feudum capiunt, qui sunt Valuassores regni, vel Regis, qui & Capitanei dicūtur, qui & ipsi feudum dare possunt, & qui ab ipsis accipiunt, minores Valuassores dicuntur. §. 1. qui feu. dare poss. lib. 1. feu. tit. 1. §. 1. quis dic. Dux, Marchio, Comes, &c. lib. 2. feu. tit. 10. Marchio quandoq; præponitur Comiti, qui & dici potest Comes limitaneus.

6 Feudum quibus cōcedi posset, vel nō. Requiritur etiam in feudorum recta constitutione, vt personæ legitimæ sint quibus feudū datur. Capaces verò sunt feudi regulariter qui non prohibentur. Mulieres verò iure cōmuni feudum habere prohibentur, nec in eo succedunt. §. & quia vidimus. qui feud. dare poss. §. 1. de nat. succ. feu. lib. 2. tit. 50. §. 1. de feud. fœm. cum feuda regulariter dentur his qui armis principem iuuare possunt, quę à mollitie mulierū procul abest. l. quisquis. §. 1. C. ad leg. Iul. maiest. & nedum ipsæ repelluntur à feudis iure cōmuni, sed & filij eorum masculi, quia ipsæ nō sunt aptæ operari transmissionem. Guil. Ben. in c. Raynutius. nu. 32. de testam.

Iure tamē speciali fœminæ in aliquibus casibus capaces sunt eius. Iac. de Curte, tr. de feudo 3. par. vt si pacto cautum sit fœminas admitti. Soc. cons. 19. §. 1. de nat. succ. feu. lib. 2. tit. 30. quia tunc deficientibus filijs succedunt. c. filia. de succ. feud. §. qui sibi. de eo qui sibi, vel hæred. Similiter succedunt si feudum sit maternum, vel fœmineum. §. 1. de nat. success. feudi. modo masculi non adsint, qui filiabus præferuntur in his quoque, licet remotioris sint gradus. §. 1. de feu. fœm. Rom. cons. 367. Guil. Bened. in c. Raynutius. nu. 191. de testam. Mulieres etiam admittuntur si expresè inuestitæ sint à dominis in feudo nouo, vel reuerso, vel si feudum redemerint. §. 1. quem. feu. ad fil. pert. Fulg. cons. 4. vel si feudū sit francum, & liberum. Bal. in l. quoties. de suis & leg. hæred. Similiter si feudum sit emptum, nec datū pro aliquibus seruitijs. Bal. in §. & quia vidimus. de ijs qui feudare poss. cum aliqua sint feuda carētia seruitio personali: vnde & per fœminas teneri possunt. Bal. in l. liberti. C. de ope. lib. vel si feudum sit exiguum. Roman. cons. 367. vel si consuetudo sit vt succedat filia, vel neptis, non extante masculo, vt est in Sicilia. Andr. de Isern. in d. §. & quia vidimus. vt in Gallia vbi succedunt in omnibus feudis præterquam in successione regni. Copi. lib. 3. de homanio. c. 7. Faber in auth. ingressi. C. de sac. san. eccl. & alibi.

Filij quoque naturales tantum sunt feudorum successionis incapaces. Aluar. in c. 1. an mari. succ. vt etiam si feudum sit maternum. l. si qua illustris. C. ad orfic. neque si postea fiant legitimi, nec soli, nec cū alijs. §. naturales. si de feu. fuer. contr. inter dom. & vass. lib. 2. feu. tit. 26. quamuis eo tēpore quo patri datur feudum inueniantur legitimati. Laud. in d. §. naturales. nisi dominus concedens feudum pro filijs natis, & nascituris, sciuisset accipienti esse solum filium naturalem. Aluar. in d. §. naturales. vel nisi legitimentur per subsequēs matrimonium. arg. c. tanta. qui fil. sint leg. And. de Isern. in d. §. naturales. Legitimati tamen in Gallia succedunt. Guid. Papæ, decis. 59. Incapaces etiam feudi paterni sunt filij ob delictum exhæredati, & ingrati, adita ex testamento per hæredem hæreditate, non verò si alia causa ob fauorem exhæredentur. Ioā. And. in sum. de succes. feu. in rubr. an filius succedat in feudo; nec etiam ingratus filius per manus aui feudum habere potest. Aluarot. in d. §. & quia. qui feu. dare poss. col. 10. Sic etiam filij in ordinibus sacris constituti feudi paterni sunt incapaces, secus in minoribus. Cald. cons. 2. tit. de feu. Aluar. in d. §. & quia. vt & si feudum est tantum cum reali seruitio, vel francum, in quo succedit clericus, & etiam monasterium pro monacho. Fel. in c. in præsentia. de prob.

Bal.

Bal.in auth. nisi rogati. C.ad Treb.c.1. de feudo fœm. & similiter feudũ amittit qui votum religionis assumit, scilicet solemne, & canonicus. §.si quis per triginta.si de feu.def.cont. sit inter dom.& vass.lib.2. tit.26. Nec adoptiuus etiã in feudo succedit. §.adoptiuus. d.lib.2. tit. 26. nec filij naturales ex muliere minus nobili, extantibus filijs prioris matrimonij, & secundo contracto ea lege, ne nati postea succedant. §.1. de fil.natis ex matr.ad Monga.contr.lib.2. feu. tit.29. & si duo fratres simul inuestiant de feudo nouo, si vnus moritur sine filijs masculis, succedit dominus, non frater, nisi id sit expressum. §.duo fratres. de feud. March. §.1.de succ.fratr.lib.2.feu.ti.11. Mutus, surdus, & cęcus feudum retinere nõ possunt, aliquid tamen potest eis relinqui pro alimentis, & succedũt in feudo paterno seruiẽdo per substitutum. §. si.ep.vel abb.vel abbatiss. §.1.an mutus. lib.2.feu.tit.36.& alicubi nec masculus minor viginti annis, fœminę vigintiquatuor. Boer. §.12.gl.1.de cõsuet.iur. quòd tamen in paucis locis seruatur. Ascendentes etiam non succedunt descendentibus in feudo. Curt.3.p.tr.de feu. §.1.de nat.success.feu. fructus tamen feudi adventitij, vel filijfamilias, est patris ea cõditione vt seruitium fiat. Curt.loco cit.

Aliæ verò personæ, quæ non prohibentur, feudi sunt capaces, & etiam seruus domino consentiente. §.per personã. per quos fiat inu. Succedunt quoq; masculi descendentes, vsq; in infinitum, & consobrini in feudo paterno. §.& quia vidimus.qui fue.dare poss. §.1.de nat.suc. feu.lib.2.tit.50.non in nouo. §.si duo.de feu.March. §.1. de succ.fratr. etiã si filij sint emancipati à patre de cuius feudo agitur, succedũt. Bal.in l.in successione. C.de suis, & leg.hære.& etiam filius institutus à patre in re certa succedit, ęqualiter in feudo cum alijs filijs.c.1.de success. feu. Aluar.in d.§.& quia vidimus.& etiam præteritus, licet nolit dicere testamentum patris nullum. Curt.3.p.feud. altero membro.nu.2.& 3.& etiam nepotes ex filio succedunt simul cum descendentibus filijs.c.1.de succ.feu. cap.1.de nat.succ.feu.& si vassallus sine prole decedit, agnatus ad quem vniuersa hæreditas intestati pertinet, potest, repudiata hæreditate, feudum retinere, nec erit obligatus æri alieno defuncti, nisi ratione fructuum existentium, licet secus sit in filio qui non potest hac diuisione vti, nisi patre consentiente hæreditatem repudiet, & nouè inuestituram feudi à domino accipiat. §.1.an agnatus, vel fil.lib. 2.feud. tit.45. Collaterales verò in feudis nouis, si possiderit primò inuestitus præmortuus, vsq; ad septimum gradum succedunt. §.& quia vidimus. qui feu.dare pos. In antiquis verò quę peruenerunt sæpè in descendentes successio collateralium est in infinitum. §.1.si vassal.fuer. priu.cui defer. §.1.de nat.succ.feud. frater tamen vterinus tantum non succedit in feudis paternis, quia in ijs non succeditur iure cognationis. Angel.cons.106. §.1. de gradib. success. in feu. nec frater vtrinque coniunctus excludit in successione collateralis alium fratrem coniunctum ex parte patris tãtum, sed pariter admittuntur. Bal.in l.fi.C.de leg.hære. Laud.in d.§.& quia vidimus.

Forma etiam debita in feudi adeptione seruanda est, in quo magis attenditur, vt & in feudis consuetudo; quàm ius ciuile, vel canonicũ. §.1.de feu.cogn. lib.2.feud.tit.1. Duo verò modi ex consuetudine feudorũ sunt insigniores, quibus feudum acquiritur, scilicet per inuestituram, & per successionem. §.fi. eo.tit. ad quos alij modi possunt referri, vt q loco inuestituræ habetur, vt si quis steterit in possessione feudi vidente, & sciente domino nec contradicente, vel si adeptus est possessionem feudi præsente curia de licentia domini. c.1. de consuet. recti feu.lib.3.tit.33. §.si quis per triginta.si de feu.fue.contr.inter dom.& agn. vassal. Franc.Curt.cons.25. 7 Feudum qua forma concedendum.

Inuestituram fidelitas sequitur, fidelitatem in possessionem missio. §.1. quid præced.deb.an inu. vel fidel.lib.2. feud. tit.7.c.visis.16.q.2.& ex fide data, & inuestitura facta obligatur dominus ad pręstandam vacuam possessionem, ita vt pœnitere non possit. §.fi. de noua forma fid. §.si facta.si de feu.def.cont.fue.inter dom.& agn.vass.lib.2.feu.tit.26. Addũtur

nit & pacta in inuestitura quæ seruari oportet. §. 1. de duobus fratr. à cap. inue. lib. 2. feu. tit. 18. quę communiter ad sex reducuntur, primò, ne vassallus sit damno domino in corpore, sed id vitet & impediat: secūdò, ne procuret contra bonū domini reddendo illud difficile: tertiò, ne reuelet eius secretū, maximè illi qui obesse possit, vel si inde fiat minus tutus; quartò, ne sit contra eius iustitiam, vel honestatem, eum dicto factove infamando, vel illius consanguinea, vel coniuncta abutendo: quintò, ne damnum illi in tēporalibus faciat, vel bonum impediat: sextò, vt fideliter ei præbeat auxilium & consilium. c. 1. de forma fidel. potest tamen vassallus contra dominum pro se, & suis, ius suum petere, & defendere. Silu. Feudum. nu. 13. & 14.

Duplex verò est inuestitura, vna verbalis, alia solemnis, gl. in §. si facta. si de feu. def. fue. contr. & propriè inuestitura dicitur dum re ipsa, & actu quis mittitur in possessionem, cum verbis domini dicentis: Inuestio te per traditionem annuli, & ensis. §. 1. quid sit inue. lib. 2. feu. tit. 2. Inuestitura verò simbolica, vel verbalis non est plena acquisitio, licet quis iussu domini verbali donatus sit feudo, quia licet is possit eo vti dū viuit, tamen non transmittit ad hæredes, nisi in illa inuestitura eorum facta sit mentio, nec per eam inuestituram censetur translata rei possessio. §. 1. quibus modis feu. constit. potest. lib. 1. tit. 24. §. sciendū. de consuet. recti feu. c. per tuas. vbi Doct. de donat. licet facultas detur adipiscendæ possessionis, licet plus iuris sit in hac inuestitura, quàm in sola promissione, quæ præcisè feudum non constituit. Innoc. in c. ex literis. de consuetu. ꝙ intelligitur de feudo nouo, quia in antiquo videtur sufficere simbolica inuestitura. §. 1. quo tēpore miles, &c. §. 1. per quos fiat inuest. In inuestitura simbolica simbolum eius est hasta. §. 1. quid sit inu. quæ est instrumentum militare insigne. Varro. lib. 4. de lingua lat. & olim reges ea pro diademate vtebantur, breui tamen vt d. Hom. Odiss. 5. & Dio. Halic. in 5. vt & iurabant antiqui per sceptrū. Hom. Iliad. H. ver. 321. annulus etiam insigne est inuestituræ. Ester 5. & 8. quo & Venetus Dux vtitur in simbolum possessionis Imperij Maritimi suscepti, sibi traditę ab Alexādro III. Papa 1170. & de annulo plura d. Pli. li. 33. hist. c. 1. & 2. Similiter signū inuestiturę feudi est gladij, vel vexilli datio: vt inquit Amm. li. 5. hist. Franc. c. 56. Adhibētur & ad inuestituram faciendā alij pares vassalli, vt si de feudo Comitatus fiat, duo Comites ei adsint, vel alij, qui eius rei sint testes, & instrumentum desuper conficiendum. §. 1. quid sit inuest. lib. 2. feu. tit. 2. §. qui testes necess. sint ad prob. nou. inuest. lib. 2. feu. tit. 32. præstatur & iuramentū fidelitatis in aliquibus feudis, in alijs non, & in ijs, ideò fidelitas præstita non nocet vassallo. c. satis bene. de prohib. feu. alie. per Lothar. Est autem fidelitas iuramentum, ꝙ prętatur à vassallo domino in certis feudis. §. est & alia. quæ fuit causa prima const. lib. 2. feu. tit. 24. sub his verbis: Ego iuro ad hæc sancta Euangelia Dei, ꝙ amodo in antea ero fidelis tibi, sicut debet vassallus domino, nec id ꝙ mihi sub nomine fidelitatis commiseris, pandam alij ad tui detrimentum, me sciente, tit. de forma fidel. lib. 2. feu. tit. 6. & si iuretur inferiori Rege, dicitur, ero tibi fidelis contra omnem hominem excepto Imperatore, vel rege, tit. de noua forma fidel. gl. fi. §. si. per quos fiat inue. ꝙ iuramentum dicitur etiam hominium, & debet proferri à vassallo nudato capite, sedente domino si ei videtur, deponendo cingulum, vel zonam, & ensem, vel baculū, & genua flectit, vel dicit: Domine ineo fidem, & hominium vestrum, & me vestrum profiteor vassallum ratione eius loci, vel terræ, quam accepi à te ob causam, &c. polliceor & iuro, nunc & in posterum tibi seruire aduersus omnes, & adimplere capitula antiqua, & noua fidelitatis; quæ ibi leguntur, & ibi dominus dicit, Recipio hominium tuum saluo iure meo & alterius, ꝙ dicens eum in mala osculatur; & prælati recipiētes, vel dantes fidem stolati esse debent, præsentibus sacris Euangelijs, ꝙ iuramentum præstant etiam clerici laicis si habēt ab eis feudū temporale cuius sint capaces. Aluar. in c. 1. in fi. qualiter vass. iur. deb.

potest.

potest verò iuramentum, & inuestitura recipi & fieri per se, & procuratores. §. sed etiam. per quos fiat inuest. lib. 2. feu. tit. 3. & tutor, & curator iurat pro pupillo & minore, & ecclesia per procuratorem, maritus pro vxore. Io. Fab. in §. fue rat. col. 2. de act. Tenentur verò vassalli in omni adeptione feudi, in mutatione domini, & vassalli iurare intra quadraginta dies, vel alio tẽpore iuxta loci consuetudinẽ, aliter potest dominus fructus feudi percipere, deducta portione coloni. §. 1. quo temp. miles inuest. pet. debet. In retro feudo tamen non præstatur iuramentum domino mediato. Spec. tit. de feu. §. quoniam. de homag. q. 24. nec si vsufructus alicuius rei feudalis accedit alicui donatione, vel alio titulo, non tenetur hominium præstare. Boer. in cõsuet. Bitur. tit. de consue. feud. q. 22. nec si per plures hæredes diuiditur feudum, debetur iuramentum à singulis, sed sufficit vnus, vt nec si quis vendit minus tertia parte feudi, secus si plus, tunc. n. debetur supremo domino ob ruptum ius feudi; Non tenetur verò quis iurare, si dominus qui petit fidem nõ facit de iure suo. Bal. in c. nulla. per quos fiat inuest. & in præstatione feudi debent numerari res, valor, & annui census feudi, à quo dño, & cũ quo onere accipiatur; nec quicquã dari debet in concessione feudi dño in inuestitura, nisi pactum adsit, vel consuetudo. Guid. Pap. decis. 416. contra quam consuetudinem præscribitur spatio quadraginta annorum, contra principem, vel ecclesiam, cõtra alios triginta. Alex. cons. 5. vol. 5. & debet vassallus veras feudi qualitates exprimere. §. vassallus. si de feu. fuer. contr. aliàs potest eo priuari. d. §. fi. de lege Conradi.

8 Feudi cõmoda, & onera q. Vtilitates autem multæ homagij, vel iuramenti pręstiti, extãt: primò, ꝙ vassallus honorat dominum suum, & necessitudinem quandam cum eo contrahit: secundò, dominus inde quæ sua sunt cognoscit, & iura per eum possessa: tertiò, ꝙ inde dominus, si certus fit de feudi distractione, potest si velit iure pręlationis id sibi retinere, soluendo emptori realiter pretium cum sumptibus legitimis. Alua. Bal. in §. porrò. qualiter olim feu. alie. poss. & de iure dantur domino sexaginta dies ad deliberandum, an velit id retinere. l. 3. C. de iure emphit. de cõsuetudine quadraginta dies, à die scientiæ contractus, & post oblationem iuramenti fidelitatis, nec currit præscriptio contra dominum in hoc, etiam per quadraginta annos, nisi à tempore oblationis factæ. Doct. in l. cum notissimi. C. de pręscrip. triginta, vel quadraginta ann. nec potest impediri hoc ius ꝑlationis, si emptione perfecta contrahentes velint resilire à contractu, nisi contractus fiat sub conditione, si dominus probet, & non aliter, quia tũc excluditur, & si vult admitti, cõtractus est nullus. Guid. Pap. decis. 47. nu. 2. vt nec dominus potest retinere rem iure prælationis, si alius de eius consensu vendat. Boer. §. 1. in consuet. Burg. tit. de laretenne. nec eo casu debetur laudemium. Bal. in l. 3. C. de iure emphit. vt & excluditur si velit non pro se, sed pro alio retinere. Guid. Pap. decis. 411. Similiter si feudum pendeat ab ecclesia prælatione non vtitur iure ciuili, licet canonico secus. Io. And. Pan. Barb. in cap. potuit. de locat. nec si res legetur ecclesiæ, donec vendatur, cum pacto legis cõmissoriæ, vel adiectionis in diem, vel retractus, si permutetur, vel aliàs ex cõtractu innominato detur. Guid. Pap. decis. 47. vel si res vendatur vni ex genere venditoris, quia is præfertur domino. Io. Fab. instit. de empt. in princ. Bal. in §. porrò. qual. feud. alien. poss. Quarta vtilitas, vt si domino non præstetur fidelitas intra quadraginta dies, vel tempus consuetudine præfinitum, potest feudũ retinere, & fructus percipere donec præstetur. §. 13. 16. 24. de consuet feu in consuet. Bitur. quo tamẽ casu si vassallus se obijcit dño per iudicem lis terminabitur cum iudicium ab executione non sit inchoãdum. l. 1. C. de execut. rei iud. & si vassallus hominium tunc præstet, tunc ei feudum restituetur. §. 15. de consuet. feud. in consuet. Bituri. & ibi Boer. maximè ex consuetudine, & si dominus restitutionem detrectet, debet vassallus domini vicarium adire, & oblationes offerre, & sic debet in possessionem restitui. §. si de feu. fue. contr. inter dom. & agn. & si dubia est

bia est possessio, iuxta iuramentum possidentis lis debet explicari. cap. 1. si inter domin. & vassal. lis oriat. cap. 1. si de feudo fuerit controu. vel vassallus prouocabit ab iniectione ad dominum superiorem, nec tenetur vassallus extra fines territorij hominium præstare, sed sat est si adeat eius domicilium, qui si ibi non inuenitur, nec officiarij quibus instruetur, vel si inuentus noluerit fidelitatem recipere, sat est insinuare domesticis agricolis, vel vicinis domini, diligentiam adhibitam ad præstandum obsequium domino, vel potest adire vicarium feudi, & ab eo recipere authoramentum, nec tunc currunt quadraginta dies, & tunc si non inuenitur dominus, potest osculando ianuam eius fidelitatem præstare. Alexan. Cardinal. in cap. 1. col. 8. vers. quæro, tit. quo tempore miles inuest. petat; potest tamen & alibi præstari si dominus velit, & etiam extra territorium de consensu vassalli.

9 Alicto modo acquiritur feudum, præter inuestituram, de qua supra, per successionem inter viuos, vel post mortem, inter viuos per contractum ex eius, vel alterius voluntate, post mortem successione ex testamento, vel ab intestato; potest enim feudum quod propriè feudum non est, interueniente pecunia emi & à domino, & vassallo. Curtius Iun. de feudis, secunda part. quæst. 5. & 2. parte, quæst. 6. num. 17. proprium enim amore sine pecunia conceditur. §. 1. de feudo dat. in vicem. l. commiss. Ex consuetudine etiam generali feudorum, vassallus sine consensu domini nō potest feudum alienare, licet infeudare possit minimis valuassoribus, vel valuassinis, aliter si alienet, irrita est alienatio, & ad dominum reuertitur. §. callidis: §. habito. §. nos autem. de prohibit. feudi alienat. per Feder. §. 1. qualiter olim feud. alien. pot. etiam si postea illud redimat & recuperet, quia adhuc eo priuatur. §. 1. quid iur. sit si vassal. post. alien. recup. nisi alienet in agnatos. cap. 1. versic. penult. de alien. feu. pat. Bald. in cons. 32. volum. 2. vel nisi pactum sit, vt vassallus possit alienare. §. 1. de feud. non hab. propriam nat. lib. 2. feud. tit. 48. Iason in l. fi. col. 2.

Feudum vt acquiratur.

C. de iure emphiteot. vel nisi alienetur in ecclesiam: Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. versic. quarto si mira. colum. 29. de constitut. Alexan. cons. 6. volum. 5. aliter nec in vrgēte necessitate potest vassallus alienare. Bal. in §. 1. qualiter olim feu. alie. pot. In Gallia tamen receptum est, vt vendi feudum possit domino irrequisito saluo iure eius; cum feuda ibi redacta sint ad similitudinem patrimonij. Ioan. Fab. in authen. ingressi. C. de sacro san. eccl. & etiam id ibi procedit in feudo ab ecclesia habito saluo iure eius. Ioan. Faber in §. item seruiana. col. 12. de actio. secus de iure communi, quia nec media eius pars potest alienari. §. 1. qualiter olim feud. alien. poter. libro 2. feu. tit. 19. nec etiam potest vassallus inuito domino feudum permutare, quia contemneretur. Aluar. in cap. imperialem. de prohibit. feud. alien. per Federic. Nec etiam feudum potest capi pignore iudiciali, nisi deficientibus alijs bonis; & tunc quò ad fructus tantum, saluo iure domini. Aluar. in §. 1. de prohib. feudi alien. per Feder. Nec onus, aut seruitus aliqua feudo imponi potest domino inuito, licet teneat vassallo possidente, si tamen reuertitur ad dominum resoluitur. §. quid ergo. de inuestit. de re alien. fact. licet si reuertitur ad dominum titulo priuato, vt donatione vassalli, teneat, & duret. l. cum matre. C. de rei vendit. vt & potest vassallus alienare vsumfructum feudi, in sui præiudicium non domini, lædibus. §. 1. de donat. Aluar. in d. c. imperialem.

Secundo modo, acquiritur per successionem defuncti, id generaliter obseruando, vassallum non posse de feudo testari etiam pro anima. Curt. Iun. tract. feud. quarta par. ex quibus causis feud. amitt. q. 31. num. 125. cum seq. Nisi feudum sit perpetuum, & per alium seruitium prestari possit. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. p. 1. de constitut. Secundò, si feudum sit liberum, & francum. Bal. in cap. cum dilectus 4. colum. de fide instru. Tertiò, si feudum cum vassallo ad ecclesiam veniat, vt eo vtatur pendente eius vita. Innoc. in cap. in præsentia. de probat. Quarto, si habens feudum ab ecclesia 10

10 in Feud. vt succedatur.

clesia in aliam ecclesiam transferre velit. Felin. in d. cap. quæ in ecclesiarum. Quintò, si feudum legatum non valeat, operatur tamen vt ecclesia recipiat æstimationem pro eo. Curt. loco citat. his enim casibus pro anima relinqui potest. Curt. ibidē. Sic valet dispositio in testamento de feudo, si dominus viuente, vel mortuo vassallo ratum habet eius testamentum, valet enim in domini præiudicium. Bal. in cap. 1. §. donare. qualiter olim feu. alien. pote. si tamen est feudum paternum & antiquum, hic consensus non præiudicat proximis, nisi consentiant. §. 1. de feud. pat. Similiter valet dispositio si præsentibus, & non contradicentibus ijs fiat testamentum. Bald. in l. quę dotis. soluto matrim. vel si relinquitur feudum filio, vel agnato, ad quem etiam aliàs esset peruenturum. §. 1. de alie. feu. pat. vel si feudum est concessum vassallo pro se, & suis hæredibus quibuscunque, quia sic legatarius habetur pro hærede. Bal. in §. 1. & 2. de prohibi. feudi alien. per Feder. l. in tempus, §. 1. de vsucap. & in Gallia licet passim de eo testari. §. 1. tit. de testam. in consuetud. Bitur. Quòd si feudum est concessum mero iure concedentis, quia pater nil dedit domino pro eo consequendo, non potest illud prælegare vni ex filijs in aliorum præiudicium, sed si quid pro eo dedit, tunc filij id videntur habere ex tacita donatione paterna, quæ renocatur per tale prælegatum si filij sint sub patris potestate tempore mortis, & ideò si feudū est hæreditarium, idest acceptum pro se, filijs, & hęredibus, potest id pater vni filio prælegare: vt dicit Franc. Curt. in l. apud Iulianum. §. si quid. ff. de leg. 1. & si pater vnum grauauit, vel omnes onere fideicommissi, feudum hæreditarium veniet in restitutionem fideicommissi; hæreditarium verò susceptum pro se, & filijs tantum, non, nisi fideicommissarius sit de descendentibus capacibus ad successionem feudi. Bart. Alex. in l. si patroni. ff. ad Treb. Feudum etiam imputatur in legitima regulariter, dummodo feudum proueniat ex testatore, secus si proueniat ab alio ascendente. Alexā. in d. l. Quando verò feudū natura sua est indiuiduum, vt Regnū, Comitatus, &c. non diuiditur inter plures fratres, iuxta loci consuetudinem, & æquum est, vt perueniat ad primogenitum, si alia sint bona, quæ æquent illud dāda alijs fratribus, aliàs diuiditur, retinēte sibi primogenito iura primogenituræ, vel satisfacto illis ex alijs bonis. Vel vt dicit Bal. in §. & quia. qui feu. dare poss. in feudo sic succeditur, q vassallo sine liberis ex se descendentibus, & in feudo succedentibus moriente: si feudum fuit cōis parentis fratres defuncti cum filijs præmortuorum per stirpem succedunt, quibus non extantibus ad agnatos proximiores id pertinet, & si in pari sunt gradu, pariter admittunt, sed si ex vno est vnus, ex alio plures, non in stirpem, sed in capita succedunt: hæc est & huius successionis natura, vt in feudo non succedant ascendētes, vt pater filio, descendentes tamē sic, & primo filius patri nō filia, tum nepos filio nō neptis, & sic successiuè, tum succedunt collaterales, qui tamen ex Imperij consuetudine non succedunt, sed solus filius, quo deficiente, redit ad Imperatorem; filia verò non succedit, nisi q̄ñ pactum sit, vt ea succedat: secundo, si feudum redemit à domino: tertiò, si dominus ei id dedit ob patris seruitium. c. si quis sine filio masculo. tit. quem. feu. ad fil. perue. quartò, si in feudo nullum sit seruitiū, quia deficientibus masculis succedit ipsa. Bal. loco cit. quintò, si feudū erat emptum: sextò, si feudum sit fœmineum. Quòd si feudū est concessum pro se, & filijs masculis, & filiabus, fœmina non succedit cum masculo, sed is solus, & si post filius decedit sine filio, fœmina non succedit, cum semel sit exclusa, sed reuertitur ad dominum, si feudum sit rectum; secus si est concessum ad certum seruitium quòd fœmina potest præstare per se vel alium, quia sic succedit simul cum masculo. l. si quis Titio. l. si mulieri. ff. de vsufr. accresc. Bal. in tit. episc. vel abb. feudare non posse. Clerici etiam, vt supra est dictum, in sacris cōstituti, sunt incapaces feudi. clem. gratiæ. de rescrip. nisi seruitium sit reale tantum, vel congruens statui clericali, in minoribus verò succedūt, si feudum erat apertū, si re-

Feuda vt acquiruntur.

rò non erat sibi apertum, quia erãt tres fratres & primogenitus possidebat, & vltimus creatur Cardinalis, & alij moriãtur sine hærede, succedit ex æquitate, & seruit per substitutum, licet secus sit de iuris rigore, nisi seruitium possit per eũ expleri. Bal. in l. quisquis. C. de episc. & cler. & si vassallus fit religiosus, transit ad monasterium feudum. Oldr. in auth. ingressi. C. de sac. san. eccl. quod procedit si seruitium potest præstari per ecclesiã, aliàs reuertitur ad dominum. Innoc. in c. in præsentia. de probat. ex cõsuetudine tamen feudorum reuertitur indistinctè ad dominũ. c. qui clericus. si de feu. fuer. controu. Abb. in d. auth. ingressi. Quòd si quis obtinuit feudum pro se, & suis hęredibus, & successoribus, quibuscunq;, nõ veniet hæres extraneus, sed tantum qui succedũt ab intestato, nec legatarius, nec clericus, nisi hæres sit legitimus, nec in sacris constitutus, & aliàs distinguendo de clerico, vt supra. Bal. in c. 1. §. donare. tit. qual. feu. olim pot. alie. nec in feudo nouo, succedit frater, vel filius fratris, si vassallus decedit sine liberis, secus in antiquo, modo quo supra.

11 Feudũ an alienari possit. Ex natura porrò feudi venit, vt feudũ alienari non possit sine cõsensu domini, aliàs cadit à iure suo. Abb. in c. fi. de feu. etiã si dicat saluo iure domini, nisi subdat, de consensu domini, nec aliter, nec alio modo. Bal. in c. 1. quæ sit causa benefic. amitt. & si alienat partem, illa sola amittitur, modo quo supra est dictũ circa hoc. Abb. in d. c. fi. nec etiã potest pro anima feudum alienare, nisi modo quo supra, de fructibus tamẽ ex feudo deducendis potest disponere, in hoc hæredem grauãdo, vt de vino collecto det singulo anno pro anima sua. Bal. in cap. 1. tit. de success. feu. vel si est perpetuum in ecclesiam transferri potest, iuxta distinctionẽ supra allatã; potest etiam quis alienare suas commoditates ad longissimũ tempus, modo actum sit, vt vtile dominium non transeat, cum non separetur à persona, sed bene cõmoditas. Bald. tit. de pace iur. firm. 8. pag. vt nec potest feudum pignori dare. Abb. in d. c. fi. nec dari in dotem, nisi ad tempus vitæ feudatarij. glo. & Abb. in d. c. fi. si etiam ex duobus vassallis vnus deficiat, feudũ non accrescit alteri, nisi sit expressum. Abb. in d. c. fin. Nec filius repudiata hæreditate paterna potest feudum retinere, nisi dominus eũ inuestiat tanquã de nudo beneficio consentiẽtibus agnatis, quo casu retinet feudum absque vllo onere hæreditario, possunt verò agnati retinere feudum repudiata hæreditate; vt nec potest vassallus inuito domino feudum refutare, si est datum ad certum seruitium, si ad incertũ, potest, antequam id seruitium sit indictum, nisi iurauerit non refutare, vel nisi dominus sit in prælio, declarando tamen prædicta, vt supra est dictum, & in dubio potest id refutare, si ad eius beneficium est concessum. Silue. verbo. Feudum. num. 27. & 28. Similiter ex natura feudi venit vt non possit in eo deseruiri per substitutum, si seruitium debet fieri principi, nisi de eius voluntate; vnde si quis incurrit infirmitatem ob quam nõ potest seruire, amittit feudũ, nisi id eueniat casu fortuito, vt quia à latronibus cæcus est redditus. Silu. verbo, Feudum. num. 26. qui & q. 29. disputat, an ecclesia possit recipere feudum in pignus, quod pertinet ad materiam de vsuris, qui & ibi in fi. quærit an idem sit in emphiteusi, & vsufructu; & Garzias de contractibus. cap. 40. num. 9.

Amittitur demum feudum multis modis, pręter supra expressos, & primò, vbi cessat causa beneficij, quòd datur ob beneuolẽtiam, amicitiam, & seruitium. Vnde si vocatus legitimè non seruiat, feudo priuatur, si potest seruire, vel fidem non seruet. cap. 1. de feud. sine culpa non amitt. §. sed non est alia. quæ fuit prima causa benefic. amitt. §. final. per quos fiat inuestit. lib. 2. feud. titul. 3. & §. est & alia. quæ fuit prima causa benefic. amitt. libro 2. titul. 24. vel si non præstet fidelitatem infra tempus, & modum, de quo supra est dictum, in seruitio tamen faciendo mora exigitur, vbi quis est interpellatus, aliter non priuatur, si est paratus. §. ad hoc. titulo, hic finitur lex. libro secundo, titulo 28. Similiter, qui dominum in bello non adiuuat, vel eum in bello deserit, non mortuum, nec ad mortem vulneratum. §. primo; 12 Feudũ vt amittatur & cui acquiratur.

quibus modis feud. amitt. lib. 1. feud. tit. 5. & 7. vel si in pugna eum dimiserit, nec cum eo laborauerit. cap. fina. de feud. sine culpa non amitt. lib. 1. tit. 25. debet enim vassallus iuuare dominū in bello iusto vel dubio, non autem in iniusto apertè, nec si bellum agat contra superiorem antiquum, vel dominus sit excommunicatus. §. 1. hic finitur lex. sic enim in forma fidelitatis continetur. §. 1. de noua forma fidelitat. lib. 2. feud. tit. 7. non tenetur tamen vassallus sequi dominum in bello particulari eius vel alterius particularis extra prouinciam, nisi ad vitandum ingressum hostibus pro regni defensione. Aluar. in §. 1. quibus modis feud. amitt. & Curt. de feud. 4. parte. ex quibus causis feud. amitt. qui quærit etiam an subditus teneatur iuuare dominum contra se, an primo iuuans, tum deserens priuetur feudo, an inhabilis bello teneatur iuuare, & an priuetur cū deserens in bello ex iusta causa, vbi dimissio domino non nocet, vel si deserit putans ad mortem vulneratum, & si ex duobus fratribus vassallis, vnus deserit, alius manet, an deserens priuetur; Similiter priuatur feudo si non defendit dominum, valens eum à morte liberare, nec liberans, vel si insidias non detexit, vel magnam iacturam patrimonij imminentem. §. præterea. quæ fuit causa benefic. amitt.

Secundò, amittitur feudum, si vassallus aggressus sit castrum domini sciens ibi esse dominum, vel dominum, vel etiam nesciens. §. similiter. quibus modis feud. amitt. libro secundo; tit. quinto; & §. primo, tit. decimoseptimo. glo. in dicto §. similiter. id enim est proditionis crimen, contra rem & personam domini. §. 1. de forma fidelitat. lib. 2. feud. titu. 6. & idem procedit si impias manus in dominum intulit, vel eius vitæ insidiatus sit veneno armis, vel alio modo. §. porrò. quæ fuit prima causa feu. amitt. non tamen si solum voluit offendere, nec insidiatus sit effectu non secuto. §. si voluerit. de capit. qui cur. vendit. libro secundo, feud. tit. 51. Similiter priuatur feudo si proprium fratrem occiderit, vel filium fratris, non autem si fratrem domini. §. similiter. quibus modis feud. amitt. libro 1. feud. tit. quinto. §. denique. quæ fuit prima causa benefic. amitt. & etiam qui repudiauit feudum non debet offendere dominum antiquum. §. fin. de vassall. qui contr. constitut. Loth. lib. 2. feud. tit. 38.

Tertio loco, priuatur feudo vassallus dominum denuncians, vel eius consilium scienter dolo malo, cum eius dāno. §. 1. de forma fidelit. titu. 6. lib. 2. §. 1. quibus modis feud. amitt. libro 1. tit. 17. nisi delatio sit criminis læsæ maiestatis. glo. in §. item si delator. quæ fuit prima causa benefic. amitt. vel si suam prosequitur injuriam, non autem suorum, vel si vassallus sit minoris ætatis, ita vt veniam mereatur. Aluarot. in d. §. item si delator. quæ fuit prima causa benefic. amitt. Similiter priuatur feudo vassallus subijciens accusatorem, vel spontè dicens aduersus dominum testimonium, vel denuncians, non autem si à iudice sit coactus. glo. in dicto §. item si delator. vt & si spontè contra dominum aduocati officium egerit, secus si necessitate officij. d. gloss. l. prouidendo. C. de postulan. Similiter priuatur si in causa domini iudicauerit contra dominum, & superior ex ijsdem actis rescindat ejus sententiam, quòd intelligitur si deprehenditur eius malus animus erga patronum, vel si non consuluit peritiores, vel si graue damnum domino intulit, vel si causa est criminalis. gl. in d. §. item si delator. & ibi Aluar.

Quarto, si vassallus delinquat contra honestum, quòd pollicetur in fidelitate, tit. de forma fidelit. vt si concubuit cum vxore domini sui, vel id tētauit, vel cum ea turpiter lusit, vel filia, vel nepte ex filia vel filio, vel cum nupta filio, vel sorore domini, si hæ personæ in domo domini maneant priuatur. §. item si fidelis. quibus modis feud. amitt. lib. 1. tit. 5. & alio, tit. 17. cap. fi. de feud. sine culpa non amitt. libro primo, tit. 21. & etiam si peccauit cum relicta domini, vel eius sponsa. Curt. de feud. 4. par. c. ex quibus caus. feu. amitt. nu. 21. etiam si prædictæ personæ essent publicæ meretrices, vt ibi dicit, nisi errore ductus cū ijs cōcubuerit Aluar.

Aluar. in §. 1. coll. vlt. quibus modis feu. & etiam Curtius id putat procedere de peccante cum concubina domini domi retenta; vel ex similibus causis, quibus exhæredatio, donationis, reuocatio, vel matrimonij diuortium iure ciuili fieri potest. Cur. d. 4. par. tit. ex quibus causis feud. amitt. cau. 38. num. 77.

Quintò, si feudatarius ex certa scientia feudum, vel eius conditionem neget, & ob inficiationem sit conuentus, secus si id ignorarit, quia potest respõdere dubitanter. §. vassallus si feudum. §. vassallus feudum. si de feudo fuerit controue. lib. 2. titul. 26. si enim res sit dubia, non est, pendente lite, feudo priuandus; priuatur etiam si per annum, & diem à fide, & obsequio abstinuerit, vel aliter feudum in caduci causam ceciderit. glo. in c. imperialem. §. callidis. de prohib. feu. alien. per Fed. & ibi Aluar.

Sextò, si feudum alienauit sine consensu domini, vt supra est dictum, quo casu etiam emptor eo priuatur. §. feudum. si de feud. defunct. fuerit controu. lib. 2. tit. 26. & notarius qui contractum conscripsit punitur infamia, & officij amissione, & manus priuatione. cap. 1. §. si quis verò. de prohibit. feud. alien. per Lotharium, lib. 2. tit. 52. cap. callidis. lib. 2. tit. 55. vt & dominus non potest vassallos inuitos, nisi vbi adest consuetudo, vel vbi vendere cogitur, subdere per venditionem alij domino. §. ex eadem. de capit. Corradi. cap. imperialem. §. præterea. de prohibit. alien. per Federic. Bald. in cap. dilecti. de maiorit. & obed. cum non expediat subditis mutare dominos. Innoc. in cap. auditis. de præscrip. ne eis eueniat quod de vulpe in foueam lapsa narrat Aesopus apud Arist. 2. Rhetor. ad Theod. cap. 20.

Septimò, extinguitur feudum de camera, ob inopiam domini si annuas annonas non possit præstare. §. 1. de notis feud. lib. 2. tit. 58. quòd tamen non procedit in alijs feudis perpetuis, cum in vassallum transferatur dominium vtile, nec sit locus pœnitentiæ. §. in primis. quibus modis feud. amitt. tamen tenetur in necessitate alimentorum vassallus ea præbere domino, aliter feudo est indignus. §. 1. de not. feud. lib. 2. titulo 58. Similiter priuatur eo qui id insolenter tractauerit, & monitus non resipuerit. §. qui aduocatiam. de pace tenen. lib. 2. feud. titul. 27. & si clericus promittens feudum ecclesiæ non apertum præmoriatur, antequam ad eum reuersum sit, vel ante inuestituram, euanescit feudi promissio, licet aliud sit in laico domino. §. 1. & 2. qui succe. feu. dare ten. lib. 1. tit. 3. §. 1. qui succ. ten. lib. 1. tit. 9.

Octauò, amittitur, qui vocatus ad eius successionem ipso iure, consenserit eos inuestiri, ad quos secundùm rectum morem non pertinet. §. præterea. quibus modis feud. amitt. lib. 1. tit. 5. vel si postquam sciuit alteri datum, tacuit per annum. §. Titius filios. si de feud. defunct. controu. sit.

Nonò, amittitur, si res aliena data sit in feudum, & dominus tenetur vassallo ad interesse. §. de inuestitura. de inuestit. in re alie. facta. lib. 2. tit. 8.

Decimò, si vassallus non potest officia vassallitica exercere, vt si in sacris, vel religiosus sit constitutus. §. 1. de vass. mil. qui arma depon. lib. 2. feud. titu. 21. §. si clericus, si de feu. defunct. modo quo supra; vel si miles arma deposuit, vel quid commisit ob quòd non potest residere in curia ad arma exercenda. §. 1. an illo qui inter fratr. domini sui. lib. 2. tit. 37. In Gallia tamen ob id nõ amittitur, cum quis possit seruire per Vicarium.

Vndecimò, amittitur, si quis id renunciet in fauorem alicuius in manibus domini §. 1. de vassal. decr. ætat. lib. 2. feud. tit. 14.

Duodecimò, si feudum infeudauerit alia lege, quàm ipse habet, vel in talem qui feudum seruare non potest, & per alienationem amittitur ipso iure, per fidelitatem non præstitam per sententiã. Silu. Feudum. num. 17.

Econuerso, cum inter dominum, & vassallum quædam ratio amicitiæ copuletur, ideò tenetur & dominus vassallo, de vtili, tuto, honesto, facili, possibili, ex ratione fidelitatis. §. 1. de forma fidelit. lib. 2. feud. titul. 6. cap. de forma. 22. q. 5. Vnde ex omnibus causis, & omni fellonia, qua vassallus feudo priuatur, & dominus 13 Feudum an dominus qñq; amittat.

minus priuatur proprietate, quæ remanet apud vassallum, siue is peccarit contra vassallum, vel alium. §. 1. qualiter domin. propriet. feud. priu. lib. 2. feud. tit. 47. §. domino. si de feu. def. controu. sit. lib. 2. titu. 26. non enim est obediendum principi si iniusta iubeat, contra ius naturale, vel diuinum. Act. 5. c. non licet. 10. distin. cap. qui resistit. 11. q. 3. secus si contra ius positiuum tantum. Bald. in c. cum adeò. de rescriptis; vnde non potest princeps inuitare ad tripudium vxores subditorum, nisi & mariti inuitentur qui eas comitentur. Bal. in l. quod ex liberta. de oper. lib. Mart. de Cæsar. tract. de Principe, num. 16. vnde nec priuari potest regno Rex, nisi de consensu omnium ordinum regni, si tirannicè regat, & Papa consulto. cap. duo. cap. Imperator. 96. dist. cap. alius. 15. q. 6. cap. venerabilem. de electio. & si sunt minores valuassores, conquerẽdum est de eis coram domino superiore, vt supra est dictum; & ideò ius sibi dicere non possunt, cum ad alios sit legitimum confugium. l. nõ est singulis. de reg. iur. vel vassallus possit se liberare à tiranno, scilicet refutatione, vel distractione rei, ob quam fides præstatur. §. 1. de vassal. qui cont. constit. Lothar. Prædicta verò intelliguntur nõ effici ipso iure, sed per sententiam: vt dicit Silu. Feudum. nu. 18.

Vbi verò feudum ob ingratitudinem in dominum commissam, amittitur, ad eum redit. §. deniq; quæ fuit prima causa benefic. amitt. lib. 2. feud. tit. 24. vt si cum propinqua domini concubuerit, si alienet feudum eo inconsulto, si felloniam contra eum committat, si ab eo non petierit inuestituram, vt supra est dictum. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Fed. lib. 2. tit. 35. quòd si plures domini feudi gradatim sint, & vassallus minimus offenderit superiorem, non ad dominum domini offensi, sed ad eum à quo accepit, feudum reuertitur, nisi dominus requisitus à domino neglexerit petere à valuassino satisfactionem. §. illud quoque. de prohib. feu. alie. per Fed. lib. 2. tit. 55. ob culpam etiam prælati ecclesia priuatur feudo, dum is viuit, interim domino eo possidente, postea ad ecclesiam redit. §. fi. de cap. Conradi. lib. 2. tit. 40. §. item si fuerint. quibus mod. feu. amitt. Si verò alijs de causis priuetur quis, si morte defuncti, post non extat eius hæres legitimus, ad dominum redit. d. §. item si fuerint, vel si deficit vassallus, qui obsequia possit præstare. §. fi. tit. ep. vel abb. tit. 6. lib. 1. Sed si feudum paternum est alienatũ ab vno fratrum, proximior ad quem successiõ pertinet, succedit non dominus. §. hoc quoque. de success. feu. lib. 1. tit. 8. in alijs dominus. §. & si clientulus. de alie. feud. & si feudum paternum repudietur, ad agnatos pertinet. §. fin. an agnat. vel fil. defunct. lib. 2. tit. 45. Si verò feudum auferatur vassallo ex graui crimine in alium, quàm dominum commisso, vt homicidio, ad agnatos pertinet, si est feudum paternum. §. deniq; quæ fuit prima causa benefic. amitt. non verò ad filios delinquentis, nisi, agnatis non existentibus, nouo titulo à domino impetrent, vel priuilegio. §. 1. si vass. feu. priu. iuxta gradus prærogatiuam; de quo Iacob. de sancto Georgio, tr. de feu. §. dictiq; vassalli. num. 58. cum seq.

Quòd si demum de feudo controuersia oriatur, consideranda est feudi natura, an sint franca, ligia, &c. vt supra est dictum, et cum consuetudines locorum, & secundùm hæc lis dirimenda. Et si controuersia sit inter summos valuassores, vt Duces, Comites, &c. qui habent feuda regalia, causa est terminando coram Rege, vel Imperatore. §. 1. apud quem, vel quos contr. feud. termin. deb. cap. 1. de capit. Corradi. Si verò inter minores vassallos vnius domini, de feudo vel eius parte, vel de finibus feudi contendatur, dominus feudi iudex est. cap. imperialem. cap. penult. de prohibit. feud. alien. per Federic. sed si est tantum vnus vassallus illius domini, & de illo feudo non sit controuersia, sed alio, non is, sed pares curiæ iudices erunt. d. §. 1. apud quem. &c. & si dubium est quis litigantium sit vassallus, quia duo dicant sibi factam inuestituram noui feudi, ab eodem domino, vel diuersis, adiri debet iudex ordinarius, vel arbiter constituendus; cap. 1. §. si inter. de capit. Corradi.

14 Feudorũ cõtrouersia vt dirimatur.

Corradi. & si coram eodem domino vterque litem contestetur, & alius dicat feudum nouum, alius antiquum, ordinarius iudex, vel arbiter adeundus. §. primo. de inuestit. in marito facta. non dominus, nisi pares curiæ admitti velint. §. 1. an apud iud. vel dom. controuer. feud. dominus tamen cognoscit, si vterque fateatur feudum antiquum, & ab eodem inuestitore. cap. 1. de inuestit. in marito facta. non si à diuersis, quia tunc ordinarius adiri debet, vel arbiter. §. si duos. §. si tres. de pace tenenda. Ordinarius etiam aditur si inter vassallum, & extraneum de feudo contendatur. cap. primo. de controuersi. inter vassall. & alium. & item si agatur cum extraneo de alia re quàm feudo, ordinarius aditur, non dominus, nisi agatur de dominica iurisdictione. cap. cæterum. vbi Innoc. & Panorm. de iudic. Vbi verò dominus denegat iustitiã vassallo, potest adire superiorem, & ab eo cogi, vt ministret. glo. & Aluar. in cap. imperialem. §. præterea. de prohibit. feudi alien. per Feder. vel adire potest iudicem ordinarium rei, & eum ibi conuenire. d. cap. imperialem. §. 1. vel ad superiorem ob denegationem iustitiæ appellet. §. si tamen. authen. vt diff. iud. vel petere potest dominum proprietate priuari. cap. 1. qualiter domin. propr. priu. cum & vassallus iustitiam domino denegans feudo priuetur. §. item qui domino quæ fuerit prima causa benef. amitt. Si verò controuersia est inter dominum & vassallum, si res non feudales sint, de quibus lis est, ordinarius iudicabit. cap. si clericus. 11. q. 1. si feudales, si dominus habet pares adeundi sunt. Bald. in procem. Decret. qui si causam definire nolint, ordinarius adeundus. c. ex transmissa. de Foro compet. vt & si pares non sint. cap. 1. de pign. dat. feu. lib. 2. tit. 21. cap. 1. qui testes sunt necess. ad proband. nouam inuestit. & si agitur alia actione, quàm feudali, vt remedio. l. si quis in tantã. C. vnde vi. adeundus ordinarius. Bald. in cap. 1. de inuest. in marito facta. Agit etiam vassallus contra dominum, vt det inuestituram promissam, & præstita fidelitate possessionem vacuam cũ vtilitate ob moram emergente, & quod præcisè cogatur dare inuestituram, nec liberetur soluendo interesse. §. fi. qui succell. da. inuest. ten. lib. 2. tit. 3. §. fi. de noua forma fidelit. lib. 2. tit. 7. §. si pacta. si de feu. fuerit controu. lib. 2. tit. 26. qui & petit vt si feudum empititium repetatur, pretium restituatur. cap. 1. de feud. dat. min. valuass. & vt fidem seruet, aliter vt priuetur proprietate, vt supra, hæredes etiam à domino repetente, vel recuperante feudum, repetunt melioramenta in feudo facta, vel eorum æstimationẽ. §. si vassallus. tit. hic finit lex. lib. 2. tit. 28. & si feudum regreditur ad dominũ vassallo moriente sine masculo, si moritur ante Calendas Martij fructus domini sunt, si ab illis vsque ad Augustum hæredis vassalli, si post Augustum domini. §. sic ita consequenter. tit. hic finitur lex. Agunt & agnati defuncti, vt quia priuati sint feudo paterno antiquo, vel alijs modis, tit. si de feudo fue. controu. vt contra dominus agit contra vassallum, vel quòd neget esse eius vassallum, vel feudum ei dedisse. §. 1. §. similiter. si de inuest. feudi fuerit controuer. quod vt eum dicat cecidisse in cõmissum ob ingratitudinem, vel quòd portionem feudi repetat. §. 1. de content. inter me dom. lib. 1. tit. 12. vt & qui emit feudum à vassallo, quòd à domino euictum sit, quanti sua interest repetit à venditore. §. si vassallus. si de feu. de fuit controu. fuerit lib. 2. tit. 26. Controuerti etiam potest de rebus feudalibus an sint allodiales, vel feudales, vel libellariæ, vel emphiteoticariæ, & an feuda sint regia, ligia, franca, &c. an fiat contra pacta, an quid intersit, & huiusmodi, de quibus Bald. locis citat. Curt. Aluarot. Tolos. lib. 6. syntag. iu. & alij.

SVMMARIVM.

1 Dos quid sit, vnde dicatur, & cur detur.
2 Dos quotuplex, & quæ quælibet.
3 in Dotem dari quæ possint, vel non.
4 Dos qualiter constituatur.
5 Dotem dari quis teneatur, vel possit, & vt differat.

6 Dotis fructus cuius sint, & cuius proprietas.
7 Dos quanta esse debeat, & an possit dari minor legitima, & quomodo.
8 ex Dotis natura quæ veniant.

De Dotis constitutione. Cap. LXVI.

1 Dos quid sit vnde dicatur, & cur detur.

CVm inter viuos per viã contractus, vt plurimum dotes constituantur, iccirco de ijs nunc agendum est, cum aptior de ijs tractandi non cadat mihi locus.

Dicitur autem dos à verbo dono: vt dicit Varro lib. 4. de lingua lat. vnde & connumeratur inter donationes, in l. fi. C. de donat. ante nupt. & de nomine dotis habetur Deuter. 22. Exo. 22. quòd stuprator tenetur dotare corruptam, & est res omnis tradita, vel promissa à patre, vel alio, marito pro subeundis oneribus matrimonij, non enim cogitur maritus mulierem indotatam ducere, aliàs deceptus dicitur. l. si donaturus. §. si quis. ff. de condict. causa data. Licet necessariò non interueniat, etsi clarius probet matrimonium. cap. Lotharius. 31. q. 2. c. per vestras. de donat. inter virum & vxorem. Vnde & nullæ dotes apud Sopithas Indicos erant, vt dicit Diod. Sic. lib. 12. Biblioth. anno. 9. rerum Gest. & Græci antiqui vxores emebant: vt dicit Arist. lib. 2. Polit. cap. 6. & Solon etiam in eius legibus dotes sustulit, voluit enim consortium non pretio, sed benignitate, & charitate liberorum iniri: vt dicit Plutar. in Solone. quòd & Spartani seruabant: vt d. Aelianus, lib. 6. de var. hist. c. 6. & apud Indos idem seruatur, sic etiam vt qui ibi lucta publicè vicerit, vel alia virtute eã eligat vxorem quam vult: vt dicit Arrianus, lib. de rebus Indorum. Dos enim vera est mulier morata, & pudica: vt dicit Plautus in Amphitr. act. 2. scena 2.

Lege tamẽ Christianorum dotes permittuntur, cum matrimonium sit indissolubile ob onera matrimonij sustinenda. l. dotis fructus. ff. de iure dot. l. pro oneribus. C. eodẽ. cum vir teneatur alere vxorem etiam indotatam. c. omnino. 31. dist. & etiam extra domum si nolit cum ea habitare. Bald. in l. 1. C. de leg. Boer. decis. 195. nu. 7. dicit tamen Bar. in l. iubemus. C. de sacr. san. eccl. Sal. in l. si constante. de donat. ante nupt. Guid. Pap. q. 274. & 565. q si dos non soluitur debito tempore potest vir vxorẽ expellere. l. fi. C. ad Velleian. quòd tamẽ non procedit in foro conscientiæ, cum hæc nõ sit causa diuortij faciendi, de quo in tract. Matrimonij dixi; & etiam tenetur ei vestitum præbere. cap. omnino. 31. dist. Imol. in rubr. sol. matr. secundùm vtriusq; facultates, & dignitatem. l. pen. de alimen. & cibar. leg. quæ tamen vestes modestæ sint; vt probat Arist. 1. Aeconom. cap. 1. & Cirill. cath. 4. more ingenuarum, & quæ distinctæ sint à vestibus meretricũ, & ancillarum. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. de iniur. & etiã tenetur cum vxore concũbere, & ei debitum matrimonij reddere. cap. gaudemus. de diuort. & etiam tenetur filios alere. l. fin. §. ipsum autem. C. de bon. quæ lib. l. vnica. §. sileat. C. de rei vx. act. l. pen. de libe. agnosc. & eos erudire, & in eorum institutionem impendere. l. alimentis. ff. de alim. & cib. leg. & filias dotare. l. qui liberos. de ritu nupt. l. fi. C. de dotis promiss. Vnde dos debetur viro ad prædicta peragenda, quæ differt à paraphernis bonis, vel antiphernis, quæ sunt donatio propter nuptias ad æqualitatem dotis præstandam facta à marito vxori. l. fin. C. de donat. propter nupt. vt & à paraphernis, quæ sunt bona mulieris aliundè, quàm ex dote, aduentitia sibi. l. si ego. §. dotis autem. de iure dot. l. pen. ad leg. Falcid. & si non apparet esse aliundè quæsita, præsumuntur quæsita ex bonis mariti. l. Quintus Mutius. ff. de donat. inter vir. l. etiam. eodem. & etiam in paraphernis censetur vir administrator, nisi expressè ei inhibeatur. l. hac lege. C. de pact. conuen. l. maritus. C. de procur.

2 Dos quotuplex, & q̃ libet.

Diuiditur autem dos in profectitiam, & aduentitiam: profectitia est quæ à patre, vel vt à patre, auo vel proauo, vel alio superiore de linea patris, pro filia nepte &c. de bonis eorum proficiscitur, vel de eorum mandato, vel nomine, aut

aut ijs ratum habentibus datur l. profectitia, ff. de iu. dot. vel à præside vel curatore eius, si sit prodigus vel furiosus, d. l. etiam si filia esset emancipata. Aduentitia est, quæ non proficiscitur à parente, vel auo &c. aut eorum nomine, sed eam dat mulier per seipsam, vel quilibet alius patre & auo &c. exceptis, vel sit frater, auunculus, vel quilibet alius, d. l. profectitia l. filiæ dotem, C. de collat. Vnde si pater dedit non vt pater, sed vt extraneus, vt quia debitor erat filiæ, & eius nomine dedit in dotem est dos aduentitia, d. l. profectitia.

Alia diuisio est, quod dotium alia est æstimata, alia inæstimata, inter quæ est maxima differentia, nam vbi res dotales sunt æstimatæ periculū, & emolumentū earum spectat ad virum, nisi res ex toto perierit ante nuptias, quia æstimatio facit venditionem, & proinde periculum, & commodum spectat ad accipientem, l. plerumque l. res in dotem. ff. de iu. dot. vnde si mulier attriuit vestem æstimatam, vir æstimationem reddet, si erat inestimata periculum, & commodum est mulieris, nisi res consistat in pondere numero mensura, quia tunc periculum spectat ad virum, vt est triticum, vinum, &c. Maritus etiam lucratur fructus & fętus rerum dotalium non æstimatarū, d. iuribus, quod intelligitur si sustinet onera matrimonij, alias debentur vxori, l. videamus 2. de vsur. §. penul. & d. l. plerumque §. si serui, & etiam fœtus pecorum dotalium pertinent ad virum, sic tamen vt ex fœtibus natis suppleantur ante capita mortua d. l. fœtus tamen ancillarum non accrescit viro, cum dignitas conditionis humanæ non debeat nomine fructus censeri, d. §. vt nec ei debentur lapifodinæ, vbi lapis non renascitur, secus vbi renascitur, & idem in argenti fodinis, arbores etiam qui non ceduntur non cedunt viro, secus in cęduis qui breui renascuntur, cum sic dici possint fructus, Bar. in l. diuortio, §. si fundum, §. si vir. ff. sol. matr. arbores tamen non cœduę vt vites cedunt viro, si ijs vetustis existentibus aliæ earum loco suffectæ sint, & excreuerint, cum ita cędu ę dicantur, vbi & d. quod si maritus legat vxori vsumfructum suorum bonorum, non veniunt emolumenta protocollorum si notarius sit cum semel tantum percipiantur, nec renascantur.

Dari vero potest in dotem omnis res idonea, quæ à commertio non sit aliena, vel aliter prohibita non sit l. vt gradatim, ff de Muner: vnde mulier omnia bona sua dare potest in dotem l. mulier bona, de iu. dot. l. nulla lege, C. eod. Dari etiam possunt mobilia & immobilia, ff. de iu. dot. per tot. & res quæ numero pondere mensuraue constant, quæ sunt periculo viri, & ea reddit eiusdem qualitatis & quantitatis, l. res in dotem de iu. dot. l. cum quid, si cert. pet. & nomina debitorum, quorum vtiles actiones transeūt in maritum, l. 2. C. de act. & etiam dari possunt in dotem prædia tam vrbana q̄ rustica, l. si dotale, l. si nupturo, ff. de fundo dot. vt & dantur æstimatæ vel non, si non, restituuntur tales quales inueniuntur, vt supra, l. plerumq; de iu. dot. l. vn. §. cumque, C. de rei vx. act. ęstimatę vero restituuntur iuxta æstimationem, d. l. plerumq; l. cum dotem, eo. si tamen placuerit rem ęstimatam restitui, alias viri erit electio eas retinere, & pecuniam offerre, l. quoties, C. de iu. dot. nisi ea mēte fuerit facta æstimatio, vt rei detrimenta suppleretur pretio in restitutione rei, quod colligitur si dicitur res restituendas æstimatas quando restitutio facienda erit, quia tunc ęstimatio non facit emptionem, l. si inter virum, C. eod. & d. l. plerumque, §. pen. vt & maritus tenetur de inæstimatis pereuntibus eius dolo vel lata culpa l. pen. ff. sol. matr. 3 In Dotem dari quæ possint vel non.

Constitui autem potest dos traditione & promissione, l. fi. C. sol. matr. Alex. in l. legem, C. de pact. l. si voluntate, C. de dot. pro. ideirco nomina in solutum data, vel acceptilatione pro traditione habentur, l. licet §. 1. l. promittendo, ff. de iu. dot. non enim semper numeratio exigitur, sed cautio & promissio, si certæ summæ fiat promissio non aliter, l. sancimus, C. de verb. signific. l. 1. §. l. ad exactionem, C. de dot. promiss. l. vel si pater, aut qui tenetur dotare in arbitrium boni viri fecerit dotis promissionē, qui arbitrari debet iuxta qualitatem personæ, & facul- 4 Dos qualiter constituatur.

facultatem constituentis, l. quęro, l. cum post, ff. de iu. dot. & potest augeri & minui consensu coniugum matrimonio constante, si id fiat sine damno liberorũ prioris matrimonij & creditorum, l. si constante, C. de don. ante nupt. & auth. iam necesse, ibid. posita.

5 Dotē dare quis teneatur, vel possit, & vt differant.

Dotare vero mulierem aliquæ personæ tenentur, vel possunt. Et primo pater tenetur ex officio dotare filias, & filijs quærere conditionem, l. qui liberos, de rit. nupt. & potest contra eum regulariter ex eo iudicis officium implorari, vt eas dotet, d. l. not. in l. fi. C. de dot. promiss. quæ iura intelliguntur si eius consensu nubit. Si vero nupsit indigno id est turpi nota, non tenetur, secus si digno, sed minoris conditionis, quo tamen casu minor dos dari potest, Abb. in c. 1. de desponsat. impub. Butr. & Imola, in cap. accedēs, de procur. Si vero nupsit digno, aut promisit filia dotem, & pater tenetur eã dare, licet in tali promissione non consenserit, quia in rem est patris, Bar. in l. obligamur, §. lege, ff. de act. & obliga. Si vero nupsit sine promissione dotis, non tenetur pater eã dotare, quia uir tenetur eã alere, & si præmoritur relictis filijs, tenetur ei relinquere quartam partem bonorum, secus si non habet filios, Inn. in c. per vestras, de don. inter virum, §. 1. auth. quibus modis nat. effic. leg. Bar. in d. §. lege, Bal. in l, 1. ff. solut. matrim. & in l. fi. C. de dot. promiss. & post vigintiquinque annos tenetur pater eam dotare etiã si nupsit indigno, Abb. in d. ca. 1. & in d. accedens, qui & ibi, d. quod licet nubat sine dote, non per hoc excluditur à quarta sibi debita in bonis paternis, non obstante statuto disponente, quod mulier dotata contenta sit dote, quia non procedit in hac quę nupsit sine dote.

Ampliatur vt pater teneatur dotare etiam filiam meretricem volentem pœnitere, cum causa sit fauorabilis, Ci. in l. non omni, C. de adm. tut.

Secundo ampliatur, vt teneatur etiam filiam illegitimam dotare in foro conscientiæ, cum eam alere teneatur, c. cum haberet de eo qui cogn. & dos succedat loco alimentorum, Ci. in l. non omni, C. de admin. tut.

Tertio ampliatur, vt teneatur etiam filiam dotare, secũdo, si illa dotem amisit sine dolo & culpa, Barto. in l. si cum dotem, §. si post solutum, ff. sol. matrim. Vnde & si pater constituit dotem filiæ, quæ bona habeat aliunde, de suo, nõ bonis filiæ dotem dedisse videtur l. fi. C. de dot. prom. l. profectitia, C. de iur. dot. secus in extraneo administratore qui ex bonis mulieris nõ proprijs dotasse mulierem censetur, gl. in d. l. fi.

Secundo, Mater aliquo casu, licet non regulariter, filiam dotare tenetur, vel si lege aliqua cogatur, vel causa grauis existat, vt si mater diues sit & pater pauper, tunc enim alere & dotare tenetur l. neque mater, C. de iur. dot. l. pen. ff. de lib. agn. maxime cum mater & filius mutuo sibi in legitima succedant, & dos locum legitimę obtineat, ff. & C. ad orfic. & Tert. glos. in l. fi. de dot. promiss. l. ut sesennius, de neg. gest.

Tertio, frater tenetur dotare sororem ex eodem patre & genitam, vt & alere in casu necessitatis, cum dos succedat loco alimentorum l. cum plures, §. penult. vbi glos. de adm. tut. l. non omni, C. eod. Abb. in c. peruenit, de arb. & eo magis si clericus sit, cum magis teneatur ad charitatem, c. 2. de empt. & vend. & prima charitas incipiat à suis, ca. non satis 86. dist. l. pręses, C. de seruit. & aqua, & potest ideo eam dotare de bonis, idest fructibus ecclesiæ si alia bona non habet, c. 1. de cohab. cler. c. omnino 31. dist. sic tamen vt modũ dotis non excedat, sed ei subueniat vt pauperi, ar. c. negotiatorē, 88. dist. gl. in l. 1. C. de alen. lib. Ias. in §. sed & si quis, inst. de act. c. quisquis, c. sine manifeste, c. episcopus, c. res ecclesiæ, 12. q. 2. Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 1. & si frater de bonis fratris dotauit sororem, & matrimonium viguit tempore mortis patris, non tenetur eam portionem conferre cum fratribus mortuo patre, Silu. Dos. q. 7.

Tertio maritus potest ante matrimonium constituere dotem vxori, maximè si plebeius dotem det nobili in præmiũ nobilitatis, post matrimonium vero nõ potest nisi casu prædicto, Abb. in c. & si necesse de donat. inter vir.

Quarto,

Quarto, potest pater dare in dotem si ne consensu domini rē emphiteuticam cum onere tamen suo, laudemium tamen non soluitur, cum alienatio sit necessaria, & potest etiam dari in dotem extraneæ, sed soluetur laudemium, filiæ vero tantum potest dari æstimata, Spec. tit. de locato, §. nunc aliqua, & etiam dari potest in dotem feudum, in quo filia succedit, non autem aliud, nisi quo ad fructus patre viuente, & vt est dictum c. præcedenti, Silu. dos q. 8. & 9.

Differt autem dos data à patre, vel extraneo, quia in hoc dicitur quilibet, extra patrem etiam frater, l. vnica, §. extraneũ, C. de rei vxo. act. qđ si fit extraneus nec in datione dotis prospexerit quod in casu restitutionis, ad se reuertatur, debetur vxori, vel eius hæredibus d. l. §. repetit, Nec etiam sat est pepigisse quod dos restituatur in vnum casum dissoluti matrimonij, vel diuortij, sed oportet vtrunque exprimere, alias venit tantum casus expressus l. si cum dotem, vbi glo. distinguit, ff. sol. matr. Dos vero à patre profecta, nisi aliud sit conuentum, in vtroq; casu restitutionis ad eum redijt, l. dos à patre, C. sol. matr. l. si ab hostibus, ff. eo. l. iure, ff. de iu. dot.

6 Datur vero dos marito, vt apud eum maneat perpetuo durante matrimonio, l. 1. de iure dot. cuius proprietas est vxoris in casu solutionis matrimonij, vsusfructus mariti, qui & ob id quandoque dicitur dotis dominus l. dote, C. de rei vendicatione l. dotalé prædiũ, §. dotale, l. si nuptura, ff. de fundo dotali, sic tamen vt à marito alienari vel obligari nõ possit, l. in rebus, C. de iure dotis l. pomponius, §. in dotem, de acquirẽda possessione, nec fructus dotis possint conuerti in dotem, nisi ante nuptias sint percepti l. 4. ff. de pactis dotal. l. videamus, §. si de vsuris, nec mulier pacto ea sibi retinere potest nisi ipsa se alat. §. dotes autẽ auth. de nupt. l. si filia, §. primo, ff. fam. hercis. l. si is qui stichum, ff. de iure dot. l. si quis pro vxore, §. si. de donatione inter virum & vxor.

Dotis fructus cuius sint, & cuius proprietas.

7 Quo vero ad quantitatem dotis dandæ, dari debet iuxta facultates & qualitatem parentum, ex statuto tamẽ potest induci vt sit minus legitima iure debita, Ci. in l. 1. C. de nupt. Bar. in l. titio centum, §. titio genero, ff. de cond. & dem. Ang. in l. papinianus, ff. de inoff. test. Couar. in 4 decret. 2. p. cap. 8. §. 6. nu. 5. & in ead. 2. p. c. 3. § 9. nu. 3. & etiam id fieri potest per pactum, Tolos. sint. iu. li. 41. c. 2. nu. 2. quæ tamen debet sat esse ad alimẽta, ad hoc vt minui possit, cum ea debeantur iure naturæ, & dos succedat loco alimentorum, Couar. d. c. 3. nu. 3.

Dos quanta esse debeat, & an possit dari minor legitima, & quomõ.

Et vt hęc diminutio sustineatur, cautelà est, vt filia pubes dote contenta, non vi nec metu renuntiet patri cum iuramento futuram successionem, sic enim non habet regressum ad eius bona ab intestato, cap. quàmuis de pact. in 6. §. 1. de fil. natis ex matr. li. feu. 2. modo ea renuntiatio fiat cum consensu patris, uel eo absente, notario qui pro eo stipuletur, & cum iuramento, quia sine eo non valeret, vt d. Couar. in rubr. de pact. 3. p. in princ. vbi tamen filia pactum patri fecit de non succedendo, si pater consensum reuocet ęquis portionibus cum fratribus succedit, Couar. ibi num. 7. in fi. & pręsumitur renuntiare in fauorem fratrum masculorum, siue renuntiatio fiat patri, siue fratri cum patris assensu, Bal. in l. pactum, C. de collat. & ea portio accrescit ei cuius contemplatione ex pacto, vel expressione certa est facta, Guid. Pap. q. 599. & 195. Bal. in l. si actione, C. de pact. idq; vt faueatur masculis in quorum nomine familiæ conseruantur, §. item vetustas, de hęred. quę ab int. si tamen filia sit impubes, non valet huiusmodi renũtiatio etiam cum iuramento; etiam si ante iurasset se puberem esse, d. c. quàmuis, & ibi Anch. cum sic nec nubere possit, nec contractu obligari, l. pupillus, l. obligari, de act. quæ et intelliguntur si dos fuerit tradita vel assignata, aliter non diceretur dote contenta ar. l. si pater, de dotis promiss. & valet hęc renuntiatio licet expresse filia non sit certio rata de validitate vel vi huius renuntiationis, Nãta au d. c. quàmuis, si tamen fiat renuntiatio fratribus viuente patre, eo inscio, etiam cum iuramento non valet, Natha. in d. c. col. 11. 10. limit. & ibi Anch. Im. & Gem. si vero fiat eis cum

con-

consensu patris, valet si perseueret in ea voluntate vsque ad mortem, l.fin. C.de pact.qui pater si reuocet illud pactum, ipsa filia succedet, Couar. loco cit.nu.8. ver.tertius casus, cum filia pactum fecit in fauorem fratrum, & si fecit pactum cum fratribus consentiente patre, non poterit si adsit iuramentum,id reuocare Couar. ibi quarto casu, & etiam si fiat fratribus post mortem patris, & modo in prædictis non interueniat metus, vis fraus, Si tamen filia renuntiet bonis paternis dotata, succedit in maternis nisi & eis renuntiet,Castr. Bald.in l. 1. ff.de adim.leg. Si tamen filia renuntiet bonis paternis & maternis,& alter eorum con uolauit ad secũdas nuptias alio mortuo, succedit non obstãte pacto in illis lucris quæ habebat is vel illa pater, vel mater conuolans ad secundas nuptias ex bonis prioris præmortui coniugis,& quæ tenetur relinquere liberis prioris matrimonij,iuxta l.fœmine l. generaliter, C. de sec.nupt.cum ius id sit quæsitum post renuntiationem Dec. cons. 579. Roman. cons. 485. lucra etiam repetentis secundum thorum extantibus liberis ex primo,deferuntur ad liberos,non ut hæredes,sed ut filios, auth. hęres, C. de sec. nupt. Oldr. cons. 192. Guid. Pap. decis. 228. Dec.cons.399. Similiter si filia dotata excludatur ab hęreditate paterna in fauorem fratrum & agnatorum, illis mortuis succedit, non obstãte renuntiatione, vt & si hęres extraneus sit institutus,potest supplementum petere, etiã si extent agnati & extraneus sit institutus, Castr.cons. 348. vt & statutum quo filia dotata excluditur, intelligitur extante hærede masculo eiusdem gradus cuius est filia, non de inferiori,vnde nec filia excluditur per neptem ex filio fœminam,Castr.cons. 47. vol. 1. nisi filius qui neptem reliquit, adierit hæreditatẽ, quia sic transfert ius in filiam, Similiter filia dotata non excluditur per filium legitimatum tantum, Soc.cons. 245. 2.vol. Bald.in l.cum antiquissimi, C de fideicomm vt& exclusa, admittitur ad hæreditatem patris si ab eo instituatur hęres,Feli.in c.si diligenti,col. pen.de foro co npet.nisi excludatur dotata à successione patris, quia sic quæsitum est ius fratribus, imo nec tunc potest substitui per fideicommissum fratri, Cassan. de success.§.12.num. 6. potest tamen pater hoc casu relinquere filiæ donatione causa mortis,Cassan. d.§. quæ etiam dotata non excluditur à successione fratrum, nisi & ei expresse renũtiarit, idem,ibid. nu.1.2. 4.cũ seq. Ias.in l.eius qui §.qđ si stipulatus,col.5.si certũ petatur, Roma. cons.168. 1.dubio, Aret.cons.161.col.2. quę,& non obstante renuntiatione succedit patri, si agat de supplemento legitimæ, vel vi metuuè renuntiarit,uel si immodicè sit lęsa supra scilicet legitimã, quia restituitur in integrum, & à iuramento absoluitur, Anch.in c.canonum, de const.l.fi.vbi glos.C.qui & adu. quos in int.rest. Cassan. in §.12. de testam. in consuetud. Burgund.vt & qui contentus accepto renuntiauit successioni potest supplementum legitimæ petere l. si qũ, §.generaliter, vbi Ias. de inoff. test.& ita & filia potest petere supplementum legitimæ,etiam dotata & exclusa à statuto, si dotem minus sufficientem accepit: Soc.cons. 150. vbi ad idem quinquaginta doctores allegat idem sentientes, vel saltem restitui ad pacti rescissionem, & etiam filia renuntians hæreditati paternæ, non prohibetur petere bona patris, vt hęres fratris, nec succedere si à patre hęres instituatur, vt nec excluditur à bonis feudalibus,Couar. d.3.parte in principio; & §.tertio, numero secundo, & sexto, & idem si renuntiauit viuentibus fratribus qui mortui sint patre viuente, sic enim reuocatur renuntiatio, Couar. ibi,numero quarto, qui & disputat si filia renuntiet paternis bonis existentibus tantum sororibus, si masculi post non nascãtur, an succedat cum sororibus nõ obstante huiusmodi renuntiatione,subijcie ns in hoc multas distinctiones, quæ ibi videre licebit casu eueniente.

Et in tantum dos est necessaria vxori,quod si dos promissa non soluitur marito, potest recusare eam traducere, & pręstare illi alimenta,non tamen debitũ matrimoniale, secus si eam duxit sine dote,vt inquit Silu.verbo.dos 10. q.si tamen sit spes eam consequendi sentirem

non

non posse supersedere eius traductionẽ.

Ex natura vero dotis est, vt vendi non
8 possit, sub hac tamen distinctione, quod
ex Dotis natura q̃ veniant. si in ea sint res mobiles quę functionem in sua specie recipiunt, vt vinum triticũ &c. vir eas vẽdere potest, quia alias eiusdem tantum qualitatis tenetur reddere l. res in dotem ff. de iure dot. etiam si vir inops sit, cum pro his non accedat fideiussor l. 1. ne fid. dot. dent, nisi forte vergente marito ad inopiam res dotales repetere velit l. vbi adhuc C. de iure dot. c. per vestras de donat. inter virum. Si vero mobiles alterius generis sint, si sint inęstimatæ cũ periculo vxoris atterantur, vt vestes, animalia, & huiusmodi, ideo vẽdi non possunt ea inuita, ea vero consentiente valet venditio, dummodo maritus sit soluendo l. plerunque de iure dot. l. seruum dotalem, ff. de manum. l. 3. C. de iure dot. Quod si res dotales simpliciter mobiles ęstimatæ sunt, maritus eas vendere potest, nisi contrarium sit actum d. l. plerunque §. fin. l. si æstimatis, ff. solut. matrim. & in dubio vendere potest cum sic periculo mariti sint etiam si mulier eas consumpserit, vt vestes, adhuc enim maritus ad earum æstimationem tenetur, l. æstimatę vbi glo. ff. solut. matrim. nisi ęstimatæ sint ad hoc vt sciatur earũ valor, vt soluto matrimonio appareat verum res sit deteriorata, quia sic nõ potest alienare l. si inter C. de iure dot. Si vero res dotalis sit immobilis inęstimata, alienari non potest etiam vxore consentiẽte, l. iulianus, ff. de fundo dot. auth. siue autem C. ad Velleie. l. vnica, §. & cũ lex, C. de rei vx. act. nec potest etiam mulier huic priuilegio renuntiare, l. de die, ff. de pact. dot. l. in rebus, C. de iure dot. glos. in l. dotalem, ff. de mil. test. imo si alienetur potest maritus pendente matrimonio id repetere, & vxor & etiam soluto, l. quemadmodum C. de agric. & censit. lib. 11. l. non dubium C. de legibus l. in rebus, C. solut. matrim. si tamen eo casu, vxor moritur in matrimonio, & maritus ex pacto, vel consuetudine dotẽ lucratur, alienatio illa confirmatur l. vẽditorem, ff. de euict. l. nec nos, C. de capt. l. cum profitearis, C. de reuoc. don. sunt tamen casus in quibus maritus põt alienare res dotales inęstimatas, primo, si prouocetur ad diuisionem fundi dotalis a socio, qui cum eo illum habet communem, qui tamen ipsum ad diuisionẽ prouocare non potest l. fi. C. de fundo dot. l. communi, §. si debitor, ff. comm. diuid. secũdo, si alienet cum vniuersitate bonorum in l. 1. C. eo. tertio, si vergat in vtilitatem vxoris, d. l. fi. quarto, si alienet ex necessitate, quinto, si alienet cum consensu vxoris quæ denuo post biennium consentiat, dũmodo sint alię res viro, quibus possit & consuli gl. 1. in c. cum contingat de iureiur. sexto, si semel tantum consentiat & simul iuret de non contrauenien do, c. cum contingat de iureiur. c. licet, eo. in sexto, vel per se vel procuratorem speciale mandatum habente, cap. fi. de procur. in sexto, modo iuramentum vi, vel dolo nõ sit extortum, & modo in datione dotis iurauerit quod non consentiet alienationi, standum est enim primo iuramento, glos. in dicto capitulo licet, Imo. in l. si ęstimatis, ff. de solut. nisi causa rationabilis interueniat & iudicis authoritas, & si iurauit rem dotalem alienatam non repetere, seruari debet iuramentum, Papa tamen eam restituet proprio motu, si iuramentum vi vel dolo est præstitum, quod præsumitur si vir ferox sit, & mulier debilis, vel vir prodigus, sic enim alienatio est suspecta, quæ tamen minas vel verbera probare debet, in dubio vero debet iuramentum seruari, Host. in dicto capitulo, cum contingat, septimo, valet alienatio rerum dotaliũ in eius præiudicium qui se pro ea venditione obligauit, vt teneatur de euictione, sed non in præiudicium vxoris, l. cum vir, ff. de vsucap. octauo, ex alijs pijs, & honestis causis de quibus in l. quàmuis, ff. solut. matrim. in l. mutius, §. manente, de iure dotiũ, alias requiritur eius cõsensus ẽt si res sit æstimata, sed optio datur data vxori an velit fundum vel pretium l. stipulationem ff. de iure dotium, Similiter maritus nõ potest alienare res vxoris datas propter nuptias etiam de eius cõsensu, nisi post biennium aliæ res sint viro quibus tuta reddi possit, & ipsa iterum consensit, auth. siue à me, C. ad Velleie. §. si qs igitur, auth. vt immob. nupt. don.

don. & mulier sit vigintiquinque annorum.l.si mulier, C.ad Velleie. potest tamen mulier consentire in venditione bonorum paraphernalium, l. hac lege, C.de pact.conu. l.si ego,§. dotis, de iure dotium, Sic etiam res dotalis hippotecari non potest l.vnica §. & cum lex, C.de rei vx.act.permutari tamen potest l.fin. de iure dotium, l.ita constante, ff.solut. matrimon. mulier tamen dotem cōstante matrimonio donare non potest l.constante, C.de donat.vbi glos.ipsam tamen actionem speciem, vel dotem promittere potest etiam sine praesentia viri, & filiorum, Bar.in d. l. & ibi gl.

Secundo, Ex natura eius venit, vt viro vergente ad inopiam constante matrimonio, vxor dotem repetere possit, modo eam non sit consumptura l.vbi, C.de iure dotium, Abb.in capitulo, per vestras de donat.inter virum, nisi vir caueat con summendam non esse, per fideiussoris constitutionem, non enim sat esset iuratoria cautio, & id intelligitur si substantia mariti non sufficit doti, & creditoribus, sic enim potest vxor dotem repetere, l.si constante, ff.solut.matr. & similiter si maritus ita se gerat quod vergat ad inopiam, l.ubi, C.de iure dotium, ut si vult facere sumptus supra facultates; & pari modo si maritus incipit vti male sua substantia, vt habetur in auth. de aequalit. dot.vbi glo. quando scilicet vir incipit depauperari, cum Reipublicae vtile sit dotes mulieribus conseruari, vt nubere, & onera matrimonij sustinere possint, vt not.in l.1.ff.solut.matrim.quibus casibus mulier potest dotem repetere contra maritum, & magis excipere contra petētem dotem, & idem de alio quolibet ad quem spectaret dotem dare, vel recipere, quibus casibus vxor potest agere etiam ad donationem ꝓpter nuptias, dicta l.vbi, & id agere potest vxor etiam si ab initio pauperi, vel vergenti ad inopiam, aut male vtenti substantia sua nubat, vt dicit, Bart.in d.l. si constante.

Tertio, vir ex adulterio vxoris, lucratur dotem, & donationem propter nuptias, nisi in casibus expressis, de matr. capitulo quinto, & Silu. exponit verbo Dos, nu.16.q.15.

Quarto, vir lucratur dotem, primo, ex pacto facto de tota dote vel eius parte lucranda post mortem vxoris, l. ex morte, & ibi auth.C.de pact.conu. secundo, si id disponat statutum, tertio, si non adsint propinqui ijsdem, sic enim sibi succedunt, de quo in tract. de success. ab intestato cadit sermo, alias redit ad uxorem, & ad virū donatio propter nuptias, nisi secus se habeat consuetudo, l. donatio, §. sane, ff. de donatione inter virum, & vxorem.

Multa porro sunt priuilegia dotis, de quibus dixi, d. capitulo 5.& Silu.d.verbo.quaest.14.

Quando demum & quomodo dos sit restituēda, dixi loco cit.& declarat Silu. in d.verb. quęstione vigesima, cum seq.

Reliqua in foro spectantia, si quae alia sunt, apud iuristas videre licebit.

SVMMARIVM.

1 Contractus innominati qui dicantur, qui sint, & quid ex eorum natura veniat.

De contractibus innominatis. Cap. XLVII.

Contractus innominati dicuntur, non quod omnia nomine careant, sed quia vnius tantum nominis negotium non habeant, sed ad multa negotia vnica appellatione pertineant, & ad plura extendantur, nulla data singulari à iure pro negōtio actione, vnde euenit vt cessantibus iudicijs proditis, & vulgaribus actionibus, cum proprium nomen inueniri non possit, descendatur ad eas actiones quae in factum dicūtur, & praescriptis verbis, l.1.2.l.si tibi, §. fin. de praescr.verb. vel hae formulae contrahendi pertinere possunt ad alias nominatas conuentiones, & tunc illę propriū nomen accipiunt omisso communi, vt patet in exemplis infra allatis, l. iurisgentium ff.de pact. 1 Contractus innominati q dicantur, quisint, & qd ex eorum natura veniat.

Diuiduntur vero cōtractus innominati in quattuor species, Do tibi vt des; Facio

cio vt des; Do vt facias; Facio vt facias, l.naturalis §.1. de præscr. verb. quæ formulæ possunt pertinere ad alias nominatas conuentiones, si enim do pecuniã vt rem accipiam, est cõtractus do vt des l.fi.ff.de cond. ob cau. transit tamen in nomen emptionis, si in quantitate & ratione æstimationis & pretij rei ea pecunia detur, aliter non l. naturalis, §. & si quidem de præscr. verb. l.1. ff.de contr. empt. similiter qui rem dat vt rem accipiat, permutare videtur, & re contrahere, l.1. ff. de rer. permut. & datur etiam pro his contractibus actio præscriptis verbis, ff.eod. per tot.

Secunda species cõtractuum innominatorum est do vt facias, quę contractus continet, in quibus aliud datur vt aliud fiat, modo in propriam formam nominatam non veniant, quia tunc eius nominis non generalis censentur, verbi gratia, si do vt facias, si tale sit factum, quod locari soleat, & pecunia detur, erit locatio, si vero pecunia non detur pro facto, erit contractus innominatus, vt & si tale sit factum quod locari non possit, licet pecunia detur, erit contractus innominatus, l. naturalis, §. at cum do, ff. de præscr. verb. vt & si pretij explorãdi causa res tradatur l.1.§.fi.eo. In hoc contractu si non fiat id pro quo est datum, repeti potest, vel agi præscriptis verbis, vt fiat d.l.naturalis, §. at cum do. l. si dominum, 1.eo. l. iurisgentiũ, §.1.de pact. quod si quis fecit conuentum, sed datum cui ctum sit, si sciens alienum dedit, actione de dolo tenetur, si ignorans, in factum ciuili actione, d. iuribus & si non fit id pro quo est datum, tenetur ad interesse, & si nil interest datum repetitur l.si tibi decem, de præscr. verb. vel incerti actione agetur l.ob eam causam, eo. Et si casu fortuito res inspicienda pereat, domino perit l.si rem tibi §.si eum, eod. & si margaritas alicui quis dedit, vel aliam rem vt ad se afferret, vel pretium eius, perit domino si ante venditionem perijt qui rogauit eum vt ad se afferret, quod si venditor id rogauit, eius est periculum l.si gratuitam, §.1.eod. sed si neuter rogauit, sed tantum consenserint, tenetur adferens de dolo & culpa, & ex hoc capite agitur actione præscriptis verbis.

Tertia species, facio, vt des, in qua si postquàm quis fecerit, alius cessat dare, actione de dolo agitur d.l.naturalis, § quod si faciam, l.si promisisti, §.fi. eo. & agi et potest vt reddat quod debet, d.l.si promisisti, §.1. & etiam potest factum tolli, l.si quis argentum, §. pen. C.de don. vel det quod promisit l.solent, ff. præscr. verb. l. cum mora, C. de trans.

Vltima species, est facio vt facias, in qua videndum primo, an contractus nominatus ibi incidat, quia sic præscriptis verbis non esset agendum, sed eo contractu, d.l.naturalis, §. sed si facio, l.rogasti, §.fi.ff. de pręscr. verb. & vbi quis fecit alius non, agitur quanti interfit, d.l.naturalis, in prin. & §.1.

Ideo vero cõtractus innominati sunt introducti, vt fides, vt & in alijs seruetur l.1. de fact. & agitur vel in factum, vel pręscriptis verbis, alijs deficientibus actionibus, l.1.2.3.de præscr. verb. licet & agi possit actione propriorum contractuum, l.si rem inspiciendam, eo. titu. l. duo. eo. l. quoties, ibid.

Et hæc dixisse sufficiat, quod attinet ad contractus vniuersos secundum se.

De modis contractus firmandi.

De pignoribus. Cap. XLVIII.

DE hac re dixi tractat. de Vsuris, cap.11.

SVMMARIVM.

1 Fideiussio quid sit, vnde dicatur, & an bona.
2 Fideiussor an differat à mandatore, sponsare &c.
3 Fideiussores quotuplices sint.
4 Fideiussor in qua re accedere possit, vel non.
5 Fideiubere quis possit vel non.
6 Fideiuberi pro quo possit, vel non.
7 Fideiussio qua forma sit fienda.
8 Fideiussor ad quid teneatur, vel nõ, & quid veniat nomine fideiussionis.

Fide-

9 Fideiussor quomodo & quando agat contra principalem.
10 Fideiussor an possit sine vsura aliquid accipere à principali pro actu fideiussionis.

De fideiussoribus. Cap. XLIX.

1 Fideiussio quid, & vnde dicatur, & an bona.

Fideiussio, vel fideiubere est pro alio fidem suam astringere, & alieno nomine obligari l. 1. §. qui autem, & §. sed aut proprio, ff. de act. §. 1. Inst. de fid. principali nihilominus obligato manente, Inst. eo. in principio & l. 1. 2. ff. de fideiuss. dicta à fide & iubeo quasi iubens suæ fidei stādum, vel quasi iussus suam fidem in aliquo negotio interponere, vt inde contractus firmiores fiant, cum satis videatur datum creditori per repromissionem, l. satisdationis, ff. de verb. signif. cuius fideiussionis comes solet esse miseria vt d. Plato in Carmenide ex dicto Thaletis in templo Appollinis posito, quod & significari videtur, Prou. c. 6. 22. licet si ex charitate fiat, sit opus egregium, vt & ex se est cum ex charitate, vel amicitia emanet, & progrediatur.

2 Fideiussor an differat à mādatore, sponsore, &c.

Fideiussorum autem nomine veniunt aliquo modo, mādatores, sponsores, constituentes, ex promissores, adpromissores, correi, gl. in §. 1. auth. de fideiuss. qui omnes accedunt principalibus obligationibus alijs, sine quibus esse non possunt l. qui contra l. fideiussor, ff. de fideiuss. vnde & principali contractu irrito facto, & fideiussio corruit l. si sub impossibili, de fideiuss. Fideiussor est is qui ante & post obligationem principalem adcipi potest §. 2. Inst. de fideiuss. Mandatores qui tantum ante rogati, & ex mandato fideiubent, qui si soluant à mandantibus actione mandati repetunt, etiam si id fiat eo præsente & mandante, §. si quid, Inst. eo. l. qui fidem, ff. mand. sponsor est qui sine rogatione pro alio intercedit, qui si pro præsente, agit actione mandati, si pro absente negotiorum gestorum, l. si remunerandi §. si passus l. pro fure, mand. l. qui fidem, d. l. ex mandato, §. fi. ff. mandati, quod si quis pacta mercede fideiussit, si actum sit, vt periculo suo id fiat, non datur actio aliqua, si non est actum, datur actio vtilis, d. l. si remunerādi, §. fi. Constituēs est qui post obligationē tantum accedit ad similitudinem fideiussoris, l. 1. ff. de const. pec. l. fi. C. eod. constituendo de pecunia soluenda quę ante ex aliqua obligatione debebatur l. hactenus, in prin. & §. 1. l. item illa §. qd adijcitur, de const. pec. Expromissor est qui promittit pro eo qui efficaciter obligatus non est, vt si quis domino pro seruo si eum manumiserit promittat. auth. si quādo C. de const. pec. Adpromissor est qui cum alio idem promittit, l. 5. §. satis acceptio, ff. de verbo. oblig. correi etiam fideiussores ad inuicem sunt l. reos, ff. de duobus reis.

3 Fideiussores quotuplices sīt.

Fideiussores etiam alij principales sunt, alij subsidiarij, principales qui se obligant expresse, subsidiarij nō existentibus soluendo ijs qui eos nominarunt, l. cum ostendimus, ff. de fid. tut.

4 Fideiussor in qua re accedere possit, vel non.

Potest vero fideiussor accedere in quacunque re, siue obligatio sit ciuilis, siue naturalis, vel prætoria l. 1. 2. l. qd enim lgręce, §. pręterea, & §. sed & si l. fideiussor, §. fideiussor, ff. de fideiuss. §. 1. Instit. eod. pro criminali vero causa vbi pœna corporis sit infligendā dari non potest, cum nocentes tantum sint puniendi, l. si à reo, §. illud ff. eod. l. si pœna l. crimen paternum, ff. de pœnis, l. sancimus, C. de pœnis l. illud ad l. Aquil. & vbi quis sit fideiubet, pecuniariter tantum puniri potest, Abb. in Rubr. de fideiuss. & si quis promisit aliquem in iudicio sistere sub pęna, & is commisit delictum, & fugit, promittens non tenetur ex delicto, nisi fuerit in dolo vel lata culpa l. sed & si ff. si quis caut. Pro actione tamen quæ ex delicto oritur, fideiussor tenetur; & pro pœna pecuniaria, l. gręce, § sed & si de fideiuss. l. si qs pro eo. eo. tit. vnde si qs sub pœna pecuniaria pmisit sistere reū, tenetur si dolo malo fecerit quominus exhibeat, & si sub pœna pecuniaria non se obligauit, extraordinarie punitur l. si quis reum, ff. de custod. reorum. Ang. in tra. de malef. in verbo fideiussit, in princ. si etiam causa sit criminalis & pro ea nō veniat pœna corporalis, potest fideiussor adhi-

adhiberi, Abb. in rubr. de fid. si est cõsuc ando vt d. Duena, li. 1. reg. iu. reg. 331. in fi. Villabos. fideiussor, nu. 39. si tamẽ quis fideiubeat pro reo decapitando, qui fuit consignatus, & aufugerit, non punitur pœna capitali, sed pecuniaria, quia nemo pro alio potest se obligare ad pœnã capitalem, cum nullus sit dominus vitæ suæ, c. si non licet 23. q. 5. l. liber homo, ff. ad l. Aquil. sic sentit Bart. in l. si quis reum, ff. de cust. reo. nisi fuerit in dolo, quia tunc punitur pœna arbitraria glos. in c. cum homo, 23. q. 5. & si quis promisit aliquem præsentare, qui post fideiussionem commisit crimen capitale ob q. fuit condemnatus, & aufugit, l. sed & si quis rei ff. si quis caut. l. si decesserit, ff. qui satisd. cog. non tenetur nisi fuerit in dolo vel lata culpa respectu delicti post patrati, quia in foro interiori [illegible] tetur ad damni emendationem.

Potest & accipi fideiussor, & in partẽ rei, & in partem pecuniæ quæ est in obligatione principali, l. fideiussores, ff. de fid. l. quæro, ff. loc. & etiam fideiussor potest iterum accipi pro fideiussore l. græce §. fin. de fid. & tam pro futura quàm præcedenti obligatione, modo sit aliqua vel futura obligatio, l. 4. l. stipulatus sum ff. de fid. l. non quemadmodum, ff. de iudic. §. fideiussor. Inst. de fideiuss. & etiam pro mulcta, vel æstimatione litis criminalis, vt d. Polib. lib. 5. Non potest tamen dari fideiussor pro ijs quæ se prostituunt quod id genus vitæ desertura non sint, vt habetur in const. 31. Nouell. nec pro debito sub impossibili conditione l. sub impossibili, ff. de fideiuss. nec pro facto indiuiduo promisso, vt si reus principalis promiserit, per illum non fieri quominus ire vel agere liceat, quia nemo potest promittere factum alienum nisi pœnam addat, sub qua se obliget, l. si ita rẽ, de fideiuss. l. stipulatio ista, de verb. obligat. potest tamen promittere se effecturum, vel curaturum vt alius faciat, §. si quis alium, Inst. de inut. stip. l. eius qui, si cert. pet. si quis tamen sua fide factum alienum susceperit, ad interesse obligari potest l. si quis ab alio, §. fi. de re ind. Nõ potest etiam dari fideiussor reddendarum dotium post solutum matrimoniũ, l. 1. & 2. C. Ne fid. dot. dent.

Potest vero quilibet fideiubere qui alios contractus agere potest, exceptis quibusdam qui ratione priuilegij non possunt, nisi ei renuntiarint, & potest etiam quilibet pro absente etiam fideiubere l. fideiubere, ff. de fideiuss. & idoneus fideiussor dicitur, qui licet talis non sit, tamen vt talis à creditore scienter recipitur l. 3. ff. eo. & ideo periculum eius ad ipsum pertinet l. promittendo ff. de iure dot. & idoneus dicitur qui facultatibus, & facilitate conueniendi eum in iudicio talis est l. 2. ff. qui satisd. cog. diues vero in proposito dicitur qui satis habet pro magnitudine rei quam creditor petit, l. quos nos, §. 1. de verb. sign. nisi aliqui excipiantur, vt dati pro necessarijs personis, vt parentibus patrono, qui qualescũque recipi debent l. 1. 2. ff. in ius voc. vt eant, l. 1. si quis in ius vocus. Difficultas conueniendi est ratione absentiæ, vel priuilegio personæ, vel ex mala fide vel vitio eiusdem. Ex priuilegio personæ multi excipiuntur, primo, si quis sit alterius fori quàm is pro quo fideiussit, l. omnem l. cum furiosus, §. 1. de iudic. l. contraxisse, de act. modo sit alias priuilegiatus, cum sola absentia non reddat inhabilem, secundo, miles prohibetur fideiubere ne auocetur à militia l. milites, C. loc. licet priuilegio renunciare possit l. si quis in conscribendo, C. de pact. & C. de ep. & cler. tertio, clerici pro laicis, ex can. 20. ap. c. te quidem 11. q. 1. c. 1. de fideiuss. vbi glo. nisi in casu necessitatis, vt d. glo. in d. c. te, & in c. pen. extra, eod. si tamen ex pietate fideiubeant, tenentur saltem ex bonis patrimonialibus, & fructibus ecclesiæ quos suos faciunt, c. non satis, 82. dist. cap. constitutus, de fideiuss. Abb. & Host. in d. c. vt & tenetur si pro ecclesia vel clerico fideiubeat, c. 2. extra eod. gl. in d. c. te quidem, §. alium autem auth. de sant. ep. quarto regulares etiam abbates fideiubere non possunt ca. quod quibusdam c. pen. de fid. nisi de licentia prælati, & maioris partis capituli consensu implicito vel explicito, vel abbas de cõsensu tacito capituli in re modica, qui tamen pro monasterij facto obsides, & fideiussores esse possunt c. ex rescripto de

5 Fideiubere quis possit vel non.

de iureiu. & si prælatus nomine ecclesię fideiussit, si seruauit iuris solemnitatem, successor tenetur, ecclesia tamē lęsa potest petere restitutionem in integrum, si vero nomine proprio tenentur eius tantū bona patrimonialia eo mortuo, Lop. lib. 2. de contr. c. 17. quinto, qui non habet bona immobilia vbi fideiubendum est, à creditore reijci potest §. sancimus, auth. de exhib. reis nisi pro diuite fideiubeat, Hipp. in rubr. de fideiuss. testās de communi, Villabos. verbo fideiussor. numero 33. & si fideiussor fiat non soluendo, non potest creditor petere, vt alius præstetur, si sumus in fideiussore conuentionali, Alex. cons. 60. col. fi. in prin. lib. 2. testans de communi, sexto, mulieres etiam fideiubere non possunt l. 3. §. si titius, de fid. l. mulierem l. antiquæ, C. ad Velleie. nisi priuilegio renuntient, & post biennium fideiussionē confirment, vel alienum debitum in rem illarum conuertatur l. fi. §. fi. ff. ad Velle. §. quia vero, auth. vt matres debitr. l. si mulier, 2. C. ad Velleie. & ibi auth. si qua mulier, l. 2. ff. ad Velleie. vnde si mulier pro debitore intercesserit, datur in eum pristina actio, licet is prius acceptilatione liberatus sit antequàm mulier pro eo intercesserit, l. 1. l. quàmuis, ff. ad Velle. §. quoties, l. si mulier, C. eo. ita ac si non esset datus d. l. quàmuis §. si conuenerit, sunt tamen casus quibus mulier non iuuatur Velleiano, & potest fideiubere de quibus, Host. in summa, de fid. §. & quia, si tamen mulier ob metū reuerentialem viri fideiubeat, ne cum eo iurgia habeat, in foro conscientię nō obligatur Lop. li. 2. de cōtr. cap. 17. septimo, seruus & filiusfamilias, ita vt nec detur actio pro peculio, l. 3. de fid. l. licet, §. si filius, de pecul, nec serui intercessio obligat dominum si eius rem non agat, alias sic l. 3. §. si filiusfamilias, ff. de pec. l. seruus inscio, de fideiuss. octauo, filiusfamilias pro patre fideiubens tenetur, si pro extraneo minor viginti quinque annis in integrum restituitur l. filiusfamilias, C. de fideiuss. l. 1. C. de filiofam. minore, vt & si patri non successit l. 1. & 2. C. eo. tit. de fil. fam. min. maior obligari potest cum possit habere peculiū castrēse vel quasi, vel bona aduentitia, in quibus pōt conueniri, & sui iuris effectus teneri in id q̄ facere potest l. si dubitetur, §. fi. de fideiuss. l. si ex alio, C. quod cū eo qui in al. minor vero ēt pater familias restituitur in integrum cōtra fideiussionē l. si titius & seia, ff. de fideiuss. legatione vero fungens fideiubere pōt l. cum furiosus, §. fi. de iudic. vt duo rei inuicē sibi fideiubere possunt l. reos promittendi ff. de duobus reis, nono cauillatores & litigiosi idonei fideiussores nō sunt, Bart. in l. 2. ff. qui satisd. cog. & vbi q̄s voluntarie fideiussorē ꝓmisit, intelligitur dare in loco in quo ꝓmisit, & de ꝑsonis eius loci l. si fideiussor §. si necessaria, & ibi doc. q̄ satisd. cog.

6 Fideiuberi ꝓ quo possit vel non.

Oportet etiam, vt persona pro qua datur fideiussio idonea sit, nec iure vetita: Vnde personæ quę efficaciter se nō obligāt, nec suos fideiussores, vt ij quibus bonis est interdictum, prodigi furiosi &c. l. is cui bonis, de verb. oblig. secus vbi se obligant, vel quia alicui successerunt, vel quia authoritate curatorum, quia ita & fideiussores obligantur l. si à furioso l. furiosus, de act. empti l. marcellus l. si à reo, §. si à furioso, de fideiuss. secundo, si pupillus naturaliter non obligatur, vt sine tutore, quod ue sit proximus infantię nec eius fideiussor obligatur. l. quod pupillus, de cond. indeb. l. pupillus de act. secus si naturaliter obligetur, sic enim fideiussor tenetur, vt ꝓ debito naturaliter serui l. marcellus l. si pupillus, de verbo. oblig. l. cum fideiussor, l. si à reo, §. adeo, de fideiuss. tertio, licet minor viginti quinque annis contrahens restituatur in integrū, eius tamen fideiussor, qui prudēs id agit cum eo qui alias cum eo contrahere nolebat, tenetur l. 1. C. de fid. min. nisi pupillus dolo malo inductus fit ad contrahēdum, quia sic vterq; restituitur l. 2. C. de fid. min. & etiā si nolit restitui tunc pupillus potest, restituit fideiussor eius l. si post mortem, §. fi. de bo. poss. contra tab. vt & restituitur restituto minore, si creditor damnum non patitur, quia in alium regressum habeat gl. in l. minor, ff. de procur. similiter si quis mutuarit filiofamilias contra sen. C. Macedonianum, eo mortuo, accipere fideiussorem nō pōt, quia ante nulla obligatio est orta.

ta, l. qui contra, de fideiuss. l. creditorem, ff. ad Maced. sed si quis mutuanti filio familias contra sen. C. fideiussor accesserit, vel si dum creditor dubitet an contra sen. C. mutuat, quis dicat non esse contra sen. C. dicens meo periculo mutua, efficaciter fideiussione tenetur l. si vero non remunerandi §. si quis mandauerit, ff. mand. potest etiam dari fideiussor ab eo cui aqua & igni est interdictum, si is manet adhuc in obligatione iam facta pro qua dedit fideiussorem l. fi. ff. de duobus reis, secus si obligatio in eius persona est extincta, & in fiscum deuoluta, l. si debitori, de fideiuss.

7 Forma fideiussionis legitima est, vt q fideiubet, se daturum vel facturum non alium promittat l. sicut reus, de fideiuss. cum factum alienum vtiliter non promittatur l. stipulatio ista l. inter stipulantem, de verb. oblig. vnde qui promittit se curaturum tantum vt quid fiat, non est fideiussor, quia liberatur si diligentia vtatur vt id alius faciat §. si quis alium, Inst. de inut. stip. consideranda etiam est forma sponsionis, vltra eam enim nemo tenetur l. fideiussores magistratuum, in princip. & §. 1. de fideiuss. Vbi vero quis promittit aliũ iudicio sistere, fit vel scriptura, vel sine, si cum scriptura perpetuo obligat, si sine ad duos menses l. si fideiussor, C. de fideiuss. & si quis sub conditione fideiubeat, nõ obligatur antequàm conditio extet, l. fideiussor, § stipulatione l. si à reo, ff. de fideiuss. Non refert vero quibus verbis fiat fideiussio graecis, vel latinis, modo se intelligant, §. graece. Inst. eo. vt & is fideiubet qui interrogat' an fideiubeat, dicit, quod vis faciam l. blandius, C. eo. nõ dicitur tamen is fideiubere qui testis accedit fideiussioni, l. si pater tuus, ff. eo. vbi tamen scriptum est aliquem fideiussisse, omnia praesumuntur solenniter facta l. in stipulationibus ff. de fid. & fideiussio sortitur naturam prioris obligationis, nec in plus obligat, & Plato lib. 12. de legibus mandat, vt fideiussio publice fiat coram tribus testibus si citra mille drachmas fidejussio fiat, si supra coram quinque.

8 Ex natura vero fideiussionis multa veniunt, primo, vt ipse fideiussor obligetur ex fideiussione, & eius haeredes l. potest, §. fi. de fideiuss. l. fideiussores, C. eo. eo tñ modo quo se obligauit, & nõ vltra l. qcquid astringendae, de verb. oblig. Dec. in cons. 107. nu. 2. vnde si creditor prorogauit terminum debitori, eo lapso fideiussor est liber, ni si denuo consentiat, modo causa prima sit absoluta alias tenetur Abb. in c. constitutus, de fideiuss. Non potest tamen conueniri fideiussor pręsente debitore principali, & indiscusso, auth. pręsente C. de fideiuss. etiam si constituerit se debitorem principalem, Abb. in c. peruenit, eo. tit. §. si quis igitur, §. non solum, auth. de fideiuss. & in nouella 4. Instin. & §. 1. & 2. const. nou. 136. cum prius sit discutiendus debitor qui indicare debet bona mobilia & immobilia quae habet, l. sancimus, §. licentia, C. de in. delib. l. 2. §. in exigendis C. quando & quibus quar. pars li. 10. quo non habente in bonis discussio fit contra fideiussores, antequàm perueniatur ad hipotecariã, & tertium possessorem, auth. hoc si debitor C. de pign. pñtibus vtrisq; quia absentibus debitoribus ad hipotecariam recte deuenitur §. 1. & 2. §. eadem, auth. de fideiuss.

Non debet tamen in foro conscientiae creditor afferre molestiam fideiussori, si creditũ à debitore cõmode & tuto conseequi valet, vt ait Garzias, de contr. ca. 38. nu. 6. qui & in fi. d. cõsuetũ esse vt fiat scriptura indemnitatis à debitore fideiussori. Sũt tñ aliqui casus, in quib. discutitur fideiussor anteq̃ debitor principalis discutiatur, primo, si sit seruus l. marcellus, ff. de fideiuss. vel si sit notorie nõ soluendo, vt quia nuntius cui est mandata execution, & pignorũ captio, refert se nõ inuenisse aliqua ei' bona, cui & creditur Bar. in l. stipulatio, §. habet ff. de noui op. nunt. secũdo, si bona eius sint apud fideiussorẽ, Barbat. in d. c. peruenit, q & alias causas allegat. tertio, si debitor noluit aperire domũ nuntio, Boer. decis. 277. nu. 1, 2. vel absente debitore principali, quo casu põt petere sibi assignari terminum ad sistendũ reum, quo elapso cessis sibi à creditore actionib. conuenitur auth. praesẽte C. de fid-iuss. & idẽ si debitor latitet l. fulcinius, ff. ex qb. causis in possess. eat. quarto, si fideiussor renuntiet priuilegio

quod

Fideiussio qua forma sit fiẽda.

Fideiussor ad quid teneatur vel non, & qd veniat nomine fideiussionis,

quod prior debitor discutiatur, vel si obliget se, vt principalis fine discussione p̄cedēte, §. sancimus, in Nou. 136. quinto, si sit fideiussor fictus qui pōt vt & principalis cōueniri, Boer. decis. 217. nu. 10. 13. sexto, si quis fideiusserit de iudicato soluendo, vt in criminalibus accidit, potest discuti ante principalem, qn̄ principalis iā cępit debere non ante, Boer. decis. 177 nu. 3. sexto, vbi sunt plures fideiussores, oēs tenentur in solidū, si alter eorū non sit soluendo, nisi contrariū expresse sit dictū, si vero oēs sunt idonei, in portiones obligatio diuiditur l. 3. C. de fideiuss. ex beneficio epistolę Adriani l. si plures, ff. fideiuss. l. fi. C. de cōst. pec. si tn̄ sint confideiussores eiusdem stipulationis, non diuersarum l. si à titio, ff. de fideiuss. idem in hæredibus fideiussorum, & fisco succedente fideiussori ob bonorū proscriptionem l. inter eos, §. fi. l. si plures, §. 1. & §. sicut l. testamento §. quod si duo, de fideiuss. l. 3. C. eo. quæ tamen diuisio non fit ipso iure, sed per exceptionem si petatur l. si conueniat, eo. l. si fideiussor. C. eo. vnde si vnus ex fideiussoribus moritur ante diuisionem, alij pro illo tenentur l. inter fideiussores, l. inter eos, ff. eo. nisi in fideiussione dictum sit se fideiubere per partes viriles, quia à principio censetur fideiussio diuisa d. l. inter fideiussores, quod seruatur & inter alios reos debendi l. reos ff. de duobus reis. Vbi vero plures in solidum sunt obligati, potest creditor ante litem contestatam, si alios minus idoneos putat, vnum eligere, & postea contra alios agere, sed si initio litis diuisit in singulos pro rata actionem, non potest illa contestata petitionem integrare, l. liberum l. reos, l. fi. C. de fideiuss. & dicuntur confideiussores, qui pro eodem debitore, eodem debito, & eadem stipulatione interueniunt, alias si pro diuersis reis, non l. si à titio, ff. eod. Aliqui tamen sint casus in quibus diuisio non cōpetit fideiussoribus ex epistola Adriani, vt si vnus solidum debitum soluit, non potest agere contra debitorē, ut solidum soluat, sed bene contra confideiussores pro rata l. si testamento, §. quod si duo, de fideiuss. vt nec fideiussoribus negantibus fideiussionę id cōpetit, l. si dubitetur ff. de fideiuss. nec fideiussoribus vnius tutoris pupillo agente, l. fi. ff. rem pup. saluā fore, sed bene in fideiussoribus diuersorum tutorum l. pupillus, de fid. tut. cum & plures pupilli vnius tutoris vti possint beneficio epistolę prædictæ l. 1. §. nūc de tut. & rat. distrh. Similiter nō impetratur diuisio contra alios confideiussores qui soluendo nō sunt §. si plures, Instit. de fideiuss. l. inter fideiussores, l. si plures, ff. eo. sed si post litem contestatā aliquis fideiussor non inuenitur idoneus periculum est creditoris, nō confideiussoris l. inter eos, §. cū inter ff. eo. l. liberū, C. eo. ꝙ si duo rei promittēdi separatim dederūt fideiussores, creditor nō cogitur diuidere actiones inter oēs creditores, sed tn̄ in eos qui pro singulis interuenerunt l. inter eos, §. duo rei, ff. de fideiuss. l. inter confideiussores, & similiter inter confideiussores non datur diuisio, si oēs poterant fideiubere, sed si quis sciens fideiusserit cū ijs cum quib. non poterat, vt cū muliere vel minore, horū personis subductis, in solidum tenetur l. si titius, & seia, de fideiuss. l. vir vxori, §. fi. cum l. seq. ff. ad Velleie. si vero fideiussor pactū ineat cum creditore ne à se petatur, potest creditor contra alios in solidum agere, computato eo quod accepit ab illo cum quo pactum inijt, l. si stipulatus esses, §. 1. ff. de fideiuss. vt & debitor partē debiti soluens, potest sic soluere vt vnum ex fideiussoribus volente creditore liberet, l. in his, §. si duos, de solut. Bald. in l. si paternam C. ad Velleie. sed quando fideiussor fideiussoris est, non potest petere diuidi causam debiti ex epistola Adriani cum illo fideiussore cuius est fideiussor, quia fideiussor principalis reus principalis respectu eius est l. si plures, §. fin. de fideiuss. Similiter potest fideiussor in solidum conueniri si renuntiet beneficio epistolæ Adriani obligans se in solidum, vt supra, auth. præsente, C. de fideiuss.

Nō tenetur vero fideiussor nisi de sorte, nisi & pro vsuris fideiusserit, vel in oēm cām l. si fideiussor, C. de vsur. §. 1. & per tot. illā l. vt & in oēm cām fideiubere cēsetur q fideiuber p liberādo aliquo à carcerib. Boer. decis. 314. nu. 3. q̄ pmissio

si non

si non adsit, non potest conueniri etiam fideiussor pro mora debitoris, l. centum capuę, ff. de eo quod certo loco, vnde nec magistratus tenentur ad pœnam quam non promiserunt l. fideiussores, ff. de fideiuss. si tamen adsit stipulatio per te nō fieri, ad moram tenetur fideiussor, l. cū filiusfamilias, §. 1. de verb. oblig. vt & mora debitoris nocet fideiussori si res perijt l. mora, de verb. oblig. l. cū filiusfamilias d. si seruum, §. nūc videamus, de verb. oblig. & si quis fideiussit de indicato soluendo sub obligatione bonorum & personę in causa ciuili, post condemnationem rei, transacto tempore solutioni & executioni concesso, potest cogi per detentionem absq; discussione bonorum, vt soluat, l. 1. ff. iud. solui, l. fin. Ç. de exec. rei iud. sic tamen vt dilatio quæ conceditur reis concedatur & fideiussoribus, l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iud. Guid. Pap. q. 26. in causa vero criminali non potest in carcerem duci pro mulcta, sed tātum in bonis puniri, l. si quis reum, de exhib. reis, l. 1. ff si quis caut. l. 1. ff. si quis ius dic. nō obt, vel in mulcta fisco debenda, l. mulctarum, C. de modo mulct. nisi dolo egerit ne reus iudicio sistatur, quia potest relegari vel extraordinarie puniri, d. l. si quis reum, l. si barsatorem, C. de fideiuss. & ita vt forma fideiussionis attendatur, qui enim apud vnum iudicem fideiussit, apud alium non tenetur l. 3. ff. iud. solui. vt nec tenetur si mutetur actio, nec in causa appellationis, nisi adiectum sit l. cum quærebatur l. pen. ff. iud. solui.

Quod si terminus prorogatur à creditore debitori, si erat obligatus ad tēpus tantum, vt ad annum, non tenetur post annum termino prorogato l. item quęritur, §. qui impleto, ff. locati, Si vero obligatio erat pura, licet dilatio sit ad tempus, non liberatur, ar. c. cum dilecti, de dolo Abb. in c. constitutus, de procur.

Si vero fideiussor in re dotali interuenit, non tenetur de euictione si mulier vendidit, nec ipsa, secus si maritus vendidit, quia tenetur & ipse & vendens ad rē tradendam, vel ad interesse, arg. l. rem alienam, ff. de contr. empt. Bar. in l. cum lex ff. de fideiu. Siluest. fideiussor q. 16. si quo iure fideiussor in duriorem causam iurat vt principalis obligatur, Alc. in c. cum contingat, nume. 174. de iur. iu. testans de communi.

Cum vero actus fideiubendi sit actio benefica, ideo non debet nocere fideiussori contra reum debendi, qui tenetur ipsi fideiussori, l. si. §. fi. ff. mand. & ideo qñq; agere potest contra reum principalem anteq̄ soluat, qñq; post, ante, primo, si post fideiussionem debitor incipiat bona dilapidare, & ad inopiam vergat. c. fi. de fideiuss. secus si id extabat ante fideiussionē l. 3. §. fi. l. 4. ff. vt in possess. leg. quo casu iudex debebit tali interdicere abusū rerum suarum l. 2. ff. de ijs qui sunt sui, non liberatur tamen fideiussor si denunciet creditori, vt agat contra debitorem rebus suis abutentem l. si fideiussor, ff. de fideiussor, quod intelligitur si simpliciter fideiussit, secus si tantum in eo quod à principali exigi non posse l. si fideiussores, vbi Castr. ff. eo. vel si in necem fideiussoris nolit creditor agere, vt ibi, d. Bart. & in l. si fideiussor creditori, vbi etiam glo. & Castr. quo casu consultum erit aptius creditori, si fideiussor offerat creditori creditum, & petat vt ei cedat actiones suas, tunc enim statim potest fideiussor agere l. fideiussor qui minor, ff. eo. qd facere cogitur creditor l. fideiussoribus, ff. eod. l. modestinus, ff. de solut. Quod si debitor se obligauit sub spe futuræ numerationis, dato fideiussore, & fideiussor denunciet creditori, vt numeret, quia debitor fiat non soluendo; si causa superuenit de nouo ante numerationem, & post fideiussionem, tunc creditor qui post denuntiationem eius causæ numerat pecunias, suo periculo numerat, non fideiussoris, l. cum Cornelius l. cum quis ff. de solut. si vero causa noua non superuenerit, potest & debet à numeratione cessare, si honeste potest ab ea promissione recedere, cum promissio de mutuando non obliget, l. qui pecuniam, de reb. cred. nisi intersit l. qui Romæ, de verb. oblig.

Secundus casus, in quo antequàm soluat potest fideiussor agere contra debitorem vt se liberet, est si per biennium solutionē debitam obligationis distulit, c. fin. de fideiuss. l. lucius, ff. mand. Guid.

Pap. q. 117. vel alias id distulit arbitrio iudicis, vt ibi d. tertius casus, si eo pacto fideiussit, vt possit ante solutionem reum conuenire l. si pro ea. C. mand. quartus si fideiussor velit longum iter agere, petere enim potest, vt debitor eum liberet, Abb. in c. fi. de fideiuss. quintus si fideiussor est condemnatus, agere potest vt defendatur, vel liberetur l. si fideiussor pro vēditore, ff. de fideiuss. modo iuste sit condemnatus, alias si non prouocarit, non potest agere mandati contra debitorē, l. exceptione, ff. de fideiuss. Sic si fideiussor diu stetit in obligatione potest petere à principali vt liberetur, quod arbitrio iudicis relinquitur, & etiam potest agere contra principalem ex sola confessione creditoris dicentis se debitum recepisse à fideiussore. Villabos. in communibus op. verb. fideiussor, nu. 36. 37. testans de communi, cum ampliat, & limit. de quibus, Hipp. in rub. r. de fideiuss.

9 Vbi vero fideiussor soluit, agere potest contra debitorem ad solutum habendum, §. si quid autem Instit. de fideiuss. vel aliter satisfecerit creditori, vel ipse creditor ei debitum donarit, vel legauerit, non autem si actiones tantum cessit, l. inter causas, §. abesse §. si is ff. mand. l. qui debitorem, ff. de fideiuss. l. si vero l. Attilius, de don. secūdo, debitor tenetur ad sumptus præter solidum quos fecit fideiussor, vel in lite, vel in fructibus colligendis l. si mandato §. si fideiussor l. si is qui, §. fi. ff. mand. l. qui proprio, §. lites, ff. de procur. l. idemque, ff. mand. non tamen repetit si soluit vsuras non debitas, vel rem meliorem quàm obligatio poscebat, l. si fideiussor sine, ff. mand. l. quintus mutius, eo qui repetit tamen æstimationem rei à se solutę nomine fideiussorio, habita ratione temporis solutionis, licet postea res deterior sit facta vel interierit l. hominem, ff. mand. qui & licet non teneatur ad vsuras, nisi se obligarit, tñ si eas soluerit debitoris mora, repetit, vt & si ob id pignora dedit l. 1. l. post. solutionem, C. mād. l. 2. C. eo. quæ actio datur & ei & eius hæredibus, & contra mandantem & eius hęredes, l. hęredē, ff. mād. & d. l. post, & cōtra plures qui mandarint l. cum mandati l. qui fide alterius ff. mand. & si nullo mandante fideiussit pro absente non mādante, intentare pōt actionē negotiorum gestorum l. ex mandato, §. fi. ff. mād. l. quamq̄ ff. ad Velleie. Aliqui tamen sunt casus quibus fideiussor nō agit contra principalem, vt si pro inuito fideiussit, vel animo donandi, vel animo donandi vt procurator in rē suā, l. fi. C. de neg. gest. l. si remunerandi, §. si passus, ff. mand. l. ꝙ dictum de pact. l. de die, §. 1. ff. q satisd. cogantur, vel si pro pecunia suo periculo fideiussit d. l. si remunerandi, § fi. vel si pro muliere fideiussit, obstante Velleiano, nō agit l. q̄q̄ l. si mulier, §. 1. ad Velleie. vel si promisit plus q̄ sit mādatum, in id plus non agit §. is qui exequitur, Inst. mand. & si fideiussor soluit ante diem venietem debitor, illum expectare tenetur, vt repetat l. si fideiussor, ff. de fideiuss. nec agit si fideiusserit pro minore qui petierit restitutionem in integrum etiam cōtra fideiussionem, alias sic l. 1. & 2. C. de fideiuss. min. vt nec qui fideiussit ꝓ pupillo prodigo furioso sine tutoris authoritate l. marcellus, ff. de fideiuss. vt nec si quis pro meretrice fideiubeat mandante adolescente luxurioso, d. l. si vero non remunerandi, §. si adolescens, ff. mand. Et si fideiussor solidum paratus sit soluere, tenetur creditor ei cedere actiones contra debitorē, & alios fideiussores, aliàs sine cessione eo casu nec à confideiussore, nec à debitore petere potest solutum l. fideiussoribus l. vt fideiussor, l. si fideiussores, ff. de fideiuss. §. plures, Inst. eo.

Fideiussor qñ & quomodo agat contra principalem.

10 Potest porro fideiussor sine vsura aliquid accipere à debitore ratione periculi vel laboris, alias ijs cessantibus non potest, sed restituere tenetur, Silu. fideiussor in fi. & minus si fraus interueniat, vt si creditor conueniat cum fideiussore quod ei soluatur aliquid à debitore, ꝙ cum eo diuidat, ut d. Garzias, de contr. cap. 38. nu. 5.

Fideiussor an possit sine vsura aliquid accipere à principali ꝓ actu fideiussionis.

De pęnæ appositione. Cap. L.

EX pęnæ adiectione firmantur quoque contractus, de qua re dictum est supra tra. de Dominio circa fi.

S V M-

SVMMARIVM.

1 Iuramentum quos contractus firmet, vel non, & vbi interuenire possit, vel non, & quos effectus pariat.

2 Iuramentum an relaxetur parte absente.

3 Iuramentum præstitum in contractibus qualiter intelligatur, vbi prosit, vel non.

De Iuramento quo contractus firmantur. Cap. LI.

1 Iuramentum quos cõtractus firmet vel nõ, & vbi interueniſ re possit vel non, & quos effect' pariat.

SOlet demum ad solidius contractuum robur adijci iuramẽtum, sic tamen vt non firmet contractus, qui per se inualidi sunt, & omnino reprobati, sed qui ex aliqua circũstãtia possunt impugnari. Ias. in l. quod te, de rebus cred. ꝙ & regulariter sequitur naturam contractus cui apponitur, l. fi. C. de non num. pecunia.

Vt vero iuramentum obliget, oportet vt non interponatur super actu prohibito, ideo si interponitur cõtra bonos mores naturales, vt quod scelus fiat, nõ obligat, c. quemadmodum, c. cum quidã, c. quintaualis, de iureiu. c. nõ est obligatoriũ, c. in malis, de reg. iur. in 6. si vero sit cõtra bonos mores ciuiles, valet, quia potest seruari sine salutis interitu, c. quamuis de pact. in 6. secundo, si actus improbatur quia sit contra publicam vtilitatem principaliter nõ firmatur iuramento, c. vt quãuis, de iureiu. l. ceterum, C. de legibus, secus si sit contra publicam vtilitatem secundario, vt in dote, tunc. n. iuramẽtum id firmat, pan. cons. 8. 2. vol. l. 1. de iure dot. l. 1. sol. matr. vnde pactũ de dote minuenda cum iuramẽto valet, vt & de alienatione rei dotalis, c. quàmuis, de pact. in 6. c. cum contingat, de iureiu. c. licet, de iur. in 6. Castr. in auth. sacramẽta puberum, C. si adu. vend. vbi ẽt docetur iuramentum supplere defectũ ætatis, tertio, vbi contractus prohibetur, iuramentum additum est seruandum, licet pactum non confirmetur, Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. quod tamen iuramentũ facile relaxatur, c. 1. de iureiu. c. nouit. de iudic. si vero actus prohibeatur in fauorem iurantis, iuramentum contractum firmat, d. auth. c. cum contingat c. ex scripto, de iureiur. nisi factum, vergat in præiudicium alterius quàm iurantis, sic enim non firmatur iuramento, l. omnibus C. de sportul. vt nec si actus vel contractus omnino prohibeatur. Doct. in l. is cui bonis, de verb. oblig. vt nec si interponatur à prodigo, pupillo, vel furioso, quarto, vbi lex non assistit actui simpliciter, illum tamen non prohibet, vt in pacto nudo, iuramentum illum confirmat, vt & si obligatio facta fuisset absenti, l. legem C. de pact. l. iurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pact. l. stipulatio ista §. alteri, de verb. oblig. si vero est prohibitus actus quia forma substantialis ei deest, iuramentum id non firmat, l. 1. de verbor. oblig. Bar. in l. si quis pro eo. nu. 14. de fideiuss. sed si aliquo modo valere possit, & ei adsit consensus, valebit, licet degeneret in alium cõtractum, l. vbi ita donatur, ff. de don. causa mortis, quod si cõtractus prohibetur ratione rei de qua fit, vt quia sit de re sacra, homine libero, iuramentum id non firmat l. inter §. sacram, de verb. oblig. vt nec per iuramentum debetur res quæ non est l. eum qui, §. si iuramento, ff. de iureiur. Si vero in gratiam alicuius contractus non admittatur, iuramentum illum firmat, & ligat etiam hæredes, nec potest reuocari contractus sine consensu eius pro quo est præstitum l. si quis C. de pact. cap. cũ cõtingat, de iureiu. c. licet eo. in 6. Castr. cons. 65. 67. l. sicut, de act. nisi interponatur in actu reuocabili, quia sic potest reuocari, licet is sit periurus, cap. sicut, de sponsal. glo. in cap. si. de procur. in 6. nisi dolo extortum sit, quia sic contractus & iuramentum corruit. l. eleganter, de dolo, c. prudentiam, de off. deleg. & licet iuramentum metu extortum valeat, cum in metu adsit consensus, gl. in c. authoritatem is q. 6. in c. abbas, quod met. causa, 3
sed si metus aptus est ad rescissionem negotij, potest facile iuramenti impetrari absolutio c. 2. c. si vero de iureiu. Absolutio tamen à iuramento etiam ad finem agendi

3 Iuramentum an relaxet' parte absẽte.

agendi tantum est petenda à suo prælato, qui causa cognita, & citata parte, si ibi adesse repererit iniustitiam, illud relaxabit Buttrig.& alij,in c. 1. & in cap. cum contingat,de iureiu. Alex. cons.88. vol. vlt. & hanc esse communem op. d. Couarr. lib. 1. var. res.c. 4. num. 5. in quo tamen math. de afflit. decis. 220. num. 10. d. contrariam opinionem esse magis communem, prior tamẽ opinio videtur magis probabilis, cum per iuramentum acquiratur ius parti, ideo ea inscia relaxari non debet, ad finem tamen agendi tantum Papa id absolute relaxat, parte non citata, & probabile est id posse & episcopum si ibi viget talis consuetudo.

3 Iuramentum qualiter in contractibus intelligatur, vbi prosit, vel non.

Id vero in iuramento est generale, vt sequatur naturam actus cui accedit, l. fi. C. de non num. pec. vnde si quis alicui rem vendiderit cum iuramento, sine traditione, quam secundo vendat & tradat, hic secundus emptor eius dominus efficietur, cum natura venditionis sit vt ante traditionem dominium in emptorem non censeatur translatum l. quoties, C. de rei vend. Couar. in rubr. de pact. in 6. 2. p. §. 4. nu. 2. Secundo donatio etiam iuramento firmata reuocatur si donator postea liberos susceperit, l. si vnquàm, C. de reuoc. don. Couar. ibi nu. 3. tertio si fideiussor iuret se soluere debitum, non ob id amittit beneficium excussionis debitoris, nisi ei renunciet, Couar. ibi nu. 4. quarto, emphiteota iurans soluere pensionem non amittit rem nisi lapso biennio, Couar. ibi num. 5. sic quinto, iurans aliquid facere, si non possit, sat est quod soluat interesse, vt ibi, d. numero 6. sic sexto, iurans alicui soluere, potest non obstante iuramento obijcere compensationem, vt ibi. d. num. 9. ver. cæterum, septimo, actus vel contractus bonis moribus contrarius iuramento non firmatur. Couar. in d. rubr. 2. part. in princ. vbi multa exempla circa id adducit, octauo, iuramentum non confirmat contractũ prohibitum ob fauorem publicũ, sequs si ob priuatum etiam principaliter, Couar. in d. 2. part. §. 1. si tamen lex impedit iuramentum id confirmare, non confirmabit. Couar. ibi nume. 8. octauo, iuramentum non confirmat contractũ prohibitum à lege, quæ prohibitionem in ipsam contrahentis personam direxerit, vnde promissio arrarum vltra summam lege taxatam non firmatur iuramento, nec alienatio rei dotalis vbi mulier prius iurauerat non alienare, Couar. in d. 2. part. §. 2. vbi & de similibus agit, nono, contractus à lege in odium creditoris prohibitus, nõ confirmatur iuramento, licet iuramentum sit seruãdum, Bar. in l. si quis pro eo. num. 10. ff. de fideiuss. vnde iurans soluere vsuras, soluere debet, tamen potest eas repetere, c. debitores, de iureiu. nec contractus prodigi iuratus, vt idem Couar. d. 2. part. §. 3. si vero lex non assistit nec resistit contractui, iuramento confirmatur, vt est alienatio rei dotalis iurata, vbi contrarium iuramentum non præcessit, vel stipulatio facta alteri iurata, vt & pactum nudum iuratum producit actionem efficacem ad agendum, & similiter pollicitatio iurata, vt ibi d. Couar. §. 4. decimo, promissio facti alieni iurata recipit interpretationem, vt is curet vt alius agat, vt ibi, d. §. 5. de qua re est dictum supra, c. de pactis, vndecimo, actus deficiens ratione probatoriæ solemnitatis, & sic vbi forma deest non firmatur iuramento, vnde si fideiussor obligetur in plus iuramento quàm teneatur reus principalis, non valet, renuntiatio tamen futurorum alimentorum iurata valet, vt & renuntiatio iurata futuræ successionis, & donatio inter virum & vxorem iurata valet, vt d. Couar. ibi §. 6. de quibus est dictum & locis proprijs, duodecimo, licet pactum quo filia dote contenta renuntiat hæreditati paternæ, iure improbetur, si tamen accedat iuramentum non vi nec dolo præstitum, est seruandum, d. c. 1. de pact. in 6. licet hoc non obstante succedat in portione sibi à patre relicta, Couar. in d. rubr. de pact. 3. p. in prin. & nu. 8. & similiter filia minor viginti quinque annis cõfirmat pactũ renũtiationis hæreditatis paternæ, et quod ignara fuerit iuris prohibitionis iuris in sui fauorẽ emanati, & nedũ si sit emancipata, sed ẽt in patris constituta potestate, vt & filius paciscens cũ patre eo modo quo traditur in c. quàmuis pactũ, de pact. in 6. iuramẽto

præ-

præstito pactionē confirmat: vt dicit Couar. d. 3. p. §. 1. & statur iuro damnū passi habentis animalia, quæ damnum fecere in manu, vel in veste, vel habenti vnum testem cum iuramento, sine animalibus. Capic. decis. 49. nu. 2. Decimotertiò, renunciatio hæreditatis maternæ præstita à filia cum iuramento, quę vult ingredi religionem valet. Couarr. d. 3. p. §. 2. dicens tutius esse q̄ id fiat de consensu monasterij. Decimoquartò, renunciatio hæreditatis paternæ cum iuramento nō reuocatur natiuitate filiorum. Couarr. ibid. §. 3. in fi. hæc tamen renunciatio iurata non confirmatur iuramento præstito ab infideli, vel per falsos Deos; nec si iuramentum sit dolo, vel metu extortū; & si læsio sit enormissima vltra dimidiā absolui debet iurās, vt agere possit ad rescissionem contractus, & si minor iurat in contractu, solùm videtur renunciare beneficio ætatis, per hoc tamen potest agere ad rescissionem contractus si læsio sit vltra dimidiam. Couar. in d. 3. p. §. 4. vbi plura exempla subijcit harū renunciationum iuratarum, & per totam illā tertiam partem, quæ vtilissima in praxi sunt; de quibus, & dictum est aliquid supra, cap. de conuentionib. & cap. de Dote, latius tamen ibi apud præfatum eruditissimum virum videri poterunt. Similiter iuramentum firmat contractum si per statutum prohibeatur quis contrahere, nisi id prohibeatur quia res in commerciū deduci nō possit, & sic nec in cōtractum, vel si prohibetur fauore publico principaliter; vel si contractus sit simulatus, vel actus contineat peccatum, vel si non adsit consensus. Villaboſ. in tom. op. verbo Iuramentum. num. 123. cum seq. vbi multas alias tradit ampliationes, & limitationes, qui & ibi n. 126. dicit, q̄ iuramentum supplet omnes defectus qui opponi possunt contra instrumentum, scilicet non ad supplendum probationis defectum, sed tantum ad actus confirmationem: vt & qui promittit soluere cum iuramento, non recompensat, vt ibi dicit nu. 127. & etiam iuramentum habet vim clausulæ, vt actus valeat, vt valere potest, vt ibi d. nu. 157. testans in prædictis de communi.

De Iuramento verò in se, agetur infra c. proprio, & c. de periurio, & alibi sæpè.

SVMMARIVM.

1 Solutio quid sit, & quotuplex.
2 Solui vt debeat.
3 Solutio in qua moneta sit fienda, & quid si augeatur, vel decrescat.
4 Soluere quis debeat, vt liberatio sequatur.
5 Solui cui possit, vt quis liberetur.
6 Solutio quo ordine sit fienda.
7 Solutionis effectus quis sit.
8 Soluens vt sibi cauere debeat.
9 Solutionis optio cuius sit.

De modis quibus contractus dissoluuntur, & primò de Solutionibus. Cap. LII.

Solutio tollit obligationem ex ære alieno contractam. l. nihil. de reg. iur. l. liberationis. de verbor. sign. l. solutionis. eo. & propriè est redditio eius, q̄ debet. Instit. quibus modis toll. obl. in princip. quādo pecunia naturaliter est numerata creditori, vel alij ex eius cōsensu. l. ab emptione. ff. de pact. l. 1. C. q̄n liceat ab empt. disced. generaliter verò solutio dicitur, cum est satisfactum creditori ex eius voluntate, licet solutum non sit. l. si rem alienam. §. omnes. ff. de act. vt datio pignoris, vel fideiussoris. l. satisfactio. de solut. Duplex verò est solutio, vna naturalis, alia ciuilis: naturalis, quę fit per veram redditionem eius, q̄ debetur. l. solutam. de solut. ciuilis, vel imaginaria, quę fit multis modis: vt nouatione, quando prior obligatio extinguitur, & in aliam ciuilem, vel naturalem transfertur. l. 1. ff. de nouat. Secundò, delegatione, quando vice eius datur alius creditor. l. 1. ff. de acceptilat. Tertiò, per oblationem factam loco, & tēpore congruo. l. obsignatione. C. de solut. l. si soluturus. l. q. dec. ff. eod. modo obsignetur, cum sola oblatio satis non sit. l. 2. l. acceptam. C. de vsur. & fiat cui debet, iudici scilicet, vel eo deficiente, aut absente honestis perso

1 Solutio q.d, & quotuplex.

nis

nis.l.si creditrici.C.de vsur.c.pastoralis. de offic. ordin. & modo res deposita duret, si enim in suos vsus consumetur, offerens tutus non est.l.debitor. ff.de vsuris. Si verò amittatur, debitor liberatur.l.1. §.si pecunia. ff.depositi. Quartò, modo quo est contractum, vt si re est contractum, re dissolui potest, si verbis & verbis, si consensu, & contrario dissensu re integra.l.verborum.de solutio.l.ab emptione.de pact.l.1. C.qn̄ liceat ab empt. disced. vel si actiones confundantur, vt cum debitor adit hæreditatem creditoris, vel cōtra, sic enim obligatio tollitur omninò si in vniuersum ius succedatur, vel pro parte sit hæres, l.debitori. C.de pact.l.qui hominē. l.cum quis.de solut. vel si res intereat ante moram. l.verborum.de solut.l.quod te. si cert.pet. vel si creditor delinquat vi res suas repetens. l.si quis in tantam. C.vnde vi. in foro fori, secus in foro conscientiæ, cum illa sit tantum pœna quæ in conscientia ante condemnationem nō debetur, vel si pœnam quis soluat pro delicto pro quo est obligatus, sic enim dicitur soluisse, l.penult. C.de pœnis.

2 Solui vt debeat.

Oportet verò in solutione, vt ita satisfiat, vt est in obligatione, cum aliud pro alio inuito creditore solui nō possit, nec peti inuito debitore.l.2.§.2. de rebus credit.l.cum. C.de solut. quandoque tamen aliud est in obligatione, aliud in solutione.l.si quis stipulatus fuerit decem.de solut. Vnde si quis debeat centum aureos nummos alicui intra Cal. Augusti, si accreuerit, vel decreuerit valor auri intra id tempus, id cedit creditori, cum in alia forma cogi nō possit nummos accipere, si inde damnum patitur. Bar.in l.Paulus respondit.de solut.l.is qui. ff.locat. vt & si triticum debeatur mutuo datum, debetur eiusdem qualitatis, vel pretium creuerit, vel non ante morā.l.vinum. si cer. petat.l.cum certum.eod.

Fallit si res æstimetur, vel valor aurei per libras exprimatur, sic enim pretium currens tempore obligationis est soluendum tempore solutionis faciendæ.l.æstimatis, cum seq. ff.sol.matr.l.cum dotē. C.de iure dot. Bal.in cons.329.ni si æstimatio facta sit causa demōstrationis, & nō taxationis; vt cum exprimitur quòd aurei reddantur iusti ponderis, & eiusdem impressionis, tunc enim aurei ipsi in specie debentur. Boer.decis.327. ꝙ si his casibus aurei dari nō possint, æstimatio est soluenda pretio currēte tempore solutionis faciēdæ, nisi creditori intersit dari speciem, sic enim debetur interesse ꝙ emergit.l.curabit. C.de act.empt.l.1. eodem. Quòd si cōuentum sit, vt species certæ monetæ soluatur, vt aurei Veneti, qui tempore solutionis faciendæ, decreto principis fuerint intrinseca bonitate imminuti, vt pondere imminuto, vel ex materia viliori, qui tamen idem valēat ac tēpore contractus valebant, rectè solui potest in ea moneta supposita, sic tamen vt electio sit creditoris an velit æstimationem prioris monetæ, quando est minuta in pondere, forma, & materia, & sic intrinsecè, sed si mutetur extrinsecè tātum per valoris mutationem, tenetur eam accipere, vt adest tēpore solutionis. Io.Fab.in §.1. Instit.quibus modis re con trah. oblig. Sed si pecunia varietur post moram, debitor tenetur soluere æstimationem quāti plurimi à tempore moræ. Bart.in l.cū quid. si cert.pet. Boer.cons. 327. & si moneta inserta contractui, postea est sublata, soluenda est in alijs nūmis iuxta æstimationem currentem tempore contractus.c.olim.c.pen.de censib. sic tamen, vt primo id ꝙ est conuentum, si aliter sit expressum, seruetur, vt an sic æstimata vel nō, cum consuetudo regionis attendenda. Boer.decis.327.nu.10.l. semper.l.Labeo.de suppel.leg.l.semper. de reg.iur. c.cum venissent.extra.de eo, qui mitt.in possess. Quòd si testator reliquit centum, quæ hodie minus valeant ex alteratione perpetua, attēdi debet valor currens tempore conditi testamenti, quia de eo censetur cogitasse, etiā si post superuixerit. Anch.in d.c.olim. nisi decretum sit vt debeantur in auro, quia sic augmentum, & decrementum, vt supra est dictum, creditori cedit. Si verò valor monetæ est extrinsecus mutatus, statur tempori solutionis. Boer.ibi.nu.4.quòd si minuitur pecunia ex diminutione ligæ vel pōderis, periculum est debitoris. Boer.decis.22. sed si augetur, vel minuitur

3 Solutio in qua moneta sit fiēda & quid si augeatur, vel decrescat.

tur decreto principis, cedit creditori, idē ibi cum communi. Et generaliter aliud pro alio inuito creditore solui non potest in eius damnum l. paulus, de solut. & si species soluitur pro alia specie, si euincatur in totum vel in partem, remanet prior obligatio l. si quis aliam rem, ff. de solut. nisi dato specie pro pecunia, quia sic non agitur prima actione, sed ex empto ad interesse l. eleganter resp. ff. de pign. act. Non potest etiam solui ęs pro auro l. si cum aurum, de solut. vel factum pro facto l. qui res suas, §. mihi Romæ, eo. ne artifex qui promisit facere per alium facere potest l. inter artifices, de solut. si tamen non inueniatur res debita vt pecunia, possunt capi pignora iuxta ęstimationem auth. hoc nisi debitor, C. de collat. sic etiam totum debitum est soluendum, & die statutā l. si quis aliam, de solut. solutio tamen partis ab obligatione partis liberat, vbi solutio partis admittitur non autem in indiuiduis, l. si stipulatus sum, §. 1. l. vbi fideiussor, de solut. nec vbi aliquid accessorie venit l. quamdiu, C. de distr. pign. nec vbi pœna est adiecta dandæ quantitatis speciei, vel generis, ab ea enim non liberatur qui partem tantum soluit, l. hęredes, §. an nulla, ff. fam. herc. nec vbi pęna sit adiecta obligatio faciendi, cum id sit indiuiduum l. 4. §. cato. de verb. oblig. secus si sit diuiduum, quia sic id implere non valens facta parte liberatur ab ea. d. §. etiam si potuit & non fecit, sic enim ex æquitate pro ea parte liberatur l. si seruus, §. si quis plurium, ff. si quis caut. in principalibus vero obligationibus, si aliquid est dandum vel faciendum causa implendæ conditionis ab vno vni, non potest agi pro parte, nisi totum quod est iniunctum fiat d. §. si quis l. qui duobus de cond. & dem. sed si aliquid dandum, vel faciendum est à pluribus, si pecunia debetur solutio pro parte facta à parte liberat, & idem in specie certa, secus in incerta, & etiam si factum sit diuiduū, pro parte factum à parte liberat, secus in indiuiduo facto, & si datio vel factum sint in obligatione qui cœpit facere non liberatur nisi finierit, quod si pecunia sit danda, pro parte data à parte liberat, licet creditor eam non teneatur accipere, & idem in specie certa, in genere vero solutio partis non liberat, vt dicit Bart. in l. si seruus, §. si plurium, ff. si quis caut. & si vnus ex duobus correis debendi, qui non habent beneficium diuisionis, partem creditori soluat, sic accipiendo videtur diuidere, vnde eum amplius conuenire non potest, sed alios tantum, l. si creditores, C. de pact. l. inter eos, §. 1. de solut. sic in debito ante moram non veniunt fructus, sed post l. 2. de vsuris. Quod si quis ex aliena pecunia soluit, non liberatur, nisi domino satisfaciat l. si alieni nummi, l. si is cui nummos, ff. de solut. & si res aliena detur in solutum quæ possit euinci, liberatio statim pendens, donec desinat posse euinci, l. is qui alienam, l. qui res §. rem autem ff. de solut. vt nec liberatur soluendo ex pecunijs creditoris l. si mandauero, §. si mandauerim, ff. de solut.

5 Solui cui possit, vt quis libe-retur.

Requiritur etiam ad rectam solutionem, vt persona legitima ea sit quæ soluit, est vero talis qui non prohibetur, vnde qui soluit liberat se & eum pro quo soluit etiam inscium & inuitū §. 1. Inst. de oblig. l. manifesti l. nulla, C. de solut. §. 1. Instit. quibus modis toll. obl. l. solutione l. cum iussu l. soluere l. si pro me, ff. de solut. & habet actionem aduersus eum pro quo soluit, nisi aliquid eius interfuerit eam pecuniam non solui l. labeo. l. cum pecuniam, ff. de neg. gest. modo soluat debitoris nomine, aliter non liberatur l. cassius de solut. vel alius supponatur qui eius nomine soluendo liberetur l. si debitor tuus, eo. Non potest tamen quis liberare debitorem sine voluntate creditoris, etiam si procurator sit, nisi liberam habeat administrationē l. 4. C. de nouat. l. trāsactionis, C. de trās. l. procurator cui, de procur. nec filius familias patre inuito potest debitorem liberare l. filius familias, de solut. nec ciuitatis administrator gratis id agere potest id remittēdo, l. pręses, C. de transact. Potest vero creditor remittere debitum si velit, & liberare, per se vel alium, sicuti debitorem l. & si lege §. cōsuluit, de pet. hær. vt & quis potest per se vel alium soluere, modo pro se soluatur l. qui mādat

4 Soluere quis dēat, vt liberatio sequatur.

l. solutam, de solut. l. cassius eo. & vbi liberauerit, non potest creditor id repetere l. quæritur §. si venditor, ff. de ædil. ed. nec etiam à fideiussoribus l. fi. ff. de pact. l. cum principalis, de reg. iu. vt & si reus debendi soluat, alij correi liberantur à creditore si integre satisfecerit §. item si Instit. quibus mod. re contrah. oblig. l. in omnibus de solut. l. qui hominem l. egisti, l. stichum eo. tit. modo soluatur, aliter nō semper liberato reo, liberati sunt fideiussores, vt nec vbi plures sunt vnius fideiussores, & debitor partem soluat, & creditor vnum tantū eorū liberet l. 1. & 2. C. de fid. min. l. in ijs, §. 1. l. quoties, de solut. Bart. in l. creditor, §. si duobus, ff. mand. quod si fideiussor soluit, liberatur debitor principalis à creditore cui est solutum l. enim quis ff. de fideiuss. non tamen debitor liberatur ex eo quod creditor fideiussorem liberarit, nisi in rem suam fideiusserit l. fideiussoris, l. sed & si fideiussor, cum l. seq. ff. de fideiuss. pupillus autem sine tutoris authoritate non soluit, l. quod si forte, §. fi. de solut. sed tutores debent soluere eorum debita & eos liberare l. quoties, §. sicut ff. de adm. tut. similiter hæredes tenentur soluere debita defunctorum quoad bona hæreditatis patiuntur si confecerint inuentarium, alias in solidum l. scimus, C. de iu. delib. in foro tamen conscientiæ non tenenur vltra vires hæreditarias, Abb. in c. quia pleriq; de im. m. a. eccl. quæ intelliguntur de debitis contractu initis per defunctos, non autem ex delicto, nisi quatenus ad hæredes peruenit, vel si ante mortem lis cum eo sit contestata, l. vn. C. ex del. def. §. pœnales, Inst. de perpet. & temp. act. nisi quibusdam casibus, vt in c. fi. de sepult. in c. in literis de rapt. in c. ad abolendam de hæret. sic successor in beneficio tenetur ad debita prædecessoris contracta pro necessitate ecclesiæ c. 1. de sol. ad alia non c. quod quibusdam, de fideiuss. nec ad contracta ratione ecclesiæ si valde grauent ecclesiā, nisi quatenus in eius vtilitatem sit versum, c. 2. de solut. debet etiam prælatus soluere debita contracta per prædecessorem pro necessitate personæ suæ, vel ecclesiæ, alias non c. 1. de solut. & idem est in succedente in dominio temporali alienius, & hærede quatenus se extendit hæreditas, nō vero legatarius nisi quando hæreditas non est satis ad soluendum, Siluest. solutio. nu. 9.

5 Solui cui possit, vt quis liberetur.

Vlterius ad rectam solutionem requiritur, vt personæ quibus soluitur legitimæ sint, vt liberatio sequatur, scilicet vt soluatur ei cum quo obligatio est cōtracta, vel alij eius nomine & consensu, aliter generaliter nō fit liberatio, l. qui hominem, §. si nullo l. si quis offerenti, de solut. modo lex id non vetet, nā debitor non liberatur soluens pupillo cuius est debitor sine tutoris authoritate l. pupillo, de solut. si tamen pupillus eam pecuniam habet, vel illa sit ditior factus, & petat, exceptione doli mali submouetur §. at ex contrario, Inst. quibus al. lic. vt & si inde non sit pauperior factus credito computato, l. 4. §. si quis, de doli mali exc. vel si solutio sit facta in commodū pupilli, quia sic valet sine tutoris authoritate l. quod stipulatus ita sum, ff. de solut. potest vero solui tutoribus pupilli, & furiosi curatoribus, & minoris l. quod si forte, §. sunt quidam, de solut. & etiam ijs qui negotia pro tutore gerunt, modo pecuniam verterint in pupilli vtilitatem l. debitores, de solut. minori etiā viginti quinque annis non est soluendum, sed eius curatori authoritate iudicis constituto, vel pecunia apud ædem sacram deponenda l. 2. C. si adu. cred. l. si seruus, de solut. Reo etiam criminis iudicio pendēte solui potest l. reo criminis, de solut. l. quāmuis §. 1. eo. nisi fugam arripuerit, & eius bona sint fisco addicta, vel sequestro, vel si perduellionis accusetur l. fi. §. fi. ff. de requir. reis, l. fi. C. ad l. iul. maie. vel in hæresi; in alijs criminibus soluere potest nisi in fraudem fisci fiat l. sed nec illud, de solut. l. post contractum, de donat. potest etiam solui hæredibus creditoris, C. vt actio ab hær. & contra hær. & si plures sunt hæredes viuus, liberatur debitor soluens parti eorum id poscentibus, tutius tamen erit id authoritate iudicis agere, ne post ab alijs creditoribus conueniatur l. si stipulatus, de solut. & si quis soluerit ei qui pro hærede se gerebat, liberatur à vero hærede, modo is qui

ante

ante exegerat ei restituat exactum, l.sed & si lege. §.si minori.de pet.hæred. l.qui hominem, §.si prædo.l.filius qui, de solut. liberationes tamen factæ ab hærede ante restitutam hæreditatem fideicommissariam ratæ habentur,& quandoque quæ post fiunt, l.ante restitutam, de solut.l.Marcellus, §.res quæ.l. mulier, ff. ad Trebell.quod si quis falso procuratori etiam ignorans soluit, non liberatur ab obligatione,l.qui hominem,de solut. Verò tamen procuratori rectè soluitur, vel habeat mandatum speciale, vel generalem negotiorum administrationẽ, l.vero,l.solutam, l.hoc iure, de solut. vt & si dominus ratum habeat solutum falso procuratori, d.l.uero,§.fin.l.ratum,l. si quis offerenti,de solut. Quod si dominus mandauit alicui solui, & postea id vetuit, sciens id agens nõ liberatur,ignoraus sic,vt & si soluat dispensatori remoto,eo ignorante,d.l.vero,§.sed & si quis, l.qui hominem,§.si Titium,l.cum quis, eo.l.dispensatori, ff. de solut. & etiam si reuocans procuratorem ab eo exegerit ei solutũ,fit liberatio, l.si vero,§.si mandauero, ff. mand. vt & si soluatur seruo præposito pecunijs exigendis, licet manumissus sit,vel remotus debitore ignato,l.si quis seruo, de solut. l.1. C.de pec. eius qui metu lib. Idem est de soluente matri non habenti ius administrationis filiæ suæ creditricis,si.n.id fiat à debitore id sciente non liberatur, secus si ab ignorante bona fide, cum illa se pro administratrice haberet, l. filiæ intestato. de solut. vt nec potest solui marito id quod debetur vxori, nisi illa consentiente,vel ratum habentem, l. cum maritũ, C. de solut. & si quis dari filio stipulatur,cum sic patri quęratur,filio sine patris consensu solui non potest, secus si stipuletur sibi dare, vel filio, quia tunc filiofamilias, vel emancipato rectè soluitur, l.cum qui ita §. qui sibi aut filio.de verb.oblig.l.stichum,§. quæsitum, de solut.seruo tamẽ vel filio, quod ex eorum peculio crediderint, rectè soluitur, l. si vnus de pact. l. fugitiuus, de solut. l. si seruus, l. quod seruus, eo. potest etiam iussu creditoris alij solui, l. solutum,§. solutam,ff. de pign.act. nisi iubeat eum soluere post mortem suam, cum mandatũ morte soluatur,l.fi.de solut.si scilicet ei soluitur,vt procuratori creditoris, secus si vt cessionario, quia sic tenet solutio. Vbi verò alternatiuè quis stipuletur sibi,vel Titio,solutio facta alteri liberat §.planè,Inst.de inut.stip. l.vero, §.interdum,de solut.l. qui hominem, eo,quod si quis stipulatus est sibi,& Titio dari petat,solui Titio non potest,licet ante litẽ contestatam possit,l.si quis stipulatus, §. fi.l.si vero,§.sed & si quis, de solut.si vero vtrique dari est stipulatus,potest medietas vtrique solui, l.si ita stipulatus, l. cum decem.de solut.si vero moritur Titius adiectus,rectè non soluitur eius hęredi, l.si stipulatus sum.de solut.nec ipsi si mutet statum, vt si deportetur seruus fiat,vel adoptetur,l. cum quis, l. stichũ. §.vsumfructum, vbi gl. de solut.nisi status in melius mutetur, d.§. vel si persona, cui quis stipulatur habeat adiectam personam, vt tutorem, vel curatorẽ,respectu furiosi, vel prodigi, rectè.n.eorũ tutori,vel curatori soluitur,d.l.stichũ, si verò quis sibi, vel Caio fundum dari stipuletur,licet detur Caio,potest illum petere, vt sibi de euictione caueatur, l. Iulianus, §.fin.de verb.oblig.

Præterea vt quis rectè soluat, ordinẽ debitum seruare debet, & modum, §. at ex contrario. Inst.quib.al.lic. vt scilicet solutio fiat loco congruo de quo est conuentum,& tempore debito, & constituto, vt inde liberatio sequatur, l. obsignatione,C.de solut.l.si soluturis, ff.eo.l.solidum,eo.l.magnam,C.de contr.& commit.stip.non tenetur etiam quis ante diẽ statutam soluere, licet id possit, l. quod in diem,l.qui res, §. mihi, ff. de solut.c. vn.de plus pet. nisi debitor vergat ad inopiam,vel sit timor fugæ, l.ait, prætor, §.debitorem, ff.de his, qui in frau. cred. vel si debitor sit suspectus qui cogi potest dare cautionem,l.si fideiussor,§. fin. ff. qui satisd. cog. modo suspitio venerit post contractum, aliàs non Silu. verbo solutio, in fi.nisi dies adiecta sit gratia creditoris,quia tunc eo inuito solutio nõ potest anticipari, l.item illa, ff.de const. pec.l.si ita, §.pegasus, ff. de leg.2.& differri si tempus solutionis prorogetur à credi-

6 Solutio quo ordine sit fienda.

creditore, vel iudice, l. cum stipulatus, de verbo. oblig. l. si debitore, de iudic. cum nemo teneatur venire cum sacco paratus, l. quod dicimus, de solut. vnde debitum fatenti quandoque datur spatium quattuor mensium ad soluendum, quandoque, s. vel potius arbitrio iudicis pensata ratione debiti, qualitate, & facultate personarum, & loco, vt sic vitetur interim cessio bonorum, l. 2. C. de vsur. rei. iud. l. fi. C. qui bonis ced. poss. l. in fraudem, §. fiscalib. ff. de iu. fisci. l. debitorib. de re iud. §. item qui Inst. de verb. oblig. habito respectu ad moram culpam, eius purgationem, casus fortuitos, l. si seruũ, §. sequitur, l. cum stipulatus, l. si fundũ, l. creditor. ff. de solut. l. obsignatione, C. eo. Quod si quis debeat ex plurib. capitib. & soluat pecuniæ partem, vel aliud, si id expressit quo nomine soluerit, est attendendum, aliàs in potestate est accipientis in quod velit esse solutum, l. 1. l. vbi fideiussor, l. partus, l. creditor, l. cum ex plurib. ff. de solut. sic tamen, vt in hac optione æquitatis ratio habeatur, vt pro eo intelligatur soluisse, pro quo accipiẽs soluisset, l. 1. §. 1. ff. de solut. Quod si par sit causa debitorum, priori est soluendũ, nisi aliud sit expressum, & debitum efficax sit, l. in his, l. vbi fideiussor, l. si ex pluribus, §. fi. l. creditor, l. si is cui nummos, §. Flauius, de solut. sic tamen vt quod superest priori soluto, sequenti detur, l. pupilli, §. cum in eodem, l. cum ex pluribus de solut. & si par dierum, & contractuũ summa sit, ex omnibus summis proportione videtur solutum, l. illud, de solut. & dicitur dispar causa non ex maiori, vel minori summa, sed eã qua res debentur, l. si in duab. de reg. iur. de quo in tr. de pignore, & de restitut. ad fin. habetur, sed si vsuræ cum debito debeantur, nec actum sit pro quo soluatur, pro vsuris intelligitur, non pro sorte solutum, l. Titia. ff. de solut. l. 1. C. eo. Quod si debitor conueniatur pro solutione, primo sunt distrahenda bona mobilia, tum deueniatur ad immobilia, & postea ad iura, & si non inueniatur debitor datur creditori in solutum, l. à Diuo, de re iud. Sed si nõ habet vnde soluat, cedat bonis, & si non habet, si est debitor ex maleficio potest verberari, c. si res. 14. q. 6. & tenetur ad interesse creditori si pro debito non exegit verbera. Debet etiam debitor adire domum creditoris, pro solutione facienda, si ita conuenit, nec contrarium sit actum, & creditor ex loco contractus non recessit, de quo supra, & sat est eum quærere in locis consuetis, Bar. in l. item illa, ff. de const. pec. Quod si debitor remittit debitũ per quem putauerat inculpabiliter fidelem, liberatur, si species debetur, quæ perierit saltem in foro conscientiæ, si adhibuit debitam diligentiã, & eo magis si missus sit à creditore, non autẽ si pecunia mutuo data debebatur, nisi is nũtius missus sit à creditore, quia pecunia mutuo datã est accipientis, ideo illi perit, non autem species, Abb. in c. significante, de pign. Silu. solutio, nu. 5. in fin. Effectus porrò solutionis est liberatio ab obligatione, l. solutionis, ff. de solut. l. amplius, ff. de rẽ rat. hab. l. quoties, de solut. modo res detur eo modo quo debetur aliàs ad æstimationem agitur, l. si is qui stichum, l. ex promissione, ff. de act. l. non est, C. de act. vt nec sequitur liberatio, si res in solutum data euincatur, l. si quis aliam, de solut. vnde soluens de euictione se obligare debet, l. Iulianus, §. qui fundum, ff. de verb. obligat. Vbi verò plures sunt debitores vnius in solidum, vel pro parte, si vnus solidum soluit, vel vltra id quod ipse debet, conuenire creditorem potest, vt sibi cedat actiones quas in eos habet pro repetitione soluti pro correis debendi, l. stichũ, §. si mandata, ff. de solut. quæ pactio cessionis debet fieri ante solutionem, post enim non admittitur, l. modestinus, de solu. l. nulla, C. eo. licet vtili actione agat contra eos tunc, vel negotiorum gestorum, l. 1. C. de act. & oblig. l. de qua re, §. fin. ff. de iudic.

Vbi verò quis solutionem à se factã probat, chirographum datum creditori repetere potest, & pignora ei tradita, l. solutione, ff. ad exhib. l. instrumenta, l. fin. C. eo. ad exhib. & alias scripturas, alias eas non exhibens furti tenetur, l. qui tabulas, ff. de furt. & est præsumptio debitum esse solutum si apud debitorem est chirographum debiti, l. 2. de pact. l. q[...] 7 Solutioni effectus q 8 Soluẽs, vt sibi cauere debeat.

qui chirographum, de leg. 3. nisi creditor probet ad eum peruenisse contra suam voluntatem, & non esse solutum, l. quod debitori, C. de solut. vt & chirographum cancellatum, vel fractum inducit præsumptionem solutionis licet contrarium probari possit, l. si chirographum, de probat. l. indictum, C. de solut. & in dubio fit liberatio, l. Arrianus, ff. de act. vt & liberatur debitor per quitātias creditoris, qui fatetur se debitum recepisse, l. 2. C. de apoch. lib. 10. l. si accepto latum, §. 1. de accepti. & vbi agitur de tributis soluendis, & quis apocas trium annorum proximorum habeat cōfectas ab exactoribus legitimis eorum, pro annis etiam decursis soluisse præsumitur, ita vt ante actas solutiones probare non cogatur, nisi contrariæ adsint probationes, l. quicunque, C. de apoch. publ. lib. 10. l. plures, C. de fide instrumen. vt econuerso solutio aliquorum annorum non constituit aliquem debitorem de cætero, nisi id probetur, vel fauor alimentorum concurrat, vel decennio soluerit, l. si certis annis, C. de pact. l. 1. C. de fideicom. l. cum de in rem verso, ff. de vsur. præsumitur etiā remissio debiti ex proximitate sanguinis, lapsu temporis, & rationibus sępius actis, Bar. in l. Libertus, ff. de alim. & cib. leg.

9 Solutionis optio cui' sit. Quod si quis alternatiuè promisit dare decem vel equum, dando vnum liberatur, l. qui hominem, de solut. nisi vna res ex eis fit in dominio creditoris, quia sic reliqua tantum debetur, l. stichum, ff. de solut. vt & in obligatione alternatiua, d. l. stichū, is solum, qui viuit petitur, nisi mora fuerit in mortuo, l. huiusmodi, §. stichum, de leg. 1. & si electio fuit apud promittentem, vno mortuo, alter peti poterit, nisi promissor iam alium elegisset, d. l. huiusmodi, vel nisi facto debitoris perierit, quia tunc ad æstimationem agitur, d. l. stichum, §. quod si, l. si à reo, §. fin. de fideiuss. l. mora, de vsur. l. si seruum, l. mora, l. si ex legati causa, l. cum filiofamilias, de verb. oblig.

SVMMARIVM.

1 Nouatio quid sit & eius effectus.
2 Delegatio seu cessio quid sit, & vt fiat, & eius effectus.
3 Acceptilatio quid sit, & quis eius effectus.

De Nouationibus, Delegationibus, cessionibus, & acceptilationibus. Cap. LIII.

1 Nouatio quid sit, & ei' effect'. Nouatione etiam tollitur prior obligatio, §. præterea, Instit. quib. mod. toll. oblig. cum prius debitum in aliam obligationem ciuilem, vel naturalem trāsfunditur, l. 1. ff. de nouat. idq; fit, vel consensu partium, vel per litis contestationem.

Delegatione etiam tollitur obligatio, cum quis vice sua alium debitorem dat creditori, vel cui is iusserit, d. §. præterea, l. delegare, de nouat. l. qui debitorem, de fideiuss. ita vt amplius non possit dirigi actio in eum, sed in delegatum, si id fiat consensu creditoris, l. 5. de fideiuss. l. aliā causam, de nouat. Aret. cons. 5. num. 1. Affl. decis. Neap. 353. num. 4. per quam transferuntur actiones si legitimè fiat, & non vexandi aduersarij causa, vt quia is cui delegatur sit superior, vel potentior, l. 2. C. ne liceat potent. patroc. litig. præst. Pap. sing. 834. l. 1. 2. 3. ff. de al. iud. mut. causa facta, & modo, qui nouat, vel 2 Delegatio seu cessio, quid sit, & vt fiat, ac ei' effect'. delegat persona idonea sit, quæ contrahere, & cum qua contrahi possit, de quibus supra de contractibus, in communi est actum, nec res à cōtrectatione sit aliena, & sic quod in omni casu caueatur ne fiat cessio causa mutandi iudicij, vel subrogandi duriorem aduersarium, alias sic agens tenetur ad interesse parti, l. 1. 2. & 3. ff. de al. iud. mut. causa facta, vt & aduocato vetitum est litem redimere, l. litem, C. de procur. l. si contra licitum, C. mand. l. si qui C. de postul. & toto tit. de al. iud. mut. &c. si tamen dolus non interueniat, vel iudicium non mutatur, vel alienans paratus sit defensionem subire, pœna non incurritur, l. 3. §. fin. l. 4. §. fin. ff. de al. iud. non valet etiā cessio facta in certas personas coniunctas, nec à patre Lustrico filio spirituali, nec-

nec ab adoptante vel arrogante, nec in vxore auunculi fratris, vel patrui vel vitrico, Guill. Ben. in c. Rainutius, nume. 761. de testam. l. 1. C. de in ius voc. nec in facta ab amita nepoti, à matre filio. Tiraq. in l. si vnquàm, C. de reuoc. don. vt nec rem litigiosam cedere licet, alias incurritur pęna l. fi. C. de litig. oportet tñ vbi cessio vel nouatio fit, id exprimere, alias in nouatione remanet firma vtraque obligatio, nisi saltẽ tacite de ea agat l. fi. ff. de nou. l. 2. eo. Vbi vero quis delegat suum debitorem, id potest fieri scriptura, & etiam nutu si loqui non valet, & alijs modis quibus & consensus exprimi potest l. delegare, ff. de nouat. l. 1. ff. mand. oportet tamen ad hoc vt delegatus possit conueniri à creditore delegantis, quod se obliget soluturum nomine eius, cum creditor debitorem debitoris sine eius consensu conuenire nõ possit l. si soluere, C. de nouat. nisi in prima obligatione obligarit id nomen creditori, vel omnia bona sua, vel in causa iudicati bonis debitoris non sufficientibus deueniendum sit ad nomina debitorum iuris ordine seruato, l. si conuenerit ff. de pign. act. l. à Diuo pio §. 1. de re iud. l. 2. C. quando fisc. vel priu. deb.

Innouatione vero legitimè, & voluntarie facta, hippotecæ & pignus liberantur, & vsuræ non currunt l. nouatione, ff. de nouat. secus in necessaria, l. aliã, eo.

3 Acceptilatione quoque tollitur obligatio, quæ dicitur imaginaria solutio sine rei interuentu, §. item, quibus modis toll. oblig. Inst. tit. dum quis fatetur creditum accepisse l. si ex pluribus, de solu. licet vbi non est solutum potest qui fassus id est, vti exceptione doli mali, l. si accepto latum, de acceptil. de quo supra dictum est, cum actum est de exceptione non numeratæ pecuniæ, & in foro conscientiæ non liberatur quis modis prædictis nisi in effectu soluerit, vel creditor remiserit libere debitum, aut delegationem sciens acceptarit sine dolo delegantis, si enim delegans sciret debitorem non esse soluendo, sic delegando non est tutus in conscientiæ foro, Abb. in c. quia pleriq; de imm. eccl.

Acceptilatio q̃d sit, & quis eius effect⁹.

SVMMARIVM.

1 Compensatio quid sit, & quotuplex.
2 Compensari quæ possint.
3 Compensari quæ non possint.
4 Compensatio, contra quos possit obijci.

De Compensationibus. Cap. LIIII.

Compensatione quoque l. tollitur obligatio, l. 1. & 2. ff. de compensat. cum sit æqualis retributio, vel debiti & crediti inter se cõtributio, d. l. 2. Est vero multiplex, vt & debitum, compensatio, scilicet naturalis & ciuilis, vel ex vtroque mista. 1

Compẽsatio quid & quotuplex.

Alia fit ipso iure, vt quæ fit ad impediendum vsurarum cursum, vt si vnus debet cẽtum alteri, cum vsuris & is alij quinquaginta sine vsuris, fiet compensatio vsque ad summam concurrentem, l. cum alter alteri, l. idem iuris, ff. de compensat. l. si constat, l. etiam si C. eod. sic etiam compensatur negligentia cum negligentia pari l. si ambo, de compens. & delictum priuatum per aliud simile cõpensatur, & ipso iure tollitur l. si duo, de dolo. Alia est quæ non currit nisi opponatur. Vnde in compensationem veniũt quæ debentur naturaliter vel ciuiliter, ex contractu, maleficio vel quasi vbi ciuiliter agitur d. l. si ambo, vel eadem res debeatur quæ compensatur vel æquiualens, vt equus pro pecunia, Abb. in c. in bona fides depos. quæ functionem recipiunt in genere suo, vel id partium cõsensu, vel iudicis authoritate, & quandoque priuata fiat, Abb. ibid.

Compensari vero possunt debitum naturale, & ciuile, nisi in naturali lex resistat vt in Macedoniano senatusconsulto in foro exteriori l. quæcunque de compens. l. 1. ad Maced. quia in foro cõscientiæ debetur mutuum receptum à filiofamilias, Abb. in c. quia pleriq; de immu. eccl. & quicquid deniq; debitum est vel sit purum, vel sub conditione, vel ad diẽ, etiam inuito altero, modo vtrunque sit liquidum l. quæcunq; l. neq; scriptura, 2

Cõpensari q̃ possint.

l. si.

l.fi.C. de compens. l. quod in diem l. si cum militi. ff.eo. vel numero, pondere, aut mensura constent, vel in specie debeantur, vt equus &c. glos. in l.fi. C.de compens.

3 Compēsari quę nō possint.

Compensari vero nonnulla prohibentur, primo id quod non debetur ei qui vult compensare, sed alij l. penult. l. in rem l.si cum militi,ff.de compens.l.eius C.de compēs.licet creditor eius pro quo quis conuenitur velit compensare d.l.in rem,nisi debitum sit cessum d.l.in rem, vt & fideiussor potest compensare si sibi debeatur, vel reo principali, & socius si socio debetur, & filius si debetur patri, & caueat patrem ratum habiturum l. si quid l.si cum filiofamilias,§.1.de compens.l.si duo. ff.de duobus reis. Secundo non compensatur altero inuito debitum quantitatis cum debito speciei, vel pecuniæ loco speciei l.si conuenerit,de pign. act.l. si ex ea. ff. de rei vend. secus in foro conscientiæ. Tertio, non potest compēsare reipublicę debitrici,debitor eius, si ex vectigalium causa, vel frumēti aut olei publici, alimentorum, vel eius qui statutis sumptibus seruit, aut fideicommissi ciuitatis debitor sit, alias sic, vt & in foro conscientiæ,l.1.3.C. de compēs. l.vniuersi, C.de compens.quarto, qui emit à fisco pretium debitum cū sibi debito per fiscum non compēsat.l.si ex venditione,C.de compens.vt nec quod debetur reipublicæ compēsari à debitore potest cum eo quod administrator eius debet debitori nomine proprio,l.penul.C. de compens. vt & si curator damnetur ob negotium mandatum copiarum tempore expeditionis cum sibi debito non compensat.l.papinianus,l.ob negotium C.de compens. Quinto,non potest opponi compensatio ab eo qui habet depositam rem debitoris, vt nec depositum cū deposito compensatur, sed qui prior deposuit prius repetit,l.fin.C.de compens. l.penult.C.de depos. cap.fi. extra.de deposito,vbi glos.in alijs contractibus admittitur si de facili potest liquidari, Ias. in §. bonæ fidei numero 78. Institut. de act.& etiam in commodato, Abb.in capitulo secūdo,depos. non tamen fit compensatio de legato ad debitum etiam in debito necessario, quando legatur res certa, nisi testator aliter declaret, Dur. in arte test.titulo sexto, caut.5. numero tertio, testans de communi,admittitur tamen de pecunia ad pecuniam, Alex. in l.si fundus, §.si seruus, si certum petatur, & ibi Ias. Sexto, si quis possessionem alienam indebite occupat, non habet locum compensatio, l. fin.§.fi. C.de compens. Septimo, si debitum soluatur ex causa iudicati non compensatur l. 2. C.de compens. nisi soluendo compensatio desideretur, vel nisi post sententiam in executione objiciatur l. si cum militi,§.1.de compens.Feli.in capit.suborta, de re iud.vt & debitum litigiosum compensatur modo liquidum sit l. in compensatione,ff.de compens. Octauo, vbi obligatio est alternatiua, & electio debitoris, non admittitur compensatio nisi declaret quod velit, l. & si debeas, ff.eo. Nono, in criminibus publicis non fit compensatio, l.2. §. si publico, l.si vxor, §.iudex ff.ad l.Iul. de adult. In foro tamen conscientiæ in prædictis locum habet compensatio,modo plus non sumatur etiam furto, quàm sibi debitum sit, licet is peccare possit sic accipiēdo quandoque, vt si interuenit scandalum, vel mendatium, & alia via possit quis sibi medio iuris commode satisfacere.

Potest vero objici compensatio contra priuatos & fiscum, exceptis casibus de quibus in l. in priuatis l. fi. ff. de nouat.quę etiam datur procuratori in rem suam post litem contestatam, fideiussori, & ei cui datur actio ad repetendum sibi debitum l. in rem suam, l. verum l.si quid ff.de nouat. l.inuitus,§.cui damus, de regulis iuris, imo si quis debet alteri, & res debitoris veniat ad creditorem authoritate superioris potest eam retinere in foro conscientiæ, vt supra, vt sibi ad æqualitatem fiat satisfactio, & potest apud iudicem opponi compensatio etiam post sententiam si eam expressè non reprobarit, glos. in c. suborta, extra, de sent. & re iud. l.quod in diem, §. 1. de compens. cum æquum sit vt ius quod aduersus alium quis experitur, is & eo vtatur l. 1. ff.quod quisque iu.& dolosum sit id petere, quod est 4

4 Compēsatio cōtra quos possit objici.

statim restituendum, l.dolo, de dolo, l.3.de compensat. faciendo compensationem debiti ad debitum, & reliquum, quod superest relinquatur cui debetur §.compensationes, Institut. de act. rationem etiam habendo interesse, si quod debetur vt quia certo loco quis dare deberet, idque intersit, l.pecuniam, de compens. & vbi ex pluribus causis quis debet, exprimat in quam compenset l. qd. labeo. co. alias electio est creditoris, vt supra, vt & fideiussor conuentus potest eligere an quod sibi, vel reo debetur, compensetur, l.si quid eo. tit.

SVMMARIVM.

1 Transactio, quid sit, & quotuplex.
2 Transigi super quibus possit, vel non.
3 Transigere quis possit vel non.
4 in Transactione quæ interuenire debeant, vel non.
5 Transactionis effectus quis.

De Transactionibus. Cap. LV.

1 Transactio quid sit & quotuplex.

CVm per transactionem dissoluatur obligatio inita inter contrahentes, in aliam nouam translata, & per eam finis litibus imponatur, l.transactione, C.de transact. l. fratris, C. eo. l. 1. ff. eo. ideo de ea vltimo loco verba facere visum est.

Est autem transactio de re dubia, & lite incerta pendenti conuentio, non gratuita, sed aliquo dato, retento vel promisso, l. 1. ff. de trans. l.cum mota l.transactio. C.eo. c.super eo. de transac. potest tamẽ transigi etiam ante litem motam, vbi discordia est l.eleganter, §.si quis, ff. de cond. indeb. vnde dicitur transactio quasi transitio actionis, quia transigens ab actione transit & discedit, & differt à pacto vel compositione quia illa possunt fieri sine aliquo dato, hæc vero nõ, oportet tamen, vt transigens credat se iustam causam fouere, aliter si per calumniam insistat liti, tenetur ad restitutionem l.2. l.sub prætextu, C.de transf. ff. de cond. indeb. in summa, vbi vero esset iudicatum, nec liceret appellare, aut transisset tempus appellandi, transigi non posset, vel minus dare quàm esset iudicatum l. quidam C. de postulando, Diuiditur autem transactio in generalem, & specialem, generalis est quæ extinguit contentionem iuris alicuius vniuersi, vt si fiat de successione ex testamẽto, & extenditur ad omnia non expressa, nisi aliqua dolo vnius ex transigentibus supprimantur l. non est ferendum, de transf. l. sub prætextu, C. eo. l. tres fratres, de pact. c. 1. de transf. cum transactio ad incognita non referatur l. nec ignorans, C. de donat. in odium tamen supprimentis generalis transactio sustinetur l.de reb. de rec. arb. l. qui cum tutoribus, §. 1. & fi. ff. de transf. si tamen iudicio certa aliqua petantur, generalis trãsactio ad ea tantum capita extenditur d.l. qui cum tutoribus, & idem in prædictis intelligitur de indefinita transactione quæ æquipollet vniuersali, c. vt circa, de elect. in 6.

Specialis est quæ de re certa nominatim expressa fit, & proinde ad alia non expressa non extenditur l. age, l. pen. C. de transf. vnde transigentes cauti esse debent, vt conueniant componant & transigant super omnibus actionibus, & omnibus negotijs & reb. competentibus cognitis & incognitis, tam in ea re quàm in alia.

Potest vero transigi super litibus indecisis, rebus dubijs, motis vel mouendis l. 1. ff. de trans. l. 2. l. causas l. preses, C. eo. & etiam post sententiam à qua sit appellatum, alias non, vel si ab ea appellari non licet l. & si l. post rem ff. de trãsac. l. si causa, C. eo. l. eleganter, §. si post rem, de cõd. indeb. potest etiam reus criminis capitalis trãsigere super criminis lite etiam cum accusatore, l. transigere vbi Bar. & alij, C. de transac. sine tamen preiudicio reipublicę, & publici iudicij, cuius interest delicta puniri, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. actor tamen incidit in Turpilianum l. ab accusatione, ff. ad sen. con. Turp. Excipitur tamen crimen adulterij in quo non licet transigere l. transigere, C. eo. l. de crimine, C. ad l. Iul. de adult. alias maritus lenocinij puniretur.

2 Transigi super quibus possit vel non.

tur si pro ea re pecuniam acciperet, §. 1. auth. de lenonibus, qua ratione nec sup raptu transigi licet Boer. q. 91. nu. 1. 2. 3. In criminibus vero in quibus non imponitur pęna sanguinis, non potest transigi, cũ tũc sanguis non sit redimendus l. transigere, C. de trans. & ne detur materia delinquendi, si pecunia venia delinquẽti detur cõtra l. conueniri, ff. de pact. & si transigit pecunia data, reus habetur pro cõfesso l. in omnibus, ff. de pręuaric. Vnde iure canonum super nullo crimine licet transigere, cum ibi pœna sanguinis non imponatur c. clericus, c. sententiam, extra. ne cler. vel mon. iure tamen ciuili in crimine falsi licet transigere, d. l. transigere, vbi doct. si tamen quis transigit super iniurijs, infamiæ notam, dãs ex eo pecuniam, incurrit l. non damnatos, ff. ex quibus cau. infam. irrog. si iniuria pendeat ex criminib. famosis, vt iniuriarum, de dolo malo, rapina l. athletas §. fi. ff. de ijs qui not. infam. quia crimen intelligitur fateri qui de eo paciscitur l. 4. ff. de iu. fisci l. si quis maior, C. de trãs. non incurritur vero infamia in actionibus famosis ex cõtractu ortis, l. in actionibus, ff. de ijs qui not. infam. Non transigitur etiam super beneficio litigioso, cum transactio fiat tantum aliquo dato vel recepto, quod in beneficialibus est simoniacum, c. constitutus de sim. potest tamen ibi amice & gratis componi. cap. super eo. de trans. c. 2. c. de cętero eo. & etiam vexatio redimi, modo quo in tra. de simonia habetur, contra matrimoniũ etiam non transigitur ob indissolubile eius vinculum, c. fi. eo c. an quod c. quos Deus 33. q. 2. Nec super spirituali subiectione, c. præterea, de transact. nec super iure præsentandi c. præterea. 1. eo. nec super controuersijs proficiscentibus ex testamento nisi inspectis verbis testamenti l. non est ferendus, ff. de trans. nõ trãsigitur etiam in actionibus famosis descẽdẽtibus ex maleficio vt in actione furti, bonorum raptorum, secus in actionibus descendentibus ex contractu, vt in actione mãdati, depositi tutelę l. furti §. pactum l. in actionibus, ff. de his qui not. infam. Trãsigi vero potest inter fratres de fideicommisso relicto ea conditione si alter eorum sine liberis decederet, in superstitem deuoluendo l. de fideicommisso, C. de trans. de alimentis etiam testamento relictis transigere licet, si præterita sint, non tamẽ de futuris nisi adsit iuramentum. Alc. in c. cum contingat nu. 192. de iu. nisi authoritate iudicis, & causa cognita, l. cum ij l. de alimentis, vbi doct. C. eo. si tamen alimẽta aliter quàm ex vltima voluntate debeãtur, trãsigere licet d. l. cum ij, vel si alimẽtarius inde conditionem suam meliorẽ facit l. de alimẽtis C. de trans. potest etiam trãsigi super statu & conditione personæ l. si atris, & l. fi. C. de trans. Quo vero ad spiritualia trãsigi potest si vna ecclesia petit aliam sibi debere subijci in iure institutionis, correctionis & sacramentorum perceptione, si detur aliud spirituale, vt quod illa ecclesia in alio ei subijciatur c. ad quæstiones de rer. permut. vel aliud spirituale ei detur, vt fit in permutationibus, c. ad q̃stiones, c. statuimus, vbi gl. & Inn. de rer. permut. non potest tamen fieri de spirituali ad temporale c. cõstitutus, de trãs. c. fi. de rer. permut. si tamẽ nomine subiectionis petũtur simul spiritualia & tẽporalia, vt cum episcopus petit vt ab aliqua ecclesia ei subiecta participẽtur cõsecrationes, ordinationes & alia spiritualia, qui petit etiam aliqua temporalia, vt annuam pensionẽ super illo tpali põt trãsigi dãdo ei annuam pensionẽ ar. c. cũ venerabilis de censibus & c. constitutus, de relig. dom. Quod si res tpalis vt propria petitur, vt cũ ecclesia petit decimas ex pdictis in sua parochia constitutis, si agit cõtra ecclesiasticam personam, trãsactio fieri potest episcopi authoritate, & erit perpetua, c. statuimus, de trans. sine vero authoritate episcopi facta est valida, sed non egreditur personam transigẽtis, c. de cętero. eo. nisi per Papam cõfirmetur c. veniens, eo. si vero agit contra laicum, de decursis fieri potest & valet, c. cum apostolica de his quæ fiũt à prel. sed non de futuris, c. decimas quas 16. q. 7. vnde non potest transigi cum laicis vt minus soluant, nisi cum Papæ authoritate c. penul. extra. de confirm. vtil. vel inut. Quod si non petitur ius spirituale, sed res spiritualis, vt beneficium, tunc si pe-

petitur beneficium, vt proprietas, vt cũ ecclesia vna petit ab alia præbendã, quã dicit ad se pertinere, i. ecclesiam suam, tunc licita est transactio, si ex vtraq; parte interuenit tm̃ spirituale non tpale, & modo spirituale sit eiusdẽ generis, & id fiat authoritate superioris, vt ꝙ vnus accipiat decimas in vna parochia, & alter in alia, vel vnus beneficium vnum, & alius aliud, spirituale vero nõ põt dari ꝓ spirituali alterius generis, vt beneficiũ pro iure præsentandi ca. super eo. de rer. permut. Sic nõ potest transigi in iure patronatus cum sit spirituale, c. præterea, 1. de trans. nec in iure subiectionis spiritualis, c. præterea. eo. gratis tñ potest remitti, c. cum olim, de periu. & episcopus potest remittere sibi in recognitionem dominij soluendum c. oĩs, de cẽsibus, vel ad indicium perceptæ libertatis, c. recepimus, de priuil. ꝙ si clericus petit beneficium sibi, vt quia dicit se electum vel canonice in eo institutum, ibi non potest fieri trãsactio aliquo. s. dato, vt supra, sed bene amicabilis & gratuita cõpositio, vt s. is qui ius non habet vel non creditur habere, aliquo nõ recepto, oĩo renuntiet iuri suo, vel vt qui habet ius recipiatur sine datione, ꝙ fieri põt committẽdo alicui rẽ, vel huiusmodi c. super eo. de trãs. ideo vero prohibetur transactio in beneficialib. quia in beneficio est spirituale, & temporale spirituali annexũ, ideo si detur tpale datur pro spirituali, ꝙ simoniacum est. Inn. in c. cõstitutus extra. eo. de quo dixi tr. de simonia, vbi vero fit amicabilis compositio iudicis authoritate, quæ sic vt supra, est perpetua, si ꝑ hoc ecclesia lęditur grauiter, restituetur arg. c. 1. de in int. restit. Põt ẽt transigi vbi agitur de proprietate alicuius prædij inter ecclesias, modo non detur tpale pro spirituali, sed aliud spirituale, c. inter 16. q. 3. c. ad quæstiones de rer. permut. vt ꝙ vnus habeat vnam ecclesiam alius aliã, vel vnus spiritualia in vna ecclesia alter in alia. Inn. in c. statuimus, de trans. Non potest etiam transigi super iniuria illata sine iudicis authoritate l. furti, ff. de ijs qui not. infam. modo quo supra. Nec remitti potest visitatio nec procuratio. c. pastoralis, de donat. nec cathedraticum, d. c. nec iurisdictio, c. visis 16. q. 2. nec reuerentia l. fi. C. de bo. quæ lib. nec quod vir dimittat vxorem potest transigere, vel quod monachus habeat proprium, vel quod subditus non obediat superiori in debitis & honestis, c. fi. de transact. nec in subiectione quæ est domini ad seruum, nisi dubiũ sit an ille sit seruus, hortandus tamen est dominus vt seruet pactum l. interpositas, C. de transact. l. fi. ff. eo. l. cum affirmes, C. de lib. causa.

Requiritur pręterea in transactione, vt persona quæ transigit idonea sit, quæ est illa, quæ contrahere valet, vel suo vel alieno nomine, & modo is sit compos mentis, l. sanum C. de trans. maior. l. si quis maior. l. maior. eo. tit. non nobis subditus l. interpositas. §. fi. eo. Alieno nomine transigere possunt tutores, administratores reipublicæ, & procuratores fisci, si lis sit dubia, l. 1. C. eo. l. præses, vbi Doct. eod. procurator tamen principis eo inconsulto non potest transigere, nisi rem retineat, & sic eius conditionem faciat meliorem l. nulli vbi glos. ff. de transact. l. 2. §. si rem, ff. de offi. procur. Cæs. Nec procurator priuati etiam cum mandato generali potest transigere l. mandato, l. transactionis placitum, C. de transact. nisi id mandatum contineat, vel in rem suam sit cõstitutus, vel habeat mandatum omnium bonorum administrandorum cum libera administratione glo. in d. l. transactionis, l. procurator, de procur. vel si dñus id ratũ habeat l. mandato generali, de ꝓcur. vel si pręsente dño & non contradicente procurator fines mandati excedat, secus si reclamauerit, glos. in c. cum olim, de off. de leg. Doct. in l. transactionis, C. de transact. l. 2. ff. quod cum eo qui in al. pot. Vnde vsus inoleuit vt constituantur procuratores ad transigendum specialiter, qui ita firmẽt transactionẽ, vt reuocari nõ possit. Vetatur etiam quandoq; trãsactio inter virum, & vxorẽ. §. illud auth. neq; virũ, Collat. 8. Non põt ẽt transigere capitulũ sede uacante, ar. cap. 2. 3. ne sede vac. nec ꝑlatus in causa ecclesię sine cõsensu capituli, c. cõtingit, de trãs. nisi habeat literas à capitulo ꝙ habebit ratũ ꝙ ab eo super tali negotio actũ erit c. 3. eo. ecclesia 3 Trãsigere qs possit vel non.

tamen

tamen læsa infra quadriennium restituitur c. requisiuit, de rest. in int. alias non l. quàmuis, C. de transf. & licet transactio facta coram episcopo si sit personalis non prorogetur vltra vitam transigentium, si tamen fiat coram Papa est perpetua, qui & cōfirmare potest transactionem quæ ab initio non valuit, si id facit ex certa scientia c. fi. 16. q. 1. c. 2. de trāsf. vbi glo.

4 in Transactione q̄ interueni re debeāt, vel non.

Ad rectam præterea transactionem requiritur quod in ea interueniat cōsensus liber à vi metu, errore vel dolo, l. interpositas l. 4. l. sub prætextu §. fin. C. de transf. & etiam requiritur, vt aliqua ibi adsit obligatio, si enim fiat ob indebitā obligationem, sic accipiens restituere tenetur l. pręses, C. de transf. l. fi. ff. de dolo, & si euidens est calumnia non tenet transactio, glos. in c. super eo. extra de transf. oportet tamen vt dolum allegans illum probet in foro exteriori l. si maior l. interpositas, C. de transf. l. dolū, C. de dolo, cum dolus non p̄sumatur in transactione quæ præsentib. amicis est facta l. trāsactionem quæ, C. de transf. nec error calculi in foro fori eā vitiat l. vn. C. de er. calc. & obijcitur præscriptio viginti annorum aduersus eum cuius interest, & decem contra eius hęredem l. in omnibus, §. fi. ff. de diu. & temp. præscr. expunctis rationibus, aliter error calculi vltra viginti annos vsque ad triginta reparari non potest d. l. in foro tñ conscientiæ error calculi habet locum, nisi præscriptio iam sit completa.

Concipi vero potest transactio pure, & sub conditione, sub Aquiliana stipulatione, pacto pęnali, iuro & sine l. si super C. de transf. l. vt responsum l. vbi pactum eo. l. aquiliana, cum seq. l. pacto cōuento ff. eo. l. si quis maior C. eo. l. cum te l. siue apud acta, eo. Transactio vero nocet vel prodest ei qui fecit, non alijs, vnde facta cum putatiuo hærede non porrigitur ad verum l. 3. §. fi. ff. eo. cum vero hęrede facta à debitore hęreditatis vendita hęreditate nocet emptori, l. fi. ff. eo. & facta cum principali prodest fideiussori, l. post rem, §. 1. eo. facta vero cū quibusdam tutoribus vel curatoribus separatim administrantibus alijs non prodest vel nocet, l. 1. C. de transf. l. 1. C. si tut. vel cur. int. l. si maiores, l. transactione mēis, C. de transf.

5 Transactionis effectus qs.

Effectus porro transactionis est vt p eā actio prior perimat, & ab ea discedatur, nec aduersus eam venire liceat, l. 4. l. cū mota l. sub prętextu, C. de transact. l. causas, eo. cap. 1. extra eo. modo dolus non interueniat transactioni faciendæ causam dans, quia tunc licet prior actio nō reuiuiscat, datur tamen actio vel exceptio de dolo, l. 4. C. de transact. & si acceptilatione prior actio non fuit extincta, tunc ipso iure nulla est transactio, & reditus fit ad pristinam actionem, l. in summa, ff. de cond. indeb. l. cum proponas, C. de pact. quod intelligitur quando dolus inest transactioni, & ei det causam, secus si quis intendit non seruare promissum in transactione, quia tunc valet transactio, & agitur contra eum qui non facit quod facere debet l. dolo, ff. de dolo, vt nec transactio perimitur, si dolus sit de præterito, quia super eo potest transigi, & remitti, non autem dolus futurus, l. si vnus §. illud ff. de pac. l. cum donationis, C. de transact. vbi vero in transactione est pęna adhibita, adhuc pœna soluta, transactio sustineri debet l. qui fidem, ff. de transf. vt & etiam si dolus interueniat ex parte eius qui dolum commisit, etiam si post instrumenta reperiantur l. 2. C. de transf. cap. inter cum sequ. de re iud. & tenet transactio etiam si quis decipiatur vltra dimidium iusti pretij, cum magnum commodum sit à lite recedere l. lucius, §. fi. ff. ad treb. cap. cum causa, de empt. & vend. vbi glo. Si tamen transactio inita fuerit ex falso instrumento, etiam iurata, retractari debet quo ad id quod ex falso instrumento fuerit compositum, alijs firmis manentibus l. pen. C. de transac. & etiam in foro conscientiæ vbi scienter magna lęsio adest, debet reduci ad æqualitatem, cum in eo foro omnis excessus reprobetur.

SVMMARIVM.

1 Voluntas vltima quid sit.
2 Voluntates vltimę sunt implendæ, & quare.

De Modis acquirendi Dominium ex facto legis, vel hominis in vltimis voluntatibus. Cap. LVI.

1 Voluntas vltima q̃d sit. Obseruandum est quod vltima voluntas, in proposito, est gratuita dispositio de bonis in tempus post mortem disponentis collatũ, & continet in se testamentum, codicillos, legata, fideicommissa, & donationes causa mortis.

2 Voluntates vltimę sunt implendę, & quare. Secundò obseruandũ, quod pium admodum est & conueniens, vt vltimæ hominum voluntates executioni mandentur l.1.C.de sacr.eccl.ob dignitatem animæ immortalis in corpore mortali, quę post corporis interitum imperium prorogat, & reliquias cogitationum relinquit, inhumanum siquidem visum est viuos totam suam substantiam alienare posse, id vero morientibus adimi, §.fi. Instit.de lege fus. can.toll. vt & Plato lib. 10.de legib.exclamat. Vnde lege 12. tabularum cauetur, patrẽ familias vti super pecunia vel familia sua legasset, ita ius esto, vt refert, Cic.lib.2.de Inuent.& habet in l.1.ff.ad l.falcid.l. verbis legis, ff.de verb.sign.quod & iure ciuili ac canonico comprobatur in c. illud 13. q.7. in l.fi.§.fi. ff.de fideicom.l. hæreditas, de pet. hęr. & sequitur etiam Plin. lib.7.c. 30. qua ratione & hæres qui iudicium defuncti à iudice monitus non implet omni lucro hæreditatis priuatur §. si qs vero, auth.de hær.& Falc. auth. hoc amplius, C.de fideicomm.& iure canonum in pijs causis executio testamentorum ad episcopum deuoluitur, c.nos quidem c.tua nobis, de testam. periret enim alioqui testamentorum authoritas si viui negligerent imperia mortuorum, vt Seneca ait 3. Declamat, & tamen testamentorum factio publici sit iuris, & nil eo firmius, l.3.de testam. §. disponat. auth.de nupt.& docet Cic. Philipp. 2. & publice interest hominum supremas voluntates impleri, l.vel negare, ff. quem.test.aper. interest enim habere hæredes l. 1. ff. de succesf.§. licet autẽ, Inst. quibus ex cau. man. non lic. & ad iniuriam pertinere videatur sine hærede decedere & bona debiti causa publicari, d.§. cum fama et post mortem lędatur, vt d. Arist. 10.eth. ad Nicom. l.ex iudiciorum, de accus.& iniuria sit bona alicuius, vt vacantia publicari, vt inquit Cic. orat.pro.p. Quintio, cum & ex hæredis constitutione corpus ecclesiasticę sepulturæ mandetur l. 3.ff.de pet.hęr.quod hęredis est munus, ff.de relig. & sumpt. fun. qui & suffragia pro eo Deo offerri curare debet, maxime si id testator mandarit, tum etiam vt adsint cum quibus congredi possint creditores, ne bona temere ab illis occupentur, & defunctus iniuria afficiatur l. 1.ff.de succesf. ed. & vt etiam possit homo moriturus beneficia illis rependere à quibus accepit viuendo, cum hæreditas ob benemerita deferatur l.nec adiecit, ff. pro soc. cum ad remuneratione homines natura teneantur l. sed si. lege §.consuluit, ff.de pet.hęr. & vt etiam cũ homines habeant testandi facultatem, aliorum operam sibi & auxilium concilient, qui spe concepta quod aliquid eis relinquatur promptiores sunt ad gratiam præstandam, vt inquit Demostenes oratione aduersus septinem, adde quod ex institutione liberorum honor institutis tribuitur, quod inditium sit eos probos erga parentes & amicos extitisse, l. filium, §.sed & si portio, ff. de leg.præst. & probat Cicero ad Ap.pro quęstore scribens, d. hominem probum existimari, qui parentis aut patroni iuditio titulo hæredis ornatus esset. Vnde iniquum visum est homini sanæ mentis testamenti factionem adimere, l. ex facto, ff. de vulg. Sic in veteri lege testamentum fecerunt Abraham, Gen.21.25. & Iacob. Genes.48.49. quod & Deus indicasse videtur quodammodo dum d. Ezechię per Prophetam, dispone domi tuæ quia morieris, Esa.38.4.Reg.20. cum & ita hominum memoria literis mandata perpetuetur, & ijdem legata relinquant quibus eorum animæ à pœnis purgatorij subleuentur, & Deo cultus & pauperibus subsidium deferatur, & ob multa alia bona inde manantia, vt & hac ratione.

ne defuncti onera quæ ipse soluere non valuit viuens, ab hæredibus soluantur, & creditores sciant quos conuenire debeant, & bene meritis beneficium præstari possit, & huiusmodi.

SVMMARIVM.

1 ex Testamento veniens præponitur ab intestato venienti.
2 Intestati causa est antiquior testamentaria.
3 Successio in bonis defuncti, quibus deferatur, & quo ordine iure ciuili, vbi id late explicatur.
4 Successio ex diuersis alijs legibus, vel statutis quibus deferatur.

De successionibus ad intestato delatis. Cap. LVII.

1 ex Testamento veniens præponitur ab intestato venienti.

TAmetsi succedentes ab intestato postponantur vocatis ex testamento l. quamdiu, 2. ff. de acqu. hęr. cum prouisio hominis tollat prouisionem legis, l. fi. C. de pact. conuen. attamen mihi satius est visum causam tractare intestati prius quàm testari, tum quod antiquior sit causa intestati, vt q̃

2 Intestati causa est antiquior testamentaria.

alio hominis adminiculo nequaquàm egeat, tum quod prius scito qui iure ad hæreditates admittantur, testari volens regulam percipiet qua ratione de bonis suis disponere debeat, si enim aliud recta ratio in aliquibus non suadeat, illa optima censetur institutio, cum hæredes venientes ab intestato hæredes etiam in testamento instituuntur, & in hoc cuiusque conscientia sit tuta, & scandali remotio auferatur, vnde & iusta hęreditas dicitur quæ ab intestato obuenit, l. lege obuenire, ff. de verbo. signific. & lex intestati imitetur naturam voluntatis humanæ non corruptæ l. fin. C. quor. leg. l. 2. §. legitima, ff. de suis, & leg. hæred. vnde & lex diuina successionem intestati probat, & docet quomodo deferatur, Leuit. 25. Nume. 27. Deuteron. 2. & 4. ca. & aliquæ gentes sunt quæ adhuc non norunt testamẽta, vt habetur in consuet. ar. 120. 137. cum videatur quodammodo contra naturam, quod quis disponat de rebus suis postquàm earum dominus esse desierit, scilicet post mortem, quę omne tollit dominium, §. deinceps, auth. de nupt. cum testamẽtum tantum post mortem fit firmum, Hębr. 9. c. cum marthę, de cel. miss. l. apud iulianum, §. fi. l. sequen. ff. ex quibus causis in posses. eat. tametsi ea dispositio referatur ad tempus conditi testamenti, & sustineatur ex alijs rationibus cap. proximo relatis, & August. serm. 52. ad fratres in hęremo, & refertur in cap. quicunque cap. fi. 17. quæst. 4. d. quicunque vult exhæredato filio, hæredem facere ecclesiam, quærat alterum qui suscipiat non Augustinum, imo Deo propitio, neminẽ inueniet, de qua re post dicetur, vbi de testamentis agetur.

3 Successio defuncti bonorum quib. deferatur ab intestato, & per tot. & quo ordine iure ciuili.

Generaliter autem in successione aduertendum eum succedere defuncto in eius bonis, qui ei proximior est tempore quo decedit, quem scilicet nemo capax successionis antecedat gradu l. 2. § proximum ff. de suis & leg. hęr. §. proximis, Instit. de leg. agn. success. l. 1. ff. vnde cognati, in quo numero est qui & nondũ natus est, sed conceptus, & gestatur in vtero & nasci speratur qui si natus sit, est proximior defuncto, §. cum autem, Inst. de hær. quæ ab int. d. l. 2. ff. de suis, & leg. hęr. l. q in vtero ff. de statu hom. cum is quo ad sui commodum habeatur pro nato, d. l. qui in vtero, aliter qui proximiores præterit & instituit extraneos iniuriam illis facere videtur, vt d. Cic. 1. offic. l. 4. de inoff. test. l. vnica, §. pro secundo, C. de ca. toll. cum & ad proximos magis pertineat luctus propinquorum l. iure succursum, ff. de iu. dot. & tutela, ergo & successionem ad eosdẽ deferri ęquum est, Leuit. 25. Num. 27. & familiarum nomẽ ex successione defunctorum conseruetur, quod & in l. veteri est seruatum, vt singulis quibusque quinquaginta annis tempore Iubilæi res redirent in pristinam familiam. Num. 25.

Primo ergo loco descendentes defuncto succedunt gradu proximiores, inter quos filij legitimi, & naturales primum gradum possident, cum & ap. ad Gal. 4.

dicat si filius ergo hęres, & habet in §. intestatorũ, Inst. de hæred. quæ ab intest. def. nec fit in hoc differentia an sint masculi, vel fœminæ, ne natura incusetur quod potius masculos quàm fœminas genuerit, sed simul & pariter iure communi admittuntur, §. 1. auth. de hæred. ab int. ven. coll. 9. auth. in successione, C. de suis & leg. hær. l. maximum vitium, C. de lib. præt. l. lege duodecim tabularum, C. de leg. hęr. qua ratione & ascendentes absque distinctione quod sint mares, vel fęminæ pari passu admittuntur, & gradu, nullo etiam adhibito discrimine an filij sint nati vel posthumi, §. posthumi, Inst. de hær. quę ab int. def. & etiã religiosi vel eorum loco monasteria. l. fi. §. si vero. C. de ep. & cler. auth. nisi rogati. C. ad Treb. nisi iure canonum ingressi sint regulam sancti Francisci, clemen. exiui. §. cum enim de verbo. sign. de qua re dixi tr. de regularibus.

More tamẽ & legibus multarum gentium filiæ dote contentæ excluduntur à paterna hæreditate stantibus masculis, de quo & Num. 27. mẽtio habet, & Plin. tradit li. 3. c. 17. & lib. 4. c. 18. Plato lib. 11. de legibus & habetur in legibus longob. titu. 45. in l. Anglorum l. 1. 6. 7. 8. li. leg. Burg. tit. 14. de success. in lege saxo, tit. 6. & in lege salica, vt bona conseruentur in familia quæ per masculos non fęminas cõtinuatur, qui mos hodie in vniuersa quoq; Italia ex ciuitatum statutis viget, quo semoto Masculi, & fœminæ ęquis portionibus succedunt, vt & si plures sint filij equis item portionibus obtinent hęreditatem, vbi fœminæ statuto excluduntur, nisi ex legibus, vel consuetudinibus regionum obtineatur, quod primogeniti tantum succedant, sic tamen, vt alijs filijs alimenta relinquantur, quæ consuetudo maxime in feudis, & principatibus sustineri potest, vt dignitates non diuidantur, & iure etiam diuino in l. naturę quoque primogeniti in aliquibus alijs filijs in & multis præponerentur, ita vt vestem singularem gererent, duplicem portionem acciperent, benedictionem à patre susciperent, & maiores ac priores essent in donis & imperio, Gen. cap. 27. 49. Deut. 21.

Si vero nepotes, ex filio in potestate constituto, existant auo, excludunt ascẽdentes & collaterales, §. intestatorum, Instit. de hæred. quę ab int. qui nepotes excludunt etiam pronepotes ex alio patruo quo ad aui successionem, quando pronepotes veniunt ad successionem patruorum cum ascendentibus secus quãdo pronepotes succedentes ascendentibus sunt in pari gradu, § pro huiusmodi auth. de hęred. ab int. Io. Fab. in §. fi. Institut. de hęr. quę ab int. Vnde filij soli succedunt si soli sint, & si eorum aliquis mortuus sit, & reliquerit filios, ij in locum patris succedunt, & pronepotes in locum patris eorum in stirpes, si concurrũt cum filio aliquo vel filia patrui, vel fratrib. patris sui succedunt, ita qđ si defunctus reliquerit filios, & nepotes ex altero filio, in duas partes diuiditur inter eos hęreditas, ita vt vnam habeat filius superstes, & aliam nepotes ex alio filio, quam diuidunt inter se, l. 2. C. de suis & leg. hęr. etiam si filij sint ex filia relicta, iuxta auth. in successione, C. de suis & leg. hær. §. item vetustas, Inst. de hęred. quę ab int. & si nepotes sint soli non existentibus eorum patribus qui succedere habent auo succedunt pariter in stirpes loco patrum, Guid. Pap. q. de legitima. 134. in feudis tamen nepos ex primogenito excludit patruum, nisi aliud habeat consuetudo. Bal. in l. cum antiquioribus C. de iu. delib. Abb. in c. licet, de voto, si est natus vel conceptus tempore mortis aui, de cuius successione agitur, & idem in regno si est natus ante patruum Tol. lib. 45. c. 8.

Quod si filij sint naturales tantũ, qui s. nati sunt ex cõcubina domi retenta, nõ extãtib. filijs legitimis, nec legitima vxore, succedunt patri in duabus vncijs hęreditatis, i. in sexta bonorũ parte inter ipsos & eorum matrẽ, si viuat, per ęquales portiones diuidẽda, in alijs vero quinq; partibus succedũt alij hęredes legitimi ab intestato venẽtes, ꝙ si supersint patri filij legitimi vel vxor legitima in nullo succedũt patri, ijs tamen debẽtur alimẽta competentia prudentis arbitrio. §. si quis autem & §. si quis igitur auth. quibus modis nat. effic. sui, §. consideremus, auth.

auth. de triente, & femiffe, auth. licet. C. de nat. lib. quod procedit etiam fi adfint afcendentes legitimi, vel alij filij refcripto principis legitimati, vel adoptiui, adhuc enim naturales fuccedunt in ijs duab. vncijs modo quo fupra, vt probat Molina, tr. 2. de Inft. difp. 166. Quarta concluf. In euentu vero quo pater poteft donare, vel relinquere filijs naturalibus, vt in cafu, l. humanitatis, C. de nat. lib. auth. licet, C. eo. §. ne igitur, auth. quib. mod. nat. ff. & §. fi vero, in ijs euentibus fuccedunt in eis duabus vncijs ab inteftato, l. fin. C. de nat. lib. & §. de nepotibus auth. quib. mod. nat. vel fint nati legitimè ex filio naturali, vel illegitimè ex filio legitimo, vel naturali, Couar. in epit. par. 2. c. 8. §. 4. num. 20. quo tamen cafu quando patres funt filij naturales, nepotes non fuccedunt auis, nifi loco parentum defunctorum, & ita per ftirpem, & fi nepos naturalis eft ex filio legitimo, viuente etiam vxore legitima, adhuc nepos naturalis fuccedit auo ab inteftato, vt & iure communi in qua portione defcendentes naturales fuccedũt afcendentibus, fic etiam afcendentes naturales fuccedunt fuis defcendentibus, vt auus, & proauus filio naturali, & nepoti, quando ij filius, & nepos non habent defcendentes, qui defcendentibus præferantur, & eodem modo à defcendentib. naturalibus alimenta funt præftanda afcendentibus, d. §. de nepotibus & d. auth. licet. Matri vero filius naturalis fuccedit æquè cum filijs legitimis, & excludit afcendentes legitimos, l. fi qua illuftris, C. ad Sen. Con. Orfic. Couar. d. §. 4. num. 15. etiam fi mater fit illuftris, Silu. filij, q. 3. quo vero ad nepotes per lineam maternam, fi mater etiam eft filia naturalis, nepos fuccedit auiæ eodẽ modo. Sed per ftirpem loco matris, auo verò materno, & auis per lineam paternam, nifi modo quo fupra Ver. in euentum, Sed fi mater erat legitima, filius naturalis fuccedit auo materno eodem modo ac fi effet legitimus, refpectu vero auorum per lineam paternã, fuccedit modo expreffo, in d. Ver. in euentu. Econuerfo quoque in qua portione & quo pacto filij naturales, & fuccedunt matribus, & alijs afcendentibus per lineam maternam, in eadem matres, & alij afcendentes fuccedunt ipfi quando tales filij, & nepotes carent defcendentibus, d. §. de nepotibus, & d. auth. licet Molina, d. difput. 166. Dicitur vero in propofito filius naturalis genitus ex parentibus inter quos tempore conceptionis, vel natiuitatis nullum erat impedimentũ, quod irritum poffet reddere matrimoniũ inter illos, Couar. d. §. 4. c. 8. num. 2. vt fpurius dicitur vbi eo tempore inter parentes erat impedimentum irritans matrimonium, Doct. in c. tãta, qui fil. fint leg. & naturales fuccedunt patri, ac matri modo explicato, licet eorum coitus fuiffet l. ciuili prohibitus. Quod fi filij fpurij fint geniti nempè ex ijs inter quos non poterat effe matrimonium, non fuccedunt matri quando concepti funt ex coitu damnato & punibili lege humana. glo in §. nouiffime. ver. admitti. Inftit. ad Orfic. & in l. fi qua illuftris. C. eod. Couar. loco cit. §. 5. nu. 15. Dicuntur, vero coitus damnati adulterium cum vxore aliena, & inceftus cum confanguinea vel affine, & facrilegium, vt d. Molina. d. num. 2. difp. 167. 4. concluf. & vt fpurij fic intellecti non poffunt fuccedere de parentibus vel alijs afcendentibus, ita nec afcendentes poffunt ipfis fuccedere. §. filium vero, auth. quib. mod. nat. effic. fui. Fratres tamen fpurij vterini fibi mutuo fuccedunt ab inteftato, & idẽ de alijs confanguineis ex parte matris qui illis fuerint proximiores. l. hac parte. l. fi fpurius. ff. vnde cogn. fecus de fratribus fpurijs non vterinis. i. filijs diuerfarum matrum, & eiufdem patris, & de confanguineis eorum ex parte patris fibi enim mutuo non fuccedunt, gl. in l. hac parte, ff. vnde cogn. & idem intelligitur de naturalibus Molina. d. difp. 167. 12. concluf.

Licet tamen filij fpurij non fuccedãt parentibus, iure tamen canonico, cogũtur parentes pro ipforum & filiorum cõditione, & pro quantitate bonorum parentũ, numero filiorũ, & fimilibus, cõpetentia alimenta ijs pbere, modo aliun de ea non habeant vt ex aliqua arte, quã eos deceat exercere, vel alia via, quibus

&

& deficientibus tenentur ijs prouidere, c. cum haberet, extra de eo qui dux. in matr. quam poll. & ibi Inn. & Abb. Bal. in l. si quis à liberis. §. 2. ff. de lib. agnosc. Couar. in Epit. 2. par. c. 8. §. 6. licet geniti sint ex incestis nuptijs, & ẽt ex clericis etiam post Bullam pij 5. Nau. de spol. cler. §. fin. nu. 9. & ad id tenentur etiam hæredes ad quos patris bona deuenerũt vt d. Couar. in epit. 2. par. c. 8. §. 6. nu. 15. licet ad id non teneantur hæredes filij, & etiam ob maximum crimen possint confiscari bona parentum, ita vt nil eis remaneat nisi necessaria ad alimenta, quo tñ casu ex æquitate reseruari debẽt alimenta necessaria filijs, vt d. Molina. d. tr. 2. disput. 168. ver. obserua. Nec parentes solum tenentur alere filios spurios, sed etiam aui in defectum parentum. l. pen. ff. de lib. agnosc. etiam si sit auus paternus. Couar. loco citato, nu. 16. E conuerso etiam filij tenentur alere suos parentes si egeant, nec aliunde cõmode ali possint, & ad id iudicis officio cogi possunt, l. si quis à liberis. ff. de lib. agno. l. fi. §. ipsum autem. C. de bon. quæ lib. l. 1. 2. cum seq. C. de alien. lib. l. filia tua. C. de patria pot. Alimentorum vero nomine intelligitur potus cibus vestitus, & habitatio, & alia necessaria. l. si quis à liberis. §. non tantum. vbi glo. ff. de lib. agnosc. & impensa funeris si moriatur, & competentes expensæ pro anima defuncti, quæ intelliguntur quãdo qui debet alimenta ea possit pręstare sine notabili eius damno, non. n. tenetur vendere immobilia ad ea pręstanda, nisi ea debeat ex contractu, vel nisi hæres esset eius qui illa præstare tenetur, qui etiã si dissipasset bona defuncti, tenetur ex proprijs bonis illa pręstare, quatenus illegitimus indiget, & aliunde sufficienter ali non potest, supplendum enim est, vt & processu temporis si amplius non eget, potest ei detrahi aliquid, & si pater legauit filio fundum quo alatur, reuertitur ad patrem vel eius hæredes, nec trãsgredit᷑ ad hæredes filij, eo mortuo, nisi essent nepotes eius qui fundum dedit, & propter inopiam essent alendi ab auo, vel nisi fundus traditus esset æstimatus vt ita filius eo esset contentus vel pluribus, vel paucioribus egeat alimentis, tunc enim transiret ad hæredes filij illegitimi, vt d. Couar. d. §. 6. nu. 15.

Dos etiam filiæ spuriæ etiam clerici tradi potest etiam post Bullam Pij V. à patre naturali sic vt sufficiat ad competentia eius alimenta pro tota vita, iuxta eius qualitatem. Nau. de spol. cler. §. fi. num. 10. si vero excedat eius alimenta repeti potest ab hæredibus legitimis, & tam maritus quàm mulier tenetur eum excessum in conscientiæ foro etiam antequàm petatur, restituere, Couar. d. §. 6. num. 11. quando scilicet habent parentes legitimam prolem, ea enim carente potest vltra debitum subsidium eis relinqui, modo non excedatur quod tract. de testamentis infra dicetur. Onus vero alimentorum primis tribus annis quo ad lac, spectat ad matrem in reliquis ad patrem, vt vestibus &c. & si quid expendat mater ad quod pater tenebatur, potest in vtroque foro id à patre repetere, Couar. d. §. 6. num. 13. sed si mater lacte careat, aut ex paupertate vel alio legitimo impedimento, id præstare nõ possit, pater ad lactis expensas tenetur, & idem si mater sine infamia, vt quia crimen est occultum, illi lactem præbere non possit, non autem ex eo solo quod nobilis sit, nisi lactem præbẽdo patiatur, Couar. loco cit. in reliquis ętatibus pater tenetur ad integra alimenta, in cuius tamen defectum, tenetur mater integra alimenta præstare, si possit, d. l. si quis à liberis, quod si mater non possit, tenentur aui & alij ascendentes, vt supra est dictum.

Ex quibus vero causis parentes possunt filios exhęredare, possunt etiam ijs alimenta denegare, & econuerso, pręter ea quę ad vitam conseruandam eis sunt necessaria, gl. in d. c. cum habent, l. fi. C. de lib. alen. l. si quis à liberis, §. idem iudex, ff. de lib. agnosc. Couar. in epit. 2. p. cap. 8. §. 6. in fi. Molina, d. tract. 2. disput. 168. ad fin.

Ijdem porro illegitimi si ex eorum numero sunt vt inter eorum parentes nõ potuerit matrimonium extare, non succedunt patri in nobilitate, alij vero sic ex ęquitate non simpliciter, qui tamen omnes tenentur ad pietatem parentibus debi-

debitam, vt dicit Molina d. tractat. 2. disp. 170.

Quod si filij sint legitimati, si quidē per subsequens matrimonium, in omnibus habentur fere vt legitimi c. tāta, vbi Doct. qui fil. sint leg. & ideo succedunt parentibus, vt & legitimi, nisi in principatibus aliud exprimatur in regnorum legibus, si vero sint legitimati rescripto principis simul vt & legitimi succedunt Couar. in epit. 2. p. c. 8. § 8. nume. 2. præterquàm in feudo vel maioratu ab alio præcessore instituto, nisi ad id specialiter sit legitimatus, nec in emphiteusi ecclesiastica si legitimetur rescripto principis secularis, maxime si spurius sit, oportet tamen ad hoc, vt filius legitimatus succedat cum alijs filijs legitimis ante legitimationem natis, id principi exprimere, nec quod apponatur clausula sine præiudicio filiorum legitimorum, & oportet etiam id exprimere tametsi filij legitimi nondum sint nati, ad hoc vt simul cum ijs possit ascendentibus succedere, qui & eo casu collateralibus quoq; succedit, & si pater legitimatur filius eius legitimus eo ipso legitimatur aui cōparatione, vt ei succedat, & etiam potest reuocare bona male alienata per consanguineos, legitimatio vero per oblationē curiæ, vel per appellationem filij in publico instrumento hodie non est in vsu, Molina, d. tr. 2. disp. 173.

Quod si sit filius adoptiuus succedit patri naturali, & etiam adoptiuo cum alijs liberis ab intestato, nisi adoptans sit auus, vel proauus paternus vel maternus adoptati, quia tunc transit in eius potestatem, & egreditur potestatem patris naturalis, & succedit ab intestato patri adoptiuo, non vero patri naturali, nisi vt agnatus, & modo ab eo non sit emancipatus, l. pen. §. si vero pater, C. de adopt. & l. pen. ff. eod. l. si tibi, C. de suis & leg. hęr. §. sed ea omnia, Inst. de hęred. quæ ab int. & similiter arrogatus succedit arroganti, vt suus hęres simul cum alijs filijs, Inst. de hęred. quæ ab int. ver. nec interest l. 2. §. liberi, ff. ad Tert. & similiter filius emancipatus succedit patri naturali, non vt vnde liberi, vel vt vnde agnati, sed vnde cognati, §. Admonendi, Institut. eodem.

Secundo loco, deficientibus legitimis vel illegitimis filijs modo quo supra, & infra explicabitur, defuncto succedunt proximi ascendentes, licet in hoc naturę ordo turbetur dum filij prædecedunt parentibus l. nam & si parentibus, ff. de inoff. test. hoc vero pacto succedunt ascendentes descendentibus, quod si pater solus superest mortuo filio in potestate cōstituto, solus succedit, sed si simul viuat mater, vterque ęqualiter succedunt filio in proprietate & vsufructu bonorum castrensium, in aduentitijs vero in quibus pater dum viuit habet vsumfructum, mater cum eo succedit in proprietate, patre vsumfructum dum viuit tenente, l. cum oportet, C. de bo. quæ lib. Quod si bona sint materna vel paterna, in ijs succedunt ęqualiter pater & mater, & alij ascendētes paterni & materni, auth. itaq; vbi Bald. C. communia de success. contra Bar. ibi in l. quod scitis. C. de bo. quæ lib. quod si defuncto non sint ascendentes primi gradus, sed tantum secūdi, vel tertij, vt auus, & auia, vel proauus proauia paterni, vel materni, inter paternos, & maternos æqualiter etiam bona diuiduntur in duas partes, & sic succedunt in stirpes, vnde si fuerit auus & auia patris superstitis, & sola auia materna, tantam partem habebit ista vt illi, & econuerso, §. consequenter, §. reliquum de hęred. ab int. ven. si tamen gradus aui & auiæ concurreret cum paterno, & materno, eorum gradus excluderetur à proximiore, paterno & materno auth. defuncto, C. ad Tertul. & prædicta procedūt vt diuisio fiat per stirpes quando bona sunt aduentitia, idest ex industria, vel hęreditate extraneorum à familia obuenientia, & idem est iuxta Bald. vt supra, si bona ex parte matris, vel patris obueniant, Barto. tamen in d. auth. defuncto, tenet quod proximior eius lineæ vnde bona processerunt præferatur proximo alterius lineæ etiā in pari gradu existenti, nisi mater ex statuto excludatur à successione, quæ opinio videtur æqua esse, licet opinio Bal. forte verior, sed si qui dederunt sint in dispari gradu cum proximioribus ex alia linea, ab illis.

lis excluduntur, d. auth. defuncto, & l. quod scitis, C. ad Tert. Guil. Bened. in c. Rainutius, nu. 74. 75. de testam. & idem in superioribus alijs etiam in bonis ab alia linea quæsitis seruatur, vt proximiores defuncto ex alia etiam linea pręferantur, gl. in d. auth. defuncto, licet in descendentibus sit in hoc aliqua diuersitas, vt d. Doct. in d. auth. Alex. cons. 80. 1. vol. & cons. 111. 2. vol. Si tamen defuncto sunt fratres ex eodem patre & matre viuentes, succedunt simul vel eorum filij cum ascendentibus etiam si pater vel mater sint pro numero personarum, quo ad fratres, & in stirpem quo ad filios fratrum, nec hoc casu pater vendicat sibi vsumfructum ex parte filiorum prouenientem, cum portionem suam habeat in proprietate, nec fit distinctio an hæ personæ mortui personam per lineam masculinam, vel fęmininam contingãt, sui iuris vel alienæ sint potestatis, §. si vero, auth. de hæred. ab int. auth. & cum solis. C. ad Tertull. §. & qm mater, auth. de nupt. & si sunt fratres vtrinque coniuncti defuncto, patre vel matre non superstite, excludunt auum & auiam, Bal. in d. auth. defuncto. col. 14. Alex. consil. 80. 1. vol. si vero frater non sit vtrinque coniunctus excluditur à patre, & matre, vt d. Bal. in d. auth. Quod si filij sint emãcipati bona eorum diuidũtur inter solos parentes primi gradus æqualiter, quibus deficientibus inter paternos, & maternos auos & auias æqualiter diuiduntur, iuribus supra allegatis. d. auth. defuncto, C. ad Tert. §. consequens §. reliquum de hęr. ab int.

Si tamen mater transeat ad secundas nuptias, & hęres fiat filio, si is habet fratres ex priori matrimonio, mater habebit solum vsumfructum in bonis quæ ei obuenerunt ex patre, vel auis paternis dum viuit, & postea reuertũtur ad filios prioris matrimonij, sed si non supersint tempore mortis matris filij primi matrimonij, licet adsint nepotes, bona illa integre pertinent ad matrem, & hæredes matris, sed si vero vna cum filio aliquo, vel filijs prioris matrimonij, supersunt nepotes filij alicuius fratris ex priori matrimonio iam defuncti, tunc nepotes illi admittuntur ad successionẽ per stirpem simul cum illis alijs filijs, & quod dictum est de matre transeunte ad secundas nuptias, intelligendũ est & de patre quo ad bona obueniẽtia ex parte matris, vel aui materni nõ in proprietate, sed tantũ in vsufructu, vt & in bona quæsita ex parte aui paterni quo ad proprietatem, & similiter mater in bona quęsita ex parte aui materni, vel aliũde, q̄ ex parte patris, vel matris respectiuè vna cum fratribus succedit. §. sin aũt intestatus, & §. si vero expectet, auth. de nupt. facit, l. fœminæ, cum auth. ex testamento, & auth. vxore, C. de sec. nupt. Guil. Bened. in d. cap. Rainutius, nume. 83. 85. cum sequen. & eo magis priuatur mater successione filij si transiens ad secundas nuptias non petierit tutorem filio, Cassan. in §. 6. des success. vt & priuatur pater successione filij si male cum tractans eum manumittere coactus fuerit. l. fi. ff. si à parente quis fuer. man. vt & si eos occidit. l. si ab hostibus, §. fin. ff. sol. matrim. vel culpa eius mortui sunt, l. 3. ff. de ijs quibus, vt ind. vel si pater in filiorum furore eos neglexerit, excluditur à successione auth. liberi, C. de ep. aud. vel eos exposuerit, c. 1. de inf. expos. l. 2. C. eod. l. fi. ff. pro derel.

Tertio loco, deficientibus defuncto descendentibus, vel ascendentibus vel si repudiarunt hęreditatem aut eam adire non possunt, vel si ea non adita, & non trãsmissa decesserũt iuxta, l. defunctis C. de leg. hęr. modo quo supra, defertur hęreditas ad cõiunctos seu consanguineos collaterales, hoc ordine, primo. n. si defunctus habet fratres vtrinq; cõiunctos, excludunt fratres ex altero tantum latere coniunctos, & soli per capita succedunt. §. si igitur, auth. de hæred. ab int. auth. cessante, C. de leg. hær. auth. itaq;. C. communia, de success. §. quia igitur, auth. de consangu. vt & siue bona sint paterna vel materna, vtrinq; enim coniunctus, ex altero tantum latere coniunctũ excludit, cum succedat non in bonis patris matrisue sed fratris, d. auth. itaque. Nic. de Vb. tract. de success. ab int. 3. par. princip. nisi simul cum fratre relicto adsint filij fratris vtrinq; coniuncti prę-

mortui, ij enim ſuccedunt loco eorum patris cum patruo per ſtirpes non capita. §.ſi autem defuncto. auth.de hæred. ab inteſt. & d.auth.ceſſante. quòd & in ſororum filijs locum habet etiam ſi dotatæ ſint à patre communi earum decedente, cum nō agatur de ſucceſſione patris, ſed fratris, nec eo caſu conferre tenentur dotem à patre acceptam. l. 1. C. de leg.hær.imò ſi defunctus decedat relicto fratre ex altero tantum latere coniuncto, & filijs fratris vtrinque coniuncti, iſti excludunt patruum iure repræſentationis eorū patris.§.defuncto. verſ. vnde conſequens.auth.de hær.ab inteſt. ven.& d.auth.ceſſante.

Secundo loco, ſi deſint fratres vtrinq; coniuncti, & eorū filij, & adſint fratres ex altera tantum parte cōiuncti, vel patris qui dicuntur conſanguinei, vel vterini qui dicuntur qui ex matre tantum ſunt nati, excludunt omnes alios collaterales. authen.poſt fratres. 1. C.de leg. hær.§.ſi igitur defunctus neque.auth.de hæred.ab inteſt. niſi adſint filij fratrum ex altero tantum latere iuncti, quia ij quoq; ſuccedunt loco eorum patris cū patruo per ſtirpes, non per capita, excluſis omnibus alijs collateralibus. §.ſi autem defuncto. auth.de hæred.ab inteſt. ven.& d.authen. poſt fratres. & ſi ij filij fratris ex altera tantum parte iuncti ſoli ſint, excludunt omnes alios collaterales, hac tamen diſtinctione, ꝙ ſi mortuo fratre, alij ſuperſint fratres conſanguinei, alij vterini, vterini præferuntur fratribus cōſanguineis in bonis quæ defuncto ex parte matris obuenerunt, conſanguinei verò in bonis ex patris quæſitis, in alijs æqualiter, & idem de filijs eorū quando loco defunctorū per ſtirpes ſuccedunt. l.de emācipatis. C.de leg. Couar. epit.de ſucceſſ.ab inteſt.nu.8. Bal.in authen.itaque. C.comm.de ſucceſſ. qui filij fratrum etiam vt & fratres excludūt patruum amitam, auunculos & materteras defuncti. Bald.in d.auth.poſt fratres.1.C.de legit.hær.

Aduertendum verò quod dictum eſt præferri in eodem gradu cōiunctum ex vtroq; latere, ei qui ex vno tantū cōiunctus eſt, habere locum in fratribus tantum & eorum filijs quatenus per ſtirpes ſuos patres repræſentant. Vnde ſi aliquis decedat abſq; deſcendentibus, vel aſcendentibus fratribus, vel eorum relictis, relicto patruo fratre vtrinq; coniuncto proprij patris, & alio patruo coniuncto patri ex altero tantum latere, vterq; ſimul admittitur ex æquis portionibus, non autem ſolus patruus vtrinque coniunctus, quia ſunt in eodem gradu, ſi ēt quis moritur relicto patruo magno, fratre patris ſui, vel matris ex altero tantū latere ei iunctis, & relictis nepotibus alicuius ſui fratris vtrinque cōiuncti, præfertur patruus magnus, quia eſt proximior in gradu, & quia vltra filios fratrum in linea collaterali non datur repræſentatio patris, nec habetur ratio an ſint vtrinque coniuncti vel non; & pari modo ſi ſoli nepotes fratrum ſuccedere debent defuncto ab inteſtato, quia non habeant proximiores cōſanguineos, ſuccedunt per capita, non per ſtirpes, quia in linea collateralium non datur repræſentatio, præter filios fratrum.auth.poſt fratres.1.C.de leg.hær.Couar.in epit.de ſucc.ab inteſt. nu.9.11.§.huiuſmodi verò. auth. de hær.ab inteſt. imò nec in filijs fratrum, ſi non adſint vlli patrui, ſed ij ſoli ſint numero inæquali, ita vt ex vno fratre ſint duo filij, ex alio tres, tunc enim non ſuccedunt per ſtirpes, ſed per capita. Couar.d.epit.nūm.8.& pluribus probat Molina d.diſp.164.concl.7. verſ. dubium. Quòd ſi quis habeat plures filios quoſdam inter ſe vtrinque coniunctos, & alios vterinos, & vnus ex filijs vtrinque iunctis habēs filios nepotes repudiet hæreditatē defuncti, tunc portio illius cædit æqualiter non filijs ſuis nepotibus defuncti, ſed alijs fratribus etiā vterinis. Couar.loco cit. nu.10.11. quia ſuccedunt non fratri repudianti, ſed parenti cuius repudians noluit eſſe hæres; patri verò æquè ſuccedūt filij ex primo & ſecundo matrimonio. Pari ratione, ſi quis carens aſcendentibus, & deſcendentibus ſolos habens fratres moriatur, & vnus frater filios habens repudiet hęreditatem, in ea portione ſuccedunt non filij repudiantis, qui repræſentare non poſſunt patrem adhuc viuum, & ſunt ſecundùm

cundùm se in remotiori gradu, remota repræsentatione, sed soli fratres repudiantis, qui non repudiarunt, fratri defuncto, non autem repudianti in ea portione cuius noluit esse hæres. Molina dicto tr.2.disp.164.7.conclus. vers. possumus. Et ita ius repræsentationis non habet locum in vlterioribus gradibus vltra fratres, & filios fratrum si concurrant cum patruis, aliàs non. §.hoc etiam. Instit. de leg. agn. successſ. pari modo in vlterioribus gradibus vltra fratres, & eorum filios iure repræsentationis, nõ inspicitur an quis iunctus sit testatori ex duobus lateribus, vel vno tantum. gl. in d. auth. post fratres. C. de leg. hære. quia in vlterioribus inspicitur tantum proximitas gradus sublata omni differentia masculorum, & fœminarũ iure ciuili. d. auth. tertiò, ꝙ inter fratres defuncti & filios fratrum hæreditas diuiditur per stirpes, in alijs gradibus vlterioribus per capita. §. si verò neque fratres. auth. de hære. ab intestat. ven. Vbi verò frater vt indignus priuatur cum filijs successione, quia fratrem necarit, ex rigore hæreditas ad fiscum defertur. l. cum ratio. § fi. ff. de bo. dam. ex æquitate verò si nondum est delata fisco, & adiudicata, proximioribus potius quàm fratricidæ adiudicatꝰ. Bal. in l. hæreditas. nu.3. C. de ijs quibus, vt indig. Aufrer. decis. cap. Tholos. 13. Pap. lib.20. rapso. aresto. tit.1. art.1. qui dicũt ita esse iudicatũ. Quòd si defunctus relinquat patruum fratrẽ patris sui, & matris, & filios fratris iam defuncti, hi excludunt patruum magnum; ita Molina d. disput. 164. vers. dubium est.

Quòd si collaterales sint spurij, si agitur de collateralibus patris ij nec spurij illis succedunt. §. filius verò. authent. quibus modis nat. effic. sui. vt nec naturales. l. fin. C. de nat. libe. sed si agitur de collateralibus maternis, inuicẽ sibi succedunt. §. nouissimè. Instit. ad orfic. §. fin. de nupt. quia in ijs est certitudo coniunctionis respectu matris quæ semper est certa. l. si spurius. d. hac parte. ff. vnde cognos. & idem est in filijs spurijs illustris mulieris, & natis ex nefando incestuoso & adulterino concubitu, vt inuicem sibi succedant, licet ijs non succedat mater, nec mater illi patri ob eorum delictũ, cum inter has personas sit coniunctio sanguinis, & proximitatis. l. 1. l. si spurius. ff. vnde cogn. ita Nic. de Vbal. tract. de successſ. ab intest. art. 3.

Si tamen extaret statutum vt filij excluderẽt sorores, cum statuta strictè intelligantur, spurius non excluderet sororem legitimam, licet esset legitimatus. Guil. Bened. in c. Raynutius. nu. 146. & 147. de testamen. si tamen, vt supra, sint plures filij spurij vnius matris, sibi inuicem succedunt, siue vnus sit naturalis, vel alter naturalis & legitimus. §. vulgo. Instit. de succe. cogn. §. fi. de leg. agn. successſ. l. si spurius. ff. vnde cogn.

Adoptati verò si in adoptionem dati sint extraneo, quia non transeunt in potestatem patris adoptantis, non succedũt collateralibus patris adoptantis. l. cum in adoptiuis. §. ne in articulum. C. de adopt. sed qui transeunt in potestatem adoptantis, quia dati sunt in adoptionem personæ coniunctæ, succedunt ex eo capite ꝙ naturaliter sint coniuncti. §. nullum verò. auth. de hær. ab intest. ven. & si vellent succedere nõ ex capite gradus naturalis, sed adoptionis, possent succedere agnatis patris adoptiui, si adoptio emancipatione non sit soluta, nõ autem cognatis. Guil. Bened. in d. c. Raynutius. num. 192 & 193. de testam.

Quarto loco, deficientibus descendentibus, ascendentibus fratribus, & eorum filijs, proximiori gradu cõiuncti defuncto siue agnati sint, vel cognati, masculi vel fœminæ, soli si soli sint ꝓximiores, si plures in eodẽ gradu æqualiter per capita, & non per stirpes vsq; ad decimum gradum iuxta eorum ordinẽ succedũt. auth. in successione. C. de suis, & leg. hær. auth. post fratres. 2. C. eo. §. si verò neq; auth. de hære. ab intest. §. fi. Instit. de successſ. cogn. Couar. loco cit. nu. 11. testans de communi. In regno verò, Comitatu, Ducatu, & alijs feudis, collaterales succedunt solum vsque ad septimum gradum, descendentes in infinitum. Bal. in §. hoc quoque. de successſ. feu. & in §. hoc quoque. de ijs qui feu. dare poss.

Sunt tamen aliqui casus in quibus, nec vsque ad decimum gradum agnati,

vel

vel cognati succedunt: primò, si agitur de successione liberti, quia agnati & cognati patroni succedunt tantum vsque ad quintum gradum. §. sed nostra. Insti. de success. liber. secundò, si decedit quis post incestas nuptias, quia non succedũt ei ascendentes descendentes, vel collaterales, nisi vsque ad tertium gradum. l. si quis incesti. C. de incest. nupt. idẽ in damnato de publico crimine in quo confiscatio locum habere possit. authen. bona damnatorum. C. de bo. proscript. nisi esset damnatus ex forma statuti, quia tũc succederetur ei vsque ad decimum gradum. Bald. in l. 2. C. qui test. facere poss. Quartò, agnati & cognati militum non succedebant nisi vsque ad quintum gradum, quo deficiente bona principi, & fisco deferebantur. l. 2. de vet. mil. success. Quintò, bona quæsita à clericis intuitu ecclesiæ, acquiruntur ecclesiæ, in aliundè quæsitis succedunt cognati, vt supra, cap. 1. 2. c. cum in officijs. de testam. de qua re aliàs agetur.

Quinto loco, deficientibus legitimis hæredibus, vel repudiantibus, aut succedere prohibitis, in linea transuersali vsque ad decimum gradum, nullis eorum existentibus, vt supra, vir succedit in omnibus bonis vxori, & ẽconuerso vxor marito, si inter eos non est diuortium. l. vnica. ff. vnde vir & vxor. l. vnica. C. eod. c. ex literis. c. significasti. de diuort. l. consensu. C. de repud. quando diuortium est causa fornicationis dictis iuribus, nõ autem si fiat ob ingressum religionis, sic enim non obest, si inter eos verum fuit & legitimum matrimoniũ, id. enim eis non obest. arg. c. ex publico. c. cum sis. de conu. coniug. nisi petens hæreditatem etiam infra annũ luctus secundo nupserit, sic enim excluditur à successione defuncti, iuxta l. 1. §. omnium. C. de secun. nupt. cum agatur de lucro non captãdo, non verò de infamia, quę est sublata per c. fi. de secun. nupt. de qua re dixi tract. de Matr. cap. 5. quibus cessantibus vxor excludit fiscum. Bald. in l. 1. vnde vir & vxor.

Insuper si vir accepit vxorem sine dote, quæ non habeat vnde commodè viuere possit, & vir p̃moriatur relictis filijs, vxor succedit cum eis in quarta parte si sint tres, vel pauciores filij, si plures succedit cum eis pro virili per capita in ijs bonis quò ad vsumfructum, manente tamen eorum proprietate apud filios, & si quid sit legatum vxori à viro computabitur in illa quarta parte, & si liberi non sint, illa bona pertinent pleno iure ad vxorem. authen. præterea. C. vnde vir & vxor. §. quoniam verò. auth. de exhib. reis. §. quia verò. 2. auth. vt liceat matri & auiæ. & si liberi deficiant, succedit liberè in illa parte cum proximis defuncti: vt not. in d. auth. præterea. ius tamen successionis intestati extinguitur in ipsa vxore, vnde si deficientibus collateralibus ad decimum gradum, vt supra, vxor non sit superstes, vel nolit esse hæres, bona vt vacantia ad fiscum deferuntur. l. j. vbi glo. de donat. inter vir. si tamen ea adierit, transmittit ad proprios hæredes; & similiter seruari debet consuetudo locorum, vel statutum inter eos de parte dotis lucranda, altero præmoriente, vel testatus intestatusve decedat, in quo, vbi de consuetudine agitur, attenditur consuetudo domicilij mariti, si nihil aliud sit actum, nõ habita ratione loci, vbi instrumentum est factum, vel contractus celebratus. Abb. in c. 1. nu. 11. de sponsa. & ibi Fel. nu. 14. Bar. in l. exigere. de iudic. ꝙ si maritus tempore initi matrimonij domicilium nõ habeat, vel vbi fit instrumentum dotale, vel vbi nuptiæ celebrantur, sequendi sunt mores loci illius circa dotem lucrandam. l. si fundus. ff. euict. c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. oportet tamen vt mulier sit traducta ad domum viri, vel alibi cũ cognouerit, vel saltem cum ea cõcubuerit post matrimonium, etiam si copula non sit secuta, vt fiat locus lucro dotis, Boer. decis. 22. num. 33. Dec. cons. 160. & sat est id etiã si ante annos nubiles mulier fuisset desponsata, cum sæpè malitia suppleat ætatem. c. de illis. de despõs. impuber. nisi dolosè quis præoccupatus sit p̃maturas nuptias lucri causa. l. pen. §. fin. ff. quod cum falso tut. gest. esse dic. sponsus etiam de præsenti succedit in lucro dotis vxori etiam non cognitæ, nec traductæ, si per eam stetit quominus cognosceretur.

gnosceretur, vel trãsferretur sine culpa tamen viri. arg. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. vt si post matrimonium de præsenti ante copulam vult ingredi religionem: vt in l. Deo nobis. C. de episc. & cler. c. commissum. de spons. Quod si dilatio sit data ad dotem soluendam, nempè vt cẽtum aurei singulis annis ex assignatis in dotem soluantur, & mulier post quatuor annos moriatur ante virum, vir lucrabitur solùm quatuorcentum, non mille aureos, cum quatuorcẽtum tantum dies solutionis aduenerit. Ang. cons. 158. Boer. decis. 22. nu. 40. sed si intra illos annos eo casu pręmoriatur maritus, ea dotis incrementum habebit, si sic actum sit, non pro rata quatuor illorum annorum, sed totius dotis, ac si soluta esset. Bald. & Sal. in § illud. auth. de non elig. sec. nub. Vbi verò agitur de dote restituenda alij quàm marito, inspicitur consuetudo loci vbi est contractũ. Felin. in c. 1. nu. 27. de spons.

Sexto loco, deficientibus personis pdictis, vel succedere prohibitis, aut nolentibus hæreditatẽ adire defuncti, succedit fiscus q penès Rempublicam est, vel ærarium commune, seculare si defunctus est laicus, ecclesiasticus, si ecclesiasticus est qui decessit, vt in bonis vacantibus. l. vacantia. C. de bo. vac. lib. 10. l. fi. §. sin autem. C. de curat. fur. l. vnica. §. tum autem. C. de cad. toll. l. 1. §. fi. ff. de iure fisci. l. vnica. C. vnde vir. & vbi princeps habet fiscum, à bonis vacantibus ciuitates excluduntur. l. 1. C. de bon. vac. lib. 10. cit. quo casu si quis dicat fuisse se defuncti cognatum, nec id possit probare, sat erit ad fiscum excludendum q tales habebantur, & mutuo se vocabãt: vt dicit Bal. in l. filium. ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. & vbi ad fiscum hæreditas deuoluitur, tenetur ad onera ad quæ defunctus tenebatur, vt & quilibet hæres. l. fiscus. ff. de iure fisci.

Vltimo loco, si aliqui peregrini decedunt intestati in hospitali, qui non habeant consanguineos vsq; ad decimum gradum, bona eorum mobilia quæ ibi reperta fuerint, per episcopum loci in pias causas sunt distribuenda. auth. omnes peregrini. C. comm. de succes. Secundò, socius in liberalitate imperiali præfertur fisco in successione socij intestati. l. 1. C. si lib. imper. soc. lib. 10. & etiã collegium succedit collegiato, & curia curiali mortuo sine proximis. C. de hęred. decur. tot. tit. nisi adsit vxor defuncti q̃ ijs præfertur in omnibus bonis vndecũque quæsitis. l. 1. C. eo. ti. cit. l. aduersum. de crim. expil. hær. quæ & præfertur collegijs ecclesiasticis in bonis mariti clerici facti. Bart. in l. si quis presbiter. C. de episc. & cler. Gul. Bened. in cap. Raynutius. nu. 233. & 234. de testam. qua deficiente succedit collegium etiam mercatorum mercatori, & magistratus suis officialibus, proximis cessantibus, & vxore. l. diuus commodus. ff. de iure fisci. l. fi. C. de appar. præf. præt. lib. 12. De successione verò in bonis clerici vel religiosi, aliàs cadit materia trac. de beneficiatis, & tract. de Regularibus.

Hæc de successione ab intestato ex iure ciuili.

Ex alijs verò legibus aliqua mutant, lege enim diuina. Num. 27. statuitur, q si quis decesserit sine filio ad filiam transeat hæreditas, si illa non adsit, succedãt fratres defuncti, qui si desint, succedant patrui eius, quibus cessantibus succedãt proximiores. Alibi primogenitis hæreditas defertur, q Cirus seruauit dum regnum Cambisi reliquit, teste Xenoph. lib. 8. pædiæ Ciri; & in regno Galliæ solus primogenitus succedit: vt inquit Trithem. li. 1. Breu. in hist. Frãcica. & alibi. 4 Successio ex diuersis legib⁹, vel statutis quibus deferatur

In legibus Visigotorum vocantur primo filij, secundo nepotes, post pronepotes: vt habetur in C. leg. Vuisigot. tit. 2. lib. 4. & 5. Lex Voconia ad certam tantũ partem filias admittebat; Lex Longobardorum ad tertiam tantum partem, in legibus Longob. tit. 45. Apud Germanos si duæ sorores absque fratre erant, succedebant; in leg. Alem. tit. 58. §. 1. Apud Anglos extantibus filijs, filiæ non succedebant, ijs non extantibus pecuniæ, & mãcipia ad eas spectabãt, terra verò ad proximum consanguineum paternæ generationis: vt habetur in legib. Angl. tit. 7. de allod. lib. 1. Apud Gallos spurij non succedunt patribus, vel eorum agnatis. Bart. in l. fi. C. de nat. lib. Apud leges Salicas

licas tit. 62. lib. leg. Salic. sorores defunctorũ, & ijs non extantibus, soror patris & matris vocãtur ad successionem, post quas generationes præferantur qui ex paterno genere veniunt, & lex Longobardorũ prohibet ne vlla mulier ab intestato succedat præter filiam, sororem, amitam, non aliam vlterioris gradus. l. recolimus. de success. lib. 2. leg. Longob.

Ex lege 12. tab. vxor ex asse marito succedebat si is sine liberis intestatus decedebat, si prolem habebat, ex æquo cũ liberis: vt refert Dion. Halic. lib. 2. antiquit. Roman.

Ex iure verò municipali inclitæ ciuitatis Brixiæ, sic decernitur, ꝙ masculo, vel fœminæ decedenti intestato sine liberis, succedant æqualiter proximior masculus ascendens ex linea paterna, & frater, vel fratres, filij masculi eorum per stirpes, & non per capita, excepto ꝙ in bonis maternis, frater vel fratres, vel eorum descendentes masculi, si non extant fratres, & si nulli horum extant, soror vel sorores vtrinque coniunctæ, vel earum descendentes masculi, si extant, & ipsis deficientibus fœminæ prę ferantur in dictis bonis patri, & alijs fratribus, & sororibus ex vno tantum latere coniunctis, in alijs verò bonis æqualiter succedant, etiam si sint fratres ex parte tantũ patris coniuncti. Sed si non extãt aliqui ascendẽtes masculi, & extent fratres vel frater, vel filij, vel filius masculus, vel masculi ex linea paterna fratrũ præmortuorum tunc succedant æqualiter per stirpes, & non capita, saluo, vt supra, proximè. Si verò prædicti non extant, tunc succedant in totum patrui vel patruus tunc extantes, & filij masculi, vel filius masculus patruum prę mortuo rum per stirpem. Nõ extantibus aliquibus ex prædictis succedant cõsanguinei vel consanguineus germani masculi ex linea masculina, in dimidia, & mater in vna quarta parte, & sorores in vna, vel plures ex linea paterna, in vna alia quarta parte; & deficiente matre, succedant dicti consanguinei, vel cõsanguineus in duabus partibus, & soror vel sorores prę dictæ in reliqua tertia parte; & si non extant sorores, sed mater, consanguinei in dictis duabus partibus, & mater in reliqua tertia succedant, & si deficiũt mater & sorores, cõsanguinei in totum, vel consanguineus succedat; ꝙ si deficiunt consanguinei germani, & extãtibus matre, & sororibus, vel sorore, tunc agnati proximiores vel proximior vsq; ad sextum gradum succedãt in vna tertia parte, mater in alia, & soror, vel sorores in reliqua; ꝙ si deficit vnus ex dictis gradibus, scilicet matris, vel sororis, vel dicti proximiores agnati vsq; ad sextum gradum, succedãt alij duo gradus ipsorum extantes, vt mater, & soror, vel soror, & agnati, mater & agnati, æqualiter, & si duo gradus ex ijs deficiant, tertius succedat in totum; ꝙ si nulli horum graduũ extant, succedãt æqualiter eiusdem gradus tam collaterales, quàm descendentes, & tam masculi, quàm fœminæ, per stirpem, & non per capita: in alijs stetur iuri communi, vt habetur in stat. ciuit. c. 194. Subdens, ꝙ ingrediẽs religionem cui defertur hæreditas vigore præsentium statutorum, & quilibet forensis, & non sustinens onera & factiones cũ communi Brixiæ, vel cõmunibus Brixianę, non possit succedere alicui ab intestato in aliquibus bonis.

Idem c. 193. decernit, quòd hęreditas masculorum, vel fœminarum decedentium, deferatur masculis quibuscunque descendentibus per ordinẽ ex linea masculina, exclusis semper fœminis, & descendentibus ex eis, pręterquam in dote in qua succedant masculi & fœminæ æqualiter: sic tamen ꝙ masculi teneantur alere fœminas donec nubent, & eas dotare iuxta facultates arbitrio amicorum communium si dotatæ nõ fuerint, & ad id obligati sint personaliter, & realiter, & præsumatur, ꝙ sint dotatæ si apparet eas esse dotatas per instrumentum dotis id asserens, licet non contineat ꝙ id sit factum per amicos communes, & si mulieres nolint nubere, dicti masculi teneã tur eis dare, quando nubiles erunt, quantum taxabitur per amicos communes, vel coniunctos, loco dotis.

Idem c. 192. statuit vt mulieri transeũti ad secũda vota, vel vlteriora, succedãt filij masculi cuiuslibet matrimonij per capita,

capita, & non per stirpes, exclusis filiab. & descendentibus ex eis, & si extarēt filij, & nepotes ex filio præmortuo, vel p̄mortuis, tunc succedant filij per capita, & nepotes per stirpem, ꝙ si non extent aliqui masculi prædicti, sed filię, vel descendentes ex filia præmortua, vel filiabus præmortuis ex dictis matrimonijs, vel aliquo eorum, tunc succedant dictæ filiæ, & descendētes ex filia præmortua, vel filiabus præmortuis. f. filiæ per capita, & descendentes ex filia præmortua, vel filiabus per stirpem, præterquam ꝙ in dotibus succedant fœminæ, vt & masculi per stirpem & non per capita, modo sint sub iurisdictione Brixiæ.

Idem c. 195. statuit vt vir succedat vxori, si non extent vxori aliqui ascendētes masculi, nec collaterales masculi vsque ad quartū gradū ex linea masculina, nec matre, nec sorore ex linea paterna. Subdens c. 196. ꝙ mulier transiens ad secunda vota, intra tempus luctus, amittat ipso iure donationes propter nuptias, hæreditates relicta, & omnia iura sibi obuenientia tā ex personis filiorū & filiarū, & maritorum, & non aliarū personarū. & c. 163. statuitur, vt si vir superuiuat vxori sine liberis, lucretur dimidiū dotis, licet sit solùm promissa, & non soluta, modo sit traducta ad domum viri.

Ex statutis verò Sp. Communitatis Riperiæ Benacus Salodij, statuitur in statutis ciuilib. c. 171. ꝙ masculo, vel fœminæ morienti sine liberis, succedat pater in totum; quo nō extāte, succedant cōiter auus paternus, & frater vel fratres, & filij masculi, vel filius masculus fratris præmortui, vel fratrum præmortuorum ex linea paterna tantum; ꝙ si non extet auus ex linea paterna, & extet frater dictus vel fratres, vel filius, aut filij masculi, vel masculus fratris, vel fratrū p̄mortuorum ex linea paterna, tunc succedāt ipsi in totum per stirpē; ꝙ si nullus eorū extet, & adsit auus paternus, is in totum succedat, & ijs casibus excludat̃ mater, soror, & proauus; quibus non extātibus, si extet proauus ex linea paterna, & patrui vel patruus, tunc succedant dicti ꝓauus, & patruus, vel patrui in dimidia, & mater ac soror, vel sorores ex linea paterna in alia dimidia per stirpes, & non per capita; ꝙ si nō adsint proauus paternus, patruus, vel patrui, tūc succedat mater in tertia parte, & soror vel sorores in alia tertia parte ex linea paterna, & consanguineus germanus masculus, vel cōsanguinei in alia tertia parte, diuidēda, vt supra, per stirpes; ꝙ si non extant sorores, nec consanguinei germani, tūc succedat mater in solidū, & non extāte matre succedant dictę sorores, vel soror in vna parte, & filiæ vel filia descendentes per fratres p̄mortuos ex linea paterna, & cōsanguinei germani masculi ex linea p̄dicta in vna alia parte, q̄ successio, si plures fuerint, diuidat̃ inter eos per stirpes; ꝙ si quis eorum graduū deficiat. f. soror vel sorores, filia vel filiæ fratrum p̄mortuorum, & cōsanguinei germani, & filij sororum p̄mortuarum ex linea p̄dicta, tunc succedant gradus alij superstites ex eis; & si vnus ex illis quatuor gradibus superest, alijs deficientibus, is solus in solidum succedat. Et p̄dictis oībus gradib. deficientibus si extarent aliquæ filiæ dictarū sororum p̄mortuarum ex linea p̄dicta, succedant in totū. Quibus non extantibus si extarent aliqui alij attinētes ex linea materna in aliquo dictorū graduū, tūc ex ipsis attinētibus ꝓximiores, & subsequenter, & gradatim succedant, vt supra. In alijs casibus stetur iuri cōi.

Idem c. 172. statuit, ꝙ q̄libet hæreditas ascendentium, & q̄libet alia lucra ex dote prouenientia deferātur masculis quibuscunq; per ordinem legitimè descendentibus per lineam masculinā, ab illa persona de cuius successione agitur, exclusis semper fœminis à p̄dictis si dotatæ semel fuerint, vel paratæ sint dotari, vel dotentur secundùm facultates arbitrio amicorum communium; quæ si nubere nolint, cū nuptijs habiles erunt, id detur ijs qđ eis daretur pro dote, vt sup.

Idem c. 49. decernit, ꝙ vir succedat vxori decedenti sine liberis in medietate dotis, in alia medietate ꝓximior masculus, & si plures fuerint in eodē gradu diuidatur inter eos, ita tñ ꝙ proximiores ex linea paterna semper alijs p̄ferantur.

Et vbi nō viuitur legibus Imperij pñt principes aliqua immutare circa successiones.

stones iuxta prædicta se regulando, vel vbi ciuitas pōt sibi ius cōdere, modo à legitimis superioribus confirment, nisi ipsa libera sit, cū & aliqua præcepta iudicialia veteris legis possint denuò assumi in regimine aliquo, modo nō assumantur vt habētia vim adhuc ex lege veteri, q̄ quò ad id est euacuata: vt d.D.Th.1.2.q.105. art.3. Licet, in legibus humanis, tutius sit sequi, nisi rationabilis causa aliud dictet, leges ciuiles vtpotè à sapientissimis viris conscriptas, & cōi oīum nationum consensu per multa secula receptas.

SVMMARIVM.

1 Testamētum quid sit, vnde dicatur, & eius effectus.
2 Testamētum quotuplex sit, & quod solemne, & quæ in eo requirantur.
3 in Testamento nuncupatiuo quæ requirantur.
4 Testamentum militare quod sit, & quæ in eo requirantur.
5 Testari de quibus quis possit.
6 Testari quis possit, vel non.
7 Testamento relinqui quibus possit, vel non.
8 in Testamentis quæ requirantur pter supra relata.
9 Hæredis institutio est de essentia testamenti, & quomodo.
10 Hæredes institui qui necessariò debeant.
11 Exhæredatio quibus ex causis fieri debeat, & possit.
12 Hæredes institui qui tenēatur, alàs testamentum non valeret.
13 Legitima quibus debeatur, quanta sit, an possit minui, vel ei grauamē imponi.
14 Legitima in quibus bonis debeatur.
15 Legitima à quibus sit petenda.
16 Legitima quando debeatur.
17 Legitimæ quantitas vt dignoscatur.
18 in Legitima quæ sint imputanda.
19 Testamenta qualiter irritentur.
20 Testamento inualidato an valeant in eo relicta.
21 Testamentum potest quandocunq; reuocari, & quomodo.
22 Testamētū qn̄ intelligat reuocatū.
23 Testamentum in foro conscientiæ, qualiter sit condendum.
24 Testator an vni possit plus relinquere, q̄ alijs filijs, & an extraneis, seclusis propinquis relinqui possit.
25 Testantis voluntas verbis præponit.
26 Testamentorum executores qui institui possint, vel non.
27 Executor quis sit, vbi à testatore datus non est.
28 Executores quot constitui possint.
29 Executores an possint cogi, vt munus suscipiant.
30 Executorum potestas quanta sit.
31 Executores intra quod tempus testamentum dispōnes exequi debeant.
32 Executores rationem reddere debēt, & an à testatore ab hoc onere liberari possint.
33 Testatoris voluntas an in aliam mutari possit dispositionem, à quo, & quomodo.

De Testamentis. Cap. LVIII.

TEstamentum ex vi nominis dicitur, quasi testatio mentis de eo q̄ quis velit de rebus suis fieri. Instit. de testam. in princ. vel quasi testamen, idest testimonium proprium de sua vltima voluntate, vel quòd testator alios suæ vltimæ voluntatis testes soleat interpellare. 1 Testamētū qd sit, & vnde dicat, & eius effectus.

Est autem testamentū voluntatis nostræ iusta sentētia de eo q̄ quis post mortem suam fieri velit. l.1.ff.de testam.§.1. Instit.de testa.ord.cui diffinitioni gl. Accursij addit cum hæredis institutione, s. directæ voluntatis nostræ iusta sentētia, qđ ponitur hic pro genere .i. decretum exterius prolatum, ac statutum. Dicitur iusta .i. iuri consentanea, vt sit valida, & vt etiam significetur, vt non pendeat ex alterius voluntate, & in ea adsint testes, & alia requisita. l.hac cōsultissima. l.in omnibus. C.de testam.l.illa institutio.l. si quis Semproniū.l.captatorias.de hær. instit. licet iure canonico executio vltimæ voluntatis possit in alterius arbitriū committi, nō tamen hæredis institutio, vt & potest quantitas legati in alterius

conferri arbitrium.l.1.de leg.2. improbatur tamen testamentum factũ metu, & est nullũ.l.1. C.si quis al.test.prohib. iure tñ ciuili licet blandire & in se prouocare voluntatem defuncti.l.fi. C.eod. l.fi. ff.eod. nisi nouercæ blanditijs pater inductus contra proprium sanguinẽ statuerit.l.1. ff.de inoffi.test. Dicitur, de eo ꝙ quis post mortem fieri velit, vt sic differat à donationibus inter viuos, & alijs cõtractibus, & intelligitur gratuito. Dicitur cũ hęredis institutione, vt differat à cæteris vltimis voluntatibus, sine.n.hæredis institutione directa, & expressa testamentum est nullũ. §.in primis. Instit. de fideicom.l.fi.de hær.instit. §.ante hæredis. Instit.de leg. nec aliter q̃ in testamento fieri potest, nec in codicillis institutio directa.l.non codicillum. C.de testam. nisi sit miles, qui ex priuilegio in codicillis institutionẽ facere potest. l.militis codicillis.in princ. ff.de milit.test. in alijs verò vltimis voluntatibus non instituitur hæres, nisi indirectè in codicillis fidei committendo hæredis in testamento instituti, vel ab intestato venientis, vt alteri restituat hæreditatem, qui id tenetur exequi statim sibi quarta retenta. §. sed quia hæres. Instit.de fideicom. hær. & ff.& C.ad Trebell.l.scæuola.ad Treb.

Effectus verò testamenti est vt extendatur ad omnia bona defuncti vbiq; existentia. Villalobos in cõibus opin. verbo testamentum.n.57.testans de magis cõmuni allegans plures idem sentientes.

Ver. De speciebus testamentorum, & requisitis in eis.

2 Testamẽtũ quotuplex sit, & ꝙ solẽne, & q̃ in eo requirant

Diuiditur autem Testamentum in plures species, scilicet Solemne, & in scriptis, Nuncupatiuum, & Militare.

Ad solemnis validitatem plura requiruntur: primò enim debet scribere testamentum testans, vel per alium, vel secretarium suum, si nõ vult sciri quid in eo contineatur, non tamen debet scribi per hæredem institutum, vel legatarium, aliter non valet ei relictũ in foro fori.l.j. cum seq.C.de ijs qui sibi ascribunt in testamento.l.1.§.ad testamenta. ff.ad legẽ Corn.de fals. secus in foro conscientiæ, quia non incurrit hãc pœnam, nisi post sententiã, & maximè si ignorauit prohibitionem iuris: vt dicit Molina tr.2. de iust.disput.125.ad fin.dicens: nec eo casu tuta conscientia posse ab eo id peti. l.ad testium. ff.de testam. l.hac consultissima. C.eod.l.iubemus.l.nostram. eo. authẽ. & non obseruato. C.eod.& debet scribere nomen saltem hæredis per se, vel vnum ex testibus.§.sed his omnibus. Instit.de testam.d.l.iubemus. Secundò, debet vocare septem testes masculos liberos, vel qui liberi reputentur, puberes, & ad id eos rogare, vt sibi sint testes, ꝙ hoc testamentum sibi condiderit. l.hæredes palam.§.in testamentis. ff.de testamen. & scripserit, vel subscripserit, & si nescit scribere, octauum adhibere debet testem qui subscribat. l.cum antiquitas. C.de testam. Tertiò, debet iubere vt omnes testes se subscribãt hac forma; posito prius per testatorem sic. Ego N. volo hanc chartam esse testamẽtum meum, & sicut in ea scriptum est, testatus sum; & testis sic scribat. Ego N. N. vocatus, & rogatus in testem ad testamentum N. N. quòd hac schedula continetur, manu propria subscripsi, & tali signo signaui. l.singulos. ff.de testamen.id subscribendo in ima parte per singulos testes, & proprio sigillo, vel alieno, aut annulo id signare, & sat est etiam quòd omnes eodem annulo signent. Boer.in §. 1.in glo.magna.de testam.l.ad testium. eod.§.signum.§.si quis. Instit.de testam. ordin. & possunt etiam vti annulo testatoris.d.l.ad testium. ff.eod.de testam. §. si ab ipso. & §.possunt. de testam.ord. & sigilla lino debent appendi, quo plicata clauditur charta testamentaria, vel linteo quo includitur testamentum. d.l.ad testium. §.si aut lino, vel filo clandatur. Io.Fab.in §.possunt.Instit.de testam.ap. non interest verò an scriptũ sit testamentum in tabulis, membranis, papiro, vel alia materia.§.nihil autem. Insti.de test. l.quoniam indignum. C.eod.nec quibus literis, modo notis nõ scribatur, ꝙ vetitũ est.§.1.auth.de testam.imperf. Nõ refert & quo idiomate scriptum sit græco, latino, & c.cũ in omni possit voluntas testantis exprimi.d.l.qm̃ indignum.l.hac.§.fi.

C.de

ff.de testam. vt nec refert an die, vel nocte id actum sit. d.l. ad testium. §. posse. l. non minorem. C. de transf. Requiritur prætera, vt hæ actiones vno contextu perficiantur nullo alieno actu immixto, vel interposito. l. hæredes palam. §. fin. ff. de testam. & d.l. hac consultissima. §. fi. vt & requiritur quod testes adsint donec vltima contestatio agatur. l. qui testamento. §. 1. ff. eod. qui idonei fuerint tempore quo signantur, vel pro talibus habiti. d.l. testium. §. 2. l. 1. C. de testam. §. sed cum aliquis. Instit. eod. vt & requiritur quod testator, vt supra, ante testes se subscribat, vel alius eius nomine, qui testamētum scripsit, si is non possit, vel nesciat scribere. Requiritur etiam vt sigilla clausa à testatore non aperiantur, quia si quid mutare velit in testamento contentum omnia ex integro sunt fienda, & si testator illa aperit, inualidatur testamentū. l. hæredes palam. §. si quid. l. ad testium. §. si signatum. ff. de testam. secus si casu fortuito, vel incōsulto aliter mota sint. l. nostram. C. de testam. l. 1. §. si linum. & §. si rosæ. ff de bon. poss. sec. tab.

Vbi verò testamentum in scriptis est aperiendum, prætor cogere debet signatores conuenire, & sigilla sua recognoscere, vel negare. l. 4. ff. quem. testam. aper. l. vel negare. ff. eo. modo sint omnes præsentes; si enim aliquis absit in alterius territorio non longe, illo mitti debent tabulæ, vt agnoscat. l. sed si quis ex signatoribus. ff. eod. & si inuenta sit maior pars signatorum, potest ipsis præsentibus testamentum aperiri, & recitari. l. sed si maior. eod. & si quis negat se agnoscere suum sigillum, adhuc tabulæ sunt aperiendæ, licet sint suspectæ. l. 1. §. fi. eo. Hodie verò hæc forma seruatur in eius apertione, vt iudex interpelletur, & eius authoritate conuocatis honestis viris aperiatur, & si opus sit postea obsignetur, iuramēto prius recepto de calumnia ab eo qui petit testamentum inspiciendum & describendum. l. 1. 2. & 3. C. eod. Vsus tamen recipit vt aduocētur omnes testes qui recognoscant sigilla, & si vnus ante eius apertionem decesserit, irritatur.

Si tamen testamentum in scriptis deficit ex aliqua solemnitate, valet nihilominus vt nūcupatiuum. Gomez. cons. 3. num. 10. testans de communi; quod ego intelligerem si adsit clausula, si nō valet vt testamentum in scriptis, valeat vt nuncupatiuum.

Secunda species testamēti dicitur nuncupatiuum, quod voce coram testibus nuncupetur, & declaretur quid in eo contineatur, quidve testator post mortem suā fieri velit, quod introductum est ad sustinendas facilius voluntates testantium, cum in scriptis multa requirat, ex quorum aliquo defectu facilè corruit, ita vt non sustineatur, nec vt solemne, nec vt nuncupatiuum, nec vt iure codicillorū. Bart. in l. fin. de iure codicill. Clar. lib. 3. sent. §. testamentum. q. 4. nume. 2. potest ergo nuncupatiuum fieri sine scriptura à testatore præsentibus septem testibus, simul vnoque tempore collectis, coram quibus nominet vel nuncupet hæredem quem sibi eligit, & instituit, vel dicat se instituere eum qui continetur schedula manu eius scripta si ita est, & alia suæ voluntatis declarat; & requiritur, vt omnes testes sint in præsentia testatoris, & eum videant, nec sat est quod eius vocem audiant, & nō videant vt quia paries sit interpositus, vel cortina. l. si vnus. l. si non speciali. C de testam. vt & requiritur, quod testator nutibus non exprimat hæredē, sed vel scribendo eius nomē, vel voce articulata illū exprimat licet tardo, & balbutiendo, vel signo indubitabili, vt fratrem quem solū habet, vt & sat est quod respondeat notario, vel alio interrogante an instituat Paulum, quod sit dicēs, volo, cessante fraude. Mol. d. tr. disp. 127. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. l. in testamentis. l. iubemus. C. de testam. qui hæredes palam sunt nuncupandi vt à testibus audiri possint. l. hæredes palam. ff. de testam. qui testes debent esse rogati. d. l. hæredes. §. in testamentis. & debēt esse idonei, vt facere possint testamentū, nec sint mulier, impubes, seruus, furiosus, mutus, surdus, nec cui bonis est interdictum, aut aliàs testificari nō potest. §. testes. Instit. de testam. l. qui testamento. §. mulier. ff. eo. l. 4. §. pen. l. inuiti. ff. de testib. l. qui testamento. §. seruus. l. in omnibus. de reg. iur. l. furiosi. eo. l. 1. quem.

9 in Testamento nūcupatiuo quę requirantur.

test. aper. l. is cui. de testam. qui testis is non potest esse qui hæres est scriptus, legatarius tamen potest. l. qui testamento. de testam. l. dictantibus. C. eod. §. sed neque. Instit. eod. vt nec is qui est in potestate testantis, scilicet filius testantis. d. l. qui testamẽto. & d. §. sed neq;. similiter, nec pater in testamento filij, nec qui in eius sunt potestate, nec hæres, vel qui est in eius potestate, nec pater qui eum habet in potestate. §. præterea. cum seq. de testamen. nec infames, vel alij testificari vetiti, si tales esse putabantur, aliàs esse possunt: vt & clerici, & religiosi etiam sine licentia superioris, licet tutius sit illam adesse. Molina tr. 2. de iust. disp. 127. vers. Testes, vt validum sit. Requiritur etiam vt testes sint septem, nisi in aliquibus casibus, vt si testamentum fiat inter liberos, tunc enim satis est q; adsint duo testes, licet non sint rogati, & fœmina et tunc testis esse potest, nec notario est opus. glo. in auth. quod sine. C. de testam. & in l. fin. C. de codicill. Dec. in l. 2. ff. de reg. iur. & in cons. 610. lib. 2. Ias. in cons. 68. lib. 2. modo constet de voluntate patris, & iustè disposuerit. l. si quis cum testamentũ. vbi gl. C. de testam. Clar. li. 3. senten. §. testamentum. q. 9. & modo alia persona non sit mixta hęres liberis, quia tunc portio illa filijs accrescit. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. eod. & modo aliquis filius non sit præteritus, quia tunc testamentum ratione præteritionis corruit. l. si filius. vbi gl. de lib. & posth. Gul. Bened. in c. Raynutius. nu. 76. & 89. de testam. cum vt testamenta valeãt requiratur, q; filij instituantur, vel exhæredentur, aliàs ijs præteritis sunt nulla. l. inter cætera. ff. de lib. & posthu. auth. ex causa. C. de lib. præt. tametsi vbi solum iure institutionis testamẽtum rumpitur patris, legitimè aliàs factum, non rumpatur, nisi quò ad institutionem, cæteris firmis manentibus. d. auth. ex causa. C. de lib. præt. §. aliud. cũ seq. §. sine igitur. & §. hæc. auth. vt cum de appell. cogn. & vt etiam valeat testamentum imperfectum inter liberos, oportet vt eis relinquatur titulo institutionis, aliter non sustinetur. Gul. Bened. in d. c. verbo, testamentum. 1. num. 72. Clar. loco cit. q. 8. & alia etiam in eo requiruntur, de quibus ibi Guill. & Boer. decis. 240. & 241. quæ intelliguntur de filijs legitimis, & naturalibus, vel sint masculi vel fœminæ: si verò naturales tantum sint quò ad matrem eo iure vtũtur, ac si essent legitimi & naturales. §. nouissimè. Instit. ad orfic. nisi mater sit illustris. l. si qua illustris. C. eod. vel nisi sint nati ex incesto coitu. auth. ex complexu. C. de incest. nupt. & prædicta procedunt etiam si liberi sint emancipati, vel liberi sint instituti in æqualibus portionibus, vel inæqualibus: vt dicit Emanuel in c. si pater. 1. p. verbo, in suo testamẽto. de testam. n. 6. oportet tamen: vt testamentum inter liberos cũ duobus testibus sustineatur, q; subscribatur à testatore, vel à liberis in eo institutis. authen. si modo. C. fam. ercisc. vel q; testator propria manu & distinctis caracteribus exprimat nomina filiorum, quos in testamento hæredes instituit, & portiones in quibus eos instituit, & tempus in quo confecit testamentum; aliter si prædicta deficiant, vel aliqua, vt supra de ijs, testamentum corruit. auth. quod sine. C. de testam. etiam q; testamentum sit nuncupatiuum: vt d. gl. in auth. si modo. C. famil. ercisc. & si huic testamento imperfecto inter liberos admiscetur extranea persona instituta hæres, inualidũ est quò ad eã & accrescit liberis. d. l. hac. §. ex imperfecto. C. de testa. l. fi. C. famil. ercisc. valent tñ legata in eo facta extraneis. auth. quod sine. C. de testam. Quòd si filius naturalis instituatur à patre, vel linea paterna, si illi relinquitur in testamento solemni, debet obseruari forma subscriptionis, vt supra, iuxta authen. si modo. C. fam. ercisc. & auth. quod sine. C. de testam. & sic valet testamentum, licet testamenti solemnitas non addatur. §. ex imperfecto. C. de testamẽ. qua subscriptione deficiente, cũ & requisita solemnitas ei desit, corruit; q; si testamentum est nuncupatiuum, minus solemne & imperfectum non subsistit inter naturales. Gul. Bene. in c. Raynutius. verbo, testamentum. 1. nu. 83. de testam. Boer. q. 240. Clar. lib. 3. sentẽt. §. testamentum. q. 12. Quòd si filij sint legitimati inter eos valet testamentum minus solemne, modo

modo quo supra, de legitimis & naturalibus dicitur, Cassan. in §. de succes. bast. in consuet. Burg. Imò ex vsu si scriptura in arca patris inueniatur, vel apud notarium, vel aliũ manu eius scripta, & subscripta, qua contineatur eius dispositio & diuisio bonorum inter filios, etiã sine testibus facta, qui nec illi se subscripserint, est sequenda. auth. quod sine. C. de testam. modo apposita sit dies, & extensè sine notis pater suam descripserit voluntatem. Bal. in d. auth. & idem si pater non scripserit, sed scripturã ab alio confectam subscripserit, dicẽs eam esse suũ testamentum. Castr. cons. 93. lib. 1. Clar. loco cit. q. 14. ꝙ si scriptura nec scripta, nec subscripta à patre adsit, nõ valet, nisi subscripta à liberis sit, quia sic valet iure contractus inter eos initi. Clar. ibi nu. 6. Guil. Bened. loco cit. nu. 87. & hæc dispositio non solemnis inter liberos nõ reuocatur per sequentẽ, nisi in ea contineantur omnia iuris solemnia, & dicatur in ea expresiè reuocari prius testamentũ. auth. hoc inter. C. de testamẽ. Et nedum inter liberos, sed etiam inter nepotes, & alios inferiores descendẽtes validum est testamentum imperfectum quò ad solemnitates, vel ab auo, aut alio ascendẽte masculo, vel fœmina fiat. auth. de testam. imperf. in princ. nõ valeret tamen testamentum imperfectum descendentium inter ascendentes: vt dicit Molina d. tr. 2. disp. 128. ver. An vero. vbi & subdit, quod & supra est tactum, licet testamentum alioqui nullum ex duobus testibus sustineatur inter filios, si tamẽ sit imperfectum ex alijs capitibus, vt quia solis nuribus hæredes sint instituti, vel filius præteritus, inualidum esse inter liberos. ex Claro d. §. testamentum. q. 8.

Alius casus est in quo sustinetur testamentum, licet non adsint septem testes, fauore causæ piæ institutæ, in quo duo testes sufficiunt. cap. relatum. de testam. Guil. Ben. d. verbo, testamentum. 1. n. 57. modo non sit imperfectũ ratione voluntatis, vel si non habeat formam ex qua fides aliqua elici possit: vt dicit Boer. decis. 93. nu. 10. & Gul. Clar. lib. 3. sent. §. testamentum. q. 7. dũmodo habeat aliquã probationem, sic enim valet etiã si solo nutu voluntas testatoris constet. gl. in c. cum tibi. de testam. Alex. in l. iubemus. C. de testam. nec vbi causa pia instituit, necesse est vt legitima filijs titulo institutionis relinquatur. Bart. in l. 1. num. 6. C. de sacr. san. eccl. Alex. in l. inter cætera. ff. de lib. & posth. & etiam vbi ratione causæ piæ testamentum est imperfectũ, & simul etiã extraneo aliquid relinquitur, valet etiam extraneo relictum. Sal. in auth. cassa. C. de sacr. san. eccl. licet id non procedat in testamẽto inter liberos, vt supra est dictũ, modo fraus nõ adsit. Fauore etiam religionis sine solemnitate recipitur testamentum eius qui religionem ingreditur. § illud. auth. de monach. Abb. in c. in præsentia. de probat. Guil. Ben. in d. verbo testamẽtum, n. 53.

Præterea, alius casus; est si testamentũ fiat corã Imperatore, Rege, vel alio principe non recognoscente superiorem, sic enim validum est sine alia solemnitate, dum apud acta fit. l. omniũ. C. de testa. Iul. Clar. d. §. testamentum. q. 56. ver. antep. vbi declarat, quãdo dicatur factum coram Rege. Couar. in rubr. de testa. 2. p. nu. 2. ꝙ intelligitur nõ solùm si fiat coram eo, sed etiã si id confirmet: idem ibi testans de cõi. Sic si fiat coram parocho, & duobus testibus. Dur. in arte test. tit. 2. caut. 2. & si non sit parochus requirũtur quatuor testes. Bello. cons. 12. n. 2. testãs de cõi; ꝙ ego intelligerẽ si fiat in terris Imperij tpalis etiã ecclesiæ inter laicos.

Vlterius alius casus est in casu necessitatis, vt in testamento rusticorum, qui si conficiunt testamentum in loco vbi plures testes inueniri non possunt, sat sunt quinq; l. fi. C. de testam. & idem videtur tempore pestis, & fugæ ob bellũ, vbi plures testes adhiberi non possunt, quinque sufficiunt; modo ciuitatem vacuam populus dereliquerit, & aer sit corruptus, aliàs septem requirũtur. Bal. in l. fi. C. de testa. Guil. Ben. d. §. testamentũ. 1. nu. 13. & 14. & Clar. d. §. testamentũ. q. 58. licet tutius sit, vt septẽ adhibeantur, nec duo sufficiant: vt d. Molina d. tr. 2. disp. 127. ad fi. & Villalobos in cõibus opin. verbo testamentũ. nu. 22. cõem d. fortè esse ꝙ tempore pestis quinq; testes sufficiant.

Est & alius casus in testamento mili-

tis, q in expeditione belli conficit, quod validum est cum duobus testibus, etiam q fœminæ sint, modo sint rogati. l. diuus. ff. de milit. test. & testatur de cõmuni. Clar. in d. §. testamentum. q. 55. & 58. & dum est in prælio potest testari, vt po tuerit. s. verbo tenus, vel proprio sanguine, vel alio modo scribendo suam vltimam voluntatem in vagina, scuto, ense, clipeo, vel alia re, aut digito scribẽdo in terra, & modo quolibet, dũmodo id constet ex duobus testibus rogatis omni exceptione maioribus. l. milites. C. de testamen. milit. & etiam potest pro parte decedere testatus pro parte non, & ad tempus instituere hæredem. l. si miles vnũ. de milit. testam. l. in fraudem. §. miles. l. miles ita hæredem. eodẽ. l. certi iuris. C. eod. modo sit descriptus in numero militum, vel statim cingendus extra tirocinium. l. ex eo tẽpore. l. filiusfamilias. ff. de milit. testam. l. tiriniarios. C. eodẽ. quo priuilegio gaudent etiam alij qui necessario castra sequentur. l. fi. ff. de milit. testam. l. 1. ff. de bon. poss. ex testam. milit. vbi glo. & Bart. Clar. d. §. testamentum. q. 15. & modo miles pubertatem sit egressus, etiam si sit surdus, vel mutus. l. si ruffinus. l. fin. C. de testam. milit. §. quinimò. Instit. de testam mil. & modo non sit in potestate patris, nisi post emancipetur. §. denique. Instit. cod. nisi quò ad castrensia, de quo infra; & hoc testamentum valet solùm intra annum à missione honesta. §. sed hactenus. Instit. cod. l. quod dicitur. l. quod constitutum. l. testamenta eorum. ff. de milit. testam. Extra expeditionem verò in hibernis, vel æstiuis, vel apud se miles tenetur seruare testãdo formam iuris communis, excepto quòd licet familias sit de bonis castrensibus testari potest. l. pen. C. de test. mil. §. 1. Instit. eod. & de hoc videndum latius tract. de Militibus.

Iure quoque canonico duo testes sufficiunt in testamentis in terris ecclesiæ cum presbitero parochiali. c. cum esses. de testam. & in alijs seruandus mos regionis, vbi legibus, scilicet Imperij non viuitur. Guid. Pap. q. 262. Bald. in l. cunctos populos. 5. colum. & ibi Bart. 11. colum. C. de summa Trin.

Similiter si statutum disponat, vt in testamento sufficiant minus septem testibus, valet. Ias. in l. 1. C. de sum. Trin. nu. 37. quòd tamen non ligat forenses, vt ibi dicit num. 40. cum communi.

Similiter si à testatore sit electa fides heredis, non requiritur alia solemnitas, nec alij testes. Ias. in l. quæstionũ. nu. 14. C. de fideicomm. testans de communi.

Est tamen & casus in quo plures solemnitates requirũtur, quàm iure communi statuatur in testamentis nuncupatiuis, scilicet in testamento cæci, in quo requiruntur septem testes, & tabellio, qui si haberi non potest, octauus testis adhiberi debet, & coram eis conuocatis & rogatis exprimere se velle sine scriptis testari, & ibi exprimere nomina hæredum, & dignitates eorum, & inditia ita aperta vt cognosci possint qui sint, & ex quãta parte vnicuique in successionem admitti debent, & quid vnumquemque legatarium vel fideicommissarium asse qui velit, & omnia demum palam fieri; possunt tamẽ & omnia esse scripta quãdo testes vocantur, & tunc legi à tabellione, vel eo qui tabellionis vicem subierit, cæco profitente eam esse ipsius voluntatem, & subscribi debet testamentum ab omnibus testibus, & sigillis signari tam à testibus, quàm à tabellione. l. hac consultissima. C. qui testam. facere possunt. Vbi tamen cæcus inter liberos testatur, sufficit solemnitas aliorum qui inter liberos testantur: vt dicit Molina d. tract. 2. disput. 130.

Tertia species testamenti est Militaris, de qua supra est dictum, & habetur in tract. de Militibus. 4 Testamẽtũ militare q sit, & q̃ in eo requirãtur.

Quomodocunque verò fiat testamentum, non sat est quòd testamentum coram legitimis testibus sit cœptum, nisi & perfectũ sit, vt quia testator amplius loqui non valuerit, vel alia de causa, sic enim est nullum omnino etiam quò ad illa quæ testator coram illis testibus statuerat. l. si quis cum testamentum. l. ex ea scriptura. ff. de testamen. l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt. §. ex eo autem solo. Instit. quibus modis testam. inf. Couarru. in cap. relatum. 1. num. 9. de testamen. testans de communi, valet tamen.

tamen eo casu testamentum vbi non constat an testator vlterius progredi voluerit, sed res est dubia. Molina d. trac. 2. disp. 127. in prin.

Publicatio vero testamenti non est necessaria quando concurrit in eo tabellio publicus, vt d. Couar. in c. cum esses, nu. 1. 2. de testam. modo testes audiant vel intelligant testatoris voluntatem, ex vsu tamen contrarium seruatur, vt publicari debeat, & ad id testes rogari, scriptura vero in testamento nuncupatiuo non est necessaria ex eius substantia, sed tantum ex probatione, & ob id tutum est eam adhibere, l. cōtrahitur ff. de pignor. Hęc de testamentorum speciebus, & in eis requisitis.

Ver. De quibus testari quis possit, vel non.

5 Testari de quib. quis possit. Oportet vero vt testamentum effectum sortiatur, vt & in contractibus euenit, vt quis disponat de ijs de quibus iure disponere potest quæ scilicet in hominum commertium cadere possint, modo quo supra de contractibus est actum, nec de alienis, l. fi. ff. de pact. conu. vt de re aliena, potest tamen aliena legare, ea conditione, vt hęres illa emere cogatur si dominus vendere velit, & ea tradere legatario, vel earum ęstimationem domino vendere nolente c. filius, de testam. l. cum alienam C. de leg. §. non solum. Inst. eo. vt nec dispositio valet quæ contra bonos mores fit l. filius qui l. quidam in suo, ff. de cond. instit.

Ver. Testari quis possit vel non, & quis institui.

6 Testari quis possit vel nō. Requiritur præterea vt testari volēs idoneus sit, nec iure prohibeatur, l. si quæramus, vbi gl. ff. de testam. idoneus vero est omnis qui nō prohibetur. Prohibentur vero qui carent libera voluntate vel non habent suarum rerum liberam dispositionem. Vnde pueri ante quattuordecim annos si masculi, & ante duodecim expletum, si fœminæ testari non possunt, quia iudicium animi eorum nullum sit, vel nō rationabile. l. qua ætate ff de testam. l. pupillus de reg. iur. §. præterea. Inst. quibus nō est perm. fac. test. l. si frater, C. qui test. fac. poss. vltima dies tamen incepta habetur pro completa, d. l. qua ætate, ante non licet etiam si sagacitas suppleat ætatem, potest tamen princeps dispensare, vt impubes testari possit si iudicium suppleat ætatem, alias non, etiam miles, l. fi. C. de test. mil. nec etiam ad pias causas impubes potest testari. Abb. in rubr. de test. Molina, tra. 2. disp. 136. in fi. Secundo, testari non possunt furiosi amentes, stolidi, & qui carēt vsu liberi arbitrij plene deliberato dum eo carent, si enim habeant lucida internalla, tunc enim confectum valet, etiam si ad amentiam redeant. §. 1. Inst. quibus non est promiss. fac. test. l. furiosum. C. qui test. fac. poss. l. aduersa, ff. de testam. c. fi. de testam. & tunc dicuntur habuisse lucida interualla cum ex testibus patet eos illam habuisse cognitionem, vt nossent quid agerent, & satis esset ad committendam culpam mortalem, in dubio enim non censentur habere lucida interualla, vt d. Molina, d. trac. 2. disp. 136. col. 1. Tertio, mutus & surdus simul à natiuitate, & similiter si ex morbo aliquis mutus sit, nec scribere sciat, iure humano testari non potest, cum opus sit vt homo proprijs verbis, vel scriptura exprimat suam vltimam volūtatem, vt valeat, surdus tamen testatur, & mutus tantum si scribere scit, l. discretis, ibi bemus vbi Bart. C. qui test. fac. poss. prodigus, Quarto ob defectum rationis cui à iudice bonorum suorum administratio sit interdicta, testari non potest, valet tamē confectum ante eam prohibitionem l. is cui, de testam. §. item prodigus. Inst. quibus non est perm. fac. test. nec etiam ad pias causas. Abb. in rubr. de testam. Quinto, eo quod quis voluntati alienæ si subiectus testari nō potest vt seruus sibi, ēt si liber fiat post testamentum confectū, vel etiam tempore quo testatur ignoret se liberum factum esse à domino, vel dubitet de suo statu, etiam quod vere liber sit, testamentum est nullum l. qui testamento domini cum seq. l. filiusfamilias.

2. ff.

2.ff.de testam.cap.illud 13.q.2. valet tamen testamentum eius ad pias causas si vere liber est,etiam quod id ignoret, vel de eo dubitet, vt & valet testamentum militis qui dubitat de suo statu si talis est l.ex militari.§.si miles.ff. de mil.test. Abb.in rubr.de testamen. Inde captiuus qui ab hostibus detinetur, vel obses loco captiuorum, dum in eo statu est,& promissum nō impletur, testari non potest, ante tamen confectum testamentum valet si domum reuertantur iure postliminij, & etiam licet in eo statu moriatur ex l.Cornelia.§.fi. Instit. quibus non est perm.fac.test.l.eius l. obsides,l.lex Cornelia,ff.de testam. sic seruus pęnæ damnatus vltimo supplicio,& capitali crimine,vt ad bestias, ad ferrum, ad macellū testari non potest quia eius bona publicantur, & amittit libertatem l. eius qui §.fi.de testam.& irritum est etiam testamentum ante factum l. si quis filio, §. irritum, ff.de iniusto.rupt. irrit.nisi appellatum sit à condemnatione, & pendente prouocatione testamentum fiat l. qui à latronibus,§.fi.de testam. & damnatus ad mortem ciuilem, vel naturalē etiam si fugit de manu iudicis testari nō potest l.eius ff.de testam.l.qui vltimo.ff. de pe. non tamen qui damnatur ad perpetuum carcerem nisi bona eius publicentur,Clarus d.§. testamentum. q. 23. nec accusatus si ante condemnationem moriatur, quia interim potest testari l.si quis,de testam.nisi post mortē sententia eius bona publicentur,vel si ex conscientia criminis sibi mortem consciuerit sic enim testari non potest l. ex iudiciorum de accus.l.si quis filio.§.eius q. de iniust. rupt. nec prohibetur testari damnatus ad pœnam inferiorem,vt truncationem manus, effusionem oculorum,& huiusmodi Bar.in l.eius,§.si cui,de testam.nec relegatus, cum non amittat libertatem vel ciuitatem,& probabiliter etiam damnatus morte in absentia quia non sit in manu iudicis potest testari quo ad ius commune non quo ad fauores municipales,vt d.Silu.testamentum 1. num. 3. ver.7. Sed quia hodie damnatis ad mortem non adimitur libertas §. deportati, auth.de nupt. auth.sed hodie C.de don. int.vir.nou.const.2. nec omnium bona publicantur, auth.bona C.de bo.dānat. ideo possunt testari nisi eis auferantur bona, vt & captiui hodie testari possunt, cum inter Christianos non fiant captiui. Abb.in rubr.de testam.& ex Nou.40. vt & qui capiuntur à latronibus piratis, vel seditiosis, cum quibus ius belli indictum non est, testari possunt l. hostes l. si quis ingenuū,§.in ciuilibus ff. de capt. l.qui à latronibus de testam.sexto,ratione subiectionis alterius voluntati,monachus licet ante ingressum religionis, alias nō impeditus, libere disponere possit, etiam sine iuris solemnitate, §. illud auth.de mon. Bar.in auth.si qua mulier nume.7. C.de sacr.eccl. Dec.in cons.31. num.3.nec rumpitur postea ingressu religionis,si dum id condidit cogitauit de ingressu, & aliquid reliq̄t monasterio q̄ est ingressus titulo institutionis, licet & si nil ei reliquerit prius testamentum sustineatur,Bar.in d.auth.nume.8.Ripa in l.si vnquàm q.35.nu.94. C.de reuoc. don. quod si ante ingressum religionis non cogitans de ingressu, testatus sit, & postea ingreditur, per ingressum rumpitur testamentum si monasterium est capax successionis, & monasterium est loco filij, dummodo ingrediendo dedicauerit se & sua exprese monasterio nō aliter, Bart.in d. auth. si qua mulier nume.7. quo casu licet corruat testamentū quod attinet ad institutionem,cętera tamen firma manent,clarus 3. lib. sent.§. testamentum,q.28. nu.4.Molina tamen d.tra.d. etiam legata corruere disp. 139. in fi.qui & d absolute valere testamentum etiam quod non cogitauerit de ingressu,modo non adsint scilicet illa verba,quod se & sua offerat monasterio,q̄a tunc censetur mutare voluntatem,quod satis probabile videtur, post ingressum, tēpore nouitiatus libere quis testari potest etiam sine licentia superioris, licet si moriatur dum est nouitius in religione ab intestato ei succedat monasterium non proxiximi, si monasterium capax sit idem Clarus,loco cit. nume. 6. auth. nunc autem C.de ep. & cler. Couarr. de testam.cap.2.num.4. Clarus, d.§.quæst. 28. & si nouitius nil reliquit monasterio,

tio, non rumpitur testamentum. Nau. in c. non dicatis, num. 81. 83. Couar. in c. 2. de testam. nu. 4. post professionem vero in religione probata emissam testari nō possunt auth. ingressi C. de sacr. eccl. heremitę tamen possunt c. prelatum 19. q. 3. & professi etiam certo casu possunt disponere de certa parte bonorum inter liberos, iuxta auth. si qua mulier C. de sacr. eccl. & auth. nunc autem C. de ep. & cler. potest tamen Papa concedere religiosis facultatem testandi vt d. Nau. in c. non dicatis, numero 89. & in apol. q. 3. monit. 11. Couar. in c. 2. nume. 50. de testam. distinguendo, vt ibi d. Nau. & Molina, d. tract. 2. disp. 141. in fi. qui & d. religiosos commendatarios etiam coniugatos non posse testari, nisi disponendo inter liberos iuxta auth. si qua mulier, alleg. qui & ibi & disp. 139. plura dicit de Reu. patribus Illustr. societatis Iesu, an possint testari vel ne, & de hac materia plura ego dixi in tract. de regularib. Septimo, clerici seculares, licet de eorū bonis patrimonialibus libere disponere possint, non secus ac laici c. nulli 12. q. 2. & de acquisitis ex eorum ministerio ecclesiastico praeterquàm de reditibus beneficiorum, Couarr. in cap. 1. de testam. clar. libro 3. sent. q. 27. Nau. in apol. q. 1. monito. 22. & q. 3. mon. 1. De bonis vero ecclésiae quae nō sunt reditus, vt praedia, testari non potest quis alias incurrit priuationem beneficij, & excommunicationem & alienatio est nulla, cap. ambitiosae, de rebus eccl. non al. in extr. comm. Quo vero ad reditus ecclesiasticos, de ea parte redituum, quae beneficiarius suae competenti sustentationi subtraxit, vel vltra competentem sustentationem, sua industria labore & vtilitate, quam ministerijs suis attulit ecclesiae, est promeritus, potest testari ad quoscunque vsus, Nau. in d. apol. q. 1. mon. 30. & mon. 78. num. 3. licet id in foro exteriori vix posset probari, Idem si aliqua de suis bonis insumpserit, quae poterat insumere de reditibus benefici j, nec cum id fecit, animum habuit compensandi sic insumptum, potest testari ad quoscunque vsus de aequali portione redituum sui beneficij, & idem si de proprijs bonis aliquid contulit ecclesiae, nec habuit animum id compensandi, potest testari de aequali portione redituum ecclesiae ad quoscunque vsus. Nau. in d. apol. q. 3. mon. 4. nu. 3. Extra quos casus, beneficiarius de alijs reditib. suorum beneficiorum, vel in seipsis permaneant, vel in aliquo alio in quo est factus locupletior, testari non potest etiam ad pios vsus, in quibus poterat viuens donatione transferre. Couar. in c. cum in officijs, de testam. nu 6. nisi de modica quantitate disponat rerū mobilium illa relinquendo, vel pauperibus vel religiosis locis, vel sibi seruientibus iuxta seruitij modum etiam quod consanguinei sint d. c. sed bona illa iure communi pertinent ad ecclesiam in qua erat beneficiatus, scilicet capitulo si erat canonicus inter canonicos diuidenda, vel si habebat dignitatem canonicalem, si vero alias erat beneficiatus, acquiritur successori in beneficio, c. relatum, 2. de testam. c. cum vos, de off. ord. c. praesenti, eo. in 6. & si habet plura beneficia inter ea est diuidendum arbitrio prudentis, & d. c. relatum c. quia sepe, d. el. in 6. clem. statutum, de elect. postea Paulus III. Iulius III. Paulus IIII. & alij eos reditus vacantes Camerae Apostolicae applicarunt, quae tamen Bullae in multis locis non sunt in vsu, potest etiam consuetudo introducere, vt beneficiarij etiā episcopi disponant de reditibus ecclesiasticis de quibus supra est dictum non posse testari, & si est legitime prescripta facit validum eorum testamentum etiā quod disponatur ad vsus non pios, vt & valet consuetudo quod si ijdem decedāt ab intestato, bona eorum omnia etiam ex beneficijs quaesita, pertineant ad eorum haeredes, licet Papa possit hanc consuetudinem tollere, nec ijdem tuti sunt in conscientiam, si ea relinquunt in vsus prophanos, vel consanguineis diuitibus sine causa rationabili, vel in causa sunt absque fortuito euentu, vt ab intestato ad eos deueniant, cum & sic impendendo viuentes mortaliter peccent, vt d. Molina, d. tract. 2. disp. 147. 11. concl. quod ego intelligerem si vsus sit illicitus, vel relictū magnū qui & d. Papam posse concedere, vt disponatur de huiusmodi reditibus

ditibus etiam ad vsus prophanos etiam episcopis, simpliciter tamen concessam huiusmodi licentiam intelligi de vsibus pijs, qui & d. si prælatus ante acquisitã ecclesiam non habuit patrimoniũ, relictum post mortem censeri quæsitum ex bonis ecclesiæ, quando vero habebat, stari iudicio prudentis, vt pro parte vtriq; vel alteri tantum adiudicetur, de qua re videndus est Abb. late in repet. cap. cum esses. de testam. Couar. in c. 1. de testam. Clarus, d. q. 27. cit. octauo, filiusfamilias ante annos pubertatis testari nõ potest, eo vero expleto de bonis suis castrensib. vel quasi testari potest, de aduentitijs vero siue præter dominium habeat in eis vsumfructum, vel vsufructus pertineat ad patrem testari non potest etiam cum patris consensu, Inst. quib. non est perm. fac. test. in princ. l. penul. & fi. C. qui test. fac. l. qui in potestate, ff. de testam. ca. licet, de sep. in 6. & est communis op. Couar. in rubr. de test. p. 3. num. vlt. Clarus. d. §. testamentum, q. 18. de æquitate tamen canonica filiusfamilias de patris consensu de aduentitijs ad pias causas statuere potest c. licet, de testam. in 6. nõ tamen forte in testamenti forma, sed alia vltima dispositione vt donatione causa mortis, glos. in d. cap. l. tam is §. 1 ff. de don. causa mortis, Molina tamẽ ex Abb. & Couarr. in rubr. de test. d. tunc posse etiam testari de patris consensu, & si in illa vltima voluntate facta ad pias causas, legata faciat alijs personis, corruũt, & reseruantur venientibus ab intestato, Bal. Alex. Salic. in l. senium, in fi. C. qui test. fac. poss. Clarus d. §. q. 5. num. 8. Excipitur clericus filiusfamilias qui licet non eximatur à patria potestate, tamen habet liberam suorum bonorum potestatem & vsufructum, vnde de illis potest testari, modo legitimas portiones relinquat descendentibus si adsunt, sin minus ascendentibus, auth. presbiteros, C. de ep. & cler. Abb. & Couar. in c. quia nos, de testam. Nau. in Man. cap. 17. nu. 142. Silu. clericus, 4. q. 14. nume. 10. quod intelligitur de clericis etiam tantum primæ tonsuræ, vt ibi d. Couarr. modo habeãt beneficium ecclesiasticum, vel gaudeant priuilegio clericali, bona vero intelligũtur quæ aduenerunt clerico post clericatum etiam aduentitia, in ijs enim non habet pater vsumfructum, secus in quæsitis sic ante, & ideo de illis non potest filius testari, qui tamen potest testari de titulo patrimonij ad quem est ordinatus, Molina, d. tr. 2. disp. 138. nono, ratione criminis, publicus vsurarius testari non potest nisi soluat vsuras, vel cautionem det de ijs soluendis, cap. quamquàm, §. fi. de vsu. in 6. quæ cautio debet esse fideiussoria, vel pignoratitia, d. cap. nec etiam potest donare causa mortis, nisi prædictis seruatis, Clarus, li. 4. sent. §. donat. 7. Couar. lib. 3. var. res. c. 3. nu. 9. nec disponere potest ad pias causas, siue testamento, siue codicillis, siue donatione causa mortis fiat, si cautio nõ pcessit, nisi non valens cautionem præstare, cũ signis contritionis decesserit, tunc enim ex æquitate, solutis prius vsuris, relictũ pijs causis est exequendum ab hæredib. Couar. loco cit. Silu. vsur. 9. q. 7. Molina, d. tr. 2. disp. 137. vers. testamentum, decimo, excommunicatus licet possit testari etiam si sit denuntiatus iuxta communem opinionem, vt per Abb. in rubr. de testam. & ibi Couar. p. 2. num. 18. Siluest. testamentum 1. q. 3. ver. 9. Si tamen vltra excommunicationem, in aliquo delicto statuatur, vt id cõmittens sit intestabilis vt in c. fœlicis de pœ. in 6. is testari non poterit, Molina d. dispu. 137. ver. de excommunicato, vel si excommunicato bona adimantur in aliquo casu, vt in c. decernimus, de sent. excomm. vbi glo. & idem de hęretico, cap. cum secundum de hæret. in 6. cum & post mortem possint eius bona apprehendi, licet possint retineri vsque ad sententiam declaratiuam super facto. Siluest. d. q. 3. vers. 12. vndecimo, infamis ob libellum famosum in alterum confectum testari non potest l. is cui, §. fi. l. cum lex, ff. de testam. l. lex Cornelia. §. fi. ff. de iniur. non aũt infamis ob aliud crimen testari prohibetur Couar. lib. 3. var. res. c. 3. num. 8. Clarus §. testamentum q. 25. Silu. loco cit. ver. 15. duodecimo, reus criminis lesæ Maiestatis intestabilis est post sententiam declaratiuam l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. decimotertio, bannitus si eius bona sint publicata,

blicata, testari non potest nisi alibi habeat bona, vel bona non confiscentur, l. eius qui apud hostes §. 1. de testam. differentia tamen est an quis sit intestabilis quia lege prohibitus, vel quia non habeat bona, quia primo casu etiam si habeat bona, testari non potest, secundo, sic. l. hæreditas, ff. de pet. hær. l. 2. §. filius, ff. de vulg. & potest dare tutorem filijs, quod sine testamento fieri nequit, vel codicillis testamento firmatis, Imola in c. quia ingredientibus num. 7. de testam. & vbi intestabilis non sit, in confiscatione non comprehendũtur bona post acquisita, nec hæreditas delata & nõdum adita, Ias. in l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, nu. 7. de verb. oblig. Dec. cons. 44. si tamen deferatur ei hæreditas intra annum transmittit ad fiscum, si tale ius sit quod transeat in heredes extraneos, non vero si nõ transit ad heredes extraneos, Clarus, lib. 5. §. fi. q. 78. nu. 23. 24. Ias. in l. si quis mihi bona, §. seruus, de acquir. hær. & alia sunt etiam quæ eo casu non trãseunt in fiscum de quibus Clarus ibi. Alij porro non prohibiti testari possunt etiam senes ęgri, manu truncati, Eunuchi, peregrini & huiusmodi l. senium, C. qui test. fac. poss. l. qui manus, ff. de testam. l. eunuchis, C. qui testam. fac. poss. auth. omnes peregrini, C. comm. de success. Non potest demum quis pro alio testari, vt tutor pro pupillo vel furioso, l. illa institutio, l. captatorię, de hęr. inst. l. 2. de vulg. l. humanitatis, C. de impub. vt nec per nuntium vel procuratorem quis testari potest, Guil. Ben. in c. Rainutius, verbo. condidit, nu. 15. de testam.

Ex his vero qui testari non possunt, multi nec ad pias causas disponere possunt, de quibus supra est dictum, & late explicat Silu. testamentum 1. q. 4. scilicet furiosus, impubes, nec filius familias nisi de peculio castrensi, vel quasi, de aduentitijs non inuito patre, etiam in quibus filius habet vsumfructum, nec prodigus post interdictum disponere potest ad pias causas, nec damnatus ad mortẽ naturalem, vel ciuilem cum bonorum confiscatione, nec vsurarius, cum non liceat disponere de alieno, nisi vsurarius habeat alia bona non quæsita ex vsuris, vt & damnatus si retinet bona vsque ad mortem de fructibus potest testari ad pias causas; nec seruus, religiosus, nec reus criminis lesę maiestatis, cum careãt bonis; dubius tamen de suo statu potest, & excommunicatus, & qui non potest loqui, si signis annuat, & latius distinguendo in his, vt supra est dictum.

Ver. quis possit institui hæres vel non.

Quarto. Vt testamentum valeat requiritur, vt is instituatur hæres 7 qui iure nõ prohibetur, vetatur vero institui hostis ciuitatis l. omnibus, ff. ad Trebell. & cõmunitas iudæorum, vel similis, etiã si ij habitent inter Christianos, l. 1. C. de iudæis, nec collegium illicitum, vt quod publica authoritate erectum non est l. collegium, C. de hær. inst. priuati tamen ex ijs collegijs institui possunt l. cum senatus, ff. de rebus dubijs. Nec deportatus, nec damnatus in perpetuum ad metallum, qui nec legatarij esse possunt, nisi pro alimentis aliquid eis sit relictum l. 3. ff. de ijs quę pro non scriptis hab. l. 1. C. de hęr. inst. Nec hęreticus aut apostata etiam ex testamento militis, l. manichæos, & l. fi. C. de hęret. l. 3. C. de apost. nec eorum credentes fautores defensores, nisi infra annũ ex quo sunt ipso iure excommunicati, satisfecerint, auth. credentes, C. de hęret. c. excommunicamus, §. credentes, de hæret. nec insequens Cardinales, c. fęlicis, de pœnis in 6. Nec illegitimi nisi certis casibus & portione de quibus infra, nec alij, vt Banniti qui impune possunt occidi, ij enim capere non possunt ex bonis illius ciuitatis vbi banniti sunt, aliunde sic, vt & qui impune non possunt occidi Clarius, lib. 3. sent. q. 19. 20.

Testamẽto relinq. quib. possit vel nõ.

Ver. De requisitis in Testamentis.

Requiritur pręter supra enumerata 8 adhoc vt testamentum valeat, vt in Testatoris ma debita seruetur, & primo, vt dimẽtis quę sponatur iuxta superius dicta, vocatis testibus,

Requirantur

tur, pter stibus, & hæres in testamento instituatur, supra re- quia sine hæredis institutione nullū ... est testamentum, §. ante hęredis Inst. de leg. l. 1 ff. de hęr. inst. & institutio debet esse aperta, vt intelligatur quis instituatur, tacita enim improbatur, nisi sub indefinito vocabulo quis instituatur, vt hęres veniens ab intestato, si erat talis persona quæ necessario debebat institui, vel exhæredari, vt est filij, qui necessario expresse debet institui, vel exhæredari, secus si erat extraneus, Clarus d. verbo testamentum, q. 35. nu. 2. & 3. nec refert an institutio sit in principio testamenti, in medio, vel in fine, §. ante hæredis, al. leg. l. 1. de hęr. inst. secundo, debet hæres institui, vel in tota hæreditate, vel in quota, vel in re certa, quia hoc casu si solus sit institutus, vt in fundo, nullo dato ei cohærede, omnia bona ex natura institutionis ei accedunt, secus si habeat hæredem vniuersalem, Clarus loco cit. q. 36. num. 2. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hęr. inst. l. quoties, C. eo. & sat est dicere, lucius titius mihi hæres esto, vel lucius hęres esto, vel, lucius hęres, l. 1 §. qui neque, §. hęc autem §. si ex fundo, ff. de hęr. inst. l. quoniam indignum, C. de test. tertio, Institui potest quis pure & sub conditione, non autem ad certum tempus, vel ex certo tempore, §. heres, Inst. de hęr. instit. l. si quis instituatur, l. hæreditas, ff. de hęr. inst. vt vsq; ad quinquennium petrus sit hęres, & ex illo Antonius, sicut & nō potest quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus; & si quis ita testetur post quinquennium à morte mea Petrus sit hęres, vel decem annis sit hæres, talis conditio habetur pro non adiecta, & est hęres absolute, vt & qui instituitur in certa re nullo alio dato cohærede, in integrum censetur institutus, §. hæres, Inst. de hęr. inst. l. hæreditas ex die. ff. de hęr. inst. nisi, vt supra sit miles, qui potest pro parte testatus pro parte intestatus decedere l. in fraudē, §. miles, ff. de mil. test. vel nisi inuincibiliter ignorat iuris dispositionem sic disponens, intendēs, vt hæredes ab intestato venientes post certum tempus potirentur bonis suis, quia tunc in vtroque foro succederent, & intelligeretur institutus rogatus ab illo tempore eis hęreditatem restituere, Trebellianica non detracta; Si quis etiam in diem incertum hęres est institutus, vt si dicatur, in diem qua frater meus duxerit secundam vxorem, instituo hęredem Antonium, valet illa institutio vt conditionalis, l. dies incertus, ff. de cōd. & dem. quo casu si frater ducat vxorem viuo Antonio, censetur institutus hęres Antonius à die obitus testatoris, quod si vxorem non ducat, hæres est frater si ab intestato succedit, & idem si dum eam ducit, non viuit Antonius, dum vero pēdet conditio adit frater hęreditatē, in cuius potestate, est vt conditio eueniat, vel nō, præstita cautione de restituenda hęreditate, si conditio impleatur. Si etiam quis instituatur in diem incertum quando sit futurus, certum tamen quod sit futurus, valet institutio, vt si dicatur hęres sit Consobrinus meus in die qua eius mater mortua fuerit, interim tamen frater defuncti, si adest, erit hęres, valet etiam institutio si quis dicat instituo Petrum in die qua ipse morietur, qui in puncto quo mori cœperit erit hęres. Si quis etiā instituat vnum hęredem vsque ad decē annos, & alium post, valet institutio, quia primus ex illo tempore censetur rogatus secundo hęreditatem restituere, sine Trebellianicæ deductione, & si interim secundus moriatur, primus erit absolute hęres, Molina, d. tract. 2. dispu. 156. pura etiam & certa, vt supra, debet esse institutio hęredis, vnde si alienæ voluntati id committatur, vt, instituo quē Petrus voluerit, non valet institutio, l. illa institutio, l. captatorias, ff. de hęr. inst. l. captatorias, C. de test. mil. valet tamen illa institutio si in potestate tertij sit illā conditionem implere, vt instituo Petrū, si Antonius tali die Capitolium ascenderit, l. nonnunquàm, ff. de cond. & dem. Valet tamen institutio, sic, si institutus voluerit esse hęres, vel legatum legatarius habere, quod operatur quod si ante mortem id non acceptetur, nō transmittatur ad hæredes, etiam casu quo alias transmitteretur, l. si ita legatum, §. illi si volet l. senatus, §. legatum vbi glo. de leg. 1. l. si ita expressum, ff. de cond. & dem. Quod si legatum non in liberam voluntatem,

9 Hęredis institutio est de essentia testamenti, & quō.

tatem, sed in arbitrium hæredis, vel tertij conferatur, valet, & si ij non arbitrentur sine causa rationabili, quod non debeatur, debetur l. si sic, ff. de leg. 1. l fideicommissa, §. sic fideicommissum, de leg. 3. quia id intelligitur eis commissum vt prudentibus, & bonis viris, vt & valet si relinquatur ea conditione si meruerit, debebitur relictum, si modo meritum apud virum bonum fideicommissarius posuit, quia sat est quod vir bonus, licet non hęres, meritum agnoscat, glo. in l. 1. de leg. 2. sed si in liberam voluntatem hęredis locetur, vt si voluerit, est conditionale, & si hęres moriatur vel legatarius, anteq̃ declaret se velle esse hæres, redditur nullum d. §. sic, & l. 1. de leg. 2. pari ratione si institutio hæredis in alterius arbitrium locetur, valet vt legatum, qui si iudicet non debere esse hæredem assignata ad id ratione sufficienti, hæreditas deuoluitur ad venientes ab intestato, nisi alius in eo euentu sit institutus, sed si ratio non erit sufficiens, sic institutus hęres erit, sic quoque electio certæ personæ in arbitrio alterius poni potest; sic, relinquo hęredem bonorum meorum quē patruus meus voluerit, vel quidam doctus & pius certus vir, & idem de legato & fideicommisso, l. cum quidam, de leg. 2. l. vnum ex familia, eo. l. vnum, §. 1. de rebus dub. Couar. in c. cum tibi num. 11. de testam. & si sic instituti non eligātur, sine ratione, si constat de quibus dicatur, hęredes vel legatarij testatoris erunt, & si detur electio eligendi quem voluerit cum morietur, poterit dum viuit reuocare electionem, & aliam efficere, & si electio est commissa liberæ volūtati electoris, poterit eligere etiam indignum ita vt sit valida electio, secus si eius arbitrio committatur, quia tunc dignum tantum poterit eligere, Molina d. tr. 1. disp. 157. quibus tamen casibus dici non pōt, Petrus instituat vel leget cui sibi videtur, sed bene instituo, vel lego cui videbitur Petro, quia institutio hæredis, vel legatarij non potest pendere ab alterius arbitrio, sed tantum eius aliqua qualitas, vt ibi d. Molina, & bene.

Excipitur tamen à regula prædicta quando quis legat, vel instituit causam piam, tunc enim id validum est etiam si committatur liberæ alterius voluntati, vt si dicatur, instituo hæredes meos eos pauperes quos Petrus voluerit, vel relinquo centum aureos puellæ nuptui tradendæ si Petrus voluerit, c. cum tibi, de testam. vbi Couar. nu. 12. facit l. id quod pauperibus, C. de ep. & cler. & idem de relictis ad redemptionem captiuorum, vel alias causas pias l. nulli, C. eo. tit. l. si quis ad declinandum, eo. tit. nec ab huiusmodi legatis detrahitur falcidia.

Vbi vero quis relinquit bona sua pauperibus non exprimendo quibus, vel ad opera pia non exprimendo quæ vel vbi, electio pertinet ad eum quem testator designauit, qui si nullū designauit, vel is negligens sit, id pertinet ad episcopum loci vbi testator habebat domiciliū, vel eius Vicariū, & si testator est extraneus, & ita distans vt nesciatur vnde sit, vel vectura sit difficilis, id spectat ad episcopū vbi is mortuus est; Distributio vero, vel fiat per episcopum vel alium, est fienda in loco vbi testator habebat domiciliū, vel vbi mortuus est si ignoretur locus domicilij, vel multum distet, & ijsdem locis opera pia fienda, vbi testator aliud non expressit l. nulli l. si quis ad declinādum, C. de ep. & cler. §. si quis autem auth. de eccles. tit. Couar. in d. c. nume. 14. nec est erogandum hospitali pauperiori, vt ibi, d. Couar. & quando quis dispositionem suam alterius arbitrio committit, non dicitur decedere intestatus, quia intelligitur velle expendi in operibus pijs, secus si commisisset eius liberæ voluntati hanc dispositionem, iuxta superius dicta, vt dicit Couarr. in d. capit. & Molina, d. tracta. 2. de Iustitia, disp. 157.

Vt vero prædicta melius intelligantur, quatenus dictum est de essentia testamenti esse quod aliquis in eo hæres instituatur; Aduertendum est quod hæredes dicuntur, vel in tota instituantur hæreditate, vel in quota, vt tertia, vel quarta parte, l. quoties, C. de hęr. instit. vbi enim plures instituuntur hęredes nō expresso in qua parte, ęquis portionibus succedunt, & si vnus sit, in tota hęreditate censetur institutus, si aliud non sit expressum l. si quis ita scripserit, ff. de hęr. instit.

instit.nisi vbi testator plures instituit, vnum instituat per se, & alios sub nomine collectiuo, vt instituo Petrum, & filios Pauli, Petrus enim succedit in dimidio, & illi in alio, nisi additum sit, Petrus & filij fratris mei ex æquo mihi hæredes sint, tunc enim succedunt ex æquis portionibus l. interdum de hęr. inst. Couar. in c. Rainutius, §. 2. de testam. in quibus euētibus voluntati testatoris ex coniecturis elicitæ est standum, in dubio vero debent dici ex æquo instituti.

Secundo aduertendum, in proposito, quod hæreditas, & hęres personam defuncti repręsentant l. hęres, de vsucap. ex quo fit vt omne ius quod pertinebat ad defunctum transeat ad hęredem l. hæres in omne, ff. de acquir. hęr. nisi esset personale, vt vsusfructus quod extinguitur cum persona, vt alias est dictum, & ad eum omnia etiam iura defuncti trāseūt, simul cum ęre alieno defuncti, & onere soluendi legata, modo quo infra; & si vnus est hęres ille solus repręsentat personam defuncti, si plures omnes integre, & quilibet in parte & sic etiam ad debita tenetur l. cum à morte, C. de rei vend. l. 2. C. de hæred. act. l. 2. §. fin. ff. de præt. stip. Et licet institutus in re certa vt fundo, sit etiam ipse hęres, tamen differt parum à legatario, & proinde nec ad debita defuncti tenetur l. quoties, vbi glos. C. de hęr. inst. nisi solus sit absque cohęrede, quia sic in integrum institutus censetur, vel secum institutus moriatur ante testatorem, vel repudiet hęreditatē, aut eam non adeat & proinde non transmittat, in casibus in quibus non transmittitur non adita, sic enim in re certa instituto accrescunt omnia bona, non venientibus ab intestato l. 1. §. si ex fundo l. quoties, §. si duo l. ex facto. 2. ff. de hęr. inst. Silu. legitima nume. 14. ne quis decedat pro parte testatus pro parte non, contra l. ius nostrum, de reg. iu. Id vero intelligitur quando quis institutus in re certa est institutus per verba directa non communia, vel obliqua, quia tūc habent vim solum legati, & succederent in euentu de quo supra, venientes ab intestato, dicuntur vero verba directa per quæ denotatur aliquid relinqui immediate, & directe à testatore, vt instituo Petrum, vel relinquo ei omnia bona mea, vel certam partem, & si is hæres non est, instituo Paulum, obliqua vero cum accipitur de manu hęredis, vt cū dicitur, rogo, volo, mando vt hęres meus restituat hæreditatem Petro, vel ei tale legatum soluat. Alia præterea verba sunt propria & ciuilia, vt Petrus sit hęres, instituo Petrum in bonis meis, vel tali fundo, quæ ad legatum, vel fideicommissum trahi non possunt ex sermonis proprietate, Alia porro verba sunt communia quę se habent & ad directam institutionem hæredis, & ad fideicommissariam, vel legatū, vt relinquo, succedat, substituo, quia possunt intelligi quod capiat ab hærede, & à testatore, vt dicit Bar. in l. centurio. de vulg. Abb. & Couar. in c. Rainutius, de testam. Quibus explicatis, si quis alicui bona vniuersim, vel aliquibus relinquit, eo quod vniuersitas bonorum ad solum hęredem spectat, est institutio directa hęredis, siue id fiat per verba ciuilia propria directæ institutionis, siue communia, vel obliqua, dummodo ex indirecta forma verborum clare non intelligatur mentem testatoris facere fideicommissariam substitutionem, & etiam si diceretur, lego omnia bona mea Petro, esset hęredis institutio & non legatum, l. quoniam indignum C. de testam. quia in vltimis volūtatibus magis statur menti testatoris quàm verbis. Sed quia successio in aliqua re determinata secundū se habet rationem legati, nisi verbis ciuilibus, & specialibus quæ hęredis institutionem demōstrent, alicui relinquatur, intelligetur solum legari, & nō eum cui relinquitur hęredem institui, & etiam licet verba aperte institutionem hęredis tunc significēt, non censetur institui hęresi, nisi alius vniuersalis, nec in quota, vel in defectum similium hæredum instituatur. Quod si duo sint instituti hæredes, vnus in vna re certa, & alius in alia, & illis accrescit tota hæreditas vel quia nullus alius est institutus hęres, vel in eorum defectum, quilibet retinebit sibi relictum licet sit inæquale, reliquum vero ęqualiter eis accrescet, l. quoties, §. si duo, l. ex facto. 2. ff. de hęr. inst. nisi aliter

ter constaret de voluntate testantis quod inęqualiter esset diuidendum iuxta proportionem primi relicti, d.§.

Vbi vero quis est institutus in quota, & nullus alius est institutus, vel institutus moritur ante testatorem, vel repudiat, aut eam non adiuit hæreditatem, reliquum hæreditatis accrescit instituto, & non succedunt venientes ab intestato, §. hæreditas. Vers. & si vnum. Inst. de hær. inst. Sic etiam incrementum hęreditatis accrescit institutis in quotis, sed in proportione quotę ad quotam, l. quamquàm, C. de mil. test. l. sed & plures, de vulg. l. 1. C. de impub. Id tamen fallit in testamento militis, in quo, licet quando putat se integre disposuisse de bonis suis habeat locum ius accrescẽdi, vt supra, vel si integre disposuit, si tamen sciens integre non disposuit, incrementum bonorum suorum de quo nõ disposuit, deuoluitur, non ad institutos, sed hęredes venientes ab intestato, l. si miles vnũ ex fundo. ff. de mil. test. l. 2. C. de test. mil. & quod dictum est vbi quis est institutus in re certa, vel in quota, nullo dato cohęrede in totum succedere, habet locum etiam in foro conscientiæ, Silu. hęreditas 3. nu. 3. Abb. in c. 2. de testam. ad fi. nisi dolus adhibitus sit, persuadendo testatori si ita fieret institutio, reliquum bonorum accrescere venientibus ab intestato, tunc enim teneretur ad restitutionem, & etiam in foro exteriori si id innotesceret. Quod si testator instituit vnũ in quota vel re certa, nil aliud disponẽs de bonis suis, sed exprimens ꝙ deueniãt ad institutũ, eo casu succedunt in totum venientes ab intestato, cum onere tamen soluendi illam quotam instituto, cum testator est ignorans iuris, vel quod institutus contentus illa quota tenetur restituere reliquum venientibus ab intestato absque alia detractione Trebellianicæ, vbi disponens est iuris sciens. Molina d. tract. disp. 155.

Quarto, vt valeat testamentum aliqui necessario quandoq; sunt instituendi hęredes, vel expresse exhęredãdi causa exhęredationis expressa. Pro cuius rei intelligentia, aduertẽdum est quosdam dici suos, quosdam necessarios, quosdam voluntarios hęredes; Necessarius hęres ex parte hæredis non testatoris, est tantum seruus qui si à domino instituitur, ex quo actu consequitur libertatem, §. 1. Inst. de hęr. qual. velit nolit tenetur acceptare hæreditatem, d. §. & §. sui, si. eo. Voluntarij hæredes extranei sunt si instituantur, ex parte vtriusque sui sunt filius filia nepos neptisue ex filio qui in potestate morientis sunt, si modo quo ad nepotes, vt hæredes sui sint, eorum pater tempore mortis aui desierit esse hæres vel morte vel quia à patris potestate sit liberatus, tunc enim nepos vel neptis succedit in locum patris, & hi dicuntur sui hęredes, quia domestici hæredes sũt, & viuo adhuc patre domini quodammodo existimantur, §. sui autem. Instit. de hęr. qual.

His ita constitutis, si quis suos & legitimos habet hęredes tenetur illos hęredes instituere, vel si eos vult exhæredare oportet vt alleget legitimã causam, quæ si non probetur testamentum est nullũ, saltem quo ad institutionem, etiam si filius non dicat id nullum, quando est pręteritus. Villabos. in verbo. testamentum, nu. 44. testans de communi, debentur tamen ex eo legata. Alex. cum communi cons. 36. nu. 8. libr. 1. Si vero posthumus prætereatur non legata magna, sed tñ parua sustinentur. Alc. de pręsumpt. rei. præs. 13. cum communi. §. aliud quoque capitulum, §. siue igitur omnes, auth. vt cum de appell. cogn. auth. non licet, & auth. ex causa, C. de lib. pręt. idq; siue filij sint legitimi, & naturales in potestate constituti, siue emancipati, quibus debetur saltem legitima in bonis patris, & matris, vel adoptiui. §. 1. auth. de triente & sem. gl. in §. exhęredatos, auth. de hęr. & Falc. §. emãcipati. Inst. de hær. quæ ab int. masculi vel fęminæ, l. maximum vitium, C. de lib. præt. §. tum autem. Instit. de inoff. test. 10 Hæredes institui q necessario debeant.

Causę vero exhęredãdi recitantur in §. causas auth. vt cum de appell. cogn. primo si quis in parentes manus iniecerit, lapide fuste manu, & huiusmodi eum percutiendo & cum culpa mortali, quia si id ageretur ob patriæ vel sui alteriusue legitimam defensionem, nõ posset ob id 11 Exhęredatio quibus ex causis fieri dẽat.

suam eum receperit, & eum custodierit in proprijs sumptibus vsque ad finem vitę, tota hæreditas ad eum spectabit, sic tamen vt si testator prius testamētum confecerat, legata & alia in eo scripta, prçter hçredis institutionem, impleantur, auth. liberi. C. de ep. aud. decimotertio, si aliquis parētum in captiuitate teneatur, & liberi eius, vel vnus eorum non festinauerit eum redimere, isque captiuitatem euadat, potest filios sic ingratos exhæredare, quod si in captiuitate moriatur, & negligentia descendentium, vel aliorum hæredum abintestato, vel qui ex testamento se institutos agnouerint redemptus non fuerit, per episcopum ecclesię, vel alios ministros ecclesię ad quā ille pertinuerit, confici debet inuentariū omnium bonorum illius, & ex ipsis captiui sunt redimēdi exclusis omnino hęredibus, & si is testamentum confecerat omnia in eo contenta implenda sunt prçter hçredis institutiones, quæ procedunt modo ingratus excedat ætatem xviij. annorum, ad redimēdum tamen huiusmodi captiuū licitum est minori qui. xviij. annum excesserit, contractus celebrare, etiam alienando bona talis captiui pro eius redemptione, & tenetur captiuus redemptus stare ijs contractibus, §. si vnū de prædictis auth. vt cū de appell. cogn. decimoquarto, si parentes catholici sint, filij vero à fide defecerint, §. si quis de prędictis, d. auth. prætereà potest filius exhęredari per iniuriam verbalem ei illatam Curt. Iun. cons. 148. nu. 1. testans de cōi, & per alias causas graues similes superioribus, vel maiores. Rimi. in §. 1. nu. 538. Inst. de don. cū cōi. si tamē filius cōmissa causa ingratitudinis viuo patre, pœniteat, & veniam petat, non potest exhęredari. Villabos. in comm. op. verbo. exhęredatio. nu. 143. testans de cōmuni.

E conuerso possunt filij in aliquibus casibus exhęredare parētes suos, primo, si parentes liberos suos ad interitum vitæ tradiderunt, eos scilicet accusando de crimine ob quod pœna mortis sint mulctādi, nisi sit crimē hęresis, vel lesę maiestatis, secundo, si probetur parentes filio eum vitæ veneno maleficijs, vel alio modo insidiatos esse, tertio, si pater cū vxore vel concubina filij domi retenta se immiscuerit, quarto, si parētes liberos suos testamentum circa ea de quibus libere testari poterant, condere prohibuerint, modo supra in filio expresso, quinto, si vir vxori, vel vxor viro venenum dederit, vt interficiat, vel à mente alienet, vel aliter alter alterius vitæ insidiatus sit, filij enim exhæredare possunt parentem eum qui tale crimen commiserit, sexto, si parentes curam filij, qui iudicium rationis amiserit, non habuerint, potest enim filius sanus mente factus eos exhęredare, modo in hoc supra in casu quoque filiorum expresso, septimo, si filius vel filia in captiuitate detineantur, & parentes negligentes fuerint in curanda eorum redemptione, in quo locum habent dicta quoq; supra de filijs in tali euentu, & si parentum negligētia in captiuitate decedant vel hęredum aliorum, ex ipsorum bonis, de quibus testari poterāt, captiui, vt supra sunt similiter redimendi, octauo, si filio catholico existēte, aliquis parētum in hęresim infidelitatemue lapsus sit. §. siue igitur cum seq. d. auth. vt cūm de appell. cogn.

Quibus vero casibus exhęredare est licitum, fas est & alimēta denegare, & dotem filię subtrahere, pręter ea sine quibus vita non conseruaretur. Quod si pater non potuit exhęredare filium, vel è conuerso, quia pater subito à filio sit occisus, vel ignorarit causam exhæredationis, non possunt hæredes causam ingratitudinis obijcere & sic auferre hęreditatem, vt indigno, primo tamen casu id possent si probēt patricidium, vt alibi dicetur; Extra vero causas prędictas, nisi sint equè graues, vt quia quis sit proditor patriæ, teneri potest, quod non liceat exhęredare, vt d. Molina d. tr. 2. dispu. 176. Dubio. 1. & 2. Si vero pater in suo testamento filium inserta legitima causa exhęredauit, & postea eum recepit in suam amicitiam, si ante non confecit testamētum, non pōt eum exhęredare nisi ex noua causa, & etiam si non reuocet testamentum, censetur abolita illa causa exhęredationis, & ob id vt iniuste exhęredatus rumpit testamentum, vt ibi. dicit Molina. Quod si filius exhæredatione

dignus agat pœnitentiam ante mortem patris qui illum exhęredauit, non potest ob id obijcere hęredi scripto reditum ad meliorem frugem, vt ibi.d. Molina cum Couar. in d.c. Rainutius, nu.18. 19. de testam. nisi, vt supra, pater eum receperit in pristinam amicitiam, per professionem tamen emissam in religione probatam, ante mortem patris tollitur causa ingratitudinis pręterita ita vt exhęredari non possit, & si ante professionem erat exhęredatus tollitur huiusmodi exhęredatio. cap. si. 19. q. 3. & sequitur Molina id indistincte in d. disput. 176. in fi.

12 Hæredes instituī q. teneātur. Secundo loco, vt ad id vnde digressi sumus, reditus fiat, si testator non habet descendentes, tenetur instituere hæredes ascẽdentes in portione saltem eis debita, aliter testamentum est nullum quo ad hęredum institutionem, vel si in minori portione quàm debita instituantur agent quærela inofficiosi ad supplementum. Ascendentes vero intelliguntur necessario instituendi, vt pater & mater, si vterque tempore mortis testatoris viuat; patre vero vel matre deficienti, aui paterni, & materni sunt necessario instituendi, & si ex vna parte tantum ij aui adsint, illi soli in integra portione sunt instituẽdi, in defectum auorum proaui sunt instituendi, & sic ascendendo proximiores in gradu alijs in portione integra sunt præferendi, quod si ex parte vnius parentum sunt duo aui, vel proaui, ex parte alterius vnus tantum, portio legitima est diuidenda in duas partes ęquales, & vna diuidenda inter vtrumque auum, vel proauum ex parte vnius parentum, altera dimidia integra pertinet ad eum qui solus superest ex parte alterius parentis, auth. defuncto. C. ad Sen. contra Tertull. §. consequens autem & §. sequenti auth. de hęr. ab int. quibus tamen casibus, si testator habet fratres mares, vel fœminas vtrinque coniunctos admittuntur ad successionem ex testamento, vel ab intestato cum ascendentibus secundùm viriles portiones, vel per capita, d. auth. defuncto, quod si mater extet & auus paternus, sola mater succedit, quia in linea ascendentium non repræsentatur persona defuncti, vt in descendentibus.

Tertio loco, libertus si liberos habeat legitimos & naturales non tenetur instituere hęredem patronum, quibus deficientibus ab intestato in omnibus eis succedit patronus, ex testamento vero si in bonis habet minus centum aureis nil tenetur ei relinquere, si cẽtum vel supra, tenetur relinquere patrono tertium suorum bonorum, §. sed nostra, Inst. de success. lib. & §. multis. Silu. manumissio. q. 6.

Quarto loco, si testator habeat filios illegitimos tenetur quidem ad alimenta eis præstanda, non tamen tenetur eos hęredes instituere, potest tamen non existentibus legitimis ascẽdentibus, vel descendentibus relinquere eis omnia bona sua, l. humanitatis, C. de nat. lib. auth. licet. C. eod. tit. §. ne igitur. Vers. si vero filios. auth. quibus modis nat. effic. sui. existentibus vero legitimis descendentibus solum est licitum eis, & ipsorum matri vnicam vnciam relinquere, idest duodecimam partem suorum bonorum d. §. ne igitur, Couar. in epit. 2. p. c. 8. §. 4. numer. 11. & si mater deficiat licet eis relinquere vnciam prædictam. Couar. ibi, quod si non adsint legitimi descendentes, sed tantum ascendentes, legitima portio ascendẽtibus est relinquenda, reliqua bona illegitimis potest relinquere, §. si vero habuerint, auth. quibus modis nat. effic. sui. auth. licet. C. de nat. lib. & casu quo pater potest naturalibus filijs relinquere potest & naturalib. nepotib. pariter relinquere, vt pôt & auus instituere, deficiente legitima prole, filiũ naturalẽ aut legitimum filij sui spurij, si id fiat intuitu nepotis non patris, nisi nepos esset ex filio genito ex incestis nuptijs. Molina d. tr. disp. 166. 5. conclus. & disp. 167. 9. conclus. mater tamen tenetur si non sit illustris, relinquere legitimã illegitimis, §. 1. Inst. de incest. nupt. l. si qua illustris. C. ad Orfic. nisi sint adulterini incestuosi filij pręsbiterorum, qui etiã à bonis matris excluduntur. auth. ex cõplexu. C. de incest. nupt. nõ tñ ab alimẽtis, vt sup. Qd si parentes præter narrata superius aliqd filijs illegitimis reliquerint, vel dederint peccãt mortaliter dãtes & accipientes si sũma notabilis sit, & est restituẽdũ

acceptum post mortem dantis illius hæredibus scriptis si habet vel venientibus ab intestato, ante mortem vero ipsi dantis, Bar. in l. si. ff. de his quibus, vt ind. Couar. in epit. 2. p. c. 8. §. 5. nu. 3. 8. Clarus li. 3. sent. §. testamentum, q. 31. Si vero pater bona sua relinquit extraneo sine vllo grauamine, vel conditione, ea tamen spe quod illegitimo aliquid det, tunc sic institutus non tenetur ei aliquid dare, etiam si certo sciret patrem non reliquisse ei si non sperasset quod illegitimo daret, si tamen aliquid dat spurio, licite id potest retinere, Couar. d. §. numero 8. Quod si parens aliquem inscium instituat suum hæredem, & eum grauet, vt hæreditatem, vel partem eius restituat filio spurio, valet institutio, & nil tenetur restituere spurio, & idem licet conscius sit se institui & grauari illo modo, dummodo ipse ad id se non adstringat, imo si hæres instituatur, & testator eum coget vt hæreditatem, vel partem eius restituat spurio, modo publice nec occulte ad id se obliget, valet institutio, nec tenetur aliquid dare spurio, Couar. d. §. 5. nume. 7. sed si sic hæres institutus palam vel occulte se illi astrinxit restiturum hæreditatem filio spurio, mortaliter peccauit simul cum testatore, & filius si eo titulo bona accipiat, ea bona pertinent ad fiscum, l. 3. in princ. §. cum ex causa l. penult. ff. de iu. fisci cum omnibus fructibus etiam ante litem contestatam, & is fiscus est ecclesiasticus, si hęres est clericus licet pater & filius sit laicus, & econuerso si pater est clericus, & hæres laicus pertinent ad fiscum secularem; in foro tamen conscientiæ si hęres nil promisit testatori, sed ex sua liberalitate, vel gratitudine partem hæreditatis, vel totam tradidit filio spurio, in nullam incidit pœnam, & vbi incidit in pœnam quia ad id se fide astrinxit, sentit Couarr. d. numero 9. cum Soto, quod teneatur hæres etiam nulla expectata sententia id fisco restituere, in quo tamen, Molina disput. 169. 5. conclus. dissentit, mihi tamen plus applaudet opinio Soti, quia id non est simplex pœna quæ non debetur ante condemnationem, sed potius modus, & initium vitiosum, ideo non acquirit eius rei dominium; quo tamen casu in foro fori si hęres interrogetur à iudice an fidem præstiterit de restituenda hæreditate spurio, non tenetur respondere nisi id sit semiplene probatum, vt ibi. dicit Molina cum Couarr. probabile tamen est, quod si ante latam sententiam is tradat aliqua ex ijs bonis spurio liberaliter, & nō ob fidem datam, quod filius possit id retinere, & si ea tradit putans se ad id teneri, sic accipiens tenetur id restituere fisco, tenendo prædictam opinionem. Quod si duo habentes filios spurios conueniant inter se de instituendo inuicem spurios, inualida est huiusmodi dispositio, vt ibi. dicit Molina, & si quis spuriū suum instituat hæredem ea conditione si post mortem testatoris princeps eum legitimet, valet institutio, vt ibi. d. modo statim petatur legitimatio, nec semel etiam denegetur. Si vero filij sint legitimati per subsequens matrimoniū, vel à principe, ita sunt instituendi, vt & legitimi, vt dicit Molina d. tracta. 2. disput. 172. 173. Secūdo modo si sint legitimati viuente patre secus si post. §. his igitur, auth. quibus modis nat. eff. leg. glos. & Docto. in l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth. & etiam debetur in bonis paternis alio modo legitimatis, licet ij modi nunc non sint in vsu. Fern. in d. l. in quartam. 2. pręf. cap. primo, numero 9. & posthumis si viui nascantur, §. posthumi. Instit. de exhęr. lib. & ingredientibus religionem quæ capax sit successionis, auth. ingressi. C. de sacr. eccl. l. fin. §. 1. C. de ep. & cler. & exhæredatis bona mente, non autem ob ingratitudinem, & etiam nepotibus in bonis aui, mortuis filijs, & quandoque filijs eius quæ dote contentę renuntiauere bonis paternis. Fern. in l. in quartam cap. 1. num. 11. 12. 13. Guid. Pap. decis. 598. nu. 2.

Quinto loco, licet frater non teneatur necessario instituere fratrem hæredem ad hoc vt testamentum per eius præteritionem non rumpatur, si tamen is instituat hęredem extraneum laborantem infamia iuris, vel facti, qui inter probos ęstimaretur vilis, vel prauorum mo-

morum, vt si esset ebriosus, vel ludo dilapidaret omnia, tunc enim concedetur fratri quærela inofficiosi testamenti, nisi frater præteritus etiam infamia laboraret, vel testatori fuisset ingratus, mortem illi intentando, vel actionem adversus eum sine causa excitando, vel illi procurando amissionem omnium, vel maioris partis bonorum, & prædicta intelliguntur etiam si frater præteritus sit saltem consanguineus ex parte patris, quia si sit frater tantum ex parte matris non conceditur ei actio, vt nec filio fratris loco defuncti, nec si seruus defuncti esset institutus hæres, l. 3. l. fratris l. fratres, C. de inoff. test. ver. soror autem, Inst. de inoff. test.

Quod vero dictum est, rumpi testamentum, si filius vel ascendens sint prę teriti, intelligitur non si non sint instituti hæredes in omnibus bonis, id enim non est necessarium ad hoc ne testamentum rumpatur, sed intelligitur quando non est eis relicta debita legitima portio. Hæc autem portio legitima talis est, quod si testator quattuor, vel pauciores filios habet, legitima sit tertia pars bonorum inter ipsos æqualiter diuidenda, si vero plures sint quàm quattuor, legitima sit dimidium bonorum, masculi vel fœminæ sint, §. 1. & 2. auth. de triente & semisse, auth. Nouissima, auth. vnde si pater, C. de inoff. test. legitima vero debita ascendentibus est tertium bonorum testatoris, vt d. glos. in d. auth. nouissima, & esse communem opin. Doct. testatur Molina, d. tractat. 2. disput. 159. ver. de iure communi. Aduertendum prætereà differentiam esse an quis descendens, vel ascendens sit pręteritus in testamento, sic enim omnino rumpitur testamentum saltem quo ad institutionem hęredis, & idem si sine causa sint exhęredati, si vero non sint pręteriti, sed minus legitima portione eis sit relictum, valet quidem testamentum, sed agunt actione inofficiosi testamenti ad supplementum legitimę portionis, quasi contra officium pietatis sit eis legitimam non relinquere q̃ iure naturę debetur, §. aliud quoque capitulum, §. siue omnes & §. si tales, auth. vt cum de appellat. cogn. auth. non licet auth. ex causa, C. de lib. pręt. & vbi pręteriti sunt, vel sine causa exhæredati, ab intestato succedunt, sic tamen vt legata in ijs testamentis contenta fideicommissa libertates, dationes tutorum & alia huiusmodi adimpleantur, d. auth. non licet & auth. ex causa.

Aduertendum vero, pro intelligentię prędictorum, quod nomine descendentium, intelliguntur tam per paternam quàm per maternam lineam, & tam emancipati quam non, etiam si posthumi sint l. maximum vitium, §. penult. & fi. C. de lib. pręt. §. sed hęc quidem, Instit. de exhęred. lib. §. aliud quoque capitulum, auth. vt cum de appellat. cogn. & etiam illegitimi legitimati, vbi portio est illis debita in bonis ascendentium, l. si suspecta, §. 1. ff. de inoff. testam. & ex quacunque alia causa portio sit debita descendentibus, vt filij spurij possunt agere de inofficioso testamento matris, si mater non sit illustris, & coitus non sit punibilis. Couar. in epit. 2. part. capit. 8. §. 4. nume. sexto. Vbi vero, licet ascendentes possint relinquere ex testamento aliquid illegitimis, non tamen tenetur, non habet in eis locum quęrela pręteritionis, exhęredationis, vel inofficiosi, vt dicit Couarr. loco cit. Nomine vero ascendẽtium qui pręteriri non possunt, ij omnes intelliguntur, qui descendentibus de quibus supra est dictum in eadem linea respondent. Aduertendum prętereà dum dictum est testamentum in quo aliquis indebite est pręteritus, vel sine causa exhęredatur, esse nullum, intelligitur nisi in eo sit apposita clausula codicillaris, quia tunc hęredes venientes ab intestato grauati censentur restituere incremẽtum vltra legitimam, detractis tamen ab eo legatis, ei cui hęreditas in illo testamento erat relicta, vt d. Molina d. tract. 2. dispu. 175. col. 1. 2. 3. & vbi ex prędictis causis rumpitur testamentum, inualidatur tantum quo ad hęredis institutionem, firmis manentibus legatis & alijs in eo cõtentis, vt supra est dictum, nisi quando posthumus est pręteritus quia pater ignorabat vxorẽ esse grauidam, vel quia credebat eam mortuam, & huiusmodi, tũc enim non valet

etiam.

etiam legata in eo vel fideicommissa relicta, quia præsumendum est patrem ea non fuisse instituturum, si conscius fuisset se filium habere arg. l. si cum vel, in vtero. C. de testam. mil. Clarus, d. §. testamentum q. 46. ad fi. nisi sint legata pia eiusmodi de quibus arbitrio prudentis præsumendum sit testatorem esse relictu rum etiam si conscius esset se filium habere, & idem de legatis non pijs, de quibus consideratis circunstantijs concurrentibus idem esset credendum, secus de alijs legatis pijs vel non, de quibus præsumendum sit quod testator ea non reliquisset si id sciuisset, vel res esset dubia, quia in fauorem filij est iudicandum, vt ibi dicit Molina, Vers. Intelligendum preterea est, circa medium. Aduertendum præterea ad hoc vt filius non censeatur præteritus, & sic vt testamentum non censeatur inualidum, non satis esse si parens filio titulo donationis legati, vel huiusmodi relinquat tantum, vel plus quàm sit legitima, sed oportet vt in hac portione hæres sit institutus, §. aliud quoque capitulum, auth. vt cum de appellat. cog. Couarr. in cap. Rainutius §. 1. de testam. Clarus, d. §. quæst. 38 cum vt honorentur, tum etiam quia institutis competit ius accrescendi, non autem legatarijs &c. nisi modo quo infra, cap. de legatis dicetur, hęreditas tamen deficientis eis non accrescit.

Et idem intelligitur de ascendentibus quibus etiam titulo institutionis est relinquenda legitima portio, & non alio, vt testamentum sustineatur. §. aliud quoque, d. auth. vt cum de appellat. Et idem procedit etiam de iure canonico, vt opus sit relictum esse titulo institutionis prædictis non alio, vt testamentum sustineatur, Couarr. d. §. 1. num. 1. Clarus, d. §. testamentum, quęstione 38. & etiam in testamento inter liberos, Couar. ibi. Clarus. d. §. quæst. 8. Ver. sed pone.

Quod si quis pretereat filium causa expressa, eum tamen non exhęredans, sed dicens eum non instituo ob talem causam, validum erit testamẽtum si causa probetur quæ sat sit ad exhæredandum, vt dicit Molina d. disput 175. Ver. dubium est verum. Quod si filius commisit causam dignam exhęredatione, vel pręteritione reuera, quæ tamen probari non possit, potest tuta conscientia eam hęreditatem possidere, cum requiratur ex iure ciuili, vt id probetur, nisi fraus adhibita sit ne probaretur, vt idem ibi d. Ver. dubium est quid si filius.

Quocunque vero pacto testamentum nullum reddatur etiã ex eo quod hęres scriptus adire nolit, pręteritio, vel exhęredatio in eo facta causa inserta, redditur ipso iure nulla l. si patronus, §. ex testamento, ff. de bonis lib. l. filiũ. Ver. sed cũ exhęredatio, ff. de bo. poss. contra tab. Vt etiam exhęredatio valida sit, exprimi debet qui exhęredatur nomine proprio, vel tali nota, ex qua dignoscatur certo de quo dicatur; vt si habens vnicum filium, dicat, filius meus exhęres esto, vel si nota aliqua infamiæ eum nominet, vt exhęredo filium meum non nominandum, modo ex ea nota constet de quo dicatur, l. 3 ff. de lib. & post. oportet etiam, vt exhæredatio pure, & sine conditione fiat l. 3. §. pure. ff. de lib. & posthu. l. si quis Sempronium, in fi. ff. de hær. instit. non potest etiam fieri in partem, sed in totum est fiẽda, l cum quidam, ff. de lib. & post. potest tamen exhęredato relinqui legatum, datur tamen casus in quo potest exhęredatio fieri in partem, vt cũ ei relinquitur minus legitima, & subministratur exhęredationis causa, declarando se velle in reliquis eum esse exhęredatũ, huiusmodi .n. institutio valet, nec actio ad incrementum cõceditur sic instituto, l. omnimodo. C. de inoff. test. Vbi vero qs renuntiasset bonis paternis in euẽtu quo talis renũtiatio valet, de quo Molina tractat disp. 149. & dixi supra de commẽt. in genere, licet quis à parẽte pteriretur nõ posset ob id dicere testamẽtum nullum, vt d. Molina, d. tr. Ver. qui cum iuramento, disput. 175. Clarus, §. testamentum, q. 43. quod intelligitur si renunciatio in ipsa testamenti confectione fiat, secus si fiat ante confectionem testamenti, l. non potuit. §. si quis sua manu, ff. de bo. poss. con. tab. quia primo casu est renunciatio cũ pacto successioni paternę de futuro, quod inualidũ est, secundo modo est renunciatio iuris de presenti quod valet.

23 Legitima quibus debeatur, q̄-ta sit, an possit minui, vel ei grauamē imponi.

Sunt tamen aliqui casus in quibus valet renuntiatio partis legitimę in bonū alicuius filij, accedente patris consensu, in quo pater perseueret vsque ad mortem, primus est si fratres inter se conueniant circa vinculum, & propter vinculum maioratus in imminutione, vel alio grauamine in suis legitimis in quibus patri, vel matri debent succedere, patre consentiente & perseuerante in consensu vsque ad mortem, quia tunc valet conuentio filiorum l.fin. vbi glos. C. de pact. & idem est in fratribus, similiter si quis post mortem eius qui ipsum exhęredauit pręterijtue, expresse consentiat in tali testamento, vel tacite, vt si acceptet legatum in eo testamento sibi relictum vel eius filio, aut seruo, non protestando, se ea de causa non cedere iuri suo, vel si fuerit aduocatus aut procurator, vt legatum, vel aliud ex eo testamento aliquis consequatur, vel alias tacite illud approbet, non potest deinceps agere aduersus huiusmodi testamentum tamquàm nullum, vel quærelam inofficiosi aduersus idem intentare l.penul. §.fin.l.vltim.l.si pars, §.fin. l. nihil interest, ff.de inoff. testamen. Si tamen minor, vel dum testamentum conficiebatur consensit in sui præteritione, vel exhæredatione, vel post mortem patris tacite, vel expresse idem testamentum confirmauit, conceditur ei, si notabiliter est lęsus, restitutio in integrum vsque ad viginti nouem annos ætatis suæ; Secundo, si quis sit institutus, sed in minori portione quàm sit legitima integra, si post mortem patris illam etiam portionem petat & recipiat, & etiam si det chirographum hæredibus se illam recepisse absque protestatione, quod sibi maneat ius ad incrementum, adhuc manet ei ius ad incrementum, nisi specialiter dicat, vel pactus sit se ea portione esse contentum, l. si quando, §. & generaliter, C.de inoff. testamen. tertio, Si quis sine causa inserta esset præteritus, vel exhęredatus, & in eo testamento essent instituti hęredes venientes ab intestato, quorum interesset testamentum, quo ad hæredum institutionem esse nullum, quia simul cum eis sit institutus extraneus, & ob id potiores portiones fuissent recepturi ab intestato ob eius exclusionem, quàm ex testamento, tunc etiam si filius præteritus, vel exhęredatus post mortem testatoris, illud testamentum approbaret, nil omnino impediret, quominus quiuis aliorum possent agere de nullitate, l. si post mortem, §. fin. vbi Barto.& alij. ff. de bon. possess. contra tab. sed si præteritus, vel exhæredatus esset cum causa, tunc quia testamentum non est ipso iure nullum, sed concederetur quærela sic præterito ad id annullandum, si causa inserta non probaretur, si tunc talis filius illud approbasset, non possent reliqui hęredes illud improbare. Quod si filius præteritus, vel exhęredatus causa non inserta viuente patre moritur, reconualescit tale testamentum morte eius, dummodo qui ab intestato hęredes erant futuri, instituti in eo sint, & conceditur illis bonorum possessio secundum tabulas, l. posthumus præteritus. Ver. idem, & circa. vbi Docto. ff. de iniusto rupt. & irrito. Vbi vero filius legitime est præteritus, vel exhæredatus, & tempore mortis testatoris viuit, tunc filij eius nullum ius habent ad bona aui qui illum exhæredauit, qui tunc non tenetur eos instituere in portione alioqui debita filio, vt dicit Molina, d. disputat. 175. quando vero testamentum est nullum ipso iure, quia filius non inserta causa legitima est præteritus, vel exhæredatus, tunc tali filio competit actio intra triginta annos à morte testatoris ad illud dicendum nullum, quibus elapsis, non potest eam quærelam intentare aduersus hęredes in eo institutos. Couarr. in capitulo Rainutius, in principio nume. 1. cum seq. de testam. & eidem filio competit remedium possessionis bonorum contra tabulas l. posthumo nato. C. de bon. possess. contra tabulas, l. maximum vitium, §. sancimus. C. de lib. præt. §. sunt autem, & §. nouissimè. Insti. de bon. possess. quod remedium licet filijs, & parentibus duret solum per annū. §. cum igitur. Instit. eo. alijs verò spatio cētum dierum. d §. l. 2. C. qui admitti. habet hoc tamē commodum.

dum, q huiusmodi tempus incipit tantum à tempore scientiæ. d.l. 2. id verò q est iuris ciuilis, cum hoc sit de iure prætorio, currit etiã ignoranti. Quando verò filius in potestate causa legitima inserta ex causa legitima preteritus est vel exheredatus inserta in testamento, & sic testamentum non est ipso iure nullum, sed venit annullãdum per querelam inofficiosi, tunc competit filio actio ad intentãdam eam querelam quinquennio tantum, nõ à morte testatoris, sed à puncto aditæ hæreditatis computando, quo quinquennio elapso non potest eam amplius intẽtare. l. si quis filium. in fi. cum l. scimus. §. illud præterea. C. de inoffic. test. l. 2. C. quibus causis restit. in integ. necess. non sit. Couarr. d. c. si tamen tunc filius exheredatus minor sit vigintiquinque annis quinquennium computatur tantũ à vigintiquinque annis ætatis suę. d. l. 2. Similiter si filius sit emancipatus, qui præteritus sit, vel exhæredatus absque legitima causa, testamentum est nullum, & competit ei actio intra triginta annos sicut filio existenti in potestate. Couar. d. c. in princ. nu. 3. Clar. d. §. testamentum. q. 40. Quòd si filius emancipatus preteritus sit inserta legitima causa, talis filius potest tantum petere bonorũ possessionem contra tabulas, q remediũ durat tantum per annum. §. eadem hæc. Instit. de hæred. quæ ab intest. Clar. d. §. q. 42. vel q idem remedium competit ei q & filio in potestate extanti, si sit præteritus, vel exhæredatus inserta legitima causa ex iure authenticorũ: vt d. Molina d. disput. 175. in fi. vbi & remissiuè docet modos quibus præteritus, vel exhæredatus non inserta legitima causa, potest dicere testamẽtum nullum, & modos quibus ea inserta possit intẽtari quærela inofficiosi, & contra quos, & an tale ius ad hæredes transmittatur.

Vbi verò hæres suus institutus fuit, sed in minori portione legitima ei debita, valet testamentũ, nec infringi potest, siue portio in qua est institutus sit quota hæreditatis, vel res aliqua certa, sed tantum illi permittitur actio ad supplemẽtum vsque ad integram legitimam portionem. l. omnimodo. C. de inoffic. testa. §. hæc autem. auth. vt cũ de appell. cogn. Qñ verò pater iam dotarat filiam, satis est eam instituere in dote quam accepit, sic enim nõ competit ei actio ad infringendum testamentum, sed solùm ad supplementum legitimæ, in qua dos est computanda. Clarus. d. §. testamentum. q. 44. nec filius agit ad incrementum legitimæ, si sit institutus in minori portione quàm ea sit, & addita est causa legitima ingratitudinis. l. omnimodo, supra alleg. Sed si filius sine causa legitima ingratitudinis in testamento expressa institutus sit in minori portione quã sit legitima, licet post parẽtum mortem eam petat & accipiat sine vlla protestatione, & det chirographum hæredibus se illam accepisse, potest tamẽ agere ad supplementum, dummodo expresè nõ dixerit, vel sit pactus se ea esse contentũ. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. test. Actio verò ad complementum legitimæ competit aduersus hæredes, & legatarios, vt pro rata contribuant. glo. in d. l. omnimodo. & durat hæc actio vsque ad triginta annos, & etiam hoc ius transit ad hæredes eius qui in minori portione quàm legitima sit, est institutus. l. si quis filium. C. de inoffic. testam. Molina d. tr. 2. disput. 177. post princ.

Legitimæ quoque debitæ descendentibus nullum grauamen, modus, conditio, vel dilatio à testatore potest apponi, aliter prædicta sunt ipso iure nulla, licet testamentum per hoc non annulletur. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. test. & idem de legitima debita ascẽdentibus in bonis descendentium. glo. in §. si verò expressim. authen. de hæred. & Falc. Nec censetur appositum grauamen legitimę ex eo q quis filio suo vulgariter alium substituat, vt si filius meus hæres non erit, substituo illi Petrum, nec etiam si filio substituit pupillariter; & etiam si ei cui debetur legitima instituatur in omnibus bonis, & grauamen apponatur omnibus bonis, non obstante quòd hæres post mortem testatoris adeat hæreditatem, & ea fruatur, & q maius sit emolumentum ex incremento vltra legitimã, quàm detrimentum grauaminis, inualidum est tale grauamẽ quò ad legitimã, vali-

non tamen tolli omnino potest, nec ita minui, vt minor sit quàm sufficiat ad alimenta, etiam si agatur de legitima parentibus debita: vt dicit Couar. in epit. 4. decret. 2. p. c. 8. nu. 5. & est communis opinio. Cagno. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iuris. Dec. cons. 19. Villalobos, sic concilians ex communi, in verbo, legitima ex causa. nu. 62. quæ tamen legitima tollitur præscriptione triginta annorũ. Bald. in l. licet. C. de iure delib. quo tamen casu alimenta debentur filijs, non autem ascendentibus. Guid. Pap. q. 88. vt & filij priuantur legitima ex crimine proditionis patris. l. quisquis. §. 1. C. ad legẽ Iul. maiest. & etiam ex crimine hæresis. authen. gazaros. C. de hæret. cap. vergentes. co. in 6. vt & amittitur legitima si pater vendat, & dissipet omnia bona sua. l. in re. C. mand. amissa tamen à patre in ludo prohibito reuocari possunt vsque ad legitimam si immobilia sint. Bal. in l. 1. in fi. C. si quid in fraud. patroni. Ias. in l. ait prætor. §. sed si quis. 2. col. de iureiur. vt & immensæ donationes patris reuocantur vsque ad legitimam. l. precibus. C. de inoffic. donat. etiam si filio aliquo sit donatum. l. 2. l. si filius tuus. C. de inoffic. donatio.

14 Legitima in quibus bonis debeatur.

Optio verò filij est in quibus bonis velit sibi legitimam dari iudicis tamen, vel boni viri arbitrio. l. scimus. C. de inoffic. testa. vnde non potest cogi, vt in pecunia eã inuitus accipiat, sed ex ipsis bonis hæreditarijs est detrahenda. §. 1. de triente, & sem. d. l. scimus. §. repletionẽ. vbi Bal. licet debeatur nepotibus, vel ascẽdentibus. §. 1. §. & hęc omnia. de triẽte, & sem. non tñ ex re meliori, vel viliori, sed mediocri. Guid. Pap. decis. 608. Ias. in d. l. scimus. Alex. in l. in quartã. ff. ad leg. Falc. Castr. cons. 254. Dec. cons. 81. vt nec in vsufructu solum constituitur. d. l. scimus. nec pater statuere potest, vt pro legitima filius pecunia sit contentus. Bal. & Doctor. in d. l. scimus. §. repletionem. nisi in Regno, Comitatu, Ducatu, & alijs dignitatibus, si alia non adsit consuetudo. Guido Pap. decis. 486. & 487. Boer. decis. 204. nu. 14. Bened. in c. Raynutius. verbo, in eodem testamen. 1. nu. 145. cum hæc vix sine corruptione diuidi possint. Bal. in §. præterea. de prohib. feu. alie. & idem in familijs nobilium, quæ ex lege maiorũ indiuisibiles sunt, cum reipublicæ intersit eas integras seruari. l. 1. §. pen. ff. de ve tre inspic. & multo magis si statuto, vel consuetudine caueatur, vt filius in legitima pecuniam accipere teneatur: & si filius legitimam in pecunia sibi relictã acceptauerit, non potest petere in corporibus hæreditarijs. l. si quãdo. §. sed hoc. & § fi. C. de inoffic. test. nisi sit minor qui aduersus eam agnitionem ex causa restituitur. arg. l. si in emptionem. ff. de min. vt quia res fuit maiorum. d. l. nec pater potest contrarium decernere, ꝙ in pecunia soluatur, vt supra, modo ibi exposito. Bald. in d. §. repletionem. vt nec pater potest statuere, vt cum legitima compensetur id ꝙ filius sibi debet, nisi debitum esset eius naturæ, vt cum legitima esset compensandum, vt est dos promissa, & donatio propter nuptias. l. si cũ dotem. §. si pater. vbi Alex. de iure dot. Bal. in l. cum patrem. C. eod. tit. nisi sit legitima debita parentibus, quia filius per ea potest pecuniam, vel aliquid certum assignare. Francus in c. si pater. de testamen. in 6. quæ & capitur ex donationibus factis primogenito, & de bonis quę fuerũt defuncti ante donationem factã primogenito. Doct. in l. 1. in 6. q. C. de inoffic. donat. & similiter ex inofficiosis donationibus, & dotibus, vt supra.

Quòd si quæratur à quibus sit legitima petenda an ab hærede tantum, vel & legatarijs, distinguendum est, vt supra, ꝙ si per legata sic sit diminuta legitima, vt hæredi nil supersit, falcidia deducta, ex quo legitima possit suppleri, tunc agi potest contra legatarios ad supplementum, secus si ita nõ remaneat diminuta legitima. l. si ex patronis. l. si libertus. §. 2. ff. de bo. lib. in omni tamen casu prius est conueniendus hæres, vt cognoscatur quid apud eum remaneat. §. cæterum. authen. vt cum do appell. cogn. l. omnimodo. C. de inoffic. test. l. moschis. ff. de iure fisci. Bald. in rubr. ff. de rer. diu. & pro legitima accipienda adeundus est iudex, hærede vocato, vt suppleat, filius enim eam non potest propria authoritate accipere, nisi in re certa sit relicta. Bald. in l. 2.

15 Legitima à quib. sit petenda.

l.2. ff. quando & quib. quarta pars idem. in l. si quis in suo. de inoffic. testam. nisi hæres illam possideat, quia tunc est adeundus. l.3. C. de pign. imò filius si vi illã rem acciperet posset ea priuari. l. non dubium. C. de leg. nisi aliud habeat consuetudo: vt dicit Guil. Bened. in d.c. Raynutius. verbo, mortuo itaq; testatore. 2. nu. 66. & 67. & ita vocato hærede deductio prius est fienda æris alieni, impensæ funeris, & libertatum datarum, & postea legitima extrahet. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffic. testam.

16 Legitima quando debeatur. Debetur verò legitima regulariter tantum post mortem patris, cum viuentis non sit hæreditas. Bart. in l. si fortè. ff. de castr. pec. l. 1. ff. pro hærede. l. hæreditas. de reg. iur. Nisi in quibusdam casibus: primò, si pater id velit largiẽdo aliquid in vita pro legitima filio, potest enim suo priuilegio renunciare, vt solet fieri cum filij emancipantur, vel vt inde negotientur. l. cum quo. §. fi. ff. ad leg. Falc. qua legitima consumpta nõ tenetur pater ei aliam relinquere. Bart. & Castr. in l. si cum dotem. §. si post. ff. sol. matr. Secũdò, vt dotet filiam ad ꝙ tenetur. l. qui liberos. l. qui constituere. ff. de ritu nupt. Tertiò, si filius pro ære alieno, vel crimine capitali sit detentus, tenetur ei legitimã dare, & vltra post non tenetur aliud dare. Ben. in d.c. Raynutius. ver. in eodẽ testam. 1. nu. 214. & 215. Quartò, si filius iudæus ad fidem Christianam conuertatur. Io. And. in c. iudæi. de iudæis. vbi tamen Felin. contrarium tenet. Quintò, si pater ingreditur religionem. c. cum scimus. de regular. auth. ingressi. C. de sacr. sanct. eccles.

17 Legitimæ quantitas vt dignoscatur. Quo verò ad cognoscendum quanta sit quantitas legitimæ, deduci prius debent ea de quibus supra, & alia quæ habentur in l. fi. §. in cõputatione. C. de iure delib. & ijs collatis, habenda est ratio valoris vniuersæ hæreditatis, quę fuit tẽpore mortis testatoris. l. cum quæritur. C. de inoffic. testa. vnde filij qui moriuntur viuente patre non considerantur ratione legitimæ, maximè si filios non relinquant, quia tunc ij filij per stirpes cũ patribus succedunt, vt dixi cap. 57.

Crescit verò quandoque legitima, vt si quando dos est data facultates patris erant tenues, quæ post auctæ sint, & peti potest supplementum etiam si filia bonis paternis simpliciter renũciarit, quia intelligitur tantum de præsentibus. l. cũ quo. §. fi. ad leg. Falc. Bal. in l. pactum q̃d dotale. C. de collat. in l. quãtis. C. de fideicom. Castr. & Alex. l. in ratione. ff. ad leg. Falc. nisi id suffecisset eo tempore, & maximè si accessit iuramentum, quia tunc nõ augetur legitima, vt nec minuitur si facultates decreuere: vt dicit Boer. decis. 62. dicens ita iudicatum fuisse.

Imputanda porrò quandoque aliqua sunt in legitima, vnde si nulla est facta renunciatio, & auctæ sint facultates, vel minus legitima sit acceptum, imputabit filia in legitima dotem quam accepit, & omnia eius necessaria, vt vestes, annulos, torques, & huiusmodi. Bart. & alij in l. in quartam. ff. ad leg. Falc. Castr. cons. 120. Alex. cons. 27. nisi iam sint accessoria consumpta. Fern. in d. l. in quartam. art. 3. c. 3. nu. 9. Similiter imputatur religioso, vel religiosæ in legitima, ꝙ in ingressu monasterij ei est datum. Bar. in l. Titio centum. ff. de condit. & demon. & idem de donatione filij facta propter nuptias. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testamen. & id ꝙ pater donat filio contemplatione matrimonij. Bart. in l. frater à fratre. de condit. & demonst. & idem de alijs donationibus ei factis ob causam, vt militiæ. l. omnimodo. §. impuberi. ff. de inoffic. testam. nisi ob merita sint datæ. gl. in auth. vnde si parẽs. C. de inoffi. testam. vt & aduentitia non imputãtur, vel communicantur. l. fi. C. de collat. vnde lucrum proueniens ex industria filij operantis nomine proprio non patris ẽt in rebus, & pecunijs paternis non imputatur, vt aduentitium ex causa industriæ filij. Bart. in l. cum oportet. ff. de bo. quæ lib. nec donata filijs, quæ non sunt transmissibilia ad hæredes, vt victus, alimenta, vestitus, nec quæ pro honore filijs impetrando consum[unt]ur. l. 1. vbi gl. de mun. & hon. nisi fiat animo repetendi vbi filius alia etiam bona habet. Alex. in add. ad Bar. in l. 3. §. fi. de mun. & hono. vnde expensa pro filio in Doctoratu, & Sacerdotio non imputantur. Bart. in l. 1. §. nec castrense.

18 in Legitima q̃ sint imputanda.

castrense. ff. de collat. nisi dando protestetur se pro legitima dare. l. cum quo. §. fi. ff. ad leg. Falc. donata etiam à patre q̃ efficiuntur peculij castrensis vel quasi, vel eo nomine aliundè quæsita, non imputantur in legitimam filij, vt equi, arma, &c. l. si filius. l. fi. C. fam. ercisc. Bart. in l. 1. §. nec castrense. ff. de coll. bon. nec libri dati licentiato, vel doctori. Ias. in l. filiæ licet. C. de collat. & idem de clericis: vt ibi dicit, nisi filij sint vitæ malæ, vel tēpore donationis renunciarint successioni, vel nisi dixerit pater dum dat se dare pro legitima. Bar. in d. §. nec castrēse. Bal. in d. l. pactum dotali. l. quę pater. ad leg. Falc. quę si non adsint impensum pro filio causa studij nō imputatur in legitima etiam si post pater id moriens dixerit. l. pater filium. ad leg. Falc. cū perfecta donatio non reuocetur, nec modū aut conditionem admittat. l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo. & idē si libros simpliciter ei dederit, nec retulerit in calendarium, vt imputaret si pater eius ꝓfessionis non sit. l. filiæ cuius. C. fam. ercisc. Castr. cons. 184. sed si est eius professionis, vt doctor, censetur eos libros emere filio loco peculij, & sic imputantur filio æstimatione tamen currenti mortis tempore testatoris non ante, vel conferendo pretium libris retentis. l. fi. de pec. leg. Ias. in d. l. filiæ licet. nu. 10. C. de collat. vt nec imputantur impensa pro habendo beneficio pro filio. Arnold. in cōsuet. Burdig. lib. 2. §. 10. Imputantur tamen quæ empta sunt pro filio, & vendibilia sunt & transmissibilia ad hæredes, si ex pecunijs patris sunt empta vsq; ad pretium expensum, vt sunt officia, militia, feuda, iuxta modum. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. test. sed quæ nomine filij sunt empta, & cum persona extinguuntur, vt inde lucrum aliquod ad eius hæredes transmittatur, si protestatio nō sit præmissa, non conferuntur nec imputantur. l. 1. §. sed an id. ff. de collat. bo. sed si dantur cum hac conditione vt imputentur, vel inter viuos dentur, vel causa mortis, imputantur & agitur tantum ad supplementum. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. test. secus si nil de hac imputatione est dictum. gl. in d. l. Bar. in l. in quartam. ad leg. Falc. licet tunc imputentur in falcidiam. l. cum quo. §. fi. ad leg. Falc. cum antequam computetur legitima deducēdum est æs alienum, ideò hæ donationes deducentur nec imputabuntur, cum factæ nō sint tempore mortis patris. l. cum quæritur. C. de inoffic. testam. vt est in donationibus factis filijs emancipatis, quæ statim valent. l. 2. ff. de imm. don. vel in potestate extantibus de vsufructu aduētitiorum, vel aliorum cū iuramento. l. cum autem. de bo. quæ lib. Bal. & Alex. in l. si donatione. C. de collat. vt nec imputātur si princeps filio suo dederit. l. pen. C. de donat. inter virū. l. si constante. C. de donat. inter. secus in donationibus, quæ nō valent in vita testantis, sic enim filijs imputantur. Bar. Ang. Imo. in d. l. in quartam. vt & ꝙ ex patris iudicio vltimo sunt consecuti, vel iure institutionis, legati vel fideicōmissi. Bar. Castr. Imol. in d. l. in quartam. exceptis fructibus, qui non computantur in legitima. §. prohibemus. authen. de triente, & semiss. nec donata filijs in actis si donatio in vita non sit reuocata. Castr. in l. omni modo. ff. de inoffic. testamen. oportet demum, vt supra est dictum in successione, quòd legitima debet relinqui titulo institutionis, aliter agent ad supplementum si minus est ea relictum, & si nihil quærela inofficiosi. l. omnimodo. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. id etiam aduertendo differre legitimam debitam descendentibus à debita ascendentibus, ꝙ filius rogatus de hæreditate restituenda duas quartas detrahit legitimam, & trebellianicam, parentes verò vnam tantum. c. Raynaldus. de testam. Secundò, ꝙ filius grauatus de restituēda hæreditate non imputat fructus in quartam trebellianicā, parens sic. l. iubemus. C. ad Trebell. l. filius familias. ff. ad legē Falc. præter alias differentias, quas congerit Fern. loco cit. nu. 15. & 16.

Ver. Quibus modis testamenta irritentur, vel reuocentur. 19

Testamēta qualiter irritentur.

SVnt & alij modi quibus testamenta irritantur, pręter supra enumeratos: primò, si testamētum sit deletum, intercisum,

cisum, vel inductum ex voluntate testatoris mutare volentis voluntatem. l.1.l. proximè.ff.de ijs quę in test.leg.l.vnica. si tab.test.ext. & si testamentum reperitur cancellatum penès testatorem, præsumitur de eius volũtate.Ias.in l.si vnus. nu.9.C.de testam. Secundò, si desint solemnia, de quibus supra, nisi solemnitas omissa sit leuis, sic enim non vitiat. Ias. in d.l.si vnus.nu.4.cum communi. si nõ sit absolutum vnico contextu, si non recitatum testamentum etiã nõ solemne. l.hęredes palam.de testa.l.fideicõmissa. §.quoties.ff.de leg.1. Tertiò, si qui fecit testamẽtum postea incapax est effectus, vt quia capite est minutus etiã minima capitis diminutione. §.alio autẽ modo. Instit. quibus modis test.infir. vt si se alteri arrogandum dederit. §.minima. eo. & eo magis si maximam capitis diminutionem incurrat.§.maxima.eodẽ. nisi tẽpore mortis sit in statu legitimo, quia tunc reconualescit. §.non tamen per omnia.Instit.eod.similiter si quis post testamentum factum adoptauerit sibi filium vel arrogauerit, sic enim testamentum ante factũ, vt agnitione sui hęredis rumpitur.§.1.Instit.eod. Similiter per legitimationem filij postea factam per subsequens matrimonium, vel rescripto principis. Tiraq.tr.de retr.§.1.gl.8.Similiter si posthumus nascatur testatori .i. filius, post testamentum factum, vel eius mortem præteritus à testatore, si viuus egrediatur totus vterum maternũ, etiam si statim moriat͛, secus si egressus est mortuus, vel si monstrum sit anima rationali non formatum.l.1.& 2.C.de posth.hæred.instit.l.1.& l.posthumi. ff.de iniusto rupto.§.posthumi. Instit.de exhær.lib.l. posthumo nato.C.de bon.poss.cont.tab. si tamen viuente patre post testamẽtum factum moriatur, recõualescit testamẽtum.l.posthumus.in princ. vbi Barto.de iniusto rupto. Similiter irritum est testamẽtum si quis aliquem testari coegerit in sui fauorem vel alterius.l.1. C.si quis aliquem test.prohib. vel coeg. nec valet etiam in fauorem alterius quàm cogentis.l.1.§.1.ff.si quis aliquem test.prohib. vt & is expellitur qui causa est ne testamẽtum fieret, vel ne factum mutaretur. l.2.ff.eod.l.1.C.eod. Vel si metu cadente in constantem virum sit factum, vel metu reuerentiæ patris mariti, vel si testes cogantur.l.1.l.metum, magna. ff.de eo quod met.cau. Ang.in §.quadrupli. Instit.de act.l.qui testamento.in fi.ff.de testam. & similiter si quis in carcere detineatur, vt obliquè, vel directè testari cogatur.l.qui in carcerem.de eo quod metus cau. secus si eo remoto in carcere testetur, ꝙ valet factum ante cõdemnationem, si aliud non impediat. Guil.Bened. in d.c.Raynutius. verbo, mortuo itaq;. 1. nu.22. modo quo supra alibi. Similiter corruit testamentum si hæres non adeat hæreditatem, vel eam repudiet. l.si nemo. ff.de testam.tut. l.eam quam. C. de verb.sign. vel si hæres mortuus sit tẽpore testamenti conditi putante testatore eum viuere.l.vnica. §.in primo. C.de cad.toll. vel si hæres moriatur ante testatorem.d.l.vnica.§.in secũdo. vel si hæres scriptus moriatur ante hæreditatem adicam.d.l.§.in nouissimo.excepto si moriatur intra tempus datum ad deliberandũ. l.quoniam. C.de iure delibe. & exceptis casibus notat. per gl. & Bart. in l.ventre præterito.de acquir.hære. vel inter liberos.vt in l.vnic. C.de ijs qui ante ap.tab. vel si is qui est institutus hæres incapax sit successionis, de quo supra, si deficit cõditio sub qua est institutus, & hmói.

Vbi verò testamentum deficit, valent tamẽ relicta ad pias causas, & causa debet tractari coram iudice ecclesiastico, & si tractetur coram seculari est terminanda secundùm canones, non leges ciuiles: vt dicit Silu.testamentum. 1.q.7. vbi & dicit, ꝙ testamentum ad pias causas valet coram duobus testibus in omni loco, & foro etiam corã mulieribus, & ꝙ secundum testamentum nõ solemne ad pias causas tollit primum ad easdem, & in ijsdem potest quis decedere pro parte testatus, & pro parte non, & etiam nutu institui potest pia causa: vt ibi dicit, & supra est dictum. In alijs causis, si est nullum ex præteritione posthumorum, debentur legata licet nõ teneat institutio. auth.ex causa. C.de lib.præt. & similiter si rumpitur ex falsa causa; si verò rumpitur ex defectu hæredis non instituti, 20 Testamẽto deficiẽte an valeant in eo relicta.

stituti, vel incapacis, & huiusmodi, tunc dicendum, vt infra, sub cap. de legatis.

21 Testamẽtũ potest qñcunq; reuocari, & qũo.

De natura porrò testaměti est, vt semper vsque ad mortem testantis sit reuocabile, quantum in se est, cum ambulatoria sit hominis voluntas vsq; ad mortem, ita vt possit mutari ei addendo, vel minuendo, aut corrigendo, & integrè quoque reuocando. Heb. 9. c. cum Marthæ. de celeb. miss. l. 4. ff. de adim. leg. Vnde si quis ĩ morbo, vel alio periculo metu mortis testetur, valet testamẽtum donec reuocetur, licet diu post moriatur, & tale periculũ euadat. l. fi. C. de posthu. hære. instit. Quòd si quis sic disponat, si ex hac vita discessero, instituo Petrum, si ex coniecturis colligitur illa prolata esse tantum, vt causam impellentem, validum est huiusmodi testamentũ, vt si postquam conualuit, id testamentum retinuit, vel interrogatus an velit conficere testamentum, respondeat se condidisse, vel illud seruarit vsque ad mortem alio non condito; sed si res est dubia stãdum esset verbis testamenti, & sic nõ valeret. Quòd si iuramento firmauit se aliquod testamentum non reuocare, non potest quis absque reatu periurij id reuocare. Couar. in rubr. de testam. p. 2. nu. 15. modo in eo nil contineatur contra ius diuinum, vel humanũ. Quòd si quis sub certa pœna iurauit se non reuocaturum testamentum, tenetur ad eam si reuocet. Quòd si in prædictis casibus, vbi quis iurauit non reuocare testamentum, reuocet, in foro cõscientiæ tenetur primum, iterum secundo sublato, cõfirmare, & in foro etiam fori huiusmodi reuocatio nõ subsisteret: vt d. Molina d. tr. 2. disp. 151. In quibus tamen casibus si adsit causa legitima id reuocandi, crederem superiorem posse relaxare & debere huiusmodi iuramẽtum, de quo latius in materia de Iuramento agitur. Potest etiam quis sibi adimere potestatem reuocandi testamẽtum, vel condendi in futurum, interueniente pacto, vel promissione de nõ reuocando, vel testatore apponente clausulam ꝙ nullo modo sibi liceat tale testamentum reuocare, dũmodo accedat confirmatio principis: vt dicit ibi Molina.

Sunt verò multi casus in quibus testamentum expresſè, vel tacitè intelligitur reuocatum. Et primò testamentum primũ legitimè factum reuocatur per secundũ legitimè factum, vt & per postremũ reuocantur omnia antecedentia etiã si ex eo non adeatur hæreditas, vel quia hæres institutus noluit, vel quia mortuus est ante testatorem, vel alia ratione non potuit esse hæres, & tunc bona testatoris deueniunt ad hæredes venientes ab intestato. §. posteriore. Instit. quibus modis test. infirm. l. 1. ff. de iniusto rupto. Clar. §. testamentum. q. 96. Couar. in rubr. de testam. 2. p. nu. 21. ver. pen. Si tamen secundum testamentum factum fuit sub conditione de præsenti, vel de præterito, quæ ita se non habet, non reuocat prius testamentum, sed si sub ea quæ ita se habet, vel sub conditione de futuro possibili, siue ita eueniat, siue contrario modo, reuocat prius testamentum, idem esset si conditio esset impossibilis cognita vt talis, vel quia esset de futuro, de præsenti, vel præterito, quia haberetur pro non apposita. l. cum in secundo. ff. de iniusto rupt. Silu. testamentum. 1. q. 2. Quæ omnia intelliguntur si in priori testamento non sit apposita clausula derogatoria posterioris, de quo infra. Sic etiam secundum testamentum inualidum non reuocat primum legitimè factum, vel quia non sit perfectum per mortem superuenientem, vel quia hæres in eo non sit institutus, vel quia defuit solemnitas necessaria. §. eo. Instit. quibus modis test. infir. l. hac cõsultissima. §. si quis. C. de testam. Fallit quando in primo testamento institutus fuerat hęres extraneus, in secundo verò hæres ab intestato, tunc enim in secundo si adsint quinq; testes, reuocatur primum, non verò si sint pauciores; & tunc valet secundum non vt testamentum, sed quia is decedit ab intestato; & sic primum annullatur, & res reducitur ad causam intestati. d. §. si quis. l. sancimus. C. eodẽ. Similiter secundum testamentum factum ad pias causas coram duobus testibus reuocat primum, etiam si primum esset factum ad pias causas, & corã tabellione, & viginti testibus, & corã Rege, & ab eo approbatũ: vt ait Couar. d. p. 2. nu. 1. testans de communi.

22 Testamẽtum qñ intelligatur reuocatũ.

Secundò,

Secundò, primum testamentũ solemne reuocatur per secundum absq; hæredis expressa institutione, si testator in eo dicat testibus pñtibus se reuocare primum, & velle decedere ab intestato, sic enim instituti censentur hæredes venientes ab intestato. Couarr. in rubr. de testa. 2. p. in fi. Imò si in primo testamento institutus fuit hæres aliquis extraneus, & testator voce tenus coram quinq; testibus dicat se id reuocare, & velle decedere ab intestato, valida est talis reuocatio, modo dictũ sit se velle decedere ab intestato, alias non valeret huiusmodi reuocatio. Clar. d. §. testamentum. q. 91. & 92. modo id dictum sit coram septem testibus, vel quinque se id reuocare, quia vult decedere intestatus, non tamen valeret reuocatio si causam prædictam nõ subiungeret. Dur. de arte test. tit. 2. caut. 3. cum communi. Verum est tamen ꝙ per solam verbalem reuocationem corã tribus saltem testibus factam, in qua nec virtualis hæredis institutio sit facta, reuocatur prius testamentum quando effluxerunt iam decem anni à die primi testamenti conditi ad reuocationem. l. sancimus. vbi gl. C. de testam. Host. in summa de testa. §. qualiter infirmentur. vers. item per posterius. & sic sentit Molina d. tr. 2. disput. 153. Valet etiam reuocatio testamenti solo verbo facta, & duobus testibus comprobata, quãdo testator significat se reuocare testamentum eo ꝙ hæres scriptus sit indignus, quo tamen casu hæreditas deuoluitur ad fiscum. l. hæreditas. C. de ijs quibus, vt indign. Molina d. tr. 2. subdens in foro conscientiæ si constet testatoris voluntatẽ esse vt prius testamentum nõ valeret, hæredem in eo institutum nõ posse in foro conscientiæ hæreditatẽ ex illo capere, quod ego intelligerem modo interuenerint requisita, de quibus supra, aliàs non, cum supra tr. de Dominio tenuerim testamentum, vel contractum nullum in foro ciuili, nullum etiam esse in foro conscientiæ, ergo & reuocatio. arg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.

Tertiò, reuocatum censetur testamẽtum legitimè factum, si rumpatur à testatore, deleatur vel cancelletur aliqua pars eius substantialis, vt est tabellionis signum, vel auferat ab eo aliquã de necessarijs alijs solemnitatibus, vt valeat, vt si sit in scriptis, si abscindatur cordula quo clausum est; quæ intelliguntur quando ex industria animo annullandi vel reuocandi illa fiunt, si enim casu id fiat præter testatoris voluntatem, & id probetur, vel ab alio sit factum absque testatoris voluntate, validum est tale testamentum. l. 1. §. si lignum. cum seq. ff. de bon. poss. sec. tab. l. si vnus. vers. fi. l nostrum. C. de testam. l. cancellauerat. ff. de ijs quæ in test. del. Sed si cãcellatur pars aliqua quæ non continet solemnitatem requisitam, nec constat inde testatorem voluisse totum testamentum reuocare, illa sola pars reuocata censetur. d. l. cancellauerat. Quòd si tabellio saluet rupturam, vel cancellationem, hoc est, eius mentionem faciat, & dicat, non nocet, tunc nil ob id censetur reuocatum, vel inualidum: vt dicit Bald. in l. 1. ff. de ijs quæ in testam. dele. quæ tamen saluatio fieri debet ante tabellionis signum: vt ibi dicit.

Quartò, vbi quis habet duo testamenta eiusdem tenoris, & temporis, & æquè principalia, vel originalia, tunc si vnum cancellat vel rumpit, alterum manet, quia videtur primum contempsisse, nisi aliundè aliud constet. l. fi. ff. de ijs quę in testam. del. ꝙ si vnum transumptum authenticum sit apud testatorem, originale verò apud tabellionem, si testator rũpit tantum ꝙ apud se est, vel cancellet quò ad essentialia, non proinde reuocatur, nisi ex coniecturis constet id voluisse reuocare: vt dicit Clar. d. §. testamentum. q. 93. Quòd si duo testamenta inter se contraria aperiantur confecta eadem die, nec cõstet ꝙ sit prius, & proinde reuocatum per secundum, tunc neutrum validum censetur, sed hęreditas pertinet ad venientes ab intestato, quia vtrunque eorum habetur suspectum. glo. in l. fi. C. de ed. diui Adr. tol. Clar. in d. §. q. fi. Boerius decis. 371. nisi constet vna hora, vel momento aliud esse posterius, quia sic secundum valet. Gomez. in l. 45. Tauri. nu. 148. cum Bar. in l. ex pluribus. de solut. cum magis communi. si tamen constaret

staret vtrunque esse confectum à testatore, nõ tamẽ pateret ꝙ esset prius, probabile est, quòd hæreditas diuidi deberet inter hæredes in vtroque institutos, quia tunc constaret nõ pertinere ad hæredes ab intestato.

Aduertendum autem, ꝙ si in priori testamento apposita sit clausula derogatoria sequentis, vt quia dixit, volo hoc esse meum vltimum testamentum, & si quod aliud in posterum confecero nolo valere, non reuocatur tunc hoc testamẽtum per posterius, nisi addatur clausula reuocatoria derogatoriæ, hoc modo, non obstante priori meo testamẽto, & clausula derogatoria, quam in quantum necessarium est, reuoco & ei derogo. l. si quis. in princ. vbi Doct. de leg. 3. l. si mihi, & tibi. §. fi. de leg. 1. modo per singula fiat reuocatio primi, non enim sufficeret generaliter dicere, non obstante priori meo testamento, nisi addatur, vt supra. l. 1. §. fin. vbi Bald. C. de lat. lib. toll. gl. in cap. 1. de constit. in 6. Idem est quando prius testamentum censetur habere clausulam derogatoriam sequentium, vt si in primo sit appositum iuramentum, ꝙ habet vim clausulæ derogatoriæ. Clar. d. §. testamẽtum. q. 94. ver. si. Couar. in rubr. de testa. 2. p. nu. 19. concl. 4. gl. in c. cum non deceat. de elect. in 6. ꝙ intelligitur si iuramentum est promissorium, vt ꝙ non reuocabit in eo contenta, secus si sit tãtum assertorium, vt ꝙ sit ea sua vltima voluntas, tũc enim probabile est, ꝙ per subsequẽs legitimũ, absq; speciali derogatione, reuocetur: vt dicit Molina disp. 153. vers. idem est quando. Simile est etiam testamentum cõditum inter liberos, ꝙ non intelligitur reuocatum per secundum testamẽtum factum inter extraneos, etiam si dicatur, nõ obstante quocunque alio meo testamento, nisi mẽtio fiat ꝙ prius sit conditũ inter liberos, cui derogetur, vel dicatur nõ obstante alio testamento etiam condito inter liberos. auth. hoc inter. C. de testam. §. & si quidam. auth. de testam. imperfe. Clar. d. §. testamentũ. q. 8. Couar. in rub. de test. 2. p. nu. 19. concl. 4. corol. 6. sed si secundum est conditũ inter liberos, & si nõ sit addita clausula derogatoria prioris testamenti, illud reuocat. gl. in §. & si quidem. auth. de testam imperf. cũ par sit priuilegium inter ea, & in dubio stetur secundo, etiam si primum esset magis solemne, modo & secundum habeat requisita necessaria. Testamentũ tamen conditum ad pias causas nõ censetur habere clausulam derogatoriã sequentiũ, cum id iure non sit expressum. Molina in d. disput. 153. ver. An verò.

Hæc verò clausula derogatoria duob. modis potest apponi: primò, per verba indicantia testatorem à se auferre facultatem cõdendi postea aliud testamentũ, dicendo, nolo me posse condere aliud testamentum, vel nolo me posse reuocare hoc, & sic huiusmodi clausula est inualida, quia nullus potest eam facultatem à se auferre. Couarr. d. p. 2. nu. 19. concl. 2. Clar. d. §. testamentũ. q. 99. Secundo modo, si solum significetur se nolle esse validũ quodcunq; aliud sequens testamentum, ꝙ fieri potest duob⁹ modis. Primò, per verba simplicia, & generalia, vt si dicatur, nolo valere quodcũq; aliud testamentum ꝙ postea cõdidero, vel aliquid simile, qua clausula apposita non censetur reuocatum per sequens testamentũ, in quo dicatur reuoco omnia alia testamenta à me facta, sed oportet vt fiat mẽtio particularis illius primi testamenti, licet nõ fiat mentio illius clausulæ, vt si dicatur, reuoco tale testamentũ, tali die per me confectũ sub tali tabellione, vel generaliter dicatur, reuoco quodcunq; meum testamentum sub quacunq; verborum forma confectũ. Couar. loco cit. concl. 1. Clar. d. q. 99. Secundo modo apponitur clausula derogatoria in priori testamento verbis non generalibus, sed specialibus, & certo modo circũscriptis, vt si dicatur, nolo aliud meum testamentũ valere, nisi in eius principio, vel fine apposita sit Aue Maria, vel aliud signũ; quo facto in secundo non est opus mentionem facere illius primi testamẽti in singulari, nec referre illam clausulã, sed satis est dicere, non obstante quocunq; meo priori testamẽto cum quibuscunq; verbis derogatorijs confecto. Couar. d. loco, concl. 3. Clar. d. q. 99. Tutius tñ est in prædictis, casibus addere illa verba in clau-

clausulis derogatoriarum derogatorijs apponi consueta, etiam si de ijs esset fienda specialis mentio, seu transcribenda. Couar. ibid. concl. 4. ver. 4. vt si dicatur, volo hoc meũ testamentũ nõ censeri reuocatum ob quodcunq; aliud q̄ fecero, nisi in eo ad verbum scripta sit salutatio Angelica, & ẽt q̄ huius testamenti mei nominatim mentionẽ fecero, tunc vt illud reuocetur, nõ facta mentione in speciali de illa clausula, oportet dicere ĩ secundo, nõ obstante quocunq; alio testamento à me condito q̄cunq; verba derogatoria habente sub quacunq; verborũ forma. Quòd si inter liberos apposita sit clausula derogatoria sequentis, non sat esset in secundo mentionẽ facere in speciali illius primi testamenti, nisi & eius clausulæ speciatim mentio fiat. Couar. d. concl. 4. corol. 4 quia habet vnã derogatoriam tacitã, & aliã expressam, & idẽ de testamento iuramento firmato cũ ea clausula: vt ibi d. Couar. Ratio p̄dictorũ est, quia non p̄sumitur, vbi est talis clausula derogatoria voluisse testatorẽ secũdum valere; vnde si aliundè apertè constet, licet nulla derogatio sit apposita, q̄ velit reuocare prius, id reuocabit tam in foro conscientiæ, q̄ exteriori. Couarr. d. concl. 4. Clar. d. q. 99. Vnde si in secundo apponitur iuramentum, & nõ in primo, ẽt si in eo sit clausula derogatoria, & circumscripta quomodocunq;, id reuocabit, quia p̄sumitur eum nolle esse periurum, q̄ intelligitur de iuramento assertorio, quo testaretur eã esse suam vltimã voluntatẽ, & reuocari nolle, sed seruari, nisi prius testamentũ firmatũ esset iuramento promissorio illud non reuocãdi, cum tunc teneretur ei stare, & p̄sumitur in secundo oblitus esse illius iuramẽti. Couar. ibi. concl. 4. corol. 3. vnde tunc in secundo debet dicere, nõ obstante quocunque alio meo testamento ẽt iuramento confirmato. Vnde vbi testamentũ confirmatur iuramẽto promissorio habet maiorem vim quacunq; clausula derogatoria, ita vt opus sit in secũdo eius iuramẽti mẽtionem facere, cũ nemo p̄sumatur periuriũ velle incurrere, nisi fortè sit testamẽtũ inferioris ad fauorẽ superioris, qui id iuramentum põt relaxare, de quare alibi sermo hr̃. Couar. d. conclu. 4. corol. 2. Vnde in reuocatione testamẽtorũ standũ est p̄sumptæ voluntati testatoris: vt d. Couar. d. concl. 4. corol. 6. ex quo fit q̄ si inter extraneos cũ clausula derogatoria sit factũ, reuocetur per secundũ inter liberos sine derogatione eius clausulæ ob affectũ quẽ habet ad liberos, nisi aliundè contrariũ pateret, vt quia id egerit tñ. vt filiorũ viuens turbationẽ sedaret, tunc. n. per secundũ absq; tali derogatione nõ reuocaretur. Sic si post prius testamentũ, & ante secũdum, ortæ sunt graues inimicitiæ inter testatorẽ & hæredem scriptũ in primo, reuocat̃ primũ per secundũ, ẽt q̄ nõ sit talis derogatio, licet nõ expiret hęredis institutio, nisi in alio testamento reuocet̃, expirat tñ post eas inimicitias legatũ & fideicõmissum. l. 3. §. non solũ. l. ex parte. ff. de adim. leg. vel si institutus in secundo erat carus testatori, modo sit apposita clausula derogatoria: vt d. Mol. d. disp. 153. in fi. Quòd si duo in eadem scriptura de cõi cõsensu condant testamentum, cum tunc valeat hmõi testamentum. Clar. d. §. testamentum q. 60. mortuo vno illorũ, adhuc põt ab altero reuocari id testamẽtum. Cou. in rubr. de testa. 2. p. nu. 7. & 8. nisi dolus interuenisset ad se mutuo instituendum hæredes, aĩo id ex sua parte reuocandi, tunc. n. arbitrio prudentis sic q̄situm restituere teneret̃ in foro cõscientię ei qui ab alio foret instituendus hæres, si id nõ interuenisset, vel veniẽtib⁹ ab intestato. Quòd si vnus tñ, vt maritus de cõibus bonis condidit testamentũ, de consensu vxoris, vel instituit maioratũ, nõ potest vxor reuocare institutionem illã quò ad bona, de quibus facultatẽ concessit, cum ea dispositio sit solius mariti, & ob id eius morte firmetur. Mol. tr. 2. disp. 152. Vbi verò dubitatur, q̄ testamentum sit prius, vel posterius: posterius cẽsetur in quo sint instituti venientes ab intestato, vel causa pia. Rom. in auth. similiter. C. ad leg. Falc. & in quo relinquitur Doctori pro salario. Guil. Bẽn. in d. c. Raynutius. verbo, testamẽtum. 2. nu. 27. 28. 30. & 32. nisi aliundè contrariũ colligatur, vel adsit clausula derogatoria, & q̃que ẽt sine derogatione derogatoriæ deroga

tur.

tur priori, quãdo præsumitur, ꝙ oblitus sit testator prioris clausulæ, vt quia esset in doctus, vel ex ęgritudine obliuisci po tuit, secus si doctus, nec obliuio interuenit. Sali. in l. sancimus. 6. q. C. de testam.

Hæc de reuocatione testamentorum, & de requisitis in eis.

Ver. De obseruandis in foro cõscientia in testamenti confectione.

23 Testm̃ in foro conscientiæ, qualiter sit condẽdum.

IN foro verò conscientiæ in cõfectione testamenti multa sunt obseruãda. Et primò aduertendum, qñque culpam mortalẽ esse omittere testamenti confectionem, qñ s. id esset necessarium quò ad debita, q̃ nisi exprimerentur testamẽto vel codicillo, & solui pciperentur, vel non soluerentur, vel non nisi molestia & sumptibus crediторũ, vel ad manifestandum aliqua ex quorum ignorãtia damnum alicui irrogaretur, nec aliundè his malis sufficienter occurri valeret; vel qñ scandala, odia, & lites verisimiliter orirentur, nisi testamentũ conderet; quibus remotis non est culpa mortalis decedere ab intestato. Secundò, aduertendũ, vt testamentum valeat, non debere adesse errorem vim, vel metum iniustè illatum, si ea causa sint sine qua nõ, sic disponat, cum libera debeat esse vnicuiq; rerum suarum, & voluntaria dispositio. Vnde si quis errore ductus instituat hæredẽ aliquem putans esse filium suũ vel consanguineum, vel arbitrans mortuũ esse hæredem in alio testamento institutũ, re tñ aliter se habente, inualida est talis institutio, & legati relictũ in vtroq; foro. l. si pater. l. nec apud. C. de hære. instit. l. fi. ff. eo. l. nec professo. C. de testa. quo tñ casu licet vitietur institutio, non tñ vitiantur cætera si ex coniecturis de cõtraria mente non constat. d. l. fi. Sic si quis metu, vel vi adactus sit, vt aliquẽ hęredẽ instituat, vel ei legatum relinquat, inualidum est hmõi relictum cum onere restituendi ei ad quem deuenire debebat. l. 1. l. fin. C. si quis aliquem test. prohib. Nau. in Man. prælud. 6. nu. 7. In foro tñ exteriori oportet vt is metus sit grauis iuxta personæ qualitatem. Quòd si quis blanditijs, & precibus moueat testatorem, fraude remota, vt sibi relinquat valet talis institutio, cũ nõ sit inuoluntaria. d. l. fi. & Nau. ibid. nisi preces sint importunæ, vnde vt talem molestiam euitaret testator illum institueret, vel opus pium, tunc enim inualida esset illa institutio si fraus interuenerit, aliàs non si voluntariè testator sic disposuit, & non deceptus, modo sic esset & testatus si illæ preces nõ interuenissent, & idem de precibus reuerentialibus patris erga filium, vel mariti erga vxorem, maximè si vultu ostenderint se ægrè pati non institui hæredes, si enim remoto illo metu id non egisset, neque precibus simplicibus consensisset, sic institutus tenetur ad restitutionem. Similiter qui impedit ne quis testetur, vel ne mutet testamentum iam factũ, vel ne tabell.o, aut testes accedãt, tenetur ad restitutionem illis quibus ea bona aliàs erant obuentura, & si is filius sit. l. 1. & 2. ff si quis aliquẽ test. prohib. l. 2. C. eod. l. testamẽti. C. de inoffi. test. Mol. disp. 135.

Secũdò, aduertere debet testator, vt in statu gratiæ condat testamentũ, & suscipiat sacramẽta, aliàs si sit tũc in peccato mortali nõ prodeũt ei, sic relicta ad satisfactionem, meritũ, vel gloriã, Missæ eñ post vitam pro eo celebratæ si redeat in gratiã, & sit in Purgatorio, ei prodesunt nõ vi testamenti, sed ex applicatione offerentis: vt d. D. Bonau. in 4. dist. 16.

Tertiò, aduertere debet si habet debita quæ soluere debeat, id statim faciat si habet pecuniã apud se, vel suppellectilẽ quam sine graui dãno vendere põt, & si tunc non potest soluere, vel commodius per hæredes præstabitur eis mãdet in testamento, & sic decedet securus, etiam si per hæredes ea solutio differatur.

Quartò, initio morbi, & dum sanę est mentis testamentum condat, & pro ratione facultatis aliqua relinquat in suffragium animæ suæ, si ea viuẽs erogare non valet, & corpus suum ecclesiastice mandet tradi sepulturæ cum suff. ag: is pijs, & copiosis, & si in statu peccati condidit testamentũ, illud post sacram communionem acceptam ratificet.

Quartò, non potest pater filios bonos exhæredare, potest tamen vnum alijs p̃ferre quia maius ab eo seruitiũ suscepe- 24 Testator an possit

vni pl' relinquere, q̄ alijs filijs, & an extraneis, seclusis ꝓpinquis relinqui possit. rit, vel ei obedientior fuerit, vel magis alijs filijs abundet, vel infirmus sit, & ex hmōi honesta causa, modo relinquat saltem legitimam in vsufructu, & proprietate alijs filijs: vt dicit Salon. 2. 2. q. 5. de dom. ar. 5. concl. 1. & 2. qui & licet possit filios exhæredare casibus à iure cōcessis, si tamen id agit ob iniuriam in se factā, par est vt ei reconcilietur, nec ob id eum exhæredet, cum & quis extraneo eo casu reconciliari debeat. c. si quis irascitur. vbi gl. quod est Aug. serm. 2. de vita cler. 13. q. 2. Quòd si testator filios non habet debet bona sua distribuere inter cognatos seruato ordine charitatis, & naturæ, vt c. 57. præferendo honestiores propinquiores, & magis egenos alijs, qui si nō egent potest bona sua in opera pia conuertere. Salon. loco cit. conclus. vlt. Nau. in Man. c. 26. nu. 36. & 37. in fin. æquum tamen est vt bona antiquitus q̄sita conseruent cognatis, aliàs scādalis, & detractionibus via patefit; qui & debet benefactoribus vices rependere, & potest ēt vetare ne bona alienētur, si id agit, vt familiæ cōseruentur, ꝙ reipublicæ interest, si tñ modica est facultas id non expedit ob varias emergētes necessitates. Cauendo etiā ne quē odio, vel alia passione priuet hæreditate sibi obueniēte, sic. n. peccaret mortaliter, nec decederet securus, nisi odio dimisso, & eius signis si scādalo sint.

Ver. De executoribus testamentorū.

25 Voluntas testantis verbis ꝓponitur. ET cum non satis sit recta sancire, nisi & executioni mādentur, & voluntas testatoris sit executioni danda. §. sancimus. auth. de hæred. & falc. quæ & verborum proprietatibus est anteferenda si de ea constat. l. pediculis. §. Labeo. de auro & arg. leg. l. non aliter. de leg. 3. l. Titia. §. Caius Seius. & §. Titia. de leg. 2. & docet Cic. lib. 2. de Inuent. & 1. & 2. de Orat. ita à centum viris iudicatū fuisse, quæ si ambigua sit iudicis æstimationi sit standum. l. voluntatis. C. de fideicom. & hæredis sit voluntatem defuncti exequi. §. legatum. Instit. de leg. vt alibi infra dicetur, quia tamen quādoq; sunt negligentes, cautè agent testatores si executores testamentorū in eo instituāt, qui iuxta eorum cōscientiam, vel quòd scirent voluisse testatorē, testamēta executioni mandent. l. nulli. §. & si quidem. C. de epis. & cle. potest verò executor dari quilibet vtriusq; sexus. c. 3. de testam. Couar. in c. hæc nobis. de testam. & etiā minores viginti quinque annis. l. à filio. de alim. & cib. leg. & religiosus cum licentia superioris. c. religiosus. 2. de testa. in 6. clem. vnica. de testa. Couar. in c. tua nobis. nu. 2. de test. sine verò prædicta licentia si quid exequantur, irritum est. Couar. ibid. Silu. testamentum. 2. q. 2. & superior potest huiusmodi facultatē reuocare, etiam re integra, licet malum sit si fiat sine causa. Silu. ibi. qui religiosi ordinario. s. episcopo susceptæ executionis rationem reddere tenentur. d. clem. fratres tamen minores nō possunt esse executores testamētorum, licet circa executionem possint dare consilium. clem. exiui. §. verum. de verb. sign. Couar. in c. tua nobis. nu. 1. de testa. nō etiam executores eorum cōsilium sequi tenentur. Couar. & Silu. locis cit. mulieres tñ transeuntes ad secundas nuptias si sint cōstitutæ, dat eis coadiutor, vel eorum munus ad epm deuoluit. Bar. in l. à filio. de alim. & cib. vel adhuc durāt: vt d. Couar. d. c. habentes tñ personatū, vel dignitatem nō pñt esse executores testamentorū laicorū. c. literis. de concess. pb. nisi pro aīa defuncti, & relictis ad pias causas. clem. exiui. §. proinde. & §. verū. de verb. sig. nisi sint mendicātes cordigeri qui executores esse nō possunt, nisi distributio fiēda sit inter monachos, & moniales eiusdē ordinis. Bart. in tr. minori. lib. 3. c. 1. possunt verò plures dari executores, quorū vno moriente, absente, vel exequi nolente, alter exequi possit, nisi contrariū testator mandarit, vel vnus tm̄ sit. c. si. §. si. de testam. in 6. Qui inuētarium bonorum facere debēt, vt gesti rationē reddere possint. l. Lucius. de manum. testa. l. 1. §. seruis. ff. de tut. & rat. distrahi quibus & creditur si sint bonæ famæ, & sine suspitione, nec eorum intersit an accepta expenderint. Bal. in l. captatorias. ff. de mil. testa. Bart. in l. pro redemptione. §. 1. C. de donat. & quòd superest debent dare hæredi nulla re sibi retenta. l. si quis Titius de leg. 2.

26 Testamentorū executores q possint cōstitui, vel non.

de leg. 2. Pap. lib. 20. arest. tit. 6. art. 9. mobilia tamen pro adimpletione retinere legatorum possunt, & quandoque vendere immobilia pro eorum solutione si mobilia non sufficiunt. Pap. lib. 20. arest. tit. 9. art. 4. & 5. qui tamen potest sibi debitum à testatore consequi ab hærede. Spec. tit. de instr. edit. §. nunc aliqua. ver. 59. & vt alij ibi volunt propria etiam authoritate.

27 Executor qs sit vbi à testatore datus non est.

Vbi verò executor testamenti à testatore non est constitutus, præter hæredis munus ad quē id spectat, vbi non est datus executor. c. 3. vbi Couar. de testam. si intra annum à die monitionis hæres nō exequitur voluntatē defuncti, in pijs relictis executio deuoluitur ad episcopū. c. nos quidem. de testam. §. si quis. auth. de eccles. tit. qui si adhuc non pareat, omnis res ei relicta ab episcopo loci ipsi interdicitur cum fructibus, & reliquis emolumentis. cap. si hæredes. de testam. l. nulli. C. de episc. & cler. etiam si testator dixerit ne ad episcopum cura deuoluetetur. c. tua nos. de testam. §. si quis autē. auth. de eccles. tit. auth. licet. C. de episc. & cler. & confirm. ex Nou. lib. 1. iur. otient. de execut. testam. vbi mandatur vltra duos menses in ijs casibus litem non prorogari, & distributionem fieri intra quartum diem si fieri possit, aliter episcopum, vel ecclesię œconomum, vel Imperatorem fieri executorem; similiter vbi executor non est datus, si relictum est in redemptionem captiuorum, nec expressum sit quis debeat exequi, episcopus vel eius vicarius id accipiet & distribuet, licet testator mādarit ne episcopus in eo se intromittat. l. nulli. cum auth. licet testator. l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cler. & d. §. si quis autem. quod intelligitur de episcopo originis testatoris, vel potius vbi habet domiciliū si ibi habeat maiorem partem bonorū. Quòd si ignoretur, vel ambiguum sit vbi testator habeat domicilium, vel vnde oriundus sit, episcopus territorij vbi mortuus est, id exequi habet. d. l. nulli. qui tamen pro eo munere exequendo notarius, & eius officiales nil accipere debet, sed omnia gratis præstare tenētur. d. l. nulli. & d. §. si quis ad declinandam. & iudici ciuitatis eiusdem manifestari debēt quæ bona, à quo & quo die ad id præstandum acceperint, vt iudex illa in inuentario scribat, & vt anno elapso iudici reddant rationem quot captiui eis bonis, & quāta pecunia quisq; eorum redempti sint. d. l. nulli. & etiam episcopi huius rei rationem reddere debent. Similiter si relictum sit ad alimenta eleemosynas pauperum, nec expressum quis sit executor, episcopus exequetur. Abb. in c. 3. de testam. num. 4. si verò relictum sit ad alias causas hæres ante annū exequetur, post episcopus, vt supra. Quòd si testator mādauit, vt pro malè ablatis aliqua restitutio fiat, si nō sit datus specialis executor, id exequetur hæres, vel executores testamentarij, non verò episcopus, sed si res delata esset ad iudiciū, posset episcopus rationem exigere an sint executioni data vt & in reliquis legatis pijs, & præcipere executoribus si suspecti essent, vt in ipsius præsentia, vel suorum ministrorū restitutio fieret, & quādoq; exigere posset pecunias, vt ipse aut ministri sui restituerent, iuxta c. cum sit. de iudæis. & c. quanquam. de vsur. in 6. Vnde restitutio malè ablatorum non semper per episcopum est fienda, sed sat est ꝙ episcopo sufficienter cōstet eam esse factam: vt dicit Io. Med. de rest. q. 3. causa. 10. §. esto igitur. & Couar. c. 3. de testam. nu. 8. Molina de iust. tract. 2. disp. 247.

Executores verò vnus vel plures in testamento constitui possunt, qui id exequantur, vel hæredi executor datur qui cum eo distribuat, premio quandoque, quandoq; nullo eis ob id proposito. Ijdē etiam quandoq; sunt vniuersales, qn̄que particulares: particulares sunt, quando instituto hærede, in testamento vel codicillis constituuntur executores qui testamentum exequantur. Vniuersales vbi nullus in particulari præter animā defuncti hæres constituitur, & aliquis constituitur qui volūtatem defuncti executioni mandet, vt si quis testetur ad pias causas, vel propriam animam hæredem instituat, vel pauperes, vel in redemptionem captiuorum, nullos eorū in singulari designādo, & dato executore qui ea executioni mandet, is enim vniuersalis 28 Executores quot constitui possint.

dicitur executor:& testamentum validũ est sic ad pias causas conditum,& probabile est etiam ꝙ sit validum ad non pias causas conditum, & eo casu executores vniuersales habere vicem hæredum: vt dicit Molina d.tr.2.disp.248.

29 Executores an possint cogi, vt munus suscipiãt. Non possunt verò compelli executores vt munus suscipiant, & testamentũ exequantur, & si executio sit solùm ad pias causas.c.Ioannes. vbi gl.Abb.& Couar. de test.Silu.testam.2. q.3. si tñ qs mun⁹ tacitè vel expressè acceptet, id exercẽdo, prosequi cogitur, non censetur tñ ex eo solo munus acceptare, ꝙ sciat se constitutum & taceat, nisi amicus sit vel propinquus testatoris, & præsens vbi testamẽtum publicatur, taceat, sic enim censetur munus acceptare. Conar.ibid. si tñ munus non acceptet, amittit præmiũ, legatum & quodcũq; emolumentũ ex eo testamento sibi prouenĩẽs, ṗter legitimã in bonis hmõi sibi debitã. §.si quis autẽ. auth.de hęr.& falc.§.autẽ.auth.de eccl. tit. Couar.ibid.nu.3. sic tñ vt ꝙ ei relinquitur vt munus pro executione, eo ipso ꝙ recusat officiũ, amittat, ꝙ verò ei relinquitur vt legatũ, hæreditas vel fideicommissum non amittit nisi post sententiam,& in hoc succederet substitutus relictus, vel alij hęredes pro rata.d.§.si qs. auth.de hær.& falc. si verò est relictũ in ṗmium, si vnus est tñ executor recusãs, succedunt ṗdicti,& idẽ si plures sint dati & oẽs recusent, si verò vnus eorum vel duo recusent, alij exequentes succedũt, & si quis executorũ moritur, munus id non transit ad eius hæredes, cũ electa sit industria personę, sed expirat.c.religionis.§.fi.de testam.in 6. nisi testator aliud expresserit. Et vbi multi sunt executores, si aliqui eorũ mortui sunt, vel absentes, vel nolint concurrere ad exequendũ testamentũ, cæteri, ẽt si vnus tantum sit, exequi potest, nisi contrariũ testator expresserit; vicini tñ moneri prius debent. d.§.fi.Silu.testamentum.2.q.5.

30 Executorum potestas quanta sit. Quo verò ad potestatem executorum, agere possunt ad institutionem & pia legata exequenda, aduersus hæredes,& alios possessores defuncti. Abb.in d.c.Ioãnes.nu.4.& Couar.num.5. Silu.loco cit. Quòd si executio nõ est ad piã causam, vel executor non est merus, sed partẽ habet in re exequenda, vel per legatũ, institutionẽ, vel ṗmium executionis, vel qa grauat id alteri vt legatarius restituere, & tunc si fideicõmissarius ṗmoriat, ipse succedit,& his casib⁹ põt agere aduersus hæredes & possessores hęreditatis, vt soluãt sibi à testatore relictũ. l.si Titio, aut Seio.l.si qs Titio.vbi Bar.de leg.2. Abb. Couar. & Silu.locis cit. sed si est merus, non põt agere contra hæredes, vel possessores ṗdictos, nisi sibi sit à testatore concessum, possunt tñ implorare officiũ iudicis, qui ṗcipere debet hęredibus, vt tradant q̃ debent, vt voluntas testantis impleatur.l.Quintus Muti⁹. ff.de ann.leg. l.hæreditas.ff.de pet.hær.& si vniuersales executores sint, vẽdere possunt bona defuncti, vt eius mens executioni mandetur.l.nulli.C.de episc.& cl. si verò particulares sunt non possunt.l.alio.ff.de alim.& cib.leg.Molina d.tr.2.disp.248.

Ad epõs autẽ, vel eorum vicarios spectat, ac seculares principes, & iudices ab eis destinatos, cura & cõpulsio, vt defunctorum volũtates executioni mandent, rationem ab hæredibus & alijs executoribus exigendo,& si opus sit, ab administratione illos remouendo,& puniendo; & de epis id constat, maximè qñ dispositiones sunt ad pias causas. c.3.c.si hæredes.c.tua nobis.c.Ioannes.de test.Conc. Tr.sess.22.c.8. facit.§.si quis ædificationem.auth.de eccles.tit.& de principibus secularibus id constat ẽt in pijs causis.in d.§.l.hæreditas.ff.de pet.hær.& ꝙ etiam in causis non pijs ea sit epi potestas, probat Couar.in c.si hæres.nu.5. de testam. Silu.testamen.2.q.8. Insinuatio tñ testamẽti si testator erat laicus, debet fieri coram iudice laico, etiã si hæres, vel executor sit ecclesiasticus, & èconuerso, si tñ testamentum laici sit solum ad pias causas, potest insinuatio fieri corã laico iudice,& ecclesiastico. Couar.loco cit.n.9. Et quod dr̃ de epis, intelligitur ẽt de ijs qui habent iurisdictionẽ quasi epalem, vt est capitulũ sede vacãte,& multi abbates. Couar.post Abb.in c.Ioãnes.de test. Quòd si hæredes, vel alij in mora sint mandandi executioni volũtatem defuncti, potest quilibet de populo & debet de

hoc prælatos & iudices admonere, & ab eis exigere, vt executioni mãdeẽ. §. si qui aũt. auth. de eccl. tit. l. nulli. § si. C. de epi. & cle. Couar. in c. si hæres. nu. 2. de testa.

31 Executores intra q̃ tps testamẽtorum dispõnes exequi debeant.

Statuitur porrò tẽpus à iure intra q̃ hæredes, & executores voluntatẽ defuncti implere tenẽtur, & primò si testator ad id tempus statuit illi standũ, nec cogi possunt, vt intra breuius tẽpus eã impleant. Couar. in c. 3. de test. Silu. testam. 2. q. 6. cum cõi; q̃ tempus currit à die sciẽtiæ executorum, & aditæ hæreditatis, licet testator dixerit à die mortis suæ. arg. l. statu liberos. §. si quis hẽredi. ff. de statu lib. l. fi. §. si autẽ dubius. vbi gl. C. de iure delib. & idẽ intelligitur de tẽpore dato à iure, vel constitutionib. sinodalib. Vbi verò testator tẽpus nõ pscripsit, executores tenenẽ pia legata mãdare executioni p annum à die insinuationis testamenti, & sciẽtię eorũ, sub pęna reddẽdi illa cũ fructibus, q̃ à die mortis percipi poterant. §. si aũt. auth. de eccl. tit. & si semel ac iterũ ab epõ moniti, id distulerint, pter eã pœnam, priuantur omni commodo in testamento eis relicto. §. si quis aũt. auth. eod. Couar. in c. 3. n. 6. de test. & vltra hoc executio testamenti deuoluiẽ ad epm. Abb. in d. c. 3. nu. 11. Silu. testam. 2. q. 8. & insuper si post binam admonitionem executionem differunt vsq; ad sententiam latam, condemnari possunt vt duplũ legatum soluant. Abb. & Couar. d. c. Silu. ibi. q. 6. Vbi ẽt testator tempus non pscripsit ad implendã eius volũtatem, si executores intra annũ post iudicis monitionem eam non implent, siue hmõi voluntas sit ad causas pias, vel non, incurrũt pœnã amittẽdi munus executorũ, & q̃ ex hoc eis à testatore est relictũ pter legitimam portionem q̃ in bonis talis testatoris eis esset debita. authẽ. hoc amplius. C. de fideicom. §. si quis aũt. non amplius. & §. fi. auth. de hære. & falc. quo casu si testator in eo euentu sibi de executore prouidit, is succedit. Abb. & Couar. in c. tua nobis. nu. 6. de test. Silu. loco cit. q. 8. & pariter si eo casu aliquid disposuisset de emolumẽto dando executori, ei est standũ, imò si testator de suis proprijs bonis aliquid disponeret in modũ pœnę, executoris si esset negligens. v. g. si intra certum tempus nõ solueret alicui legatũ, duplũ solueret, teneretur executor in foro conscientiæ, nulla expectata sententia, eam pœnam soluere. Silu. ibi. q. 11. Sed si testator de executore nõ prouidit in casu negligentię executoris ab eo designati, nec expressit cui esset applicandũ emolumẽtum ei relictum; si tunc dispositio est ad pias causas, eps succedit in executione, & cõmodum priori executori relictum, pijs causis est applicandum §. si aũt. qui hoc. auth. de eccl. tit, l. nulli. C. de epis. & cle. Sed si dispositio nõ sit ad pias causas, executio pertinet ad iudicẽ secularẽ, & ecclesiasticũ, & datur locus pventioni. Abb. in c. cũ esses. nu. 33. de testa. & emolumentum in pias causas dispẽsatur, sed si iudex laicus pueniat executorẽ deponendo, tunc succedũt in executione primò hęredes alij, si qui in testamẽto sunt scripti, quibus deficiẽtibus, vel adire nolentibus hæreditatem, succedunt fideicõmissarij, vel legatarij, & eis accrescit emolumentum q̃ à priori executore aufertur. auth. hoc amplius. C. de fideicom. iuxta ordinem ibi positum.

Aduertendum tñ, q̃ licet quis incidat in pdictas pœnas, non tenetur tñ eas exequi aduersus seipsum, sed expectare sententiam condemnatoriam. Couar. in c. si hęredes. nu. 8. de test. si tñ executores impediantur mandare executioni voluntatem defuncti, tempus illis non est cõputandum. Couar. in c. 3. nu. 4. de testa. nisi impedimentũ esset perpetuũ, vel ad longissimũ tẽpus in executoribus, quia tũc ad pœnã euadendã, tenentur iudicẽ adire, & petere aliũ executorẽ loco sui, vel illi significare suũ impedimẽtũ Cou. ibi.

32 Executores rõnem reddere debent, & ã à testatore ab hoc liberari possunt.

Quòd si testator vetet rationem exigi ab executore à se designato, possunt tñ iudices ecclesiastici, & seculares id exigere. §. si autẽ pro redemptione. auth. de eccl. tit. auth. licet. C. de ep. & cle. Couar. in c. tua nobis. post Abb. nu. 6. de testam. Silu. loco cit. q. 8 cũ id tendat in publicã vtilitatem. Si vlterius pcipiat testator, vt executio ad epm non deuoluatur, in euẽtũ q̃ executor negligens sit, vel exequi non possit voluntatem defuncti, non deuoluitur, si tunc testator de alio executore sibi prouidit, q̃ si nõ egit, id deuolui-

tur ad iudicē ecclesiasticū, vel secularē, modo quo supra, cum testator nō possit tollere ius.glo.Abb.Couar.& Silu.locis cit. Imò etiam qñ is cui aliquid testamētó est relictū, nec id exigit, potest & debet iudex cogere executorē, vt id soluat si sit in mora, vnde & iudex cogit eos qui debent minoribus fratribus, vt illis soluant, qui & ad id hñt sindicū deputatū, cū ipsi agere non possint in iudicio. Abb. in c.3. cit. & idē si relinquatur domibus professis societatis Iesuitarum. Potest ét iudex ante annum,& in legatis pijs ante sex menses exoletos à tempore insinuationis testamenti, pcipere & cogere executores, vt voluntatē testantis exequant. Abb.in c.si hæredes.nu.4.& 5.& ibi Couar.nu.4.de test. vbi legitimum impedimentum non subest conficiendi inuentarij, vel aliud, idq; censuris ecclesiasticis, & interdicendo bonorū defuncti administrationem.d.c.I.cū res.de leg.2. elapso verò tempore pœnis supra relatis subduntur, & coguntur hæredes rationem reddere executionis, qui & peccare possunt mortaliter differendo solutionē debitorum defuncti,& legatorum,cum in causa sint vt serius animæ à Purgatorio liberētur ex defectu suffragiorum, vt & supra est dictum, & tenētur ad damna quæ ex mora indebita creditores patiuntur. Silu.testam.2.q.9. Et si testator mandauit ædificari ecclesiam est perficiēda intra quinquennium, si hospitale, vel similem domū, intra annum ab executoribus si commodè id fieri potest.§.si quis ædificationem.auth.de eccle.tit. Abb.in c.3.cit.nu.9.& ibi Couar.nu.6.

Quòd si testator reliquit aliquem nō executorem, sed electorem pauperū quibus aliquid sit distribuendum, transacto anno vel sex mensibus respectiuè, eo tpe elapso, ius eligendi deuoluitur ad epm. Couar.in d.c.3,nu.7.cum cōi. Silu.testamentum.2.q.8.& administratores locorum piorum quotannis episcopo rationem administrationis reddere tenentur. ex Conc. Trid.sess.22.cap.9.

35 Testatoris voluntas an in- Quo verò ad mutationem voluntatis defuncti in aliud opus, vel tempus, si testator pcipit vt post sex menses tñ pecuniæ pauperibus distribuatur, fas est illū diem executores pñenire, nisi dies addita sit in aliquorū commodū.l.post mortem.C.de fideicō. Couar.in c.tua nobis. de testa. Mutari verò id nō debet etiam à Papa, nisi ex iusta & necessaria causa. clem.quia cōtingit.de relig.dom.Conc. Tr.sess.22.c.6.& etiam princeps secularis, nisi ex rationabili causa facere non debet.l.1.l.legatū. ff de adm.rer.ad ciu. pert.inferior verò principe id nō potest, vel si is Papa inferior sit, ét si res adhuc integra sit. Abb.in c.tua nobis. de testa. nu.4.& ibi Couar.nu.7. qd intelligitur si id fieri potest; aliàs si in loco statuto nō possit ecclesia ædificari, alius locus est eligendus. Abb.in c.3.nu.6.& ibi Couar. nu.9.de test. Sic si pecunia nō sufficit ad opus pium relictum, arbitrio executorū & epi in aliud opus cōuerti potest, sed si sufficit, nō potest nisi Papæ authoritate. Abb.d.c.nu.6.facit.§.si quis nomine. de eccle.tit. idq; ex rationabili causa, vt supra fieri debet,& vbi cōmutatio alicuius vltimæ voluntatis à sede apostolica est obtenta, eps antequam id mandet executioni, cognoscere debet an preces veritati innitantur.d.c.6.in Tr.Conc. Sic si testator reliquit ducenta distribuenda pro malè ablatis,& solùm centū reperiūtur malè ablata, alia tñ centū conuertenda sunt in opus piū. Abb.in d.c.tua nobis. nu.7.& Couar.in c.3.nu.9.de test.nisi testator dixerit ducenta q̄ ex libro mearū rationum constiterit me debere, erogentur pauperibus, si ibi reperiatur debitor solum centū, alia cedunt hæredi, in dubio tñ est satisfaciendum voluntati defuncti; sic si leget quis mille insumenda in ædificationem ecclesiæ, si centum supersint in aliud opus pium sunt insumenda, nisi designauerit formā,& industria hæredis minus sit impensum, ei cederet id, cætera ad idem facientia, videnda sunt infra. cap.de legatis. in fine, vbi & de hoc sermo habetur.

SVMMARIVM.

1 Substitutiones cur introductæ.
2 Substitutio quid sit.
3 Substitutio quotuplex sit.
4 Substitutio vulgaris quid sit.

De Substitutionibus. Cap. LIX.

Post institutiones primi hæredis, videndum est de institutione secundi, & sequentium, & ita de substitutionibus, vel secundis institutionibus, cũ in facultatę testantis id facere sit, licet enim dum est locus instituto, non admittatur substitutus, cum prædilectus censeatur institutus, l. cum in testamẽto. ff. de hęr. inst. l. 3. ff. de acq. hær. l. post aditam. C. de impub. tamen deficiente primo gradu, venit secundus & ab eo testamentum vires sumere potest, vt si primus moriatur ante aditam hęreditatem, succedit substitutus, l. 3. §. fi. ff. de lib. & posth. l. ex facto, l. lutius, ff. de vulg. l. si filius, de hęr. inst. ideo de substitutione agendum, 1 Substitutiones cur introductæ.

Est autem substitutio secunda institutio. Bald. in Rubr. C. de impub. hæredes enim dicuntur instituti qui primo vocantur, substituti, secundo loco, vel vlteriori vocati, l. 1. ff. de vulg. Vel secundi hęredis cõditionalis institutio, Vel vnius 2 Substitutio qd sit.

dit plurimum in alterius, vel aliorum loco cum ad rem aliquam in vltima voluntate facta vocatio. §. & plures. Inst. de vulg. l. 1. eo. Couarr. in cap. Raynutius, de testa. § 4. Dicitur ad rem aliquam &c. quia substitutio fieri potest in hereditate, & etiam legatis ac donatione causa mortis l. vn. § sin autem, C. de cad. toll.

3 Substitutio quotuplex sit. Diuiditur autem substitutio primo loco in directam & indirectam; directa est quando hæreditas substituto defertur absque alterius ministerio qui illam restituat, indirecta est quando hæreditas defertur substituto per alterum qui illa restituat ei, vt quando vnus instituitur & grauatur illam vel eius partem alteri restituere, quæ obliqua dicitur & fideicommissaria, l. cum heredes, de acquir. possess. l. eam quam, C. de fideicommiss. Differunt vero, quod directa fit tantum in testamento, indirecta etiam in codicillis, l. hæreditatem, C. de codic. §. pen. Inst. eo. & si directa fit in codicillis obliquatur in fideicommissariam. Guil. Bene. in cap. Raynutius. verbo. & hijciens, de testam. nu. 3. par. 2. Directa fit verbis directis, vt si moriatur, adiudico, assigno, cedo, constituo, restituo, distribuo, instituo, heres esto, dominus esto talis, quibus verba diriguntur ad substitutum, excluso aliorum ministerio, indirecta vbi res a testatore recta non transeunt in aliquem, vt restituat, detur, distribuatur, restituatur, volo, cupio, mando, fideicommitto; Alia verba sunt communia, vt remaneat, reuertatur, perueniat, heres esto, habeat, remaneat, succedat, reuertatur, deuoluatur, quæ accommodantur indirectis, & directis substitutionibus iuxta substitutiones quibus adijciuntur. Guil. d. p. 2. verbo adijciens, & verbo. eidem impuberi, nu 15.

Aliæ simplices etiam dicuntur substitutiones in quibus vna tantum est, duplices in quibus duo, vel plures, l. eam quam, C. de fideicom.

Directæ diuiduntur in sex species, vulgarem, pupillarem, exemplarem, militarem, compendiosam & reciprocam, gl. in § qua ratione. Inst. de pupill. & indirecta in fideicommissariam, Couar. in d. c. Raynutius, §. 9. nu. 2.

Ver. De vulgari substitutione.

4 Substitutio vulgaris quid sit. Vulgaris substitutio est directa substitutio quæ a quocunque, & comparatione cuiuslibet heredis fieri potest, Bar. in l. 1. ff. de vulg. vel, directa & simplex substitutio qua quis sibi heredem sine priuilegio substituit, dicitur directa, vt reijciatur fideicommissaria, simplex vt reijciatur breuiloqua & compendiosa quæ constat ex pluribus. Dicitur absque priuilegio, vt reijciatur militaris, quia licet miles sic valeat substituere, id tamen facit ex priuilegio, in alijs excluditur pupillaris, & exemplaris, quibus testator non sibi sed filio pupillo, si intra pupillarem ætatem, vel furioso si sine liberis moriantur, vel aliter substituunt.

5 Substitutio vulgaris cur inducta, & vt fiat. Ideo autem instituta est vulgaris substitutio, ne defectu primi heredis institutu, si deficeret, quis intestatus decederet, l. vn. C. de cad. toll. & fit his verbis, si institutus heres esse noluerit, si non possit esse; si moriatur ante aditam hereditatem, si non nascatur, talem substituo vel talis heres esto & hæc est expressa vulgaris; Tacita etiam vulgaris est quæ venit ex tacita mente testantis, vt, Titium & Seium instituo, eosque inuicem substituo, sic enim tacite intelligitur si alter esse non potuerit, vel noluerit, l. cum in testamento, § hæc verba ff. de her. instit. credit enim lex eo casu mentem testantis fuisse, vt altero deficiente, alter succederet, & cum obliuione vel morte præuentum id omisisse, l. hac consultissima, §. at cum, C. qui testam. fac. poss. Alia est etiam vulgaris mixta, quæ scilicet respectu alicuius casus est expressa, alterius tacita, vt si quis substituerit in casum si noluerit, vel in casum si non potuerit heres esse institutus, l. cum proponas. vbi Ias. de hær. inst. l. fi. C. de impub. in qua casus expressus porrigitur ad omissum, vt ibi habetur; idq; intelligitur dummodo institutus non transmiserit hæreditatem, quia transmissarius præfertur substituto, cum & præferatur coniuncto, qui excludit substitutum vulgariter. l. quidam testamento. ff. de vulg. l. 3. C. de institu. vnde si vnico vinocatem ... magis ...

l. de

l. de accessionibus, ff. de diu. & temp. præscr. cum & hæres heredis heres sit testatoris, l. fin. C. de her. inst. Sic substitutus vulgaris antefertur fisco, vbi fiscus succedit in hereditate indigni l. vn. in princ. & §. cũ autem C. de ca. l. toll. Sic si filius repudiet hæreditatem patre adeunte sibi delatam, substitutus vulgariter patrem excludit, l. qui liberis, §. hæc verba ff. de vulg. l. cum proponas, C. de hær. inst.

6 Substitutionis vulgaris effectus quis.

Quod si quis simul tres vel plures coheredes in portionibus inæqualibus instituat, & eos inuicem substituat nulla declaratione adiecta, tunc si vnus eorum heres non extet, portio illius aliis accrescit non æqualiter, sed iuxta proportionem partis ad partem, in qua quisque est institutus. §. & si. Instit. de vulg. l. si in testamento, l. si plures. ff. eo. l. 1. C. de impub. Effectus etiam vulgaris substitutionis, vt supra, est vt si exprimatur in eo vnus tantum casus, vt si institutus non vult, vel non potest esse heres, vel moriatur ante aditionem, succedat substitutus, censetur ex eo capite etiam, reliqua continere & amplecti l. gallus, de lib. & posth. l. si C. de inst. & subst. Couar. in d. c. Raynutius §. 4. nu. 4. alius est, quod si deficit, vt supra, institutus, testamentum sustinetur à substituto, nisi anterior gradus nullius esset, quia testatus non potuisset testari, vel si substitutio esset inutilis, vel primus gradus agnitione posthumi rumperetur, l. qui in potestate, l. qua ratione de testam. l. si ego, ff. de iniusto rupto, quia tunc & sequentes gradus rumperentur l. nam & si, §. rumpendo, ff. eo. tertius effectus est, quod substitutus præfertur venientibus ab intestato, l. hæres instituta, C. de impub. quartus quod per vulgarem succeditur non deficienti instituto immediate, sed testatori, l. 1. ff. de vulg. quintus quod ius substitutionis vulgaris est personale, vnde non transmittitur ad heredes substituti, antequam possit esse locus substitutioni, l. si ex pluribus, ff. de suis, & leg. her. l. toties, ff. de acquir. her. sextus, quod substitutus vocatur in omne ius quod habiturus fuisset institutus ex testamento testantis, si adiisset hereditatem, l. si titius coheredi, ff. de vulg. septimus, quod ius accrescendi ad eum transit, ad quẽ transit portio iure huius substitutionis, l. cum ex filio, §. fi. ff. de vulg. octauus, impedit ne pars sub conditione relicta iure accrescendi perueniat ad puerum alia etiam parte institutum, Bar. in l. cum heres, §. fi. de acq. her. vnde substitutus excludit coniunctum l. vn. §. in primo, §. sin autem & §. cum autem, C. de cad. toll. nisi de contraria mente testãtis constet, vel nisi sit substitutio directe pluribus copulatiue facta, l. 4. C. de inst. sub cond. fact. l. quidam. ff. de vulg. quia conditio non dicitur verificata vno eorum decedente, secus in substitutione coniunctum pluribus facta l. fi. §. penul. de leg. 2. quando tamen coniunctio, & substitutio in eadem persona concurrunt, vt in l. qui patri, de acqui. hær. se mutuo iuuant, nõ vero expellunt, l. testamento, C. de impub. l. vn. C. quando non pet. par. nonus, substitutus vulgariter potest adipisci hereditatem pupillarem, in casu, l. ex duobus, §. filium, de vulg. vltimo substitutio vulgaris filio impuberi testatoris facta porrigitur, ad pupillarem tacitam, nisi contrarium sensisse testantem pateat, l. quamuis, C. de impub. hac cõstituta differentia quod in vulgari succeditur in solis bonis patris testantis, in pupillari in bonis patris, & filij intra pubertatem defuncti, Silu. hereditas, 4. num. 6. effectus etiam substitutionis vulgaris est, vt tollat lineatem. Villalobos verbo. substitutio. nu. 140, testans de communi, & substitutus vulgaris excludit patrem. Zas. Tr. subst. post. prin.

Expirat vero substitutio vulgaris cũ primum institutus adit hæreditatem, l. post aditam, C. de impub. l. si legata, C. de legat. si tamen pupillo esset datus à patre substitutus vulgaris, licet aditione hæreditatis facta per pupillum expiraret substitutio vulgaris, non tamen expiraret tacita pupillaris cum eo coniuncta, vnde si intra pubertatem pupillus moreretur non relicta matre, adita ea, succederet substitutus in omnibus eius bonis, exclusis venientibus ab intestato, etiam ad illa ad quæ vulgariter fuerat substitutus, d. l. nisi sit fideicommissaria, quia magis firmatur per aditionem, secundo, vt supra, expirat vulgaris si substi- 7 Substitutio vulgaris quando expiret.

stitutus moriatur ante aduentum conditionis, nec ius id transit ad eius heredes, l. sed si plures, ff. de vulg. tertio, si plures copulatiue sint instituti, vnius aditione expirat vulgaris substitutio, l. cum quidam, C. de impub. quarto, si substitutus repudiet hereditatem, l. nemo, de reg. iu. quinto, si conditio apposita deficiat, l. si plures, ff. de cōd. inst. sexto, si substitutus occiderit institutum l. Cicero de pœnis.

8 Hæreditas nō adita ī substitutione vulgari an transmittatur.

Quo vero ad transmissionem hæreditatis non aditæ, vbi est datus substitutus vulgaris legitima debita transmittitur iure suitatis, & iure sanguinis, & deliberandi ad quoscunque instituti hæredes, modo illam non repudiarit, ad suos descendentes, & sic illi præferuntur substituto, Couar. in c. si pater 2. p. ver. debitę, num. 3 facit l. vn. §. cum autem & §. in nouissimo, C. de cad. toll. Quod si hæredi suo relicta est hereditas vltra legitimã, & ei est datus substitutus vulgaris, nec habet descendentes, eam tamen vi suitatis transmittit non aditam, quia nescierit ad se pertinere, vel quia intra annum non adierit, & excluditur substitutus, si etiam testator plures instituat heredes, & vnus eorum deficiat, dato substituto vulgari, si duo sint instituti, & dicatur si neuter fuerit heres substituo Franciscū, is excluditur à coherede, & idem si dicat si ij non erunt heredes, substituo Franciscum, sed si dicit, si Petrus vel Paulus non fuerit heres, substituo Franciscum, vno deficiente succedit substitutus. Molina, d. tr. 2. disp. 183. ad fi. vbi & de similibus quæstionibus agit.

Ver. De pupillari substitutione.

9 Substitutio pupillaris quid sit, & cur inducta, & vt fiat.

Pupillaris substitutio est substitutio directa, & simplex qua testator filio impuberi in potestate eius constituto, neque per mortem ipsius in potestatem alterius recasuro, heredē instituit, qui ipsi impuberi heres sit, Inst. de pup. substitutione in princ. l. 2. de vulg. Couar. in cap. Raynutius, §. 5. de test. Quod ideo est introductum, quia cum sępe eueniat vt impubes filius post parentis mortem intra pupillarem ætatem moriatur, qui intra id tempus non potest condere testamentum, ius prouidit, vt parens sub cuius potestate erat, vel futurus, erat si posthumus sit, posset pro eo tempore constituere illi heredem, quę heredis institutio in testamento patris pupillaris substitutio vocatur; & sic id est quasi duplex testamentum vnum quo pater sibi prouidit de herede, aliud quo prouidit de herede filio. §. igitur. Instit. de pupill. subst. verbi gratia, si sic dicatur, instituo meū heredem Franciscum filium meum, qui si intra pupillarem ætatem decesserit, substituo illi Petrum, vel Petrus heres sit; & si dicatur instituo meum heredem Franciscum, qui si heres mihi non fuerit, vel intra pupillarem ætatem decesserit, substituo illi Petrum, est vulgaris & pupillaris simul. Instit. de pupill. in princ. vulgaris in primo euentu, si heres non erit, pupillaris in secundo. Dum dicitur in diffinitione vero quã filio impuberi heredem instituit, excluditur exemplaris, & aliæ substitutiones quibus impuberi non substituitur. Dicitur directa & simplex, ut excludatur fideicommissaria & composita. Et ita in hac substitutione duo sunt singularia contra ius commune moribus tamen & iure recepta, primum quod pater pro filio testetur, cū alias ex propria sententia non aliena sit testandum l. 1. ff. de testamen. l. captatorias, ff. de testam. mil. l. illa institutio, ff. de her. inst. secundum, vt per eam testatus decedat pupillus qui per ætatem testari non potest, ita vt etiam mater per eam priuari legitima possit, l. qua ętate, de testam. l. papinianus, §. sed nec impuberis, de inoff. test. §. sed nos. Inst. de sec. C. vt ita pupilli imbecillitati succurratur.

10 I Substitutione pupillari, vt valeat, q̃ requirātur.

Oportet vero ad hoc vt substitutio pupillaris valida sit, vt impubes sit in potestate parentis, l. 2. de vulg. Instit. de pupill. in prin. est autem in potestate aui paterni filius nepos, & alij descendentes etiam coniugati, mortuo vero auo nepotes incipiunt esse in potestate patris, & descendentes per lineam masculinam in potestate supremi ascendentis, quo mortuo incipiunt esse in potestate supremi ascendentis viuentis in linea recta ascendentium, non autem in potestate ma-

matris est filius necaniæ maternæ vel aui, vnde ij pupillariter impuberi filio substituere non possunt, sed ij qui habēt eos in potestate tempore eorum mortis, vt & si clausi vtero sunt, alias euanescit substitutio l. cohęredi, §. cum filio, de vulg. & sat est vt supra, esse in potestate tempore mortis, licet conditi testamenti tempore in eius potestate non fuerit, vt d. Molina d. tr. 2. disp. 184. Ver. vtrum autem, oportet etiam vt per mortem testantis impubes in alterius potestatem nō sit recasurus, aliter substitutio non valet l. 2. in prin. de vulg. vnde viuente patre & auo, neuter impuberi substituere sic potest pater tamen miles substituere potest pupillariter filio etiam auo viuente, quæ tamen substitutio est potius militaris directa, quàm pupillaris, vt dicit Molina cum alijs loco citat. tertio, opus est vt filij sint legitimi, & naturales, & liberi idest filij testatoris non extranei, vt eis sic possit substitui, l. 2. de vulg. §. liberis, Inst. de pup. nec refert an sint masculi, vel fœminæ, dictis iuribus, extraneis vero sic non substituitur, §. extraneo, Inst. de pupill. si tamen filij sint arrogati, eis substitui sic potest si pater non dedit eis plus quàm alijs, l. sed si plures, §. in arrogato. ff. de vulg. ob cautionem præstitam in arrogatione de restituendis bonis impuberis in ætate illa morientis, l. nō enim aliter l. hæc autem ff. de adopt. in adoptatis tamen aliter res se habet, si enim adoptatus non adoptetur à coniuncta persona, ei non potest substitui, quia qui in patris naturalis est potestate, datus in adoptionem extraneo, non transit in ius adoptantis, vt arrogatus sui iuris existens, secus si adoptatus talis sit vt in eius potestatē transeat, scilicet quod sit sui iuris alias, l. cum in adoptiuis, C. de adopt. legitimato etiam potest substitui pupillariter, Alc. in l. 2. nu. 5. de vulg. modo legitimatio valida sit, naturalibus vero tantum si lijs non potest pupillariter substitui, l. lucius, vbi gl. de vulg. & multo minus spurijs, l. 1. C. de nat. lib. cum certum patrē non habeant, nec sint in potestate patris l. vulgo, ff. de stat. hom. l. Paulus, eo. §. 1. Inst. de patr. pot. & prædicta intelliguntur si patri interdicta non sit bonorū administratio, cū is testari nec tūc possit l. fi. §. quibus, C. de sent. pass. nec pupillariter substitui potest extraneis impuberibus, & si fiat, trahitur in vulgarem. Bar. in l. 1. de vulg. Bal. cons. 114. vol. 3. cons. 140. vol. 1. & pater potest substituere pupillariter filio etiam si nil habeat in bonis vt & testari, l. hęreditas, ff de pet. hęr. iudęi tamen hęreticiue filijs Christianis factis pupillariter substituere nō possunt cum eos non habeant in potestate, nec hęretici, nec rei criminis humanæ maiestatis auth. gazaros, C. de hęret. l. quisqs, C. ad l. Iul. maie. c. 2. §. fi. c. cum secūdum leges, de hęret. gl. in c. iudęorum, 28. q. 1. licet ij parentibus succedant, c. iudęi, de iudęis, potest tamen pater filio quem exhęredauit substituere pupillariter, §. non solum, Inst. de pupill. §. substituere, Inst. de vulg. l. ex tribus, C. de inoff. test. præterito tamen filio substitui pupillariter non potest, quia per illam rumpitur testamentum l. inter cœtera, ff. de lib. & posthu. hodie tamen etiam prætermisso potest substitui pupillariter, §. siue igitur, §. si vero, auth. vt cum de appell. cogn. auth. ex causa, C. de lib. præt. Clarus in §. testamentum quæst. 54. Si tamen filius esset præteritus vel exhęredatus non inserta legitima exhęredationis causa, si filius de nullitate ageret vel quærela inofficiosi aduersus testamentum, & obtineret, tunc inualidę essent directę institutiones, & etiā vulgares substitutiones, Clarus, d. q. Requiritur etiam ad hoc vt substitutiones factæ in testamēto in quo filius est præteritus vel exhęredatus, validę sint, vt in eo testamēto aliquis alius hęres sit institutus, aliter si nullus alius esset hæres institutus, testamentum inualidum esset omnino, & proinde nec legata ad non pias causas in eo relicta, nec aliud in eo scriptum validum esset.

Diuiditur vero substitutio pupillaris in expressam, tacitam, & mixtam. Expressa quando forma substantialis eius exprimitur in testamento patris, vt si filius me° intra pubertatē decesserit, seius hęres esto, l. 1. de vulg. §. 1. Inst. de pupil. & hæc aliquando est expressa verbis generalibus, vt si habens filium impuberē dicat. 11 Substitutio pupillaris quotuplex & vt fiat.

dicat, instituo filium meum hæredem, & ei substituo Antonium, & hæc est vulgaris expressa & pupillaris verbis generalibus quia adest capacitas vtriusq;, & si quis habens duos filios impuberes eos instituat, & inuicem substituat, resultat breuiloqua, vel reciproca, quæ constat in quattuor expressis substitutionibus, sed verbis generalibus, scilicet duabus vulgaribus quibus inuicem vulgariter substituuntur, & duabus pupillaribus quib. etiam inuicem substituuntur, l. iam hoc iure, l. lucius, ff. de vulg. l. precibus, C. de impub. l. in testamento .1. C. de milit. testam. sed si vnus esset pubes & sic capax vnius tantum substitutionis, & alius impubes, sic substituti, & instituti, censerentur solum vulgariter ad inuicem substituti, ne inæqualitas inter eos detur, nisi aliud exprimatur, l. quamuis, C. de impub. l. iam hoc iure, l. in testamẽto supra cit. quod si à milite filia impubes cum extraneo sit hęres instituta, & inuicem substituti, censetur tantum facta vulgaris substitutio filiæ, nisi cohęres probet testatorem iure militari intendisse substituere etiam ipsi filiam in euentu quo is postquàm hæres extitisset, moreretur, ne inæqualitas detur in substitutionibus, quod non præsumitur. Quod si verbis similiter generalibus impuberi compendiose substitutus daretur, sic, instituo hęredem meum filium, & quandocunque decesserit substituo ei Antonium, illa compendiosa comprehenderet pupillarem expressam, quæ si is impubes moreretur, excluderet matrem, vt & aliæ pupillares expressę, & fideicommissariam, vel militarem, si testans miles esset, per quam, si talis filius extra pupillarem ætatem decederet, succederet substitutus, l. pcibus, C. de impub. l. lucius, de vulg. vbi pupillaris expressa in compendiosa comprehensa excludit matrem.

Secundò, pupillaris expressa fit verbis particularibus vbi mentio fit pupillaris ætatis, sic, instituo hæredem filium meũ impuberem & substituo illi Antonium, vel instituo filium meum, eique impuberi substituo Antonium, ar. l. ex facto, de vulg.

Tertiò, fit verbis singularibus sic, instituo hæredem filium meum, & si is hæres fuerit, & in pupillari ętate decesserit, substituo illi Antonium. Couar. in c. Rainutius, §. 5. nu. 4. & §. 4. num. 7. de testam. licet vero in substitutione vulgari facta filio impuberi, pupillaris expressa nullo ex modis supra explicatis fiat, intelligitur tamen pupillaris tacita, vt sic, instituo filium meum hæredem, qui si hęres non fuerit, vel non potuerit, sit Antonius, in his enim omnibus intelligitur tacita pupillaris, si non constat de mente cõtraria, vel nisi sit mutua substitutio, quarũ vna non posset pupillarem amplecti, vt supra; Econuerso in pupillari quæ vulgarem non habet adiunctam expressam, intelligitur vulgaris tacita, si si non constet de mente contraria, vt si dicatur, instituo filium meum hæredẽ, qui si hęres erit, & in pupillari ætate decesserit, substituo illi Antoniũ, ibi enim est tantum expressa pupillaris, ex præsumpta tamen mente testantis intelligitur tacita vulgaris, sed si dicatur, instituo filium meum hæredem, qui si impubes morietur substituo illi Antonium, ibi est pupillaris expressa verbis singularibus, & vulgaris expressa verbis generalibus, Couar. d. § 5. num. 5. Mixta quæ vtramq;, vt supra, complectitur, §. substituitur, Institu. de pupill. l. qui liberos, ff. de vulg.

Complectitur autem substitutio pupillaris bona testatoris, & bona pupilli, vnde substitutus succedit, non solum in bonis paternis, sed etiam pupilli aliunde quæsitis etiam & maternis quoque §. 1. Inst. de pupill. l. sed si plures, §. ad substitutos, ff. de vulg. l. si ita scriptum, §. qui filio, de bo. poss. sec. tab. §. 1. auth. vt liceat matri, & auię, quod pcedit esto in omnibus bonis pupilli non substituerit pater, sed in re aliqua, quia illa particularis substitutio ad omnia bona trahitur l. cohæredi, §. fin. de vulg. quando tamen pupillaris fit per verba directa & ciuilia, si enim fiat per obliqua & communia, substitutio in re particulari facta nõ trahitur ad omnia bona, Alex. in l. 2. ff. de vulg. & ratio prædictorum est, quia adita hæreditate per filium, fit vnum patrimonium per vnionem bonorum, ideo 12 Substitutio pupillaris quæ bona cõplectat.

in

in vtrisque succeditur l. sed si plures, §. filio, de vulg. Excipitur si substitutio pupillaris fiat filio arrogato, quia non extenditur nisi ad legitimam quam à patre adoptante habuit, non ad ea quæ ante habebat quàm esset arrogatus, d. l. §. in arrogato, ob pactum quod ibi interuenit de reddendis bonis proximioribus, si is in pupillari ætate moritur, l. non aliter, ff. de adopt. sic tamen etiam vt bona pupilli in quibus est facta substitutio possint ex iusta causa interim alienari, secus de bonis patris, Guil. Ben. in d. c. Rainutius. verbo. si absque liberis, 2. num. 85. quia in priori euentu est testamentum filij, de cuius natura est vt sit reuocabile, & proinde bona ante mortem alienabilia, & tacita etiam pupillaris sub vulgari contenta, trahitur ad omnia bona pupilli. Guil. ibi. in fi. nir.

13 Substitutio pupillaris quid vlterius requirat. Forma vero pupillaris, præter supra narrata, requirit vt pater capax factionis actiuæ testamenti, prius faciat sibi testamentum & simul filio, cum id fit vnicum vtriusque testamentum, vnica hæreditas & vnica inde falcidia debeatur, l. 2. §. quisquis, & §. prius de vulg. §. 1. Inst. de pup. l. patris & filij, de vulg. l. paterfamilias, de priu. cred. l. in ratione, §. quod vulgo, ad l. falc. valet etiam substitutio pupillaris facta in testamento imperfecto valido tamē inter liberos, modo substitutus sit de liberis testatoris, alias non Bart. in l. 2. de vulg. Castr. in cons. 395. secundo, requiritur ad hoc vt substitutio pupillaris valeat, vt testamentum subsistat, & nullum non sit præteritione, vt supra, modo ibi exposito, l. 2. in princip. de vulg. tertio, vt hæreditas adeatur ex testamento patris, vel pro adita habeatur, idest eueniat casus qui pro aditione habetur, vt nomen sui, vel edictum si quis omissa causa testamenti, d. l. 2. §. pen. l. si filius qui patri. eod. d. l. 2. §. 1. & §. plane. quarto, vt is cui substituitur sit de liberis in potestate testantis constitutus, nec per eius mortē sit in alterius potestatem recasurus, d. §. 1. & §. liberis, d. l. 2. l. precibus, C. de impub. c. si pater, de testam. in 6. quinto, vt liber impubes sit, d. l. 2. de vulg. nec fiat substitutio vltra impuberem ætatem, l. in pupillari, eod. sexto, vt substitutus possit & velit pupilli hæreditatem adire, præter alia supra relata.

Effectus pupillaris substitutionis multiplex est, primus est quod quando est expressa aliquo ex modis supra relatis, substitutus pupillariter etiā extraneus, excludit matrem pupilli viuentem etiā quo ad legitimam portionem alioqui matri in bonis pupilli debitam, & licet in bonis pupilli reperiātur bona quæ ex linea materna acquisierit, l. precibus, C. de impub. l. sed & si plures, §. ad substitutos, de vulg. l. lucius, eod. l. papinianus, §. sed nec impuberis, ff. de inoff. testam. l. in testamento, 2. C. de milit. test. ca. si pater de testam. in 6. vbi Emanuel à Costa. 2. p. verbo. superstite matre, num. 9. Couar. in d. c. Rainutius, §. 5. num. 6. quia testamentum est patris qui non tenetur instituere vxorem, d. § ad substitutos, ideo excluditur, & est communis opinio, pupillaris tamen tacita quæ continetur in vulgari expressa non excludit matrem, imo præfertur substituto sic in omnibus bonis pupilli, excludit tamen alios pupilli hæredes ab intestato q̄bus substitutus præfertur, l. fin. §. fin. C. de inst. & subst. d. l. precibus, & est communis opinio, Couar. in d. cap. Rainutius, §. 4. num. 6. Tacita tamen vulgaris contenta in pupillari expressa, vt supra, excludit matrem, glos. fin. in d. l. fin. C. de inst. & subst. quia ea non habet locum nisi quando filius non est hæres, ideo per eam succeditur non filio, sed patri testanti, in cuius bonis nil debetur vxori, licet tamen tacita vulgaris in pupillari existēs excludat matrem pupilli, non tamen excludit matrem testatoris, imo si pupillus decedat nō adita hæreditate, & sic eam non trāsmittat, vel quia moriatur ante testatorē, testatoris mater præfertur substituto, nisi is esset ex descendentibus testatoris, quo casu testator censetur ab intestato decessisse, Couarr. in d. §. 4. in fin. & est communis opinio. 14 Substitutionis pupillaris effectus qs.

Aduertendum etiam tacitam pupillarem substitutionem in vulgari expressa comprehensam excludere matrem, si adsint sufficientes cōiecturæ talem fuisse mentem testatoris, l. testamento. 1. C. de mil. test. gl. in d. l. precibus, vt si testator.

tor extra testamentum dixit velle vt si filius hæres non esset, bona ad substitutũ deuenirent, non ad vxorem, vel si in testamento aliquid reliquit vxori, subijciens quod illo sit contenta; Similiter si substitutus sit filius vel nepos testatoris, frater vel consobrinus pupilli, pręfertur tunc matri, quia præsumitur testatorem velle sobolem suam illi præferre, iuxta communem sententiam, & idem forte esset si substitutus esset frater testatoris, & eo magis aliquis ex eius ascendentibus. Et idem est quando pauperes, vel pia causa est substituta vulgariter, quia ex huiusmodi pupillari tacita mater excluditur, iuxta communem, vt dicit Molina, d.tr.2. disp. 184. quod vltimum tamen intelligit, Couar. d.§.4. nume.6. solum procedere quãdo causa pia est substituta pro exoneratione conscientiæ, in quibus conijcienda est voluntas testantis, & in dubio fauendum matri pupilli, vt ibi d. Molina.

Quod si fiat substitutio pupillaris inualida, vt quia fiat à matre pupillo, vel à patre filio emancipato, vel puberi, vel extraneo, si sic fiat, instituo filium meũ Petrum hæredem, quo decedente in pupillari ætate, substituo illi Antonium, tunc in ea contineretur vulgaris expressa verbis generalibus, quia posset mori intra pupillarem ætatem ante testatorẽ, vel non adita hæreditate, aut ea repudiata, quod si substitutio inualida sic conciperetur, instituo filium meum hæredem qui si hæres fuerit, & in pupillari ætate decesserit, substituo illi Antonium, in ea intelligitur substitutio vulgaris valida, quia tunc vulgaris tacita non oritur à pupillari, vt eius affectio, sed à præsumpta mente testantis, qui dum ita substituit pupillariter, præsumitur à fortiori velle, vt si impubes hæres non sit ipsius, succedat substitutus, quæ mens durat ẽt dum putat se valide substituere sic, vt d. Couar. d.cap.§.5.nume. 5. Eadem etiam inualida substitutio conuertitur in fideicommissariam, si is qui ita hæres instituitur, hæres existat, & ideo si decedat intra pubertatem, hæres illius tenetur restituere substituto bona omnia quæ ex tali testatore ad talem pupillum deuenerunt, deducta tantum quarta Trebellianica. Couar. d.§.5. nume.5. licet etiam pater in legitima filij nullum possit grauamen imponere, si tamen ei substituat pupillariter, potest substituto grauamen apponere etiam in legitima quam à patre accepit, & in bonis quæ à patre, vel aliunde quàm à patre filius habet, quia pater substituit hæredem filio, cui filius poterat apponere grauamen etiam in legitima à patre accepta, ergo & pater eadem ratione id potest; pari modo pater potest hęredibus ab intestato talis filij in eisdem bonis grauamen imponere, nullum alium filio substituendo, quod tamen grauamen expirat cum primum pupillus pubes fit. Gomez. 2. tom. var. res. c.4. num.12.

Secundus effectus pupillaris est, vt sic pupillus moriatur testatus, §.1. Instit. de pupill. tertio, vt in pupillari expressa cõtineatur vulgaris, modo quo supra, glos. in l.2. de vulg. quarto, vt quos pater potest sibi hæredes necessarios facere, possit & filio, d.l.2.§.prius. Ver. constat, l. sed si §. quos possum. eo. quinto, vt qui pupilli hęreditatem adiuit, si pupillus patris hęres sit, cogatur & paternam adire, & contra l. quidam, C. de iu. delib. sexto, vt excludat omnes venientes ab intestato, & matrem, l. precibus, C. de impub.

Quod si substitutio pupillaris fiat de duobus filijs si decesserint in pupillari ętate, vno pręmoriente impubere, non habet locum nisi ambo decesserint, etiam si non sit dictum, vterque. Ias. in l. cum quidam nu.6. C. de impub.

Expirat porro pupillaris substitutio multis modis, primo ex parte patris, si sit intestabilis, vel pręterijt filium, vel alio modo, vt supra, testamentum corruat l. lege Cornelia, ff. ad l. Corn. de fic. l. filio præterito, ff. de iniusto rupto, secũdo, ex parte pupilli si desinit esse viuente patre in eius potestate, vel moritur ante eum, vel dum pater viuit fiat pubes, l. cohæredi, §. cum filiæ de vulg. §. masculo. Inst. de pupill. vel si post tempus substitutionis breuius pupillari moritur filius, cum pater possit restringere id tempus non autem protrahere vltra pubertatem l. si quis ita l. ex facto, §. quæro, 15 Substitutio pupillaris quã do expiret, & quo modo.

de

&c vulg. vel si intra ætatem pubertati designatam, malitia supplente ætatem, liberos suscipit, quia tunc liberi excludũt substitutum, l. in pupillari. eo. cum non præsumatur quem præferre alienam sobolem propriæ velle, l. cum acutissimi, C. de fideicomm. gl. in c. 1. de del. pue. tertio, ex parte substituti, si sit incapax succedendi, vel præmoriatur pupillo, si sit deportatus, vel repudiet hæreditatem, l. vnic. §. pro secundo C. de cad. toll. l. si ex pluribus, de suis & leg. l. precibus, l. pen. C. de impub. vt & vulgaris expirat si substitutus ante testantem decedat, cum ius vel spes substituti ad hæredes non transeat, l. sed si plures, de vulg. quarto, si conditio adiecta substitutioni deficiat l. qui liberis, de vulg. quinto, per ingressum & professionem religionis impuberis factã ex Papę dispensatione. Guil Ben. in d. c. Rainutius, verbo. si absq; liberis 2. num. 114. & monasterium est loco filij. Doct. in c. in præsentia, de probat. dummodo religio capax sit bonorũ in cõi, aliter acquiritur substituto. Guil. d. loco. nu. 113. quod si non est professus ex dispensatione, sed tñ oblatus monasterio, cum pęnitere possit vsq; ad annũ professionis. f. 16. completum, c. 15. sess. 25. de reg. in Trid. Conc. & ipso anno probationis, c. statuimus, c. ad apostolicam de regul. non finitur substitutio ex eo capite, sed per aduẽtum pubertatis: Sic si pater testamentum condat in quo pupillariter filio substituat, & postea religionem ingreditur & profitetur, eo ipso expirat pupillaris substitutio, etiam si pater moriatur ante annos pubertatis filij, & filius post patris mortem ante pubertatem, sic enim bona deueniunt ad succedẽtes ab intestato, cũ sic filius egrediatur patriam potestatem Costa, in d. c. si pater p. 2. nu. 10. qui & ibi agit qd iuris qñ pater vel filius vel vterque captiui tenentur, in quo tñ Molina, d. id raro euenire cũ Christiani ab infidelibus capti non sint iure captiui ob iniustitiam belli ex parte infideliũ. Quo vero ad vulgarem coniunctã cum pupillari, si pupillaris expresse limitata sit ad tẽpus pupillaris ætatis, vel breuius, eo transacto vna cum pupillari expirat vulgaris cum ea cõiuncta, si vero ad nullum tempus sit expresse limitata, sed testator habens filium impuberem, dicat, instituo filium meum Antonium hęredem, & ei substituo Petrum, adueniente pubertate, expirat sola pupillaris, nõ vero vulgaris, imo si is pubes ante testatorem moritur, & pater non condat aliud testamentum, vel pubes moriatur post mortem patris, repudiata vel non adita hęreditate, locũ nõ habente tunc transmissione, succedit substitutus in solis bonis testatoris vi vulgaris in pupillari contentę, quę nõdum cessauit, & idem si dicatur instituo filiũ meum impuberem, eiq; substituo Antonium, non facta mentione si is impubes decedat, & hęc est cõis sententia, Couar. tamen, & Molina tenent vniuersaliter vulgarem in pupillari contentã non expirare, licet pupillaris expiret adueniente pubertate, vel breuiori tempore præfixo. Molina, d. disp. 184. in fi. distinctio tamen de qua supra videtur magis probabilis, vt & magis communis.

Ver. De Exemplari substitutione.

Substitutio exemplaris, est directa ac simplex substitutio, qua, ad exemplũ pupillaris, pater vel mater & alij ascendentes iuxta gradus sui pręrogatiuam, liberis mẽte captis vel huiusmodi morbo detentis, hęredẽ instituunt sub conditione si in illa infirmitate & puberes decedant, & liberi à patria potestate, §. qua ratione. Inst. de pupill. l. humanitatis, C. de impub. & idem si filij sint muti, prodigi, & surdi, dictis iuribus & l. ex facto, de vulg. modo hi eius morbi sint qui testari non possint l. discretis, C. qui test. fac. non poss. Bar. & Bal. in d. l. ex facto. Castr. Ias. Alex. in d. l. humanitatis. Guil. Ben. in d. c. Rainutius, ver. absq; liberis, 2. nu. 5. 6. sanę vero mentis filio fieri non põt nisi ea conditione in casum quo fiat furiosus prodigus vel surdus, vel mutus, & his casib. scribere nesciat, vt d. Salic. in d. l. humanitatis. 7. col. & quod tempore mortis testatoris talis sit effectus, aliter non valet. Salic. in d. l. ex facto. col. 16. Guil. Ben. loco cit. nu. 8. consentit prædictis. Ant. Gom. Tom. 1. var. res. c. 6. nu. 3. Couar.

16 Substitutio exemplaris qd sit, cur inducta, & quib. fiat.

Couar. in d. c. Rainutius, §. 6. nu. 1. Ideo aũt hęc substitutio est introducta vt is q̃ sibi sufficere non valet, & sic nec testari, per patrem testetur, vel matrem.

17 Substitutio exemplaris quotuplex sit, & quomõ. Diuiditur vero hęc substitutio in expressam tacitam, & mixtã. Expressa rursus fit quãq; verbis generalib. vt cũ quis sciẽs filium esse mente captũ, dicit, instituo filium meũ Antoniũ, & ei substituo Franciscum l. ex facto, de vulg. Couar. in d. c. Rainutius §. 6. nu. 5. de testam. imo si quis habens duos filios mente captos, dicat, instituo filios meos, & eos inuicem substituo, erit reciproca continens verbis generalibus duas vulgares, & duas exẽplares, vt ver. praecedenti est dictum, Couarr. ibi, & tunc si filij sint impuberes, erunt sex, duae vulgares, duae pupillares, quae excludẽt mrẽm si quis eorum intra pubertatem moriatur, & duae exẽplares; Si tamen pater filio sic substituat, si intra pupillarem aetatem decesserit, ei substituo Antoniũ, erit pupillaris, non autem exemplaris pro tempore quo pupillarẽ aetatem fuerit egressus, vt d. Molina, d. tract. 2. disp. 185.

Secundo loco, exemplaris expressa fit verbis specialib. si mẽtio fiat defectus ob quam fit, sic, filio meo furioso substituo Antoniũ, est exemplaris expressa verbis specialib. & simul vulgaris expressa verbis gñalib. qua si is moritur ante patrẽ, vel sanę mentis repudiet hęreditatẽ p̃ris, vel alius loco eius dum amens est, succedit substitutus, est ẽt simul pupillaris verbis gñalib. expressa si is nondũ ad pubertatẽ peruenit, per quam si is impubes, vel sui compos, vel amens decedat, succędit substitutus ẽt exclusa matre, sed si post pupillarẽ ętatẽ in furore decedat, est pro eo tpe exemplaris. Couar. ibid. num. 5. Si vero pater eidẽ filio furioso & impuberi sic substituat, si filius meus in furore decesserit, substituo illi Antonium, continebit ea substitutio tres species substitutionis ante explicatas, tñ licet vulgaris tũc locum habeat si sanę mentis effectus repudiet hęreditatẽ, duę tñ alię euanescẽt, si cõpos sui, vel intra pubertatẽ aut post moriatur, quia vtraq; sub illa cõditione est facta si in furore decesserit, quae impleta non fuit, Couarr. ibid. erit demum exemplaris verbis singularib. expressa, si sic dicatur, si filius meus hęres erit, & in furore decesserit, substituo illi Antoniũ, quae ex p̃sumpta testatoris voluntate cõtinet vulgarẽ tacitam, & ẽt pupillarem expressam in verbis gñalib. si is filius impubes sit, coarctatã tñ illa cõditione si intra pupillarẽ ętatẽ in furore decesserit; & substitutio exemplaris facta ex vno eorũ capitũ ex quib. dictũ est tradi posse substitutum exemplarem, vt si surdus sit & mutus, extẽditur ad alia, s. vt substitutio facta ex capite prodigalitatis, extendatur ad amentiam & ecõuerso. Molina cum Couar. d. disp. 185. Tacita est quae continetur in expressa vulgari vel pupillari facta furioso, vel in pupillari exp̃ssa facta furioso, Guil. Ben. in d. c. Rainutius verbo. si absq; 2. in subst. exẽplari. nu. 34. 35. 36. Mixta partim tacita partim exp̃ssa, sic, Titiũ & Caium hęredes instituo, & eos inuicem substituo. Guil. ibi nu. 39.

Potest vero substituere filio exẽplariter tã pater q̃ mater l. humanitatis. C. de impub. imo & à patre arrogatore sic si arrogatus furiosus sit, substitutio tamẽ facta ex parte patris vim habebis in bonis quae filius ex patre habuerit, facta vero per matrem in bonis ex parte matris obtentis, & si is habebit alia bona propria industria quaesita, substitutus datus à patre habebit dimidium, & dimidium datus à matre, Gom. Tom. 1. var. resf. c. 6. num. 13. Si tamen mater transiuit ad secundas nuptias non potest substituere exemplariter. Bar. & Ias. in l. ex facto, de vulg. nisi id faciat intuitu pietatis, vt si substituantur venientes ab intestato furioso, secus si amasius matris. Guil. Ben. loco cit. nume. 36. Boer. decis. 288. pater vero etiam secundo nubens potest sic substituere. Boer. ibi. Doct. in d. l. ex facto, quod si filij sint naturales tantum, pater non potest eis sic substituere, mater vero sic, nisi sit illustris, Ben. loco cit. nu. 12. l. si qua illustris, C. ad orfic. nisi nati sint ex nephario incestu, auth. ex cõplexu. C. de incest. nupt. vbi Bart. cum non possint institui à parentibus, vt ibi habetur, & sic nec eis substitui. Aui etiam & auiae alijque ascendentes possunt sic substituere nepotibus deficientibus corũ 18 Substitutio exemplaris à quib. fieri possit.

patri-

patribus, & matribus, si tamen pater prodigus sit cui bonis sit interdictum nō potest sic substituere vt nec testari, l. is cui, de testam. si vero sit vilis persona & discrete substituat vt bonus pater familias, prout proxime de matre est dictum, valet substitutio, alias non. Guil. Ben. loco cit. in exemplari, num. 44. Ex his sequitur quod tantū parentes possunt sic substituere filijs furiosis, non extranei, nec fratres fratribus nec consanguinei, nec etiā filij patribus furiosis. Bart. in d. l. ex facto. de vulg. cum non sit danda ptās filijs in patres, §. sed quid. auth. de nupt.

19 Substitutio exemplaris qualiter sit facienda.

Forma vero in hac substitutione ea est seruanda, vt primo parentes sibi testamentum faciant, & legitimam relinquāt filijs quibus exemplariter substituere volunt, vel aliquid pro legitima, vnde agatur ad supplementum d. l. humanitatis, Boer. decis. 188. nu. 1. Guil. loco cit. num. 20. l. omnimodo, C. de inoff. test. qui tamē furiosus potest exheredari ob causas iustas ante furorem cōmissas. l. tā demētis, C. de ep. aud. id tñ nō permittitur in hac exēplari substitutione ex pietate introducta, secundo, requiritur vt furiosi perpetuo morbo laborent nec potiantur lucidis interuallis, cum tunc per se testari possint, d. l. humanitatis, Bald. in d. l. ex facto. l. furiosi. C. qui test. fac. poss. vt nec si furiosi ante furorem testamentum legitime condidissent, l. is cui, de testam. tertio, potest fieri & emancipato, d. l. humanitatis, quarto, requiritur vt is post mortem testantis non sit recasurus in alterius potestatem Ben. loco cit. nu. 19. & modo ante furorem non sit factus intestabilis vt hereticus vel deportatus, l. manicheos, C. de hæret. l. si quis filio, §. irritū, de in. rupto. quinto, qđ is cui est exēplariter substituendū, si hēat descendentes, illi necessario substituantur vel aliqs eorū alijs in portionib. debitis institutis, ꝙ si careat descendētib. vel sint amentes, vt hēat fratrē vel fratres, ij vel vnus eorū est necessario substituendus, alias nō valebit substitutio si alius substituatur, deficientib. vero fratrib. licitū est substituere quēlibet extraneū, d. l. humanitatis, §. qua rōne, Inst. de pupill. pōt tñ fieri illegitimis filijs in casib. quib. pñt parentibus succedere, de quo supra est dictū, ꝙ si is cui substituitur hēat fratres vtrinque coniunctos, & alios ex vno latere tātum, vtrinqȝ coniuncti erunt necessario substituendi exclusis ex vno tantum laterem iunctis, si vero sint iuncti ex vno latere tantum si substituens habet alios ex alio etiam matrimonio, quiuis potest substituere proprios filios, & si alter tantum coniugum habet filios fratres eiusdem illi ex vno tm̄ latere iunctos, vterque parens tenetur illi substituere dictos fratres vel saltem aliquem eorum, parēs vero cuius illi non sunt filij, de suis proprijs bonis, excepta legitima talis filij, ad libitum disponere poterit, & sic in eis substituere quem volet. Quod si is cui est substituendum habeat consobrinum filium fratris defuncti, is probabiliter necessario est substituendus, quia is patrem suum rep̄sentat defunctū, si tñ is cui est substituendum habet fratres superstites, non tenetur substituere cōsobrinum qui excluditur à fratribus, non pōt & pater qui filio exemplariter substituit, excludere matrem à portione in bonis talis filij ei debita cum id æquitas requirat, vt pluribus probat Molina d. dispu. 185.

Substituitur autem in exemplari in bonis omnibus eius cui substituitur, etiam in relictis ei à parēte, preterquàm si ab vtroque parente ei substituatur, qa tunc substitutus à patre habebit bona filij à patree prouenientia & aduentitia, & substitutus à matre bona quæ à matre processerunt, Ias. in d. l. ex facto, & Ben. d. loco. cit. num. 39. c. Rainutius. 20 Substitutio exemplaris de quibus bonis fiat.

Effectus exemplaris, est ꝙ per eam ex p̄ssam excluditur mater & venientes ab intestato, vt & in pupillari à substituto, d. l. humanitatis, & d. l. ex facto. Ben. vbi supra nu. 11. & pariter si extraneus sit substitutus deficientib. filijs & fratrib. mater excluditur. Ben. ibid. nu. 31. glo. in §. qua ratione. Instit. de pup. secundo, nam per exēplarē succeditur ei cui substituitur in oībus bonis vt supra, modo ibi expósito. l. sed si plures, §. ad substitutos, de vulg. quæ intelliguntur si exemplaris locum habeat, secus si perimatur. 21 Substitutionis exemplaris effectus quis.

Expirat porro exemplaris simul ac is cui substituitur, ad sanam mētem redit, 22 Substitutio exem-

platis, vt expiret. d.l.humanitatis,d.§.qua ratione.Inst.de pupill.vel prodigus ad liberalitatem,vel surdus & mutus ad sanitatem sint côuer uersi,l.ex facto.si tñ postq̃ ad sanã mentem redijt testamentum non fecit,& recidit in amentiã, substitutio prius facta reconualescit, licet exemplariter substitutẽs perierit anteq̃ is ad sanã mẽtem redierit,Couar.d.§.5.nu.7.modo nõ redierit ad amentiã post longũ tẽpus à puncto quo ab ea liberatus fuerit, vt ibi refert Couar.si tñ is cui alias est substituẽdũ,sanus cõfecerat testamentũ,ei statur, nec potest illi substitui, secundo, finitur si is cui substituitur hẽat filios legitimos & naturales, in lucidis interuallis matrimonio cõtracto,d.l.humanitatis,§.vel si filia,d.l.ex facto,l.cum acutissimi, C.de fideicõ. l. patre furioso.ff.de ijs qui sunt sui vel al.iu.tertio, si prædicti tpe lucidi ĩterualli vel sanitatis delictũ cõmiserint ob q̃ bona confiscantur, vel in religione profiteãtur. Ben. loco cit.nu.51.quarto, vt sup.si in lucidis interuallis testatus fit.

Ver. De Breuiloqua vel reciproca substitutione.

23 Substitutio breuiloqua q̃d sit, quot ac quas cõtineat substitutiones.

BReuiloqua seu reciproca substitutio est cõposita multarũ adinuicẽ; vbi per verbũ, cõposita,excluduntur simplices substitutiones, per verbũ multarum adinuicem excluditur cõpendiosa, quæ in hoc ab illa differt, q̃ reciproca pluralitatẽ substitutionũ ex parte personarũ inuicẽ substitutarũ complectitur,cõpendiosa vero ex parte temporum, & etiam quia pluribus tm̃ institutis fieri põt breuiloqua,compendiosa ẽt vno tm̃, tertio, q̃a reciproca oportet vt plures contineat species substitutionũ, cõpendiosa vni ẽt põt adaptari prout casus cõtingit, vel vt verborũ interp̃tatio patitur, licet apta sit diuersas species cõtinere, & breuiloqua est vera species substitutionis, vt d. Alex.in l.lucius.ff de vulg. ratione formę, nõ tñ ratione effectus,vt ibi.d.Alex.quia resoluitur in vulgarem vel aliam,ar.l.in testamento,C.de mil.test. Bar.& Ias.in d.l.lucius,vel reciproca substitutio est quę plurium personarum ad inuicẽ substitutiones vno breui sermone cõplectitur . l.testamento,C. de impub.l.iam hoc iure.l. lucius,de vulg.v.g.Petrũ & Antoniũ hęredes meos instituo & eos inuicem substituo,l. si plures l.iam hoc iure, de vulg. vel vter eorum viuet. l. titius & seius cũ l.seq.de hęr.inst.Hæc autem breuiloqua quandoq; vnam quandoque plures substitutionum species habita ratione personarum institutarum, & substitutarum continet,si enim pater duos filios impuberes exhęredatos, inuicẽ substituit,hęc reciproca continet tm̃ pupillarem reciprocam,vel duas pupillares ratione duorũ impuberum, non aũt vulgarem,quia filij instituti non sunt, Guil. in d.c. verbo.si absq; 2.in breuil.nu.21.cũ exhęredatis pater pupillariter substituere possit l.2.§.sed si ego. de vulg §.non tantum de pupill.licet onus nõ possit imponere ijs quos non instituit,l. labeo.§.de fideicommisso.l. cohæredi. §. cum filiæ, de vulg.sic reciproca facta duobus furiosis ob causam ante furorem exhæredatis, continebit tantum duas exemplares, vel vnam speciem exemplaris, Ias.tamen in l.in testamento.1.C.de test.mil.putat nõ posse contineri duas exemplares in reciproca, dicens nõ posse exemplarem fieri exhęredatis. l. humanitatis. C.de impub.sed si non adeatur hęreditas amentium,contineri duas vulgares, opinio tñ prior verior vr̃, cũ exẽplaris assimiletur pupillari,q̃, vt sup.fieri põt exhęredatis. Q̃d si duo vel plures instituuntur & adinuicẽ substituuntur, si neuter sit impubes, vel neuter sit filius, vel sint personæ inęquales, s. vnus pubes alter impubes, vel licet vterq; sit impubes,vnus tñ est filius alius extraneus,vel huiusmodi,talis reciproca est cõposita ex vulgarib. duabus,non aũt includit pupillarẽ,nisi altero impubere existente,vel aliter testator exprimat Costa.in d.c. si pater,verbo. p̃sonis, nu.2. cum seq. Siue vero personæ essent ęquales vel inęquales , si substitutio reciproca obliquẽ fieret, vt quia instituti inuicẽ rogarentur,vt qui prior decederet,portionem suam alteri restitueret, vel in quouis alio euentu alter alteri portionem suam restitueret , talis breuiloqua constaret duabus substitutionibus fideicommissarijs , & idem si substitutiones mutuæ,quia fierent in codicillo,vel

alia

alia ratione obliquaretur, vt habetur, c. de codicillis; Quod si vterque inuicem substitutorum impubes filius sit, tunc breuiloqua constat quattuor expressis substitutionibus, duabus scilicet vulgaribus quibus inuicem substituuntur, & duabus pupillaribus quibus pariter inuicem substituuntur, & si ijdem simul essent mente capti, eadem breuiloqua constaret sex substitutionibus expressis, quattuor prędictis vulgaribus, & pupillarib. & duabus exemplaribus, quibus inuicē substituerentur, imo licet amentes non essent, sed si illa substitutio simul subiret rationem compendiosæ, vt si diceretur, quocunq; tempore è vita decesserint, eos inuicem substituo, contineret sex substitutiones, duas vulgares, duas pupillares, si ante pubertatem decederent, & duas fideicommissarias, quibus qui prior post pubertatem decederet, restituere grauaretur alteri eam partem in qua testator potuit eos grauare, & pariter si simul essent amentes cōtineret octo substitutiones, duas vulgares, duas pupillares, duas exemplares, & duas fideicommissarias, quibus grauati inuicem restituere tenerentur in euentu, quod sani mente post pubertatem decederent; si tamen inter personas reciproce, & compendiose sic substitutas daretur inęqualitas, quia vna esset pubes, alia vel aliæ impuberes, locū non haberet pupillaris ex parte impuberum, sed solum aliæ omnes, & idem de exemplari si vnus ex reciproce substitutis esset sanę mentis. Quod si aliqui instituuntur, vel eis legatur, ea conditione, vt qui vltimus decesserit, alij restituat, intelligentur reciproce substituti, quæ tamen reciproca substitutio erit fideicommissaria, vulgaris, pupillaris, vel exemplaris prout materia subiecta postulauerit. Fallit tamen si alia via tota hęreditas vel legatum ad vltimum, cui in vniuersam hęreditatē vel legatum substitutus datur, esset deuentura. Vnde si quis habens solos filios impuberes superioribus carentes, ascendētibus scilicet, sic testetur, instituo hęredes tres filios meos, quod si oēs impuberes decesserint, eorum vltimo in vniuersa bona mea, & si quę alia mortis suæ tempore habuerit, substituo Petrum fratrem meum, impuberes non censentur inuicem substituti, quia sine vlla substitutione bona testatoris hęreditario iure deuentura erant ad eum qui impubes vltimo loco decesserit, & cui substitutum dedit, l. vel singulis, de vulg. §. vel singulis, Inst. de pupill. sed si impuberes illi ascendentes haberent, qui, seclusa mutua pupillari impuberum substitutione, hęredes singulorum existerent, tunc qui sic testaretur, censeretur impuberes illos reciproce substituere pupillariter, vt mater excluderetur, vel alius ascēdēs ab illorum bonis, quia hæreditas vniuersa alioqui non deueniret ad vltimū, cui in eam totam substitutus datur. Quando vero aliqui hęredes vel legatarij instituti sunt in vniuersam hęreditatē vel fundum, ijsq; omnibus substitutus post mortem est datus, tunc nisi constet testantem sensisse vt qui vltimus moreretur, totum restitueret, non censeretur esse reciproca institutio inter institutos & legatarios, sed, eo ipso quod quisque eorum moreretur, pars illius deuolueretur ad substitutū omnibus datum, & etiam quod testator diceret, vt post mortem omnium vel vtriusq; hęreditas, vel legatum deueniret, non censeretur inter eos facta reciproca substitutio, l. fi. §. filium, de leg. 2. l. lutius, §. Caio, ad Treb. Couar. in d. cap. Rainutius, §. 8. testans de communi. Fallit si persona sit adeo testatori cara, vt verisimiliter præsumendū sit voluisse eam præferri substituto, l. pen. C. de impub.

Aduertendum quoq; circa id quod supra dictum est quando personæ inęquales sunt institutę & inuicem substitutæ, nō surgere ęquales substitutiones, quod ista inęqualitas tribus tēporibus potest considerari, quia vel est ab initio & semper est duratura, vt si fiat pupillo, & puberi reciproce, vel viro sanę mentis & furioso, nam in primo casu non cōtinetur pupillaris, nec in secūdo, exemplaris, sed tantum in vtroq; vulgaris l. iam hoc iure, de vulg. vel ab initio sit personis disparibus quibus post paritas superuenit, vt si pater filium suū, & emācipatum instituit & substituit inuicē, à principio pupillaris enim non adest sed tantum vulgaris, sed si post testamentum emācipatum

24 Substitutionis reciprocæ effectus quis.

tum adoptauit facta est paritas, tamen reciproca non continebit pupillarẽ, quia ab initio inæqualitas non confirmatur ex eo quod postea fit. Bar. in d.l. lutius, vel tertio, ab initio in breuiloqua adest æqualitas, & postea superuenit inæqualitas, & tunc si inæqualitas superuenit sine facto disponentis & tunc habet locum pupillaris & vulgaris tm̃ si duobus impuberibus institutis & inuicẽ substitutis fiat, si pubes superueniat pupillo, secus si eius facto, vt quia suum emancipet volens, Guil. d. loco, in subst. breuil. verbo absq; liberis 2. nu. 45. 54. sub breuiloqua tamen simpliciter facta non continetur fideicommissaria, si dicatur, inuicem substituo. Alex. in l. 2. C. de impub. nisi fiat in codicillis, quia fit fideicommissaria & retinetur quarta, l. hereditatẽ, C. de codicill. l. sceuola ad Treb. cũ in ijs directo hęreditas dari non possit, dd. iuribus, secus si in testamento, nisi aliud testator exprimat, si tamen additur compendiosa cum verbo distributiuo tpis, continet fideicommissarias, vt quandocunq; alter vestrũ decesserit, vos inuicẽ substituo. Ias. in l. 2. C. de impub. Ben. loco cit. nu. 56. Quod si plures ex disparib. portionibus instituuntur & inuicẽ substituunt, & vnus eorũ decedat, alij vocantur pro modo institutionis, l. 1. & 3. vbi Doct. de impub. quia partes appositæ in institutione, censentur repetitæ in substitutione nisi aliud exprimatur l. qui liberis, §. hęc verba, l. sed si plures, de vulg. vnde pro modo institutionis tm̃ põt succedere l. iam hoc iure l. lutius, de vulg. cũ & in tm̃ videantur cuiusq; merita se extendere l. nec adiecit, ff. pro soc. quæ intelliguntur si substitutio est absolute breuiloqua, vulgaris, vel fideicõmissaria, & de mente cõtraria nõ apparet, secus si aliter appareat ꝙ per viriles eos voluerit vocari, quia id est sequendum quod testatorem sensisse patet l. si mihi & tibi, §. fi. de leg. 1. id vero colligitur, si testator iubeat restitui substitutis successionẽ, modo quilibet certam summam det, & iusserit eos dare parem pecuniam etiã in disparib. institutos, aliter fit si pecunia congruat portionibus institutionis, quia tũc pro eius modo succedunt l. quoties, ad Trebel. & dicuntur in prędictis partes viriles per capita, pro modo personarum institutarum, secundo, censentur in viriles substituti si substitutio fiat eorum nomine proprio, secus si appellatiuo, l. turpia, §. fi. de leg. 1. l. nõnunquàm cũ pced. ad Treb. l. lutius, §. mema, eod. quia personalis adiectio numerat patres. Bal. in l. 1. C. de impub. & quia personę distribuũtur per copulam, cuius vis est distribuere vim verbi ęqualiter inter psonas nominatas, vel copulatas, l. 1. & 2. C. si plur. vna sent. nominatim sit institutio, & substitutio si ex partib. imparib. quis instituat Gaium Meuium, & filium impuberem, & substituat eidem impuberi Titium Gaium & Meuium, l. lutius, §. Męuia filiũ, ad Treb. Appellatiuo vero nomine institutio, & substitutio fit, sic, quisquis mihi hęres erit eundem substituo filio meo, vel, hęredes institutos substitutos substituo, l. nominatim, de cõd. & dem. l. qui liberis §. hęc verba, de vulg. In quib. succeditur tm̃ pro portionib. hæreditarijs non pro virili. l. si hęredes nominatim, de leg. 1. l. lutius Titius, §. lutius, de leg. 2. Si vero appellatio concurrat cũ noĩatione, exurgũt viriles portiones, l. si cõis seruus, de stip. seru. & tũc appellatio nomini addita pro certiori demõstratione habeť d. l. & si aliqui nominatim substituti sunt, alij appellatiuo noĩe, primi per viriles partes vel capita, secundi pro portionibus hęreditarijs vocãtur l. qui complures, de vulg. Quod si dicatur substituo hęredes quos supra nominaui, ex prędictis dicuntur substituti pro portionib. institutionis, Bar. in l. turpia, de leg. 1. facit, l. si pater filio. de vulg.

Expirat aũt breuiloqua quo ad partes ex quib. coalescit ijs modis quib. & singulæ, vt sup. est dictũ, respectiue; reciproca tñ pupillaris non expirat ex parte vnius extremi adhuc impuberis, ex eo ꝙ alter pubes sit factus, & sic de alijs, vt & duobus amentibus substitutis, nõ expirat breuiloqua exemplaris, ex eo quod alter tantum sanę mentis sit factus, l. titia seio, §. seia. ff. de leg. 2. l. vel singulis. de vulg. §. vel singulis, Inst. de pup. quid vero iuris vbi aliqui instituuntur, cũ pcepto, quod vltimo decedẽs restituat alijs, an cen- 25 Substitutio breuiloqua qñ expiret.

an censeantur breuiloque substituti, tradit Couar.d.c.Rainutius, §.8.

Ver. De compendiosa substitutione.

Substitutio cõpendiosa qd sit, ac qd complectatur.

26 Compendiosa substitutio est q̃ compendio verborum sub breuitate sermonis fit, sub vna mortis conditione, vel alia, plura tpa, q̃ ad alias substitutiones simplices referri possunt, complectens. Bar.in l.cẽturio.ff.de vulg. nu.9. Vel, est substitutio, quæ plures, quo ad diuersa tpa, substitutiones verbis saltem generalibus expressas cõplectitur. Dr̃, quo ad diuersa tpa, vt excludatur breuiloqua, q̃ plures, quo ad diuersas personas, nõ tempora, cõplectitur substitutiones. Dicitur verbis saltem generalib. expressas, vt excludatur vulgaris facta pupillo, quæ tacite habet annexam pupillarẽ, & similiter pupillaris simplex, quæ ex præsumpta mente testantis habet annexam tacitam vulgarem, vt loco suo est dictum.

Substitutio cõpendiosa, vt fiat, & qs eius effectus.

27 Huius formula cõis est sic, filiũ meũ instituo, & q̃ñcunq; decesserit, substituo ei talem, q̃ñq; vero indefinita apponitur certo tẽpori, vt q̃ñcunq; filius meus decesserit intra viginti quinq; annos, substituo illi talem l.centurio, de vulg. q̃ñq; apponitur certo casui, vt q̃ñcunq; filius meus decesserit sine filijs masculis, substituo illi talem.l.precibus. C.de impub. Q̃ñq; vero hæc compendiosa fit per verba directa per quæ nõ ab alio capit hęreditatẽ, vt hęredẽ facio, instituo, hæres esto, l.verbis ciuilib.vbi Bar.de vulg.q̃ñq; per verba obliqua per q̃ vult ab instituto capere substitutũ hęreditatem, & sic fieri non põt, quia sic transit in fideicommissariam, sed tñ directis & cõibus fieri potest l.cohęredi, §. cum filiæ, de vulg.põt tñ fieri per verbum, detur, ꝙ sui natura est obliquum l. fundi Trebatiani, ff. de vsufr. leg. hic tñ erit directa substitutio, quia hic non denotat substantiã substitutionis, sed modũ eam exequendi l.si qs ad declinandã.C.de ep.& cler.Guil.Ben. in d.l.si absq; liberis, 2.in cõpend.nu.57. Attẽditur pręterea & in cõpendiosa qualitas personę cui fit, quia ratione eius & tpis plures, vel pauciores complectetur substitutiones, vnde si instituto filio impubere, dicatur, q̃ñcunq; morietur, illi substituo Antoniũ, est cõpẽdiosa quia verborũ cõpendio pupillarẽ cõplectitur, si is ante pubertatẽ decedat, & fideicõmissariã si sine liberis decedat, Costa in c.si pater nu.13.de test. in 6. & si dicat, si in pupillari ætate, vel postea decesserit, est vna integra cõpendiosa expressa verbis singularibus, quod si quis dicat instituto extraneo, vel filio pubere, q̃ñcunque decesserit, illi substituo Antonium, duas expressas cõtinet vulgarẽ si ante testatorẽ, vel nõ adita hęreditate moriatur, & fideicommissariã si post aditionẽ decedat, sub cõpendio verborũ. Si quis etiã sic dicat, si filius meus in pupillari ætate moriatur, substituo illi Petrũ, est cõpendiosa, ratione de qua supra, si tñ substitutio fiat filio impuberi, & magis puberi vel extraneo, quocunq; tpe è vita decesserit, rogo vt hęreditatẽ Petro restituat, non est cõpendiosa, sed fideicommissaria, ob verbum, rogo. Aduertendũ pręterea ꝙ miles põt filio impuberi substituere cõpendiose duplici directa substitutione, & altera pro tpe quo pubes erit, per quã directe succeditur in solis bonis quæ à tali patrẽ milite filio obuenerunt, ijs vero qui milites non sunt, solum licet filijs post pubertatem, modo amentes non sint, & extraneis solum substituere fideicommissariè vel indirectè. Ex his sequitur, quod si quis filio impuberi sic substituat, instituo filium meũ Petrũ, eiq; vulgariter, pupillariter, & fideicommissariè Antonium substituo, si ante testatorem filius decedat, habebit locum vulgaris expressa, si post ante tñ pubertatẽ, pupillaris, si post pubertatem, fideicommissaria, ꝙ si dicatur, quocunque tpe Petrus decesserit, ei omni modo, substituo Ioannẽ, habent locum p̃dictę substitutiones, & etiã exemplares, si institutus esset mẽte captus, & militaris, si testãs esset miles, ita vt substituto optio daretur quo horum modorũ vellet succedere, & hę sunt directę institutiones, & substitutiones, à pagano, eo scilicet qui miles non sit ijs verbis cõfectæ. Quod si miles impuberi verbis directis, vel ciuilib. sic substituat, q̃ñcunq; filius meus decesserit, sit hęres Ioãnes, huiusmodi substitutio cõplectitur substitutionem vulgarem tacitã, & ẽt expressam

verbis generalib. per quam si filius, vel q ante prem mortuus fuerit, vel alia ex causa hęres nō erit, Ioānes hęres existet: cōplectitur et pupillarē, per quā si filius hęres extiterit, & intra pubertatem moriatur, Ioannes succedit in omnibus bonis illius tā quę à patre, q̄ aliunde habuerit, & excludet mrem et in portione legitima mri in bonis talis filij alioqui debita; pro alio vero tpe extra pupillarem ętatem, si mater mortua sit, & talis filius sine liberis decesserit, cū ea conditio semper subintelligatur, cum alicui descēdentium fit substitutio, cōplectitur directam militarem, per quā sola bona q̄ ex parte patris tali filio aduenerunt, simul cū fructibus in eis inuentis, spectabūt ad Ioannem substitutum, reliqua vero bona filij pertinent ad hęredes ab intestato, vel ex testamēto à tali filio relictis, quia pater pro eo tpe non potuit ei substitutū circa ea bona dare, & ꝙ illa cōpendiosa contineat vulgarē & pupillarem directam vt supra, colligitur ex l. centurio, de vulg. l. milites etiam l. milites ita, de milit. test. & de fructibus in d. l. centurio. Vbi pariter testans miles erat, & priuilegio militari filio impuberi verbis directis substituit, & talis filius, matre viuente, pubes est factus, & mortuus, tunc illa substitutio est directa militaris, siue mater talis filij viuat vel non, & proinde si filius sine liberis decedat, substitutus admittitur ad omnia bona filij quæ ex milite testatore ei obuenerūt, & non solum castrensia, sed etiam alia, exclusa etiam matre, vt d. Molina, si is impubes decedat in d. tr. 2. disp. 192. Ver. stando, & Ver. Couar. cum & paganus id agat. Quod si miles filio puberi verbis ciuilibus aliquem substituit, sic, qn̄cunque mortuus fuerit, sit hęres Ioannes, tunc substitutio erit eatenus compendiosa, quatenus comprehendet vulgarem in euentum quod filius ante testatorem, vel repudiata hęreditate moriatur, nō vero quatenus comprehendit pupillarem, cū talis filius pubes sit, in euētum vero, quod filius post patrem adita hęreditate moriatur sine liberis, si non viuat mater, erit directa militaris, si vero viuit, de eo est dicendum vt in casu superiori est dictum; si vero miles extraneum hæredem instituat, & verbis directis ei substituat, erit compendiosa complectens vulgarem, & directā militarē. Rursus si qui miles non est, qui paganus in iure dicitur, eisdem verbis ciuilibus, & directis sic substituat, filius meus sit hæres, & quocunque tempore morietur, sit hæres Ioannes, est vulgaris & pupillaris excludens matrem ab omnibus bonis si is impubes moriatur, non tamen continet fideicommissariam, sed eo ipso quod is filius adita hęreditate peruenit ad pubertatem, extinguitur substitutio, & bona omnia ab eo testatore filio relicta, pertinent ad filij hæredes ex testamēto vel ab intestato, quia paganus pro eo tempore non potest substituere directe, verba vero ciuilia, vt sit hæres non significant fideicommissariam, sed directam substitutionem, facit l. verbis ciuilibus de vulg. Couar. in d. c. Ramutius, §. 9. nu. 15. Fallit, primo, si illa substitutio sit facta in codicillo, tunc enim ante & & post pubertatē obliquatur, & fit fideicommissaria. Secūdo, fallit si facta sit in testamento, apposita tamen clausula codicillari, quia tunc obliquatur post pubertatē. Tertio, si talis substitutio fieret à matre filio impuberi, vel à patre eidē emancipato tamen, quibus casibus non habet locum substitutio pupillaris, vel si eadē forma fieret filio puberi, quia tunc est fideicommissaria. Quarto, qn̄ pater filio impuberi nō emancipato substituit illo modo, subdens, quocunq; tpe sine liberis decesserit, sit hęres Ioānes, nam cū conditio illa, si sine liberis, adiecta nō sit pro tpe pupillaris ętatis, cōstat prem intendisse illi substituere et pro tpe extra pupillarem ętatem, & sic fideicommissarie, cum eo tempore nō habeat locum alia substitutio quàm fideicommissaria. Quinto, qn̄ sub ea forma substituitur à patre impuberi ad pias causas, ar. c. si pater, de testam. in 6. Molina d. disp. 192.

Vbi vero verbis communibus à pagano filio impuberi substitutio est facta, sic, quocunque tempore filius morietur, substituo illi Ioānem, vel succedat Ioannes, vel moriatur Ioanni, ibi continetur vulgaris si filius ante patrem, vel post eū repudiata hęreditate decedat, & pupillaris

laris pro tempore ante pubertatē, & fideicommissaria pro tēpore pubertatis. glo. in l. Centurio. de vulga. in §. qua ratione. de pupill. Couar. in d. §. 9. num. 17. cum communi. idq; procedit etiam si mater esset in medio, vt communem testatur Viuius in communibus opin. verbo, substitutio compend. contra Villabos in d. verbo. & verior videtur, cum vt infra in fine habetur, in ea cōtentæ substitutiones expressæ sint.

Quòd si miles verbis cōmunibus cōpendiosè substituit impuberi, substitutio pro tempore ante pubertatem est pupillaris, pro tempore verò pubertatis est directa militaris. Bar. cum communi. in l. Centurio. de vulg. quia verbum commune aptatur directæ & fideicommissariæ, in dubio verò magis censenda est directa. c. si pater. de testam. in 6.

Si verò verbis indirectis miles etiam impuberi substitueret, & forma effigiē compendiosæ haberet, esset tamē solum simplex fideicōmissaria, quia verba indirecta solum fideicōmissariæ inseruiunt.

Differentia verò est an substitutio militis sit directa, vel fideicōmissaria, quia si est fideicommissaria, fructus hæreditatis qui iudicio testatoris percepti non sunt, pertinent ad hæredem grauatum, & post mortem illius ad ipsius hæredes interim dum fideicōmissum, absentia, vel negligentia hæredis non petitur; sed si esset directa militaris, in puncto mortis hæredis, cui talis substitutus est datus, fructus pertinent ad substitutum, & sic eo ipso ꝙ primus hæres moritur, militis hæreditas censetur iacere iterū donec substitutus, vt militis hæres eam adeat, & eadē causa fructus tū in illa pendentes, tum percepti medio tempore inter mortem primi hæredis, & aditionē, accrescūt hæreditati, & fiunt substituti, hæreditate per eum adita. d. l. Centurio. de vulg. Molina d. disput. 192.

Sed si paganus verbis indirectis impuberi sic substituat, instituo filium meum hæredem, & quocunque tempore morietur, restituat hæreditatem Ioanni, est solum fideicommissaria tam ante, quàm post pubertatem, nec includit vulgarē, & idem si ijsdem verbis facta sit à milite. Couar. in d. §. 9. Molina d. disput. in fi.

Effectus porrò compendiosæ est vt ꝓdictæ substitutiones pupillaris, vulgaris, exemplaris, fideicommissaria, in ea contentæ censeantur expressæ, non tacitæ, ideò pupillaris, & exemplaris ibi locum habentes excludunt matrem. Bened. in d. verbo. si absque liberis. 2. in compendiosa. nu. 6. & in tr. vulg. ar. 4. princ.

Secundò, ꝙ substitutio compendiosa de re certa facta, per verba ciuilia, vt hæres esto, vel instituo, trahitur ad omnia bona filij in pupillari ætate decedentis. Boer. dec. s. 37. nu. 7. testans de communi, modo tamen supra exposito.

Ver. De Militari substitutione.

Cum miles possit decedere pro parte testatus pro parte non, non solùm quò ad bona sua, sed etiam quò ad tempus, quia pro vno tempore potest sibi instituere vnum hæredem directum, & pro alio aliū, ideò potest de bonis suis statuere, vt postquam aliquis sibi in eis hæres extiterit, eadē bona directa substitutione ad alium deueniant, qui sibi hæres ab aliquo tempore sit. s. vel à morte hæredis primo loco instituti qui post mortem talis militis hæres extiterit, vel à certo tempore post militis mortem, ꝙ est directo sibi post mortem substituere. d. l. Centurio. de vulg. l. milites. de mi lit. test. l. miles. 1. C. de test. mil. alijs autem hominibus, licet cōcedatur directo substituere vulgariter hęredibus à se institutis, sub conditione, si hæredes non extiterint, non permittitur tamen illis directo substituere in tempus quo hæreditatem adierint, & hæredes extiterint, sed solum in id tempus possunt illis substituere indirectè, eos grauādo, vt totam vel partem hæreditatis restituant. §. extraneo. Instit. de pupill.

28 Substitutio militaris qd sit, & qd contineat.

Ex his, substitutio militaris sic diffiniri potest, ꝙ est substitutio directa ac simplex, qua quis ex priuilegio sibi hæredē substituit. Dicitur ex priuilegio, vt excludatur vulgaris quæ omnibus competit, per alia verba excluduntur aliæ substitutiones; quæ intelliguntur dummodo miles in expeditione est, & dummodo capacem

pacem substituat. Duplex verò est hæc substitutio, expressa, quando ad certum tempus hæredem instituit miles, & post illud, alium. l. quærebatur. §. fin. l. miles ita. ff. de mil. test. & tacita quæ continetur sub compendiosa, & habet speciem fideicõmissi. l. precibus. in fin. ff. de vulg. vt & si reciproca per militẽ facta sit personis disparibus ex voluntate testatoris, continet vulgarem, pupillarem, exemplarem, & militarem, & pupillarẽ tacitam. l. in testamento. 1. C. de mil. test. d. l. Centurio. de vulg. Bened. d. verbo. si absque. 2. in reciproca. nu. 40. & 41.

29 Substitutionis militaris effectus qs. Effectus eius est, ꝙ per illam miles etiam post aditam hæreditatem, secundo gradu sibi hẹredẽ instituit. d. l. Centurio.

Secundò, ꝙ complectitur bona quæ tantum institutus est consecutus ex testamento militari iure facto, nõ alia, in ijs enim substitutus succedit. l. milites etiã. de milit. testam.

Tertiò, ꝙ substitutus directo capit bona illa non obstante aditione instituti. Bened. in d. verbo, compend. nu. 11. & sic miles decedet cũ duobus hæredibus institutis in solidum, scilicet instituto adeunte, & substituto, contra regulas communes. l. qđ contra. §. vni duo. de reg. iu.

Quartò, ꝙ legitima filij nõ potest per institutum retineri, sed vniuersa bona testatoris pertinent ad substitutum. glo. in l. precibus. in fi. C. de impub. & Guil. Bened. in d. verbo. si absque. 2. in compend. qui plures alios effectus militaris substitutionis enumerat.

Ver. De fideicommissaria substitutione.

29 Substitutio fideicommissaria qđ sit. VLtima species substitutionum est fideicommissaria, quæ est substitutio simplex, & indirecta, qua hæres ab intestato, vel testamento institutus grauatur alteri restituere totam hæreditatem, vel quotam vt eius dimidiam, tertiam, aliamve partẽ; & is qui grauatur dicitur hæres grauatus, res grauata, fideicommissum vniuersale, is cui est restituendum, fideicommissarius. Dicitur ab intestato, quia & quando quis intestatus decedit potest hæredes ab intestato venientes grauare, vt hẹreditatem, vel eius partem alteri restituant. §. præterea. Instit. de fid. hær. l. 1. §. hoc autem. l. recusare. §. meminisse. ff. ad Trebel. l. 3. C. eod. & sic etiam codicillo hæreditas restitui potest; directa tamen, vt vulgaris, substitutio codicillo fieri non potest, qa est secunda hẹredis institutio, qui vt hæres testatori immediatè succedit: vnde si in codicillo fiat transit in fideicommissariã: vt cap. de codicillis habetur, & facit. c. si pater. de testam. in 6. vnde si quis in testamento dicat, sit mihi hæres Petrus, & postea ĩ codicillo dicat, si Petrus mihi hæres non erit, succedat Paulus, censetur grauare hæredem ab intestato, vt hæreditatem restituat. gl. in princ. Instit. de vulg. Sic etiam pupillaris substitutio si codicillo fiat, obliquatur, & hæres pupilli institutus censetur grauatus ab intestato restituere hæreditatem tali substituto, detracta trebellianica; imò si plures substituantur pupillariter in codicillo, & substituti adinuicem substituantur, quasi breuiloqua substitutione, soli substituti, qui tempore mortis pupilli fuerint superstites reperti, accipient de manu hæredis integram hæreditatẽ, detracta quarta trebellianica. l. sceuola. ff. ad Trebell. quo tamen casu fuit pupillaris obliquata, in qua si filius impubes moriebatur, grauabatur omnia vniuersim bona ipsius filij restituere substitutis, detracta trebellianica; potest etiam dici mutuam illam substitutionem substitutorum esse vulgarem, ita vt in portiones eorum qui tempore mortis pupilli hæredes fideicommissarij non extiterint, succedant alij qui hæredes extiterint: vt d. Molina d. tr. 2. disp. 182. ad fi. Dicitur, hæreditatem totam vel quotam illius, quia sicut quando aliquis hæres directo instituitur, non in tota hæreditate, vel quota, sed in re aliqua determinata, vt fundo, vel certa quantitate non dicitur hæres vniuersalis, sed huiusmodi institutio legatum æstimatur, pariter qñ iubeť restitui res determinata, vel quantitas, tale fideicommissum non est vniuersale, de quo sermo habetur, sed solũ particulare, ꝙ nil differt à legato. §. sed non.

non. Instit. de leg. vnde in eo trebellianica locum non habet. Dicitur, simplex, vt excludatur breuiloqua, & compendiosa substitutio. Dicitur, indirecta, vt excludantur quattuor directæ substitutiones, de quibus supra, alia excludunt fideicōmissariam particularem. Vel aliter diffinitur, ꝙ est substitutio obliqua per quã testator à persona honorata aliquid alteri restitui iubet. l. cohæredi. §. filię. de vulgar. Et licet olim fideicommissum non obligaret, hodie tamē obligat ad sui obseruantiam institutum. §. 1. Instit. de fide hær. l. 2. §. primus deinde. de orig. iur. licet olim à fide sola instituti penderet.

30 Fideicommissa cur itroducta. Ideò autem fideicommissa sunt introducta, quia cum testamentum esset nullum, si institutus non adita hæreditate, vel ea repudiata decederet, aliquibus casibus exceptis, de quibus infra; vt ad adeundum inuitaretur, & ne nomen hæredis vanũ esset, concessum est ei vt tempore restitutionis de fideicommisso detrahere posset quartam trebellianicã, quã tamen amitteret si à iudice coactus adiret. §. ergo. §. sed & id. Instit. de fide hær. l. præterea. l. recusare. l. nam quod. §. qui compulsus. ad Treb. l. non iustam. C. eo. quæ procedunt etiam quando hæres ab intestato grauatur restituere hæreditatem. l. 1. § hoc autem. l. recusare. §. meminisse. ad Treb. l. si fideicōmissum. C. eod. §. eum quoq;. Instit. de fide hær. Et quia vnus fideicōmissarius grauari potest restituere totum fideicommissum; vel partem alteri. §. eum quoque. Instit. de fide hær. quando multi sic grauati sunt, quilibet eorum in defectum antecedētium petere potest; vt hæreditatem adeat, & sibi restituat. l. cogi. §. si ego. ad Trebel.

31 Fideicommissũ quo tuplex, & vt differãt Duplex verò est fideicommissum, vniuersale cum iubetur restitui, vt supra, tota hæreditas, vel quota eius, & particulare cum iubetur restitui res determinata, vt fundus. Instit. de fide hær. in princ. & §. in primis. & §. nihil autem. Instit. de fid. lib. & Instit. de sing. reb. per fid. rel. & sic fieri potest de tota hæreditate, vel rebus singularib⁹, & in testamēto, & codicillis, & in donatione inter viuos. l. quoties. l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo. in qua non habet locum falcidia, vel trebellianica. l. si vsufructus. §. dos. vbi Bart. ff. ad leg. Falc. gl. in l. in donationibus. C. eodem.

Aliud item est pupillare fideicommissum, aliud vulgare: vulgare est per quod obliquè succeditur testatori, quo fideicommisso grauato filio, eius propria bona nō continentur, nec sic legitima quæ sine vllo grauamine debetur. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg. l. quoniã in prioribus. C. de inoffic. test. & ita ex eo fideicommisso præter legitimam detrahetur à filio trebellianica, q̃ detrahitur à quolibet hærede in restitutione fideicōmissi. §. & quia. Instit. de fid. hær. c. Raynaldus. de testam. Fideicommissum pupillare est per quod indirectè succeditur filio, vt directè per pupillarē substitutionem. l. si fundum. §. sicuti. de leg. 1. in ꝙ veniunt omnia bona filij restituenda, cuiuscunq; generis etiam propria, & aliũdè, quàm à patre quæsita, & ipsa legitima. d. §. sicuti. excepta trebellianica quę à quolibet hærede grauato retineri pōt. d. c. Raynaldus. l. iubemus. C. ad Trebel. & hoc fideicommissum locum habet solùm si filius impubes moriatur, eo enim pubere facto, euanescit. l. quod fideicommissum. de leg. 1. l. in pupillari. de vulg. Non potest tamen filius grauari in legitima, nisi quatenus relictum excedit legitimam, vbi ipse habet restituere, hæres tamen filij, & in legitima grauari potest si post mortem filij fideicommissum iniunctum fuit, quæ intelliguntur si impubes filius, vel filia moritur, tunc enim & legitima cōtinetur cum per illud succedatur pupillo, secus si plures moriantur, quia fideicommissum euanescit. ita Iul. Clar. lib. 3 sent. §. testamētum. q. 72. nu. 3. Rui. cons. 58. lib. 2. nu. 19. Sed si expressim pater hæredi filij prohibeat detractionem legitimæ, non detrahitur si filius impubes sit, secus si esset pubes tēpore fideicommissi, vel postea ad pubertatem deuenit, indistinctè siue fideicommissum iniunctum sit ipsi filio, vel eius hæredi, vel simus in dubio, legitima detrahitur à fideicommisso. Iul. Clar. loco cit. nu. 3. 4. & 5. Non potest tamen quis grauari inuitus fideicōmisso vltra q̃ ad eum de bonis grauantis, deducto onere, re-

remanet.l.cum talibus.§.fi.& ibi Bart.l. amplius.§.1. de leg.1. & fit computatio lucri grauati, habita tantū ratione corporis legati, vel fideicommissi, non imputato ei lucro, sed deducto ꝙ ex sua industria ex corporibus legatis, relictisve potuit colligere vltra valorem rei relictæ, vt si interesse lucratus est, vel pluris rem vēdidit quàm à principio valuerit.l.Imperator.§.si centū. & §.cum quidem.de leg.2.l.1.ff ad leg.Falc.habetur tamen ratio prælegatorū factorum eidem hæredi, vel si plura ei ex eodem grauante obuentura sint. l.Titio Seio. §.Seia.de leg.2. Vaconius.li.6.nou.decl.iur. c.fi.num.7.& lib.4.c.62.

Potest verò testator etiam fideicommissa relinquere purè, cum statim restitui bona iubet, ꝙ rarò hodie euenit, nisi fiant legata particularia, vel testamentū, cui est apposita clausula codicillaris, & sit nullum, nam tunc ab intestato succedentes, vi illius clausulæ, scriptis hæredibus hæreditatem restituere debent, iuxta tradita à Bart.in l.1.q.1. ff.de leg. 2.& in l.Papinianus. §.meminisse. ff.de inoffic.test. Relinquuntur etiam quandoq; fideicommissa vsq; ad certum tempus, ita vt eo transacto hæreditas reuertatur ad hæredem, vel alium. de quo in l.semper. ff.de vsu & vsufr.leg Aliquando & sic secundò principaliter relinquitur sub cōditione, & tunc licet pluribus modis possit relinqui, duo tamen potissimi sunt in vsu: primus est, quando relinquitur post mortem fideicōmissum, de quo agitur in l.hæredes mei. §.cū ita. ad Treb. aliquando & secundò fideicommissum fit in casu alienationis. de, quo in l.filiusfamilias. §.diui. de leg.3. in l. peto. § facere. l.cum pater. §.cum inter. & §.libertis. l.codicillis.de leg.2.l.patre filium.de leg.3.

Differunt verò hæc duo fideicommissa vltima, in pluribus: primò, quia fideicommissum post mortem semper valet, secundum verò modo cōtineat causam. d.§.diui.l.pater.§.Iulius Agrippa. de legat.3.Secundò, quia illud valet etiā nulla secuta alienatione. l.cum ita. §.in fideicommisso.de leg.2.l.fi.C.de verb.sig. hoc verò non facta alienatione, locum non habet.l.codicillis.§.instituto.de leg. 2. & ideò si nullo facto testamento moriatur hæres extra familiam bona alienare prohibitus, bona permanent eius hęredibus ab intestato, cum non alienarit, nec transeunt in fideicommissariū.l. cum pater.§.cum inter. vbi Bart. & alij. de leg.2. Tertiò, nam hoc fideicommissum nō petit qui alienat. d.l.cum pater. §.libertis. illud verò etiam alienans Bar. in d.§.Quartò, nam illud non egreditur quartum gradum. §.nos igitur. auth.de rest.fideicom. hoc verò in infinitum extenditur si familię relinquatur. Quintò, illud sub conditione relictum, pendente conditione, potest alienari, hoc nunq̄. gl.in d.l.libertis. Sextò, ex illo detrahitur trebellianica, ex hoc nō. auth.sed in causa.C.ad leg.Falcid. Septimò, hærede delinquente illa permanēt apud fiscum donec hæres vmat.l.statius florus.§ Cornelio fœlici.ff.de iure fisci.hoc non.l.Imperator.in princ.de fid.lib. Alex.cōs.25. vol.1. Octauò, prohibitus alienare, si interpellauerit familiam vt emat, & non emerit, alienare potest.l.qui Romæ.§.co hæredes. de verb.oblig. ꝙ non est in fideicōmisso simpliciter familiæ relicto. Bar.in d.§.cohæredes. Nonò, nam is cui relinquitur sub cōditione simpliciter nō præiudicat sibi, si cōtraueniat alienationi, quominus possit petere pretium saltem. l.si fundū. ff.de fideicom.l.si à substituto.de leg.3. l.qui Romæ.§.duo fratres. ff.de verb.oblig. secus in prohibito alienare. d.§.libertis. l.quoties.1. cū ibi not.C.de fideicom. Socin.in d.§.cohæredes.nu.14.& Bart.in d.§.duo fratres.nu. 8.q.1. Decimò, cū sit prohibitio ne alienetur extra familiā, potest relinqui cuilibet de familia.l.filiusfamilias.§.cū pater.de leg.3.secus cum relinquitur familiæ. l.cum ita. §.in fideicommisso. ff.de leg.2. Vndecimò, prohibitio alienationis extendit fideicommissum etiā ad casus non expressos à testatore. Soci. cons. 250. 2.dubio. Curt.Iun.in cons.121.nu. 15.Paris.in cons.57.& cons.90.num.32. 2.volu. qui dicunt ꝙ si relinquo tibi sub conditione si filius moriatur sine filijs, & decedat cū filijs, & illi sine filijs prohibitio alienationis facit, vt non expiret fidei-

fideicōmissum quod aliàs expirauisset. Duodecimò, & vltimò differunt, quia si relinquitur fideicommissum post mortem, & res alienetur ab hærede ignorante, emptor est tutus, & fideicōmissarius consequetur pretium ab alienante. l. fi. §. fin. ff. de ann. leg. secus si relinquatur in casum alienationis: vt ibi dicit Paul. de Castr. & Alex. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell.

32 per Fideicōmissū relinqui q̄ res possint

Potest etiā testans non solùm res proprias per fideicommissum relinquere, sed etiam hæredis, legatarij, fideicommissarij, vel cuiuslibet alterius. §. potest autem. Instit. de sing. reb. per fidei. rel. & fideicōmissaria libertas. §. libertas quoque. Instit. eo. & in summa, q̄ legari, vel testamento potest relinqui, & fideicommisso grauari. §. sed quia hæredes. Instit. de fid. hære. feudum tamen non venit in restitutione fideicommissi si filius grauetur. Bartol. & Alex. in l. si patroni. §. 1. ad Trebell. nisi fideicommissarius esset de liberis testatoris, & descendentibus ad quos feudum deuolueretur, vel si sit de personis comprehēsis in inuestitura, vel si receptum esset pro se, vel hæredibus: vt dicit Bened. in d. c. Raynutius. verbo. si absque. 2. in compend. nu. 16. & 17.

Potest etiam fideicommittere quicunque potest testari.

33 Fideicommissū cui possit relinqui.

Relinqui verò hodie non potest fideicommissum, nisi capaci factionis passiuæ testamenti. l. 1. C. de hære. instit. l. oībus. ad Treb. idest ijs qui capere nō prohibentur ex testamento, iuribus prædictis, nec fidem dare de dando ijs, vt filijs adulterinis, incestuosis, nefarijs, spurijs, nisi quò ad alimenta ex æquitate canonica. auth. ex cōplexu. C. de incest. nupt. l. humanitatis. cum auth. seq. C. de natu. lib. cap. cum haberent. de eo qui duxit in matr. nec alijs prohibitis, de quibus glo. in §. legati. Instit. de leg. gl. in l. 1. ff. de iure fisci. & si incapaci relinquitur, fisco defertur, & qui in fraudem tacitè fidem accommodat de eo restituēdo priuatur omni commodo hęreditatis. l. omnibus. ff. ad Trebell. l. 1. l. cum tacitū. l. ita fisci. ff. de iure fisci. l. 3. in princ. & §. 1. eodem. si tamen sic soluens sine fraude indigno resciens se detulerit, pręmium delatoris retinet. l. edicto. ff. de iure fisci. l. vnica. C. de ijs qui se defer. lib. 10. alijs verò omnibus non prohibitis relinquere licet purè, & sub conditione, vt supra, & vbi est sub conditione, si substitutus moritur antequam conditio aduenerit, non transfertur ad hæredes iure transmissionis, licet sit filij. l. vnica. §. sin autem. C. de cad. toll. gl. & Bar. in l. vnica. C. de his qui ante ap. tab. l. si in personam. C. de fideicō. Guil. Bened. in d. c. verbo, si absque. 2. in fideicommissaria. nu. 71. & 72.

Solet & fideicommisso addi prohibitio alienationis, quæ valet, dūmodo causa legitima subijciatur, aliàs non valet. l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 3. & sufficit etiam causa tacita. d. l. cum ibi notat. Causa verò iusta æstimatur, si dicatur, quia domus fuit maiorū. l. si in emptione. ff. de minor. l. quoties. vbi gl. C. de fideicom. Cyn. in l. ea lege. C. de condict. ob causam. vel q̄ ibi pater testatoris decesserit, vel imagines maiorum affixæ. l. lex quæ tutores. §. si verò domus. C. de admi. tut. l. quintus. de ann. leg. vel si ibi testator est educatus, vel maiores sui sepulti. l. 1. §. sed si res. ff. si quid in fraudē. non tamen si diceret, nolo meas margaritas vendi, quia volo vt mecum humentur. l. fi. in fi. de auro, & arg. leg. vel si dixerit, nolo meam domum vēdi, quia volo ibi manes meos versari. l. 1. §. fi. l. quidam in suo. ff. de cond. instit. potest etiā in prohibitione alienationis, etiam vbi non adest causa, apponi conditio, sic, si alienaueris, lego Titio. l. 4. §. fi. de cond. instit. cum alij prospiciatur, & etiā prohibetur alienatio validè sub conditione, quia conditio habetur pro causa. Bar. in l. à Titio. de verb. obl. vt & si hæres obligetur si alienet, aliquid aliud dare, id valet. l. 1. C. de his quæ pœnæ nom.

34 in Fideicōmisso alienatiōis p̄hibitio addi q̄n̄que solet, & an valeat, ac quomodo

Nō potest verò prohiberi alienatio in fraudē creditorū, nec legitimæ, licet ad certum tempus in bonum filij id prohibere possit testator. Ias. in d. §. diui. nec de re prohibita alienari deducitur trebellianica. auth. sed & in ea. C. ad leg. Falc. & testator potest prohibere eam etiam alienari viuente filio. Castr. & Ias. in l. quodque. C. ad leg. Falc. Posset etiam testator disponere, quod ad familiam pertineant

tineant bona si contingeret aliquem posterorum delinquere: vt dicit Ruin. in d. §. diui. l. filiusfamilias. de leg. 3. in contractu tamen non valet ea conditio, vt donem tibi bona mea si contingerit me delinquere, cum fraus presumatur. Bar. in l. post contractum. nu. 9. de donat. in l. fi. de stipul. seru. & si testator ad tempus prohibeat diuisionem, vel alienationē, & intra id tempus filius delinquat, nec legitima defertur ad fiscum. Dec. in con si. 442. nu. 28. Ias. & Ripa in d. §. diui.

Potest & alijs modis, quàm per testamentum prohiberi alienatio, & primò per statutum ne bona alienentur in forenses. l. milites. 4. de re milit. Bart. in l. præalleg. filiusfamilias. §. diui. q. 3. de legat. 3. cum communi opin. Secundò, potest prohiberi alienatio in contractu, ad hoc scilicet vt alienans teneatur ad interesse, vel incidat in pœnam appositam, & dominium etiam non transfertur in accipientem. Docto. in d. §. diui. q. 4. licet Bart. in hoc vltimo contrarium sentiat, & probat. l. ita quidam. C. si mancip. ita fuer. alien. l. fi. C. de pact. inter empt. l. ea lex. C. de cond. ob caus. Tertiò, potest id prohibere arbiter & quicunque iudex. l. mouit. §. fin aut. & aliæ pœnæ. ff. de pen.

Alienare verò prohibitus, prohibetur & hæredem instituere iuxta communē. in d. §. diui. & probatur in l. si ita quis. §. ea lege. de verb. obli. l. si prioris. §. certū. C. de secun. nupt. & etiā prohibetur donatio & omnis contractus per quē transfertur dominiū si testator prohibuit bona alienari extra familiam, vt not. in d. §. diui. q. 9. & si prohibetur filius alienare, prohibetur & nepos, cum sit fauorabilis prohibitio. l. qui exceptionem. vbi Bar. de cond. indeb. licet in hoc communis sit in cōtrarium; si tamen hæres prohibetur alienare, prohibetur & hæres heredis. l. sicut. §. pen. ff. quibus modis pig. vel hippot. Barto. in l. quæ liberis. §. hæc verba. de vulg. & est communis opin.

Ampliatur, vt res prohibita alienari, non possit præscribi, & est communis opin. glo. in l. 2. C. de vsuc. pro empt. Vnde in preiudicium eius qui non potuit agere non præscribitur etiā spatio mille annorum. l. 1. in fi. C. de ann. except. l. cum notissimi. §. illud. C. de præscript. triginta ann. contra eum verò qui potest agere præscribitur triginta annorum spatio, quia titulum non requirit illa præscriptio. c. 1. de præscri in 6. sed tantum bonam fidem de iure canonico, quæ ex tā longo spatio præsumitur. Barto. in l. fin. C. vnde vi. si quis tamen ignorauerit se posse agere & tacuerit per triginta annos, restitui poterit in integrū per clausulam, si qua mihi iusta causa subesse videtur. Bar. in l. 1. §. item si. ff. de itin. actu que priua. Alex. in l. cum filius. §. in hac. de verb. obli. Sunt tamen duo casus quibus per decē annos præscribitur res prohibita alienari: primò, si non prohibitus sed alius alienet, vel si res est cœpta vsucapi. l. si fundum. de fundo dot.

Sunt tamen casus quibus prohibitus alienare, id potest: primò, si pater det dotem filiæ. Bart. in l. quæro. §. inter. loc. l. cum acutissimi. C. de fideic. 35 Fideicom missū qn̄ possit alienari.

Secundò, si inuitati ad fideicommissum renuncient. l. quoties. C. de fideicō. Cœpolla. caut. 112. & consentiant alienationi, quia tunc nec eius hæres poterit contrauenire. Doctor. in d. l. filiusfamilias. §. diui. cum seq. de leg. 3.

Tertiò, si princeps deroget fideicommisso. §. manifestum. vbi Ang. authen. de rest. fid. ꝙ ex causa facilè concedi potest, vt si filiæ sint nuptui locandæ.

Dantur & aliæ cautiones in d. §. diui. scilicet vt fideicommissarij citentur. Secundò, vt quādo fideicommissum relinquitur in familia, vt alienetur in vnū ex familia, quia tunc extra familiam poterit alienari, quæ tamen communiter à Bar. & Doct. ibi improbantur, vt & aliȩ, præter supra narratas.

In fideicommissis verò, vbi aliquis ascendētium grauat quempiam suorum descendētium hereditatem, vel eius partem post suam mortem alicui alteri restituere, intelligitur inesse tacita conditio si sic grauatus sine liberis decesserit: vnde si decedat cū libero, vel liberis masculis, vel fœminis, fideicommissum huiusmodi expirat. l. cum auus. ff. de cond. & demon. l. cum acutissimi. C. de fideic. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substitut. quia presumitur testatorem 36 in Fideicō misso qn̄ insit cōditio si sine liberis decesserit, & vt intelligat, & qd operetur.

velle

velle propriam sobolem alienę anteferre. d. l. cum acutissimi. ꝙ procedit non solùm in patre, & alio ascendente per lineam masculinam comparatione quorumcunque descendentium tam masculorum, quàm fœminarum. d. l. cum acutissimi. sed etiam in matre, auia, & alio ascendente per lineam fœmininam. gl. in d. §. cum autem. & est communis: vt dicit Aret. Gom. tom. I. var. res. c. 5. nu. 33. ampliat. 7. id etiam intelligitur solùm de descendentibus, quia si quis grauat quempiam de ascendentibus, sic restituere, non subintelligitur illa conditio, si sine liberis decesserit. gl. in l. ex facto. §. si quis rogatus. 1. ad Trebell. Gom. ibi nu. 35. etiam si ascendens restituere extraneo grauatus alios habeat ascendentes, vt nec si quis grauet fratrem hęreditatem alteri restituere, ea conditio inest, quia non solet esse tanta affectio hominum ad suos ascendentes, vel collaterales, vt ad descendentes, & sic suam sobolem: vnde ibi non subintelligitur ea conditio: & ea conditio intelligitur etiam si ascendens qui habet ascendentem superse viuum, grauet descendentem restituere extraneo hæreditatem; si quis tamen habens filium, & nepotem; instituat nepotem & eum grauet restituere cuidam tertio hęreditatem sciens viuere filium, non subintelligitur illa conditio, quia censetur velle præferre illum tertium filio, quem sciebat viuere tunc; prædicta etiam intelliguntur vbi descendens grauatur restituere post mortem suam, si enim statim, vel post certum tempus grauatur restituere, non subintelligitur illa conditio, si sine liberis decesserit. gl. in d. l. cũ acutissimi. Gom. d. loco. nu. 37. cum communi. Illa etiam conditio intelligitur si vnus descẽdens grauetur restituere hæreditatem alteri descendenti testatoris, etiam si remotior grauaretur restituere ꝓximiori respectu testatoris. l. cum auus. de cond. & demon. Gom. ibi nu. 33. Couar. de pract. qq. c. 38. num. 11. Quòd si ascẽdens instituat illegitimum & naturalem, in portione in qua eũ potest instituere, sed non tenetur, de quo c. præced. & eum grauet post mortem id alicui restituere, habet locum adhuc cõditio dummodo decedat sine liberis. gl. in d. §. cum aũt. & etiam idem est vbi fas est aliquid ascendẽtibus relinquere spurijs, quia adhuc viget ratio. l. cum acutissimi. Vlterius si quis descendentem legitimum vel naturalem instituat, & eũ grauet post mortem suam aliquid restituere alicui, & is grauatus decedat solũ relicto descendente naturali illegitimo, is excludet substitutum siue illa conditio, si sine liberis decesserit, sit expressa, vel subintellecta. l. ex facto. 1. §. si quis rogatus. ad Treb. ꝙ tamen intelligitur attentis circunstantijs, dignitatis, conditionis, & voluntatis testãtis, minus enim id præsumitur de testatore nobili, & in dignitate constituto, maximè si de liberis suæ sobolis loquatur, quàm de aliquouis, vt velit inesse illam conditionẽ, nisi contrarium constet ex coniecturis, & minus id præsumitur si fœmina sub ea conditione grauetur quàm si masculus, cum fœdius sit fœminæ habere naturales liberos, quàm masculo, nisi testator iam sciret eam habere filios naturales, talis enim tunc præsumptio ex cõtraria fortiori eliditur. l. hæredibus. §. fi. ad Trebell. l. Lucius. §. Damæ. de leg. 2. Vbi verò filius naturalis, vel spurius est legitimatus, si est naturalis legitimatus per subsequens matrimonium excludit substitutum, per illam clausulam, si sine liberis &c. nisi de contraria mente constet, cum is in omnibus, vt legitimus habeatur. c. tanta. qui filij sint legit. si verò est legitimatus per principis rescriptũ, & non ad petitionem eius qui fideicommissum instituit, nec ex præsumpta eius voluntate ꝙ libẽter vellet vt succederet in eo, si esset capax, nõ excluderet substitutum, imò nec ad eum effectum probabile est ꝙ princeps posset legitimare.

Vbi etiam fideicommissum tacitã habet, expressamve cõditionem si hæres sine liberis decesserit, licet hæres dum viueret, liberos habuerit, qui eius mortis tempore iam mortui sint, non expirat fideicommissum. l. ex facto. §. si quis autẽ. ad Treb. secus si quis eorum etiam breuissimo temporis spatio superuiuat. d. §. Molina. lib. 1. de primog. c. 5. num. 16. & etiam si vnus tantum masculus, vel fœmina.

mina superueniat. l. Lucius. §. Damæ. de leg. 2. Si etiam decessit hæres grauatus sine liberis, si tamen reliquit vxorē prægnantem, & posthumus nascatur ita vt hæres sit; excludit fideicommissarium, aliter non; quando verò is hæres existat, dictum est cap. præcedentibus. Quòd si ruina, naufragio, vel huiusmodi decedit simul hæres grauatus, & filij, fideicommissum debetur fideicommissario. l. ex facto. §. si quis autē. ad Treb. & si simul moriuntur, nec constat quis prius aīam efflarit, si filius erat masculus & pubes, præsumitur decessisse post patrem, & sic fideicommissum expirat. l. qui duos. §. fi. & §. cum in bello. l. cum pubere. l. si mulier. de rebus dub. l. inter socerū. in prin. de pact. dot. gl. in d. §. si quis autem. si tamen filia pubes cum matre perijt, præsumitur filiam post matrem perijsse, & sic etiam parens ante suum descendentem. d. §. si quis autem.

Quòd si testator dicat, instituo filium vel nepotem meum hæredem, & si filios non habuerit, restituat tertiam partem Antonio, esto liberos habuerit, & tempore mortis ijs careat, fideicommissum restituere tenetur, si constat ex coniecturis ꝙ testator intellexerit si non adfuerint liberi tempore mortis, secus si ex coniecturis colligatur testatorem sensisse conditionem impletam esse, licet liberi non fuerint viui tempore mortis, dummodo eos susceperit, in dubio tamen crederem testatoris mētem censeri ꝙ viuant tempore mortis grauati. Si vlterius testator sciens aliquem suum descendentem liberos habere, eū grauet vt post mortem suam aliquid alicui restituat, locum nō habet conditio si sine liberis decesserit. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. si adhuc testator grauat descēdentem institutum aliquid restituere si sine liberis masculis decesserit, si tempore mortis careat masculis, & fœminas relinquat, substitutus non excluditur: Si quoque quis grauauit filium vt nepoti quem ex eo habebat, certam partem restitueret, & ante mortem filij nascantur alij nepotes, si erat spes probabilis tempore testamēti ꝙ filius alios nepotes habere posset, is solus habebit integrum fideicommissum, secus si ex affectu ani ad illos aliter sit æstimandum, vel præter spem sint alij nati, quia tunc inter eos est diuidendum, si talis in testatore mēs fuisse præsumptio sit. Vbi etiam testator aliquem grauat sub expressa, vel tacita conditione, si sine liberis decesserit, si cū liberis decedit, non censentur liberi vocati ad fideicommissum, sed pater de illis bonis, vt & de cæteris potest liberè disponere. l. ex facto. ad Treb. Gom. lib. 1. var. res. c. 5. nu. 42. testans de communi. Guid. Pap. decis. 184. & q. 600. Ripa in l. Centurio. nu. 162. de vulg. Paris. cons. 31. nu. 22. cons. 44. nu. 1. 2. volum. j. Soc. Iun. cons. 118. lib. 1. & si filij essent in deportatione cōcepti, & pater principis beneficio in pristinum esset restitutus, & tales filij tempore mortis naturalis testatoris essent superstites, excluderent substitutum. l. interdicit. ff. de cond. & demonst. idem tamen non est de damnato in metallum, vel seruo facto pœnæ. d. l. ex facto. §. si quis grauatus. ad Treb. licet etiā aliquis descēdentium grauetur per mortem suam aliquid restituere pauperib⁹, ecclesiæ, in redemptionem captiuorum, monasterio, vel alij piæ causæ, semper locū habet illa clausula, si sine liberis, vt & si esset expressa, ita vt si is decedat cū liberis, ij præferantur piæ causæ substitutæ. Gom. d. c. 5. nu. 34. testans de cōmuni, nisi testator exprimeret se talem causam piam substituere ad exonerandam propriam, vel alterius conscientiā, quia tunc causa pia præfertur filijs grauatis. Siue verò quis esset descendens testatoris, vel non, & grauaretur aliquid per mortem suā alicui restituere sub expressa conditione, si sine liberis decederet, tunc si is liberos nō relinqueret, sed profiteretur in religione bonorum capace, fideicommissum pertineret ad monasterium, in quo is profiteretur, quia eo casu monasterium habet locum filij. Couar. to. I. var. res. cap. 19. nu. 3. auth. nisi. C. ad Treb. cap. in præsentia. de probat. etiam si diceretur si decedas sine liberis legitimis, & naturalibus ex tuo corpore procreatis, succedat talis, adhuc enim eo casu, monasterium præfertur substituto. Couar. ibid.

Hoc

Hoc tamen vltimum dictum fallit in aliquibus casibus: primò, si testator expressit velle, vt fideicommissarius monasterio præferatur, vel aliundè constet sic sensisse, eius enim menti est stãdum. Conar. loco cit. nu. 11. Secundò, si causa pia sit fideicommissariè substituta sub cõditione, si hæres grauatus sine filijs decesserit, & hæres in monasterio bonorũ capace profiteatur, monasteriũ non excludit piam causam substitutã. §. sed & hoc. auth. de sanct. epis. & d. auth. nisi. gl. fi. in d. c. in præsentia. Tertiò, licet in casibus quibus monasterium excludit fideicommissarium locum id habeat, etiam si hæres grauatus in articulo mortis ex deuotione, vel gratia eleemosynam efficiendi ea ratione in monasterio profiteatur, si tñ id fiat in fraudem fideicõmissarij, vt sic priuetur fideicõmisso, monasterium non excludit substitutũ, etiam si valida esset professio. Quòd si testator descendẽtem grauat restituere alteri filio, vel descendẽti testatoris, si sine liberis &c. monasterium tñ excludit descendentẽ testatoris, nisi fratres grauentur mutuo restituere sibi ipsis, si sine liberis decesserint, & vltimus eorum, si sine liberis decesserit, grauetur restituere causæ pię, si alter fratrum professus sit religionem, monasterium non excludit alterũ fratrem superstitem; & idem qñ hæres sub eadem conditione grauatus esset restituere extraneo, & similiter extraneus piæ causę, quia extraneus excluderet monasteriũ.

Quocunq; verò modo fideicõmissum pertineat ad monasteriũ, interim dũ talis religiosus viuit, vel donec aliud tempus à testatore statutum, accedat, agendum est, prout supra, de hac re est initio huius fideicommissariæ dictum.

Quòd si hæres grauatur sub tacita cõditione restituere si decesserit sine liberis, nec substituitur causa pia, & is ingreditur monasterium, monasterium non præfertur substituto. §. sed & hoc. auth. de sanctiss. episc.

Conditio præterea tacita si descendẽs decesserit sine liberis, vbi est grauatus restituere, locum habet, nõ solùm in fideicõmissis vniuersalibus, sed ẽt in legatis, vel fideicommissis particularibus. l. generaliter. §. cum autẽ. C. de insti. & substit. & ẽt in donationibus causa mortis si descendens donatarius grauet aliquid causa mortis sibi donatũ post mortem suã alteri restituere. Couar. de pract. q. c. 38. nu. 12. quia donationes causa mortis legatis sunt æquiparatæ. l. Marcell⁹. §. Paulus. l. illud. de donat. cau. mor. ꝙ ergo in legatis statuitur, & in donationibus ꝑdictis statuitur. Idem etiã est in donatione inter viuos, vbi quis donat descendenti tertiã partẽ suorum bonorũ, vel aliud, & eũ grauat vt post mortẽ suã id alteri restituat, intelligitur .n. si sine liberis decesserit. l. generaliter. §. cũ aũt. C. de inst. & subst. l. tale pactũ § fi. ff. de pact. Cou. ibid. non tñ idem censetur in emptione, emphiteusi, & alijs cõtractibus onerosis, respectu eius cũ quo immediatè fiũt, vt excludat eos, & donationes propter nuptias. Molina tr. 2. de iust. to. I. disp. 190.

Quòd si substitutio fideicommissaria habet plures gradus, si primus deficit, admittitur secũdus loco eius. Curt. Iun. cons. 83. testans de cõi. Et in fideicõmissaria substitutione filius succedit in locum patris: vt dicit Alex. cons. 36. vol. 3. testans de cõi. Et vbi fideicõmissum est relictum eis qui sunt de familia, intelligitur relictum ei qui in familia retinet primum, & proximiorem gradũ. Alex. cons. 88. nu. 12. vol. 1. cum communi. 37 in Fideicõmisso succedit proximior gradu.

Recipit vlterius fideicõmissaria substitutio nõnullas alias interpretationes, si enim, vt supra, hæres grauatus hæreditate nondum adita, & nondum adueniẽte tempore in quo eã restituere tenetur, in delictũ incidat ob ꝙ eius bona fisco applicentur, ad fiscũ eo tẽpore attinent. l. statius. §. Cornelio. ff. de iure fisci. l. ex facto. §. ex facto. ad Treb. nisi testator alienationem prohibuerit, statuẽdo vt bona in familia remaneant, vel constaret eius voluntatẽ fuisse, vt ẽt viuente grauato, medio illo tẽpore nõ transirent ad aliũ, q̃ ad fideicommissarium, sic si hæres grauatus religionem profiteatur, vsq; tñ ad ipsius mortem naturalẽ, vel aliud tẽpus à testatore appositum, fideicõmissarius non admittitur, sed monasteriũ. Couar. lib. 1. var. res. c. 19. nu. 7. nisi minorũ religionem profiteatur, qui nõ possunt hẽc bona 38 Fideicommissum vt interpretãdum sit.

bona in cōi. Quòd si restitutio fideicommissi faciēda est ex præscripto testatoris sub conditione pendente in futurū, post professionem talis religiosi, vel in diem mortis naturalis eiusdem, vel in aliquod aliud tps, quia si cōditionis euentus expectaretur, accidere posset vt fideicōmissum restituendū esset, non ei cui restitutio fiēda esset, si is religiosus naturaliter moreretur tēpore quo professionē emittit, sed alicui alteri, tunc expectandū est tēpus mortis naturalis talis religiosi, vel aliud iuxta conditionē à testatore p̄scriptā, & restituendū esset ei, cui iuxta conditionē à testatore p̄scriptam, venit restituendum; si tñ eo casu pater duos filios æqualiter in re aliqua instituat, de qua liberè pōt testari, & eos inuicē substituat sub conditione si quis eorum sine liberis decedat, portio illius aduemat alteri, & si vterq; sic moriat, pauperes succedāt, si vnus corū religionē profitetur viuente alio fratre, portio profitentis defertur ad fratrē superstitē, & si is filios habet, deuenit post ad tales filios, nō ad pauperes: vt dicit Molin. d. tr. 2. de iust. to. I. disp. 186. Debet & hæres grauat' ad instātiā fideicōmissarij cōficere inuētariū; si verò hæres grauatus restituere hæreditatē fideicōmissario, mō aliquo ex dicēdis infra, fideicommissario restituit, oēs actiones tam actiuæ, quas hæres, vt hæres defuncti, poterat exercere, q̄ passiuæ, quas legatarij, & creditores aduersus defunctū, poterant exercere, trāseunt ad fideicommissarium ēt inuitis creditoribus, ita vt si legatarij, vel creditores defuncti aliquid ab hærede exigāt, possit excipere se ad id iam non teneri, & èconuerso si is à defuncti debitoribus aliquid petat, excipere possunt ad ipsum eā actionem non pertinere, sed si apud hæredem grauatū, aliquid hæreditatis remanet, vel si grauatus non est totā hæreditatē restituere; vel si trebellianicā dextraxit, tunc diuiduntur actiones tam actiuæ, q̄ passiuæ inter ipsum & fideicōmissarium pro rata iuxta portionē hæreditatis q̄ quemlibet contingit. §. restitutas. §. sed quia. §. si quis vna. Instit. de fid. hær. l. 1. §. 1. l. restituta. ad Treb. q̄ procedunt etiā qñ vnus fideicommissarius alteri fideicommissario hæreditatē restituit. Gom. I. var. res. c. 5. nu. 1. 2. & 3. cum cōi; q̄ si hæres, restituta hæreditate, aliquid creditoribus soluat, q̄ fideicōmissarius soluere tenebatur, potest id ab eo repetere. l. 1. C. ad Treb. actiones verò cœptæ per hæredē grauatū, restituta hæreditate in fideicōmissarium trāseunt. Præterea si appareat certo testantē velle vocare liberos positos in cōditione, si sine liberis, & plures adsint liberi, si vocati sunt per copulā, & nō adsit necessitas eos instituēdi, vel substituendi, sed sola adsit affectio, vt instituo fratrem meū, & eius filios, oēs simul veniunt. Alex. cons. 120. nu. 7. vol. 5. Dec. cons. 95. nu. 2. Clar. verbo, testamentum. q. 80. nu. 2. & est cōis opin. sed si inter vocatos per copulā adsit necessitas eos instituendi saltē causatiua, cēsentur vocati ordine successiuo, & nō simul & semel, vt si instituitur filius, & nepos, primò filius, & post eū nepos vocatus censetur. Doct. in l. gallus. §. qdā. ff. de lib. & posth. Sed si plures inter quos affectio cadit vocātur per alternatiuā, vt instituo Titiū, vel eius filios, censent' vocati ordine successiuo. Dec. cons. 95. nu. 4. cum cōi. vt & si omnes de familia nomine collectiuo vocātur, successiuè veniūt, & primò, qui primum gradum in ea tenet. Alex. cons. 88. nu. 12. vol. 1. testans de cōi. Soc. cons. 43. nu. 8. & cons. 86. nu. 8. lib. 3. Cur. Iun. cons. 22. num. 12. Paris. cons. 41. lib. 1. & cons. 38. nu. 1. lib. 2. facit. l. cum ita. §. in fideicōmisso. de leg. 2. l. fi. C. de verb. sig. Quid verò iuris sit, vbi liberis liberi, vel alij substituti sint, an oporteat eos qui liberis substituti sunt expectare mortem oīum, an verò vno moriente, substituti admittantur, tractatur per glo. in l. cum quidam duobus. C. de impub. Bart. in l. hæredes mei. §. cū ita. ad Treb. Vbi verò plures personæ inter quas cadit ordo affectionis, vocātur per dictionem, cū, sic Titium cum filio eius Meuio instituo, ij admittuntur simul, & nō ordine successiuo. Ias. in l. gallus. §. quidā rectè. nu. 30. de lib. & posth. Sed si plures vocātur nomine collectiuo, cū alijs sub duplici denominatione, vt instituo Titium, & nepotes Meuij, nepotes succedunt in vna parte, & Titius in alia, & idem in substitutione,

tutione. Soc.Iun. conſ.104.nu.25.lib.1. Clar.3.lib.ver.teſtamentum.q.80.n.70. de quo latius agitur in l.fi. C.de impub.

39 Fideicommiſſi effectus quis. Effectus aũt fideicommiſſariæ ſubſtitutionis multiplex eſt: primò enim, ſi hæres ſcriptus in teſtamento nullo ex defectu ſolemnitatis, vt quia teſtes requiſiti à iure non ſunt adhibiti, vel ſi filius eſt præteritus, ſi in eo teſtamẽto appoſita eſt clauſula, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum; hæredes ab inteſtato venientes tenentur reſtituere hæreditatem inſtituto, vt ab inteſtato per fideicommiſſum vocato. Guil. Ben. in d.c. Raynutius. verbo, ſi abſque liberis. in fideicommiſſaria. nu.17.& 18. & idem ſi illa clauſula ſubintelligitur, modo quo habetur in cap.de codicillis. cum tamen aliàs ex minus ſolẽni voluntate non debeantur fideicommiſſa ſi nõ ſint agnita. l.ſi veritas. C.de fideicom.

Secundus effectus, vt purum trãſmittatur fideicommiſſum ad hæredes, non conditionale. Ben.d.loco.nu.63. cũ ſeq. Tertius, & præcipuus, ꝙ licet olim hæres non teneretur inuitus reſtituere fidei commiſſum, cum ſic dicatur, quaſi ſimplici innitens fidei, hodie tamen etiã inuitus tenetur hæres reſtituere rem, vel hæreditatem ſubſtituto iuxta eius formam, ſi purum eſt, in diem, vel conditionale. l.coguntur. l.quis poterat. cum ſeq. ff. ad Trebel. quo caſu ſi hæres in euentu reſtitutionis incapax factus ſit, fiſcus in trebellianica ſuccedit, & nouem vncias, ſiue dodrantem reſtituere tenetur ſubſtituto. l.Marcellus. § fi. ad Trebel. in tempore reſtitutionis. l.ſtatius. §.Cornelius. ff. de iure fiſci. niſi grauatus incapax fuiſſet tempore inſtitutionis, quia tũc perit ſubſtitutio, nec venientes ab inteſtato, aut fiſcus tenentur reſtituere fideicommiſſum ſubſtituto. gl. in l.eam quam. C. de fideicomm. l.ſi in metallum. ff. de ijs quibus, vt indign. exceptis tribus caſibus in quibus fit reſtitutio; Primò, ſi incapax ſit ob delictum à grauato circa teſtamẽtum cõmiſſum. l.fi. ff. de his quæ pro nõ ſcript. hab. Secundò, ſi hæredis inſtitutio non valeat ob hæredem teſtatoris. l.eam quam. C.de fideicom. Tertiò, ſi fideicõmiſſum ad pias cauſas eſſet relictũ. Ben. loco cit. num.75.76.& 77. Ampliatur, vt etiam ſuus cogatur ſe immiſcere hæreditati. l. nam nec emancipatus. de leg.1. & extraneus cogatur adire ne fideicommiſſum pereat, volente ſubſtituto, & eius periculo adiri. Bar. in l.ita tamen. §.ſi pater. ad Trebel. l.quia poterat. eod. & ſi nõ vult grauatus adire, & ſic reſtituere, officio iudicis cogitur. d.l.quia poterat. §.quia autem. Inſtit. de fid. hær. & ſi ſpõtè adiuit, ſed non vult reſtituere, actione vtili, vel ex teſtamento cõueniri poteſt. gl. in l.& ſine. C.ad Treb. ꝙ ſi hæres iuſſus adire repudiet, & intra tempus quo iuſſus eſt, decedat ſine aditione vt fraudet fideicommiſſarium, ſi habeat ſubſtitutum vulgarem, ipſe reſtituere tenetur. l.non iuſtam. C.ad Trebell. aliter hæres eius ex teſtamẽto, vel ab inteſtato. l.poſt cõſanguineos. in fi. C.de ſuis, & leg. hær.

Reſtitutio verò fieri poteſt fideicommiſſi re, vel verbis, re ſi grauatus paſſus eſt res hæreditarias totas, vel partẽ poſſideri à ſubſtituto, ea mente vt inde velit eas reſtituere, & is accipere, ſecus ſi hæres ex alia cauſa putaret fideicommiſſarium poſſidere, niſi poſtea id ratum habeat, quia ratihabitio ſequens ad id ſat eſt; Similiter ſi quis iuſſu hæredis tradiderit hæreditatem, vel poſt eam ſine iuſſu traditam, id ratum habet, cenſetur.n. ſic facta realis traditio, ſiue hæreditas fideicommiſſario ſit tradita, vel alij quẽ is ad id conſtituit, ſatis eſt etiam ſi fideicommiſſarius poſt hæreditatẽ ſine eius mandato acceptam, ratum id habeat; Poteſt & verbo ſolo fieri reſtitutio, vel per epiſtolam &c, vel per nuntium, quibus tamen caſibus verbalis tantum, non realis eſt reſtitutio. l.reſtituta. ad Treb. l.mulier. cum ſeq. l.poſtulante. §.1. l.facta. eo. ꝙ ſi pupillo reſtituenda eſt hæreditas, ipſimet fieri debet, modo infans non ſit, nec abſens, & ſimul interuenien te tutoris authoritate. d.l.reſtituta. §.fin. ꝙ ſi pupillus infans ſit, vel abſens, ſatis eſt ſi tutor reſtituat, vel tutori reſtitutio fiat. d.§.fi. & l.pen. C.ad Treb. & ſi is cui eſt reſtituenda, vel debet reſtituere, mentecaptus ſit, ſatis eſt ſi curatori eius fiat reſtitutio, vel ipſe curator reſtituat. d.l. pen. Quòd ſi hæres grauatus requiſitus 40 Fideicommiſſũ qualiter reſtitui poſſit.

noluerit adire,& vel ante litis contestationem,vel post,contumaciter se abscōderit, vel post interpellationē mortuus sit, restitutio censetur ipso iure facta, & idem si vnus fideicommissarius grauatus alteri hæreditatem restituere, moriatur;quia eo ipso censetur facta hęreditatis restitutio sequenti fideicommissario.d.l.pen.§.fin. his actis acquirit fideicommissarius dominium bonorum illorum facta scilicet restitutione, cum acquisitione actionum actiuarum, & passiuarum,vt supra, hoc tamen discrimine, ꝙ si fiat re,acquirit dominium,& possessionem, si verò verbis tantum dominiū, sed non adhuc possessionem. l.ex facto. ad Treb. Couar.in cap.Raynutius. §.10. nu.4.de testam.quod dominium est non solùm vtile,sed etiam directum.Couar. d.nu.4. ꝙ si hæreditas adita non sit per hæredem,& is ante interpellationem,& post tempus deliberādi mortuus sit,purum fideicommissum extinguitur. l.ille à quo.§.si de testamento.ad Trebell.nec debetur ab eius hærede, nisi post mortē eius sit locus transmissioni, vt si grauatus sit de suis, vel intra tempora deliberandi transmittat ius adeundi, vel alijs casibus quibus hęreditas non adita trāsmittitur.l.vnica. C.de ijs qui ante apert. tab.l.cum antiquior.C.de iure delib. vel si grauatus minor sit vigintiquinq; annis,quo casu ius restitutionis in integrū ad adeundum transmittit. l.quod si minor.de admin.tut. vel si post interpellationem adeundi mortuus est, vt & ob defectum restitutionis, interpellatæ tamen, vel ex eo ꝙ hæres noluit adire, vel aliter non adiuit, nō expirat substitutio, si tñ dies cesserit, & venerit in vita grauati & substituti,sic idem est, ac si restitutio fuisset facta. Ben.in d.verbo,si absque liberis.2.in fideicommissaria.n.85.

41 In restitutione autem fideicommissi, veniunt omnia corpora hæreditaria, & actiones omnes actiuæ, & passiuæ, quæ transferuntur in fideicommissarium sine periculo ipsius grauati restituere. l.1. in princ.ad Trebell.§.restituta. Instit.de fid.hære. nec cauere debet hæres si quid hæreditatis euictum sit, imò ei caueri debet si quid euictum sit eorum quæ ab eo hærede venissent.l.de euictione. ff.ad Trebel. Restituere & debet hæres prælegata, si post pręlegata defunctus rogauit hæredem absolutè portionem suam restituere, non verò si rogauit portionē tantum hęreditariā restituere.l.3.§.quidam liberis.l.in fideicōmissariam. §.fin. ff.eo. vel si postquam rogauit de portione restituēda,eidem prælegauit.l.Titia. ad leg. Falc. vel p̄legata alienari vetuit, etiam si adiecta sit clausula, ꝙ quicquid ad hæredē hunc peruenerit, restituatur. l. Lucius Titius.§.pluribus.ad Treb.licet ista clausula sui natura exigat,nisi de cōtraria mente appareat, restitutionem ēt pręlegatorum.l.cum virum.C.de fideic. non restituitur ēt id ꝙ hæredi est dandū vt impleat conditionem,nec ei auferendum,si coactus adire restituat,Si accipiat à legatario particulari,secus si à fideicommissario vniuersali.l.qui hæredi dare.§.cum hæreditas. ff.de cond.& demō. l.is qui.ff.de cond.insti. An verò fructus sint restituendi substituto, & an computentur in Trebellianicā,& qūo,videndū est infra. c.vlt. hoc tr.de officio hær.seq. cap.in primo cōmodo hæredis, nō venit ēt in restitutionem,vt supra est dictū, donatio quam maritus in vxorem grauatā inter viuos cōtulit, nec aliud quoduis ꝙ hæres habiturus esset, si alius fuisset hæres.l.sequēs quæstio.ff.de leg 2. Quòd si quis vnà cū alijs sit hęres institutus, & grauatus suā portionē restituere, illiq; in cohęredū defectū aliquid accrescat, ēt incrementū sibi adueniens restituere tenetur, quia incrementū accrescit rei, & nō personę, ideò ipsam rē comitatur. arg.l.si totā. de acq.hęr. Gom.cum cōi. to.l.var.res.c.5.n.19. Vbi ēt testator grauauit hæredē post mortē qcquid ex tali hæreditate superesset restituere, tunc ēt fructus hęreditatis nō consumpti,qui.s. in illo, vel aliquo alio, ꝙ ex ipsis sit acquisitū,existunt,sunt restituendi. l.in fideicōmissi.§.nonnunq̄. ff.de vsur. l.balista.ff.ad Treb.Sed si solū mandauit vt restitueret qd superesset ex hæreditate, nō tenetur restituere fructus,sed solū quod ex hęreditate superest.gl.& Bar.in l.Titius.ad Treb.quia primo casu constat testatorem sentire vt restituantur, hoc nō.

In fideicō misso q̄ restitui debeāt cum ampliationibus, & limitationibus.

Vbi

Vbi quoque quis restituere tenetur quod tempore mortis ipsius ex hæreditate superesset, tenetur reseruare fideicommissario saltem quartam partem hæreditatis, & reliquas tres potest consumere, & si post tres legitimè consumptas, eget quarta, solùm eã potest consumere causa dotis, vel donationis propter nuptias, vel in redemptionem captiuorum (comparatione .s. illorum quæ ad ipsum spectant) & in propria alimẽta, & si tẽpore mortis eiusdem grauati hæredis integra hæreditas perseuerat tenetur illam restituere deducta trebellianica. auth. cõtra rogatus. C. ad Trebell. Ant. Gom. tom. I. var. resol. c. 5. num. 16. & idem hoc casu, si dolo, gratia solum minuendi fideicommissum alienasset. Molina d. tr. 2. disput. 188. ver. de iure antiquo. in fi. In alio verò quolibet fideicommisso, si aliquid hæreditatis restituendæ pereat, hæres tenetur de dolo, & lata culpa, non autem de leui, & leuissima. l. mulier. §. sed enim. ff. ad Treb. Quòd si testator grauauit hæredem post certum tempus restituere hæreditatem, partus ancillarum vsq; ad id tempus ab adita hęreditate pertinent ad hæredem grauatum, & eius successores, nõ aũt ad fideicommissarium. l. Paulus. ad leg Falc. l. vxorem. §. sorori. de leg. 3. quia ea dilatio gratia hæredis est apposita, ergo fructus medij tẽporis ei accrescunt. glo. in l. cũ ex filio. de vulg. Partus verò huiusmodi inter fructus computãtur. gl. in l. ex diuerso. ff. de rei vendic. l. Paulus. de vsur. gl. in l. Paulus. C. ad leg. Falc. Quando autem aliqui sunt instituti hæredes in portionibus inæqualibus, & aliquis grauatus restituere portionẽ suam alijs, tunc restituendum est eis fideicommissum non per portiones ęquales, sed iuxta proportionem portionis ad portionem in qua quisq; est institutus, nisi alia mẽs testatoris colligatur. l. quoties. ad Treb. Iura verò sepulchrorũ non sunt restituẽda, etiam si hæres integram hæreditatem rogatus fuisset restituere, quę erant defuncti, sed permanent apud hæredem grauatũ. l. quia proinde. §. restituta. ad Trebel. quæ .s. sibi testator & suæ familiæ quæsiuit. l. familiaria. ff. de relig. & sumpt. & hæc dicuntur iura sepulchrorum familiaria, alia hæreditaria, quæ transeunt ad hæredem; ratio prædictorũ est, quia ius sepulchri ad alium transire non potest, quàm ad hæredem etiã extraneum, ius tamen inferendi mortuum in sepulchrorum, alijs cõcedi vel legari potest. l. ius sepulchri. C. de relig. facit. l. si quis fuit. ff. de relig. & sumpt. fun.

Ius etiam patronatus ecclesiasticum, scilicet ius præsentandi, nõ transit in fideicommissarium, sed permanet apud hæredem grauatũ, vt & ius eligendi aliquem ad beneficium ecclesiasticum. gl. & Bart. in l. quia proinde. §. restituta. ad Treb. Couar. in d. c. Raynutius. §. 9. nu. 8. & lib. 2. var. resol. c. 18. nu. 8. cum communi. licet alij contrarium sentiant: vt dicit Molina d. disput. 188. in fi. 42 Ius patronatus an trãseat in fideicommissariũ.

Quòd si res fideicommisso subiectæ, alienatæ sint ab hærede, reuocantur à substituto, cum subiecta restitutioni alienari nõ possint. l. fi. §. sed quia. C. comm. de leg. si alienata sint in vtilitatem hæredis, & non hæreditatis, vel sine necessitate hæreditatis, & est in potestate substituti an velit reuocare alienatum, nullo dato pretio, vel permittere imputari alienata in quartam trebellianicam grauato, iuxta iura antiqua. gl. in d. §. sed quia. facit. l. 3. §. res quæ. ff. ad Treb. vel si hæres sit de liberis, alienata imputet in portionem legitimam, & quartã trebellianicam sibi debitam, quę legitima in corporibus hæreditatis ei debetur, & ideò quò ad illam portionem, alienatum sustinebitur. l. scimus. § repletionem. C. de inoffic. testam. vt & alienari possunt res subiectæ restitutioni in fauorẽ filiorum pro dote filiarũ, vel donatione propter nuptias, quando. s. filij grauati sunt restituere hæreditatem, non aliter. auth res quæ. C. com. de leg. facit. l. mulier. §. cum proponeretur. ff ad Treb. quæ tamen optio non est hæredis ratione trebellianicæ, id .n. alienari non potest inuito substituto, qui potest ea repetere simul cum alienatis sine causa, computato tamẽ eorum pretio in trebellianicã. Pomponius in l. si hæres. §. si hæres antequam. ff. ad Trebell. d. l. mulier. §. sed enim. eod. medio tamẽ tempore ante diem restitutionis alienatio tenet, sed eo adueniẽte resoluitur. 34 Fideicommissi bona si sint alienata, quid iuris, cum declarationibus, & limitationibus.

soluitur.l.fi.§.sin autem.sub conditione. C.commu.de leg. non autem ante,quia fieri potest,vt moriatur substitutus ante institutum, vel alio modo deficiat substitutio,& sic confirmetur alienatio l.rem alienam. ff.de pign.act. nec res in fideicommissarium transeunt, nisi facta fideicommissi restitutione.l.facta.ad Trebell. & tunc habet actionem,& in institutum grauatum,& eius hæredes, & detentores,ex testamento, hyppothecariã, & rei vendicationem.l.1.C.de fideicom. l.1.ff.de fid.hære.pet. l.ita tamen.§.si ex Trebelliano.ff.ad Trebel.imò fideicommissarius vniuersalis potest agere contra tertium possessorem rei vendicatione pro rebus alienatis, etiam non facta sibi restitutione,re,& verbo. Guid.Papæ decis.601. Salic.in l.fin.§.sin autem. C. comm.de leg.3.oppos. Castr.in d.l.§.sed quia.idq; dummo dies restitutionis cesserit & venerit,non ante; vt & non valet alienatio facta à fideicommissario ante restitutionem, licet ea secuta confirmetur.l.filiam fratribus.ff.ad Trebel.

Valet tamen alienatio bonorum fideicommisso subiectorum facta pro soluendis debitis hæreditarijs, si aliundè solui non possunt,si sine fraude fiat,nec imputatur in quartam, nec reuocatur. l.magis puto. §.nõ semper. ff.de rebus eorum qui sub tut. Doct.in l.3. §.res quæ. ff.ad Trebell. glo.in auth.contra rogatus.C. eodẽ. cum bona dicantur tantum deducto ære alieno.l.subsignatum.§.bona. ff. de verb.sign.vt & alienari possunt in redemptionem captiuorum. d.auth.§.nobis ergo.auth.de fideicom.si tamen venditio facta sit sine causa necessaria in vtilitatem tamen hęredis,imputari debet in quartam pretium acceptum manente rata vẽditione.d.l.3.§.res quæ. ff.ad Trebell. Cætera ad hoc facientia, videnda sunt apud Doct.in l.Marcellus.§.quidã. ad Trebel.Guid.Pap.q.303.

44 Fideicommissum vt minuatur

Minuitur autem fideicommissum,ex deductione trebellianicæ, & legitimæ etiam per liberos,dotis filiarum, redemptionis captiuorum,ex impẽsis factis in hæreditate, funere testantis, & ex alijs supra, & inferius relatis, & optimè tradit Card. Mantica tract. de diminut.fideicommissi,vt & tractat de coniecturis fideicommissi, in lib.particulari.

Expirat porrò fideicommissaria substitutio pluribus modis: primò,si hæres grauatus ante hæreditatem aditam è vita discedat. l.ille à quo. §.si testamento. ff.ad Trebellia. l.non iustam. C.eodem. Ant.Gom.tom.I. var.resol. cap.5. nu.8. cum communi. 45 Fideicommissum vt expiret.

Fallit si hæres grauatus decedat postquam coactus est adire hæreditatẽ, tunc enim eius hęres cogitur restituere fideicommissum.d.l.non iustam. Gom.loco citato. Secundò, fallit si hæres grauatus iure suitatis, sanguinis, vel iuris deliberandi, hæreditatem ad ipsius hæredes transmittat, modo quo habetur infra cap.vlt.tunc enim illi adire coguntur,& hæreditatem fideicommissario restituere.l.eam quam.C.de fideicom.Gom.loco cit. Tertiò, quando in testamento in quo hæres grauatus fuit, apposita est clausula codicillaris, tunc enim hæredes,ad quos,in defectum grauati, hæreditas deuenit,licet ab intestato veniant, grauati censentur restituere fideicõmissum.l.sceuola.ff.ad Treb.Guil.Bened.in d.c.Raynutius. verbo, & absq; liberis.2. in fideicommissaria.nu.70.cum seq.

Secundus casus,quo expirat fideicommissum, est si fideicommissarius ante testatorem moriatur, nec tunc id ad hæredes transmittit, si verò moritur post testatorem,sed ante tempus fideicommissi sibi restituendi,si hęres est grauatus restituere sub conditione, vel in diem incertum,si fideicommissarius ante conditionem impletam,vel diei aduentum moritur,expirat fideicõmissum,nec id transmittit, sed si absq; conditione grauatus est hæres restituere,vel in diem certum, tunc fideicõmissarius transmittit ad ipsius hæredes ius ꝙ habebat, siue decedat ante aditam hæreditatem à grauato,vel post.l.vnica.§.cũ igitur.§.in nouissimo. §.sin autem.C.de cad.toll.Conar.in d.c. Raynaldus.§.1.de testam.nu.2.& idẽ in transmissione legatorum. Ad cognoscendum verò qñ legatum, vel fideicommissum in diem relictũ transmittatur, decedente legatario,vel fideicõmissario ante diem,si dies ad executionem, & restitutionem

tionem est statutus, transmittitur, si verò appositus sit vt conditio, scilicet quòd si dies ille extiterit, restituatur, aliter pertineat ad hæredem, & tunc non transmittitur. Siue verò tempus appositum sit respectu hæredis, vel fideicommissarij, aut legatarij, si appositum sit verbum, quòd principaliter significat conditionem, dispositio censetur conditionalis, & sic legatum, vel fideicommissum non transmittitur, vt si dicatur, restitues hæreditatem Petro post tuam mortem, si tunc viuet, si is mortuus sit, nō transmittitur fideicommissum in eius hæredes. l. si seruus liber. ff. de statu lib. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demon. Gom. l. to. var. res. c. 5. nu. 26. nisi legatū sit libertatis, quia fauore eius non censetur conditionale. d. l. si seruus. Si verò tēpus appositum sit gratia legatarij, vel fideicommissarij, iuncto verbo, quòd licet principaliter significet tempus, vim tamen conditionis potest habere, vt, cum, quādo, tunc ex coniecturis elicitur mens testatoris, an dispositio habeat vim conditionis, & proinde expiret, nec trāsmittatur eo moriente ante aduentum conditionis, vel an tempus ad solam executionem sit appositum; vnde si fideicommissum vel legatum absolutè relinquatur, sic, lego Titio cētum, & postea addatur, quæ accipiet cum ad vigesimum annum peruenerit, vel vxorem duxerit, tunc dispositio non est cōditionalis, & ideò trāsmittitur etiam ipso ante decedente. l. ex his verbis. C. quando dies leg. cedat. sed si non præcessit dispositio absoluta, sic, dabis Titio centum, cum vxorem duxerit, vel ei restitues hæreditatem, vel cum ad vigesimum annum attigerit, tūc si in bonum legatarij, vel fideicōmissarij id fiat, quia minor esset, vel aliundè timor subesset ne relictum dissiparet, transmittitur ad hæredes. l. Seius saturninus. ad Trebell. imò si gratia solius fideicommissarij, & non in bonum hæredis id est actum, vt interim ijs bonis fruatur, statim mortuo testatore est restituendum fideicommissario ante tempus constitutum, vnà cum fructibus. Vbi verò coniecturæ non sunt quòd in bonum fideicōmissarij, vel legatarij sic sit relictum, censenda est dispositio cōditionalis, ideò non transmittitur relictum sic, sed expirat, quia verba, dum, quando, licet tempus significent, tamen vim habent etiā conditionis. l. si cui legetur. §. hoc autem. de leg. 1. l. si Titio. ff. quādo dies leg. ced. nisi sit legatum libertatis, quòd non expirat. l. si ita scriptum. ff. de man. testam. Quando tempus autem est appositū respectu hæredis, & non fideicommissarij vel legatarij, & iunctum est verbum, quòd principaliter significat tempus, dispositio non censetur conditionalis: vnde si ante id tempus decedat legatarius, vel fideicommissarius, id transmittit, expectandum tamen est id tempus, vt executio fiat, vt in exemplis supra relatis. l. liberis. 2. §. ab hæredibus. ff. de alim. & cibar. leg. Ant. Gom. tom. 1. var. resol. c. 5. num. 26. Molina dicto tract. 2. de iust. disputat. 189.

Tertius casus, in quo expirat fideicōmissum, est, si impositum sit filio, si is suscipiat liberos, etiam si id adiectum non sit, vt supra. l. cum acutissimi. C. de fideicomm. excepto, si descendentes grauent ascendentes, si purè grauetur filius, nec adiecta sit mortis conditio, vel grauatus restituere in diem certum, vel si filius præteritus sit, extraneo instituto, aut si filius cum extraneo sit institutus, vel si grauamen sit de re particulari, vel si grauato superest tantum filius incapax successionis; vel si supersint filij exhæredati tantum; vel alius quàm filius grauetur, vel si pia causa sit substituta filio, his enim casibus non expirat fideicommissum: vt dicit Guil. Bened. in d. verbo. si absque liberis. 1. num. 7. vsque ad 23. quæ tamen intelligenda sunt, prout dictum est supra. vers. In fideicōmissis verò, in fideicom. subst.

Quartus casus est, cum fideicommissum sit conditionale, vel ad diem incertum relictum, si enim ante diei, vel conditionis aduentum, & sic non agnito fideicōmisso, substitutus moritur, vt ante hæredem, qui tātum post mortem restituere debet, expirat. l. toties. l. substitutio. ff. de acquir. hæred.

Quintus, si apposita conditio deficiat. l. epistola. ad Trebellia. l. legatum. C. de

 condit.

condit. insertis legat.

Sextus, si substitutus, vel eius hæres hæreditatem recuset. §. sed quia. Institut. de fid. hær.

Septimò, si pacto remissum sit. l. 1. C. de pact. l. de fideicommisso. C. de transf. modo remissio non fiat temerè, sed in iudicio, vel in partis præsentia, vel in scriptis coram notario, & testibus, iurata vel reiterata, de qua re latè agit Bened. d. verbo. si absque liberis. 2. in fideicommissaria. num. 105. vsque ad 139. Boer. q. 147. nu. 7. & 8.

Vnde diuidentes hæreditatẽ non censentur renunciare fideicommisso, etiam ꝙ promittant non contrauenire diuisioni. Dec. in cons. 495. col. 4. ver. sed tamen his non obstan. Fallit tamen si fideicommissarius sciebat ad se pertinere fideicõmissum, & diuisit, nam videtur solutum. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 1. de verb. oblig.

Octauò, expirat fideicommissum cum conditione, si sine liberis, si institutus ingreditur monasteriũ, & profitetur, quia habetur loco filij, si capax est bonorum, modo aliud monasterium, vel pia causa non substituatur. §. sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. epis. auth. nisi rogati. C. ad Trebell. c. in præsentia. de probat. de qua re videnda quæ latè sunt dicta dicto vers. in fideicõmissis. vel si adsint filiæ, nisi additum sit masculis. Curt. Iun. consil. 136. cum communi. nu. 14.

Nonò, si testamentum sit minus solẽne, nisi addita sit clausula codicillaris, q̃ ab intestato faciat fideicõmissum, quia sic sustinetur, vt sic sustineatur testatoris voluntas. §. fi. Instit. de fid. hær.

Hæc de substitutionibus.

SVMMARIVM.

1 Codicillus quid sit.
2 Codicillorum species quæ.
3 Codicilli de quibus bonis fiant.
4 Codicilli quando fiant.
5 Codicilli forma quæ.
6 Codicillaris clausula quid sit, vbi apponatur, & quid operetur.

De Codicillis. Cap. LX.

Codicillus idem est, ꝙ paruus codex, vel parua scriptura; & est voluntatis nostrę iusta sententia de eo ꝙ quis post mortem suam sine hæredis directa institutione fieri vult. l. 1. de testam. siue id fiat in scriptis, vel nuncupatiuè, vel verbo tenus, & sic differt à testamento in quo hæres directò instituitur, secus in codicillis, nisi sit miles, vt nec conditio aliqua apponi potest in codicillis, nec hæreditas ijs adimi, & sic nec fieri exhæredatio §. codicillis autem. Instit. de codicill. potest tamen in codicillo significari hæredem à se institutum commisisse aliquod crimen ob quod dignus sit, vt hæreditate priuetur, quo probato ea priuabitur. l hæreditas. C. de ijs quibus, vt indign. & proinde codicilli sunt appendix quædam testamenti, vel supplementum eorum quæ in testamento voluntati testatoris desunt, & vt vltima voluntas facilius sortiatur effectum adinuentio facta. 1 Codicill. quid sit.

Codicillorum duæ sunt species, quidam cum scriptura alij per nuncupationem sine scriptura fiunt. l. fina. §. fin. C. de codicill. l. fin. C. de sacr. sanct. eccles. propriè tamen cum scriptura breui fiunt. Azo in summa. C. de codicill. 2 Codicillorũ species quæ.

Fiunt verò codicilli de his bonis, de quibus, & testamentum, excepta hæredis directa institutione, ijs tamen potest & legatum, & fideicommissum relinqui, & ij soli possunt codicillos conficere qui & testari aliàs. l. diuus. §. codicillos. ff. de iure codicillorũ. & possunt validè fieri plures codicilli, non autem testamenta valida, & diuersi & diuersarum rerum, vnde & post testamentum, nec posteriores priores reuocant, nisi aliter de voluntate disponentis constet. §. codicillos. l. 3. C. de codicill. & valent in ijs relicta modo non immutent directam hæredis institutionem, nec in ea directam conditionem, vel substitutionem adijciat. l. diuus. l. quod per manus. ff. de iure codicil. §. fi. Instit. eodem. 3 Codicilli, de quibus bonis fiãt.

quia

quia qui conditionem adijcit adimit hæreditatem in defectu conditionis contingente, l. pen. ff. de cond. instit. quæ hæreditas dari, vel adimi directo codicillis non potest sed tantum testamento l. 2. C. de codicill. §. codicillis, Inst. eo.

4 Codicilli qñ fiant. Codicilli præterea alij fiunt ante tementum, alij post, alij cum ipso qui ante fiunt validi sunt si testator post aliud non disponit, §. non tantum vers. sed cum autem. Inst. eo. & vires ex testamento capiunt, vnde si ex eo hæreditas adita non sit, nullius sunt momenti l. 3. §. fi. ff. de iu. codicill. secundo fiunt post testamentum vt appendices eius extra hęredis directã institutionem, & habentur pro parte testamenti & legata ac fideicommissa in eis relicta diriguntur ad hęredem, vnde si is tempore codicillorum mortuus sit, non debentur l. quidam referunt, ff. de iu. codicill. l. sicut, quem test. aper. codicilli enim facto testamento eius ius sequuntur, l. ab intestato, ff. eod. vt si testamentum non subsistat, & ipsi corruant, nisi sint codicilli militis qui per se stare possunt nec referuntur ad testamentum conditum, l. conficiuntur, §. si miles, ff. de iu. codicill. Si tamen non mutetur institutio directa hæredis valēt in eo relicta, testamento subsistente, l. diuus, de iu. codicill. tertio, fieri possunt tempore testamenti, quarto, possunt fieri sine testamēto, vt si quis codicillis relinquat legata implenda ab eo qui ei hæres erit, valida est huiusmodi dispositio, l. si quis cum testamentum, ff. de iu. codicill. l. cōficiuntur l. si quis l. ab intestato. ff. eo.

5 Codicilli forma q̃. Forma codicillorum nō exigit solemnitatem, sed tãtum quod disponentis voluntas probetur per quinque testes, siue codicilli clausi & in scriptis sint vel nuncupatiui, nec requiritur, vt testes sint rogati, nec masculi, nec quod adsit signum vel subscriptio aut clausura, l. fin. §. fi. C. de codicill. l. fi. C. de fideicōm. §. fi. Instit. de codicill. l. diuus, §. codicillos, & §. licet ff. de iu. codicill. nisi sint codicilli cęci in quibus requiruntur septem testes, & tabellio, vel alius loco eius, & solemnitates quæ in testamento cœci requiruntur, l. hac consultissima. C. qui test. fac. poss. vel nisi sint codicilli inter liberos, in quibus duo testes sufficiunt, l. fi. C. fam. hercisc. vel nisi sint codicilli militis in quibus maior solemnitas non requiritur quàm in eius testamento.

Apponi quoque solet in testamentis clausula quę dicitur codicillaris, si enim testator intendens condere testamentum non adhibeat solemnitatem ad illud necessariam, sufficientem tamen ad codicillum, non valet etiam vt codicillum l. 1. ff. de iu. codicill. l. fin. ver. illud C. eo. imo si testator directe hæredem instituat, nec aliunde constet quod voluerit facere codicillum, censetur voluisse condere testamētum l. non codicillum, C. de codicill. l. illud §. tractari, ff eo. si tamen is qui intendit condere testamentum, non apponat in eo solemnitatem necessariam ad testamentum, & adiungat clausulam codicillarem, dicendo, se velle si ea dispositio non valet vt testamentum valere debere vt codicillos, si solemnitas ad codicillos necessaria adhibita sit, valebit vt codicillus, d. l. 1. de iu. cod. l. fi. C. eo. l. cohęredi, §. cum filio, ff. de vulg. si tamen is ex ea dispositione incipit agere ex testamento, non permittitur postea agere ex codicillis, d. l. fi. C. eo.

Sunt vero aliqui casus in quibus clausula codicillaris tacite inesse censetur, primo, cum testator dicit se velle vt temantum, vel dispositio valeat meliori modo quo potest l. codicillis, §. fi. de leg. 2. Secundo, si testator adhibet iuramentum quo iuret se velle valere, & seruari omnia quæ in eo præcepit, vel continentur in eo, vel cum præcipit, vt hęres iuret se seruaturum omnia quæ in eo continentur. Couar. in c. Rainaldus, §. 3. num. 10. cum seq. de testamen. l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2. modo tamen adsit solemnitas necessaria ad codicillū, vel iuramentum sit appositum à testatore, mandatumue vt hæres, vt supra, iuret id obseruare, tertio in testamento condito inter liberos in quo hæc clausula tacita apposita censetur. Couar. in d. c. Rainutius, §. 1. nu. 2. & 4. & idem in testamento militis, ar. l. 3 de test. mil. 6 Clausula codicillaris qd sit, vbi apponatur, & quid operetur.

Plures porro effectus sunt clausulæ codicillaris, primus quod si testamentū sit nullum ex solemnitatis defectu, validum

dum tamen quo ad codicillum, & in eo adsit clausula codicillaris formaliter, vel virtute, licet institutio hęredis sit nulla, valent tamen legata in eo relicta, & hæres succedens ab intestato tenetur ad ea soluenda; Dicitur si testamētum defectu solemnitatis sit nullum, quia si nullum sit eo quod suus sit præteritus, vel sine causa iusta exhęredatus, tunc etiam si non adsit clausula codicillaris, non valet quo ad institutionem hæredis præteritionem, vel exhęredationem, legata tamen valēt. auth. ex causa, C. de lib. præt. secundus, quod si testator careat hęredibus necessario instituendis, & instituat extraneum in testamento minus solemni, si ibi apponitur virtute, vel expresse talis clausula, & in tali testamento adsit solemnitas sufficiens ad codicillum, institutio directa talis hęredis conuertitur in fideicommissariam, & hæredes ab intestato tenentur restituere illi hęreditatem, detracta sibi solum Trebellianica non aliter ac si ipsis directe esse relicta hęreditas, & per fideicommissum factū in codicillo grauati essent restituere eam hęredi illi extraneo, l. posthumus, §. si paganus, ff. de iniusto. rupto, l. quærebatur, ff. de mil. test. l. si quis priore, ff. ad Trebel. l. codicillis, §. fi. ff. de leg. 2. quia in codicillo potest esse indirecta institutio, & vbi adest talis clausula, valet etiā quod in testamento continetur, vt in codicillo potest valere, tertius, quod si testator iniuste prætereat vel exhęredet filium, vel descendentem alium necessario instituendum, & instituat extraneum in testamento alioqui solemni, apposita tali clausula, hæres necessario instituendus censetur grauatus restituere illi hęredi extraneo reliquum hæreditatis, præter suam legitimam portionem in qua erat necessarie instituendus, quod si non adesset clausula illa testamentum esset nullum & valerent solum legata in eo relicta, d. auth. ex causa, quæ intelliguntur quando testator scienter præterijt vel sine causa legitima exhęredauit eum quē instituere tenebatur, nam si ex ignorātia illum præterijt quia credebat eum mortuum, vel natus est post conditum testamētum, & ex huiusmodi, tunc testamentum est omnino nullum etiam quo ad legata, l. si vnquàm C. de reuoc. don. l. certi, C. de mil. test. quia tunc non præsumitur alios velle filio suo præponere, quartus, quod si pater faciat testamentum solemne inter liberos, & eorum aliquem iniuste prætereat vel exhæredet, tunc filij quibus hęreditas relinquitur, censentur meliorati in bonis de quibus pater libere poterat disponere inter liberos, & talis præteritus vel exhęredatus, tenetur restituere per modum fideicommissi illis, quod præter legitimas portiones, & legata, remāserit de bonis paternis, etiā quod expresse non apponatur clausula codicillaris, cum inter liberos semper censeatur apposita, vt d. Molina, d. tra. 2. de iust. disput. 132. Sunt tamen casus in quibus clausula codicillaris non operatur, vt si testamentum corruat non ex defectu solemnitatis, sed quia fiat quasi caducū, & hęres decedat ante testatorē, & si deficiat ex causa præteritionis posthumi, secus in pręteritione vel exhęredatione nati, quia tunc non obliquatur institutio, legata tamen manent, l. enim quam, C. de fideicomm. auth. ex causa, C. de lib. præt. vbi doct.

SVMMARIVM.

1 Legatum quid sit, & vnde dicatur.
2 Legata quotuplicia sint, & eorum differentia.
3 Legatum sub conditione quomodo fiat, & vt intelligatur.
4 Legatum sub modo vt fiat, & eius effectus.
5 Legatum causa adiecta quod sit, vt fiat, & quomodo intelligatur.
6 Legatum sub demonstratione quod sit, vt fiat, & intelligatur.
7 Legatæ rei dominium incrementū, & decrementum, quando, & cui spectent.
8 Legatorum natura quæ sit, & vt intelligatur.
9 Legatarius nō potest propria anthoritate adire legatum.
10 Legati electio ad quem spectet, vbi res vna ex inæqualibus legatur.
11 Legata re pluribus singulis in solidum

De Legatis, & fideicommissis particularibus. Cap. LXI.

1 Legatum quid & vnde dicat.

LEgatum, vel legare idem significat quod mandare eligere, & decernere, vt inquit Varro. li. 4. de ling. lat. & q̄nque sumitur pro legandi actu, quandoque pro re legata, primo modo diffinitur, quod legatum est donatio quędā à defuncto relicta, & ab hæred præstanda, §. 1. Inst. de leg. l. legatum, ff. de leg. 2. & intelligitur mediate & immediate, vt comprehendat fideicommissum particulare, quod legatarius tenetur alicui alteri dare, quod fideicommissum particulare solum in hoc differt à legato stricte sumpto, quod si verba testatoris diriguntur ad legatarium, vt si dicatur lego vel relinquo Petro hoc, dicitur legatum, sed si ea verba diriguntur ad hæredem, vel hæredes, vel ad legatarium qui rogetur, vel ei præcipiatur, vt rem hanc det Petro, dicitur fideicōmissum particulare, quod per omnia aquatur hodie legato, §. sed non vsq; Instit. de leg. ponitur vero in diffinitione verbū donatio large, pro omni gratuita datione siue inter viuos siue per vltimam volūtatem. Dicitur ab hęrede præstanda, vt differat ab hæredis institutione qui non ab alio, sed à testatore immediate accipit, Dicitur etiam à defuncto relicta, vt differat à donatione inter viuos, quæ in vita donantis firmatur, & à donatione causa mortis, quę nō ab hęrede, sed viuente testatore præstatur, licet morte testantis confirmetur. Vel legatum, est vltima voluntas qua defunctus liberaliter rem particularem, vt excludatur hęreditas, & fideicōmissum vniuersale, alicui ab hęrede pręstandam relinquit; Quod si testator in testamento vel codicillo alicui relinquat legatū, & postea idem ipse legatario tradat, si simpliciter rem illam tradat, non exprimendo ex causa legati præcedentis id agere, transit in donationem inter viuos, nec potest deinde reuocari, sed si exprimat vel intelligit eam tradere vt legatum præcedens, probabile est quod transierit in donationem causa mortis, tum quod dominium viuente testante transierit in legatarium, tum quod non præstetur ab hærede, & ideo de eo iudicandum vt de donatione causa mortis, scilicet quod possit reuocari modo quo dictum est supra de hoc, loco proprio.

Legata vero alia sunt pura, alia in diē, alia sub conditione, quædam sub modo, quædam sub demonstratione, quædam sub causa, purum dicitur legatum vbi dies, tempus, conditio, modus, demonstratio vel causa, in quibus sit soluendū, non est appositum, vel non continet conditionem de futuro incertam, l. hæres meus, ff. de cond. & dem. & in dubio legatum censetur purum vbi non constat aliter se habere l. 1. ff. de cond. & dem. legatum in diem dicitur cū quid legatur soluendum in diem, vel tempus futurum post mortem testatoris, modo is dies sit certus, si enim sit incertus est conditionale, l. dies incertus, ff. de cond. & dem. & vbi dies est certus etiam longe distans post mortem testatoris, est legatum in diem, & proinde legatarius illud transmittit ad hęredes si post mortem testatoris, sed ante eum diem moriatur l. si dies apposita, l. si post diem, ff. quando dies leg. cedat, l. sempronius, ff. de vsufr.

2 Legata quotuplicia sint & eorū differentia.

leg. vt si legetur viginti annis post mortem testantis, vel die qua legatarius morietur, sic enim est legatum in diem, & huiusmodi ius transmittitur ad hæredes l. 1. §. cum dies l. hæres meus, ff. de cond. & dem. cum is dies sit certo futurus, sed si dicatur hæredi, die qua morieris, centum dabis Petro, cum is dies sit incertus, & fieri possit vt Petrus moriatur post testatorem sed ante hęredem, sic enim expirat legatum, & pertinet ad hæredem testatoris, l. 1. §. dies autem l. hęres meus, §. hæres, ff. de cond. & dem. similiter dies est incertus si dicatur lego Petro centum die quo nauis ex Asia venerit, vel Petrus obtinuerit episcopatum, sic enim legatū est conditionale, & fieri potest vt conditio non eueniat, vel legatarius moriatur antequàm eueniat, & sic in tali euentu non transmittitur legatum, sed pertinet ad hęredem l. si dies apposita, ff. qñ dies leg. cedat, similiter dies est incertus sic, lego centum Petro cum peruenerit ad viginti quinque annos, cum euenire possit vt ad eam ætatem non perueniat, vnde si ante eam ætatem moriatur post testatorem non transmittit legatum, l. si dies apposita, l. si titio, ff. quādo dies leg. cedat, l. si cui legetur, §. hoc autem ff. de leg. 1. Si tamen dies hoc vltimo modo incertus appositus sit in solam gratiam legatarij, & non hęredis etiam, tunc legatum statim cederet, & si legatarius ante eam diem post mortem testatoris obiret, illud ad hęredes transmitteret, vt si quis nepti leget centum sibi danda cū nuptui tradetur, ne ante ea insumat, l. si si ita relictum §. pegasius, ff. de leg. 2. l. in fideicommissi, §. cum pollidius, ff. de vsuris.

Differentia vero maxima est inter p̄dicta, nam quando aliquid legatum est in diem certam, statim adi[illegible] hæreditate cedit dies legati, idest incipit deberi, l. vn. §. cum igitur, C. de cad. toll. & ex alijs supra citat. ita quod & id legatum, vt supra, transmittitur ad hæredes, & sit debitum vt hęres id præstet die statuta l. 1. §. cum dies, ff. de cond. & dem. l. si post diē l. si dies apposita, ff. quando dies leg. cedat, Bar. & alij in d. §. cum igitur, vnde si ante eam diē in qua est soluendum, hęres soluerit, nō potest repetere, cum iam incipiat deberi l. cedere diem, ff. de verb. signific. & potest etiam hæres ante diei aduentum id legatum inuitis legatarijs soluere, cum in eius gratiā sit apposita, Quod si dies sit incertus vel sub conditione non incipit debere, & si soluat potest repetere, si casus expressus non eueniat, l. 1. §. cum dies, vbi glos. de cond. & dem. l. stipulatio ista, §. inter incertam, ff. de verb. oblig. l. quod in diem. ff. de solut. Vbi tamen dies est certa, ante eius aduentum dominium illius rei non transit in legatarium, nisi hęres sponte id soluat, l. sempronius, ff. de vsufr. licet, vt supra, id ius transmittatur.

3 Legatum sub cōditione quō fiat, & vt intelligatur.

Aliud legatum, vel hęredis institutio sub conditione relinquitur. Sumitur vero conditio duobus modis, in proposito, primo, pro sola conditione in futurum contingenti, quæ in vtranque partem euenire potest & sic stricte, secundo, late pro omni conditione de futuro præsenti & præterito, vel contingens sit, necessaria aut impossibilis, primo modo, conditio est suspensio dispositionis, idest actus quo quis legando &c. disponit, ex incerto futuro euentu apposito, vt si dicatur, lego centum Petro si Martham vxorem duxerit, vel si talis nauis tali anno ex Asia venerit, quo casu legatum suspenditur ita vt uim non habeat, nec inde oriatur obligatio, nisi eueniente illo euentu futuro, & sic in spe tantum inde oritur obligatio, §. ex cōditionali. Inst. de verb. oblig. l. institutio, ff. de cond. instit. l. itaque. ff. si certum petatur, & hæc proprie est conditio aliæ non, secundo modo accepta, est adiectio dispositionis dependentiæ, vt sit, vel obligare incipiat ex aliquo præsenti præterito, vel futuro, vt si dicatur, lego decem, si rex modo viuit, vel si nauis ex Asia venit, & exprimitur per dictionē, si, regulariter, vel ei ęquipollentem, vt si dicatur, vendo tibi hanc rem, nisi alius intra mensem maius pręcium obtulerit, & sic actus hi sunt conditionales, pendentes ex illo, & similiter dies incertus habet vim conditionis, vt supra est dictum. Et ita conditio secundo modo sumpta diuiditur in conditionem de præterito, pręsenti, vel futuro, quę inter

ter se differunt, quia conditiones de præsenti, vel præterito non suspendunt hęredis institutionem, legatum, vel aliam dispositionem, sed si res ita se habet, statim valida est dispositio, etiam si id ignoretur, sin secus, irrita est licet id ignoretur l. cum in secundo, ff. de in. rupto, l. cum ad præsens ff. si cert. pet. l. conditio in pręteritum, ff. de verb. oblig. l. institutio talis, §. fi. ff. de cond. inst. §. conditionis. Inst. de verb. obl. conditio vero de futuro quę sola incerta sit an futura sit vel non & ita indifferens suspendit dispositionem, non autem si certa sit, licet in eius euentum differat executionem.

Conditio præterea late sumpta diuiditur in possibilem, & impossibilem, impossibilis quędam reipsa est, quia esse nō potest, vt te instituo hęredem, si cœlum digito tetigeris, alia de facto est possibibilis, non tamen de iure, quia ius eā non admittit, vt sunt conditiones pugnantes cum iure naturali, vel positiuo, vt si cum consanguinea contrahas, si patri egenti non tribuas necessaria, vel aliquod fœdum efficias, & idem si conditiones nil boni contineant, & aduersentur operibus virtutis & charitatis, vt si captiuum non redimas, vel eleemosinam non facias; non tamen si aduersentur maiori bono, malum vero non contineant, vt lego centum si duxeris Mariam, quia id licet aduersetur virtuti castitatis, nō tamen continet malum, cum matrimonium sit in se bonum, ita habetur in l. conditiones quæ l. conditiones contra. ff. de cond. instit. conditiones etiam de iure impossibiles ęstimantur quæ à iure vetantur vim habere, vt si quis alicui leget, si iuret se aliquid daturum, vel facturum, ea enim iuramenti conditio vim non habet licet legatarius antequàm legatum adipiscatur, promissionem illam iuratam implere teneatur l. quæ sub conditione, ff. de cond. instit. l. hæc scriptura, in prin. ff. de cond. & dem. sunt tamen duo casus in quibus conditio se adstringendi sub iuramento ad aliquid faciendum vim in vltimis voluntatibus habet, primo, si libertas alicui relinquatur sub conditione, si aliquis ad aliquid implendum sub iuramento se astringat, secundo, si aliqd relinquatur communitati cum conditione vt ad aliquid sub iuramento se adstringat, vt & valet conditio in vltimis voluntatibus, vt aliquis prius aliquod præsens, vel pręteritum iuret. His stantibus, dicitur primo, quod stando in solo iure naturali, vltima voluntas, vel contractus vim non habet, nisi impleta conditione sub qua est factus, vel de præsenti sit, præterito, vel futuro, & vel impossibilis sit, vel possibilis de facto vel de iure, quando animus disponentis fuit non aliter valere dispositionem, nisi verificata illa conditione, Medina, C. de reb. restituendis q. 23. secundo, dicitur, quod in vltimis voluntatibus, conditio impossibilis de facto, vel de iure non vitiat dispositionem, sed habetur pro non adiecta l. 1. l. si quis ita l. si quis ita institutus, l. quę sub conditiones l. conditiones quę contra. ff. de cond. inst. l. cum in secundo, in fi. ff. de in. rupto. l. si meuia. ff. de hęr. institut. l. obtinuit, ff. de cond. & dem. l. si post diem, ff. quando dies leg. ced. §. impossibilis, Inst. de hęr. inst. idq; fauore vltimæ voluntatis, si tamen impleta sit conditio de iure impossibilis nō vitiatur vltima voluntas sub ea facta, l. reprehendite, C. de instit. & subst. nisi testator aliquid disposuerit sub conditione impossibili, credēs tamen possibilem, sic enim vitiatur dispositio, l. seruo manumisso. ff. de cond. indeb. conditio tamē impossibilis de facto non vitiat dispositionem, l. si Meuia, ff. de hęr. inst. l. si quis ita institutus, ff. de cond. instit. l. scriptura, ff. de cond. & dem. si tamen dispositio dandi, vel faciendi aliquid esset talis, vt alius id facere posset, licet institutus per accidens id efficere non possit, valet conditio, & vitiatur vltima voluntas, nisi sic efficiatur. Conditio vero possibilis diuiditur in necessariam, vel ad alteram tantum partem contradictionis determinatam, & contingentem vt est illa sola de futuro, exēplum primi, si dicatur, si cras sol orietur instituo te hęredem, vel si moriar, lego tibi, & hęc conditio, licet sit de futuro non suspendit dispositionem, sed impleta cēsetur cum semper vera sit futura, l. nam si, cum pręced. & seq. ff. de cōd. indeb. l. si pupillus, §. qui sub conditione,

ditione, ff. de nouat. l. in illa stipulatione ff. de verb. oblig. §. conditiones, Inst. eod. Conditio contingens diuiditur in potestatiuam, casualem, & mixtam, potestatiua est quæ à sola voluntate eius cui imponitur pendet vt impleatur, vt si dicatur, instituo te si hęres esse volueris, si seruū tuum manumittas, si decem des, si adeas talem locum aditu facilem, l. suus quoque, §. puto, ff. de hęr. instit. casualis quæ ex casu pendet, nec est omnino in potestate eius cui imponitur, vt si nauis ex Asia venerit, lego tibi centum. Mixta quæ partim à voluntate eius cui imponitur partim aliunde pendet, vt si dicatur, lego tibi centum si Martham duxeris, l. suus quoque, §. puto. ff. de hęr. instit. l. si pater, C. de inst. & subst. l. vn. §. sin autem, C. de cad. toll. Si ergo cōditio sit casualis vel mixta, sat est vt dispositio valeat, quod in vita testatoris vel post, sed post testamentum factum impleantur, l. hæc conditio, 1. ff. de cond. & demons. & idem est si, testatore ignorante, ante conditum testamentum impletę erant, non autem si sciente, quia tunc videtur voluisse, vt iterum conditio impleretur, l. si ita scriptum sit, §. si pater ff. de leg. 2. l. hęc conditio, §. fi. cum l. seq. ff. de cond. & dem. Quod si conditio sit potestatiua, impleri debet post mortem testatoris, nec satis est quod impleatur in vita eius etiam post conditum testamentum, l. 2. l. si iam facta, §. fin. ff. de cond. & dem. nisi conditio non sit iterabilis, vt certi serui manumissio, nam si viuente testatore sit impleta, impossibilis censetur talis conditio, & ideo habetur pro nō adiecta, l. q̄ sub conditione, §. quoties, vbi Bart. ff. de cond. & dem. & quando conditio est potestatiua nec est præfixum tempus, intra quod debeat impleri, satis est si hæres institutus dum viuit eam impleat, l. suus quoque, in princ. ff. de hęr. inst. nisi legatum sub conditione potestatiua sit factum, tunc. n. tenetur legatarius quàm primum post mortem testatoris commode poterit eam implere, id præstare, aliter expirat legatum, l. hæc conditio, 2. ff. de cond. & dem. si tamen obligatio est dandi, & hęres vel legatarius non sit compos sui, sat est si per alium id præstetur. Quod si quis sub potestatiua conditione sit hęres institutus, vel ei legatum, vt lego centum, si capitolium non ascenderis, quia huiusmodi conditiones regulariter non possunt integrè esse complete nisi finita vita hęredis, vel legatarij, statim post mortem testatoris potest id obtinere præstita cautione de restituendo legatum vel hęreditatem cum omnibus fructibus à principio perceptis, in casu impletionis conditionis l. mutianæ, l. hæres meus, §. qui post mutianam, & §. quàmuis, ff. de cond. & dem. l. cum filius §. qui Mutiana, ff. de leg. 2. si tamen libertas sub huiusmodi conditione sit concessa, nec cautio præstari possit, statim ac conditionem prima vice transgredi potuit, nec est transgressus, consequitur libertatem, fauore libertatis l. libertas, §. 1. ff. de manum. testam. & idem in legatis pijs, & si quis ob paupertatem cautionē præstare non posset, satis esset iuratoria cautio etiam si legatum non sit pium, auth. cui relictum, C. de ind. uid. toll. Si vero legatum, vel hęreditas relicta sit sub conditione quæ in alterius commodum tendit, consequitur hęres hęreditatem, vel legatum legatarius, & habetur pro impleta, vt si dicatur lego tibi centum, si Martham duxeris, & ipsa nolit, eo volente, vel ipsa moriatur ante moram instituti, sic enim cōsequitur relictum, secus si institutus moriatur antequàm adueniat tempus illam ducendi vxorem. Sic si legentur cētum, si captiuum redimas, & is moriatur ante moram instituti, vel fugiat, consequitur relictum, l. iure ciuili, ff. de cond. & dem. l. si post. §. item si qua. ff. quando dies leg. cedat. l. 1. C. de inst. & subst. l. si ea, C. de cōd. ins. Aliqua etiam conditio est expressa, alia tacita, vt si fructus pecoris legetur, intelligitur si nascatur, quando legatur, intelligitur si voluerit institutus in legato, qn̄ filius grauatur aliquid restituere, intelligitur si sine liberis decesserit, & huiusmodi. Sunt & alię conditiones in legatis, vel institutionibus apponi consuetę, vt si non nupserit, si caste vixerit, si contraxerit matrimonium, vel si ingredietur religionem, ei lego; Et quo ad primum hodie si apponatur conditio non nubendi

vim

vim habet, siue à viro vxori, vel alio extraneo viduæ apponatur, vnde si quid legetur sub ea conditione si non nupserit; si secundo nubat, eo ipso illa amittit, & tenetur ad restitutionem relicti cum omnibus fructibus perceptis, vnde mortuo testatore nō est illi tradendum legatum vel hęreditas, nisi præstita cautione muciana de restituendo rem cum fructibus, si secundo nubat, §.q̄ vero auth. de nupt. auth. cui relictum, C. de ind. vid. toll. Iaſ. in l. si modo. nu. 2. C. de inst. & subst. Si vero illa cui imposita est illa conditio non nubendi nunquàm antea nupserit, hr̄ pro quod nō adiecta, & ideo ea potest contrahere matrimonium, & consequi relictum l. sed si hoc §. fi. cum duab. seq. ff. de cond. & dem. l. Titio. eo. Si tamen conditio imponatur ne certæ personæ nubat, valida est, non tamen si id imponatur per modum pęnę, & non conditionis, quia sic inualida esset conditio adiecta in modum pœnæ, l. titio centum, §. titio centum, ff. de cond. & dem. vt & valet conditio vt aliqua ad certum tempus non nubat d. l. sed si hoc §. fi. cum sequen. Et prædicta intelliguntur etiam si conditio imponatur masculo ne nubat iuxta p̄dicta respectiue, attendendo an primum sit vel secundum matrimonium. Quod si hæreditas, vel legatum alicui relinquatur, si cum certa persona contrahat, vel cum nulla alia quàm cum illa, vel si aliqua certæ personæ nupserit, valida est ea conditio per modum præmij apposita ad contrahendum cum aliqua, l. titio centum, §. titio centum, ff. de cond. & demonſ. modo licite & honeste possit cum illa contrahere, alias non valeret illa conditio, l. cum ita, ff. de cond. & dem. & si is cum quo habet contrahere moriatur, vel nolit, cui sic est relictum, si non sit in mora, consequetur relictum Iaſ. in l. cum autem num. 8. C. de inst. & subst. in l. filia legatorum, nu. 3. C. de lega. testans de communi. Sic si hæreditas vel legatum alicui relinquatur si religionem ingrediatur, valida est talis institutio, c. 2. de cond. appoſ. Couar. lib. 1. var. reſ. c. 19. num. 10. & idem si legetur alicui si sacerdos esse velit, & si sic dicatur, si Marta nupserit relinquo ei ducētum, si ingredietur religionem relinquo centum, si ingreditur religionem consequitur tantum centum, licet non sit conueniens vt talis conditio apponatur, vt & clerici excluduntur à maioratu; si tamē simpliciter alicui legetur sub conditione nuptiarum, illa ingrediente monasterium, debetur illi totum relictum. Quod si legetur mulieri si caste vixerit, & ipsa transeat ad secundas nuptias, si ea conditio est apposita à marito, vel eius consanguineo, amittit relictum transeundo ad secundas nuptias, si vero ab alio etiam à patre mulieris apposita sit tunc nō amittit legatum, & in hoc standum est consuetudini patriæ quomodo illa verba intelligat, & conditioni mariti, an susceperit filios ex illa, vel non, & iudicandum quod ex coniecturis elici potest, in dubio vero fauendum est mulieri, quia in matrimonio est castitas, vt d. Molina trac. 2. de iust. diſp. 107. Quod si conditio sit impossibilis non vitiat legatum l. obtinuit, ff. de cond. & dem. imo si est possibilis, sed per legatarium impleri non potest, modo faciat quod in se est vt eam impleat, l. si titio, de leg. 1. & si conditio sit inhonesta habetur pro non adiecta, & relictum tenet, l. cum ita legatum sit l. cū tale legatum, §. Meuiæ, de cond & dem. l. filiæ suæ, eo. Silu. legatum 1. q. 4. qui & in q. 7. d. quod si fiat legatum sub conditione, quod fiat aliquid quod iam factum est, vt altare, quod iam fecerat legatarius, si tamen testans id ignorabat probabile est quod teneat legatum, & legatarius teneatur ad ęquippollens arbitrio boni viri, vt in simili infra dicetur. Quod si vxor relinquitur vsufructuaria omnium bonorum, filijs institutis, intelligitur ei solum legata esse alimenta, si tamen filij moriātur erit vsufructuaria omnium bonorum. Gozad. conſ. 99. nu. 8. 9. cum communi.

Aliter etiam legatum, vel institutio hęredis sub modo fit, est vero modus lex quædam, vel grauamen aut moderamen dispositioni in futurum appositum eam non suspendens, eo tamen non seruato, quandoque reuocatur dispositio, vel eo ipso reuocata censetur, vt si quis dicat lego Petro domum ea l. ne illam alienet, 4 Legatum sub modo vt fiat, & eius effectus.

vel

vel fundum, ea lege vt sepulchrum mihi ędificet, vel quouis anno alimenta præstet tali, vel vt celebrari faciat tot missas vel anniuersaria pro anima mea, vel lego centum Mariæ, vt nubat, quæ dispositiones sunt implendæ post mortem testatoris, & quandoque prius modus est implendus antequàm relictum accipiatur, si testatoris voluntas tacita, vel expressa huiusmodi fuerit; Differt vero modus à conditione de futuro, quod illa suspendit dispositionem, non tamen modus regulariter, secũdo, nam legatum sub conditione non transmittitur ad hęredes si legatarius ante impletam conditionem moriatur, at legatum sub modo transmittitur quando modus per hęredem sine per legatarium impleri potest. Sic.n. est implendus, l. à testatore vbi gl. verbo. aperte. ff. de cond. & dem. idem glo. in l. si post diem, ff. quando dies leg. cedat. Solet vero modus exprimi per dictionem, vt, & quandoque per conditionẽ, si dicatur, lego tibi ea conditione ne alienes, vel templum ædifices; quod si dicatur lego dummodo hoc faciat, vel sub conditione vt id faciat, si id apponitur vt fiat post dispositionem completam, non habet vim conditionis sed modi, qui non suspendit dispositionem, vt conditio, & in hoc statur magis menti quàm verbis, vt si quis in ciuem recipiatur ea cõditione, vt tributa soluat, si non implet habebit vim modi, & poterit expelli, l. mænia, ff. de manum. testamen. l. Caius. ff. de manumiss. Si vero verbum, conditio, vel dummodo, vel huiusmodi apponatur vt dispositio vim habere incipiat, tunc potius rationem habet conditionis quàm modi, l. à testatore ff. de cond. & dem. l. qui hæredi, § fi. vbi glos. eo. Sic licet aliquid disponatur per verba alioqui modum denotantia, si tamen testator tacite vel expresse voluit, vt prius id impleretur, quàm institutus acciperet relictum, haberetur pro conditione & non modo. Bart. in l. quibus diebus, §. termilius, ff. de cond. & dem. quod intelligitur nisi testator expressisset, vt antequàm illi possessio traderetur, grauamen impleretur, sic enim non intelligitur modus adesse nisi ad effectum ingrediendi possessionem, vnde si ante eius implementum decedat, transmittit id ad hæredes, qui modo impleto consequentur possessionem. Molina, d. trac. disput. 208. Vers. 2. Bar. in d. l. Quod si mod⁹ dispositioni appositus esset, vt qui contrauenirет amitteret sic relictum, vel cẽseretur non esse vocatus ad eam rem, tunc qui contrauenitet rem sic relictam non transmitteret ad hęredes, sed deuolueretur ad eum qui in eo euẽtu vocatus esset à testatore vna cum fructibus perceptis, quando diceretur quod si contrauenirет, censeretur nõ esse vocatus, & idem regulariter si contrauenirет modo, in quo dicatur, quod eo ipso, quod contrauenit amittat rem relictã, quia is cui relinquitur sub modo tenetur cauere antequàm rem accipiat, quod non contrauemet modo, vt d. Molina, dicta disp. subdens ex Molina lib. 2. de primog. c. 15. id forte non procedere in maioratu in quo modus imponatur, aliter eo ipso illum amittat, is enim ad fructus perceptos non teuebitur ex praxi, mihi tamen videtur non esse recedendum à distinctionibus prædictis etiam hoc casu, cum idem sit casus, & eadem militet ratio. Vbi vero aliquid sub modo relinquitur, antequàm institutus id accipiat, tenetur cauere de modo implendo, & de re cum fructibus restituenda, si modum non impleat, l. quibus diebus, §. termilius, ff. de cond. & dem. glos. in l. 1. C. de ijs quæ sub modo, si tamen institutus ante cautionem præstitam moriatur, transmittit tamen illud, & cautio quoq; omitti potest quãdo modus arbitrio prudentis respicit solum vtilitatem instituti, nec intendatur inducere nouam ei obligationem, vt si dicatur, lego centum Petro, vt fundum emat, l. titio centum, ff. de cond. & dem. nisi & eo casu testator intendat inducere nouam obligationem, quo cum sit segnis, ex fundo illo viuere possit, tunc enim cautio est præstanda, d. l. post princ. l. si tibi legatum, ff. de leg. 3. de implendo scilicet modo hoc casu, nõ autem de restituendo relicto, cum ipsius gratia modus appositus sit. Si vero modus in vtilitatem tertij apponitur, vt si legantur alicui centum, vt Mariam ducat vxorem, si stet per Mariam vel mo-

raitur,

rlatur, vel fine mora instituti, modus habetur pro impleto, l. 1. vbi gl. fi. C. de ijs quæ sub modo.

Si vero apponatur modus impossibilis de facto & de iure, relicto, scilicet turpis, habetur pro non adiecto; sed si modus sit licitus & possibilis, si fuit adiectus vt causa motiua ad legandũ, non tamen intendendo eum obligare ad illud implendũ, sed solum allicere, vt possit modum executioni mandare, validum est relictum etiam si non impleatur, sed si secundo intendit eum obligare ad modum implendum, idque compellendo illum modum implere, vel alligando relictum illi modo, ita quod nisi impleatur, reuocatus censeatur, & non factus, primo modo fructus medij temporis modum non implens, faciet suos, licet cogi possit sub amissione rei modum implere, secundo modo, amittet etiam fructus medij temporis, arg. l. 24. §. fi. & l. 3. ff. de donat. Vbi vero modus apponitur, vt via illum alliciendi ad aliquid, is non tenetur modum seruare emendi fundum, nec nubendi si id legetur vt facilius nubat, & non vt obligatio inducatur nubẽdi, sed habebit relictum etiam modo nõ seruato, & etiam quod ingrediatur religionem, auth. nisi rogati, C. ad Trebell. & etiam si vbi peruenerit ad ætatem nubilem eligat cęlibatum, maxime prælati authoritate accedente, ar. cap. verum, de cond. appos. & transmittit relictum ad hæredes, id obiter notando, quod si alicui legetur fundus ad alimenta, proprietas etiam nedum vsus, & vsufructus illi legati censentur, l. 4. in princip. ff de alim. & cib. leg. l. penult. §. fi. eod. Molina, lib. 1. de primogen. cap. 19. num. 9 & idem si legetur fundus ad vsum, adhuc enim & proprietas legata censetur. Molina, d. disput. 208. ar. l. donationes, §. species, vbi gl. de donat.

Ex his modis si quid legatur secundo modo, vt scilicet modus impleatur vlterius non procedendo, valida est dispositio modo non subsecuto, sic tamen institutus in foro exteriori & conscientiæ tenetur modum implere, & cauere de eo implendo, & mulctari poterit nisi impleat, & in pœnam etiam priuari dato sub modo, vt si quis ciuis sit factus sub modo, vt tributa soluat, ad hunc secundum modum reducitur etiam, quod ecclesiæ, vel causæ piæ est relictum animo obligandi ad modum implendum, non tamen exprimendo, quod relictum nullum sit vel reuocatum, si modus non impleatur, cap. verum, de præsumpt. nisi intelligatur contrarium sensisse testatorem licet non expresserit, sic enim reuocatur relictum eo ipso in foro conscientiæ etiam non expectata sententia. Vbi vero tertio, vel quarto modo, supra relato legatur ecclesiæ, vt scilicet modo non seruato reuocetur datum, vel nullum sit, non satis est quod prælatus ecclesiæ modum non seruet nisi accedat consensus capituli, cum solus prælatus in quærendis possit præiudicare ecclesiæ non autem in quæsitis. Abb. in d. cap. verum. Ad tertium, & quartum modum reducitur etiam legatum dotis, vnde si mulier decedat eo non impleto, relictũ pertinebit ad hæredes testantis, si ex coniecturis aliud non colligatur. Molina in d. disp. 208.

Alia demum species legati fit causa adiecta; est autem causa, in proposito, id propter quod tanquàm præsens vel preteritum, aliquid fit, vel disponitur, vt si legetur alicui ob paupertatem, vel obsequia sibi præstita, illi actus sunt causa relicti si sint præsens vel preteritum; sed si datur propter aliquid de futuro, est modus, & non causa, & causa denotari solet per verbum, quia, vel quoniam, ideo, &c. Quando ergo aliquid gratuito legatur ob causam existimatam, quæ tamen non subsit, existente habitualiter vel actualiter animo conferentis, ea causa exclusa non legare, collatio in foro conscientiæ est nulla, siue relinquens expresserit se velle, vt non existente ea causa collatio sit nulla, vel non; cum animus non adsit conferendi ea causa non existente. Medina, de rebus rest. quæst. 2. Nau. in Man. capit. 18. num. 6. Siluest. pactum quæstio. 4. Differentia tamen est si testator sit in ea dispositione, quod si sciret causam non subsistere, non conferret, & quod si id sciret vellet collationem esse nullam, nam primo casu non sem- 5 Legatum causa adiecta quid sit & vt fiat, ac quomodo intelligatur.

semper inualida est talis dispositio, quia licet nõ donasset quis nisi ita existimasset, vel non tantum, tamen postquàm donauit, animus ei non est inualidam esse huiusmodi dispositionem, valida erit in vtroque foro, secundo vero casu non, & hoc casu non valeret etiam in foro exteriori talis dispositio quando expressisset quod si causa non subsisteret, inualida esset talis dispositio. Quod si causa quæ impulit ad gratuito disponendum vera est, ignorato tamen alio disponenti, qui si id sciret ita non disponeret, & vellet, vt dispositio inualida sit, vt si moueatur ad eleemosinam faciendam alicui ob solam paupertatem, ignorans tamen eum esse moribus perditum, quo scito non donasset, valet tamen huiusmodi datum, vel relictum, quia non fuit motus ad disponendum ex oppositis eius cuius gratia reliquit. Medina, d. quęst. 24. §. sequitur. Scot. 4. distinct. 15. quæst. 2. ar. 3. & ita cum ignorantia est tantum circunstantiarum, valet relictum. In foro vero exteriori si testator erret in persona hæredis quem instituere volebat, credens aliquem præsentem esse suum consanguineum, qui tamen non erat, & dicat instituo meum hęredem hunc consanguineum meum, inualida est institutio, vel legati relictũ, l. quoties, ff. de hęr. inst. & succedunt venientes ab intestato, vel potius is cui alias testator relinquere intendebat, & idem si credat aliquem esse sibi filium, vel fratrem, & ob id ei leget, nec sit, inualida est huiusmodi institutio, l. si pater l. nec apud peregrinos, C. de hær. institut. l. quoties. ff. eod. l. nec apud peregrinos, C. de testamen. & idem si credit esse suum filium adoptiuum vel legitimatum, aut consanguineum, qui tamen non sit, & idem si prius aliquem hęredem instituit, & postea audiens eum esse mortuum, condat secundum testamentum in quo alium instituat, si post mortem testatoris reperitur primus esse viuus, inualida est huiusmodi institutio, & prior valet l. fi. vbi Bart. ff. de hęr. institut. quo tamen casu valida sunt legata in secundo relicta d. l. fin. sed si ex eo inualidum sit testamentum quod pater præterierit filium natum post testamentum, vel quia credebat eum mortuum, inualida sunt etiam legata. Et si clare constet testatoris voluntatem fuisse, causa non subsistente, nolle vt legatum esset validum, inualidum censetur etiam in foro exteriori, l. cum tale. §. falsam. 1. ff. de condit. & demonst. l. 1. C. de falsa causa ad. leg. l. cum te. C. de pact. in dubio tamen præsumitur animum testatoris fuisse, vt legatum valeret etiam si causa non subsisteret, vnde ad hæredem spectat contrarium probare, quo circa si quis dicat lego centum Petro quia negotia mea gessit, licet id non egerit, debetur legatum, nisi testator expresserit sub conditione talis causæ se legare, vel hæres probet animum testatoris fuisse non legare causa non extante, vel id iuret si res eius conscientiæ sit commissa, §. longe. Institut. de leg. l. demonstratio falsa. §. quod autem, l. cum tale, §. falsam. 1. ff. de condit. & demonst. l. legaui. §. fin. ff. de lib. leg. l. si sit §. 1. ff. de leg. 1. l. titia. §. Caius, ff. de leg. 2. l. fin. C. de falsa causa ad leg. & sat est hæredi id præsumptiue probare, vt quia dictum sit, lego centum Petro quia consanguineus meus est, si talis non sit, ar. l. si pater l. nec apud, C. de hær. institut. & si relinquuntur centum pro maritanda puella, ei debentur si fiat monialis, nisi diceretur si contrahit, relinquo centum, si fiat monialis, quinquaginta, sic enim centum non debentur, Felin. in cap. in præsentia, de probat. cont. Silu. hæreditas, 3. numero decimo, si etiam alicui legetur, vt doctoretur, id non implens, non potest relictum retinere. Dec. cons. 177. etiam nulla expectata sententia in conscientia, D. Ant. 3. par. tit. decimo, capit. 3. §. 12.

Alia porro est species legati dispositionisue sub demonstratione factę. Est vero, in proposito, demonstratio, appositio signi, vel accidentis alicuius ex parte eius rei de qua disponitur, vel cui aut cum quo dispositio fit, vt si dicatur lego Petro centum, quæ habeo in tali loco, vel illi debeo, vel talis mihi debet, vel prædium quod est in tali loco, vel tanti valoris, & huiusmodi quæ sunt demonstrationes rei de qua disponitur, vel si dicatur

6 Legatum sub demõstratione qd sit, vt fiat, & intelligat.

dicatur lego Petro consanguineo meo, vel qui habitat in tali loco, vel qui mea negotia gerit, & huiusmodi, quæ sunt demonstrationes eius cui dispositio fit, vel si dicatur contraho tecum quæ es diues, pulchra, nobilis virgo, quæ sunt signa personæ cum qua dispositio fit, & hæc apponi possunt per modum causæ, vel demonstrationis. His ita statutis.

Vbicunque constat de re de qua quis gratuito intendit disponere, & de persona cui dispositio fit, licet disponens in demonstratione erret, valida est regulariter in foro exteriori huiusmodi dispositio, l. demonstratio falsa, in princip. l. quibus diebus. §. qui dotalem, l. cum tale, §. fin. in fin. ff. de condit. & demonst. §. huic cum præced. Institut. de leg. nisi in casibus quibus, supra dictum est falsam causam irritare dispositionem gratuitam, vbi scilicet constet voluntatem disponentis fuisse dispositionem esse nullã si demonstratio sit falsa, & vbi ius id præsumit; vel si res quæ demonstratur non existat, vt si quis dicat lego Petro pecuniam quæ est mihi in tali loco, si enim nulla ibi reperiatur inualida est dispositio, l. 1. §. fi. ff. de dot. præleg. sed si dicat lego centum Petro quæ sunt in tali loco, valet legatũ quoad quinquaginta solum ibi extãtia l. si seruus legatus, §. q quinq; ff. de leg. 1. Quod si quis dicat lego Antonio decem, quę Petrus mihi debet, si Petrus id non debet, inualidum est legatum, & hęres tenetur tantum ad transferendum in eum actionem si quæ est aduersus Petrum ratione defuncti; Sic si quis dicat, lego centum Petro quæ ipse mihi debebat, inualidum est legatum, si nil debebat, cum censeatur ei liberationem tantum ab illis legasse, l. si sic. §. 1. ff. de leg. 1. l. legaui ff. de lib. leg. Bart. in l. demonstratio falsa, in princ. nume. 4. ff. de condit. & dem. Sed si quis leget alicui vt ędificium fiat instar alterius quod testator demõstrat, si id non extat quod est demonstratum, licet ea ratione legatum inualidum sit, arbitrio tamen boni viri cogitur à iudice construere aliquod ædificium, vt impleatur voluntas testatoris, l. in testamento, 1. ff. de condit. & demon. In foro vero conscientiæ vbi est demonstratio, & constet de voluntate testantis illi standum est, aliter sequenda iuris dispositio. Molina, d. tr. de iustit. 1. tom. disp. 11.

Causa vero per modum demonstrationis significatur sic, lego Petro filio meo, vel consanguineo, credẽdo sic esse, vnde si falsa sit demonstratio, inualidũ est relictum, Bar. in d. l demonstratio falsa in prin. nu. 8. 9. & §. fi. num. 14.

Aduertẽdum etiam quod demonstratio quandoq; fit gratia taxationis quandoq; gratia demonstrationis, vt si quis leget fundum quattuor iugerum, tunc mẽsura videtur apposita gratia taxationis, si vero dicatur trium vel quattuor iugerum, tunc numerus videtur appositus gratia demõstrationis, vnde si primo casu inueniatur fundus plus trium iugerũ, id cedit hęredis commodo, secundo casu legatario. Feli. in cap. ex literis, col. 3. de rescr. Aduertendum etiam quod quãdoque vbi est demonstratio est duplex oratio, vt volo decem dari Sempronio, quæ volo solui ex reditibus talis fundi, tunc enim fructus exprimũtur gratia demonstrationis, vnde licet inde non colligantur, hęres tamen illa pręstare tenetur l. quidam testamento, in princ. de leg. 1. l. Paulo, §. fi. ff. de alim. & cib. leg. Si vero vna tantum sit oratio, sic, volo ex fructibus talis fundi decem dari Sempronio, tunc si fructus non percipiantur legatũ non debetur l. nomen debitoris vni ex hęredibus, ff. de leg. 3. l. si quis seruum, §. 1. l. lutius, §. ciuibus, ff. de leg. 2. Castr. in consi. 338. vol. 1. Et prædicta quæ dicta sunt, de legatis factis sub modo, conditione causa, & demonstratione, habent locum etiam in institutione hęredis, donatione, vel alia gratuita dispositione, modo suo.

Ver. De Natura legatorum, & eorum interpretatione.

EX natura legati venit, vt si res determinata in singulari sit legata pure, & non sub conditione de futuro, nec vt tradatur certa die, dominium eius tran- 7 Legatæ rei domi-

nium, incremētū, & decrementum, quando, & cui spectent.

8 Legatorū natura q̄ sit, & vt intelligātur.

sit in legatarium à die mortis testantis, eo ipso quod per hæredem hęreditas adita est, vnde fructus interim percepti vsque ad traditionem, sunt legatarij, l. à titio, ff de furt. vbi gl. l. si tibi homo §. cum seruus vbi glos. de leg. 1. vel saltem à die aditę hęreditatis; Fructus tamen viuente testatore post conditum testamentum percepti, ad hęredem pertinent, nisi contrarium de mente testantis constet, vt si rem cum omnibus fructibus, & emolumentis legarit, l. lutius 1. vbi glos. ff. de leg. 2. vel nisi fructus huiusmodi sint, vt rei legatæ accrescant, & vnum cum illa efficiāt, tunc enim fiunt legatarij etiam si viuo testatore post conditum testamentum nascantur, modo à re legata non separentur, sed vnum cum ea efficiant, vt si grex legetur, capita viuo testante nascentia, & à grege non separata ad legatarium non hęredem pertinent, imo vniuersaliter si quid viuo testante legato accedit, licet non sit fructus legati, ad legatarium spectat, & econuerso si decrescit ei perit, vt si testator leget gregem alicui, quem augeat, incrementum ad legatarium spectat, vt & si vendat donet vel comedat, vel pereat tanta pars vt vnum pecus tantum maneat, vel duo, id perit legatario, & ei debetur tantum quod superest post mortem testantis, vel aditam hęreditatem, §. si grex. Institut. de leg. l. grege, l. si grege, ff. de leg. 1. Si tamen in legato gregis mixta sint pecora aliena, ea non debentur. Pari ratione, si peculium legetur, quod viuo testante crescat, vel decrescat, cedit legatario, §. si peculium. Institut. de leg. l. peculium, in princip. de leg. 2. l. denique, §. fin. de pec. leg. sic si familia seruorum legetur, vel vniuersim, vrbana, vel rustica, quod ei accrescit, vel decrescit, legatario cedit d. l. peculium, nomine vero seruorum veniunt masculi, & fœminæ, ancillarum vero solæ fœminæ, l. seruis legatis, ff. de leg. 3. Sic si fundus legatus sit, & ei alluuione, vel aliter vt ex emptione testantis accrescat, aliquid accedit, sic quod ab eo non distinguatur, sed ei adijciatur pertinet ad legatarium, vt & decrementum testatore viuente factum ei cedit, vt & si domui legatæ columnæ marmoreę legētur, vel statue argēteum brachium adijciatur ei cedit, & contra ablatum eo viuo decrescit l. si ex toto, l. quod in rerum, §. si quis post. ff. de leg. 1. l. cum fundus, de leg. 2. l. si statuam, ff. de auro & arg. leg. §. ędibus. Instit. de leg. Conat. de pract. quæst. c. 2. vbi de alijs similibus casibus agit. Quod si quis rem legatam alienarit vel partem eius donatione mere liberali, nulla necessitate impulsus legatum reuocasse censetur, quo ad id quod est alienatum, nisi legatarius contrariam fuisse testatoris voluntatem aperte probet, l. rem legatam. ff. de adim. leg. etiam si donatio nulla sit l. legatum sub conditione, §. fi. ff. de adim. leg. glos. in §. si rem suam, Inst. de leg. Si vero id egit titulo oneroso, vt venditione, permutatione, si id absque vrgente necessitate egit, censetur reuocasse legatum, nisi legatarius contrarium probet, l. fideicommissa quocunq; §. si rem, de leg. 3. d. l. rem legatam, de adim. leg. gl. in §. si rem, Instit. de leg. in l. qui post. C. eo. & prędicta procedunt etiam si testator rem donatam, vel venditam absq; necessitate, iterum recuperauit, sic enim legatum non reuiuiscit, l. cum seruus. ff. de adim. leg. l. qui res. §. area. ff. de solut. sed si testator necessitate motus rem legatam, vel partem eius vendidit, vel aliter alienauit, quia res tūc esset peritura, vel prouidendum familiæ necessitatib. non censetur reuocasse legatum, nisi hęres id sufficienter probet; & idem si necessitate motus, vel secus, rem legatam pignori vel hipothecę subiecit, l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. d. l. si rem legatam, l. qui post. C. de leg. & hoc modo intelligitur l. si ex toto, in princip. de leg. 2. Ex his colligitur, quod si q̄s leget alicui fundum, & postea in eo plantet vineam vel oliuetum, cedunt legatario, & econuerso si oliuetum legatum destruat, perit legatario, sic si leget aream, & post in ea ędificet domum, cedit legatario, nisi contrarium probetur testatorem voluisse, l. seruum filij. §. si areę, ff. de leg. primo, nisi area esset aliena, & domus ibi ędificetur à domino soli, solum sibi debetur areæ æstimatio ab hæredibus testatoris, & si domus post destrua-

struatur, area ei debetur ab hæredibus, vel eius pretium, l. qui res, §. aream, ff. de solut. l. si chorus, §. area, de leg. 3. Sic si domus legata viuo testatore fuit exusta, area debetur legatario, l. si grege in fi. ff. de leg. 1. sed si post paulatim domus à testante fuit refecta, etiam si nil remaneat materiæ prioris, debetur legatario, l. si ita, §. si domus, ff. de leg. 1. d. l. qui res, §. aream, de solut. Si tamen domus legata exusta omnino fuit destructa, & alia denuo in eo solo ædificata à testatore, primum legatum extinctum est, ita quod nec domus noua nec area debetur, nisi contrariam fuisse testatoris voluntatem probetur, d. §. si domus.

Quod si res testatoris certa, & in indiuiduo determinata legetur, quę post mortem testatoris, impleta conditione, si sub ea est legata non dolo, lata vel leui culpa hæredis pereat, perit legatario, manente ei quod remanet ex tali re, vt corium bouis mortui, & carnes eius, quia ab eo puncto extitit legatarij, & ideo ei vt domino perit, l. solum, §. meum. ff. de rei vend. l. si seruus fugitiuus, §. bone. ff. de cond. furt. Si vero interueniat culpa prædicta, vel dolus hæredis, illi perit. l. non amplius, §. 1. l. cum res. §. itaque si Stichus, & §. culpa autem vbi glos. de leg. 1. l. si seruus legatus, §. cum quod eod titulo, sed si res legata, eodem modo perit viuente testatore, Similiter perit legatario, sed si partes eiusdem maneant, & sint eiusdem rationis cum ijsdem dũ erant in suo toto, vt est area, & quæ manent destructa domo, vt parietes qui integri manserunt, lapides & ligna partium quæ corruerunt, debentur legatario, si de contraria testantis mente non constet; sed si quod remanet ex re legata non est eiusdem rationis, vt erat in toto, vt cadauer animalis legati, quod remanet non debetur legatario, nec partes illius, si perit viuente testante, quia nondum legatarius eius dominium nactus erat, vnde nec carnes nec corium illi debetur secus si id, vt supra, mortuo testante contingat, vel conditione impleta, vt vbi est dictum, quia tunc eius dominium erat nactus, l. mortuo boue vbi Bart. & alij ff. de leg. 2.

Fructus vero rei legatæ, præter superius dicta, vbi res propria testatoris in indiuiduo determinata in diem certum legata est, si dies in gratiam hæredis appositus fuit, medio tempore percepti pertinent ad hæredem, sed si appositus fuit in gratiam legatarij, ne rem consummeret, cum minor esset, pertinent ad legatarium, l. si ita relictum, § pegasius, ff. de leg. 2. l. in fideicommissi, §. cum pollidius, ff. de vsur. Silu. legatum, 1. nume. 6. Aduertendum tamen, quod cum dominium eiusdem legati, quia conditionale non sit, à tempore mortis testatoris, vel aditę hęreditatis ad legatariũ pertineat, & in vtroque euentu ad hęredes legatarij transmittatur, quod si post mortem testatoris in vtroq; casu pereat, peribit legatario, eidem manentibus quæ ex eo remanserunt: sed si res legata nõ est propria testatoris, vel non certa & determinata in indiuiduo, sed in specie vel genere, vt est quota bonorum defuncti, tunc fructus eius debẽtur legatario solum dũ hęres est in mora illa tradendi, quia ante dominium eius pertinebat ad hęredem, ideo & fructus ei accrescunt l. si quis bonorum, ff. de leg. 1. facit l. vlt. C. de vsur. & fruct. leg. at si res propria testatoris determinata in singulari sub conditione legetur, fructus non debentur, nisi à puncto conditionis impleto, quia ante nõ est eius dominus legatarius, licet hæreditas adita sit.

Vbi vero res in indiuiduo indeterminata est legata, ad hæredes spectat eam soluere pro rata portionũ in quibus sunt instituti, nisi contrarium appareat testatorem sensisse, vnde si vnus eorum impotens sit effectus ad soluendum, alij non tenentur soluere portionem illius, l. legatorum de leg. 2. Differentia vero maxima est quando dominium rei legatę trãsit in legatarium, & quando non, nam primo casu conceditur ei actio personalis ad illud exigendum, & hippotecaria in bona omnia quæ fuerunt testatoris, vt ex eis soluatur ad quoscunq; peruenerit, & etiã rei vendicatio, l. 1. vbi gl. C. cõm. de leg. §. nostra autem vbi gl. Inst. de leg. secundo casu transeunt ad eum primæ duæ actiones solum, non autem rei vendicatio.

ro, & arg. leg. optio tamen pertinet ad hęredē, & potest tradere minimum in his, nisi consuetudo regionis aliter id interpretetur hęc verba, vel nisi testator optionem dederit legatario, l. 1. ff. de trit. vino & oleo leg. Sed si huiusmodi res nō sunt in bonis testatoris, tenetur hęres eas emere, & dare legatario, l. 3. in prin. ff. eo. de trit. sed si legasset certum numerum pecuniarum, nec appareret ex verbis de cuius valoris pecunijs intelligeret, id indagādum esset ex vsu loquendi testatoris, loci consuetudine, legatarij dignitate, dilectione & coniunctione ad legatarium, & præcedentib. & sequentib. vbi si declaretur valor pecuniarum, illi est standum etiam in hoc l. si seruus plurium, §. fi. ff. de leg. 1. quæ si non constent, potest hæres soluere minimum, gl. in d. §. Aduertendum autem ꝙ quando alicui competit electio rei legatæ, vbi elegit semel, & ante adeptam possessionem rei legatæ, non potest amplius pęnitere, & aliam rē accipere, ea relicta, l. serui electione, in princ. ff. de leg. 1. l. apud aufidium, ff. de opt. vel elect. leg. nisi electio esset nulla, vt si eligeret legatarius ante aditam hæreditatem, quia sic denuo posset eligere, l. optione legata, ff. de opt. leg. vel si cum haberet optionem in seruis testatoris eligeret alienū, vel hominem liberum, vel acetum, putans vinum, vino legato, l. 2. eod. vel si non omnes ei essent ostensi, & elegisset vnum, alias non electurus, l. 4. eod. vel si cum haberet eligere seruum ex multis, vnum repudiaret nondū completa electione, potest enim iterum eundem recens sumere, l. hominem, eo. vt & minor vigintiquinq; annis restituitur si sine dolo rē deteriorē elegit, l. & si ff. de minor. glos. in l. apud Aufidium, de opt. leg. quod si electio competit tertio, elapso anno si non elegit, deuoluitur ad legatarium, l. fi. §. sed & si. C. comm. de leg. secundo, aduertendum ꝙ si testator in bonis suis reliquit rē indeterminate legatā, soluenda est de bonis testatoris, & ideo si res omnes eius generis pereāt, pereunt legatario, tertio, aduertendum ꝙ si testator habēs tres lances magnā mediam, & minimam, dicat, lego minorē, intelligitur de media, l. q lācē, ff. de auro, & arg. leg. nisi lingue phrasis aliud sonet, Qđ si quis duas res habeat eiusdē speciei, inæquales tñ quo ad valorē, & vnā indeterminatam leget vni, aliam alteri, primo constitutus legatarius eliget meliorem, quia videtur magis dilectus, l. qui duos, de leg. 1. l. si ita legatum eod.

11 Legata re plurib. singulis insolidū, cui debeatur.

Vbi aūt res eadem plurib. legatur, singulis in solidū, sic, lego talē fundum Petro & Paulo, tunc diuidenda est inter eos ęqualiter; sed si cōiunctim duob. legetur & alteri disiunctim ab ijs, sic, lego talē fundū duob. filijs Petri & filio Ioannis, filius hic habebit dimidiū, alterum illi duo simul, at si eadē res determinata in singulari duob. vel plurib. diuisim oīno legatur, si ex verbis constet ꝙ legando illā rem vltimo, voluerit discedere à prioribus legatarijs, nil debetur ijs, etiam si vltimus sit incapax sic legati, sed si constet sufficienter eum voluisse singulis in solidum rem illam legare, vni erit danda res, alteri eius æstimatio, in quo optio erit legatarij qui primo legatum petierit, & litem fuerit contestatus, l. si pluribus l. plane, vbi glos. ff. de leg. 1. l. qui duos, §. fin. ff. de leg. 2. l. si res mihi, ff. de leg. 3. at si res illa etiam postquàm est data legatario illam petenti, sine culpa hęredis pereat antequàm legatum ab alio petatur, etiam æstimationem non tenetur illi soluere, l. titiæ textores, §. fi. l. filius familias, §. fi. de leg. 1. l. is qui ex stipulatu, de leg. 1.

12 Legatum vbi est relictū coniūctim re verbis, vel vtroq; mō quid iuris sit.

Aduertendum autem, vt Plenius intelligatur hęc materia, quādo coniunctim vel disiunctim aliquid vni, vel pluribus eadem res, vel diuersę legantur, ꝙ coniuncti dicuntur qui coniuncti sunt per verba testatoris, sic, Titio & Sempronio fundum Seianū ęquis portionibus lego, l. re coniuncti 2. dicto. de leg. 3. Disiuncti vero dicuntur quis sunt coniuncti re, sed disiuncti per verba testatoris, sic, stichū seruum Sempronio do lego, eundem stichum Gaio do lego, §. si eadem. Ver. coniunctim. Inst. de leg. l. si plurib. de leg. 1. l. vn. §. his ita, C. de cad. toll.

Differentia vero magna est inter pdictos, nā in cōiunctis locū habet ius accrescendi, d. l. vn. §. fin aūt ad deficientis, qa partes ab initio fuerunt discretæ, & ideo

vno repudiante alter non admittitur iure suo ad illã partem, sed media illa persona quę renuntiat, inter disiunctos vero habet locum ius non decrescendi, l. si mihi & tibi, in prin. l. si titio & mihi, de leg. 2. quia hic solida res à principio cuique est relicta, licet post fiant partes per concursum, & ideo si vnus deficiat vel repudiet consequitur totum non ex persona repudiantis, sed quia res solida ab initio est sibi relicta, & ideo ex persona ꝓpria succedit, d. l. vt§ his ita. Ver. sin vero non oẽs, secundo, differunt, nam in cõiunctis portio accrescit cum suis honorib. & oneribus d. §. fin aũt ad deficientis, in disiunctis vero si aliquod onus erat imposi tum repudianti non transit ad illum qui habet ius non decrescendi, nam hoc casu nullum lucrum habet ex illius legato, sed ex proprio, ergo etiam nullum inde incommodum sentire debet d. §. tertio, nam ius non decrescendi, ꝙ habet locũ in disiunctis, procedit &: si quis succedat de iure speciali, l. 3. §. sed & si cõiunctim l. filiũ, §. fi. de leg. pręst. ius vero accrescẽdi, ꝙ inter cõiunctos viget, non hẽt locũ vbi quis succedit de iure speciali, l. mulieri & Titio, ff. de cond. & dem. quarto, qa ius non descrescẽdi cõpetit disiunctis ẽt inuitis, quia vnũ legatum scindi non põt l. nemini de leg. 2. ius vero accrescendi cõpetit volentibus in legatis tm̃, secus in hęreditatibus, d. l. vnic. §. vbi autem, quia in hæreditatibus non potest quis decedere pro parte testatus pro parte non, secus in legatis, vt ibi d. Bart.

Aduertendum præterea, ꝙ aliqui dñr coniuncti re tm̃, cum eadem res in diuersa oratione aliquib. legata est, aliqui verbis tm̃ cum in eadẽ oratione res aliqua duob. ex æquis portionib. legatur, aliqui re & verbis, qui vtroq; modo sunt cõiuncti, & isti præferuntur coniunctis re tm̃, vel verbis tm̃. Ex his sequitur ꝙ si qs dicat. Seio lego. x. & Gaio. x. isti non sunt cõiuncti verbis, & ideo quilibet hẽbit sua decẽ, quia quãtitas est legata. Bar. in d. l. re cõiuncti. 1. q. Qđ si res eadẽ pluribus legetur in solidũ, hoc adiecto ꝙ quilibet hẽat rẽ in solidũ, quo casu vnus habet rẽ alter ęstimationẽ, l. si plurib. ad fi. de leg. 2. non adest ibi cõiunctio realis, vt ibi d. Bar. & ideo vno eorũ repudiãte, alter nõ hẽbit rẽ & ęstimationẽ. Quod si vni legatur totũ, alij pars, vel totũ accipitur pro toto vniuersali qđ hẽt partes pđicamentales, vt genus & species, vel pro toto integrali ꝙ habet partes integrales, vt fundus qui hẽt partes integrales proprietatẽ & vsumfructũ, tertio, pro toto integrali, ꝙ hẽt partes quotas, vt fundus qui habet partẽ primam scđam tertiã & c. quarum vna sublata adhuc remanet fundus, primo casu nõ nascitur cõiunctio realis, qñ legatur totũ, vt genus, & pars vt species, secundo casu qñ legatur vni proprietas alij vsusfructus, quo ad vsumfructũ sunt re cõiuncti, & faciunt sibi partes per concursum, l. si alij, de vsufr. leg. l. inde neratius, §. fi. l. si tibi. ff de vsufr. accr. tertio casu, cum vni legatur fundus, alij pars, si primo vni legatur totum, alij pars, & tunc nũ sunt re coniuncti, cum illa pars censeatur adempta primo, & data scđo, l. cum quęstio. C. de leg. sed si primo reliquit partẽ, secundo totum, in illa parte sunt re cõiũcti, l. meuio, in prin. de leg. 1. Circa coniunctos verbis tm̃ aduertendũ ꝙ sic coniuncti dñr si dicatur, Titio & Seio lego fundum ęquis portionibus, vel vbi duæ personę ponuntur sine copula in eadẽ oratione, vt Lutio, Titio, lego fundum ęquis portionib. l. triplici, de verb. sign. secus si ponerentur in diuersis orationib. tertio coniunctio verbalis fit per verbũ collectiuũ, sic, lego filijs meis, vel hęredibus meis, l. interdũ, ff. de hęr. inst. l. si pater filio, ff. de vulg. sed si copula sit in diuersis orationib. sic, Titio lego fundũ, & Sempronio lego fundũ ęquis portionib. hi non sunt cõiuncti verbis, Bar. in d. l. re cõiuncti. Quod si adsit verbũ distributiuũ, vt quisqs, quilibet, quicũq;, si ibi est vnus actus legãdi & vnitas sermonis, sunt verbis cõiuncti, si tñ hoc casu pr relinqueret filiab. suis cẽtũ pro qualibet pro dote, non hẽt locum ius accrescendi pp quantitatem separatam. Bar. in l. huius, §. quib. ff. de leg. 1. Quod si adsit coniunctio aduersatiua, vt, autẽ, vero, sed, & similis, ibi adest coniunctio verbalis. gl. in l. eas causas. ff. de cõd. & dem. & si adest dictio alternatiua, vt, vel, siue, aut, si hæc coniunctio ponitur inter personas

vnitas

rulitas sin quibus sit vnus sermo, & vna oratio, resoluitur in coniunctiuam, & inducit coniunctionem verbalem.

Circa tertium membrum de his, qui sunt coniuncti re, & verbis, ij sunt, si sic dicatur, Titio fundum Cornelianum, & Seio eundem fundum Cornelianum lego, hi sunt coniuncti re, quia sunt coniuncti per relatiuum eundem, & verbis, quia est vnus actus legandi, & in vna, & eadem oratione sunt positi; vel sic, filijs meis, vel seruis meis fundum lego.

Effectus coniunctionis magnus est, qa primò facit, vt coniuncti in vnam portionem vocentur. l. planè. 1. in fi. de leg. 1. l. Titius. l. interdum. de hær. instit. Secundò, quia si testator plures coniunctim instituat, & eos inuicem substituat, eo modo intelligitur eos substituere, quo & coniunxit, re enim coniunctos substituit re iunctis, verbis coniunctos illis qui per verba testatoris sunt coniuncti. l. cohæredi. §. qui disiunctus. 1. ff. de vulg. In particulari verò si plures sunt coniuncti in vsufructu, si portio vnius deficit antequã acquisierit vsumfructũ, collegatario acquiritur portio deficiens per ius non decrescendi, sed si post eum acquisitũ deficit portio alicuius, socius id cõsequitur, per ius accrescendi. l. 1. §. interdum. de vsufru. accresc. q si coniunctio sit in proprietate, semper habet locum ius nõ decrescendi. d. §. sin autem. ad deficientis.

Quòd si sint verbis cõiuncti, vel isti sunt omnino distincti vt quia testator sic clarè statuit, sic, Titio, & Meuio singulis, singulos seruos lego, & sic ob omnium disiunctionem in re non est locus iuri accrescendi inter eos. l. huiusmodi. §. quib. de leg. 1. sed si non sunt omnino verbis disiuncti, & re, sic, Titio, & Seio fundum lego æquis portionibus, habet in eos locum ius accrescendi; licet Ias. in d. l. contrarium sentiat. Ex quibus infertur, q si testator dicat, Catherinæ, Margaritæ, Mariæ filiabus meis, cuilibet earum mille pro earum dotibus relinquo, si vna moriatur viuo patre, vel ante nuptias, alijs id ius nõ accrescit, quia licet verbis sint coniunctæ, quantitates tamen inter eas sic sunt disiunctæ, vt ad oculum demonstrari possint, & ideò in eis nõ habet locum ius accrescẽdi. Qui verò re, & verbis sunt coniuncti, veniunt ad deficientium personam per ius non decrescẽdi, eo modo, quo supra est dictũ, de coniunctis re tantũ an ibi agatur, de vsufructu, vel proprietate &c. Quòd si sit sermo de omnino disiunctis an in eis habeat locũ ius accrescẽdi, si sit sermo de legato deficiente, inter eos non habet locum ius accrescendi. l. & Proculo. de leg. 2. l. 1. in princ. de vsufr. accresc. si verò agatur de hæreditate priuati ibi habet locum ius accrescendi. l. hæredes. de hær. instit. l. vnica. §. his ita. C. de cad. toll. l. si ex pluribus. ff. de suis, & leg. Quòd si quæratur an ius accrescendi transeat in successorem, sic distinguendum, q aut quæritur de vsufructu, & non transit in successorẽ vniuersalem, cũ morte vsusfructus extinguatur. §. morte. Instit. de vsufr. nec ẽt transit in successorem singularem, vt emptorem, & huiusmodi, quia vsufructus personæ nõ portioni accrescit. l. si Titio. de vsufru. l. interdum. de vsufru. accresc. Aut quæritur de hæreditate, & si is est successor vniuersalis in eum transit ius accrescendi. l. si ex pluribus. de suis, & leg. q si sit successor singularis, vt emptor, & tũc, vt dicit dominus Præceptor meus excellẽtissimus Decianus, aut vendita est hæreditas generaliter, sic, vendo tibi hæreditatem, & tunc transit in emptorem etiam ius accrescendi, cum transeant in eum omnia iura, aut dicitur, vẽdo tibi partem hæreditatis, quę mihi relicta est in testamento Titij, & tunc si aliqua portio deficiat, non accrescit emptori, sed remanet penès venditorem, cũ suam tantum portionem in illum transtulerit, non autem aliud ius. l. 2. de hæred. vel act. vend. Aut sumus in legato, & tunc indistinctè transit ius accrescẽdi in successorem tam vniuersalem, quàm singularem, quia ius accrescit portioni non personæ. l. hæc scriptura. § 1. ff. de condi. & demonst. l. si Titio. ff. de vsufr. l. interdum. de vsufr. accresc.

Sin autem quæratur, Qui nam cõiuncti præferantur in iure accrescendi, & quibus, & primò, si plures sint coniuncti eadem coniunctione an alter alteri præferatur, tres casus sunt distinguẽdi, pro-

ut tres sunt species coniunctionis, aut enim loquimur de coniunctis re tantum, vel verbis tantum, vel vtroque modo. In prima specie constat re coniunctum non præferri ei qui re similiter est coniunctus, sed pariter admittuntur ad partem deficientem in qua re pariter sunt cõiuncti, similiter vbi quis est alteri verbis coniunctus, non est ratio, cur alius alteri debeat præferri, nisi aliqui sint coniuncti per copulam tantum, alij per nomen collectiuum, vt si dicatur, Titius in dimidia, & filij fratris mei in alia dimidia hæredes sint, si enim vnus ex filijs prædictis decedat, alij succedunt nõ Titius. l. interdum. vbi glo. de hæred. instit. l. si quis actio. de vsufr. accresc. l. scire debemus. ff. de verb. oblig.

Circa tertiam speciem coniunctionis, quando aliqui sunt re, & verbis coniuncti, si omnes copulatiuè cõiunguntur, alteri alter non præfertur, si verò collectiuè, ij vt supra, alijs præferuntur qui copulatiuè tantum sunt cõiuncti. l. si duobus. in princ. ff. de bon. possess. con. tab. l. si quis ex nepotibus, ff. de coniung. cum em. lib. Quòd si quæratur an coniuncti diuersa coniunctione, insimul præferantur: primò, constat coniunctos præferri disiunctis. l. hæredes. ff. de hæred. instit. Secundò, cõstat re, & verbis coniunctos præferri coniunctis re tantum, & verbis tantum. d. l. re coniuncti. de legat. 3. at si quis decedat relicto vno cõiuncto re tantum, & alio verbis tantum, præfertur verbis tantum secundùm Petr. de Bellap. cũ communi in d. l. re coniuncti. vel pariter admittuntur secundùm Bart. ibid. si vlterius quæratur an coniunctus qui venit per ius accrescendi, vel ius non decrescẽdi excludat substitutũ, dicendum ꝙ coniunctus excluditur à substituto. l. 2. §. si duo. de bon. poss. sec. tab. auth. hoc amplius. C. de fideicom. §. si quis autem. authen. de hær. & falc. quia substitutus venit ex expressa dispositione testatoris, coniunctus per tacitam ex legis dispositione. Ampliatur, vt etiam tacita substitutio excludat coniunctum. l. fi. C. de hæred. instit. Ias. in d. l. Centurio. & ibi Bal. q. 33. Secundò, ampliatur, vt etiam substitutio inualida per præteritionem filij faciat cessare ius accrescendi. l. fi. de iniust. rupto. Limitatur, quando ex coniectura, vel præsumpta mente testatoris apparet eum voluisse coniunctum præferri substituto. l. quidam testamento. ff. de vulg. Quòd si substitutio sit inualida ex alio capite, vt per repudiationẽ substituti, vel aliam, aut eadem est persona coniuncti, & substituti, quia qui erat coniunctus alicui, fuit ei etiam substitutus, & tunc admittitur ex iure accrescendi. l. pen. 2. resp. de iniust. rupt. l. nec is. §. hæres. de acqui. hær. si verò est alia persona defuncti, & substituti, tunc aut substitutio deficit ex causa ad hoc destinata, id est, vt ea euanescente res redeat ad causam intestati, & tunc si ob eam causam deficiat, hæreditas non reuertitur ad cõiunctos, sed venientes ab intestato. l. si posthumi. ver. nam etiam cum duobus. de lib. & posthu. aut substitutio deficit ex alia causa præterquam ex ea quæ ad hoc fuerat destinata, vt rem ad causam intestati deducat, & reuertitur ad cõiunctũ. l. quidam testamento. ff. de vulg. l. 2. § si duo. ff. de bon. poss. sec. tab. Si vlterius quæratur quis præferatur in portione deficiente, coniunctus, vel hæres, aut quilibet alius ex cuius persona relictum fuit legatum. Resp. ꝙ coniunctus præfertur. l. vnica. §. pro secundo. & §. vbi autem. C. de caduc. toll.

Aliud est ius accrescendi legale, quia coniunctio est legalis, vt quia instituitur seruus plurium, ex quo ad omnes peruenit, vel si vni esset legatum aliquid, qui post diem cedentem ante agnitionẽ decederet relictis pluribus hæredibus, ij dicentur in illo legato coniuncti coniunctione legali, quia ex persona vnius peruenitur ad plures; similiter ab intestato habet locum coniunctio legalis quando plures simul vocantur ad eandem hæreditatem, vel propter identitatẽ rationis, vt si pater decedit relictis duobus filijs, & duobus nepotib⁹, & filio præmortuo, quia omnes succedunt, diuersè tñ quia nepotes succedunt in vna tantũ portione, fratres in duabus singuli in singula. Si ergo quæratur in prædicta cõiunctione legli, an habeat locum ius accrescendi, si agitur de vsufructu, & habet locũ,

a de proprietate, & tunc aut de hæreditate, & habet locũ, aut in legatis, & tunc aut legatum in persona vnius ex dominis est ab initio pro non scripto, & accrescit alteri, quia ei videtur legatũ qui capere potest, nisi id contingat ex delicto vnius ex dominis ascribentis seruo communi, aut legatum deficit ex post facto per repudiationẽ vnius, vel alio modo, & sic non habet locum ius accrescendi. Aut loquimur in successione ab intestato, & tunc aut vnus ex nepotibus decedit relictis patruis, & altero fratre, & tunc succedit frater, quia duplici iure coniunctus, aut repudiat vnus ex fratribus, & simul vocantur frater & filij fratris per stirpes tamen, & in prædictis non refert an fratres sint coniuncti ex vtroque latere, vel non. ita Bar. in d. l. Centurio. n. 17. cum seq. & nu. 59. cum seq. Quòd si vlterius quæratur an ius accrescendi accrescat cum suo onere, tunc aut agitur de iure accrescendi, & tunc aut accrescit portio pro non scripta, caduca vel quasi, si pro nõ scripta, aut sic est ex delicto eius qui capere non potest, & accrescit cum onere, aut pro non scripta alio modo, & tunc aut in legato, & accrescit sine onere, aut in hæreditate, & tunc aut onus est impositum simpliciter, & accrescit cum onere, aut nominatim ab vno, & accrescit sine onere; alio casu quando accrescit portio caduca vel quasi, & tunc accrescit cum onere, distinguendo tamen, vt in §. sed vt cũ seq. l. vnic. C. de cad. tol. Si verò agitur de iure non decrescendi, & tunc aut procedit ex cõiunctione reali tantum, & accrescit sine onere, aut per coniunctionem re, & verbis, & idem est, & vbi quid accrescit, id accrescit pro viribus hæreditarijs portionibus, vel legatis; q̃ tamen non trahitur ad bona impuberis cui quis erat coniunctus tantum, quia sunt diuersæ hæreditates, nisi eidẽ sit cohæres, & pupillariter substitutus, eo enim deficiente succedit. Bart. in d. l. nu. 54. cũ seq. qui & ibi agit de alijs qq. & procedunt prædicta in legatis, & hæreditate, vt supra. & Bart. ibid. quærit in fi. an ius accrescendi habeat locũ in contractibus, & dispositionibus inter viuos.

De natura quoq; legati plura alia veniunt: primò, si quid non solùm indeterminatũ in indiuiduo alicui est relictũ, & si id integrè solueretur, non remaneret, vnde alia integra legata soluerẽtur, nec hæredi quarta bonorũ defuncti deducto ære alieno, tunc bona remanẽtia diuidenda esse in quatuor partes æquales, & quartam falcidiam pertinere ad hæredem, reliqua bona diuidenda esse inter legatarios pro rata iuxta proportionem valoris legati, quòd cuique est relictum, ad valorem legatorum quæ alijs sunt relicta, & idem faciendum est eo casu etiam quando aliquid determinatum in indiuiduo alicui relictum est. l. quærebatur. ff. ad leg. Falc. l. si quis testamento. §. fi. ff. de leg. 1. l. mortuo. §. fin. de leg. 2. l. si ita scriptum. in princ. ff. de liber. & posthum. 13 Legatum qualiter intelligatur, diuersis modis confectũ.

Secundò, de eius natura venit, vt vna & eadem res legata non possit à legatario pro parte acceptari, & pro parte repudiari, sed integram vt sibi est legata, debet acceptare, vel repudiare. l. legatarius. in princ. de leg. 1. l. 4. 5. & 6. l. si cui res. de leg. 2. vnde grege legato, non potest quis aliqua eorum capita repudiare, imò si partem legati accepter, nec reliquum expressè repudiet, ratione partis totum acceptare cẽsetur. d. l. 6. & l. si cui res. l. si ex asse. ff. de acquir. hær. Quòd si sint legata diuersarum rerum, & sic diuersa legata, potest vnum acceptare, alia repudiare. l. 4. & 5. de leg. 2. nisi mancipium legetur cum onere, vt manumittatur, quia non posset id repudiare ad effectũ, vt ex eo non solueret falcidiã, sed eo casu vtriusq; soluẽda esset falcidia. d. l. 5. Secundò, fallit si res sibi cum alijs sit legata, qui illam repudient, quo casu sibi accrescit eorum portio iuxta superius dicta, tunc enim potest, q̃ sibi prouenit ex aliorum persona, repudiare. l. vnica. §. vbi autem. cum seq. C. de cad. tol. Tertiò, limitatur si legatarius moriatur anteq̃ legatum acceptet, vel repudiet, qui relinquat multos hæredes, quilibet potest acceptare solùm partem quæ in eo legato ad se spectat licet alij renuncient. l. legatarius. de leg. 1. non potest tamen tunc quis acceptare partem partis legati quæ sibi loco defuncti debetur, & aliam repudiare,

diare, cum in tota ea parte repræsentet defunctum. In hæreditate autem hæ distinctiones, aut limitationes non procedunt, non potest enim quis pro parte hęres esse, & pro parte repudiare, etiamsi cohæredes deficiant, & ipsi succedăt, sed debent totum repudiare, vel acceptare. l. vnica. §. his ita. cum seq. C. de caduc. toll. nisi de consensu creditorum. gl. ibid. & etiā si cui plures partes hæreditatis sint relictæ, nō potest vnam acceptare, alias repudiare, nisi sit miles, vt nec si quis aliquem cum filio impubere hæredem instituat, & eundem ei pupillariter substituat, potest portionem sibi relictam acceptare, & substitutionis euentum repudiare, nisi vtrunque repudiet. l. quidam elogio. C. de iure delib. Quòd si ex legatis aliqua habeant aliquid adiunctum, alia non, vt ancillæ filios, serui peculiū, annuli gemmas, alia verò nō, si testator legat res illas, & addit adiunctum, vidēdum an id dicat ad limitandum legatū, vt lego ancillas meas, quæ habent liberos, vel ad augendum, vt lego ancillas cum filijs, annulos cum gemmis &c. in primo enim casu censetur legare illa solum eius generis quæ habent adiunctū, vt ancillas quæ habent liberos, non autem quæ eis carent, in secūdo, & ea quæ habent aliquid adiunctum, vel illo carent, & etiam ipsum adiunctum. l. si cui serui. in princ. de leg. 1. l. cum vinum. de trit. vino, & oleo leg. l. si quis legauerit. ff. de auro, & arg. leg.

Tertiò, si legetur res quæ nondū extat, speratur tamen, vt partus animalis, fructus agri, ꝙ fieri potest. l. quod in rerum. ff. de leg. 2. l. etiam. de leg. 3. l. 1. §. fi. ff. de condit. & demon. l. legatum. §. vini. ff. de ann. leg. §. ea quoque. Instit. de leg. Id tamen habet tacitam conditionem si res illa extiterit. d. l. 1. §. fi. de cond. & demon. dum tamen conditio pendet, non cedit dies legati. glo. in l. item quia. ff. de pact. conditio tamen tacita hæc non impedit transmissionem legati prout impedit expressa. l. cum illud. §. fin. ff. quando dies leg. cedat. l. cōditiones extrinsecus. ff. de cond. & demon. vbi glo.

Quartò, si quid legetur alicui cum onere, vt quòd tale efficiat, vel soluat, non plus censetur ei legatum, ꝙ onus illud ferat cum alijs oneribus ei annexis, vt tributi soluendi, & huiusmodi si statutū requirat, vt ex legatis gabella soluatur. l. non amplius. in prin. l. ciuitatibus. §. fi. de leg. 1. vbi gl. l. Imperator. in princ. de leg. 2. l. sed & si hoc. §. 1. ff. de cond. & demonst. l. quantitas. ad leg. Falc. Imò, qui honoratus non est à testatore, ab eo hæres vel legatarius institutus, non potest ab eo onerari, licet ab illo maximū beneficium consequatur, ꝙ pecuniarium non sit, vt si libertas est ei relicta, grauari non potest, vt aliquid alicui soluat. l. planè. 2. §. fi. de leg. 1. nec is cui debitum remittitur. l. si mulier. ff. de leg. 3.

Quintò, si legetur vxori à viro, si quidem matrimonium non valuit, sed in facie ecclesiæ contractum, vxore in bona fide existente, & viro id impedimentum sciente, validum est legatum. gl. in l. qui contra. C. de incest. nupt. & idem si mulier accepit à viro donatione inter viuos vel alio contractu, & idem de dote, vel alia re quam maritus bona fide contrahens accepit ab vxore conscia impedimenti. glo. ibid. Quando verò ab eo qui bona fide cōtraxit, & in ea perseuerat aliquid est relictum, fisco acquiritur. Couar. in epit. 2. p. c. 7. §. 1. vel potius ad hæredes testatoris: vt ibi d. l. vxori maritus. ff. de vsufr. lega. Sed si vterque bona fide contraxisset, & in matrimonio sic perseuerat, & vnus alteri reliquerit, probabile est ꝙ valeat relictū, quia præsumptio sit vt testator velit eū id habere eo euentu, cum culpa careat. Sed si matrimoniū est validum, si maritus reliquit vxori legatum, & mortua priori vxore ducat secundam, & ea viua maritus moriatur, si in legato est expressum nomen vxoris, sic relinquo Mariæ meæ vxori, inualidū est legatum, nec debetur secundę, si verò dixit tantum relinquo meæ vxori, tunc si testamentum est conditum ducta prima vxore, ea sola est vocata, nisi aliud ex testamento colligatur, ideò ea mortua ante testatorem, caducū fit legatū, nec debetur secundæ. Couar. in c. requisisti. nu. 3. de testam. arg. l. si quid earū. §. fi. de leg. 3. sed si testamentum est conditum ante ductam illam vxorem, legatum

rum debetur cuicunque vxori post testatorem viuenti. Couar.ibid.

Sextò, si testator legatum relinquat eius creditori, si debitum non oritur ex iuris dispositione, vt q filius à patre instituatur, vel filia dotetur, sed aliundè, vt contractu vel quasi, si debitor leget creditori, non compẽsatur id legatum cum debito, sed creditor accipit illud integrum, & insuper debitum, si aliundè nõ constet debitorem in compensationem debiti id reliquisse. Couar.in cap.officij. num.2. de testam.ex l.creditorem. l. Lucius. de leg.2. l.creditor. C.de leg. l.vnica. §.sciendũ. C.de rei vx.act. nisi in conscientiæ foro legans debitor esset creditori illius quantitatis, q tamen probari non poterat, præsumitur enim reliquisse gratia compensationis; q si debitum oritur ex iuris dispositione, legatum sic factum censetur factum in compẽsationem debiti, nisi aliud de mẽte testatoris constet. Couar.ibid.ex auth.præterea. C. vnde vir & vxor. l.si cum dotem. §.si pater. ff.sol.matr. l.quoniam nouella. l.omnimodo. C.de inoffic.test. l.etiam. §.si debita. ff.de bon.lib. idq; procedit non solùm si legata relicta sint à primis debitoribus huiusmodi onerum, sed etiã ab illorum hæredibus, & etiam procedit in donationibus causa mortis. d.§.si debita. non autem in donationibus inter viuos, quia illæ non compensantur cum ijs q̃ ex iuris dispositione debentur, nisi facta sint animo vt compensentur. d.§. Couar. ibid.nu.9. Quòd si quis reliquit legatũ suæ parochiæ, compensandum est in quarta quæ de relictis ecclesiæ, vel monasterio, vbi quis est sepultus, debetur ecclesiæ parochiali, nec debetur parochiæ nisi incrementum vsq; ad integram portionem, quæ ei debetur, ratione quartæ funeralium, si ad id non ascendit, quia testator ex iuris dispositione ob subsidiũ spirituale sacramentorum, tenetur parochiæ relinquere quartam partem eorũ, quæ loco sepulturę legare voluit, nec ad id tenetur ecclesia sepulturæ, nisi in defectum testatoris. c.1.2.& 4. de sepult. ergo legando, q ex iuris dispositione relinquere tenebatur, ex prædictis supra, venit compensandum. Abb. in c.officij. de testam. Molina d.tr.2.disput.200. versicum de relictis. Si vlterius maritus leget vxori, cui arræ ex ipsius bonis debentur, si quidem maritus arras tempore conditi testamenti iam tradiderat vxori, legatum non est compensandum, nec etiam si eas nondum tradiderat, sed tantũ promiserat, cum non debeantur ex legis p̃scripto, sed eius libera promissione. Couar.in d.c.officij. nu.4. sic legatum relictum vxori cõpensari non debet in medietate bonorum lucratorum, quę inter vtrunque diuidenda sunt, quãdo contractu arrarum, & dotis contraxerunt, sed vltra id vxor medietatem lucrorum accipere debet, quia id non venit ex præscripto legis, sed societate inter eos inita.

Siue verò quid debeatur ex legis p̃scripto, vel ex contractu, vel aliter, & quis alicui leget centum ea conditione, vt illo legato pro debito sit contentus, si legatarius id acceptet, non potest aliud obtinere, etiam si debitum maius sit, quia ei renunciasse videtur. d.c.officij. nisi debitor fraude vsus sit, vt sic creditor ea modica portione contentus sit, quo casu id compensat, & petit incrementum vsque ad integrum debitum. Sed si debitor legat creditori id tantum, q ei debet, valet legatum si aliquod cõmodum inde creditor percipit, aliàs non: vnde valet si legetur id q naturaliter tantum non ciuiliter erat debitum, vel si aliqua exceptio erga debitum competebat testanti, quia videtur remissa, vel si res debebatur iure prætorio, cũ eius actio diuturnior sit, vel si res erat debita in diem, sub modo, vel conditione, & purè legetur, valet legatum, quia statim debetur mortuo testante; vel si ex legato interrumpitur p̃scriptio, validum est ob talem effectum, vel si creditor nõ erat dominus rei legatæ, valet, cum hæreditate adita dominiũ rei in singulari legatæ transeat in legatarium. l.si creditori. l.sin autẽ. de leg. 1. l.Meuius. §.debitor. l.debitor. ff.de leg. 2. l.legaui. §.fi. ff.de lib.leg. §.ex contrario. Instit.de leg. Molina d.disp.200.

Septimò, si testator leget alicui rem suam in pignus datam, vel hippothecæ speciali subiectam, si testator id sciebat, tenetur hęres onus id de bonis testatoris redime-

redimere, & liberā dare legatario, si contraria mens testatoris nō appareat; Si verò id ignorabat, quia fortè eius procurator illo insciο id egerat, & res sit maioris pretij, quàm onus, legatarius tenetur eā suis impensis liberare, nisi ex cōiunctione legatarij ad testatorem, vel ex alijs coniecturis constet testatorem si id sciuisset, eam non legasset nisi liberam, vel aliam non minoris valoris. l. si res obligata. de leg. 1. l. licet. ff. de dote præleg. l. prædia. C. de fideicom. §. & si res. Instit. de leg. Vbi verò legatarius tenetur eam liberare, si pro alieno debito erat obligata, tenetur hæres ei cedere actionem aduersus principalem, vt ei satisfaciat; Quòd si res est hyppothecata pro æquali, vel maiori valore, quàm ipsa æstimetur, tenetur hæres eam liberare licet testator ignorasset eam obligationem, cū alioqui legatum non valeret. d. l. si res obligata. gl. in d. l. prædia. de quo & similibus agit in proposito Ant. Gom. lib. 1. var. res. cap. 12. nu. 39.

Octauò, si eadem res in singulari determinata legetur pluries eidem ab eodem testatore, semel tantum debetur, licet primo legata sit in testamento, secundo in codicillo. l. planè. 1. §. 1. vbi glo. l. si tibi homo. §. 1. de leg. 1. l. Meuius. §. duobus. & §. cum. de leg. 2. sed si eadem res à pluribus, quorum vnus non sit hæres alterius, quia tunc semel tantum deberet. l. si mihi Sempronius. de leg. 1. in diuersis eorum testamentis eidem legetur, si primo consequitur ab vno tuto rem, nō poterit ab alio æstimationem petere, sed si primo ab vno habuit æstimationem, ab alio rem consequetur. §. si res aliena. §. si cui fundus. Instit. de leg. l. planè. 1. §. 1. vbi gl. l. non quocunque. l. si seruus legatus. §. 1. vbi gl. de leg. 1. Et idem si quis duos instituat hæredes, quos in solidum grauet, vt eādem rem in singulari determinatam tradant alicui legatario, si ab vno prius recepit æstimationem poterit & rem habere ab alio, nō contra. l. quid ergo. §. 1. de leg. 1. nisi contrarium cōstet testatorem sentire, tam in conscientia, quàm foro exteriori.

Quòd si bis vel sæpius eadem quantitas, vel res indeterminata in indiuiduo, in eodem testamēto vni est legata, semel tantum debetur, nisi contraria probetur fuisse testatoris voluntas ex coniecturis. l. planè. 1. §. sed si non corpus. vbi gl. & §. sed si pondus. ff. de leg. 1. l. cētum. vbi gl. ff. de adim. leg. l. qui bis. de verb. obligat. Quòd si eadē quantitas, vel res indeterminata in indiuiduo, relinquitur in diuersis testamētis, vel codicillis, vel in codicillis, & testamento, censentur diuersa legata, & omnia debentur, nisi hęres cōtrarium probet testatorē sensisse; & fortius idem procedit si relinquitur diuersa quantitas, & maior in priori testamēto, minor in secundo, vel contra, vel si in vno testamēto aliqua quantitas relinquitur purè, in alio sub conditione, quia eo pacto bis debentur purè semel, tum sub conditione, vel si aliquid est variatum in vna & alia quò ad qualitatem, tempus, modum, &c. l. quinquaginta. ff. de probat. l. centum. vbi gl. ff. de adim. leg.

Fallit si ob aliquam causam, vel finē, prius in vno testamento, vel codicillo testator vnam quantitatem, & post aliā in alio, vt ad alimēta, vel q̄d aliud legarit, quia tunc debetur tantū posterior quantitas. l. liberis quos. ff. de alim. & cib. leg. l. 2. §. mela. ff. de dote præl. Secūdò, limitatur, nisi instrumenta in quibus diuersa quantitas eidem legata est, facta sint simul, quia tunc debetur tantum minor quantitas. l. Sempronius. ff. de leg. 2. nisi vnum instrumentum esset registrum, aliud transumptū, quia tunc registro statur etiam si in eo maior quantitas contineatur; & si diuersa quantitas pluries relinquitur in eodem testamento, vel vna & eadem pluries variata, vt quia semel purè, iterum sub conditione, vel alio modo quò ad modum, tempus, &c. legetur tunc enim debetur vtrumque legatum, nisi in prædictis constet aliter testatorē sensisse, quòd procedit tam in conscientiæ foro, quàm exteriori.

Res etiam aliena legari potest, quo casu hæres tenetur eam redimere & præstare, vel eius æstimationē, si habere non potest, q̄ intelligitur si testator sciebat rem esse alienam, secus si ignorabat, nisi legatarius probet eū legasse etiam si id sciuisset, vt quia sit persona coniuncta testatori,

statori, vt vxor & propinquus, & ad legatarium pertinet probare testatorem sciuisse rem esse alienam. l.cum rem alienam. vbi gl. C.de legat.l.non dubium.§. fi.l.si cócubinam.§.vlt de leg.3. Couarr. in c.filius noster.de testam.& an sciuerit alienam esse, vel ne statur cõiecturis, & probationibus, aliàs præsumptionibus, de quibus supra, fauore tamen libertatis valet legatum, si cui eam legarit credens esse suum mancipium, licet sit alterius. l.Paulus. ff.de fid. libe. nisi præsumptio sit testatorem sic non dispoſuisse, si sic sciuisset. Molina d.tr.2.disput.196.& modo res non sit sacra, vel sic vt eius cõmertium haberi nõ possit, quo casu, nec æstimatio debetur. §.non solum. Institu. de leg. Molina d.disput. si tamen res illa certis solẽmnitatibus potest alienari, vt res ecclesiæ, & pupilli, tenetur hæres curare, vt illã emat, & det legatario, aliàs ad æstimationem ei tenetur, sed si res à legatario possideri non potest, si legans sciuit impedimentũ debetur æstimatio, aliàs non si nescit, & coniecturæ nõ sint ꝙ sic legasset, etiã si sciuisset. Mol. ibi. quo tamen casu si legatarius rem alienam sic legatam comparat titulo lucratiuo à domino eius, vt donatione, nec eius æstimatio sibi debetur, secus si titulo oneroso, vt emptione, tunc enim sibi debetur æstimatio. l.planè.1. §.quod si rẽ. l.si à substituto. in princ. ff.de leg.1. §.si res aliena. Instit.de leg. sed si res aliena erat legatarij, debetur ei æstimatio. d.§. vbi portius. Quòd si res legata erat testatoris, quæ legata erat in diẽ, vel sub conditione, & eam legatarius titulo oneroso acquisiuit ab hærede, adueniente conditione consequetur eius ęstimationem, vel scierit eam sibi esse legatam vel nõ, vel viuo testatore, vel post. l.4. ff.ad legẽ Falc. sed si res legata erat testatoris, & legata purè, si titulo oneroso eam acquisiuit ab hærede, ignorans sibi esse legatã, consequetur eius æstimationem, si verò sciens eam emit viuo, vel mortuo testatore, sic censetur ei renunciasse. l.illud. ff.de acqui.hær.l.Titius.in princ. ff.quibus modis pign.vel hyppot. Quòd si testator leget rem hęredis id sciens, vel putans suam, tenetur hæres eam soluere legatario, & idem si quis leget rem restitutioni subiectam, modo vinculata non sit, vel prohibita alienari, quia tunc solũ debetur eius æstimatio, & modo hæres, plusquam in legitima sibi debita sit institutus, ratione enim solius legitimæ nullum grauamen ei imponi põt. Quòd si plures instituat hæredes, & rem vnius leget, is cuius res erat, tenetur solùm soluere partem illius pro rata portionis in qua est institutus, alij tenentur contribuere æstimationem aliarum partium, modo testator sciuerit rem esse alienã, quo casu is cuius res erat tenetur soluere portionem tãtum suam, vt supra, alij vt supra, tenentur. Si verò quis leget rem in qua solum partem dominij habet, vel ius aliquod; solum id censetur legare nõ autem æstimationem, etiam si vsumfructum tantum habeat, licet sic non valeat relictum, nisi obliget hæredẽ ad aliquid ibi faciendum, quod potest. Quòd si quis leget rem hæredis in qua legans habet partem dominij, vt etiam directum tantum, censetur totam legare, secus si leget rem in qua hæres seruitutem aliam habebat, nam cẽsetur legare illam cum illa seruitute, vt & primo casu, solum ius quòdq; ibi habet, si dicit, lego Petro rem meam. Molina d.tract.disput.196.

Nonò, si quis alicui legat omnia mobilia bona, non comprehenduntur iura, & actiones etiam ad res mobiles, & sic nec debitorum nomina, sed pertinent ad hæredes, nisi aliter testator de eis dispoſuerit, cum mobilia sint corpora quæ de loco ad locum transferri possunt; immobilia verò & actiones constituant tertiũ genus. l.à diuo pio.§.in venditione. ff.de re iud. pecunia tamen venit in eis, cum re vera mobile sit. Quòd si legẽtur ea q̃ continentur in certa domo vel loco, adhuc non continentur iura, & actiones, licet instrumenta talium iurium, & actionum ibi contineantur. Ar. Pin.in rubr. de bon.mat.p.1.nu.10.l.Caius.in princ. de leg.2.l.vxorem.§.legauerat.ver.quæsitum.l.quæsitum est.§.1.l.prædijs.§.pater filiæ.l.si mihi.in princ.& §.fi. de leg. 3.l.si fideicommissum.§.contractum.de iudic. Si tamen alicui legetur chirographum, vel instrumentum in quo debitũ, vel

vel quodcunque ius, aut obligatio continetur, censetur legatum tale debitũ, ius, vel obligatio. l.seruum filij. §.cum qui chirographo. de legat.1.l.qui chirographum. de leg.3. Similiter si quis ita leget, Petro relinquo, quæ in tali arca, vel loco continentur, & nil aliud ibi reperiatur nisi chirographum, censetur legatum. l.si quando. de leg.1. l.quoties.2. de rebus dub. Arius Pinel. in d. rub. de bon. mat. p.1. nu.12. & idem si constet testatorem nomine eorum quæ continentur in loco voluisse comprehendi etiã nomina debitorum. l.quæsitum est. §.Meui. ff.de leg.3. & eo magis si quis leget quæ in aliquo loco continentur cũ debitis, & creditis, vel libro rationum, & debitorum, sic enim cẽsentur legata etiam nomina debitorum. l.cum pater. §.mensæ. ff.de leg.2. gl.in l.Gaius. in prin. eod. Sic licet legatis quæ sunt in aliquo loco, non veniat pecunia, nisi ibi sit, vt thesaurus reconditus in terra. l.si ita legatum. l.vxorem. §.legauerat. l.quæsitum est. §.Meui. l.si chorus. §.1. l.prædijs. §.pater filiæ. l.si mihi. §.fin. de leg.3. tamen si ibi nil sit præter pecuniã censetur legata. l.si quãdo. de leg.1. Quando item legatum est omne id ꝙ loco continetur, si casu quid eo illatum sit, vel ablatum, non auget, nec minuit legatum. l.si ita legatum. de leg.3. vt & si testator legauerit id omne ꝙ tẽpore mortis suæ in aliquo loco repertũ fuerit, si quid industria legatarij, contra præsumptam testantis voluntatẽ, eo illatum sit, non debetur, sed pertinet ad hæredes. l.si ita legetur. in princip. de leg.2. l.nomen. §.1. eod. l.pen. §.fi. de aur. & arg. leg. ꝙ tamen iussu, vel consensu expresso, vel tacito præsumpto testatoris illuc delatum est, totum debetur legatario. d.§.fi. vt si quid ablatum inde est contra testatoris voluntatem in legatarij ꝑiudicium ei debetur. Quòd si testator leget vestem suam, vel equum suum, qui erat eius tantum tempore conditi testamenti venit, non ꝙ post eius fit. l.si ita legatum. ff.de auro, & arg. leg. Quòd si qs leget apothecham pannorum, dubitari potest, an pannos, vel domum, vel vtrunque legarit, circa ꝙ distinguendum, ꝙ vel legans erat dominus apothecæ pannorum, vel non, primo casu, sola domus censetur legata, quia verbum pãnorum censetur appositum solum gratia demõstrationis. arg. l.qui tabernas. vbi glo. de contrah. empt. in secundo casu, panni cẽsentur legati, sumpto continenti pro re contenta, vt legatum aliquid operetur. l.si quãdo. de leg.1. l.quoties.2. de rebus dub. cum in dubio, ꝙ suũ est potius censeatur voluisse legare, quàm alienum, nisi ex circunstantijs colligatur testatorem de vtroq;, vel aliter sensisse. Si item lana legetur, quæ separata est à corpore animalis, vel adhæreat corio separato à corpore animalis, venit etiam corium, & lana redacta in stamnem, modo tela non sit confecta, & modo lana non sit iã tincta, in legato tamen lini etiam tela & linum tinctum continetur. l.si cui lana. de leg.3. nisi consuetudo regionis aliter illa verba interpretetur.

Si vlterius legetur vsusfructus rerum omnium comprehenditur etiã vsusfructus rerum venalium. l.quoties. §.fi. ff.de vsufr. Couar. lib.2. var. res. c.5.

Præterea si legatum sit rerum certi generis, vel generum, vt lanæ, frumẽti, seruorum, etiam si adsit dictio vniuersalis, lego omnes seruos meos, omne frumentum & lanam, non veniunt venalia, vt si dominus habet quatuor seruos addictos suo obsequio, & alios multos venales hi nõ veniunt, sed solùm illi quatuor. l.seruos. §.fi. de leg.3. l.pediculis. §.item cum quæreretur. ff.de auro, & arg. leg. Vt nec in legato rerũ quæ certo loco continentur, comprehenduntur, vel veniunt venales. d.§.item. l.generali. §.vxori. ff.de auro, & arg. leg. l.ex facto proponebatur. §.rerum autem Italicarum. ff.de hæred. instit. Couar. ibid. num.3.

Hęc autem intelliguntur nisi expressa, vel tacita testãtis volũtas suadeat cõprehendi in prædictis etiã venalia quæ in illo loco existant. Couar. ibid. Vnde si quis dicat lego Petro frumentum, vel lanam, quam in tali loco habeo, si ibi existat solum venalis, ea venit in legato. l.si quando. de leg.1. l.quoties.2. de rebus dub. Et idem si dicat, lego Petro frumentum, ꝙ quocunque modo in tali loco habeo, hic enim venit & venale; sic si testator

tor leget existentia in certo loco, & illa sint fructus prædiorum, qui vt superflui erant vendendi, licet ibi non essent negotiationis causa, comprehenduntur in eo legato ex præsumpta mente testatoris. Vel si dicatur, lego omnia quæ in tali loco habeo, præter lanam venalem, veniunt omnia alia venalia, cum exceptio firmet regulam in contrarium. Couar. ibidē. vt & si quis subijciat omnia bona sua hyppothecæ tacitæ, vel expressæ, veniunt etiam venalia omnia, & eius generis, si res vnius generis hyppotheçę subijciat. Couar. d. c. 5. num. 2. In hyppotheca tamen tacita, vel expressa rerū certo loco contentarum, non veniunt venales, nec aliæ ad tempus tantum ibi existentes, nisi aliud de mente contrahentium constet. l. certi iuris. vbi glo. C. locat. Couar. ibi. nu. 2. & in fi. nu. 9. Molina dicto tract. disput. 202. & 203.

Decimò, si legetur quota hæreditatis alicui, cū id habeat vim institutionis hæredis vniuersalis vnà cū alijs hæredib⁹, fit vt ad talem legatarium trāseant onera testatoris pro rata portionis sibi relictæ, & sic actiuæ actiones, quæ competebant defuncto, & passiuæ quæ aduersus eum poterant exerceri, & accipere debet illam quotā ex bonis testatoris, vt & alij hæredes, & non sat est dare ei æstimationem. l. si quis seruum. §. fi. de leg. 2. l. 1. in princ. l. mulier. §. fi. ff. ad Treb. Si vero sit legatum quotæ bonorum defuncti, cum id sit propriè legatum, est in optione hæredum ei tradere quotā si sine detrimento bona diuidi possunt, vel æstimationē. l. non amplius. §. fi. de leg. 1. nec ad eum pertinent onera defuncti, nec eius actiones actiuæ, vel passiuæ, æs tamen alienū est deducendū ex bonis defuncti, & tunc dari quota prędicta. l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. sign. & si apparent alia debita, hæredes ad id tenentur, sed exigūt à legatario id plus ꝙ ei dederunt, q̄ illi obtigeret eo detecto; vt & in quota hæreditatis ęris alieni defuncti includitur, vt supra, ad quod pro rata eam habens tenetur. l. cum autem cum §. fi. legis antecedentis. de leg. 2. l. 1. C. si cert. petatur. Molina lib. 1. de primog. c. 10. nu. 8.

Vndecimò, si aliquid relinquitur constituto in dignitate, non ratione dignitatis, sed personæ, est suum, & ideò si moriatur ante diem legati cadentē fit suū, sed si adipiscitur legatum erit propriū, & ei succedunt propinqui, sed si relinquitur ei ratione dignitatis, vel loci in quo habet dignitatē, etiam si moriatur ante diem cadentem legati, debetur successori, cum dignitas non moriatur. c. liberti. 12. q. 2. & tunc si exprimitur nomē proprium præsumitur factum intuitu personæ, si nomē dignitatis, vt relinquo episcopo, censetur factum intuitu dignitatis, si exprimitur vtrunque, si primo p̄ponitur nomē proprium præsumitur factum intuitu personæ, si nomen dignitatis prius, pręsumitur, ꝙ sit factum nomine dignitatis, attēditur etiam quis sit legans, si enim sit coniunctus legatario, præsumitur nomine personæ id facere, si extraneus nomine dignitatis; vel ꝙ in hoc statur cōiecturis affectioni defuncti erga institutum; ꝙ si ecclesiasticus caret administratione præsumitur factum intuitu personæ si propriū potest habere, aliàs intuitu monasterij, vel ecclesiæ, si est regularis. Abb. in c. requisisti. de testamen. Quòd si quis relinquat ecclesiæ sanctæ Mariæ, & plures reperiantur eius nominis, dabitur parochiali si sic vocetur, vel pauperiori si plures sint inæquales, si æquales dabitur episcopo qui det cui sibi videtur, nisi in prædictis ex coniecturis colligatur, de qua sentiat testator, vt quia in vna solebat frequentius orare, vel ibi habebat sepulchrum suū; vel si dubitetur de qua intelligat, si vna alia nō sit pauperior, inter eas diuidi potest, & si nulla sit eius nominis ibi, dabitur ecclesiæ cathedrali. cap. indicante. vbi Abb. de testam. & si in territorio vbi testator bona habebat, inuenitur detur ei, si non cathedrali, vt supra, vel parochiali testantis. Couar. in cap. indicante. de testam. Molina d. tract. 2. disput. 197. ad fi. & si locus non designetur pro relicto pro ecclesia facienda, episcopus & executor prouidebunt de loco cōstructionis, nisi aliter constet de mente testatoris; Similiter si quis leget collectiuè omnibus canonicis talis ecclesiæ præsumitur factum intuitu ecclesiæ arg. l. ciui-

bus. de rebus dubijs. nisi datum sit eis, vt singulis, vel vni ex eis, quia illis non ecclesiæ acquiritur; quòd si legatarius vti non potest legato nisi respectu ecclesiæ, vt si quis leget clerico viam per suũ fundum qua vadat ad ecclesiam, in dubio censetur factum intuitu ecclesiæ, & ideò ei ius id acquiritur. gl. in l. non plures. C. de sacr. san. eccl. Doct. in l. 1. C. eo. nisi aliter expresse, vel per coniecturas appareat de mente defuncti. Quòd si legatum fiat filiofamilias in dubio præsumitur factum intuitu patris. Abbas in c. Raynutius. de testam. ꝙ si dicatur relinquo Petro filio Martini, nõ præsumitur factum intuitu patris, sed solum gratia demonstrationis pater expressus: & si testator erret in nomine modo constet de sensu non nocet. Silu. legatũ. 2. q. 5. cum seq. Si etiam quis legat vni fundum, alij eius vsumfructum, censetur vnicuiq; dimidium vsufructus legasse. l. si alij. ff. de vsufr. Silu. legatum. 3. q. 8. Si quis etiam legat alicui alimenta, venit cibus & potus, vestes, habitatio, lectus, & ea sine q. bus viuere quis non potest. l. legatus. de alim. & cib. leg. l. victus. de verb. sign. nõ tamen ea quæ pertinent ad disciplinam non necessariam. d. l. legatus. Si vlterius quis leget filiæ suæ nuptæ quattuor aureos dandos sibi quotannis, si per quattuor annos illa à fratribus non petiuit, petere non potest summam præteritorũ annorum: arg. l. quidam prædia. de vsufru. leg. nisi ex coniecturis aliud percipiatur. Si etiam quis leget vxori dotem suã, valet, quia statim debetur, aliàs in mobilibus constans post annum tãtum, & ex alijs: vt dicit Silu. legatum. 2. q. 8. 9. 10. & 11. Si vlterius testator leget ancillam nomine Bertam & eam post vendat, & aliam emat eius nominis; secũda, debetur, nisi colligatur testatorem vendendo animum habuisse adimendi legatum. §. si rẽ. vbi gl. instit. de leg. & si quis dicat, lego centum Petro, & si ea perdiderit, lego alia centum, hæres semel tantum ea restituere tenetur. l. fideicommissa. §. si quis decem. de leg. 3. Si quis etiam leget ecclesiæ sub conditione, ꝙ ibi sepeliatur, si quid contingat ob ꝙ non possit ibi sepeliri, vt quia se occiderit, vel excommunicatus sit, legatum cõsequitur, cũ id contigerit culpa legantis. Bar. in l. miles. §. reã. ff. de adult. Silu. legat. 1. q. 6.

Quòd si quis leget, & incertum sit cui legatum sit, quia plures sint eius nominis ęquè coniuncti testatori, nullum est legatum, & si duobus legarat, & reuocat legatũ vnius, nec constat cuius, vtrique censetur ademptum, etiam si sit legatum libertatis, nisi ex coniecturis secus pręsumatur, primo tamen casu probabile est inter eos diuidi debere legatũ: vt dicit Molina d. tract. 2. disput. 197. & idem sentirem etiam secundo casu, ꝙ legatum quod nõ est reuocatum inter eos diuidatur. & Molina loco cit. de alijs similibus quæstionibus, quęrit eas explicans. Quòd si constet quem legatarium testator intendat significare, licet erret in nomine, cognomine, vel agnomine illius, valet legatum. §. si quis. Insti. de leg. Molina d. tr. 2. disp. 197. in fi.

14 Duodecimò, legatum ad pias causas recipit etiam alias interpretationes. Dicitur autem tale ꝙ relinquitur pro anima. Bar. in l. si quis Titio. de leg. 2. & miserabilibus personis, vt pupillis, viduis, peregrinis, pauperibus. c. 1. 87. dist. si pupilli tamen, & viduę pauperes sint. c. ex tenore. de foro compet. & quòd relinquitur ecclesijs, hospitalibus, monasterijs, puellis non coniunctis maritandis, pro redimendis captiuis, & generaliter quòd relinquitur pro salute animę, miserabilium personarum subsidio, Dei & sanctorum honore. Bart. in l. 1. ff. soluto matr. cap. de xenodochijs. de relig. dom. l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. l. nulli. eod. cap. fi. de testam. Silu. legatum. 4. & idem si relinquitur pauperibus, vel ecclesijs pro malè ablatis, aliàs secus, vt nec est tale si legetur diuiti pro anima, vt nec præsumitur tale si legetur consanguineo pauperi, nisi dicatur pro anima, nisi contrarium probetur, vt dicit ibi Silu.

Legata ad pias causas q̃ sint, & vt intelligantur.

Et si legatum fiat annuum ecclesię per verbum semper, & in perpetuum, durat vltra centum annos in secula: vt dicit Viuius in communibus opin. verbo, legatum. contra Villalobos. testans de magis communi, & vera.

Gau-

15 Legata pia quib' priuilegijs gaudeant.

Gaudent verò legata pia multis priuilegijs: primò enim cum loca pia æquiparentur ecclesijs, possunt petere restitutionem in integrum, vt & ecclesia. Ioan. Andr. in cap. 1. de restit. in integr. lib. 6. Secundò, falcidia non detrahitur ex legatis ad pias causas. Abb. in cap. Raynaldus. de testam. & probabiliter nec trebellianica. Tertiò, sufficiũt in eo duo testes. c. relatum. 1. de testam. Quartò, vt etiam sine institutione hæredis valeãt, non solùm quãdo quis elegit mori intestatus, ꝙ tunc præsumitur. c. indicante. vbi Abbas de testam. sed etiam in foro cõscientiæ quãdo voluit mori testatus, & ex errore, vel ignorãtia omissa sit hæredis institutio. Quintò, valẽt etiam in testamento minus solenni. c. cum esses. de testa. etiam si non adsit presbiter parochialis, sed tantum duo testes. d. c. Sextò, si testamentum est nullum, quia institutio hæredis committatur dispositioni alterius respectu piæ causæ valet, quia is tertius aliter non potest disponere nisi pro anima, vt dictũ est supra; & probat Abb. in c. indicante. de testam. Quòd si testamẽtum est nullum, quia instituit hæredem incapacem, & in testamento reliquit legata pia, si quidem voluit testamentum valere iure directo, & non aliter d. Bart. non teneri hæredem venientem ab intestato præstare ea legata in cõscientia, secus si dixit, ꝙ vellet valere iure codicillorum, & alio quo posset, si non valeret iure testamenti, quia tunc tenetur, nisi ꝓuidit sibi testator eo casu alium substituendo, vel ordinando, quid sit faciẽdum, quia tunc non tenetur. l. cum proponas. C. de hæred. instit. sic si ordinauit testamentum, & furore præuentus, vel aliter publicari non potuit, debẽtur legata pia in eo relicta, & idem si cœpit facere testamentum, & complere nõ potuit. Bart. in l. in testamento. ff. de fideic. lib. Abb. in cap. 1. de success. ab intest. Si etiam est nullum ex præteritione, vel exhæredatione sine causa sui hæredis, debentur omnia legata in eo contenta. auth. ex causa. C de liber. præt. Si etiam est nullum, quia non adsint testes sufficientes, vel aliqua solemnitas iuris ciuilis, si tamen cõstat hæredi de voluntate defuncti, vel per duos testes probari potest, obligatur naturaliter ad legata pia præstanda; sed si est nullum ex voluntate defuncti, vel ex præteritione hæredis quem ignorat quis se habere, legata non debentur, nisi talia sint, ꝙ si sciuisset etiam se filiũ habere, illa nihilominus fecisset. arg. c. fin. 17. q. 4. & in dubio legatis pijs fauẽdum est. Silue. legatum. 4. q. 10. Septimò, licet non valeat relictum fratribus mendicãtibus S. Francisci, valet tamẽ si relinquitur pro cera, oleo, & vestimentis ad celebrationem Missarum, vel fabricã. Nau. consl. 13. de testam. Octauò, si testator relinquit centum Titiæ cum nubet, vel ecclesiæ sanctæ Mariç, licet illa moriatur, adhuc alteri debetur quando relictũ est intuitu animæ, nõ intuitu personæ, vt cũ relictũ est alicui pauperi puellæ non coniunctę sanguine, & similiter si ecclesia illa sit destructa, debetur alteri, nisi aliud ex testamento, vel alijs coniecturis appareat de mente defuncti esse. Abb. in d. c. cum esses. de testa. Nonò, si testator reliquit cõfessario aliqua bona in aliqua cędula contenta ab eo distribuenda pro exoneratione eius conscientiæ, debentur, maximè attẽta bona qualitate religiosi, qui dicit se habuisse id ꝑceptum à defuncto causa exonerãdi eius conscientiam, secus si confessor diceret hæredes debere aliqua bona distribuere de mãdato testatoris, vel aliter defuncti, iam .n. tunc nõ esset ei credendũ, cum sic hæredes grauarentur: vt d. Bero. q. 12. in quo tñ putarẽ esse credendum confessori, si res non sit magni momenti, nec sacerdos ipse directè, vel indirectè aliquod cõmodum inde cõsequitur. Decimò, si aliquid relictũ sit Titiæ si nupserit, adhuc debetur illa religionem ingrediẽte. §. sed & hoc pręsenti. auth. de sanct. epis. coll. 9. & probat Lud. Beia. casu vlt. congreg. vlt. in respõ. cas. consc. Bonon. Vndecimò, qui legata pia nõ soluit est excõmunicandus. c. qui oblationes. vbi Tur. cr. 14. q. 2. & dicitur necator animæ, & corporis, & iudicium Dei nõ credere. d. c. cum & vbi suffragiũ relinquitur, nec ab hærede ꝑstatur, differatur animæ defuncti liberatio à Purgatorio. Card. in d. c. D. Th. quodl. 6. Silue. suffrag. n. 1. & sic peccat mortaliter. arg.

c.nemo.11.q.3. & ideò vt impœnitẽs nõ est absoluendus,nisi ea persoluat,vel caueat de satisfaciẽdo arbitrio superioris. arg.c.quod quidam.de pœnit. & remiss. iuxta ea q̃ dixi,lib.de Cas.res.cas.6.in fi.

Ver. Legare quis possit, cui, quomodo,& vt petatur.

16 Legare q̃s possit. LEgare is potest & solus qui potest testari.l.2. ff.de leg.1.cũ legata fiant in testamento, vel codicillo, & solus is possit codicillum facere, qui & potest testari. l.diuus.§.codicillos. de iure codic. l.1. in princ. de legat.3. l.ex testamento. C.de fideicom.

Excipitur minor prodigus,& furiosus & ingrediens religionẽ, qui legare pñt de rebus suis ẽt sine curatore, modo tempore ingressus,& dispositionis nõ sint furiosi. Abb.in c.in pręsentia.de probat. Similiter filiusfamilias de bonis castrensibus, vel quasi disponere potest. Cyn. in auth.ingressi C.de sacr.san.eccl. non tamen de profectitijs, sed bene de aduentitijs si religionem ingrediatur.

17 Legari q. bus possit, vel non. Quò ad secundũ ijs solis potest legari qui & possunt hæredes institui.§.legari. Instit.de leg.vel sibi, vel ijs quibus subijciuntur acquirant. l.filiusfamilias. ff.de testam.§.testamẽti factio.Instit.de hęre. qual.q̃ habilitas in legato puro requiritur tẽpore mortis testatoris.l.2.ff.de reg. Cat. in legato sub cõditione tẽpore conditionis impletæ.l.3.& 4.eod.licet tẽpore conditi testamenti incapax fuisset,modo vt supra, habilis reperiatur factionis passiuæ testamenti,vel institutionis tempore conditi testamẽti,sic enim valet legatum.l.seruus eius. ff.de acquir.hæred. l.si mihi,& tibi. §.regula. ff.de leg.1. l.si cognatis.ff.de rebus dub.

In particulari verò legari nõ potest in metallũ dãnatis, nisi causa alimentorũ. l.quidam sunt serui. vbi gl.ff.de pœn.l.si in metallũ.ff.de his q̃ pro non scr.hab.l. legatũ.ff.de cap.dim. vt nec adulterinis, & incestuosis filijs, nisi causa alimentorũ. c.cũ haberet.de eo qui dux.in matr. quam poll.per ad.Silu.leg.2.§.2. nec deportati, legari potest.l.1. C.de hær.inst. nec collegijs illicitis, Manichæis,vel Iudæorum collegio. l.collegiũ. C.eod.l.1. ff.quod cuiusq; vniu.nom.l.Manichęos. §.quos.C.de hæret.l.1. C.de iudæis. Incertæ etiã personæ legari nõ potest, nisi aliquo modo fieri possit certa. §.incerta. Instit.de leg.vt & pauperibus relictũ valet, quia hæc incertitudo electione tolli potest.iuxta l.quod pauperibus.l.si quis ad declinandã.C.de epis.& cle.§.sub certa.Insti.de leg.vt & ecclesiæ,& locis pijs relinqui potest sine determinatione alicuius,quia eps arbitrabitur.Card.in cle. quia cõtingit.de relig.dom. seruo etiam hæredis purè legari non potest, sub conditione autẽ potest, cũ is dño legatũ acquirat.§.an seruos.Instit.de leg.l.nõ minus.ff.de hęre.instit.potest ẽt aliquid legari ecclesiæ cõstruendæ,non tñ donari, cũ donatio requirat personã,& scientiã. Abb.in c.nos quidem.de testam. Fratres ẽt minores non possunt hęredes institui. clem.exiui.§.cupientes.de verb.sig. eorũ tñ cõitatibus possunt fieri legata in modica quantitate,ne in fraudẽ factũ videatur.d.clem.§.subiungitur. & pro cera,oleo,&c. vt sup. Cõitati ẽt relinqui potest, vel vniuersim, vel pro operibus pijs, vt puellis maritandis, eleemosynis faciendis, quo casu competit actio ipsis operibus,& in eorum defectum ciuitati, quæ inde commodum percipit. l.ciuitatibus. in princ.de leg.1.l.si quid relictum.cod. l.si quis à filio.§.fi.l.si hæres.1.§.fi.eodẽ. vt & posthumo alieno hodie relinqui potest.§.posthumo. Instit.de leg.

Quò ad tertiũ,legari ea possunt quarũ quis dñs est, & in cõmertium hoĩum cadunt,vt supra, de testamẽtis est dictum, & ẽt aliena vbi ex certa scientia testator id agit,quo casu hæres tenetur eam rem euincere,vel emere legatario. Alex.in l. alienam.C.de leg. etiam si sit de re ecclesiæ. fisci,minoris,rei dotalis,vel factum fratribus minoribus, quibus casibus debetur æstimatio, nisi testator rẽ habeat, vt dicit Villalobos in cõmunibus opin. verbo, legatum.nu.31.cum seq. 18 Legari q̃ possint, vel non.

Quò ad quartum, legata fieri possunt in testamento, & codicillis, & etiam ab intestato ab eo tamen qui potuit testari. l.filiusfamilias. ff. de legatis primo. l.secunda. C.eodem. de leg. §.præterea. Instit. 19 Legata quõ relinq possint.

Instit. de fid. hær. & etiam nutu, modo id per testes possit probari, si verò condidit testamentum, vel codicillos legatũ non pium, non tenet, si in eis non contineatur, nec hæres tenetur credere vni dicenti testatorem sibi id dixisse. Nau. cap. 17. nu. 117. nisi sit legatum pium, vbi statur iuramento sacerdotis, & executorum in modicis. Guid. Pap. q. 589.

20 Legata à quo sint petenda, & vbi. Quò ad quintum, natura legati est, vt ab hærede petantur, & præstentur. §. legatum. Instit. de leg. l. legatum. de leg. 2. idq; per actionem personalem, & in rẽ, & hyppothecariam. §. nostra. Institut. de leg. l. 1. C. comm. de leg. nisi in aliquibus casibus, de quibus Guil. Ben. in c. Raynutius. verbo, si absque liberis. 2. de testam. nu. 145. 146. non tamen peti potest ante aditam hæreditatẽ, nisi legatum sit piũ; ꝙ si hæres nolit adire, & hæreditas à nullo possideatur, potest petere se mitti in bonorum possessionem authoritate prætoris, vel dari bonis curatorem, & si in fraudẽ differat, & ea bona ab alijs possideantur, ea petere potest à possessoribus hyppothecaria. l. 1. C. com. de leg. & si in fraudem nolit adire, datur legatario actio vtilis, vel in factum. ex l. sancimus. vbi gl. C. de sacr. san. eccl. & si adepta hæreditate hæres recusat soluere eo ꝙ legatum sit in diem, vel sub conditione, tenetur satisdare de soluendo eo casu, nisi sit fiscus. l. 1. ff. vt leg. vel fid. nom. cau. & §. si ad fiscum. d. l. nisi testator remiserit satisdationem. l. licet. eod. l. pen. C. vt in poss. leg. eat. vt nec in legato purè relicto satisdatione est opus, nisi sit in mora soluendi. l. 1. C. vt in poss. leg. l. mutianæ cautiones. ff. de cond. & demõ. l. 3. l. qui legati. C. eod. vt in poss. qui si cautionem non det, legatarius potest petere se mitti in possessionem bonorum hæreditariorum pro quantitate legati. d. l. 3. & d. l. qui legati. & in Constitut. Iustin. nou. de exhib. reis. qui & sanxit si infra annum monitus hæres non soluerit legata, priuetur hæreditate. auth. hoc amplius. C. de fideicom. auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. & iure canonico interdicitur hæreditas cum fructibus. c. si hæres. de testam. & si executor est datus vniuersalis testamento, ab eo sunt legata petẽda. Molina d. tr. 2. disp. 195. & si nullus executor est datus, in legatis, pro redẽptione captiuorum, & alimentis pauperum, episcopus prouidebit. §. si quis pro redẽptione. authen. de eccles. tit. l. nulli. C. de episc. & cler. Si verò plures sint legatarij, nullum ordinem seruabunt in petendo, sed simul æqualiter admittentur. Silu. legat. 1. q. 16.

Peti porrò potest legatum, vbi hæreditas, vel maior pars eius existit. l. vnica. C. vbi fid. peti poss. l. si fideicommissum. in princ. ff. de iudic. & similiter vbi hæres habet domicilium. d. l. §. pen. & si legatum est res determinata in singulari, tunc peti etiã potest, vbi talis res existit, vel personali, vel reali actione agatur. l. quod legatur. ff. de iudic. l. cum res. §. sed si res. ff. de leg. 1. & est in optione legatarij in quo ex his locis magis petere maluit; si etiam testator mãdat legatum solui ex re quam habet in tali loco, vt vinũ talis dolij, peti etiam idem potest vbi res extat, licet testator ibi non degeret, nec haberet maiorem partem bonorũ. d. l. si fideicommissum. solui debet verò legatum vbi de testantis voluntate constat, vt si dicatur triticũ de tali aceruo. l. quod legatur. §. præterea. ff. de iudic. vel si de ea mente aliqua circunstantia constat vbi sit soluenda. l. sed & si. §. si libertis. ff. de iudic. ꝙ si nõ constat, si legatur res in indiuiduo, ibi est soluenda vbi existit. gl. in l. quod legatur. ff. de iudic. l. cũ res. §. sed si res. vbi gl. de leg. 1. sed si culpa hæredis alio sit trãslata, ibi debet soluere vbi petitur, vel dare æstimationem, vel eo transferre, nisi æquitas nõ permittat ꝙ sit transferenda ob magnos sumptus, qui inciderent, quia sic satis est dare æstimationem, & idem si culpa hæredis res aliena legata sit empta, & alio translata, sed si caret culpa, vtroq; casu tenetur eam soluere tantum vbi est. l. cũ res. §. sed si alibi. vbi gl. & §. itaq; si stichus. de leg. 1. ꝙ si res legata determinata nõ est in indiuiduo, solui debet vbi petitur. l. quod si res. §. præterea. de iudic. l. cum res. §. sed si id. de leg. 1. nisi in prædictis casibus hæres alibi soluere incœpit, vel consenserit, quia sic ibi tenetur soluere. l. si fideicommissum. §. fin. l. quamuis. ff.

de iudic. Molina d.disp.195.in fi. an verò proprietarius, vel vsufructuatius teneatur ad legatum, dixi supra, cap.de vsufructu,& quot testes in legatis requirantur, docet Couar.lib.2.c.2.var.resol. & supra est dictum.

Ver. De transmissione legatorum.

21 Legata an & qñ ad hæredes transmittantur.

COmmodum legatariorum inter alia est, vt certis casibus legata ad hæredes transmittant. Quando ergo res in singulari designata alicui purè legatur .i. nec in diem, nec sub conditione, statim adita per hæredem hæreditate, legatarius consequitur eius dominium, et si ignoret rem sibi esse legatam, & etiã retrotrahitur tunc ad tempus mortis testatoris, modo acceptet legatum, si enim repudiet iuris fictione censetur nunquã dominus eius fuisse. Alex.in l.si tibi homo.§.cum seruus.ff.de leg.1. Sed si legatur aliquid certum in quantitate genere vel specie, sed incertum in indiuiduo, legatarius adita hæreditate acquirit non eius dominium, cum res legata determinata non sit, sed ius ad illud cum hypotheca in omnibus hæreditatis bonis. Vtroq; verò casu antequam hæreditas adeatur acquirit solum ius remotius ad illud, cum nõ adsit hæres qui illud præstet, qui & si repudiet, non debentur à veniente ab intestato, sed corruunt cum testamento.l.nemo.1.ff.de testam.tut.l.1. §.aditam.ff.si quis testam.lib. esse iussus fuer. l.si nemo. ff.de reg.iur. nisi sint legata ad pias causas, quæ vt supra; debentur ab hærede veniente ab intestato; excipitur etiam si in testamento apposita sit clausula codicillaris, vel quid ei æquipollens, quia tunc etiam legata ad non pias causas debentur ab hærede. gl.in c. Raynaldus. de testam. in l.ex testamento.C.de fideicom. Tertiò, excipitur si testator vetuit detrahi falcidiam, & ob id hæres noluit adire hæreditatem, tunc enim legata quæcunque debentur.§.si verò expressim. auth.de hær.& falc.

His stantibus, ad titulum redeundo, vbi legata sunt pura, transmittuntur ad hæredes, vel id sciuerit legatarius vel non, modo mortuus non sit ante testatorem, cum sic sint irrita, hæreditas adita sit, vel non.l.vnica.§.cum igitur. & §. in nouissimo.C.de caduc.toll. Sed si legata est res certa, & determinata in singulari, statim adita hæreditate, cũ eius dominus effectus sit legatarius, eam ad hæredes trãsmittit, aliter ius ad illud legatum vt soluatur in bonis cum hypotheca eorum vniuersali. Quòd si legatum sit relictum sub conditione in futurum, vel sub die incerta, tunc si legatarius post testatorẽ moriatur ante tamen conditionem impletam. vel diem, non transmittit illud ad hæredes, sed pertinet ad substitutum, vel collegatarios, si in ea re simul cum legatario est institutus, vel ad hæredes testatoris, si tamen conditio erat impleta. tempore mortis testatoris, transmittitur ad hæredes legatarij.l.vnica.§.sin autem. C.de caduc. tol.etiam si conditio tacita esset, excipitur legatum vsus, vel vsufructus, quæ finiuntur cum persona, & sic non transmittũtur, nisi quò ad fructus perceptos; & libertates legatas, quæ debẽtur tantũ à tempore aditæ hæreditatis, nec retrotrahuntur.d.l.vnica. §.si libertatibus.

Ver. De caducitate, reuocatione, & commutatione legatorum.

LEgata aliàs ritè facta, multis modis contingit fieri caduca, & sic irrita. Primò, si hæreditas non sit adita.l. vnica.C.quor.leg.l.eam.C.de fideicom. Boer.q.41.nisi pia sint, vt supra. Secundò, si res omnino interierit, vel aliud loco destructi legati surrogatum sit, nisi cõtraria mens testatoris probetur. l.qui res.§.aream.de solut. l.si chorus. §.areã. de leg.2. Tertiò, si res legata in rerum natura nõ sit, vel in hæreditate, nec sciatur esse aliena.l.si ita legatũ. l.si domus. l.si quis legauerit.de leg.2. Quartò, si decessit legatarius quẽ testator viuere credebat. Quintò, si rei legatæ nullũ est cõmertium, vt sacra, vel cum difficultate: vt in prædijs Cæsaris, sic enim nec æstimatio debetur.§.sed si talis res. Instit.de leg.

22 Legata quã fiant caduca.

leg. excipitur, quando quis redemit hominem liberum ab hostibus, quia potest quis legare ius quod habet in eo vt pretiū solutū soluat, vel seruiat per quinquennium. l. Senatus. ff. de leg. 1. quod si cōmertium rei legatę est in communi, sed non hæredi, valet & debetur æstimatio, quod si datur eius commertium nō tamen legatario, vel ob delictum, vt quia hæreticus est vel iudæus, tunc non debetur ēt æstimatio; vel ob cōditionem status, vt quia est seruus cui militia nō debetur, vel ob vitium corporis, & legetur stipendium cursoris, si testator id sciebat, debetur æstimatio, aliàs non. glo. in l. sed si res. de leg. 1. Sextò, si legentur coniuncta ædib. quarum non est commertium. l. cætera. de leg. 1. vel si legatarius moriatur ante testatorem, vel fiat seruus pœnę, vel si testamentum improbè inofficiosum dicit. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testam. vel si legatum quocunq; modo deficiat post mortem testatoris, quod propriè dicitur caducum, vt si legatarius id repudiet, vel conditio sub qua est legatum, deficiat. d. l. vnica. C. de cad. toll. Similiter irritatur, si quis testari non potuit, vt & si legatarius non impleuit sibi mandatum sub pœna amittendi legatū. l. fi. in fi. C. de fideicom. l. vnica. §. fi. C. de ijs quæ pœnæ nom. vel si testatori cōtrouersiam status mouerit, & tunc fisco acquiritur. l. si inimicitiæ. de ijs quibus, vt indig. vel post mortem eam illicitæ mercis accusarit. l. 1. eod. vel si testamentum celauit. l. si legatarius. C. de lega. vel qui principale testamentum de falso accusauit, nec obtinuit. l. post legatū. §. si pater. & §. qui principale. ff. de ijs quibus, vt indign. vel si sibi legatum scripsit. l. 1. & fi. ff. de ijs quæ pro non scr. vel si repudiauit legatum cum cœpit deberi, secus si ante, quia potest petere. l. si ita scriptū. §. si sub conditione. ff. de leg. 2.

23 Quòd ad secundū attinet caput. Multi sunt modi quibus tacitè, vel expresśè reuocatur legatum: primò, expressa voluntate testantis etiā solo nutu expressa, vt & nutu legari potest; vel reuocatio fiat in testamento, vel in codicillo. l. & in epistola. C. de fideicō. §. 1. Instit. de ademptio. leg. vt & potest fieri purè, & sub cōditione. l. datum. C. de leg. sic tamen, vt ibi adsit solemnitas necessaria vt legatū valeat, in eius etiam ademptione. d. §. 1. gl. in l. fideicommissum. C. de fideicom. nisi legatum factum sit cum clausula, quod testator promittit nō reuocare, & si reuocarit quod donat, tunc enim nō potest mutari. Dec. cons. 193. Dur. de arte test. tit. 6. caut. 3. cū communi. Secundò, si legatum reperitur deletū in testamento, si id de mādato testatoris est factum, aliàs non. l. 1. §. sed & si. & §. sed cōsulto. & l. proximè. ff. de ijs quę in testam. del. Tertiò, si res pereat, vel alienetur, vel decrescat legatario, vel si legatarius moriatur ante testatorem, vel ante cōditionem impletam, vel ante aditam hæreditatem, iuxta modos supra latè, loco suo expressos. Quartò, si defunctus testamētum nō condidit, & legatum reuocet ēt nuda voluntate, quæ tn̄ per testes probari possit. l. 3. §. fi. vbi Doct. ff. de adim. leg. Tacitè, si capitales, vel graues inimicitiæ ortæ sint inter testatorem, & legatarium, secus si leues. l. 3. §. fi. de adim. leg. nisi redierint in amicitiam, quia reconualescit. l. 4. eod. & vbi reconciliatio non præcessit, etiam si codicillum cōfecerit, nec legatum reuocarit, tamen censetur reuocatum. l. filio. §. Seia. de adim. leg. si de contraria mente non constet in foro maximè conscientiæ, quæ facilè præsumitur in articulo mortis; vel si legatari⁹ viuo testāte grauem illi irroget iniuriā verbo vel facto, vel grauē accusationē, aut damnum aduersus eum attētet. d. §. Seia. l. si inimicitiæ. ff. de his quib. vt indig. quibus casibus legatū acquiritur venientibus ab intestato dictis iuribus, & reuocatio tacita non exigit tantā probationem, vt expressa, sat. n. est quod probetur duobus testib. omni exceptione maioribus. Couar. in rubr. de test. 2. p. nu. 2. Similiter si legatarius vetet testātem testari, vel reuocari testamentū, quo casu fisco id acquiritur, sic si post mortē defuncti legatarius ei grauem iniuriā inferat, vt carnaliter cognoscendo eius vxorem, & huiusmodi. l. 1. l. si inimicitiæ. ff. de ijs quib. vt indig. quod cum sit pœna, nō incurritur nisi post sentētiam. Similiter si legatarius promittit legatum restitue

Legata q̄n tacitè, vel expresśè reuocent.

re filio illegitimo,& incapaci testatoris, & fiscus id acquirit. Mol.d.tr.disp.212. qui remissiuè alios etiã casus in quibus idem contingit, enumerat, sic ẽt vt vbi de his qõnibus agitur siue in tacita, vel expressa reuocatione semper sit sequenda voluntas testatoris per aperta,& con iecturas.l.si fuerit. de rebus dub.l.Titiæ textores.de legat.1.l.3.§.si quis duobus. de adim.leg.l.legatum.§.fi.l.seq.eod. & modo id fiat à testatore non ab hærede, vel alijs,qui nõ possunt transferre legatum ab vna persona in aliã, licet possit quæri de voluntate testatoris.

24 Legata mutari in aliud an possint,& à quo, & quando.

Quo demum ad tertium caput, cũ voluntas testatoris pro lege habeatur.§.disponat.auth.de nupt.non potest hęres legata mutare, nec reipublicæ administratores legatum ad certum opus reipublicæ relictum,in aliud mutare.l.1.legatũ. ff.de adm.rer.ad ciuit. pr.l.1.C.de spect. lib.11.clem.quia cõtingit.de relig.dom. nec ẽt Papa id intendit sine iusta,vel necessaria causa.Conc.Tr.sess.22.c.6. princeps tñ potest id mutare ex necessitate ex causa, & eṗs. Couar.in c.cũ esses. de testam. & idẽ fieri potest si legata pecunia ad opus nõ sufficiat,si opus relictum non admittatur à republica,quo casu in aliud vtile commutabitur, cõseruata tñ memoria legantis.d.l.legatum. l.legatũ ciuitati. de vsu,& vsufr.leg. relictum tñ pro ludis honestis licitum est, si tñ necessitas operis publici immineat, vt murorum refectio, potest ea pecunia ad tẽpus in opus id cõuerti.l.j.C.de exp.mur. lib.11.l.quidam.de vsu & vsufr.leg.l.septitia.de pollicit.l.fi.de op. publ.l.liberto. §.Lucius. de ann.leg. l.Imperatores. de pollicit. Si verò legatum sit pium sine causa in alium vsum,sine Papę authoritate mutari non debet.clem.quia cõtingit. de relig, dom. & d.c.6.in Tr.Conc. nec in modo,nec in loco. c.Pisanis.de re stit.spol. Ex causa, vt quia fieri nõ possit in loco vbi est statutum, mutari licet.c. nos quidem.de testa. si verò impleri põt de iure,& de facto, mutari non põt.d.c. l.1. ff. de adm. rer.ad ciu. Papa excepto, sed si potest fieri de iure,sed nõ de facto, mutari potest in aliud, vt ob bellum, vel si pecunia non adsit, vel quis sit impotẽs id præstare,idq; authoritate superioris. d.c.& l.legatã.ff.de adm.rer.ad ciu. nisi sit relictũ pro subsidio terræ sanctæ, quæ expectabitur opportunitas.c.magnæ.de voto.sed si põt impleri de facto, sed non de iure, vt quia ludi sint fiendi in ecclesia legatum nõ valet,si verò sit honestũ, sed ius prohibet fiet cõmutatio in aliud honestum.l.legatum ciuitati. de vsufru. leg.& sic sine causa solus Papa potest id mutare,ex causa verò etiã eṗs,ẽt si possit fieri de facto & de iure,nisi testator prouidisset quid fiendũ sit vsu nõ impleto, quia tunc non põt mutari nisi à Papa,& vbi ex causa debet fieri mutatio requirit etiã consensus hęredis,& ecclesiæ cui est relictũ: vt d. Silu.legatũ.4. nu.11.& seq. qui & alios casus subiungit. Hodie verò ex Conc.Tr.sess.22. c.in cõmutationib. possunt eṗi vti delegati apostolici ex iusta,& necessaria causa se ingerere, in cõmutatione vltimarum voluntatũ, & cognoscere,& ex causa reducere missas ad minorem numerum.c.eṗi.ibid.& potest episcopus præcipere notarijs, vt intra mensem deferant ad eum copiam legatorum piorum. Nau.c.17.num.68. Couar. in c.relatum.2. de testam.

SVMMARIVM.

Confer-

De officio, onere & commodo hæredis. Cap. LXII.

1 Deliberare debet hęres an velit hęreditatē adire vel nō.

TAmetsi hęreditates, vt plurimum videantur lucrum afferre,sępe tamen dāmnū afferunt,vel ob ęs alienum, vel ob legata & fideicommissa, quę sępe totam exhauriunt hęreditatem,§.sed neque tamē,Inst. de auth. tut.l fi.C.de iu.delib. iccirco cum sapientis sit in rebus magnis cōsilia ante actus præmittere,vt d.Cic. 2. de orat. ideo veniens ex testamento, vel ab intestato ad alicuius hęreditatem, debet ante omnia deliberare an hęres esse velit nec ne, ne ei si ante se immisceat eam repudiare non possit, sed teneatur ad omnia onera à defuncto relicta,§.extraneis autē,Inst. de hęr.qual.& diff. l. suus, l. sicut, C.de repud.hęred.l.fi.§. cum igitur, & §.similiq; modo,C.de iu.delib.

2 Deliberatio cui cō petat,qūo & quādo, & quanto tempore.

Competit vero ius deliberandi hęredi instituto,vel venienti ab intestato,modo is seruus non sit, quia tunc competit domino,l.1.ff.de iu.delib.& si plures hæredes sint, omnibus datur tempus deliberandi si hæredes sint vniuersales ex testamento vel ab intestato, non autem legatarijs, vel fideicommissarijs particularibus l.si plures grad⁹,ff.de iu. delib. Azo. in summa.C.eo.gl. in l.1.ff.eod. & tutoribus etiam datur & curatoribus pro pupillis & minoribus l.ait prætor.ff.eod.& etiam fisco quando succedit vt hæres, Bal.in l.si quis mihi bona, §. si quis plane,ff.de acqu. hęr.dum vero deliberatio est fienda, 9. diebus post mortem defuncti non licet creditoribus inquietare debitores hæredes eiusdem, §. hęc autem. Vers.sancimus, auth. vt cum de appell. cogn.auth.sed neque C.de sepulchro violato, nisi periculum aliquod circa bona defuncti immineret culpa hęredum,tūc enim ratione illius solius periculi fas est iudici eos inquietare, & intra illos nouē dies non tenetur quis conficere inuentarium, nec constituere tutores, vel curatores minoribus, bona diuidere aliudue efficere.

3 Inuētarij cōmodaq̄ confecti sint.

Elapsis nouem diebus tenetur hęres institutus vel veniens ab intestato,si vult legis vti beneficio, & sibi consulere, inuentarium bonorum defuncti cōficere, quod multa commoda cōsequuntur, primo, enim sic agens nec hęredibus defuncti nec legatarijs vltravires hęreditarias tenetur: secundo,potest detrahere à legatis falcidiam si sibi non supersit quarta pars bonorum defuncti,tertio,nam si satisfaciat creditoribus, primo venientib. vel legatarijs primo,venientibus nec super sint bona defuncti ex quibus alijs creditoribus post venientibus satisfiat, ad nil tenetur, possunt tamen ipsi agere contra legatarios, vt ab eis repetant si quid erat eis ipsis soluendum, & aduersus alios creditores si ex priori hipoteca, vel aliter erant eis præponendi, §. & si præfatam, cum seq. d.l.fi. Si tamen hoc casu hęres sciebat bona hęreditaria non sufficere creditoribus,& legatarijs,& soluit legata, vel posterioribus creditorib. tenetur & alijs soluere, si vero bona fide & id ignorans soluit,non tenetur,in dubio

bio tamẽ tenetur abstinere, licet vix possit adesse dubium cum creditores & legatarij sint citandi in confectione inuentarij, & creditores habeant ius aduersus legatarios & posteriores creditores, ideo cautius est vt hęres exigat ab ijs quibus primo soluit cautionem de restituendo in euentum quod bona omnibus nõ sufficiant, quatenus tenẽtur, quartum commodum est, quod licet creditoribus debeatur certa quantitas vel legatarijs, nõ autem res determinata in indiuiduo quę sit in rebus hęreditarijs, si desit pecunia in hæreditate, nec reperiatur emptor qui res hæreditarias ea lege emere velit, vt hæres illi de euictione non teneatur, potest cogere legatarios & creditores, vt in solutum recipiant res ipsas hæreditatis, l. fin. §. sin vero hæredes, C. de iu. delib. quintum, quod si aliquid hæreditatis sine ipsius culpa pereat, non tenetur creditoribus, vel legatarijs nisi iuxta vires bonorum hęreditatis manentium, sextum, quod conficiens inuentarium, deducit impensam funeris, & quod expendit in insinuatione testamenti, & inuentarij confectione, & in alijs rebus necessarijs hęreditatis, vt de reliquo tantũ hęreditatis satisfaciat creditoribus, & vt, si deductis huiusmodi impensis, & soluto ære alieno, de reliquo sibi nõ remaneat quarta pars solutis legatis, detrahere ab illis falcidiam possit d. l. fi. §. in cõputatione, & idẽ de expensis factis ab hęreditate in infirmitate testatoris si factę sint ab hęrede sine animo donandi, expensę tamẽ extraordinariæ probandæ sunt instrumentis, vel testibus, glo. in d. §. septimũ, quod non confunduntur nec extinguuntur actiones quas hęres habebat aduersus eum in cuius bonis succedit, sed sunt ei soluenda, absque tñ prærogatiua erga alios creditores, & deducto ęre alieno, si de reliquo nõ remanet sibi quarta pars, debetur ei falcidia à legatis detrahenda. d. l. fi. §. Si vero ipse, octauo, cũ hęres non possit impugnare factum defuncti, licet rem hęredis uendiderit, non potest illam exigere si in tota hęreditate succedat, si vero in quota, vt tertia parte, in illa sola non potest ei contrauenire, reliquum vero exigere potest, vel repetere, l. cum à morte, C. de rei vendic. Vnde cũ venditio qua pater vendit bonũ aduentitiũ filij sit ipso iure nulla, & filius possit eam ab emptore vendicare, siue sciens siue ignorans eam emerit, l. 1. C. de bo. mat. si pater id vendit, & postea hæredẽ relinquat eius dictum filium in portione legitima tantum ei debita, hoc tamẽ casu potest integrum prædium vendicare, nec potest repelli pro portione in qua est institutus, si vero succedat patri plusquàm in legitima, idq; cum ascendentibus patris quibus similiter portio legitima debeatur, detractis omnibus legitimis, iuxta proportionem incremẽti sui ad incrementa aliorum, potest repelli exceptione ab æquali quota prædij, nisi portio prędij excedat in valore incremẽtum in quo ipse succedit, quia tunc solũ repellitur à portione ęquali in valore cum eo incremento, quod si succedat cũ hęrede, vel hęredibus extraneis, solum repellitur à quota prędij iuxta proportionem incrementi ipsius vltra suam legitimam portionem ad portiones integras hęreditatis quas alij consequuntur, cum nihil earum sit alijs debitum, prout sibi debetur sua legitima, & hoc cum confecit inuentarium, ex quo octauum commodum ei prouenit, quod quando quota rei à parente venditę est maioris valoris quàm quota hęreditatis, non repellitur exceptione ab ęquali quota quo ad proportionem rei quę est alienata à parente, sed ab ęquali quantitate eiusdẽ rei quo ad valorem, vt pluribus probat, Molina, d. trac. 2. disput. 216. licet contra communem, quod si quęratur an vbi filius repellitur à vendicanda parte rei vẽditę à patre, & ei conceditur reliquum repetere, possit petere à iudice vt cogat emptorem sibi vendere partem quam vendicare non potest, respondet Molina ibi ad fi. quod si res est diuidua nemo tenetur alteri vendere eam, sed esse diuidendam cum vterque ius habeat ad eam, si vero sit indiuidua, vt homo, domus, &c. & filius dimidium iuris in ea, vel plus habeat, est pręferendus ob dominium rei quod nondum amisit, si vero habet minorem tantum partem, probabile est quod cogi possit eam vẽdere emptori,

ptori, nisi sit emphiteusis cuius pars filio dari debet, nonum cõmodum est, quod conficiens inuentarium interim non potest à creditoribus, vel legatarijs vexati, d.l.fin.§.donec.vbi Doct. C. de iu: delib. Rolandus à Valle in eius tr. de inuentario, quarta parte, quarta vtilitate in principio, nisi pro restitutione vsurarum defuncti, & pro relictis pro anima, vt ibi d. nec ipse potest alios conuenire, vt ibi. d. ver. quid si hæres, qui ibidẽ multas alias connumerat vtilitates quibus potitur conficiens inuentarium, & eas declarat. in d.4.parte.

4 Inuentarium non conficiés ...ę mala ...beat, & ...amna.

Econuerso vero vbi quis non postulato tempore ad deliberandum hæreditatem adit, nec inuentarium conficit iuxta formam de qua infra, integre tenetur hæreditarijs creditoribus, & legatarijs, nec à legatis detrahit falcidiam, nec vllo ex prædictis priuilegijs potitur, & etiam supra vires hęreditarias tenetur, d.l.fin. §.& si præfatam, & §. si vero postquàm. C. de iu. de lib.§. si vero, auth. de hæred. & falcid. etiam si miles is sit, §. quia vero duplex, d. auth. & hoc cum quibusdam limitationibus quas affert Ias. in d.§.& si pręfatum, primo, si creditores & legatarij fateantur nil amplius fuisse in hęreditate, si mortuus, de cuius hæreditate agitur, viuens cessit bonis, tertio, si hęres sit cui libertatis causa bona addicuntur, quarto, si defunctus reliquisset aliquid alicui taxãdum officio iudicis, vt alimenta, quinto, in executoribus testamentarijs, sexto, in fisco hęrede.

5 Tempus deliberandi quantũ concedatur, & à quo.

Vbi vero hæres tempus petit ad deliberandum, à principe concedi potest tantum vnus annus, à iudicibus nouem menses tantum, & semel tantum, alias concessio est nulla nisi princeps legi illi expresse deroget, d.l.fin. §. & hęc quidem; obtẽto tempore ad deliberandum, si intra illud expresse non repudiauerit, censetur illam adijsse, pręterea siue hoc modo, siue expresse illam intra id tempus adiuit, si confecerit inuentarium, tenetur creditoribus etiam vltra vires hæreditarias, soluere debita, potest tamen à legatis detrahere falcidiam, si ipsi, deducto ęre alieno, nõ remaneat quarta pars solutis legatis, & si deducto toto ęre alieno, nil omnino remanet, nil tenetur soluere legatarijs, quod si inuentarium nõ confecerit, tenetur soluere debita & legata integra, nec detrahere potest à legatis falcidiam, sed si intra tempus deliberandi hęreditatem repudiarit, nec ante inuentarium confecerit, tenetur restituere res hæreditarias si eas occuparit, vel creditoribus, si non adsit qui hæres esse velit, vel hæredibus, & statur iuramento eorum qui eas recipere debent, quo ad earum quantitatem, vt si iurent plures fuisse, eas restituere teneatur iuxta earũ valorem, d.l.fin. §. sin autem hoc, §. hinc nobis, §. si vero non fecerit, auth. de hær. & falcid. de qua re late agit Rol. à Valle in tr. de inuent. parte si.

6 Inuentarium non conficiés anin foro cõsciẽtiæ teneatur vltra vires hęreditatis.

In foro vero conscientiæ hæredes non conficientes inuentarium, vel tempus ad deliberandum non postulantes tenentur creditoribus hæreditarijs vltra vires hęreditarias etiam nulla expectata sententia; ante tamen latam sententiam non tenentur legatarijs vltra vires hæreditarias, ea vero lata tenentur, modo sint in culpa in non conficiendo inuentarium, secus si illa careant, vt quia adsit in aliquibus iusta ignorantia iuris, vel inaduertentia, vt d. Molina, d. tract.2.c.217. tametsi Abb. in c. quia plerique de imm. eccl. sentiat eos indistincte non teneri vltra vires hæreditarias, hęc tamen opinio est magis conformis iuri, quod est seruandum etiam in foro conscientiæ, si canon non resistat, vel ius diuinum, cum & dici possit quod hæc non sit simplex pœna, sed modus præscriptus, quo non seruato, corruat actus, cum in potestate reipublicæ sit ad vitandas fraudes & litium occasiones, ac furta, vt hic, modum præscribere hominum actionibus, quo non seruato, actus non teneant, de quo alibi.

7 Inuẽtariũ qua forma sit cõficiẽdum.

Forma vero inuẽtarij conficiendi sic se habet; primo enim tutum est vt iudex loci adeatur, vt d. Bart. in l. tutor qui repertorium, 2. col. ff. de adm. tut. & coram eo petatur ab hęrede veniente ex testamento, vel ab intestato in totum, vel ex parte, quod declaret eum adire velle hęreditatem cum beneficio legis & inuentarij & non aliter vel alio modo, & velle-

le inuentarium de super conficere, qui quidem iudex sequitur personam instituti, vt si laicus succedat clerico adeatur iudex laicus, & contra si laicus instituat clericum adeatur episcopus, l. nulli, C. de ep. & cler. Guido Papę. Decis. 261. Hoc acto tutius sibi consulendo, cum in l. fi. C. de iu. delib. hoc non decernatur, stilus tamen sic se habet, secundo loco potest hæres adire hæreditatem, & ei se immiscere, sed intra triginta dies post apertas tabulas, vel notam ei earum apertu ram, vel sibi delatam hęreditatem, debet inuentariũ incipere, & intra alios sexaginta illud perficere, d. l. fi. §. sin aũt dubius, & sat est etiam quod sit cœptum post dies triginta modo perficiatur intra alios sexaginta. Bart. in d. l. fi. Molina, d. trac. 2. disp. 208. Abb. cons. 73. col. 3. vol. 2. Rolandus d. trac. 3. p. ver. intra, & ver. nunquid, & mensis in terminis, d. l. fi. est mensis triginta dierum, vt ibi d. Rol. ver. quot. & currit etiam tempore dato ad deliberandum à die scientiæ delatę sibi hæreditatis, vt ibi. d. Rol. vers. quid quando, vel à die aditæ hęreditatis, vt d. Dec. cõs. 633. Guido Pap. decis. 53. modo non sit in mora adeundi, & hoc tempus est continuum, non vtile, idest de momento ad momentum currit, idem d. 3. part. Ver. item quæritur an tempora. Quod si tota hæreditas, vel maior eius pars distat à loco in quo sunt hæredes datur tempus anni ad conficiẽdum inuentariũ mensiũ scilicet quattuor ad inchoandũ illud & octo ad perficiendum, d. l. fi. §. sin autem dubius, & §. sin autem à locis. Rol. ibid. ver. vos scitis, & vers. si datur annus, & ver. quid enim, & tempus hoc datum ad conficiendum inuentarium non potest prorogari à iudice d. l. fi. §. donec, Rol. d. p. Ver. vnum etiam, & si hęres id non cõfecit intra tempus statutum, princeps non potest illud releuare, Rol. ibi ver. itẽ omittendum non est, qui tamẽ princeps potest prorogare durante tempore conficiendi inuẽtarij hoc tempus, vt ibi d. nu. 6. vt etiam si petatur tempus ad deliberandum, quod tamen hodie non est necessarium volentibus solemniter conficere inuentariũ, & potest concedi à principe, spatiũ vnius anni, à iudicibus nouem mensium, idque semel tantum d. l. fi. §. & hæc quidem de his, quod etiam tempus conficiendi inuentarium non currit legitime impedito, secus si impedimentũ sit tale cui de facili subueniri possit, vt ibi d. Rol. Vers. impedito. Infra vero tempus datum ad conficiendum inuentariũ, nec creditores nec legatarij quicquàm exigere possunt ab hæredibus, vel eos in iudicium vocare, vel quicquàm vsurpare, vel illos in iudicium vocare, possunt tamen interim hęredes defuncti debitores conuenire, vt ibi. d. Molina ex Bart. tertio, In confectione inuentarij requiritur, vt adsit tabellio & idem à principio ad finem inuentarij. d. l. fi. §. sin autẽ dubius, gl. in §. sancimus. verbo. inuentariũ, auth. de hęr. & falc. qui rogari debet de inuentario, nec computatur in numero testium. Alex. in d. l. fi. col. 6. & hic notarius publicus esse debet. Rol. d. 3. p. ver. quia, & illud scribere debet d. §. sin autẽ dubius vbi gl. Bart. Bal. & alij. Si tamen res sint absentes & ab inuicẽ distent potest vna pars inuentarij sub vno notario, alia ab alio fieri, vel ob patrimoniũ amplum, vel si prior notarius sit impeditus, qui notarius, vt supra, debet esse rogatus de inuentario, & plures & quilibet in solidum potest de eo esse rogatus. Rol. d. 3. Ver. quia de substantia. Ver. quid autem si, & ver. item opus, & ver. nunquid plures, interuenire etiam debet alius tabellio quãdo hæres subscribere nescit, quarto, requiritur vt citentur omnes creditores, & legatarij, glo. in d. §. sin autem dubius, & vbi prædicti sunt certi, nec absint à ciuitate in qua sunt hęredes & fieri debet inuentarium, citari debent nominatim, & idem si sint incerti, sed de facili possunt cognosci, gl. in §. sancimus, auth. de hęr. & falc. si vero absunt singuli sunt citandi in particulari, vt per se vel procuratores intersint, vel qui eorum nomine agunt, vt tutores, curatores, maritos significato illis loco & tempore inuentarij faciendi, & sufficit vnica citatio authoritate iudicis facta, & quod fiat ad domum, vt d. Rol. ibi Ver. in ipsaque, & ver. quæ quidem, & creditor infans citatur per tutorem, pupillus etiam debet citari, sed non solus, sed tutor si habet, qui si non

non comparet, citandi sunt eius coniuncti & amici, citatio vero adulti sola sufficit, quia intelligitur vt compareat cum curatore, Rol. ibi. Ver. fiatq; & ver. quid si vnus, & Ver. sed quid dicēdum, & ver. scias tamen. Quod si creditores sint omnino incerti sufficit citatio per proclamata. Rol. ibi. ver. fietq; debet nu. 3. At si qui legatariorum vel creditorum qui certi sunt, absint, loco illorum adhiberi debent tres testes fide digni in eadem ciuitate, vel oppido, & bonæ opinionis, & locupletes qui satisfacere possint si sinistrum aliquid fieri permiserint, d. l. fi. §. sancimus, qui testes etiam adhiberi debent quando præsentes & citati non interfuerint, qui testes, & hæredes cognoscere debent d. l. fi. qui tamen testes loco absentium non requiruntur, si nulli sint creditores vel legatarij, & si legatarij, vel creditores dicunt se nolle interuenire in confectione inuentarij, duo testes sufficiunt. Rol. ibi. ver. quid faciendum si creditores, nec notarius rogatus de inuentario connumeratur in numero testium, idem, ibi ver. notarius vero, si legatarij & creditores absētes sint intra iurisdictionem citandi sunt ad domum, vel per procuratorem, idem, ibi. ver. nunquid creditores, vt & citari debent executores, sacerdotes prælati & magistratus si de eorum interesse agitur. Rol. ibi ver. quid dicendum, & ver. nunquid. Qđ si aliqui eorum citentur alij non, validū est inuentarium respectu præsentium, vt d. Molina loco cit. Vbi vero creditores comparent & contradicunt, libellus offerri non debet, quia nil ab eis petitur, & inuentarium non præiudicat creditoribus citatis qui non comparuerūt, quo ad creditum eorum. Rol. ibi. ver. modo, & ver. quid si creditores, quinto, requiritur, vt hęres in capite inuentarij manu propria signum crucis scribat, d. l. fi. §. sin autem dubius, C. de iu. delib. hæc tamen omissio non annullat inuentarium, vt d. Molina, d. disput. 218. & Rol. d. 3. par. in prin. sexto, vt in eo scribantur res omnes mobiles, & immobiles, d. §. sin autem, quę repertæ sunt in hęreditate defuncti, quę omnia scribantur manu notarij publici, id enim est de forma, adeo quod omissio eius redderet inuentarium nullum, nec etiam si scriptum esset manibus defuncti corā testibus valeret vt d. Rol. d. par. 3. ver. quia de substantia, & ver. de forma, & immobilia sunt describenda in inuentario saltem cum duobus confinibus proximis. Abb. d. cons. 73. colum. 4. Rol. ver. pariterq; bona, & etiam nomina debitorum & creditorum, etiam si sibi hæredi aliquid debetur, vel ipse hęres aliquid debet defuncto. Rol. ibi ver. similiter etiam. Et in summa continere debet omnia bona defuncti, clare distincte per pondus, numerum, mensuram, quātitatem & qualitatem ar. l. si quis intra. C. de bo. proscr. Roll. ibi ver. item quęritur & similiter ęstimatio bonorum in eo poni debet, Bar. & Bal. in l. 1. C. de mag. conu. Rol. d. 3. p. ver. omittendum quoq; non est, hoc tamen vltimum necessariū non esse d. Molina loco citat. Tutum est etiam, vt res depositę vel accommodatę testatori in eo describantur vt d. Rol. d. loco. Ver. ponendę quoq; sunt, licet Molina id nō ęstimet necessarium loco cit. Fructus tamen percepti per hęredē post mortem defuncti, ante tamen aditam hęreditatem, non sunt describēdi in inuentario, sed in libro rationum, & idem de partubus & accessionibus ciuilibus, legatum tamen debet poni in inuentario ēt post mortem legatarij, si est, transmissibile ad hęredes. Rol. ibi. ver. an si hæreditas, & ver. sed nunquid, quod si hæres aliquid surripiat vel celet de bonis hæreditatis punitur pœna dupli quod quantitati hæreditatis accrescit, d. l. fi. §. licentia, inuentarium nihilominus validum est, quod si aliqua bona hæreditatis postea reperiuntur, quæ scripta non sunt subijcitur hæres pœnę prædictæ, nisi iusta ignorantia probet se id omisisse, vt & si per errorem scriptū sit aliquod quod non sit hæreditatis, admittitur probatio in contrarium, vt ibi d. Molina quo tamen casu hæres propria authoritate nō potest corrigere errorem suum, sed corā iudice vocatis creditoribus, & legatarijs corrigere debet. Rol. ibi d. 3. par. ver. si hęres. Vnde cautus debet esse hæres post confectionem inuentarij, vt protestetur quod si quid de bonis hæreditarijs ad eū per-

peruenerit, quod addere intendit, quas inuentas addere debet Bal. in d.l. fi.§.cũ igitur col. 3. & hæc additio fieri potest post tempus complendi inuentarium, in qua etiam additione non requiritur solemnitas in inuentario requisita; sed hęc additio fieri potest manu eiusdem notarij qui illud confecit, vel alterius coram duobus testibus tantum nullo vocato, vt d.Rol.d.loco.ver.cautus,& ver.an in tali. Quod si quis omittat protestationem prædictam non amittit in totum inuentarij beneficium, sed id amittit tantum circa rem non positam in inuentario, vt d.ibi Rol.ver.sed quid si. Et licet inuentarium bonorum existentium in domicilio hæredis fieri possit per procuratorẽ, cautius tamen est si fiat per ipsum hæredem, si vero bona sunt alibi sita, id fieri potest per procuratorem, qui & illi se subscribere potest, vt d.Roll. d.loco. ver. item an requiratur,& ver.sed an per procuratorem,& Molina, d. disp. ad fi. Vltimo loco in confectione inuentarij requiritur vt hęres illi se subscribat, d.l.fi. §.sin autem dubius, qui si scribere nescit adhiberi debet alius tabellio, qui loco illius se subscribat, de mãdato hęredis.d.§. Bar.in d.l.§.cum igitur col.2.nec sufficit quod subscribatur per procuratorem, vt nec requiritur quod hic secundus notarius ponat quantitatem rerum mobiliũ, & immobilium hęredis, si tamen inuentarium fit apud acta non requiritur subscriptio hęredis. Bal.cons.143. 2.col.vol. 4. Roll. ibi. ver. requiritur etiam & ver. quid si nescit,& ver.quid enim, & ver.si hęres,& ver.quid autem. Adhiberi etiã debent duo saltem testes, qui tamen non habent se subscribere, debent tamen cognoscere hęredem, licet non opus sit vt cognouerint defunctum. Rol.d.4.p.ver. sed quid dicimus,& ver.in ipso, & ver.requiritur,& pariter potest etiam scribi inuentarium pluribus diebus & mensibus, & in diuersis chartis, & si res hæreditariæ sunt in diuersis locis, tot erũt inuentaria quot sunt loca, vbi sunt ipsę res hęreditariæ, idem ibi.ver.nunquid.ver.inuentarium an possit, & ver. quid enim. Debet & inuentarium continere locum & tempus, §. fiat inuentarium, auth.de hęr.& falc.Rol.d.loco. ver.continere q. Decretum tamen iudicis, vel eius pręsentia non requiritur in eius confectione quantum ad obligandum hæredem, sed bene vt faciat fidem contra debitores nominatos in eo, & ideo cautum est vt coram eo fiat. Rol.ibi.ver.quid dicimus,& ver.pręsentia,& potest fieri in quacunq; domo honesta, & maxime in domibus ecclesiarum, & potest scribi per alium notarium quàm per notarium actorũ, nisi fiat in iudicio, quia sic debet confici per notarium actorum. Rol. d.ver. præsentia iudicis,& valet etiam factum tempore feriato. Rol.ibi ver.aduerte tamen.

Hę sunt solemnitates in confectione inuentarij adhibendæ, quod si sint multi hęredes omnes simul tenentur inuentarium conficere, nisi ad vitandum molestias, vni eorum id committant; licet tamen sic confectum sit inuentarium, possunt legatarij & creditores probare, si velint, maiorem esse hæreditatem, testibus iuramento hęredum, & tormento mancipiorum, si adsint ad id inditia sufficientia, d.l.fi. §. licentia.§.si vero.auth. de hęred.& falc.& testatur Molina loco cit.& hoc casu admittuntur etiam testes de domo,& potest etiã deferri iuramentum purgationis contra hęredem, si adsit aduersus eum suspitio, alias spectat ad legatarios, & creditores id probare. Rol.4.p. ver. hęres cum inuentario, ver. modo videndum, & ver.quid si.

Quod si quæratur cui prosit cõfectio inuentarij an solum conficienti, an vero etiam alijs. Resp.primo, quod si hæres non vt hęres, sed vt extraneus aliquid capit causa conditionis implendę, non tenetur de eo creditorib. satisfacere. Alex. in l.fi.§.& si pręfatam. col.fi.C.de iu.delib. secundo, dicitur quod si fideiussor succedit principali, & facit inuẽtarium, illud non prodest respectu creditorum, vt d.Rol p.4. ver.an hęres, & ver.quęritur quoque, tertio, si statuto caueatur q nemo possit venire contra instrumẽtum à se factum, nec eius hęres cũ beneficio inuentarij, hoc non obstante poterit contrauenire iuxta tamen distinctiones supra factas de venditione facta à patre de re filij, licet Roll.d.4.p. Ver.quęritur & abso-

8 Inuẽtarij confectio quib.prosit.

absolute sentiat quod filius hæres institutus possit vendicare rem propriam à patre venditam, in quo tamen distinctio ibi relata magis placet, quarto, dicitur ꝙ inuentarium pupilli prodest substituto pupillariter, quatenus conuenitur ex facto patris, cum beneficium inuentarij transmittatur in suos successores, quatenus tamen conuenitur, vt nouus hæres pupilli ad legata, vel fideicommissa relicta in secundis tabulis, vel à creditorib. pupilli, non paternis, inuentarium non prodest substituto pupillariter, sed requiritur nouum inuentarium, ac si pupillus maior esset effectus, cum de noua hæreditate tractetur. Bal. in d. l. fi. §. cum igitur, col. 5. ver. item nũquid. Roll. ibi ver. inuentarium pupilli, quinto, si inuentarium est confectum ab instituto qui aduersus immissionem fuit restitutus, prodest & substituto vulgari, qui eo casu nõ potest nouum inuentarium facere. Bal. in d. l. fi. §. cum igitur col. 5. Rol. ibi. ver. Vlterius, & quando substitutus facit inuentarium debet continere omnia bona quæ erant tempore mortis testatoris, & pupilli, Bar. in l. in ratione 1. §. quod vulgo. col. 3. ff. ad l. Falc. sexto, si qs est institutus sub conditione, & ea pendente petit bonorum possessionem secundum tabulas, & facit inuentarium, nõ eget alio inuentario, conditione extante. Rol. ibi. ver. institutus, septimo, si hęres confecit inuentarium qui post restituit hæreditatem fideicommissario, prodest eidem fideicommissario inuentarium. Imola in d. §. quod vulgo. Rol. ibi. ver. quid si hæres, octauo, si tutor fecerit inuentarium bonorum pupilli, vt tutor, & ei postea succedat, non prodest tutori nisi factum sit cum solemnitatibus quę requiruntur in inuentario hęredis, de quibus supra, ita Rol. ibi. ver. inuentarium tutoris, in quo tamen vltimo sentirem prodesse si repetatur, decimo inuentarium cessionarij non prodest hęredi viuo, cum eo viuente non sit transmissibile à persona in personam, eo vero mortuo transeat solum in proprios hęredes. Rol. ibi. ver. inuentarium, si tamen hęres existit hæres alterius hęredis qui portionem suam repudiauit, nouum inuentarium facere non tenetur, si in inuentario iam confecto descriptæ sunt omnes res existentes in hæreditate, Bal. in l. filium quem habētem, C. fam. hercisc. Rol. ibi. ver. pone duo, qui & ibi tractat an hęres qui cum beneficio inuentarij adiuit hęreditatem vasalli possit contrauenire alienationi feudi per eum factæ, & dicit quod non si feudum est mere hęreditarium, secus si feudum est ex pacto & prouidentia, vt ibi. d. ver. nunquid hęres, vbi & dictos terminos verborum declarat, vndecimo, beneficium inuentarij non prodest hęredi qui immediate non conuenitur pro debito hæreditario, sed ex causa quę fuit nouata per compromissum sequuto laudo, vt nec si contrauenit transactioni pœnali factæ per defunctum. Rol. ibi. ver. beneficium; qui & ver. quod si pater, tractat an filius hæres patris possit vendicare proprium fundum à patre venditum, de qua re supra est actum, vndecimo, si titius vendidit fundum cum promissione dupli, qui sit euictus, mortuo Titio eius hæres cum beneficio inuentarij, si euictio est sequuta ante aditã hæreditatem, duplum detrahit, post simplum tantum. Rol. ibi. ver. pone Titius, subtilius in hac re etiã distinguens, qui & ver. quid econtra. d. quod si hæres cum beneficio inuẽtarij erat creditor defuncti, & sic à se debet exigere, si quęstio est orta ante aditam hæreditatem habebit duplum, si post simplum, quod si testator instituit hæredem extraneum cuius rem alienauerat, qui adijt hęreditatem, non consequetur fundũ si plus valeat quàm quarta sibi debita solutis legatis, & fideicommissis ac creditoribus, vt ibi. d. ver. quid in casu, de qua re actum est supra.

Multa autem incommoda consequuntur hæredes non conficientes inuentarium, cum vt supra, teneantur omnibus legatarijs, & creditoribus hæreditarijs vltra vires hæreditarias, §. si vero non fecerit, auth. de hęr. & Falc. & præterea tenentur soluere legitimam filio, si hæreditas sit ita legatis exausta, quod ex alijs rebus hęreditarijs integra legitima haberi non possit, idque volente ipso filio, secus si vellet agere contra legatarios corporum hęreditariorum vbi hęreditas nõ 9 Inuẽtariũ non conficiens quę damna subeat, cum ampliationibus, & limitationibus.

est

est soluendo, quia in eius electione est agere cōtra hęredem vel legatarios. Ripa, in l. in quartam, nu. 213. ff. ad l. Falcid. & vlterius non conficientes inuentarium amittūt falcidiam, d. §. si vero. Bal. in auth. sed cum testator, C. ad l. Falcid. non tamen si filius sit amittit legitimam gl. in d. §. si vero, & multi doctores quos citat Rol. d. tr. p. 5. ver. dubitatio oritur, vt nec hæres grauatus restituere hęreditatem, amittit Trebellianicam. Bar. in d. auth. sed cum testator. Bal. cōs. 354. vol. 5. late Rol. in d. par. 5. ver. quia in præcedenti. Alex. cons. 29. vol. 5. cum cōmuni.

Ampliatur, vt etiam si testator mandet omnia debita sua solui ex bonis suis, ad huc non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias. Barba. in c. Rainaldus, col. 51. 7. limit. de testam. nec testator potest remittere vsufructuario confectionem inuentarij, nec cautiones pręstandas in vsufructu. Soc. cons. 131. cum communi, Docto. in l. 1. C. de vsufruct.

Secundo ampliatur, vt hæredes priuilegiati ne teneantur vltra quàm facere possunt, tamen si omittant confectionem inuentarij tenentur vltra vires hæreditarias, Alex. in d. l. fi. §. & si pręfatam & ibi Ias. C. de iu. delib.

Tertio ampliatur, vt hæres creditoris dolo inductus ad adeundum hæreditatem sine inuentario, teneatur in foro fori vltra vires hęreditatias. Barbat. in d. loco. 6. limit.

Quarto ampliatur, vt etiam homo magnæ sanctimoniæ hæres institutus omisso inuentario, teneatur vltra vires hęreditarias. Ias. in d. l. fi. in princ. col. 2. C. de iu. delib. Barb. in d. col. 53.

Quinto ampliatur, vt ecclesiæ creditrici defuncti hęres sine inuentario satisfacere debeat vltra vires hęreditarias. Rol. d. 5. p. ver. si ecclesia.

Sexto ampliatur, vt si testator legauit aliquid arbitrio hęredis, hæres non confecto inuentario teneatur, vltra vires hęreditarias. Rol. ibi. ver. quid si testator fecit legatum.

Septimo ampliatur, vt cōtra hęredem non conficientem inuentarium iuretur in litem. Rol. d. p. 5. ver. nunquid iurari.

Limitatur primo, prędicta conclusio, q hęres non conficiens inuentarium non amittat beneficium l. cum hereditate, ff. de acq. hęr. Bar. in d. l.

Secundo limitatur, quod is cui bona adijciuntur causa libertatis, non teneatur vltra vires hęreditarias inuentario non confecto. Rol. d. 5. p. ver. inuētarium si non conficit s.

Tertio limitatur, vt pro legatis pijs hęres non teneatur vltra vires hæreditarias inuentario non confecto. Bart. in l. cunctos populos, col. 9. ver. tertio, quæro, C. de summa Tr.

Quarto limitatur, vt hęres grauatus per fideicommissum restituere hęreditatem, si non confecit inuentarium possit deducere aduersus fideicommissarium, quod sibi debetur per defunctum. Rol. ibi ver. pone hęres.

Quinto limitatur, vt hæres non confecto inuentario ex delicto defuncti non teneatur vltra vires hęreditarias tam de iure ciuili quàm canonico. Rol. ibi. ver. nunquid hęres, & ver. num hęres.

Sexto limitatur, vt actio hipotecaria competens creditori in bonis debitoris cui successit, inuentario non confecto, aditione hęreditatis non extinguatur. Roll. ibid. ver. an actio, de quo, & supra est dictum.

Septimo limitatur, vt vxor vsufructuaria relicta quę non pręstitit cautionem, nec inuentarium fecit, cautione à fructuario non requisita faciat fructus suos Rol. ibi. ver. an mulier.

Octauo limitatur, vt hęres vsurarij qui ex delicto defuncti conuenitur, non teneatur vltra vires hęreditarias, Roll. ibi. ver. quid in hęrede.

Nono limitatur, vt hęres hęredis qui inuentarium non fecit non teneatur legatarijs vltra vires hęreditarias. Rol. ibi. ver. modo quęritur.

Decimo limitatur, quando legatarij, & hęredes fatentur non fuisse plura bona in hęreditate, vt supra est dictum, & probat Rol. ibi. ver. sed dubitatio.

Declaratur autem prędicta conclusio pluribus modis, primo, quod exceptio inuentarij opponi possit post sententiam idem, ibi. ver. exceptio

Secundo

Secundo declaratur, vt de iure canonico iura loquẽtia de inuentario locum habeant quo ad excludendum hæredem à beneficio legis falcidiæ, non autem, vt teneatur vltra vires hæreditarias. Roll. ibi. ver. nunquid de iure.

Tertio declaratur, vt si statuto caueatur quod beneficium inuentarij nõ possit opponi, locum habeat etiam respectu bonorum subditorum sitorum extra iurisdictionem statuentis. Rol. ibi. ver. papiæ, & ver. stante.

Quarto declaratur, vt testator possit præiudicare beneficio inuentarij in beneficium hęredis non autem in præiudicium creditorum, vt d. ibi. Rol. ver. testator, vnde si testator mandet legata solui absq; vlla diminutione, prohibetur deductio. Trebellianicę. Rol. ibi. ver. stante igitur, vt & potest testator prohibere confectionem inuentarij in præiudicium legatariorum, vt ibi. d. Rol. ver. an testator, qui tamen prohibere non potest confectionem inuentarij vsufructuario omnium bonorum, vt ibi. d. ver. si. Molina, d. tr. 2. disp. 219. qui & de alijs similibus quæstionibus ibidem agit.

10 Inuẽtariũ conficere quæ personę teneantur.

Quo demum ad personas quæ inuentarium conficere tenentur. Dicitur quod omnis homo hęres institutus inuentarium facere tenetur, si potiri velit beneficio, l. fi. C. de iu. delib. Vnde Rex hęres institutus ad idem tenetur. Ias. in d. l. fi. col. 2. in prin. C. de iu. de lib. & etiam miles, gl. in d. l. fi. in prin. minor etiam, licet restituatur in integrũ aduersus omissionem inuentarij, dummodo probet hæreditatem esse damnosam. Bal. in d. l. fi. in prin. col. 2. & ibi Ias. Rol. d. trac. 1. p. ver. quinto quęro, non tamen si minor sit iurisperitus, vt ibi, d. ver. sexto quid, & mulier ad idẽ tenetur. Bal. in d. l. fi. in princ. 2. q. vt q̃ mittitur ventris nomine in possessionem bonorum mariti. Rol. ibi. ver. nono, & etiam rusticus, licet si existat in locis vbi non potuit consulere peritiores, ex clausula, si qua iusta causa, restituatur aduersus omissionem inuentarij. Roll. ibi. q. 10. & etiam fiscus, licet restituatur in integrum aduersus eius omissionem. §. penult. anth. de hęr. & falc. quando scilicet succedit vt hæres, secus si succedit in bonis vacantibus. Rol. ibi. q. 11. & etiam ecclesia succedens, vt hæres, licet restituatur in integrum aduersus eius omissionem. Rol. ibi. quęst. 12. & etiam hęres ad instantiam fideicommissarij, licet non secundum formam d. l. fi. sed tantum tenetur facere aliquam descriptionem, & etiã vsufructuarius. Rol. ibi. q. 19. & etiam fideicommissarius vniuersalis, vt ibi. d. q. 20. & etiam executor vltimę voluntatis si est datiuus, vel legitimus secus si testamentarius. Rol. ibi. q. 21. vt nec executor qui loco hæredis habetur, nec executor datus in redẽptionẽ captiuorum. Rol. ibi. quæstio. 22. 23. nec institutus grauatus ad distribuẽdum omnia bona inter pauperes, Roll. ibi. quæstio. 25. bene tamen episcopus executor vltimę voluntatis. Rol. ibi. q. 24. & pater datus tutor filio impuberi emancipato, vel curator, & si hæres est filij. Rol. ibi. quæstione 27. 28. & vxor retinens bona mariti pro dote restituenda. Roll. ibi. quæstio. 31. vt & confici debet de bonis accusati de crimine. Roll. ibi. quæstione 32. & filius datus curator patri curatore egenti, & creditores missi in possessionem bonorum debitoris, & agnoscens bonorum possessionem. Roll. ibi. quæst. 33. 34. 35. & vsufructuarius omnium bonorum faciendo aliquam descriptionem, licet non secundum, d. l. fin. Roll. ibid. q. 36. & curator datus bonis Roll. q. 44. & curator datus hæreditati iacenti. Roll. ibi. quæst. 47. & hęres defuncti qui cessit bonis. Roll. ibi. q. fi. & clericus, vel sacerdos si est hęres institutus. Roll. ibi. quęst. 16. & curator datus bonis, Rol. ibi quęst. 44.

Limitatur, vt pater qui habet vsumfructum in bonis filij inuentarium facere non teneatur, cum dicatur tantum legatarius. Rol. ibi. q 26.

Secundo limitatur, vt pater de bonis filij arrogati inuentarium conficere nõ teneatur. Roll. ibid. quæst. 29. nec filius qui solum legitimam acceptauit, vt ibi. d. quæst. 36. nec curator datus ad litem. Roll. ibi. q. 45. nec curator datus ad vnã rem tantum, nec ad prædia tantum administranda, vel vbi non expedit quia exiguum sit patrimonium, vt ibi. d. q. 46.

46. 48. 49. nec qui succedit in bonis vacātibus. Rol. ibi. q. 50. nec patronus, nec qui ex pacto capit hęreditatem. Rol. ibi. q. 51. 52.

Declaratur, vt pendente restitutione in integrum, cessare debeat executio. Rol. ibid. q. 7.

Sunt & alię personę quę inuentarium facere tenentur, scilicet descriptionem bonorum, licet non ea solemnitate qua hæres.

Et primo, episcopus tempore adeptæ dignitatis inuentarium facere debet de rebus quas ex patrimonio, vel alio titulo acquisiuit ne sub vmbra patrimonij vsurpet bona ecclesiæ, paui, tr. de visit. 2. p. q. 9. nume. 11. Rol. ibid. q. 13. & etiam canonici mortuo priore, vel episcopo, & ęconomus mortuo episcopo inuētarium de bonis ecclesiæ facere tenetur. Rol. ibi. quæstio. 14. & episcopus de rebus ecclesię suæ, vt ibi d. q. 15. & hodie omnis beneficiatus, tenetur facere inuentarium bonorum ecclesiæ suæ ex Constitu. Sanctissimi Sixti V. & eius exemplum Romā & ad Archiuium episcopale transmitti sub forma ibi tradita, & etiam Rector hospitalis, vt ibi. d. q. 18. & Thesaurarij, factores, publicani, negotiorū gestores, & omnes qui aliena negotia administrāt, & procurator societatis vel ad negotia, Rol. ibi. q. 37. & tutor bonorum pupilli, etiam tutor honorarius datus causa notitiæ, idem ibi. q. 38. 39. & tutor datus loco absentis, & etiam ad vnum articulum idem ibi. q. 40. 41. Coadiutor & actor. idem ibi q. 42 43.

Hæc de inuentario, & per consequens de primo capite, vel officio hæredis.

12. Conferre bona qn̄ hęres teneatur, quę, & quæ.

Secundo loco, principaliter hæres tenetur quandoque bona conferre. Pro cuius rei intelligentia aduertendum quod collatio est allatio in communem parentis defuncti bonorum aceruum, ex quo legitima debetur eorum profectitiorum bonorū, quę afferēris effecta erant, vt cū alijs tanq̄ hęres succedat, vel quod collatio est bonorum propriorum cuiusdam generis, cum hęreditarijs facta inter succedentes pro portionibus distinguendis vna confederatio; collatio enim solum procedit respectu bonorum ascendentis ex quibus legitima portio ei debetur qui ad collationem aliquid afferre debet, nō enim quilibet hęres cōferre tenetur, nō enim extranei alicui succedentes conferre tenentur, l. fi. C. cōm. vtr. iud. nec cum ascendentes succedunt descēdentib. Bal. in l. quoniam nouella. C. de inoff. testam. Ias. in l. si emancipata, nu. 28. C. de colla. cum communi, nec quando collaterales succedunt collateralib. Doct. in l. si emācipati, C. de collat. nec si filij succedant cum extraneis. Ias. in d. l. nu. 25. sed tantum cum descendentes ascendentibus, ijs tamen concurrentibus, primo, q̄ succedant ex capite vnde liberi, si enim ex eo capite exclusi, succedant vnde agnati, vel vnde cognati, non habet locum collatio, secundo, requiritur vt isti descendentes sint in primo gradu, vel in eius locum succedant, & nullus eos antecedat, alias interueniente inter eos disparitate gradus, non habet locum collatio, vnde si pater habens filium in potestate, habeat ex eo nepotes, & instituat filium in vna vncia, & nepotes in vndecim nō habet locū collatio, quia nepotes poterāt præteriri ab auo, filio primum gradum tenente, & ideo videntur venire vt extranei, tertio, requiritur vt ij descendentes succedant titulo vniuersali, non autem particulari, vt legatarij, ad hoc vt conferre teneantur, ita Ias. in d. l. si emancipati, nume. 30. 32. Et ita omnes liberi conferre tenentur, vel qui eorum locum tenent, vel sui sint omnes, vel emācipati, vel sui cum emancipatis profecta in ipsos à parente masculo vel fœmina cui ab intestato succedere volunt. l. vt à liberis, cū seq. C. de collat. & etiam si is testatus sit, nec expresse dixerit se velle vt aliquis eorum non conferret quæ ab eo in ipsos profecta essent, si etiam sit pater per adoptionem, vel arrogationem l. vt à liberis. C. de collat. auth. ex testamento, C. eo. §. illud quoque auth. de triente, & sem. l. 1. §. is quoq; ff. de collat. bo. & etiam filij illegitimi, & legitimati, in euentibus in quibus, vt supra, debetur eis legitima in bonis parentum, requiritur præterea vt ijs qui habent conferre legitima portio debeatur, & vt descendentibus non autē vt ascēdētib. quiq; primo gradu vt supra

sint

sint constituti, vel eius locum ingrediantur, vt nepotes mortuo filio in potestate existente, oportet prӕterea vt profectitia sint bona quæ sint conferenda, cum castrēsia vel quasi non sint in aceruū afferenda, sed propria sint eius qui illa sic acquisiuit pleno iure l. 1. §. nec castrense. ff. de collat. bo. & hodie nec aduentitia l. fi. C. de collat. oportet prӕterea ad hoc vt bona sint conferēda, quod afferentis effecta sint, si enim bona ad defunctum spectabant veniunt in aceruum hæreditatis, non autem vt propria conferuntur, l. filiæ licet vbi gl. C. de collat. l. certum, C. de collat. oportet prӕterea vt in bonis quis testatoris succedat ad hoc vt collatio procedat, si enim quis ab hæreditate defuncti abstinere velit, contentus ijs quæ in vita de bonis defuncti in ipsum profecta sunt, non tenetur ea conferre, poterit tamen petere si quid insuper in dotem, vel ad nuptias, vel ex huiusmodi causa à tali parente fuit ei promissum, nisi promissio, & ante donata inofficiosa sint alijs descendentibus ex eo quod eorum legitimas tangant, nam quo ad id in quo inofficiosa fuerint non poterit ea exigere, l. pen. & fi. ff. de collat. dotis l. 2. §. si tres, ff. de collat. bon. l. ex causa, C. fam. hercisc. oportet etiam ad hoc vt collatio locum habeat, quod aliquid consequatur à parente titulo hæredis vniuersalis, non autem solo titulo legati, sic n. id consequi posset, vt supra, de aceruo hęreditatis, nec tenetur illud conferre, l. à patre. l. filiam. 2. C. de collat. l. si pater, ff. de collat. dotis. Vnde si descendens institutus fuit minus quàm in legitima sibi debita, & agere velit ad supplementum legitimę, tenetur computare si quid eorum quę sunt supra enumerata, ei à parente in vita sunt donata scilicet profectitia, modo tamen de quo infra, ꝙ si integram legitimam suppleat, nihil petere in complementum potest, sed si non impleat, solum exigere potest id, ꝙ, computatis quæ sibi in vita fuerant donata, ad complemētum defuerit, l. quoniam nulla, C. de inoff. test. iuncta, l. vt à liberis, C. de collat. & habetur in l. omnimodo, §. imputari, l. si quando, §. & generaliter, C. de inoff. test. similiter, vt supra, si defunctus dotem dederat, vel aliud ex antedictis in vita donauerat, & in eo solo hęredem instituit filium vel filiam, qui id acceperat valida est institutio, & si id cōpleat integram legitimam ipsi debitam nihil amplius petere potest, si vero non compleat agere tātum potest ad eius supplementum, glo. in l. 3. §. sed verum ff. de minoribus, sic si filius hęres vniuersalis instituatur, sed grauetur restituere hęreditatem alteri, licet inde detrahere possit legitimam sibi debitam in qua nullum apponi potuit grauamē, tenetur tñ in ea computare si quid profectitium in vita à parente est ei donatum, Similiter si parens ita in uita filio aliquid donauit, vt nisi parentis morte confirmetur, vel legatum ei relinquat, exhęredet aut præteream, tenetur etiam huiusmodi donationes, & legata computare in suam legitimam portionem.

Compensatio vero in legitima in casibus prędictis locum habet etiam si filius cum extraneis succedat in bonis parentis defuncti, collatio vero solum locum habet comparatione aliorum descendentium defuncti quibus legitima portio in bonis illius debetur. Et sicut filij computant in legitima sibi à parētibus debita, ea omnia quæ supra sunt explicata, ita nepotes, parentibus proprijs mortuis, vt supra est dictum, cum per stirpem succedant auis in legitimis sibi debitis, repræsentando personam suorum parentum, vnde computare debent tum quæ parentes proprij acceperant, tum quæ ipsis ab auo donata sunt l. quoniam nouella, C. de inoff. test. hac tamen distinctione adhibita quo ad donata nepoti, vel nepti viuēte matre, vel ab auo materno viuente matre, si enim ab auo data sunt nepoti intuitu non patris, sed ipsius nepotis, tunc si pater eius nepotis succedat auo, non tenetur illud conferre, nec in legitimam suam computare, l. auus, ff. de iu. dot. sed si contemplatione patris est datum nepoti, tunc pater tenetur id conferre, & computare in suam legitimam quę in bonis talis patris sibi debetur, l. dotē dedit, ff. de coll. bo. l. profectitia. ff. de iu. dot. In dubio vero censetur datū intuitu patris, si datū est ab auo materno. dd. iu-

ribus, l. sed & si plures, §.in arrogato,ff. de vulg. Et nedum sui,sed & emancipati inter se,vtsupra,conferunt profectitia ab eo data de cuius successione agitur propter æqualitatẽ in successione commendatam,& emancipati cum suis succedentes, & suus cum emancipato succedens, l.fi.C.de collat.ex ratione, l.si fratres,§. idem papinianus,ff.pro soc. l. vt liberis, C.de collat.l.filiæ dotem, eo.l.1.in prin. ff.de collat.dot.l.dotis, l. filiæ dotem, l. filiæ licet,C.eo.de collat.

Collatio etiam hodie procedit licet hæredes succedant diuerso iure Bar.in l. pater,ff.de collat.dot. Ang.& Aret.in l.si emancipati,C. de collat.l.pen. l. vt liberis,C.de collat. l.fi.C comm.vtr.iud.

Ideo autem collatio est introducta, vt æqualitas sit inter liberos,vel qui eorum loco succedũt,& vt communicata æqualiter diuidantur,d.l.vt liberis,quæ tamẽ æqualitas non est arithmetica iuxta scilicet quantitatem, sed geometrica iuxta proportionem quandam, ita vt collatis omnibus quæ conferenda sunt quilibet accipiat portionem secundum dispositionem testatoris, vel legis delatam,æqualitatem ad relictum referendo,verbi gratia, si vnus ex cohæredibus institutus sit in duabus vncijs totius hæreditatis,alius in reliquis decem, reportatis omnibus cõferendis in aceruum hæreditatis quæ ita crescit, vnus duas vncias totius hæreditatis,alius decem accipiet, & si æqualiter sunt instituti, æqualiter accipient, licet vnus plus conferat,quia plus à defuncto acceperat, vt ita qui sunt filij vnius patris,vel matris, vel aui nepotes quibus succedunt, æquales sint inter se, accepta à patre communicando.

Hæc de collatione secundum se, & de personis quæ conferre tenentur, & qualitatem bonorum communicandorum. Quo vero ad res ipsas communicandas, de pluribus quæri potest. Et primo an donata à parentibus filijs ob causam, vt ob dotem, conuiuia nuptiarum, vestes ad nuptias, ob ordines suscipiendos, vel religionis ingressum, sint conferenda. In quo aduertẽdum,quod cum parentes dupliciter filijs donare possint, vtsupra, loco suo est dictum, scilicet ex causa vt ex causis prædictis,vel vt à captiuitate liberentur,ad peregrinandum, vel vt officiũ aut dignitatem consequantur, secundo, ex mera liberalitate cum id non fiat ob filij necessitatem,sed ex liberalitate,siue id agatur ex amore peculiari erga aliquem ex ijs,vel ex obsequijs ab illo præstitis, vel ex precibus alicuius, Quo ad primum genus bonorum donatorum, sunt conferenda,& assumenda in legitimam portionem nisi parens contrarium exprimat, auth.ex testamẽto. C.de coll. §. illud quoq; auth. de triente & sem.l. 1.ff.de donat. l.cum multę,§. sancimus, C.de donat.l.illud §. pen. & fi.C. de collat. quo ad secundum genus,non confertur, nisi vbi alius filius haberet conferre donata ob causã, vt æqualitas inter eos seruetur,d.§.pen. & vlt.de quo latius infra. Quo vero ad dotem datam vel promissam à parẽtibus filiæ,conferenda est, & sumenda in legitimã portionem eius filię,nisi parentes qui eam dotarunt, expresserint,se velle integrã dotem accipere in portionem de qua libere possunt disponere, eo enim casu nihil dotis filia tenetur cõferre,& ex reliquis bonis parentum accipiet integram legitimã portionẽ, vel si quid amplius ex eisdem bonis, deducta dote,ipsam cõtingeret, si tñ dos excederet portionem de qua parẽtes poterant disponere, & sic esset inofficiosa alijs descendentibus tenetur conferre illud incrementum in cõem aceruum, vt inter oẽs diuidatur. Couar. in c. Raimaldus,§.2.in fi.de test. Et pdicta intelliguntur vbi velit filia habere partem in hæreditate paterna,si n.dote contenta esse velit, & alijs sibi à parentibus in vita donatis,non tenetur eam conferre: Vbi vero vult succedere, & dotẽ conferre tenetur, astringitur, & conferre fructus dotales perceptos à tempore mortis parentis, in cuius hęreditate succedere vult vsque ad tempus diuisionis, siue illa bona æstimata fuerint vel non l.filius, §.fi. vbi gl. ff.de collat.dotis.

Quo vero ad donata filio ad nuptias, si mater det nurui, sponsę vel vxori talis filij torquem aureum, vestes vel alia ornamenta,computantur quia dantur contemplatione filij,& sunt conferenda, vt succe-

succedatur parenti ex cuius bonis venerunt l. vt à liberis, l. illam l. illud, C. de collat. l. quoniam nouella, C. de inoff. testam. & si prędicta sunt deteriorata ęquũ est vt æstimatio corũ conferatur, cum filius sic factus sit locupletior. Vestes vero & ornamenta à proprijs parentibus spõsæ donatæ sunt computandę in dote, exceptis simplicibus vestibus quotidianis quibus vti consueuerat, quia hæ cum alimentis ipsi à parentib. collatis vsque ad matrimoniũ contractũ, sunt cõputandę.

Impensę autem à parentibus factæ in conuiuijs, & festiuitate nuptiarum filij vel filiæ, non sunt conferendæ, quia ad parentes & eorum honorem spectat id efficere, l. 1. §. nec castrense, ff. de coll. bo. nec pater tenetur computare hos sumptus in portione de qua libere potest disponere; Idem etiã iuris est de sumptibus quos parẽtes faciunt in primo sacro filiorum suorum, & de conuiuio quod fit qñ filia ingreditur religionẽ, vel filius promouetur ad doctoratum & in huiusmodi casib. quando filius est sub patria potestate cõstitutus, & ab eo alitur, nec bona aliunde habet. Quod vero est datum filię ingredienti religionem, & patrimonium datum filio ad ordines sacros suscipiendos, est conferendum, cum sit datum ob causam, non tamen reditus ex eo perceptos vsq; ad mortem parentum. Couar. in c. Rainaldus, §. 1. nu. 7. de testam. Molina, d. tr. 2. disp. 238.

Si etiam quæratur an impensę quas pater fecit in alendo filio in studio, vel alia re addiscenda, vel libri ob id ei dati sint conferendi. Dicẽdum est quod alius non tenetur conferre impensas à patre in studio pro eo factas, ar. l. quæ pater. 2. ff. fam. hercisc. cum id cedat in cõmune reipublicę bonum, nisi pater habeat alia bona filij, castrensia, vel quasi aduẽtitia ue ex parte matris, vel aliunde quęsita, quia in dubio præsumitur pater sustentare filium de bonis ipsius filij. ar. l. nesennius, ff. de neg. gest. l. fi. ff. de pet. hęr. Bar. tra. de duobus fratrib. nu. 16. Si tamen pater promiserit dotẽ filiæ, vel filio donationem ad nuptias, præsumitur matrimonij fauore de suo promittere, l. fi. C. de dot. prom. possunt tamen parentes alere filium in studijs, licet filius habeat propria, nec tenentur ea alimenta cõputare in portione de qua libere possunt disponere, & possunt etiam plus expẽdere pro vno in cibo vestitu equitatu, famulis, modo id iuxta rationis metas ex aliquibus circunstantijs fiat vt d. Nauar. in Man. c. 17. num. 160. & alimenta quæ fiunt pro filijs in studijs gaudent priuilegio ita, vt ad quasi castrensia bona pertinere videantur; Si tamen pater dando alimenta studenti filio, & expensas faciendo, protestatus esset ꝙ id computari deberet in legitima talis filij etiã aliunde bona non habentis, cõputabuntur in legitima quo ad id ꝙ pater plus eo in studijs insumpserit q̃ domi fuisset insumpturus, cũ pater gratis præstare filio alimenta dẽat si ea filius aliunde non habeat, ita habetur in l. q̃ pater, ff. fam. hęrcisc. Non tamen pater tenetur filium qui cępit studijs operam dare, sustentare in studijs, nec eo mortuo cohęredes de aceruo bonorum communium, sumptus tamen quos filius ante mortem patris fecisset, nec soluti essent, de aceruo totius hæreditatis soluendi essent.

Quo vero ad libros, si empti sint ante mortem patris pro filio, ei tamen nõ traditi, vel donati, nec donatio ab eo acceptata, & tunc sunt diuidendi inter cohęredes etiam si filius esset doctor, quod si sunt ei traditi, & is erat doctor vel proximus doctoratui, ita vt cito esset id officium tractaturus, ad eum integre pertinent, si vero studia non perfecerat, conferendi sunt prout reperiuntur tempore mortis patris, ita vt si minus valeant q̃ cum ei sunt dati, quod minus valẽt, computetur inter expensas cum eo filio in studio factas, vel cedat in detrimentum bonorũ patris, qui eorum fuit dominus vsque ad mortem, & si excreuerunt id plus accrescat hęreditati patris, & non filio. Molina. d. tr. 2. disp. 239.

Si item quæratur, vbi parentes expenderint pro filij peregrinatione, vt eum à carceribus liberarent, pro eius delicto, & huiusmodi an sit conferendum. Resp. nõ esse conferenda, cum pater ex pietate ad id teneatur l. liber captus, C. de capt. Bar. in l. stichus, ff. de pec. leg. nec parentes te-

tenentur id accipere in partem bonorum de quibus libere possunt disponere, & idem si pro eo expenderint in hastiludijs, nisi in prædictis constet parentum animum fuisse vt filius id in legitimam suam acciperet, d. l. liber captus. Bart. loco cit. & si in vita parentum aliquid horum nõ est solutum, de filij legitima est soluendum, nisi pater debitum id in se suscepisset, tunc enim soluendum esset de bonis communib. Molina disp. 140.

Si vlterius quęratur an quod pater insumpsit in militiam filij, vel ei emendo officium, vel dignitatem, vel expendit vt filius obtineret beneficium, ordines vel huiusmodi an sit conferendum. Respon. quod si id de quo agitur est vendibile de iure, vel ex principis permissione, vel transmissibile ad hęredes, si officia illa data sint à parentibus filio, vel alio eorum precibus conferenda est ęstimatio eorum prout valent tempore mortis parentum, sed si hęc à parentibus filio data non sint, sed pecunia qua id assequantur, tunc pecunia tantum illa est conferenda, l. omnimodo, §. imputari, C. de inoff. testamen. l. illud in princip. C. de collat. Si vero id non est vendibile, vt beneficium, gradus & huiusmodi, nec trãsmissibile ad hæredes, filius non tenetur illud, vel eius ęstimationem, vel sumptus quos parentes insumpsere in procurando illud filio, conferre, nec computare in suam legitimam, sed habet illud suum proprium l. omnimodo, §. imputari, C. de inoff. testamen. l. 1. §. sed an id, ff. de collat. bo. Bart. in d. l. §. nec castrense.

Si adhuc quęratur an filius teneatur conferre ea quæ male consumpsit; Resp. quod si filius nõ maiorem quantitatem insumpsit, quàm pater eius probabiliter contentus esset vt in suam sustentationẽ & honestas recreationes insumeret, etiã si aliqua ex ijs in ludo, vel aliter turpiter vt cum meretricibus impenderit nõ tenetur id conferre, quia pater inuitus in his non est quo ad sumptus, licet in alium vsum quàm à patre sit destinatus expenderit, nec hoc casu etiam meretrix vel lusor quod à tali acceperint, tenentur restituere; & idem si pater sit eius naturæ, vt licet nolit eum sic male insumere, postquàm tamen est insumptum, nolit eum teneri restituere sciens se fragili pecuniæ administrationem commisisse; si tamen voluntas absoluta patris esset, vt sic non consummeret, teneretur conferre, raro tamen euenit vt pater sic velit, nisi summa sit magna quam sic expendit, si tamen summa sic expensa magna sit attenta patris qualitate, & alimẽtorum fine, filius teneretur eam conferre, licet constaret patrem id remittere, nisi id acciperet in portionem de qua libere potest disponere, vel nisi fratres tantundem inordinate consumpsissent, quia sic locus esset compensationi, vt d. Molina d. tractat. 2. disput. 142. Sic si vnus ex fratribus debitum contraxit post mortem patris, non est soluendum de communi, nisi contractum sit ratione communis vtilitatis vel societatis, & in communem vtilitatem profectũ, vt nec dos debet solui de communi nisi sit versa in communem vtilitatem, & idem de condemnatione soluta pecunium post mortẽ patris, vt d. Silu. peculium, 2. q. 16. & 25.

Si præterea denuo quæratur an donata à patre filio sint conferenda. Respon. quod donatio simplex facta à patre filio emancipato est conferenda, l. vt à liberis in fi. C. de coll. Si vero fiat à patre filio in potestate existenti siue statim valeat, siue patris morte confirmetur, non est conferenda à filio, nec proinde assumẽda ab ipso in legitima eius portione. Excipitur vero vbi pater statuerit, quod conferretur, modo id statuerit quando donabat, vel antequàm donatio cõfirmaretur, secus si postquàm est effecta firma & irreuocabilis, secundo, excipitur, quando vnus filius tenetur conferre donationem ob causam, vel simplicem, tunc enim ne detur inęqualitas, hæc etiam est cõferenda, si tamen primo vna donatio esset facta ob causam, & huic duplex, simplex & ob causam, ob causam factã tantum conferre teneretur, vt æqualitas seruetur, l. illud §. penul. & fi. & ibi glo. vltima C. de collat. Couar. in cap. Rainaldus, §. 2. nume. 6. de testam. similiter donatio simplex facta à matre, vel auis maternis, vel auiæ paterna est cõferenda, exceptis casibus

ſibus duobus proxime excluſis iurib.cit. & docet Molina,d.tr.2.diſpu. 243.vbi in principio declarat quando donatio à patre filio facta, valeat vel ne, de quo dixi ſub. c. de donat. Quod ſi ſit donatio remuneratoria facta à parentib.erga liberos pro obſequijs ſibi magnis præſtitis, vel eorum induſtriam qua multa acquiſiuere, vbi alij filij paria non fecere, ſic enim pares eſſe deberent; In hoc euentu ſi quid parentes donant vni ex filijs qui ita meruit, non tenetur illud adducere ad partitionem bonorum, Bar.in tracta. de duobus fratribus, & in l. 1.§. nec caſtrenſe,ff.de collat.bo. Couar. in c. cum in officijs,num.11. de teſtamen.Nauar. in Man.cap.17.num.144.Silu.peculium 1.quæſtione 19.cum hæc donatio ſit ob merita,& ita remuneratoria, & gratitudinem præſeferens, modo donatio non ſit exceſſiua ſupra merita, & facultates; & ſi conſtat de meritis is tutus eſt in conſcientia, etiam ſi donatio ſit debita ſolum ex honeſtate morali, & hæc donatio,vt æs alienum deducenda eſt ex toto aceruo, & non ex parte tantum de qua pater poteſt libere diſponere, vt d.Molina,d.trac.diſp.244.

12 Diuiſio qualiter inter fratres ſit ſiẽda attẽtis diuerſis circũſtantijs.

Si adhuc inſtetur, & quæratur qualiter bona ſint diuidenda inter fratres,vbi vnus eſt negotiatus, & in ſimilibus euentibus, & ita an omnia ſint communicanda, vel ne. Reſpondetur quod aut de hac re loqui poſſumus de eo, quod actũ eſt patre viuente, & tunc ſi filius negocium geſſit cum pecunia patris, eo caſu aut lucrum totum prouenit ex ipſa pecunia, remota eius opera, vel ex ſola induſtria filij, quia bona illa non erant fructifera, vel illis pater non eſſet negotiatus per ſe vel alios, vel prouenit partim à pecunia patris partim ab induſtria filij, in primo caſu totum lucrum eſt patris, in ſecundo totum filij, nec communicandum,in tertio,eſt diuidendum penſata quantitate pecuniæ, & induſtria filij arbitrio viri boni, & prudentis, & in dubio eſt diuidendum, quia pecunia cenſetur profectitia, & induſtria aduentitia, & ſic inde quæſitum proprium filij, & ſic quoad eam partem nequaquàm communicandum, ita Barto. in tractat.de duobus fratribus in principio in l.prima, §. nec caſtrenſe, ff. de collat. bon. Nauar. in Man. numero 144.148. 161. deductis tamen expenſis in eius alimentis factis, niſi id lucrum patri donauerit, vt dicit Molina d. tractat. 2.diſput.234. Quod ſi pater mortuus eſt, & vnus ex fratribus viuens in communione aliorum cum pecunia hæreditaria negotiando lucratus eſt, ſic diſtinguendum, quod ſi id fecit nomine communi erit communicandum, ſi proprio nõ communicabit, l.titium & mæuium. §.alterum, ff.de adminiſt.tut. quod procedit pro rata induſtriæ,& pecunię,vt ſupra,& etiam ſi non ſit tutor, vel curator aliorum fratrum,quia ſic eſt communicandum, cum pecunia ſit communis,licet nomine proprio egerit, ſecus tamen ſi lucratus eſt ex pecunia emptionum iteratarum, & nomine proprio, id enim erit eius nec communicabit, quia pecunia redacta ex pecunia communi, ex induſtria alicuius, non eſt communis, vt ſupra,& idem ſi in prædictis, quis negotietur nomine eccleſiæ, vel minoris, l. ſi vt proponis. C. de rei vendic. tertio fallit,ſi inita ſit inter fratres ſocietas omnium bonorũ,ſic.n.communicantur omnia quæſita quomodocunque, labore, officio,negotio, dono, legato, hæreditate,ſtipendio militari,& huiuſmodi l.qui ſtipendia,C.de procur.vt & debita & dãna etiam condemnationum ſi ob ſocietatem ſint facta, non autem ſi ex maleficio alicuius, quia is tenebitur tantum, l.ſi fratres in principio,& §.ſi.ff.pro ſoc. pręſumitur vero contracta talis ſocietas cum expreſſo pacto contrahentium ſit l. 1.ff.pro ſoc.l.ea vero. eod. vel ſi ſocietas ſit facta in omnibus lucris, & damnis indifferenter. Bal.in l.ſi patruus,C.cõm. ver.iud.;Dec.in conſ.304. 2.vol. Tacite ſi fratres per decennium poſt mortem patris, ſimul vixerint, modo omnia lucra & damna communicarint, & rationes expenſarum non reddiderint, & omnes maiores ſint viginti quinque annis, quo caſu etiam dotes communicantur, nõ tamen lucrum ex furto factum. Bar. & Bald.in d.l.ſi patruus, C. comm. ver. iud.Dec.in cõſ.68. 1. volum.ſi vero vnus

sit maior alius pupillus non contrahitur talis societas, l. & in conductionibus, ff. pro soc. l. qui ad certum, ff. loc. Si vero maiores communicant tantum quęstus vnius artis, in illo solum pręsumitur cõtracta societas, & vbi adest societas omnium bonorum non respicitur quis plus lucratus sit vel ne, sed omnia communicantur; vbi etiam vnus tantum est negotiatus non autem pupillus, probabile est quod qui est lucratus salarium saltem habere debeat ad instar tutoris, vt & tenetur ad interesse pupilli si male administrauit, consentit his Siluest. verbo. peculium, 2. quæstio. 3. 4. 5. Quod si nescitur cuius nomine quis sit negotiatus, si continuauit negotium consuetum cum fratre defuncto, superstitibus eius filijs cum substantia indiuisa, vbi non est contracta etiam societas, videtur egisse nomine communi, ar. l. nam & seruus, ff. de neg. gest. si vero egit negotiationem insolitam, pręsumitur nomine proprio egisse, si aliud non appareat, vt d. Bart. in d. l. si patruus, nisi fuerit tutor, quia tunc vt supra, præsumitur egisse nomine communi, & vbi pecunia & cõmuni nomine quis negotiatur lucrum & damnũ sunt communia si exercuit consuetã negotiationem, secus si insolitam, quia sic ei est imputandum. Bart. in l. titius. ff. de adm. tut. Silu. d. verbo. q. 17. vel si sit tutor, quia potest lucrari pupillo non autem damnum irrogare, nisi id fiat seruatis seruãdis, de quibus tr. de tutore, Deo dante, dicetur, & idem si sit minor.

Pari ratione, si quæratur an emptum ex pecunia cõmuni, vel redactũ ex communi, sit commune Resp. quod si emit nomine communi est commune, altero ra tum habente, l. si ego, ff. de neg. gest. si nomine proprio, si ex pecunia propria est proprium & non commune, si vero ex pecunia communi, & emit nomine proprio est proprium quod emit, tenetur tamen reddere pecuniam respõdentem fratri, nisi sit tutor vel curator fratrum, quia sic res sit communis, l. 2. ff. quando ex facto tut. sed si dubitatur ex qua pecunia emerit, præsumitur quod ex propria etiam si non sit artifex, l. si defunctus, C. de arb. tut. si etiam dubitatur cuius nomine emerit, censetur in dubio emisse nomine proprio, l. magis de solut. Vbi vero maior administrauit bona minoris cõmuni nomine, tenetur hic ratificare per eum vtiliter gesta. l. Pomponius, ff. de negot. gest. non tamen male, imo maior damna ei illata dolo, vel lata culpa, emendare ipsi ex proprio tenetur pro rata l. hæredes, §. non tantum, & §. item culpæ. ff. fam. hercisc. lucrum tamen est commune si pecuniam communi nomine administrauit, l. socius socio, ff. pro soc. licet minor non approbet damna illata communioni, nec damnum compensatur cum excessiuo lucro in alia re, sed maior id sibi imputare debet. l. non ob eum, cum sequent. ff. pro soc. sed si pecuniam communem proprio nomine administrauit, secus est, l. si vnus, §. si vnus, ff. pro soc. potest tamen minor agere ad interesse quod hæc pecunia non sit administrata nomine communi glo. in d. §.

Quod si frater habet cum fratre hæreditatem indiuisam & societatem simpliciter omnis quæstus scilicet, non tenetur tamen communicare lucra prouenientia ex officijs publicis, & meritis personæ, sed solum prouenientia ex patrimonio & mercatura, l. cum duobus, §. si fratres. ff. pro soc. nec etiam communicantur legata, donationes, vel hæreditas vni delata, l. coiri, §. 1. 2. ff. pro soc. quia quod prouenit ex meritis personæ dicitur peculium quasi castrense, l. fi. C. de inoff. testam. sic sentit Spec. tit. de iudic. §. sequitur. Ver. quid si alter. Bart. in d. l. si patruus, & si dotatur filia vnius fratris debet computari in eius portionem, si ex bonis communibus id est actum, & idem de alijs expẽsis factis pro vtilitate vnius tantum, vt ibi d. Spec. quę intelliguntur modo non sit inita societas omnium bonorum, quo casu, vt supra, omnia communicantur, & hæc maxime locum habent quãdo vnus eorum est impubes, vel filij fratris impuberes, quo casu non potest dici contracta societas, vt supra, nec præsumitur donatio, maxime si & alter habet filios, cum non præsumatur velle suis auferre, & dare alijs. Bartol. in d. l. si patruus.

Quod

Quòd si duobus fratribus simul manentibus post mortem patris vnus de fructibus laborum suorum posuit in communi, alius non, fructus extantes sunt sui, nisi in eis sit contracta societas, si verò sunt consumpti, si simul cõuiuebant nõ habetur ratio illius excessus, si autẽ non erat inter eos cõuiuendi societas, vt quia vnus erat minor, monachus, vel furiosus, quo casu non contrahitur societas, tunc impensæ factæ pro alimentis non imputãtur inter fratres, nisi protestetur ꝙ non intendit donare. l. nesennius. ff. de neg. gest. vel nisi reditus communes sufficiant ad alimenta, & is conseruet fructus, vt plus vẽdat, vel si ex naturali charitate non tenebatur alere, sic enim non præsumitur suum donare. Bal. in l. filiæ. C. fam. ercisc. Bart. in l. cũ duobus. ff. pro soc. & idẽ si qui fecit impensas erat pauperior. not. in l. alimenta. C. de neg. gest. vbi Bald. vnde si vnus rusticus pauper multa propria posuit in domo pro alimentis, potest in diuisione id repetere, quando aliti non posuerunt operas correspondentes alimentis: vt dicit Bal. in l. si paterno. C. de neg. gest. in l. idem. C. de locat. modo in eis nõ sit contracta societas conuiuendi. Sic si vnus ex fratribus posuit lucra sua pro reparatione cõmunis patrimonij, vel emit animalia pro colẽdis agris communibus id potest repetere. l. ex duobus. ff. de neg. gest. Bal. in d. l. filiæ. C. fam. ercisc. modo emerit ex eo ꝙ communicare nõ tenebatur ratione cõmunis patrimonij, vel aliter, secus si emit ex lucro communicãdo, casibus, de quibus supra, quia sic cõmunia sunt communia, vt proximè dictũ est. Quòd si duo fratres habentes hæreditatem indiuisam simul viuunt in eadem mensa nulla contracta societate, & vnus lucretur quia artifex est, vel mercator, id lucrum erit eius præcipuum, nisi is absens fuerit & alij laborauerint, & expẽderint in colligẽdis fructibus cõmunibus, quia tenebatur cõtribuere ad expensas illas, & præstare eis salarium congruum pro laboribus arbitrio boni viri; & si expenderunt pro cõseruatione patrimonij cõmunis; illud deducent in diuisione, sic si vnus ex fratribus expenderit in militia, vel nuptijs suis, vel filię, id deducetur de eius portione non de bonis communib. l. filia. §. idem scribit. ff. famil. ercisc. nisi inter eos initum sit pactum, ꝙ id esset commune. Bart. in d. l. 1. §. nec castrense. & similiter si dat dotẽ filiæ, de eius portione est danda, nisi aliter conuentũ sit, vel nisi viuat auus, quia tũc ab eo est dotanda. l. profectitia. ff. de iure dot. Vbi verò fratres socij sunt omnium bonorũ, si vnus ꝓmittit aliquid sub pœna, & alius contrauenit, neuter eam incurrit. Bal. in d. l. filiæ. C. fam. ercisc. & si sunt socij omnium bonorum alter tenetur contribuere alteri filiam dotanti, & illi militanti, nõ autem si sunt socij simpliciter, idest omnis quæstus; & similiter si vnus dotauit filiam alterius scientis, & patientis, alter tenetur cõtribuere si oĩum sunt socij, aliàs si nõ sunt socij potest id repetere, vt qui vtiliter eius negotium gessit. Quòd si filius spurius cum legitimo societatem cõtrahit patre viuente omniũ bonorum, si legitimus pręmoriatur post mortem patris, hæreditas eius ad spuriũ transit. Bal. in l. 1. C. pro soc. & in tãtum in societate omnium bonorum, oĩa communicantur, ꝙ si vnus ex fratribus, vel socijs communicauit alij lucrum vsurarium, episcopus potest cõpellere fratrẽ ad restitutionem vsurarũ. l. quod enim. ff. pro soc. Bal. loco cit. Quòd si vxor alterius fratris lucratur, si laborauit in agris, vt alij eius familiæ, debet habere partem lucri, & diuidetur in capita, sed si exercet aliquam artem, vt obstetricis, si ponebat omnia lucra in communi, & pariter vir contracta est societas, quam mulier cum viro contrahere potest. Bal. in l. si vxorem. C. de cond. inser. & sic lucra erunt communia, sed si tenebat lucrum separatum, vel aliter constabat ꝙ nolebat societatem contrahere, tunc de operibus cõmunibus, & obsequialibus, q̃ fiunt à mulieribus in domo, vt lectũ sternendo, cibos coquẽdo, & huiusmodi, lucrum consequi non potest, cum operari teneatur in domo in qua recipit alimenta. Bal. in l. Gaio Seio. in fi. ff. de alim. leg. imò si desisteret ab his ob artem exercẽdam, pars talis lucri deberet communicari viro, & alijs fratribus arbitrio boni viri.

viri, nisi haberet alimenta iure legati, & per consequens nō teneretur operari in tali domo: vt dicit Bal. ibi. sed si vltra huiusmodi obsequialia exercēdo aliquam artem lucratur, potest id sibi vt propriū retinere, & communicare non cogitur, ꝙ facit ad cognitionem an, & quando vxor possit facere eleemosynam; & quod dicitur de vxore, intelligitur etiā de filiabus alterius fratris, excepto ꝙ acquirent patri, & illud lucrum erit eis aduētitiū. Quòd si quis decedat relictis quattuor filijs ei æqualiter succedentibus, quorum vnus habet duos filios aptos ad labores, alij non; si post mortem patris cœperunt communicare bona & lucra, intelliguntur tacitè societatē contraxisse: vt d. Bald. in l. si patruus. C. com. vtr. iud. & ab illo tempore citra, quò ad bona exinde quæsita, diuisio eorum est fienda per capita. l. si non fuerint. ff. pro soc. filij tamen paruuli non habebunt æqualem portionem cū patre, cum nulla bona communicarint, habebūt tamen sua salaria, quæ dicto tempore essent consecuti si cum alijs māsissent tūc tēporis, taxanda arbitrio bonorum virorum; ꝙ si pater eorum moriatur, dissoluitur societas cum patruis. l. adeò ff. pro soc. vnde si eo mortuo non contraxerint aliam societatem habebūt partem patris, vt supra, & sua salaria; sed si societatem contraxere cum patruis, bona ab eo tempore acquisita diuidentur per capita, & nō per stirpes, bona tamen eorum patris consequentur per stirpes. Quo verò ad fructus pendentes ex agris quos colunt, si boues erant communes, deductis expensis diuisio debet fieri in capita, & non in stirpes, detrahendo ex fructis primò omnes expensas, quę si factæ sunt æquali portione à fratribus, & nepotibus, æquali etiam portione debent deduci. l. fundus. ff. fam. ercisc. si etiam animalia sunt communia communicetur lucrum pro parte, pro qua sunt communia. l. per seruum. ff. de acq. rer. dom. reliqui verò fructus diuidantur per capita, ita ꝙ quilibet habeat suam portionem, scilicet patruus, & nepotes, quia societas respicit capita operantium. Bal. in add. ad Bart. in tr. de duobus fratribus. Quòd si frater gubernat bona communia cū fratribus paruis, non potest habere salarium, sed certa portio fructuum illi assignabitur. Bar. in l. eos. de tut. Silu. peculium. 2. per totū. qui licet in fine dicat, vbi vnus frater nullos habet filios, alius duos, qui laborēt possessionem communem, fructus debere diuidi æqualiter, tamen ꝙ supra est dictum, est æquius, nisi contraxerint omnium bonorum societatem, quia sic æqualiter diuident. Quòd si vnus fratrū ponit pecuniam, alius operas, & res pereat, si post operas præstitas res pereat, res perit ponenti, & idem sentit in omni casu Silu. societas. 1. q. 6. nisi pactum fiat ꝙ periculum sit commune, vt ibi dicit: de qua re actum est tract. de Vsuris. cap. de societate.

Quo demum ad modum diuidendi bona inter fratres, si res nō sit diuisibilis, iudex illā vni adiudicabit, & alteri æstimationem, & reliquas difficultates circa diuisionem dirimet. §. quædam. Instit. de act. §. familiæ. Instit. de offic. iud. l. item Labeo. l. antepen. ff. fam. ercisc. l. 2. C. qñ & quibus. lib. 10. l. 2. & 3. ff. fin. regund. Quòd si in hæreditate reperiantur priuilegia, & scripturæ communes, si vni sint prælegata, illi sunt danda, qui tamen alijs hæredibus publicum eorū transumptum dare debet, & cauere se in iudicio producturum originale, & extra, quoties cuiq; hæredum opus erit. l. Pomponius. in princ. & §. 1. ff. fam. ercisc. si verò nulli sunt prælegata, danda sunt maiori præstitis prædictis. l. si quæ cautiones. eod. si oēs sint pares, sunt danda aptiori, modo mulier non sit. l. procurator. vbi Doct. C. de edil. & si in oībus pares sint, sortiri debent quibus proueniāt, qui tantum sit eorum depositarius, vel deponi in aliquo monasterio. l. si q̄. fam. ercisc.

Facta diuisione inter hæredes, cauere sibi debent iudice mandante, vt inuicem sibi teneantur de euictione, & de æquando bona in tali euentu. l. hæredes. §. si. familiæ ercisc. quæ cautio licet non præstetur, adhuc de euictione tenentur. l. si familiæ. vbi gl. & Doct. C. fam. ercisc. nisi contrarium in pactum deducant. d. l. vbi gl. vt nec tenentur de euictione quando testator viuens illis bona diuisit. glo. in d. l.

d.l. nisi quod euincitur minuat alicui legitimam quia suppleri debet, vel nisi constet de contraria mente defuncti. l.si cogitatione. C.fam.ercisc. quod si error in diuisione contingat, vt quia vnus non attulerit quod debebat, iudex iubebit illud emendari debere. l.si soror. C.de collat. Molina d.tr.2. disp.245.

13 Adire debet hæres hæreditatem, vt & qn, & eius effectus.

Tertio loco, hæres ex officio debet hæreditatem adire, est autem adire hæreditatem velle eam, animo & facto, & suscipere ac agnoscere eam vt suam, vel eam acceptare, & profiteri se velle esse hæredem. §.fin. Instit.de hæred.qualit. Azo in summa. C.de iure delibe. & dicitur propriè aditio extraneorum, immixtio suorum cum sint quasi domini viuente testatore. §.extraneus. Instit.de hære.qual. l.in suis. ff.de lib.& posth.

Duplex est autem aditio, expressa cum verbis declaratur cum facto, vbi hęres se adire velle dicit, vel adiuisse, siue cogat à fideicommissario adire, quod potest, siue spontè adeat. §.in extraneis. Instit.eod.l. nam quod. §.qui compulsus. & l.cogi. §.generaliter. ff.ad Senat.consul. Trebel.l. eum qui. §.fi.de acq.hær. Tacita, cũ quis ea agit quæ hæredes solent nulla cõtraria protestatione præmissa. l.pro hærede. l.gerit. ff.eod. vt si institutus cum filio iusserit eum adire. l.si ego. l.si seruus. l.si ex sua. de acq.hær. si aliquid accipiat ex voluntate defuncti hæredi debitum. l.pro hærede. §.Papinianus. de acq.hær. vel si seruos hæreditarios manumisit. l. 1.C.de iure delibe. secus si agat aliqua q̃ ab alio etiam non hærede fieri possunt, vt si surripuit rem hæreditariam. l.cum bonis.de acq.hær.l.si quis extraneus.eo. si vt inquilinus, vel custos habitauerit in domo paterna. l.1.C.de rep.hær. si possideat rem vt emptor, vel socius viuentis patris. l.2. C.eodẽ.l.si pupillus. §.si in societate. ff.de acqui.hær. quod si ea agat quæ ab hęrede, & alio fieri possunt ad conseruationem hæreditatis, vel ob pietatem, si protestationem non præmisit, quod id nõ facit vt hæres, pro hærede gerere se dicitur, aliàs non, vt si patrem sepeliuit ei iusta fecit, iumenta hæreditaria pauit & distraxit, si fundos locauit, vel huiusmodi, vt saluæ res essent.

Aditio autem fit tantum hæreditatis defuncti non viuentis. l.1. ff.pro hære.l. opinione. C.eod. & tota est adeunda non pro parte, postquam est delata. l.1.& 2. l.si quis. l.duo sunt hæredes. de acq.hęr. vnde filius hæres institutus nõ potest repudiare hæreditatem legitima retenta. Castr.in l.hæres instituta. C.de impube. & ibi Cyn. cum sit vnita cũ alijs bonis.

Adire verò hæreditatem possunt, qui possunt hæredes instituí, modo contrahere possint, vnde pupillus sine tutore adire non potest. l.more. de acq.hær. nec cui bonis est interdictum nisi cũ authoritate curatoris, si ob prodigalitatem eis interdicuntur bona, non ob crimen. l.cũ quidam. ff.de admin.tuto. l.Manichæos. C.de hær.l.pen.ad leg.Iul.Maiest. & pater nomine infantis hæredis adit, vel alius. l.si infanti. C.de iure delib. l.infantis. C.qui admitti. Sindicus nomine ciuitatis. l.3. §.à municipibus. ff.de bo.posses. & si monachus hæres instituitur, hæreditas defertur monasterio sine eius aditione. Abb. & Io.And.in c.in præsentia. de probat. & mutus ac surdus adire possunt. l.mutum. de acq.hære. §.fi. Instit.de hær.qual. per procuratorem tamen adire non potest. l.per procuratorem. vbi gl.de acquir.hæred.

Aditio porrò expressa fit, cum quis sine actuali possessione de præsenti, & nõ de futuro dicit se velle esse hæredem. l. cum hæredes. de acq.poss. l.si sorori. C. de iure delib. l.serui electione. §.1.de legat.1. vnde mutus scriptura se gerere potest pro hærede, vel etiam nutu si scribere nescit familiaribus eius, qui norũt illius cõsuetudinem, ipsius animum significantibus, quod velit adire. l.nutu. de leg.3. l.octaui. vnde cogn. Bart.in l.mutum. de acq.hær. potest tamen quis dicere, si hæreditas soluẽdo est, adeo, sed nulla est aditio. l.cũ qui duobus. §.fi.de acq. hær. Metu etiam compulsus adire restituitur in integrum, nisi seruus sit, vel rogatus de restituendo, qui cogitur à iudice sine suo dãno adire. l.si metus causa. eod.l.3. §.inuito. de bon.poss. l.cum aliquis. C.de iure delib. §.1.de hære.qualit. potest & aditio fieri coram iudice, & sine eo, bonorum tamen possessio quæ fit causa

causa cognita, coram eo fieri debet. l.fi. C.qui admitti. Non potest tamen adiri hæreditas nisi sit delata .i. quando quis eam adeundo potest consequi, vt si solus vocetur, vel post alios ijs mortuis, vel repudiantibus, ita q; dum ex testamento adiri potest non succeditur ab intestato, & primò veniũt instituti, post substituti, tum coniuncti, & ab intestato proximio res. l.delata. de verb.sign. l.quandiu. de acquir.hęr. §.cum igitur. Instit. de bon. possess. l.quandiu.de acqui.hęr.l.2.§.defertur.de bon.poss.sec.tab.l.vnica.§.cum autē.C.de cad.toll.l.2.ff.vnde cogn. potest & adiri tempore feriato, & sub finē vitę, modo prescriptio non sit completa triginta annorũ spatio. Guid. decis.332.

Effectus demum aditionis est, vt aditione desinat esse hęreditas, sed bona defuncti dicantur patrimonium hęredis. l.1.§.veteres.ff.de acq.posses. & proinde hęres & hęreditas repręsentent defunctum, & eius ius & personā. l.hęreditas. de acq. rer. dom. & excipere proinde actiones ciuiles ex persona defuncti, & Et eas mouere. l.vnica. C.vt act. ab hęr. & cont.hęr. In criminalibus verò si lis cœpta non est, pœnales actiones nō dantur contra hęredem, nisi in quantum ad eũ peruenerit, si verò lis est cœpta, in solidum tenetur post agnitam hęreditatē. l. in hęredem. de calumniat. l.vnica. C.ex dol.def.in quant.hęr. ten. & vlterius tenetur in solidum creditoribus, & oneribus hęreditarijs si inuentarium non fecerit, & legatarijs non tñ his vltra vires hęreditatis, cum ij de lucro agant. §.hęres quoque. Instit.de oblig. quę ex quasi contr.l.fi.C.de codicill.l.fi.C.de iure delib. non potest tamen conijci in carcerē, si ad id defunctus tenebatur, sed alia via est procedēdum, nisi sit in mora, vel culpa.l.1.C.qui bon.ced.poss. Inuentarium etiam quò ad effectum spiritualem non transit in hęredē, quo verò ad robur con tractus transit, & quod pertinet ad probationem iuratam. Guid.Pap.decis.414. & si creditor adeat hęreditatem confunduntur actiones vtriusq;. l.1.l.si adulta. C.de hęr.act. nisi coactus sit adire, vt restituat, secundò, si conficit inuentarium, tertiò, si dominium alicuius rei competebat hęredi cōtra defunctum, hęc enim nō confunduntur. l.debitor. ff.ad Treb. l.fi.§.& si prefatam.C.de iure delib.Bal. in l.si vxor.de bon.auth.iud.possid. effectus etiam aditionis est, vt testamentum irritum non sit nullo adeunte. l.1.in fi. ff.de iniusto rupto.

14 Possessio hęredi vt sit tradenda, à quo, & quãdo.

Possessio etiam est tradenda hęredi à iudice qui ostendit testamētum nullum vitium continens, nisi incontinenti quis probare intendat eum hęredem nō esse, aliàs mitti debet in possessionem. l.2. & fin.C.de ed.diui Adr.toll. & similiter ab intestato is de quo constat legitimũ esse heredem, mitti debet in possessionem, & si plures tales sint, pariter mittēdi in eã sunt. Quòd si impubes in bonis patris, vel aui paterni succedat, & possessionem petat vel alius loco eius, & opponatur eũ non esse filiũ, summariè id cognosci debet, & si verisimili coniectura constet eũ filium esse, mitti in eam debet, dato fideiussore de restituendo si contrariũ probetur; quæ probatio differri debet donec is pubes sit, nisi vtilius ei sit, id tunc probare.l.1.& 3.per tot.ff.de carb.ed. l.1.& 2. C.eodē. quod intelligitur si petat solam possessionem, si enim etiam proprietatē poscat; causa est diligenter examinanda antequam in possessionem mittatur.l.3. §.missum.de carb.ed.l.j.C.eod. Hoc etiã priuilegium conceditur, si mater grauida maneat, & nomine vētris petat bonorum possessionem, licet ei opponatur illum esse adulterinum, vel eam non fuisse vxorem legitimam defuncti, modo verisimilis adsit coniectura, q; is sit legitimus filius defuncti. l.3. §.si mater. ff.de carb.ed.l.1.§.si ea. & §.generaliter. ff.de ventre in poss.mitt. & pupillus ali debet de illis bonis, nec tenetur restituere illa alimenta consumpta si probetur eũ non fuisse legitimum filiũ, nisi & probetur id malitiosè actum esse. l.fi.vbi gl. C.de carb.ed.l.qui de inofficioso.de inoff.test. & si is est institutus hęres a patre, nō habet locum priuilegium edicti carboniani.l.1.§.Pomponius.l.cũ fine. ff.de carb. ed. nisi quò ad dilationem controuersię de statu vsque ad pubertatem, si quis obijciat eum non esse filium.l.3.§.quamuis.& l.de bonis.de carb.ed. & etiam habet

bet locum cũ negatur filius matris, cui vult ex testamento, vel ab intestato succedere, vel qñ negatur frater eius cui ab intestato vult succedere. d. l. de bonis.

Quòd si controuersia hæredi moueatur circa hæreditatem, potest eam corã iudice petere. l. 1. 2. & 3. ff. de pet. hær. & dum de ea contenditur, legatarij nõ possunt petere legata à scripto hærede, nisi præstita illi cautione, creditores tamen credita petere possunt à quocunque possessore sine etiam cautione. l. fi. C. de per. hær. & hęc quæstio terminatur citatis citandis, & qui succumbit etiã ad fructuũ extantium restitutionem cum re tenetur si inde sit locupletior factus, cõsumptos non si bonæ fidei sit possessor, si malæ etiam de perceptis tenetur & consumptis. l. item veniunt. §. item non solùm. & §. fructus. cum seq. ll. ff. de pet. hær. l. 1. & 2. C. eod. l. fructus. l. certum. de rei vend. l. illud. ff. de petit. hæred.

15 Hæreditatẽ repudiare põt hę res, qũo, & quãdo, & eius effectus.

Quòd si demum hæres putat hæreditatem esse damnosam, potest illam repudiare. Est autem repudiare hæreditatẽ, nolle eam adire in extraneis, in suis abstinere, & oportet vt repudiatio legitima sit ꝙ multa concurrant. Primò, ꝙ is de cuius hæreditate agitur, mortuus sit. l. is qui hæres. §. si quis dubitet. de acq. hære. qui enim viuentis bona repudiauit, post mortem adire potest. l. qui superstitis. de acq. hær. Secundò, requiritur, vt sit delata, aliter nõ. d. l. is qui hæres. §. fi. Tertiò, vt sit persona legitima quæ repudiat, scilicet compos mentis, pater familias, maior viginti quinque annis, & suæ potestatis. gl. in l. is potest. de acq. hær. vnde furiosus, nec per se, nec seruum suum repudiare potest. l. qui seruum suum. eo. nec filius familias sine patre, nec pater sine filio ei delatam, sed vtrique requirũtur. d. l. is qui hæres. §. fi. l. placet. eod. nec impubes sine tutore, vel curatore, nec curator sine pupillo, sed vtrique possunt, vel adhibitis proximis, & iudice in cõsilium repudiationis. l. impuberibus. l. necessarijs. eod. l. tutor autem. de bon. poss. l. potuit. C. de iure delib. gl. in l. tutor autem. de bon. possess. nec hæres grauatus de ea restituenda, si substitutus eam adiri suo periculo poscat. l. quia poterat. ff. ad Trebell. l. sed & si. §. planè. & l. cogi. eod. per seruum dominus repudiare potest. l. 1. §. seruum. ff. de succ. ed. procurator tamen sine domini voluntate non potest. d. l. §. vnusquisque, nec is qui se gessit pro hærede, nisi vt minor restituat. §. extraneis. Instit. de hær. & qual. l. sicut. l. fi. C. de repud. hær. nec qui ex parte adijt, aliã partem repudiare potest. l. 1. & 2. l. si solus. de acqui. hær. nec filius hæres institutus potest repudiare hæreditatem, & retinere legitimam, vt nec id agere ab intestato, ob ius succedendi indiuiduum. Abb. in c. Raynutius. ad fi. de testam. & Guil. Ben. ibi. verbo, si absque. 2. nu. 48. vsque ad 56. nisi certa res titulo institutionis ei legata sit, vel nisi prius habeat certa bona ex cõtractu, potest enim reliquum repudiare. Aret in cons. 160. col. 16. Ias. in auth. vnde si parẽs. 2. p. C. de inoff. test.

Repudiatio fieri potest verbis, & re, verbis, vt si dicat, se repudiare, nolle adire, re, si hæreditatem patitur ab alio vt hærede occupari, vel si post cognitam eam delatam, intra annum non adeat nec repudiarit, & post annum moriatur, id ius non transmittit, si tamen viuit, temporis diuturnitate non submouebitur, nisi intra tempus sibi à iudice assignatum non adierit, vel repudiarit. l. recusari. de acq. hær. l. restituta. ad Treb. l. cum antiquioribus. l. quoniam. C. de iure delib. l. licet. C. eod. l. si curatoris. eod. tit.

Effectus repudiationis est, vt alius vocetur, nisi repudians ex alio capite veniat. l. 2. ff. vnde legit. l. quoties duplici. de reg. iur. l. in plurium. de acq. hær. l. legitimam. l. postquam. ff. de pet. hęr. cum distinctione tamen de qua in l. nec is. §. hæres. l. illud. de acq. hær.

Secundus effectus, ꝙ repudians liberatur ab omnibus creditoribus hæreditarijs. l. si pupillus. 1. & 2. l. pen. & fi. de acquir. hæred. l. si is qui bonis. eod.

Repudiatione facta non datur reuocatio, cũ renuncians in eo habeatur pro mortuo. l. 1. C. quando non pet. par. l. 1. & 2. C. si vt omiss. hær. nisi minor sit qui restituitur. dictis legibus. & l. 1. C. si minor ab hær. secundùm tempus. l. fi. C. de repud. hæred. & formam. auth. si omnes creditores. C. si minor ab hære. §. ad hæc quo-

quoque. auth. vt sponsal. larg. potest tamen filius suus sine restitutione reuocare abstensionem in vita, si non moriatur ante reuocationem, modo intra trienniũ reuocet, & res sit integra. i. res ab alio non agnita. Guil. Ben. in d. c. Raynutius. verbo, mortuo itaq; 2. nu. 127. cum seq. vbi nu. 144. notat quasdam exceptiones, quibus derogatũ est. l. fi. C. de repu. hær. Primò, si agat de hæreditate matris, vel lineæ maternæ, cuius repudiatio reuocatur tantum intra annum. Secundò, si q̃stio sit de filio emancipato. Tertiò, vt pater non possit repudiationem sui filij reuocare. Quartò, nec filio datur reuocatio, si renunciet suæ legitimæ. Quintò, nec reuocatur repudiatio, quæ inducit præscriptione. Sextò, nec si suo additus fuerit substitutus vulgaris. Septimò, nec si pater filium suum instituerit sub conditione, si voluerit: Octauò, datur tãtum triennium reuocationi, quando repudiatio sit perfecta. Vltimò, triennium tantum datur filio suo, si superuiuat, non si moriatur, quia id ius ad hæredes nõ trãsmittit. Hæc de officio hæredis.

16 Hæredis cõmoda quæ.

Quò ad alterum caput, quæ nam cõmoda hæredem consequantur, multa etiam dicuntur.

Primò enim honoratur titulo hæredis, quod honorabile est, cum inde vir bonus esse dignoscatur, vt suo loco est dictum.

Secundò, potitur bonis hæreditarijs, vt benemeritus de testatore.

17 Trebellianica vt possit detrahi ab hęrede quõo, qñ, & qñ nõ, & q̃ in ea imputent

Tertiò, fit vt testamentũ sustineatur, nec caducum fiat; ex non aditione hæredis, vt dudum est dictũ, & si grauatur alteri restituere hęreditatem, detrahere & retinere potest quartam partem bonorũ testatoris ex Senat. cons. Trebelliano. §. sed quia hæredes. Instit. de fid. hær. cum seq. ff. & C. ad Treb. c. Raynaldus. c. Raynutius. de testam. & idem facere possunt hæredes ipsius quando restitutio est fienda post mortem eo pacto grauati, iurib. prædictis, si tamen institutus sit in tota hæreditate, vel in quota, non aũt si quis sit institutus in re certa, vel aliqua quantitate, cum tũc legatarij loco sit. Couar. in c. Raynutius. §. 1. nu. 10. de testa. Guid. Pap. decis. 466. Abb. in d. c. Raynaldus. in vlt. col. Quòd si testator expresserit, vt hæres in vniuersam, vel quotam hęreditatis institutus, retenta re aliqua, vt fundo, vel certa quantitate, vt mille aureis, reliquũ restituat, si id vel integrã quartam, vel amplius cõtineat; nihil vlterius detrahere posset, nec actiones diuiderentur inter ipsum, & fideicommissariũ pro rata, sed integrę in fideicommissarium transirent, quia q̃ maneret apud grauatum haberetur vt legatum, & ideò onus hęreditarium non sustineret. §. si quis vna. Instit. de fid. hęr. l. 1. §. si hęres. & §. si is. ff. ad Treb. si verò id valorem integrę quartę nõ attingeret, tunc grauatus detrahere posset supplemẽtum ad integrã quartam, & quò ad id solum diuiderentur actiones inter ipsum & fideicommissarium. glo. in §. si quis vna. & §. si hęres. supra cit. Licet tamẽ hęres grauatus possit tempore restitutionis deducere trebellianicam, fideicommissarius tamen grauatus eandẽ tertio restituere, non potest eam detrahere. l. 1. §. denique. & §. inde Neratius. l. mulier. §. fi. ad Treb. Molina lib. 1. de primog. c. 17. nu. 30. si tamen hęres grauatus liberalitatem erga grauatum exercendo, eam non detraheret, potest fideicommissarius, vt rem sibi donatam eam detrahere. d. §. inde Neratius. vbi gl. & Doct. & vbi hęres eam non detraxit in dubio censetur eam velle donare, maximè si sit persona coniuncta grauato, quia tunc indubitatum est.

Et licet extraneus non possit retinere portionem sibi relictam, & etiam deducere trebellianicam, sed vna debeat esse contentus, aut supplementum quartę petere, si tamen filius, vel alius descẽdens rogatur hęreditatẽ restituere, cui debeatur legitima in bonis ascendentis, si grauatus sit simpliciter, & statim eam restituere, potest habere legitimam tantum, vel trebellianicam, si verò grauatur eam restituere in diem, vel sub conditione, vt si sine liberis decesserit, potest statim à morte testatoris detrahere legitimam, & tempore restitutionis faciendę etiam trebellianicam. Couar. in c. Raynutius. §. 11. nu. 5. Molina d. c. 17 nu. 4. & idem procedit quando ascendentes in diem, vel sub conditione hęreditatẽ restituere gra-

grauantur, duplicem enim portionem deducunt. Couar. loco prædicto num. 6. qui & ijs euentibus cum descendentibus possunt deducere falcidiam, & legitimā, quando legata, vel si fideicommissa particularia in diem, vel sub conditione sunt restituenda, licet id rarò locum habeat, vt notat Molina d. tr. 2. disp. 187.

Prædicta verò limitatur, quando portio legitima hæredibus debita est dimidium hæreditatis, iuxta Couarr. in d. §. 11. nu. 6. quia tunc probabile est, quod non deducatur falcidia, vel trebellianica.

Quòd si plures sint hæredes, quarta pars bonorum testatoris à simul grauatis restituere semel tantum deducitur. L. 1. ad Trebell.

Sunt tamen multi casus, in quibus trebellianica non deducitur. Primò, si testator eius deductionē prohibeat quod potest; vt de communi sententia testatur Couar. in d. c. Raynaldus. §. 3. nu. 6. de testa. Clar. lib. 3. sent. §. testamentum. q. 62. & satis est, quod id exprimatur verbis generalibus, quibus cōstet de mente testatoris: vt dicit ibi Clarus, vt si dicatur, tota hæreditas restituatur, totum patrimoniū, omnia bona, omnia & singula, quæcunque perueniāt ad talem, pleno iure perueniant. Guid. Pap. decis. 537. Clar. loco cit. & etiam probabile est prohiberi posse filijs primi gradus, vt sentit Molina d. disp. licet multi contrarium sentiant.

Secundò, non habet locum in fideicōmisso ad causam piam, nisi & hæres esset causa pia. Couar. d. §. 3. nu. 7. Molina loco citato.

Tertiò, non procedit si fideicommissum ita relinquatur, quòd alienari non possit. Molina ibid.

Quartò, si hæredi res certa sit pro trebellianica relicta. Bart. in l. in quartam. q. 4 ff. ad leg. Falc. vel si inter hæredem, & substitutum conuentum sit, vt vna re sit contentus, lex enim est seruanda. l. filium quem habentem. C. fam. ercisc.

Quintò, nec si hæres iam portionem illam detraxerit ex rebus restituendis, sed portio illa ad fiscum deuoluitur. l. rescriptum de his quibus, vt indignis. l. Paulus. ad Trebel.

Sextò, si princeps sit institutus, & grauatus restituere, si nil ei nomine quartæ est relictum, non solet eam petere, & si ei prælegatum sit factum, quod sit minus quarta, supplementum non petit. l. si legatus. §. fi. ad Trebell.

Septimò, qui coactus adiuit cum periculo fideicommissarij, omne emolumentum amittit. l. ita tamen. §. qui suspectū. & §. si præceptus. l. nam quod. §. qui compulsus. ad Treb. l. cogi. §. metianus. eod.

Octauò, nec institutus gratia eius cui debet restituere. Bald. in l. post mortem. col. 4. C. de fideicom. vt nec si filius alicuius sit institutus, & pater rogatus ei hæreditatem restituere, illam nō detrahit; licet reliqua quæ Senat. cons. Trebellia. sunt, in eo fideicommisso locū habeant, & ipse pater detrahat, si rogatus, & institutus sit. l. cū filio. de leg. 1. l. 1. §. si filio. ad Treb. Bart. in l. cogi. ver. si pater. eod.

Nonò, nec hæres grauatus de restituēdo hæreditatem; quam testator tenebatur alicui reddere. Barr. & Ias. in l. cogi. l. Marcellus. eod. modo eam detraxerit testator, vt supra est dictum initio.

Decimò, generaliter vbi non detrahitur falcidia, nec trebellianica. Bar. & Ias. loco cit. is qui tamen non fecit inuentarium eam detrahet. Bart in d. l. Marcellus. §. 1. Doct. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falc. & successor in patronata hæreditate pro quarta præsentabit. Gui. Pap. decis. 507. Nec etiam detrahitur vbi testator mandauit restitui plenam hæreditatem, vel quicquid ad eū pertinebat. Villalobos, verbo, fideicommissum. n. 55. cum communi. nec fideicommissarius eam detrahit secūdo fideicommissario, nisi quando hæres primus eam non detraxit. Duran. de arte test. tit. 5. caut. 28. cum communi.

Minuitur etiam trebellianica si testator velit hæredē certa re esse contentū; vel si in eā imputentur ab instituto percepta, amissa vel alienata. l. 3. §. res quæ. ad Treb. nisi perierint absque eius culpa, vel dolo. l. mulier. §. sed enim. eod. vt nec debetur trebellianica ex ijs quæ aliquis ex contractu possidet. l. pater filiam. ad leg. Falc. vt nec iura feudalia, & emphiteotica in quartam imputantur, quæ ex pactis matrimonialibus maiorum hæredi.

di competunt, nisi conuentum sit, vt im putentur, vel testator velit imputari. Alex. & Castr. in l. si patroni. ad Treb. l. cũ quo. §. 1. eod. l. si debitor. ad leg. Falc. & in summa, tantum quod percipitur iure hæreditario imputari debet. l. in quartam. ad leg. Falcid. l. filium quem habentem. C. famil. ercisc.

Quo porrò ad fructus an sint computandi in quartam. Resp. quando hæres grauatur hæreditatem restituere à certo die, vel sub conditione, fructus ante percepti, computantur in quartã, quam hæres detrahere debet tum de hæreditate, tum de fructibus ipsis, qui fructus si vsque ad quartam non pertingant, extrahit vsque ad integram quartam; si verò excedunt non restituit, sed ipsius est tale incrementum. l. in fideicommissum. §. planè. & §. quoties. l. mulier. §. si hæres. ad Treb. gl. in l. iubemus. C. eod.

Fallit nisi testator expresserit fructus restituendos, quia tunc sunt restituẽdi, deducta solùm quarta fructuum, & hæreditatis. d. l. in fideicommissariam. l. balista. ad Treb. & idem si tacitè præcepit fructus restitui, vt si apposuit dilationẽ temporis in quo hæreditas esset restituẽda in gratiam, non hæredis, sed fideicõmissarij. l. si ita relictum. §. Pegasius. de leg. 2. l. in fideicõmissi. §. cum Pollidius. de vsur. gl. in d. l. in fideicommissariam.

Si verò fructus sunt percepti post diẽ appositum restitutioni, vel cõditionem, vel vbi purè hæreditas est restituẽda, tũc si percepti sunt ex absentia, vel negligẽtia fideicommissarij, qui nõ petiuit, nec sunt restituendi, nec imputandi in quartam, sed præcipui sunt hæredis, & insuper trebellianicam ex hæreditate deducit. l. mulier. §. si hæres. ad Treb. gl. in d. l. in fideicommissariam. & in l. iubemus. C. eodem.

Fallit si fideicommissum relictum sit ecclesiæ, ciuitati in redemptionem captiuorum, vel alteri pio loco, tunc enim cũ dominium eius transeat in prædictos à puncto quo est restituendum. l. inter diuinum. C de sacr. san. eccl. pertinent fructus prædicti, ad prædictos, & nõ ad hæredem, licet non petantur, vel ecclesia sit absens.

Secundò, fallit, si fideicommissum restituendum sit minori vigintiquinq; annis, quia adueniente tempore restitutionis grauatus cẽsetur esse in mora ob priuilegium minoris, licet restitutio nõ petatur. l. 3. §. 1. de adim. leg. & ex eo puncto fructus fideicommissi pertinẽt ad fideicommissarium; & idem vbi fideicommissum ecclesiæ, vel pauperibus est relictum. gl. in §. ex maleficijs. Instit. de act.

Sic si hæres grauatus est in mora restituendi hæreditatem, ab eo puncto, quo incipit esse in mora, tenetur imputare fructus in quartam, & si quid superfit, restituere. d. l. in fideicommissariam. & gl. ibi. & glo. in l. iubemus. C. ad Trebell.

Vbi verò restitutio hæreditatis est factà, etiam si solo verbo, vel ipso etiam iure absque verbo, fructus percepti pertinent ad fideicommissarium in casibus, l. pen. C. ad Trebell.

Prædicta verò intelliguntur, nisi grauatus restituere hæreditatem sit de liberis primi gradus, quibus portio legitima debetur, quia fructus integri pertinẽt ad ipsum, nec eos tenetur cõputare in quartam, quam vlterius potest deducere, licet testator pcipiat, vt fructus restituat, nec illos retineat. d. l. iubemus. Couar. in d. c. Raynaldus. §. 11. n. 4. & 8. de testam. nisi esset in mora restituendi hæreditatem, quia ab eo die teneretur restituere fructus perceptos. Couar. ibid. Molina d. tract. 2. disp. 187.

Quartum commodum est, quod vbi hæredes instituti de numero ascẽdentium, vel descendentium non sunt, quibus legitima portio debetur, vel veniãt per codicillum, vel testamentum, vel ab intestato, si hæreditas ita exhausta sit legatis, vt nõ remaneat quarta pars eius hæredi, potest ex ipsis illam detrahere, vel supplementum ad illam, & si vltra quartam eis aliquid superest, tenentur integra legata soluere, sic habetur. ff. & C. ad legem Falcidiam. 18 Falcidia, quãdo possit detrahi ab hærede, quõ, & quãdo non, & quid in ea imputentur.

Quòd si multi sint instituti hæredes, detrahere possunt quartam prędictã detrahẽdo à legatis supplementũ ad quartam, quę inter illos est diuidenda pro rata hæreditatis in qua quisque eorum est institutus, & si vnus eorum solus grauatus est

tus est soluere legata, à parte hæreditatis sibi relicta, cõputatis legatis quæ soluere est grauatus, reseruare sibi potest quartam partem, detrahendo pro rata à legatis, ꝙ necessarium est ad eius complementum. §.& cum. Instit. ad leg Falc. Et licet hæredes computare tenẽatur in quartam id omne ꝙ titulo institutionis hæredum eis à defuncto est relictum, si tamen titulo legati aliquid eis est relictum, computare non tenentur, sed accipere possunt complementum vsque ad quartam detrahendo illud pro rata à legatis tã sibi, quàm alij debitis. l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. Silu. legitima. §.2. gl.& Abb. in d.c. Raynutius.

In deducẽda verò falcidia habetur ratio ad bonorum defuncti quantitatem tempore eius mortis, si enim augeantur ex fructu pecorum, vel industria seruorum, pertinent ad hęredes vltra quartã, vt & decrementum si contingat. §. quantitas. Instit. de lege falcid.

Et nedum deducitur falcidia ex legatis, sed etiam ex donatione causa mortis. l. si quis. C. ad leg. Falcid. l. 2. C. de donat. causa mortis. & etiam ex donationibus, quæ morte tantum confirmantur, vt factæ à coniugibus inuicem, & huiusmodi. l. in donationibus. C. ad leg. Falc. gl. in auth. ex testamento. C. de collat.

Sunt tamen aliqui casus, in quibus nõ detrahitur falcidia.

Primò, quando testator conscius modi sui patrimonij expresse prohibuit eã detrahi. auth sed cum testator. C. ad leg. Falcid. §. hinc nobis. auth. de hær. & falc. & in dubio præsumitur scire vires sui patrimonij: vt ibi dicit gl.

Secundò, quando legata sunt ad pias causas. auth. similiter. C. ad leg. Falcid. §. si autem. auth. de eccles. tit. nisi institutio hæredis sit etiã causa pia, vt ecclesia, vel monasterium, quia tunc à legatis pijs potest falcidiam detrahere. argum. l. sed & si. de excusat. tutor. Abb. in cap. in præsentia. num. 37. de probat. Silu. legitima. q. 9.

Tertiò, cum res legata in perpetuum alienari prohibetur. auth. sed in ea re. C. ad legem Falc. §. fi. auth. vt spons. larg.

Quartò, cum seruis libertas, vel quid in eorum libertatem legatur. §. fi. Instit. de lege Falc. in testamento tamen militis falcidia habet locum. Silu. legitima. q. 5. §. fi. auth. de hær. & falc.

Quintò, vbi hæres inuentarium non confecit iuxta formam supra præscriptam, & etiam si legata vires hæreditatis excedant, tenetur ea soluere. §. sancimus. §. si verò. auth. de hæred. & falcid. auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. l. fi. §. sin autem. C. ad legem Falc. modo quo supra alibi.

Sextò, si à iudice monitus intra annũ non mandauerit executioni testantis voluntatem, & insuper potest priuari hæreditate, nisi sit ex numero eorum quibus legitima portio debetur. §. his igitur. cum sequen. auth. de hæred. & falci. vbi etiam disponitur, qui tunc succedãt. auth. sed cum testator. C. ad legem Falcid. cap. Raynaldus. de testamen. quæ tamen est lex pœnalis, & ideò non habet locum nisi post latam sententiam, vt nec alij casibus pęnalibus, de quibus casu 8. & alibi: vt dicit Molina disputat. infra citat. in fin.

Septimò, vbi hæres gnarus virium hæreditatis à principio aliquibus integra soluit legata, non enim potest ab illis, vel alijs falcidiam detrahere, etiã si fuerit ignarus iuris, nisi ignorantia fuerit facti, quia post apparuerint debita, & huiusmodi. §. non autem. de hæred. & falc. nisi ex gratia illis eam remiserit: vt ibi dicit Bart. In foro tamen conscientiæ, vbi ex iuris ignorantia, quis soluit integrum legatum, vbi potest falcidiam detrahere, legatarius id incrementum retinere non potest si sciat se contra eius voluntatem retinere, licet non petatur. Molina d. tr. 2. disp. 213. tametsi, & contraria opinio possit sustineri, cum ignorantia iuris excuset à damno, non tamen lucrum afferat. l. regula. ff. de iuris, & facti ignor. primum tamen est tutius.

Octauò, si hæres aliquid surripuit, vel negauit de bonis hæreditatis. §. hinc nobis. ver. sancimus. auth. de hær. & falcid.

Nonò, si alicui legetur instrumentũ, vel scriptura de re, cuius erat is iam dominus. l. prædiorum. C. ad leg Falc. nec de prædijs dotalibus, vel instrumentis. l.

lineam margaritarum. ad legem Falcid. nec si æs alienum totam euacuet hæreditatem, cum tunc legata nō debeantur. l. 1. §. si quis. l. item queritur. de dote præleg. nec in alijs casibus enumeratis per glo. in l. testamento. C. ad legem Falcid. in §. hinc nobis. auth. de hæred. & falc. in §. fin. Instit. de lege falc. in c. Raynaldus. verbo, beneficio. & in c. si. de testam.

Nec etiam vbi testator dicit, quòd integrè legata soluantur. Ias. in l. cū quis. num. 5. C. de iuris, & facti ignor. testans de magis communi.

Deducitur autem falcidia per hæredem, non per legatarium, licet fideicommisso grauetur, nisi partem quam hæres ex eius legato habere debebat, illi cedat, quia eam capit ex persona hæredis non legatarij. l. in singulis. l. lex falcidia. §. nunquam. ff. ad legem Falc. l. pœnales. §. 1. eodem. Bart. in §. 1. auth. de hæred. & falcid. & eam detrahit etiam hæres hæredis qui decessit ante solutionem legatorum, & fiscus succedens in locum hæredis à quo vt indigno hæreditatem abstulit. l. quanquam pater. C. ad leg. Falc. l. 2. C. eod. l. 3. §. fi. ad Trebell.

Quo verò ad modum extrahendi, primò, de bonis omnibus, quæ testator reliquit deducitur totum æs alienum, tum impensa funeris, & pretium seruorum manumissorum, in reliquo ratio habetur vt vna pars remaneat apud hæredē, tres inter legatarios distribuātur pro rata pro qua cuique eorum legatum fuerit. §. cum autem. §. hæc verba. Institut. de lege falcid. & §. constat.

Insuper extrahitur quicquid in confectionem inuentarij, vel insinuatione testamenti, vel alia ratione causa hæreditatis est expensum. l. fin. §. in compensatione. C. de iure deliber. quibus extractis, si reliqua de quibus fas est extrahere falcidiam, vel non, excedant quantitatem hæreditatis, ab omnibus simul sumptis detrahitur pro rata excessus, vt supra. §. fin. Institut. de lege Falcid. Silu. legitima. quæst. 10. Tum detrahuntur legata omnia à quibus non licet sumere falcidiam, & sumpto reliquo bonorum defuncti, ab eo detrahitur quarta pars hæredibus ipsis debita, reliquum pro rata distribuitur inter legatarios, iuxta proportionem legati ad legatum, vt supra. Silu. loco cit.

Non imputatur verò in quartam falcidiam hæredi, quòd prælegatorum nomine à cohærede acceperit, nisi ideò ei est factum vt integra legata persoluat, sed tantum quæ iure hæreditario percepit. l. quod autem. l. in quartam. l. nesennius. ad leg. Falc. vel q̄ cœpit causa conditionis implendæ à cohærede, vel legatario, vel statulibero, quia mortis causa cœpit, non hæreditario iure. l. id autem. ad legem Falcid. nec imputantur etiam fructus ex re legata percepti. Bar. in d. l. in quartam. num. 33 vbi & distinguit docens quæ imputentur in quartam dicēs, quòd hæres capit ex bonis defuncti extra testamentum [illegible] imputat in quartam imputabit, ali[illegible] ex testamento, si capit iure hæ[illegible]tario imputatur, si iure legati, tunc aut [illegible]gatur sibi à legatario, & nō imputat[illegible], si verò à cohærede, & tūc quò ad ipsum cohæredem, & totum imputatur, quo verò ad alios. si legata fuit pecunia, vel corpus non hæreditarium, & non imputatur. Aut est prælegatum, & tunc si sibi est prælegata pecunia hæreditaria, & iussus sibi retinere, vel detrahere, totum imputatur, vel cohæres est iussus dare ei pecuniam hæreditariā, & tunc sibi pro parte hæreditaria imputat; si verò est prælegatum corpus hæreditarium, tunc vel detrahit falcidiam ex voluntate defuncti, & imputatur in quartam portionis hæreditariæ, aut contra vel præter voluntatem, & tunc computatur tota portio hęreditaria. Aut hęres id obtinuit causa conditionis implendæ, si legatarius possidet ita quòd ab hærede conuenitur, imputatur in quartam quod pertinet ad dantem non quò ad alios, sed si ipse hęres possidet & conuenitur, aut est datum à statu libero, & tunc imputatur modo de quo in l. in quartā. vel ab extraneo, & tunc nullo modo imputatur in falcidiam, quò ad dātem, vel alios. Aut id obtinetur in vim modi, & computatur in quartā, vt & id quod capitur in vim pretij, & similiter legata inutilia quę non sunt soluenda, imputantur, vt & fructus pendentes tempore

mortis

mortis testatoris, & accessiones. l. in ratione. ad legem Falcid. postea tamen nata & fructus percepti sunt hæredis, vt & decrementa, & vlterius quartam habebit, ideò non imputantur l. quod de bonis. §. fructus. l. Paulus. l. in ratione. eodẽ. de peculij verò incremẽto quid iuris sit habetur in l. cum quo. ad legem Falcid. nisi sint fructus rerum in diem, vel sub conditione legatarum, qui medio tempore veniunt in computationem. l. circa legem. l. qui quadringenta. §. qui ducenta. ad legem Falcid. & de alijs huiusmodi, quæ in quartam imputantur, vel non videndum latè apud Doctores in d. l. in quartam.

Ideò verò est introducta Falcidia, vt sit qui adeat hæreditatem spe præmij, quòd reipublicæ vtile est. l. vel negare. ff. quemadm. testam. aper. & quia hæres se supponit periculo, & laboribus, ideò lucro & præmio compensari debet. arg. l. secundùm naturam. de reg. iur.

19 Transmissio hęreditatis quã do fiat ab hærede, quomodo & qñ nõ.

Quintum commodum hæredis est, quòd quandoque hæreditatem, & ius suum ad proprios hæredes trãsmittit. In quo aduertendum, quòd si hęres conficiens inuentarium, vel deliberans de adeundo moriatur intra annũ ante aditam hæreditatem delatam, & ante apertas tabulas ius adeundi transmittit ad suos hæredes, etsi sit extraneus, & non suus, non autem si moriatur post annum, nec si ignorans sibi delatam hæreditatem moriatur. l. 1. C. de ijs qui ante apert. tab. l. cum antiquioribus. l. quoniam sororem. C. de iure delibe. & ibi Ias. & alij, hac tamen distinctione adhibita. Primò, quòd hæres suus hæreditatem nõdum aditam ad se ex defuncto attinentem, cuius est suus hæres, transmittit ad quoscunque suos hæredes, modo illam viuens non repudiauit. l. apud hostes. C. de suis & legit. hæred. l. si fratris. C. de iure deliber. cum is censeatur quasi dominus patre viuente. §. sui autem. Instit. de hæred. quæ ab intest. excludendo tamen emancipatos, & filios comparatione matris, & ascendentium per lineam maternam, cũ non sint in potestate eorum, & ob id in hoc censeantur extranei. §. cæteri. Institut. de hæred. qual. cum seq. Couarr. in regula possessor. 2. par. §. 5. num. 3. idque procedit etiam si moriatur antequam adeat, vel repudiet, quia adhuc est verus dominus eorum bonorum; quòd si hęres suus à patre instituatur sub conditione potestatiua, trãsmittit adhuc legitimam suã portionem ad quoscunque hæredes, licet hæreditatem non adierit, incrementum verò non transmittit, vt nec emancipatus filius, vel institutus à matre sub ea potestatiua conditione, transmittit iure sanguinis in suos descendentes incremẽtum, cui tale grauamen potuit apponi, nisi ante mortem adierit hæreditatem, vt nec extraneus institutus transmittit iure deliberandi talem hæreditatem nõ aditam.

Habet verò hæres suus prætereà respectu creditorum defuncti priuilegiũ perpetuum, vt possit se abstinere ab hæreditate defuncti, vel illam repudiare, ita quòd dum hæreditatem nõ adijt expressè, vel tacitè se ei immiscendo, potest semper, dum à creditoribus conuenitur, illã repudiare, sed si adiuit potest ab ijs conueniri, & interim quòd nõ adit, non potest cõdemnari, iudex tamen potest illi tempus præfigere quo adeat, vel repudiet, quo transacto, censebitur repudiasse.

Habet & aliud priuilegiũ hęres suus, quod post hæreditatem repudiatam, conceditur ei beneficium, vt possit reuocare repudiatonẽ, & iterum adire, & si post annos ętatis vigintiquinque repudiauit, conceditur ei solùm triennium id reuocandi, nisi bona ex magna parte iam sint alienata, quia sic non conceditur reuocatio, sed si ante vigesimumquintum annum ętatis repudiarat, conceditur ei reuocatio repudiationis vsque ad vigesimũnonum annum ætatis suæ expletum per restitutionem in integrũ, licet bona sint alienata ante vigesimum quintum annũ, sed si intra id tempus nõ sint alienata, solùm septennio sequenti conceditur illi reuocatio, modo bona hæreditatis magna ex parte alienata non sint. l. si. C. de repud. hæred. hoc tamen ius non transmittitur ad hęredes si suus interim moriatur; nec suus reuocare potest renunciationem postquam fuerit vigintiquinque annorum, si ei datus sit substitutus

vulgaris. Ius tamen adeundi hæreditatem non suis, & se immiscendi quòd cōpetit hęredi suo, amittitur si quis bona fide tāto tempore quo aliorum bona pſcribuntur possideat ea sua putans cum titulo, vel sine. Quòd si hęredes hi ignorent ea bona ad se iure hęreditario pertinere, & qui vult pręscribere conscius eius rei eos non admoneat, vt si velint, hęreditatem adeant, vel ei se immisceant, nullo tempore in foro conscientię, vel exteriori ea pręscribet, maximè si illa possideat, ob malæ fidei possessionem, alijs iustè ius suum ignorantibus: Si verò ij hæredes sciant ius sibi competens ad ea bona, vel qui in eorum defectum succedere debet, in culpa non fuit eos non admonendo, quia id ignorabat, vel erat absens, potest spatio triginta annorum illa pręscribere, & tuta conscientia potest ea retinere. Quòd si quis simul esset hęres ex testamento, & ab intestato, vt contra eum pręscribatur ne alterutra via succedat, requiritur spatium sexaginta annorum, nisi is qui vtraque via poterat succedere, sciens & prudens vtrunque ius sibi competere, absolutè hęreditati renunciet, censetur vnumquodque ius renunciare, si verò ignoret vtrunq;, altera via potest succedere. Couar. in regula possessor. 1. parte. §. 4. num. 5. vt & cum vna via alij succedit, si prius alteri renunciet, sequenti nondum extanti nō censetur renunciare. l. 1. §. sed videdum. ff. de success. ed.

Iure etiam sanguinis transmittitur hęreditas ex l. vnica. C. de ijs qui ante aper. tab. vbi statuitur, quòd hęredes omnes descendentes, siue sui sint siue non, hęreditatem ex suis ascendentibus per lineam masculinam, vel fœmininam ad se pertinentem nondum aditam transmittant, non ad quoscunque suos hęredes, sed tantum ad suos descendentes, idque siue illam non adierint, quia ignorarent ad se pertinere, vel alia ratione, modo eam non repudiarint, idque siue ex testamento, vel ab intestato hęreditas ad eos pertineat, etiam si sint emancipati, non autem transmittunt eam ad suos ascendentes, collaterales, vel alios hęredes extraneos. glo. in d. l. vnde filius emancipatus carens descēdentibus eam paternam non aditam, non transmittet ad matrem, maternam verò etiam nō, emancipatus ex hoc capite, nec ex pręcedenti transmittit ad patrem, cum comparatione matris de cuius successione agitur non sit suus hęres. Et hęc potestas transmittendi competit etiam filijs illegitimis naturalibus, quò ad portiones in quibus succedunt suis ascendentibus, & quò ad spurios, quò ad portiones in quibus succedunt matribus, & èconuerso legitimi parentes eam transmittunt in filios illegitimos nondum aditam, vbi ex pręscripto legis ipsi illis habent succedere. Quòd si ascendens aliquis reliquerit hęreditatem descendenti sub conditione in futurum pendente, quę modus non sit, si descendens moriatur ante conditionem impletā, hæreditatem ad suos descendentes non transmittit. l. vnica. §. fin autem. C. de cadu. toll. pręter tamen legitimam portionem, quam ad descendentes transmittit, cum ei onus imponi non possit. Molina d. tract. 2. disput. 180. qui & remissiuè tractat quid iuris quando est datus vulgariter substitutus.

Hoc verò ius transmissionis iure sanguinis, nisi spatio triginta annorum cū bona fide, de qua supra, non præscribitur.

Ius etiam deliberandi transmittitur, vt initio est dictum. ex l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. vbi decernitur, quòd omnibus hęredibus tam descendentibus, quàm extraneis cōceditur annus à die scientię hęreditatis sibi ex testamento, vel ab intestato delatę, vt eo anno deliberare possint an velint adire, vel repudiare, quia si interim moriantur hęreditate non adita, nec repudiata, eam transmittunt ad quoscunque hæredes etiam extraneos cum facultate illam adeundi, vel repudiandi donec annus compleatur decurrens prioribus à tempore scientiæ delationis huiusmodi, quo transacto si nec per priores, vel posteriores hæredes adita sit, ipso iure deuoluitur ad hæredes ab intestato prioris defuncti, vel ad substitutos ab eo in testamento, si tamen primus hæres decedat ignorans,

ignorans, quòd hæreditas illa ad se pertineat, quia deliberare non potest, non transmittitur ad hæredes suos, sed prioris defuncti ab intestato, vel substitutos, nisi ex capitibus antedictis eam transmiserit. d. l.

Et hæc transmissio fit etiam si hæres intra annum non petierit tempus ad deliberandum d. l. & vbi eam transmittit, id fit cum facultate, vt etiam hæredes illam possint repudiare. l. si quis filium. §. 1 ff. de acquir. hæred. quòd si quis erat absens causa reipublicæ, vel aliàs iustè, & ignorabat ad se hæreditatem pertinere, & eam ideò non adiuit intra annum, vel tempus concessum, conceditur ei & eius hæredibus, si is mortuus sit, vt eam possint adire. l. Pomponius. de acqui. hæred. l. 1. ex quibus causis maior. sic si minor vigintiquinque annis decedat hæreditate non adita, conceditur hæredibus eius restitutio in integrum. Ex l. tamen, fi. § & hæc quidem. C. de iure delibe. statuitur, vt iudices nouem tantum menses concedere possint semel tantum hæredibus ad deliberandum, qui & potest id tẽpus arctare si nouerit breuius sat esse. argum. l. itaque. ff. de iure deliber. Et ita l. cum antiquioribus. partim est sublata à l. fi. partim non; si enim à iudice nõ præfigatur spatium nouem mensium ad deliberandum, licet post nouem mẽses hæres, ante tamen annum expletum, moriatur, hæreditatem transmittit, sed si spatium id ei præfigatur, elapso eo censetur adijsse hæreditatem, ideò eam tacitè aditam transmittit; absolutè tamen l. illa fin. minuit tempus transmissionis, quando nouem menses à iudice præscriberentur: vt dicit Molina d. disput. 180.

Excipitur tamen à prædictis casus. l. si infanti. C. de iure deliber.

Bonorum tamen possessio non adita non transmittitur. l. emancipata. C. qui admitti. & ibi latè Decius.

Hæreditas porrò adita, cum effecta sit sua, vt ius suum ad suos hæredes trãsmittitur. Molina ibi in princ.

20 Hæredis onera q. Quo demum ad tertium caput, hæres ex titulo hæreditario, subit onera hæreditaria, scilicet ad æs alienum defuncti persoluendum, & legata implenda, ac alia iuxta modos supra explicatos.

Is quoque cauere debet ne casus incurrat quibus hæreditatem amittat. Et primò, ne hæres institutus, vel ab intestato succedens eum interficiat cui succedere debet, sic enim hæreditatem amittit, & fiscus succedit; imò & si culpa, vel negligentia eius is moriatur, eam amittit; primum patet à fortiori, secundum probatur in l. indignum. ff. de iis quibus, vt indign. & probatur etiam primum in l. fin. §. fin. ff. de bon. damnat. l. Lucius. ff. de iure fisci. Gomez. tomo I. variar. resolut. cap. 3. num. 51. & si ex pluribus hæredibus, vnus sit in culpa prædictum interficiendo, portio eius non ad cohæredes, sed ad fiscum spectat, nisi defunctus accepto vulnere parcat interfectori, & testamentum non mutet, vel eum hæredem instituat, tunc enim ad interfectorem spectat. Gomez. ibi. l. fin. C. de reuoc. donat. & idem, vt supra est in patre interficiente filium, & èconuerso, & hæreditas acquiritur fisco. Molina lib. 1. de primogen. cap. 9. nu. 22. nec potest interfector instituere interfectum, vt inde aliqua eius bona ad ipsum deueniant, vt nec ei ab intestato succedere, vt si quis interficit vxorem ex qua habet filium qui succedit matri, mortuo filio pater ei non succedet in bonis talis vxoris, sed pertinerent ad fiscum bona illa etiam si hæres instituatur, vel legatarius. l. Lucius. ff. de iure fisci. l. cum ratio. §. fin. ff. de bon. damnat. delictum tamen patris eo casu non est impedimento filio, quominus succedat matri, & eo casu vsufructus ad filium non patrem pertinebit; & prædicta arbitror procedere etiam in foro conscientiæ, quia id non est simplex pœna, sed reddit titulum vitiosum, ac proinde hominem à principio inhabilem ad talem rem acquirendam, quo casu non potest iustè detineri. arg. cap. 1. de reg. iur. in 6. 21 Hæreditas quibus casib⁹ amittatur.

Secundus casus est, cum is cui quis succedit, occisus est, nec interfectores authoritate publica puniri facit, is enim hæreditatem amittit fisco, sic tamen distinguendo, quòd si is opera, vel consilio alicuius de sua familia interfectus sit, scien-

ſciente hærede, tenetur hæres nō ſolùm antequam adeat hęreditatem, & petat bonorum poſſeſſionem, ſed etiam antequam aperiatur teſtamentum, intentare accuſationem, & expectare vt puniatur, aliter amittit fiſco hęreditatem, ſi tamen hęres moriatur tranſmittit hęreditatem ad ſuos hęredes, & ex illa mora nullum detrimentum legatarijs, vel alijs prouenit. l. 3. §. quod ad cauſam. cum ſequent. ff. ad Sillanian. l. ſi ea. & l. penult. C. de ijs quibus, vt indig. ſi verò ignorat eum interfectum ab aliquo ex familia non incidit in pœnam. d. l. 3. §. ſi quis ignorans. & idem eſt ſi ſciat ab ijs eſſe interfectum, ſed per imperitiam, vt in ruſticis eſſe ſolet, hęreditatem adeat, vel teſtamentum aperiat, iuribus prędictis, vt nec ſi conſtat quis ex familia occiderit, & ob fugam, vel alia ratione vindicta de illo ſumi non poſſit, tunc enim ſatis eſt intentare accuſationem quo acto poteſt adire hęreditatē, & poſſeſſionem petere. l. ſi ideò. C. de ijs quibus, vt indign.

Quoties verò quis palam occiſus eſt ab aliquo de familia, oportet expectare vindictam ante aditam hęreditatem, ſi verò occultè quęſtio eſt habenda de familia torquendo ſeruos, & de delicto inquirendo, & ſi ſufficiens confeſſio habeatur de delicto eſt expectanda vindicta, ſin minus ſtatim poteſt adiri hęreditas, vt & ſi accuſatio ſit intentata, & per iudicem loci ſtat quominus reus condemnetur, vt & ſi iudex reum abſoluat, etiā ſi hęres non appellet, cum fecerit quod in ſe eſt. l. propter venenum. §. fin. ff. ad Sillanian. Sed ſi reus à iudice damnatus appellaſſet, hęres ante aditionem proſequi tenetur appellationem vſque ad finem cauſę. l. minoribus. C. de ijs quibus, vt indign. minor tamen vigintiquinque annis poteſt adire, nec tenetur accuſare interfectorem, nec poſt tenetur accuſare. gl. in d. l.

Quòd ſi is cui eſt ſuccedendum interfectus ſit non ab aliquo de ſua familia, ſed extraneo, poteſt hęres adire hęreditatem, & ea potiri, tenetur tamen accuſare interfectorem, & proſequi cauſam vſque ad vindictam, aliter vt indignus amittit hęreditatem fiſco, & tenetur eam reſtituere cum fructibus perceptis à tempore quo id ſciuit, & negligens fuit in accuſatione intentanda, & vindicta petenda. l. hęredem. ff. de ijs quibus, vt indig. l. 1. C. eodem. quòd procedit etiam quando patronus ſuccedit liberto occiſo. l. portiones. ff. de ijs quibus vt indig. l. 1. C. eodem. & quando ex pacto aliquo vir dotem vxoris mortuę lucratur. l. cum mortem. ff. de iure fiſci. excuſat tamen à pœna ignorantia, impotentia, minor ętas, & alia, de quibus ſupra, etiam hoc caſu, ſi tamen ſcientia adueniat, vel impotentia tollatur, incidit in pœnam niſi accuſet, & accuſationem vſque ad vindictam proſequatur. l. cum fratrem. C. de ijs quibus, vt indig. filius tamen interfectoris, ſi ab interfecto ſit hęres inſtitutus, vel ab inteſtato ei ſuccedat, vt filius matri, non tenetur patrem ſuum accuſare. argum. l. filius. ff de cond. inſtit. & idem ſi pater interfectoris eſſet hęres interfecti.

Non eſt verò tempus pręfixum, quo hęres interfectorem accuſare teneatur, ſed tenetur id facere quamprimum cōmodè poteſt, aliter amittit hęreditatem. l. 1. C. de ijs quibus, vt indign. & ſi dum non eſt in mora, alius pręueniat & accuſet, non priuatur hęreditate. l. ſororem. C. de ijs quibus, vt indign.

Quòd ſi hęres poſt accuſationem intentatam parcat interfectori, idque iudici pręſentetur qui admittat, non amittit hęreditatem, quia iudex ex officio proſequitur cauſam, licet mitius puniat.

Tertius caſus eſt, ſi accedit ad vxorem illius in cuius bonis ſuccedit, quòd de legatis etiam eſt clarum. glo. in l. ſororem. C. de ijs quibus, vt indig. & fiſcus ſuccedit.

Quartus caſus eſt, ſi aliquem teſtari prohibuerit, amittit enim eius hęreditatem fiſco, vt aliàs eſt dictum.

Quintus, ſi inſtitutus in aliquo teſtamento hęres, falſi illud accuſauit, & perſecutus eſt accuſationem vſque ad vltimam ſententiam, & pronunciatum eſt verum, quia amittit hęreditatem fiſco, vt indignus, qui tali teſtatori ſuccedat.

l. poſt

l.post legatum. ff.de ijs quibus, vt indig. l.polla.l.alia causa.C.eodem.vt si frater institutus cum extraneo, falsi accusaret testamentum, vt succederet ab intestato, & diceret non esse testamentum fratris, si tamen destitit à lite etiam si lata sit aliqua sententia diffinitiua, à qua alter appellarit, non incidit in pœnam, si non expectat vltimam sententiam. l.alia. C.eodem. l.cum maior. §.accusasse. ff.de bon.liber.sic minor accusans excusatur à pœna etiam lata vltima sententia per beneficium restitutionis in integrum.l.post legatū.§.ætati. ff.de ijs quibus,vt indig. Et nedum hæres institutus incidit in pœnam accusans proprio nomine,sed etiam vt procurator,vel aduocatus;nisi id ageret, vt tutor, vel curator minoris,vel vt aduocatus regis, vel procurator fisci, quia non incidit in pœnā. dicto §.ætati.§.si tutor. Institut.de inofficio. testam.

Sextus, quando quis constitutus est hæres,& palam, vel occultè promisit testatori hæreditatem, vel partem eius restituere illegitimo filio, vel alij, qui non poterat succedere in bonis testantis, & fiscus succedit, vt supra aliàs est dictum, modo ibi explicato.

Septimus, si quis mente captus sit, & hæres curam illius vt decet, nō habeat, amittit enim hæreditatem fisco, nisi extraneus aliquis facta hæredibus protestatione, curam illius habeat, sic enim hæreditas ad ipsum extraneum spectat, vt supra est dictum, cum de exhæredatione ageretur.

Octauus, cum quis captiuus detinetur, & hæredes negligentes fuerint in eo redimendo, & is in captiuitate moriatur, sic enim amittunt hæreditatem, qua captiui sunt redimendi, vt loco citato est dictum.

Aduertendum tamen in communi, quòd in omni casu, vbi fiscus succedit tenetur ad omnia debita defuncti, iuxta vires hæreditatis. l.non possunt. ff.de iure fisci. & ad omnia legata relicta. l.dicitur. de iure fisci.l.cum fisco.ad Sillan. dummodo ei remaneat quarta pars hæreditatis, aliter eam potest ex legatis detrahere, vt supra est dictum. l.Marcellus. §.fin. ad Trebellianum.

Secundò, aduertendum, ꝙ cum prædicta hæredibus, vt indignis sint in pœnam iniuncta, quę ante sententiam non subitur, posse hæredes eam adire, & tuta conscientia frui, donec cōdemnentur, & bona fisco, vel alteri applicentur: vt d. Molina d.tract.2. disp.178. Ego tamen exciperem primum casum, & fortè etiā tertium, quartum, & sextum, cum initium ibi sit vitiosum.

Cauere demum debet quilibet ne se gerat pro hærede, si non sit sed alius, si enim bona fide id egit, restituere tenetur vero hæredi in vtroque foro id solùm ꝙ ex fructibus perceptis extat, & quatenus ex ijs consumptis est factus locupletior, & similiter quò ad bona hæreditatis solum tenetur restituere ea quæ ex illa extant, & vt cōsumptis factus est locupletior, vel illam & fructus cōsumpserit dilapidando ea, vel luxuriosè viuendo, vel alio modo. l.sed & si lege. §. consuluit. & §.quod autem. l.illud quoque.§.in bonæ.ff.de petit. hær. cum ignorantia illum iusta excusarit; sed si is credens ad se hæreditatem pertinere, antequam illius possessionem occuparit, latius consueto expendit, nō potest id plus extrahere ex hæreditate cuius possessionem post occupauit, quia licet occasione hæreditatis illa expenderit, censetur tamen ea non de hæreditate, sed de suis proprijs bonis expendisse. d.l.sed & si lege. §.si quis re. & si is plura donauit ex hæreditate bona fide possessa, quo donatarios sibi obligauit ad antidora, non dicitur ob id factus locupletior, nisi ob id aliquid ei redonetur. d.l. § consuluit. vnde si post restitutam hæreditatem legitimo hæredi aliquid ei à donatario redonetur, tenetur id legitimo hæredi restituere; quòd si res hæreditaria, vel ex fructibus eius donata adhuc extet, vendicare eam potest legitimus hæres, vt ad se spectantem, & etiam exigere potest à donatarius inde factus sit locupletior; si tamen bona fide possidens, bona etiam fide inde aliquid vendidit, & alius bona fide emit pretium succedit in hæreditate loco rei venditæ. l.quod si in diem. §.fin. l.si & rem, & pretium. l.sed

22 Hæreditatem quā non debet adiens ad quid tenetur.

& si lege. ff.de petit.hæred. sed si legitimus hæres velit, vt qui vendidit rem redimat, tenetur id efficere pretio quòd accepit, vel minori si possit, non tamen maiori de suo. Molina d.tract.disp.246. qui & remissiuè d. an emptor eam rem teneatur vendicanti restituere.

Bonæ etiam fidei possessor restituere tenetur legitimo hæredi res omnes quę extabant tempore litis cõtestatæ,& fructus omnes,tunc & post existentes, & id ex quo locupletior fuerat effectus ex rebus hæreditarijs,& fructibus; quia tunc cessat bona fides,& etiam si tempore latæ sententiæ in aliquo factus est locupletior id restituere debet. l.si à domino.§ quo tempore.l.sed & si lege.§.si ante litem.l.si quo tempore. de pet.hæred. & tenetur ipse & eius hæres, etiam ad fructus si quos inde commodè poterant percipere, & non perceperunt sua negligentia, vel culpa, & similiter earum emptores scienter post litem contestatã, vel si alio titulo acquisiuere,res cum fructibus.l.1.& 2. C.de pet.hæred. si tamen casu fortuito quid ex rebus, vel fructibus pereat sine eius culpa, ad id non tenetur,cum sic domino pereat. l.illud. ff. de petit.hæred.

Nomine verò fructuum intelligitur quod remanet, deductis omnibus expensis factis in ijs colligendis, conseruãdis, & etiam actis antequam colligantur, & iusto pręmio pro industria, & labore apposito.l.si à domino.§.fi. ff.de pet.hęred. Couar. lib.1. var.resi.c.3.nu.3.

Aduertendum præterea,hæreditatem nec ab eo qui bona fide possidet pro hęrede, nec vt tentor eius aduersus legitimum hęredem pręscribi nisi spatio triginta annorũ. l.hęreditatem. C.in quibus nõ obijcitur longi temporis pręscriptio. & l.hęreditatis. C.de petit. hęred. cũ tamen qui alio titulo quàm pro possessore eam possidet, vt emptionis, pręscribat decem annis inter pręsentes, & viginti inter absentes, nisi quando is qui hęreditatem vendidit non comparet, & illam vendidit modico pretio, vel si fiscus eam vendidit, vel quando emptor sciebat ad alium pertinere, vel eum qui vendidit non posse vendere, vel si emit à furioso, sic enim non pręscribitur consueto tempore aduersus hęredem eam legitimè petentem. l.nec vllam.§.omnibus. l.etiam. §.quid si quis. & §.si quis sciens. ff.de petit.hęred. glo.in d.l.hęreditatem. si tamen qui pro hęrede possidet,iusto errore credidit se esse hęredem pręscribit aduersus legitimum hęredem totam hęreditatem,& bona immobilia, decennio inter pręsentes, & viginti annis inter absentes, & triennio immobilia, si verò mala fide quis possidet hęreditatem sciens ad alium pertinere,tenetur eam integrè restituere cum omnibus fructibus perceptis, consumptis, siue illis factis sit locupletior, vel nõ, & etiam quos percipere potuit, & sua culpa,vel negligentia non percepit, & idem de illo qui mala fide aliquid inde emit, vel alio modo accepit, deductis expensis in fructibus colligendis, & conseruandis, vt supra. l.sed ea lege. §.quod autem.§. de eo.§.si autem.l.si à domino.§.fin.l.illud. §.prędo.ff.de petitio.hęredit. l.2.C. eodem. cum fructus percepti ad eam pertineant, & eam augeant. l.item veniunt. §. fructus. l.illud. §.prędo. de petit.hęreditat.

Quòd si post litem aduersus eum contestatam casu fortuito, & sine sua culpa bona aliqua hęreditatis pereant tenetur illa restituere, secus si ante, & absque eius culpa. l.illud. de petit. hęredit. si tamen eodem modo fuissent peritura apud hęredem, in foro conscientię ad restitutionem ante latam sententiam non teneretur etiam post litem contestatam.

Si verò is malę fidei possessor aliquid de rebus hęreditarijs vendidit, tenetur, si extent, & legitimus hęres eas malit quàm pretium, eas redimere, & restituere, licet maiori pretio sit redempturus quàm vendiderit, & legitimus hæres potest id ab emptore vendicare, cui venditor de euictione tenebitur, quòd si id non extet, vel deterius sit factum, tenetur ei de integro pretio,quantum in litem iuratum fuerit, id valere. l. si possessor. §.fin. ff.de petit. hęredit. Molina dicto tract. secundo, disputatione 246. in fine.

Et

Et ex his, ad laudem Dei Opt. Max. Beatissimæ virginis Mariæ, & omnium sanctorum impositus sit finis tractatui vniuerso testamentorum, & vltimarum voluntatum. Decentiani. Die 13. Augusti. 1596.

De Vitijs oppositis commutatiuæ iustitiæ, & primo de Homicidio quod committitur circa inuoluntarias commutationes. Cap. LXIII.

Videnda quæ habentur infra in expositione decalogi, vbi de Homicidio agitur, & de casib. reseru. casu. 13.

SVMMARIVM.

1 Occidere aliquem potest sola publica potestas ordine iuris seruato, aliter nulli id licet, nec etiam mutilare nisi id infirmitas poscat.
2 Membrũ sibi abscindere an aliquo casu liceat.
3 Patres an possint filios verberare, & quomodo.
4 Carceri tradere reum publica potestas potest & quid de alijs.
5 Carceratus quid possit vel non.
6 à Carcere liberare quis possit.
7 Iniuria illata in personas alijs coniunctas sit grauior, & quomodo.

De peccatis aliarum iniuriarum, quæ in personam committuntur. Cap. LXIIII.

D.Th.2.2. q.65.

1 Occidere aliquẽpõt sola publica ptãs ordine iuris seruato, aliter nulli id licet,

Prima propositio. Publicę potestati licet ex bono communi aliquem iuxta ordinem iuris neci tradere, & membro priuare, & etiam abscindi ex voluntate ęgroti ad vitam seruandam, quando membrum aliquod naturali morbo fuerit corruptũ, & reliquo corpori noceat; extra quos casus, nec publica nec priuata authoritate etiam de consensu illius qui mutilandus est, potest quis seipsum vel alium membro priuare, probatur, primum. Ex. 21. secundum in c. si quis à medicis. 55. dist.

nec etiam mutilare, nisi id infirmitas poscat.

Ratio primi, nam qui potest in casu occidere, potest & mutilare, sed persona publica est talis, ergo.

Ratio secundi, nam naturalis ratio dictat, licere partẽ amittere ob totius conseruationem, ergo.

Ex his colligitur, quod non licet ob agonem carnis vitandum, vel aliud quod liber bonum spiritnale consequendum membrum à se abscindere, ex Cõc. Nic. in d.c. si quis à medicis, & Arelaten. 2. c. 7. & canone, 22. 23. ap. quia non ferro, sed animo tentatio est superanda, vt d. hic D Tho. ad 3. & hęc explicat Aug. li. vn. de virg. c. 23. 24. & Bas. op de virginitate Couar. lib. 1. var. res. c. 2. nu. 8. lib. 2. cap. 1. num. 11.

In casu tamen liceret sibi membrum abscindere, vt si quis haberet manum alligatam ferro, & ignis illum esset consumpturus, vel hostes irruerent, quos aliter vitare non liceret, nisi manum sibi abscindendo, id esset licitum, vel si à canibus detineretur, vel si domi inclusus ab hostibus interficiendus tenetur, potest cum periculo fractionis membri se per fenestram dimittere, alias non, nec etiã si tirannus minetur mortem nisi quis sibi manus præscindat, cum is metus ab extrinseco, non intrinseco proueniat. An autem is incurrat irregularitatem, alibi cadit sermo, & si quis iniuste aliquem membro priuet, tenetur ad omne damnum quod inde is patitur, & operas quas inde amittit. Abb. in c. 1. si. nume. 5. 6. de iniur. Nau. in Man. c. 15. nu. 19.

2 Mẽbrum sibi abscindere an aliquo casu liceat.

Secunda propositio. Patribus licet verberare filios, & dominis seruos, si moderate id fiat probatur, Prou. decimo tertio, qui parcit virgę, odit filium suum, & c. 23. & Eccles. 33.

3 Patres an possint filios verberare, & quomodo.

Ratio, nam verberatio spectat ad faciliorem, & promptiorem correptionem, quam patres possunt in filios exercere, & domini in seruos, vt qui in eis habent aliquam authoritatem, ergo. Non tamẽ licet eos immodice & vsq; ad necem verberare, nisi patres publica fungantur potestate, & eorum delictum id poscat.

Sin

In verberando quoque prædictos prudentia est adhibenda, aliter enim sunt corrigendi liberi, aliter serui, aliter ingeniosi, aliter stulti, vt inquit Sen. libro de Moribus, & de hoc late agitur in tract. de educatione liberorum, & maritus etiã moderate potest vxorem verberare, & ex causa, vt d. Aragon hic.

An vero prædicti incurrant excommunicationẽ verberando filios clericos, pertinet ad materiam de excommunicatione, c. si quis suadente, & explicat luculenter Aragon hęc, quæ tr. de excommunicatione ego abunde examino.

4 Carceri tradere reũ publica ptãs potest, & qd de alijs.

Tertia propositio. Publicę potestati licet aliquem incarcerare, probatur. Leuitic. 24.

Ratio, nam quod fit mediante iustitia ad coercendum malos, licitum est, id est carcer, ergo.

Notãdum pro intelligentia, quod carcer potest sumi dupliciter, primo pro loco publice destinato ad puniendos malefactores, secundo, in solam detẽtionem, primo modo, soli potestati publicæ licet aliquem carceri mancipare, secundo, et parentes id possunt, & quicunq; priuati, si aliquis se vellet præcipitare, secundo, carcer potest considerari, vt pœna, secundo, vt custodia rei ne fugiat, donec causa expeditur, primo modo, non potest quis carcerari nisi post causam plene discussam, secundo sic si probabiliter creditur aliquem crimen commisisse, maxime si subest suspitio de fuga.

Et licet non possit priuatus aliquem incarcerare, si tamen quis furem detineat ad necessariam bonorum recuperationem id licet; potest etiam licite detineri qui vellet se occidere, vel alium iniuste & carcerari à priuato donec periculo prouideatur; si vero alia peccata vellet committere, non potest detineri nisi ab habentibus illius curam, nisi forte ad horam, vt d. hic D. Tho. ad 3. potest etiam quis ad pœnitentiam agendam, facere se includi in carcere, c. illo, c. qui vere 16. quæst. 1. Abb. in c. veniens, de regul.

Regulariter tamen priuatus non põt aliquem incarcerare, etiam pro manifesto crimine, alias capite punitur & est lęsor maiestatis l. omnes, C. de cohort. lib. 12. l. vn. C. de carcer. priu. nisi ad detinendum seruos ne fugiant, vt ibi. d. gl.

Cedens etiam bonis regulariter non potest carcerari Abb. in c. lator. de pign. nisi ea alienet in fraudem creditorum, vel si quando contraxit sciebat se non fuisse soluendo cum in culpa fuerit. Bar. in l. alia causa, §. eleganter, ff. sol. matr. secus vbi non est in culpa, nec habet in bonis, nec speratur quod alius cum sit liberaturus, Et cum carcer quędam vis sit, si quis apud hostes est captiuus, cum careat libertate, non potest contrahere, vel testari, l. eius, ff. de testam. Si vero detinentur in carcere iniuriose, si quid contrahit cum detentore, contractus est rescindendus, l. qui in carcerem, ff. quod met. causa, vnde etiam renuntiatio beneficij ecclesiastici in manibus eius facta est rescindenda, vel saltem is potest appellare, vt dixi tract. de resignatione. Rebuff. in praxi ben. c. de renunt. si vero contrahit cum alio, valet, nisi adhoc detineatur c. dominus de sec. nupt. & sic idẽ est de matrimonio, & ibi potest testari, l. metum, §. sed licet, ff. quod met. causa. si vero iuste ibi detinetur, si est damnatus pœna capitali, nil potest agere cum sit effectus seruus pœnæ, & eius bona veniunt ad succedentes ab intestato, auth. bona dãnatorũ, C. de bo. damn. nec etiã disponere ad pias causas, Io. And. in c. 2. de vsur. in 6. de quo supra, Si vero nõ est dãnatus capite, potest cõtrahere, d. l. qui in carcerem, obses etiam proprie non potest testari, vel contrahere, l. obsides, ff. de testam. cum amittat libertatem, vt si ciuis datur pro securitate principi, secus si vna ciuitas datur pro securitate alij, vel vnus nobilis alij, & dicitur carceratus etiam qui custoditur in publico, Bar. in d. l. qui in carcerem.

5 Carceratus quid possit vel non.

Liberare vero à carcere potest iudex ex mero officio eum quem videt sine causa retentum, vel ad nullius instantiam. Bar. in l. si quis vxorem, l. si fugitiuum, ff. de furt. & interim is debet visitari à iudice, & operari vt habeat necessaria, l. 3. C. de ep. Aud.

6 à Carcere liberare qs possit.

Quarta propositio. Peccatum aggrauatur ex eo, quod prædictæ iniuriæ inferuntur

7 Iniuria illata in p

sonas alijs cõiunctas fit grauior, & quõ. feruntur in personas alijs coniunctas.

Ratio, nam quo iniuria in plures redundat, eo fit grauior, sed sic est quando infertur in personam alteri cõiunctam, ergo, potest tamen euenire, quod iniuria illata in personam nulli coniunctam, fit grauior, & inde peccatum, vel ob dignitatem personæ, vel magnitudinem nocumenti.

Not. vt d. hic Gaiet. coniunctos dici, consanguineos, & affines, vt pater filius gener, maritus, vxor, patronus, familiares, & etiam quicunque amici.

Tunc vero dicitur peccatum grauari quando fit in personam alij coniunctã, cum eius iniuria transit in alios, alias secus, & quando circumstantia notabiliter grauat alios, etiam si nõ mutet speciem, est necessario confitenda, vt si quis occidat hominẽ familiæ valde necessarium, vt d. Aragon hic.

De peccatis oppositis iustitiæ in quibus nocetur in rebus, & primo de furto. Cap. LXV.

Videnda sunt quæ habentur infra in expositione decem præceptorum, in præcepto furti.

SVMMARIVM.

1. Iudicare nemo potest eum qui sibi non est subditus.
2. Iudex debet iudicare secundum allegata & probata.
3. Iudex sine accusatore, vel infamia publica non potest aliquem condemnare.
4. Iudex non potest pœnam iuris relaxare, nisi princeps sit.

De peccatis oppositis commutatiuæ iustitiæ quæ consistit in verbis, in quibus læditur proximus, & primo de ijs quæ pertinent ad iudicium. Cap. LXVI.

D. Th. 2. 2. q. 67.

1 Iudicare nõ põt qs nõ subditum.

Prima popositio. Nemo potest iudicare eum qui non est sibi subiectus.

Secunda propositio. Iudex potest iudicare contra veritatem quam nouit priuate, ob allegata & probata, adhibita debita diligentia. 2 Iudex debet iudicare, &c.

Tertia propositio. Iudex non potest aliquem condemnare, nisi adsit qui accuset, infamia tamen publica habet vim accusatoris. 3 Iudex sine accusatore, &c.

Quarta propositio. Iudex inferior nõ potest licite pœnam relaxare, princeps vero sic. 4 Iudex nõ potest pęnam, &c.

De hac materia videnda quæ late habentur, trac. de iudice circa prædicta.

SVMMARIVM.

1. Accusare tenetur quis cũ peccatum est in reipublicæ pernitiem, & potest probari.
2. Accusatio debet fieri in scriptis.
3. Accusatio quomodo fiat iniusta.
4. Accusator deficiens in probatione, tenetur ad pœnam talionis.

De pertinentibus ad iniustam accusationem. Cap. LXVII.

D. Th. 2. 2. q. 68.

1 Accusare tenet, &c.

Prima propositio. Cum peccatum vergit in reipublicæ pernitiem, & potest probari, tenetur quilibet accusare, alias nõ, vel si non potest probare.

Secunda propositio. Accusatio debet fieri in scriptis. 2 Accusatio quo, &c.

Tertia propositio. Accusatio redditur iniusta ob calumniam, tergiuersationẽ, & præuaricationem: 3 Accusatio quo, &c.

Quarta propositio. Accusator deficiẽs in probatione, tenetur ad pœnã talionis. 4 Accusator, &c.

De hac materia videnda quæ dixi, d. tra. de iudice, c. de accusatore.

SVMMARIVM.

1. Reus non potest veritatem negare in his in quibus ordine iuris interrogatur.
2. Accusatus iniuste quomodo se possit iuste defendere.
3. Reus potest appellare, nisi calumniose id agat.

4 Reus

4 Reus damnatus neci iniuste an se possit defendere, & quid si iuste.

De vitijs contra iustitiam ex parte rei. Cap. LXVIII.

D. Th. 2. 2. q. 69.

1 Reus non pōt, &c.

PRima propositio. Reus non potest absque mortali veritatem negare in his quæ ordine iuris interrogatur, in alijs potest silere.

2 Accusat' iniuſ. &c.

Secunda propositio, Accusatus iniuste non potest calumniose, nec mendatiose defendere, sed potest prudenter euadere.

3 Reus pōt appel. &c.

Tertia propositio. Potest reus per appellationem iuste iudicium declinare, non autem si calumniose id agat.

4 Reus dānatus &c.

Quarta propositio. Condemnatus ad mortem iuste non potest se defendere, secus si iniuste, nisi timeatur scādalum.

De hac materia videnda quæ habentur d. tr. de iudice, c. de Reo.

SVMMARIVM.

1 Testificari quando quis teneatur.
2 Testes duo vel tres sufficiunt.
3 Testimonium alicuius quandoque repellitur.
4 Testimonium falsum est mortale.

De iniustitia ad testes pertinente. Cap. LXIX.

D. Th. 2. 2. q. 70.

1 Testificari qn̄, &c.

PRima ꝓpositio. Homo tenetur in manifestis, & his de quibus infamia præcessit, testimoniū ferre, secus in occultis, nisi in quibusdam casibus.

2 Testes duo, &c.

Secunda propositio. Duorum, vel trium testium testimonium sufficiens est.

3 Testimoniū, &c.

Tertia propositio. Testimonium alicuius sine eius culpa quandoque est repellendum, vt in pueris, inimicis, &c.

4 Testimoniū falsū est, &c.

Quarta propositio. Falsum testimonium semper est peccatum mortale.

De hac materia videnda quæ habentur late, d. tractat. de iudice, capit. de testibus.

SVMMARIVM.

1 Aduocatus quando patrocinium pręstare teneatur.
2 Aduocare qui non possit.
3 Aduocatus vt peccet in eius officio.
4 Aduocatus an pro officio mercedem recipere possit.

De Iniustitia in iudicijs ex parte aduocatorum. Cap. LXX.

D. Th. 2. 2. q. 71.

1 Aduocat' qn̄, &c.

PRima propositio. Aduocatus tenetur causæ pauperum in casu necessitatis patrociniū pręstare.

2 Aduocare qui nō possint.

Secunda propositio. Aliqui à legibus ab aduocando arcentur, vt pueri, furiosi, surdi, muti, cęci, religiosi extra causas religionis, nisi in casu, infames infideles, &c.

3 Aduocat' vt peccet in ei' &c.

Tertia propositio. Aduocatus peccat si iniustam causam defendat, & tenetur ad restitutionem si scienter id agit, secus si inscienter.

4 Aduocat' an pro officio mercedē, &c.

Quarta propositio. Aduocatus potest iuste pro suo patrocinio pecuniam accipere, si moderate & iuste id fiat.

De hac materia, videnda quæ habentur, d. tr. de iudice. c. de Aduocatis.

SVMMARIVM.

1 Contumelia vnde dicatur, quid sit, & quale peccatum.
2 Contumelia vitanda & eius mala.
3 Contumelia proprie consistit in dictis, extense in factis.
4 Honor vt differat à fama.
5 Honor qualiter alicui auferatur.
6 Contumeliosus ad quid teneatur.
7 Contumelia an sit peccatum mortale.
8 Contumelia an sit sustinenda, & an quandoque repelli possit, & à quibus.
9 Contumelias repellendo quid liceat vel non.
10 Contumelia oritur ex ira.

De ver-

De verborum iniurijs extra iudicium, & primo de contumelia. Cap. LXXI.

D. Th. 2. 2. q. 72.

1 Cõtumelia vnde dicatur, & quid sit & quale peccatũ.

NOtandum, quod contumelia dicitur à cõtumeo, quasi verbis tumens ira ex superbia ꝓlata, & significat dehonorationẽ per verba principaliter factam, secundo, per signa culpam importantia, vt si quis palam fur dicatur opprobriose, & differt à conuitio, ꝙ significat culpam vel pœnam, vt si quis appelletur fur, vel cæcus, licet hæc sæpe confundatur, & vnum pro alio sumatur, & differt etiam ab improperio, eo enim quis dehonorat proximum, obijciendo ei in præsentia, non culpam, sed defectum denotantem minorationem, vel egestatem, aut egentiam, vt si quis alteri commemoret beneficium ei factum necessitatem patiẽti, vel si quis alium vocet pediculosum, fame mortuum, quodque mortuus esset si ei non subuenisset, quod est peccatũ graue si proferatur in grauibus aĩo dehonorandi, vel minuendi honorem, sic enim est mortale, quod si non intendatur dehonoratio, si tamen tale id ingeratur ex se, est mortale, nõ autem si proferatur à superiore gratia correctionis, nec ab alio vbi honor non lęditur grauiter, nec adest animus lędendi; & si ad iocũ id fiat, & potest esse sine peccato si debitæ circunstantiæ obseruentur, est tñ id vitiosum, si quis non formidet aliquem contristare sic, vt risum excitet.

2 Contumelia vitanda, & eius mala.

Redeundo vero ad contumeliam, est omnino vitanda, cum turpe sit vitium, quod in authorem recidit, vt inquit Plut. de vtil. ab inim. cap. & peius sit iniuriam facere quàm pati, vt ait Plato Dial. de Rhet. nec aspernandi sint pauperes, cum satis in ipsa paupertate sit mali, vt ait Demosthenes, Con. Eub. nec contemnenda fortuna hominis, in quam, dum contemnimus, transire possumus, vt ait Sen. ep. 47. & habet quendam aculeum contumelia quem pati prudentes ac boni viri difficillime possunt, vt inquit. Cic. act. 5. in verrẽ. & nil sit tam ad memoriam diuturnitatis stabile, quàm id in quo aliquem offenderis, vt idem d. 2. de orat. & nemo sit tam agrestis, quem, si non ipsa honestas, contumelia tamen, & dedecus magnopere non moueat, vt ait. Sen. ep. 92. & lingua virulenta facillimum sit lędere, difficillimum mederi, vt inquit. Veget. lib. 2. & contumelia afficere muliebre sit vt inquit Chris. hom. 15. in acta ap. & contumelia diaboli lectus sit, vt idem d. hom. 52. in Matth. His ita notatis.

3 Contumelia ꝓpriẽ cõsistit in verbis, extẽse in factis.

Prima sit propositio. Contumelia proprie consistit in verbis, extense vero intelligitur etiam de factis.

Ratio, nam verba continent primum locum inter homines ad significandum, sed ad contumeliam pertinet, quod id quod est contra honorem alicuius quis deducat in notitiam aliorum, vel ipsius, per aliqua signa, cum ergo verba principaliter habeant vim significandi, ergo contumelia præcipue in verbis consistit per quæ animi conceptus significantur, vt d. Aug. lib. 2. capit. 3. de doct. chr. sed quia & facta habent quandoque vim verborum aliquid significando, inde extenso nomine contumelia quandoq; est etiam in factis.

4 Honor vt differat à fama.

Notandum pro intelligẽtia, quod honor differt à fama, quod honor est reuerentia alicui propter aliquam excellentiam, & maxime virtutem exhibita, fama verò est illęsę dignitatis status, vita, & moribus comprobatus, vt d. gl. in cap. vestra de cohab. cler. vel clara notitia cũ laude, quam alij de aliquo habent, vnde contumelia proprie denigrat honorem, detractio famam, susurratio amicitiam lædit, derisio erubescentiam irrogat, maledictio alteri malum impræcatur.

5 Honor qualiter alicui auferatur.

Secundo notandum, quod honor alicui potest auferri dupliciter, mediate, quando id quod honoris causa erat, ab aliquo aufertur, vt si diuiti auferant diuitiæ, vel sapienti scientia, quia inde minoris ij habentur, vel si aufertur potentia cum honor sit qui debetur alicui excellentiæ, vnde ea sublata tollitur & honor 4. Eth. cap. 3. licet proprie debeatur virtuti, vt quæ ex nulla causa extranea, sed ex solo Deo dependet. Directe etiam tollitur honor, cum quis in alicuius notitiam

tiam

tiam deducit quod eius honori nocet, cũ notitia turpitudinis dehonestationẽ inducat; His not. contumeliosus dicitur qui aufert honorem, non primo modo, sed secundo, vt d. hic D. Tho. & glo. in c. 1. ad Rom. non licet tamen pro honore tuendo vitam periculo exponere, cum nemo eius sit dominus Corrad. cas. 191.

6 Contumeliosus ad qd teneatur. Vnde qui fuste hominem vilem lędit, non animo dehonestandi, sed vulnerandi, non dicitur contumeliosus, secus si id in nobilem inferat, vt eius honorem auferat, vt & qui tentat alienam mulierem non est contumeliosus, secus si vt eius honori noceat; & potest esse contumelia etiam si non adsit culpa in eo cui irrogatur, vt si dicatur genere infami ortus, si id nocet honori.

Secunda propositio. Contumelia, vel conuitium formaliter sumptum est peccatum mortale, si vero materialiter non semper, sed potest esse veniale peccatum, vel nullum, probatur, primum. Matth. 5.

7 Contumelia an sit peccatum mortale. Ratio primi, nam quando quis alteri honorem auferre intendit, est mortale, cum honor sit præstantior bonis fortunę, quæ tamen auferre alicui iniuste per furtum est mortale, sed per cõtumeliam honor aufertur, vt supra, ergo, Si tamen quis dicat contumeliam non animo dehonorandi, vt pro correctione, vel ioco, non est mortale, nisi excedat modum in corrigendo, vel nisi sequatur præter intentionem nocumentum graue cum id deberet & teneretur aduertere, si enim inuincibiliter id ignoret, non esset mortale, vel verba sint ita grauia, vt honorẽ valde lędant; veniale vero si ista nõ multum dehonestent, nec proferantur ex firmo proposito grauiter dehonestandi, sed ex leui ira, vel leui causa, vel intentione leuiter cõtristandi, & sunt sine peccato gratia correctionis etiam si sic agẽs irascatur, modo correctio sit causa principalis improperandi, secus si ira; vnde cauendum ab his. Qui vero contumeliã iniuste intulit, tenetur per se vel alium petere veniã ab iniuriato, nisi cognoscat, quod ei remiserit, quia cum eo amice loquatur, nisi sit pater vel prelatus, etiam si modum excesserit in corrigendo, nisi fecit animo vindictæ, & satisfacere eis debet, se prosternendo, & huiusmodi arbitrio boni viri, & si offensa est publica non sat est satisfactio occulta, & si est mentitus in contumelia, debet dicere se mentitum. Silu. contumelia, nume. 3. 4. & tenetur honorem resarcire per exhibitionem reuerentiæ, & damna inde secuta sua culpa, si sit in mora prędicta præstandi, vt est semper delinquens.

Tertia propositio. Homo debet contumeliam sustinere in animi præparatione, quandoque tamen eam repellere licet, & etiam oportet pro scandali & audaciç repressione, probatur, primum. Ps. 37. 8 Contumelia an sit sustinenda, & an qñq; repelli possit, & à quibus.

Ratio, nam ad patientiam pertinet in animi præparatione sustinere quæ sustinenda sunt, cum oportet, ergo, & contumelia est sustinenda, non tamen actu id semper agere est necessariũ si enim contumeliam irrogãs, sumeret occasionem amplius malignandi, vel alij scandalizarentur in contumeliato qui ex eo proficere debebant, oportet talia reprimere, vt d. Greg. hom. 9. in Ezech.

Notãdum pro intelligentia, quod homo tenetur habere animum paratum ad iniurias ferendas, quãdo opus fuerit, nõ autem tenetur habere actuale propositum eas ferendi, sed non habere actum contrarium quando opus fuerit, ita vt homo priuata authoritate eas non vlciscatur, & etiam non resistat iniurijs cum opus est, quando scilicet bonum fidei, & publicum sustinentiam exigit, vnde si quis animi habeat destinationem, se vlcisci de quacunque contumelia, & cuicunque sine delectu resistere, est in mortali, potest tamen habere animum authoritate publica agendi contra contumelias inferentem, odio remoto, & si de bono publico, vel fidei non agitur eis resistere cum moderamine.

Vbi vero quis potest contumelijs resistere non semper est consilium eas patienter ferre, sed quandoque oportet eas repellere, ne is contumelijs alliciscat, & ne alij cessent à profectu in eo qui eas fert.

Vnde publici magistratus debent repellere contumelias in Dei, vel ecclesiæ iniuriam illatas, & punire, cum eas ferre

sit impium, & etiam punire debēt illatas in rectores ecclesiæ, & possunt etiam pœna afficere eos illas in seipsos irrogantes, ob detrimentum boni communis, c. guilisardus, 23. q. 3, vbi gl. Est vero consilium eas sufferre, ne quis incurrat temeritatem Prouer. 26. ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne similis ei efficiaris, & ne incurrat contumelias, vel ne alius magis iram incurrat; nō tamen liceret tacere, si intenderet tacendo aliū magis ad iram prouocare, secundo, est consilium eas sufferre quando inferens est incorrigibilis nec is habet in eum potestatem, exemplo Christi, qui Pilato, Herodi, scribis contumelia eum afficientibus, nil respondit, tertio, est consilium eas ferre ob seruandum bonum patientiæ. Eccles. 8. ne litiges cum homine linguato. Ps. 37. Ego autem tanquàm surdus non audiebam &c. Quandoque tamen est cōsilium reprehendere iniurias inferentes, vt d. hic D. Tho. vnde Paulus Galatas d. insensatos, & Christus alios generationem prauam, ad reprimēdam alicuius audaciam, & ad seruandam suā famam pro bono multorum, vt prælatus. Corr. cas. 391.

99 Contumelias repellendo qd liceat vel non.

Quando vero licitum est resistere contumelijs, non licet ad id repellendū alteri obijcere falsum crimen, nec crimen verum quod est impertinens ad resistendum contumelijs illatis, vnde si primus alium dicat concubinarium, non licet eum vocare furem, cum huiusmodi dictum impertinens sit ad infirmandam contumeliam, & licet non liceat conuitiantem causa vindictæ alicuius peccati, vel defectus publici vel occulti notare, erit tamen licitum ad reparationem proprij honoris vim vi repellendo ea crimina obijcere, quæ illum reparent, vt si qs alium furem esse dixit, si aliter se tueri non valet, potest dicere à vero eum discedere argumentis id probando; si id est necessarium ad defensionem, & minus obijcienti vnum crimen, licet duo, vel plura maiora obijcere.

100 Contumelia oritur ex ira.

Quarta propositio. Contumelia oritur ex ira, probatur, ex Gregor. lib. 31. Mor. c. 31.

Ratio, nam peccatum cum potest ex multis causis, vel occasionibus oriri, ex ea dicitur oriri, ex qua sępius solet procedere ob propinquitatem ad finem, contumelia vero habet magnam propinquitatem ad finem iræ, quę est vindicta, quia cōtumelia est vindicta in promptu cuiq;, ergo oritur ex ira.

Remedia huic malo adhibenda, quæ & inimico persequenti sunt dicta, & patientia ac mansuetudo adhibenda cum clementia, cogitando maiora damna inferre adulatores, & tamen audiri, vt inquit, Chris. hom. 88. in cap. 27. Matth. & hom. 19. ad Eutropium.

SVMMARIVM.

1 Detractio quid sit, & vt differat à contumelia.
2 Detractorum mala.
3 Detractio quid sit, & quot modis fiat.
4 Detractio quando sit peccatum mortale.
5 Detractio non est grauior omnibus peccatis.
6 Detractorem audiens vt peccet.
7 Detrahens an & quomodo ad famæ restitutionem teneatur.

De Detractione. Cap. LXXII.

D. Th. 22. 2. q. 73.

1 Detractio quid sit, & vt differat à contumelia.

Notādum, quod detractio est denigratio alienæ famæ, id est bonæ æstimationis alicuius, per verba occulta, quæ denigratio fit per mala culpæ, & pœnę, & dicitur occultè, non simpliciter, sed in comparatione ad eum cui detrahitur cum intentione denigrandi eius famam, in eius absentia; si enim eo præsente id dicatur, dicitur contumelia, & non detractio, & etiam est contumelia si detrahitur alienæ famæ hac intentione, vt ad eum referratur; & differt detractio à contumelia, primo quia detractio fit in absentia, contumelia in præsentia, secundo, cōtumelia detrahit honori, detractio famæ, differt enim honor à fama, quod fama est bona opinio quam alij habent de aliquo, honor est vero reuerentia

uerentia

detentia quæ alicui exhibetur ob aliquã eius excellẽtiam, vel in natalibus, virtute, doctrina, magistratu, potentia, & hęc detractio est tetrum vitium, & valde fugiendum. Eccl. 10. Rom. 1. vbi detractores dicuntur Deo odibiles, & dicitur venenum amicitiæ, ab Aug. in lib. de amicitia, c. 13. & viperæ ęquiparatur à Bern. de trip. cust. ser. 1. Vnde & Diogenes interrogatus qui morsus brutorum esset pernitiosior, quo ad feras, detractorum inquit, quo ad domesticas, adulatorum, quod & Temistocles asseruit, d. nil molestius cerni posse quàm videre honorem viri probi libertati pestiferæ linguæ expositum esse, cum nil bona fama pretiosius existat, & magis quàm bona externa ęstimanda, qui tamen curandi non sunt, vnde Philippus Macedo, cum audisset quosdã à se beneficijs auctos eius famæ detrahere, sine, inquit, illos, me enim magis cautum reddunt, vt talia agam opera virtutis quibus eorum mendatium detegatur, qui & prouocatus vt eos exilio mulctaret, nequaquàm respõdit, satius est enim eos tolerare in Macedonia, vbi cognoscitur eos mẽtiri, quàm alio pergant vbi illis maior fides præstetur, cum quibus tamen non conuersandum. Prou. 24. Gal. 5. sunt enim detractores Deo odibiles. Rom. 1. vnde Zepherinus Papa eos diuina authoritate eradicandos dicit. ep. 1. c. detractores, 3. q. 4. Ps. 100. & sequitur Bern. serm. 24. in cãt. d. non veniat anima tua in Concilio detrahentium quoniam Deus odit eos, & homicidæ dicuntur. 1. Io. 3. & Anacletus Papa. ep. 3. c. deteriores. 6. q. 3. d. eos deteriores esse ijs qui substantias aliorum diripiunt, & viperę sunt ferocissimæ, cum detractio leuiter volet, sed grauiter vulneret, vt dicit Bas. in reg. fus. disput. c. 33. quibus tamen nil est credendum. Prou. 20. Ecclesi. 28. His ita not.

2 Detractorũ mala.

3 Detractio qd sit, & quot modis fiat.

Prima sit propositio. Detractio conuenienter diffinitur, quod est denigratio alienæ famæ per verba occulta facta, probatur. Eccl. 10.

Ratio, nam quo vitio aliquis alteri in tergum locutus, malam eius intendit inducere opinionem, id est alienæ famæ denigratio per verba occulta, sed detractio est huiusmodi, ergo, prima patet, secunda probatur ex differentia quæ est inter contumeliam, & detractionem, q illa palam hæc occulte pronuntietur, secundo, quia illa derogat honori, hæc famæ.

Multis autem modis potest fieri detractio, cum enim detractio non ex veritate, sed ex fama, quæ subtrahitur vel minuitur ortum habeat, & hæc subtractio possit fieri multis modis, fit etiam vt modi detrahendi multiplices sint, qui tamen reducuntur ad octo, quorum quattuor directe, alij indirecte famam proximi tollere, vel minuere habent, primus ex his qui directe nocent, est cum quis alteri falsum crimen imponit, secundo, quando vitium alterius suis verbis auget, tertio, quando occultum crimen reuelat, quarto, quando id quod est bonum, ostẽdit mala intentione ortum, indirecti modi quattuor sunt, primo, cũ quis aliena bona negat, secundo, quando illa tacet, vbi manifestare debet, tertio, quando quis minuit aliena merita & virtutes, quarto, quando alterum tepide & frigide laudat, quod vltimum non est minimum peccatũ, cum sic quis se amicum alterius ostendat, & nil in eo habere quod laudet qui oẽs modi sunt vnius speciei detractionis, cum omnium obiectũ formale sit infamia, vel lęsio famæ, & si graue quis crimen vt hæresim alicui obiecerit, non satis esset dicere in cõfessione si detraxisse, sed oporteret in specie dicere, se aliquem dixisse hęreticum, & si quis infamat Deum, vel sanctum canonizatum, vel creaturam irrationalem, vt est Dei creatura, non est solũ detractor, sed etiam blasphemus, Nauarr. in Man. c. 18. num. 18. infamans tamen se non dicitur detractor, licet peccet vt alibi dicitur.

Secunda propositio. Detractio est peccatum mortale in se, non tamen quæ est de leui re, vel ex animi leuitate sine graui damno, probatur. Rom. 1. 4

4 Detractio qñ sit peccatũ mortale.

Ratio, nam quo vitio quis intendit alterius famam iniuste denigrare, id est per se loquendo peccatum mortale, sed detractio est talis, ergo, prima probatur, quia fama inter res temporales reputa-

tur

tur pretiosior, secundum patet & probatur conclusio. Ps. 100. detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. Iacob. 4. nolite detrahere alterutrum fratres mei. Sed si contingit aliquem animo non diffamandi, sed ob causam necessariam, vel bonum aliquod dicere ea per quæ fama alterius minuitur ibi non est detractio nisi per accidens, vnde si nō sit de re graui, erit tātum veniale, si quis etiam dicat grauia de aliquo ob aliquod bonum, & necessitatem, seruatis debitis circunstantijs, non est detractio, nec peccatum. Quod si quis materialiter tātum detrahit non formaliter idest incaute ob leuitatem, vel ob aliquam causam non necessariam, est mortale, vel veniale, mortale si quid sit graue ita vt fama notabiliter lędatur, maxime in ijs quæ pertinent ad honestatem vitæ, vt d. Valentia. de iust. disp. 5. q. 17. punct. 2.

Quod si quis reuelat alicuius peccatum omnibus notum, si quidem id dicitur bono fine, vt alij à malo eo exemplo arceantur, est opus laudabile, si vero ex leuitate, vel curiositate est veniale, si ex mala intentione, vt mala opinio de proximo reuocetur est mortale. Quod si delictum eius est per publicam sententiam infamia notatum, non peccat contra iustitiam sic reuelans, nec tenetur ad restitutionem, si vero est notorium de facto, quia scitur publice, talem id peccatum committere, vt quia domi concubinam alat, vel ad eam accedat, si ob eius dictū peccatum id plus notabiliter publicatur peccat contra charitatem, sed non contra iustitiam, nisi peccatum id difficile posset alias venire in cognitionem eorum, vel quia sit remotum, vel diu transierit, sic enim peccaret contra iustitiam. Quod si peccatum alicuius quod iure vel facto erat notorium alicui ignorāti quis reuelet nisi bona intentione id faciat animo iuuandi, saltem venialiter peccat, cum incongruum sit sine causa id reuelare, si vero id facit animo detrahendi est mortale, vel si ex loquutione notabile damnum proximo infertur in fama, quia notabiliter eius crimen augeatur, vel in rebus nisi in iudicio legitime interrogetur. Quod si quis in vno loco est diffamatus de aliquo crimine, non est peccatum contra iustitiam illum alibi vbi id ignoratur reuelare si per iustitiæ viam est diffamatus quando, attentis omnibus circunstantijs ibi sciri verisimiliter poterat, vt d. Valentia loco cit. peccat tamen contra charitatem, & esset mortale reuelare sua pudenda, si iam est emendatus; Si vero non per sententiam, sed factū notoriorum alibi est quis infamatus, cum in loco vbi nescitur detegere, est peccatum contra charitatem, & iustitiam, & sic agens ad restitutionem tenetur famæ eo modo quo potest, nisi vt supra, præsumatur quod illuc rei notitia sit deuentura, quia sic peccat tantum contra charitatem, cum primus id reuelet. Quod si quis falsis virtutibus sibi comparat famam, licet reuelare, si id cedat in pernitiem Reipublicæ, vt quia quis falso dicat se esse optimum medicum, vel Theologum, & noceat, alias non, historici vero nō peccant narrando facta, nisi odio sint moti, & si id faciant ex zelo publici boni & peccata non sint omnino occulta, secus si ex inuidia, vel solo studio detrahunt principibus, vel familijs honestis, Valentia. ibid. astrologi vero imponendo alicui turpia, vt furta, & huiusmodi non sunt ferendi. Sot. libro 5. quæst. 10. ar. 2. de iust. Quod si quis aliquem peccato notorio in eodem loco, sed diuerso tempore diffamat, vt si iam transacti sint quinquaginta anni, quod aliquis vt hęreticus fuit dānatus, vel ex alio crimine, & videns eius filium vel nepotem, dicat hic est filius talis qui & c. si id crimen erat notorium tantum facti, sic dicens peccat contra iustitiam, & charitatem, & tenetur restituere famā, si vero erat notorium iuris, quia per sentētiam fuerat damnatus, peccat mortaliter contra charitatem, non tamen contra iustitiam, quia lædit bonum nomē eius, quod intelligitur si id dicat aīo denigrādi famam, secus forte si bono fine, vt dum agitur de matrimonio cōtrahendo, ingrediendo collegium & c. Sic si aliquis sit detentus in carcere, non est illicitum aperire causam ob quam est detentus, si id est notorium, non tamen licet narrare omnes delicti partes, ne de-

tur occasio detrahendi. Vt vero detractio possit esse peccatum mortale, oportet, vt quod dicitur de proximo sit peccatum mortale, vt d. Silu. detractio. q. 1. Nau. c. 18. nu. 24. dicit tamen Aragon hic quod si quis referat peccatum veniale, quod quis habet in consuetudine, vt mendatium veniale, si id sit occultum, esse mortale id reuelare, quia parui fit, vt quod episcopus sit ambitiosus, inanis, vanis delectetur, quod ego intelligerem si inde eius fama apud viros graues multum lęditur, alias secus.

Detegere vero defectus naturales alicuius, vt qđ sit non doctus, cęcus, gibbosus, non est mortale cum non auferant bonam famam, secus si diceret eum ortum ex iudęis, quod apud alios nescitur, quia vt qui dicit aliquem furem vel concubinarium, peccat mortaliter, sic hic, & eo magis si ea detectio illi noceat, quia non admittatur ad officia, nisi id agat à iudice legitime interrogatus.

Si vero quis detegat peccata occulta proximi vera tamen, si id agit ordine iuris denuntiando, accusando &c. non peccat, nec si ea detectio non est damnificatiua famę, nec is minoris inde ęstimatur nō est mortale, etiam si id inordinate faciat, vt si detegat peccatum de quo alius se solet iactare. Gaiet. 2. 2. q. hac. 73. ar. 2. dub. 2. Sot. lib. 5. de iust. q. 10. ar. 2. concl. 4. Si tamen inde is bonum nomen amitteret, & non inueniret vxorem, sic occultum detegens peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem, & similiter si id crimen sit damnificatiuum famæ, vt stuprum in virgine, adulterium in vxore, fornicatio in clerico, latrocinium, vsura, sodomia, falsatio, hęresis, blasphemia, ebrietas; si falsum imponitur, vel occultū reuelatur, sic agens peccat mortaliter, si adest animus lędendi famam, vel reipsa lędit, licet talis animus nō adsit, si enim nullum horum adsit, non est mortale. Nau. c. 18. nu. 26. vt nec est mortale si absque plena deliberatione ex linguæ celeritate, alicui detrahatur, modo actus non sit deliberatus, non liceret tamen crimen alicuius narrare viro cordato nullo alij id dicturo, vt nec liceret id narrare dicendo se id audisse, si ex tali modo dicendi fama læditur.

Quod si quis dicat verba generalia de proximo, quę sonare possunt veniale, & mortale, vt quod est auidus, ambitiosus, iracundus, talia proferre de aliquo non est mortale. Silu. detractio. q. 1. Nau. c. 18. nu. 24. nisi ratione personæ de qua dicitur, intelligi possit quod in eo sit mortale, vel illi famam valde minuant, vt si dicantur de episcopo, vbi illi id nesciunt, vt ibi. d. Nau. nu. 25. Aragon in hoc art. quod verum est si is cui dicitur crediturus sit eas esse culpas mortales, alias secus. Quod si quis sine causa rationabili infamat seipsum, est mortale, nec sic sancti fecere qui se infamarunt, ex causa vero rationabili pro maiori bono suo, vel alterius, & maxime communitatis id licet, ad vitandum forte periculum honorum, vt sancti faciebant, vt licet se infamare ad vitandum mortem, ét forte mentiendo venialiter, vel ad vitandum dolores in tormentis, vt & si quis accusauit innocentem, tenetur se infamare ad eum liberandum, etiam cum periculo vitæ, vt d. Valentia loco cit.

Tertia propositio. Detractio est graue peccatum, non tamen grauius omnibus quæ in proximum committuntur. Ratio, nam per detractionem non fit maius nocumentum proximo, quàm per multa alia peccata, vt homicidium, est tamen maius peccatum furto, cum fama licet cedat vitæ, præstat tamen bonis exterioribus, & etiam antefertur honori, vt d. Aragon hic. 5 Detractio nō est grauior oīb. peccatis.

Quarta propositio. Non solum qui detrahit alteri, sed & qui audit detrahentem, peccat, & quandoque mortaliter, quandoque tantum venialiter, probatur ex Hier. in ep. ad Nepotianum, & ep. ad Rusticum, & ad celantiam, & ex Bern. lib. 2. de consid. ad fi. & colligitur. Prou. 4. remoue à te os prauum, Eccl. 28. linguam nequam noli audire. 6 Detractorem audiens, vt peccet.

Vnde qui est causa detractionis alterius formaliter, quia iuuat, incitat, interrogat, approbat, laudat, si sit de mortali, est peccatum mortale, & idem si in eo sibi complacet, vel si non resistit cū potest & debet & quilibet id debet, cum detractio sit iniuria facto proximo, cui quilibet

bet ex charitate succurrere debet; ita vt in facie ostendat id ægre saltem ferre, vt d. Hier. ad Rust. Mon. qui tamen, si cõcurrat præceptum corrigendi, etiam loquendum esset, & corrigendus, Si vero ex negligentia metu verecundia non impedit detrahentem cum possit, peccat, & qñq; mortaliter, si sit ita affectus, vt ob ea omittat obligantia ad mortale, quod si non resistit ob finem bonum, scilicet ex necessitate pietate, vel iusto timore, vel quia non speratur fructus ex tali reprehensione, sed timor subest, quod detrahens sit peius facturum, non peccat qui non resistit detractioni; Si vero ex officio ei incumbit corrigere detrahentem, vel malum graue inde sequi potest, & id omittit, potest esse mortale. Siluest. detractio. q. 2. num. 3. Si tamen mea negligentia alius detrahit, & mea auditio sit causa auditionis aliorum, ex quo fama proximi grauiter læditur, & meus animus sit purus mea auditio est tãtum materialis, & tantum peccatum veniale regulariter, vt d. Gaier. hic. Nauar. loco cit. & Batt. Med. in summa. c. 14. nec tenetur restituere. Excipitur tamẽ quando audiens tenetur ex officio obuiare detractioni, sic enim peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem cum peccet contra iustitiam. Secundo, quando ex eo ꝙ audiens non resistit, sequitur maximum periculum infamiæ, vel rerum, vel vulnerum, si periculum sit certum, & imminens, & graue, vt homicidij, proditionis, hęresis, & huiusmodi, non resistens peccat mortaliter, si vero periculũ sit leuis damni, peccat tãtum venialiter, nisi eius auditio sit causa, vel concausa periculi grauis damni imminentis, & si omittit quis resistere detractori ex timore, est mortale, si sit talis quod repugnet charitati fraternę, cui humanam præponat.

Quod si audiens crimen alicuius, vel defectum culpæ, vel generis, procurat ipsum cognoscere; si id curet ob bonum finem, vt ob electionem matrimonium &c. non peccat, Si vero malo fine, erit mortale, vel veniale iuxta qualitatem finis, periculi, vel scandali inde seq̃uentia. Si ex curiositate, vel leuitate erit tantum veniale. Corduba, tractat. de casibus conscientię, quæst. 57. Nauar. c. 23. num. 26.

Quo demum ad famæ restitutionem, qui eam iniuste, & falso alicui abstulit, tenetur eam restituere, dicendo se falso dixisse, qui vero iniuste, sed vere, eam abstulit, quia crimen erat verum, sed occultum, non tenetur dicere se falsum dixisse, sed iniuste & male, si vero nocet quis alteri in fama vere & iuste, ad nullam tenetur restitutionem. 7 Detrahẽs an & qñõ ad famæ restitutionem teneatur, & qñ non.

Notandum autem, quod fama est ęstimatio bonæ vitæ quam de aliquo habent homines, vel illęsę dignitatis status, vel bona opinio in mente aliorum residens originem ducens à donis supernaturalibus virtute morali scientia, vel nobilitate.

Secundo notandum, quod vt restitutio famę sit facienda, oportet, vt vere primo, sit lęsa, vnde si nulla infamia est secuta, licet quis talem haberet aĩum, non tenetur restituere, qd fit multis modis, primo, si peccatum ꝙ de aliquo dicitur non cedit ei in infamiam, vt si dicatur de aulico, quod seruiuit nobili fęminæ. Secundo, si is de quo dicitur est publice infamis circa illam materiam, vt publica meretrix. Tertio, quando infamia est leuis. Quarto, si infamator sit talis cui non credatur. Secundo, requiritur vt fama sit restituẽda, quod iniuste eam quis lęserit, si enim seruato ordine iuris id egit, non tenetur restituere, vel si in correctione fraterna adhibuit duos testes, & idem sentit Bann. 2. 2. quæstio. 73. ar. 2. & Corrad. cas. 185. si quis amico sibi confidenti, & interroganti de aliqua persona, quæ conditionis sit, si is in secreto reuelat aliquod eius malum, vt eum cautiorem reddat, vt si vult rem magni ponderis agere, vt matrimonium inire, quod tamen non ausim affirmare, sed crederem tunc satis esse tergiuersari, nec respondere, vt Siluest. videtur sentire, nisi mors amico immineat, quia sic liceret. Tertio, requiritur quod is de quo dr̃, famam illam in integrum non recuperauerit, si enim recuperauit non tenetur restituere, iniuste vero quis dicitur aliquẽ infamare, vel falsum crimen ei obijciendo, vel verum occultum tamen.

Quod si aliquis lęsit famam alicuius, & id in obliuionem sit deductum, si omnino id est effectum, non tenetur restituere, vt dicit Silu. detractio. in fi. Si vero dubitatur est restituenda, vt dicit hic, Gaiet. Si vero quis detulit ad prælatum crimen nõ seruato iuris ordine, si est ita occultũ, vt non possit probari testibus tenetur restituere famam, si vero est occultum, sed potest probari testibus is peccat mortaliter, sed probabiliter non tenetur ad restitutionem. Quod si quis diffamatum in vno genere vitij, diffamat in alio de quo bene audit, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, nisi secundum sit leue, nec tenetur interrogatus à iudice, sua & aliorum peccata occulta, etiam alterius generis manifestare. Non tenetur præterea restituere famam, si persona lęsa eam remittat, modo sit persona priuata, & ipse remittens id facere potest, & bene facit, Si vero persona publica famæ remissionem remittat, peccat, & remissio fortè non valet. Quod si quis referat aliorum dicta, & aliquem infamat, animo lædendi, peccat mortaliter, non tamen tenetur restituere, si inde nil infamiæ ei accrescit, sed si dubitat inde infamiam surrecturam, vel id faciat malo animo, vel ex curiositate, tenetur ad restitutionem, Non tamen tenetur ad eius restitutionem qui non impedit detractionem nisi in casibus supra relatis. Sunt alij etiam casus quibus restitutio famæ non est fienda. Primo, si sequeretur maior infamatio, quia non recordentur ij quibus dixit. Secundo, quando non potest restitui sine probabili periculo peccati mortalis, vel vitæ. Tertio, si dixit quibus debebat, vt prælato, iudici, denuntiando, vel accusando, seruato tamen ordine iuris, vt supra. Quarto, quando dicta nõ erant infamatoria, vt supra, & qñ is cui dixit, sciuit postea alia via, publicato eo, quod erat secretum. Septimo, quando is erat infamatus de eodem crimine, & maioribus, & quod dicitur sit leue. Siluest. loco citato. & vbi duo se mutuo infamarunt similes homines, læsus alteri famam restituere non tenetur, nisi & is suam sibi reddat, modo id faciat non ad vindictam, sed ad suum recuperandum, si enim quis est infamatus, non potest eum ex vindicta infamare, liceret tamen ad labefactandum eius contra se testimonium, crimen eius verum reuelare. Sot libro quarto, de Iust. quæstione sexta, articulo tertio, licet laudabile sit ab hoc abstinere, si aliter suo honori satisfieri potest, quia vix esse valet quin liuor vindictæ se ingerat. Regulariter tamen restitutio famæ est fienda etiam cum propriæ iactura, nisi qui detraxit sit multo excellentior alio, & quandoque etiam cum periculo vitæ tenetur famam quis restituere, vt si nobilem notauit hæresis iniustè.

In famæ porro restitutione non fit compensatio cum bonis temporalibus potest tamen quis sibi data ob id iuste retinere, nec etiam fit compẽsatio si duo sibi inuicem famam abstulere, sed restitutio ab vtroq; est fienda modo vt supra, In reliquis circa hoc videndum, infra de Restit. in communi.

Quo demum ad restitutionem honoris, per contumeliam vel iniuriam, potest remitti, vt & in fama à læso eius restitutio, quod si lęsus velit à se id peti, vt veniam det lædenti, si aliter restitui non potest tenetur lædens petere veniam, & est modus decentissimus restituendi honoris, cum humiliatio etiam ad corporis vsque inflexionem, tollat contemptum ostensum in iniuria, vel contumelia, & si offensa sit magna, vt alapæ percussio, requiritur etiam arbitrio boni viri, alia satisfactio, vt ad æqualitatem res reducatur, vbi tamen sine veniæ petitione, potest honor restitui, non tenetur lędens petere veniam Aragon, 2.2. quæst. 62. articulo secundo, in solutione ad secundum argumentum.

SVMMARIVM.

1 Susurratio quid sit.
2 Susurrationis mala.
3 Susurratio an differat à detractione.
4 Susurratio est peior detractione, & an sit mortale.

De

De susurratione. Cap. LXXIII.

D. Th. 2. 2. q. 74.
1 Susurratio q̃d sit.

NOtandum, quod susurratio est locutio qua malum quis dicit de proximo, vel omne, quod potest mouere intellectum ad tollendum amicitiam, eius enim formale est intentio tollendi amicitiam, & qui sic agit quatenus malum dicit est detractor, quatenus intendit tollere amicitiam est susurro, dum vni dicit malum de alio duabus linguis loquens, vnde & dicitur bilinguis, & grauius peccat quàm detractor vel contumeliosus, quia grauius affert damnum, ob quod & maledictus dicitur. Eccl. 28. Susurro & bilinguis maledictus est, cum amicitia inter bona exteriora præemineat, sine qua nemo viuere potest 8. eth. & Prou. 6. amico fideli nulla est comparatio. His ita not.

2 Susurrationis mala.

3 Susurratio an differat à detractione.

Prima sit propositio. Susurratio est peccatum distinctum à detractione, licet in aliquo conueniant, probatur, ex gl. Rom. 1. Prou. 26 susurrone subtracto iurgia conquiescunt. Leuit. 19. non erit criminator nec susurro in populis. Eccl. 5. non appelleris susurro, & c. 28. Prou. 6. sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius &c. scilicet eum qui seminat inter fratres discordias.

Ratio, nam quæ vitia in materia & forma conueniunt, sed habent diuersos fines, illa differunt, sed sic est hic, quia vterque loquitur de proximo male, & occulte, sed differunt in fine, quia finis detractionis est auferre famam proximi, susurrationis vero amicitiam inter aliquos dissoluere, quod detestatur Deus. Eccl. 5. 28.

4 Susurratio est peior detractione, & an sit mortale.

Secunda propositio. Grauius peccatum est susurratio quàm detractio, probatur. Eccl. 5. detestatio pessima super bilinguem.

Ratio, nam quo vitio verbali maius nocumentum quis infert, id est maius peccatum, sed susurratio respectu detractionis est huiusmodi, ergo, prima probatur, nam peccata in proximum pensantur ex nocumento, ex quo etiam culpa augetur si maius sit, secunda probatur, nam nocumentum maius est quo maius bonũ tollitur, inter bona vero exteriora amicus præeminet, sine quo nemo commode viuere potest 8. eth. c. 1. in prin. & amicus est melior quàm honor, & amari quàm honorari 8. eth. cap. 8. & probat Cic. in Lælio, quod solem tollere de medio videntur qui amicitiam tollunt, qua nil præstantius hominibus à Deo immortali est datum, & Seneca ad lucillum, sapiens vult amicis conuiuere, vt virtutem exerceat, ne tanta res pereat, & plautus in cruento, vbi amici, ibi opes. Ex quibus constat quod susurratio est grauius peccatum detractione, & contumelia; & est mortale ex genere, si est formalis, intendens tollere amicitiam, si enim solum sit materialis, non est mortale, si non adsit culpa; licebit tamen dissoluere prauas amicitias, modo vere, & citra infamationem id fiat, etiam si naturales defectus aliqui explicentur eorum; Si vero amicitia in bono honesto fundatur eã dissoluere est mortale, vel veniale vt supra, quod si quis ob suum bonum quærit dissoluere amicitias, vt Regis ab aulico, per detractionẽ nunquàm id licet; si vero causæ veræ asserantur, d. Aragon ex Sot. lib. 5. de iust. q. 11. ar. 1. non esse mortale, quando aliter non potest quis amicitiam principis sibi conciliare, nisi dissoluendo quam habet cum alio, quod ego intelligerem si is nociuus sit principi, alias non, cum sic eum impediat à bono consequendo iam fere quæsito.

SVMMARIVM.

1 Derisio quid sit.
2 Derisio differt à contumelia, & detractione.
3 Derisor an peccet mortaliter, & quando.

De Derisione. Cap. LXXIIII.

D. Th. 2. 2. q. 75.
1 Derisio quid sit.

NOtandum, quod derisio est, cum quis malum culpæ, vel pœnæ, egestatem vel defectus naturæ, cachinnis in ludum

dum, & iocum accipit, intendens talem paruipendere, & tam vilem æstimare, vt de eius malo nõ sit curandum, sed quasi pro ludo & ioco sit habendus, vt erubescat, & inter homines versari vereatur, & sic officit vt is amittat pacem, & serenitatem cõscientiæ, dum erubescit, quod est magnum bonum. Prouerb. 15. secura mens quasi iuge conuiuium.

2 Derisio differt à contumelia & detractione.

Prima sit propositio. Derisio distinguitur à detractione & contumelia.

Ratio, nam quæ peccata verbalia diuersos habent fines, illa differunt penes eosdem, sed derisio respectu detractionis, conuitij, & susurrationis est huiusmodi, ergo, primum patet quia peccata verborum maxime sunt pensanda iuxta intentionem proferentis, secunda probatur, nam contumeliosus intendit deprimere alterius honorem, detractor deprimere famam, susurro dissoluere amicitiam naso rugato, irrisor vero, verbis, & cachinis inducere erubescentiam, vt gl. Aug. d. in Ps. 2. ergo.

Et ita deridens non solet notare defectum magnum in deriso, sed paruum in se, vel quia quis parui facit talem, etiam si defectus alioqui sit magnus, & proinde etiam talem defectum, si enim magni quis facit aliquem defectum, non solet irridere, sed per contumeliam id obijcere.

3 Derisor an peccet mortaliter, & qñ.

Secunda propositio. Irrisor quandoq; peccat mortaliter plusquàm contumeliosus, quandoque venialiter tantum in modico lædens, & si fiat iocose, probatur primum. Prou. 3. Ps. 2. vbi deridere Dei est æterne punire pro peccato mortali, ergo.

Ratio primi, nam quandò derisio est cum dehonoratione, & contemptu personæ est mortalé, quia sic est contra charitatem, cum quis aliquem illudit & omnino paruipendit, & tam vilem ęstimat vt de eius malò non sit curandum, sed sit pro ludo habendus, & est peius contumelia, quia hic id fit ludibriose cum maiori contemptu, ibi seriose, & hoc est grauius quò persona contra quam fit sit dignior, vt & est mortale, etiam si non adsit contemptus, si erubescentia inducta sit valde grauis, Si vero malum sit leue, & non fiat cum contemptu, sed cum ioco, secundum se est veniale. Et inter derisiones grauior est quæ fit cõtra Deum, secundo, contra parentes, tertio, contra iustos, & si fiat contra Deum, vel sanctos est blasphemia. Is. 37. Prou. 20. Iob 12. vt d. Gaiet. in summa. verbo. blasphemia, potest etiam irrisio fieri per signa, vt rugando nasum, vel huiusmodi, quæ dicitur subsannatio, quæ in tantum est peccatum, quatenus ibi est proximi contemptus; Si quis tamen verba iocosa suscipiat, non intendẽdo contemptum, nec inde sequatur, sed honestam recreationem, si moderate id fiat, non est peccatum, sed ad Eutrapeliam attinet, in quo tamen maxima moderatio est adhibenda, cum sic facile peccetur mortaliter ob aliquam circunstantiam. Valentia. disp. 5. q. 18. punct. 2. de Iust.

SVMMARIVM.

1 Maledictio quid sit.
2 Maledicere an liceat.
3 Maledicere creaturam irrationalem an sit peccatum, & quid.
4 Maledicere an sit peccatum veniale.
5 Maledictio an sit grauior detractione.

De Maledictione. Cap. LXXV.

D. Th. 2. 2. q. 76.

1 Maledictio quid sit.

Notandum, quod maledicere idem est quod malum dicere, quod fieri potest tripliciter, primo, enuntiatiuè indicando malum alicuius quod fit per contumeliam, irrisionem, & detractionem; secundo causaliter & imperatiue, iubendo vt alicui fiat malum, tertio, optatiue, optando malum quod alicui quis imprecatur; quod si malum alicui optetur non sub ratione mali, sed boni, vt ægritudo alicui ne peccet, & huiusmodi, est maledictio tãtum materialis, & per accidens, & sic agit iudex & ecclesia excommunicando, & prophetę quandoque alicui malum imprȩcando, vt d. glos. Num. 23. & quia nescimus cui

Deus

Deus finaliter maledicat, ideo cessandũ est à maledictione verborum, vt ait Chrisos. hom. 65. in Matth. cum omnia creata, vt opera Dei, bona sint, Gen. 1. & etiam contraria & aduersantia instrumentum sint patientiæ, humilitatis, & probationis, si recte ijs quis vtatur. Vnde ex his patet, quod imprecari alicui malum sub ratione mali est peccatum, sub ratione vero boni iusti, vt facit iudex & ecclesia anathematizãdo, & prophetę enuntiando mala, licet, vt & si fiat ob bonum vtile spirituale eius cui id optatur, ne peccet. His ita not.

2 Maledicere an liceat. Prima sit propositio. Non licet maledicere aliquem maledictione quæ est per se, per modum imperantis vel optantis, sed ea quę est per accidens licet ratione iusti, vel in bonum peccantis, primũ patet, secundum probatur. Deut. 27. vbi maledicitur qui non seruat legem, & 4. Reg. 2. vbi Eliseus maledixit pueris sibi illudentibus.

Ratio, nam qui desiderat alicui vel infert malum sub ratione mali peccat, sed maledicere per se est huiusmodi, vel fiat imperando, vel optando, ergo, primum patet, quia est contra charitatem qua alteri debet quisque bonum velle & facere, secundum probatur, quia in maledictione per se homo intendit malum alterius sub ratione mali, quod non licet, sed si quis optet vel imperet alicui malũ solum per accidens, scilicet sub ratione boni principaliter, vt si iudex sub ratione iusti maledicat ei qui sententia est puniendus dum sententiam profert, vel aliquis alteri optet ægritudinem, vt resipiscat à peccato, vel alijs minus noceat, licitum est.

Ex his colligitur, qđ maledictio materialis nõ est peccatum mortale nisi scandalum adsit, in quo maxime persona maledicens est consideranda, si enim filij parẽtibus, vel subditi superiori maledicãt, est scandalum graue, & idem si vir grauis id faciat, parentes tamen non peccãt mortaliter id erga filios agendo, quia nõ id optant formaliter, si tamẽ quis id optaret formaliter sub ratione mali, etiam dum ira præmitur, etiam si post pœniteret, peccaret mortaliter, nisi ratio ab ira sit absorpta, sub ratione vero boni licet imprecari malum hęreticis, nisi velint resipiscere, ad aliorum bonum. & vt lusor ęgrotet, ne dissipet bona sua, & etiam mortem alicui licet optare, vt Reipublicæ pax contingat, & mala ab ea amoueantur.

Secunda propositio. Maledicere creaturam irrationalem quandoque est vanum, quandoque criminosum, & blasphemia, probatur. Iob 3. Matth. 21. 3 Maledicere creaturam irrationalem an sit peccatum, & quod.

Ratio, nam benedictio, vel maledictio proprie pertinet creaturę rationali cui bonũ, vel malum potest contingere, creaturis vero irrationabilibus dicitur bonũ vel malum contingere in ordine ad creaturam rationalem ob quam sunt, ad quã ordinantur multipliciter, primo, ratione subuentionis, vt ex eis humanæ necessitati subueniatur, & sic Deus maledixit terræ. Genes. 3. Deuteron. 28. & Dauid montibus Gelboe. 2. Reg. 2. Iob 3. Math. 21. Secundo, creatura irrationalis ordinatur ad rationalem per modum significationis, & sic dominus maledixit ficum infructuosam, in significationem Iudeæ. Math. 21. Tertio, creatura irrationalis ordinatur ad rationalem per modum continentis, scilicet temporis, vel loci, & sic Iob maledixit diei natiuitatis suæ ob culpam originalem quam contraxit nascendo, & sequentes pœnalitates. Iob 3. Maledicere vero eis secundũ se cõsideratis est otiosum, & vanũ, & sic veniale, quia pęna non est nisi culpę quæ in brutis non habet locum, si vero maledicuntur, referendo ad hominem cui debent seruire, vt inde homo notabiliter damnificetur est mortale, quia est contra charitatem, & similiter si maledicantur, vt creaturæ Dei, quia sic maledictio redundat in Deum; & hac ratione non licet etiam maledicere diabolum, vt est creatura Dei, Si vero quis maledicit creaturæ sine ordine ad hominem cui seruit, nec vt est creatura Dei, non est mortale, alias secus etiam si quis maledicat diei natiuitatis suæ formaliter, secus si verbo tantum sine intentione mali, vt dicit Aragon hic, qui explicat locum Iob. 3. & multa dicit de maledictione. Et ita maledicere creaturæ irrationali,

tionali, vt ordinatur ad hominem, est licitum vel illicitum prout & si homo maledicatur; Si vero vt est aliquid Dei, id est blasphemia, secundum se vero est vanum & otiosum, & intantum illicitum. Valentia. d. disp. 5. q. 19. punct. 1.

4 Tertia propositio. Maledicere per se est peccatum mortale nisi excuset modicitas damni, vel affectus non deliberatio, prob. 1. Cor. 6.

Maledicere an sit peccatum mortale.

Ratio, nam quod repugnat charitati secundum se est peccatum mortale, sed si quis alteri per se maledicit, est tale, ergo, Si tamen malum sit paruum, vel affectus maledicentis imperfectus, est tantū veniale, si ludo surreptione, & leui id motu fiat, & si est per se, si quis maledicens vult alteri homicidium, non differt ab homicidio, & idem de contumelia, infamia, rapina, percussione, carcere mutilatione &c. & maledicus debet postulare veniam ex Conc. Cartag. 4. c. 57. cap. clericus, d. 46. & eo magis si contra Papam id proferat, peccat cap. 1. de Maled. & eo magis si contra Deum insurgat maledicendo, 1. Corin. 10. Ex. 15. 16. Phil. 2. Sap. 1. & explicat Gregor. lib. 25. mor. capit. 22. Vnde maledictiones parentum in filios carent mortali, vt plurimum, cum id vere non optent, quæ tamen possunt esse mortale ratione scandali, vel consuetudinis, nisi passio impedierit deliberationem, vel nisi id optent secundum ordinem diuinę iustitiæ, cum & licet imprecationes tales non habeant vim efficientem, tamen si ex rationabili causa id imprecentur, sunt valde timendę exemplo Heliæ, & Hælisei, qui malum maledictis intulere. 4. Reg. 1. 2. & etiam sunt timendæ, etiam si parentes sine rationabili causa id faciant, vt d. Valentia. loco cit. punct. 2.

5 Quarta propositio. Per se loquendo, grauior est detractio maledictione optatiua, imperatiua vero grauior detractione est.

Maledictio an sit grauior detractione.

Ratio primi, nam quo vitio dicit quis alteri malum culpæ, hoc per se est grauius quàm quo dicit malum pœnæ, sed detractio respicit culpam, maledictio optatiua pœnam, ergo, & malum culpæ est peius quàm malum pœnæ. Sed quia maius nocetur maledictione quæ fit imperio, quia maius nocumentum affert quàm detractio quæ irrogat infamiam, ideo ista maledictio est peior detractione. De hac materia etiam videnda sunt quæ habentur in tr. de blasphemia.

SVMMARIVM.

1. Bonum facere, & malum vitare iustitiæ sunt partes.
2. Transgressio an sit speciale peccatū.
3. Omissio est speciale peccatum.
4. Omissionis peccatum an sit grauius quàm commissionis.

De Iustitiæ partibus potentialibus quæ sunt facere bonum, & declinare à malo, & vitijs oppositis.

Cap. LXXVI.

1 Prima propositio. Facere bonū, & declinare à malo sunt partes iustitiæ, probatur, ex Aug. lib. de corrept. & gratia. c. 4.

D. Th. 2. 2. q. 77.

Bonum facere & malum vitare iustitię sunt partes.

Ratio, nam si sit sermo de bono, & malo in communi, facere bonum & vitare malum pertinet ad omnem virtutem, & secundum hoc non possunt poni partes iustitiæ, nisi iustitia accipiatur vt est communis virtus scilicet pro iustitia legali, licet etiam iustitia sic accepta respiciat quandā rationem boni specialem, prout scilicet est debitum in ordine ad diuinam vel humanam, sed iustitia prout est specialis virtus respicit bonum sub ratione debiti ad proximum, & secundum hoc ad iustitiā pertinet facere bonū sub ratione debiti in comparatione ad proximum & malū vitare, scilicet quod est proximo noxium, ad iustitiam vero generalem pertinet facere bonū debitum in ordine ad communitatem, vel ad Deū, vel vitare malum oppositum, dicuntur vero huiusmodi partes integrales, quia vtrunq; eorum requiritur ad perfectum actum iustitię. Ex his sequitur quod declinare à malo, vt nō furari, non est meritorium cum sit pura negatio, de quo D. Tho. 1. 2. q. 114. ar. 4. & ibi dixi.

Secun-

2 Secunda propositio. Transgressio est speciale peccatum formaliter sumpta, materialiter verò pertinet ad omnē peccati speciē, quia opponitur speciali virtuti, scilicet iustitiæ.

Trāsgressio an sit speciale peccatū.

Ratio, nam nomen transgressionis à corporalibus motibus ad actus morales traducitur, quia corporaliter dicitur, qñ quis graditur trans terminum præfixū: terminus verò in actibus moralibus pręcipitur, vt non prætereatur per præceptum negatiuum, ideò tunc dicitur trāsgressio quando quis agit contra præceptum negatiuum, quòd materialiter potest esse commune in omnibus speciebus peccatorum, quia per quālibet peccati speciem homo transgreditur aliquod diuinum præceptum; si verò accipiatur formaliter, scilicet contra hanc formalem rationem, quòd est facere contra præceptū negatiuum, sic est peccatum speciale dupliciter: Primò, secundùm quòd opponitur ad genera peccatorum oppositorū alijs virtutibus, vt ad propriam rationem iustitiæ legalis pertinet attendere debitum præcepti, ita ad propriam rationē transgressionis pertinet attendere contemptū præcepti. Secundò, secundùm quòd distinguitur ab omissione quæ contrariatur pcepto affirmatiuo, & ita iniustitia legalis est materialiter omne peccatum. in respon. ad primum.

3 Tertia propositio. Omissio est speciale peccatum; probatur Iac. 4.

Omissio ē speciale peccatū.

Ratio, nam omissio dicit prætermissionem boni debiti, bonum verò sub ratione debiti pertinet ad iustitiam, ad legalem si debitum accipiatur in ordine ad legem diuinam, vel humanā; ad specialem, secundùm quòd debitum consideratur in ordine ad proximum: vnde eo modo quo iustitia est specialis virtutis, sup. q. 58. art. 6. & 7. omissio est speciale peccatū distinctū à peccatis quę opponūtur alijs virtutibus. Eo verò modo, quo facere bonum, cui opponitur omissio, est quædam pars specialis iustitię distincta à declinatione mali, cui opponitur transgressio, sic etiam omissio à transgressione distinguitur, & omittere dicitur, qui cessat ab aliquo valens, non autem qui nō potest exequi ēt ex culpa, ad secūdum, & 3.

Quarta propositio. Peccatum omissionis non est grauius simpliciter, quàm transgressio, quandoque tamen sic. 4

Omissiōis peccatum an sit grauius q̄ cōmissionis.

Ratio, nam peccatū eatenus est graue, quatenus à virtute distat, cōtrarietas verò maxima est distantia, 10. Metaph. vnde contrarium magis distat à suo cōtrario, quàm simplex negatio, sed transgressio contrariatur actui virtutis, omissio verò dicit negationem eius, vt si quis non det debitum reuerentiæ parentibus est omissio, si iniuriam, vel cōtumeliam eis irroget, est transgressio: vnde absolutè transgressio est grauior, licet aliqua omissio possit esse grauior aliqua transgressione, vt si non succurratur extremè egenti, est peius quàm eum contumelia afficere; & omissio opponitur præceptis affirmatiuis, transgressio negatiuis, ideò vtrunque importat peccatum mortale, in resp. ad tertium, & vtriq; debetur pœna damni & sensus, ad vlt.

SVMMARIVM.

1 Acceptio personarum quid sit.
2 Dignitates & officia, quibus, & qualiter sint conferenda.
3 Principes ad quid teneantur.
4 Acceptio personarum est peccatum mortale ex genere.
5 Acceptio personarum quando dicatur haberi.
6 Beneficia sub mortali sunt conferēda digniori, & quis sit talis.
7 Eligi an possit dignus omisso digniori ad officia secularia, vel ecclesiastica, & vt in hoc se habendum.
8 Eligens minus dignum vt & quando peccet, & teneatur ad restitutionē, & quis dicatur dignus, & in quo consistat id.
9 Beneficium habenti an aliud conferri possit, & beneficiorum pluralitas an liceat.
10 Officia secularia an possint conferri indignis, vel minus dignis, & vt ibi peccetur, & an adsit obligatio restituendi, & quando in ecclesiasticis electio sit nulla.
11 Officia secularia an licitè vendi possint.

Acceptio

12 Acceptio personarum, vt incurri possit in impositione onerum, & exēptione ab eis.
13 Acceptio personarum, vt committi possit in delatione honorum, & reuerentia.
14 Acceptio personarum an committatur in iudicio, & quomodo.
15 Acceptio personarū an cadat in gabellis, & Gabellæ, quæ iustæ sint, quando, & vt peccetur in eis.
16 Gabellas fraudans, an restituere teneatur.

De acceptione personarum, quid sit acceptio personarū, quibus in negotijs contingat: quale sit peccatum, & quàm obligationem inducat. Cap. LXXVII.

D. Tho. 2. 2. q. 63.

1 Acceptio personarū quid sit.

PRima propositio. Acceptio personarum est peccatum, quo id quod vni ex bonis cōmunibus ob aliquam causam debitum erat ex iustitia, alteri datur intuitu alterius causæ propter quam non debebatur, & sic est vitium contrarium iustitiæ distributiuæ, quo in distributione nō habetur ratio causæ, sed personæ. Notandum enim in iustitia distributiua tria considerari: primò, bonum commune, ꝙ ex debito iustitiæ in personas particulares distribuitur: secūdò, personam cui distribuitur: tertiò, causam, quæ est in persona ob quam bonum illud distribuitur, cum ergo bonum commune datur personæ in qua non est causa ob quā esset dandum dicitur acceptio personarum, quia relicta causa consideranda in distributione, habetur ratio tātum personæ. Notandum etiam, ꝙ in acceptione personarū semper debet intercedere ratio debiti, quia vbi nō est debitum ex iustitia non est acceptio personarum, vt si quis, liberaliter inuitet ad cœnam hunc non illum. Matth. 20. quia nemini fit iniuria, atque in Deo non est acceptio personarum, nam si homo consideratur respectu primæ gratiæ, & iustificationis, tunc liberaliter Deus vocat quos vult, ideò nulla est acceptio personarum cum hos non illos efficaciter vocat, quia nulla est ratio debiti, si verò homo consideratur respectu præmij, ꝙ datur secundū opera facta post gratiam, quia vnicuiq; redditur secundum opera sua, ideò neq; in his est acceptio personarum. Et ita vt personarum acceptio sit oportet ꝙ bona distribuenda sint communitatis danda subditis pro eorum meritis, qui ergo non attendit merita personæ, sed ꝙ quis sit diues, vel ei sanguine iunctus, dicitur personarum acceptor.

2 Dignitates & officia, quib⁹, & qualiter sint cōferendæ.

Notandum primò, ꝙ in omni electione hominum ad munera, & dignitates, & in omni onerum distributione de lege naturæ est, vt attēdatur causa propter quam debeatur alicui ex iustitia ille honor, vel illud onus, vel exemptio oneris: nam cum omnis honor habeat coniunctum secum aliquod officium, causa autem propter quam ex industria debetur honor est illa per quam homo est aptus ad illud officium, & causa propter quam debetur vni, potius quàm alteri ex duobus, qui apti sunt, est qa vnus est aptior altero; vnde qui peruertit hūc ordinem in distribuendo, peccat.

3 Principes ad quid teneantur.

Notandum secundò, Reges & Principes esse constitutos, vt rempublicam, & ab hoste defendant iusto bello, & ei quietem conseruent per iustitię exhibitionē, quare dantur eis tributa, & vectigalia, hinc duo sequūtur: primò, ꝙ secundùm iustitiam commutatiuā Principes tenentur exhibere ministros iustitiæ, alterum ꝙ si in hoc desint teneant̃ ad restitutionē reipublicæ. Præterea notādum, ꝙ si hæc officia referantur ad rempublicam, spectant ad iustitiam commutatiuam, quia princeps tenetur exhibere illos ministros iustitiæ pro republica; si verò referantur ad personas quibus dispēsantur, pertinent ad iustitiam distributiuā, quia dignioribus sunt exhibēda pro muneris qualitate, & hinc est, ꝙ committitur acceptio personarū, cum nō distribuuntur ob causam ob quam deberent; hæc autē causa debet respicere bonum cōmune, vt .s. eligatur persona digna, apta, vtilis reipublicæ, vnde in ea requiritur maxima peritia & scientia officij, prudentia, solertia, diligentia, & ꝙ caput est, mo-

rum

rum probitas. ex Arist. 5. & 6. Ethic. ideò confessores principum videant an deputent viros sapientes, & timentes Deum, & qui oderint auaritiam: vt dicit Sotus lib. 3. q. 6. art. 4. de iust. & iure. Et hæc distributio fieri potest dupliciter, vel ex natura rei iuxta dignitatem, & merita personarum, q̃ propria industria sibi membra acquisiere: secundò, ex pacto quãdo distributor promisit bonum quod in cõmunitatem contulerunt patres, se remuneraturum, secundùm proportionem.

4 Acceptio personarũ est peccatum mortale ex genere. Notandum tertiò, ex dictis inferri ẽt personarum acceptionem ex suo genere esse peccatũ mortale; probatur, quia violat debitum iustitiæ, ergo, & c. sic expressè S. Th. 2. 2. q. 69. art. 4. vnde & prohibetur Leuit. 19. non consideres personam pauperis. Deut. 1. nulla erit distãtia personarum. & c. 16. Eccles. 42. nec accipias personam, vt delinquas, ex leuitate autẽ materiæ potest esse peccatum veniale, nempe quando cõmittitur acceptio personarum in re parui momenti: vel quando inter duos dignos aliquo munere alter est parum dignior altero.

5 Acceptio personarũ qñ dicat haberi. Notandum quartò, ꝙ intuitus eiusdẽ cõditionis respectu vnius muneris facit acceptionem personarum, quandoque tamen respectu alterius muneris non facit acceptionem.

Notandum quintò, quòd consideratio conditionum propter quas munus est debitum alicui non semper facit acceptionem personarum, sed solùm quãdo talis conditio consideratur tanquã causa principalis, & quando deest illa conditio, q̃ est causa principalis propter quam debeatur: vnde quando cætera propter q̃ alicui est munus debitũ sunt paria, tunc põt intuitu alicuius alterius cõditionis, quæ nõ est causa prima, dari munus vni, potius quàm alij sine acceptione personarum, diligenter tamen, & maturè considerandum circa nepotes, & consanguineos, præsertim verò quia quando non est euidens aptitudo consanguinei nunquam ferè eligitur sine scandalo aliorũ.

6 Beneficia sub mortali sunt cõ- Sit secundum dictum, in electione alicuius ad beneficia ecclesiastica cuiuscũque tituli, & ad dignitates, & prælaturas omnes semper ex communiori sententia peccatum mortale est eligere minus dignũ, relicto digniori, & hoc est acceptio personarum D. Tho. q. 69. art. 4. & q. 67. art. 2. quodl. 6. art. 9. Alex. q. de hac re. Maior. 4. dist. 24. q. 8. & 9. Silu. acceptio pers. §. 3. Sot. li. 3. q. 6. ar. 2. & in epatu, dignior est eligendus, in dignitatibus seculi sufficit eligere dignũ: vt d. Alen. 2. p. q. 136. memb. 2. art. 1. modo, vt infra, in postulatione autẽ maior diligentia est adhibenda. Et quod dignior sit eligendus ad beneficiorum assumptionem, in foro conscientiæ, cum in foro fori sat sit vt sit dignus, vt collatio sustineatur: vt d. Couar. in reg. peccatum. p. 2. §. 7. nu. 4. probatur Io. 21. diligis me plus his & c. & ex Hier. relato in c. licet. 8. q. 1. Leone ep. 86. aliàs 84. c. metropolitano. 63. dist. c. vnico. vt eccl. benef. & ex ep. Siricij Papæ. & Concil. Trid. sess. 24. c. 1. de reform. si tamen excessus sit paruus, vel res non magni momenti, id non esset mortale ob paruitatem materiæ. ferẽ la digniori, & quis sit talis.

Hæc autem dignitas consideratur respectu boni communitatis, eligẽdo enim qui aptior sit illi bono promouendo, arbitrio prudentis, vnde liceret cõferre beneficium minus pingue digniori, quia in illo loco sint hæreses, vel morum corruptelæ, & is poterit ibi multum proficere, licet detur pinguius minus docto, ob circunstantiã necessitatis illius ecclesiæ, vt ea ratione minus doctus, & min⁹ bonus, ob diuitias, & potentiam coniunctã, doctiori & sanctiori p̃feratur, quia potentia illi ecclesię magis prodesse possit: vt d. D. Tho. 2. 2. q. 63. art. 2. & Valentia in d. q. disp. 5. q. 7. punct. 2. 2. 2. ver. tertiò quæritur, qui & ibi dicit, requiri in eligendo morum honestatem, vt credi probabiliter possit eũ esse in gratia Dei, & scientiam, ac prudentiam in rebus agendis. ex Concil. Tolet. IIII. can. 24. & maximè vigilãtiam, vt pluribus probat Illustris. Paleotus in eius Archiepiscopali. 1. p. & ętatem congruã, de quo Silu. beneficium. 3. præterquam in beneficijs quæ sunt iuris patronatus, in quibus puto valdè probabiliter posse eligi dignũ, qui est cõsanguineus, vel amicus relicto digniori, quia ad patronum nõ est id debitum. Sic si quis est eligẽdus de gremio eccle-

ecclesiæ, potest eligi minus dignus relicto digniori externo. In electione autem dignioris ex Adr. Maio. & Sot. nõ spectantur redditus, sed aĩarum cura, quia hæc maiorem aptitudinem requirit, quãdoque etiam spectari potest aptitudo futura post absoluta studia. ex Adr. hæc autem diligentia nõ metaphysicè, sed moraliter intelligit. & ex Sot. 4. dist. nõ peccari, cum quis vt impediat indignã petitionẽ, suffragatur digno relicto digniori, quæ oĩa moraliter sunt intelligenda.

7 Eligi an possit dignus omisso digniori, ad officia secularia.

In electione verò ad dignitates, & officia secularia, si ille, qui eligit est supremus Princeps põt probabiliter sine peccato mortali eligere dignum prætermisso digniori: si aũt non est supremus Princeps, vt sunt magistratus inferiores, & communitates, tenentur eligere dignissimum, ratio diuersitatis est hæc, quia electores ad dignitates, & beneficia ecclesiastica, quicunq; sint non sunt domini ipsarum dignitatum, sed solum dispensatores, iuxta illud Apostoli 1. Cor. 4. sic nos existimet homo, &c. hinc fit, vt cum non habeant dominium, nec possint instituere ad dignitatem pro suo beneplacito, etiam inter dignos, sed teneantur eligere dignissimum: eadem ratio circa dignitates, & officia secularia valet in ordine ad eos, qui non sunt supremi Principes, quia etiam ipsi sunt dispensatores: illi autẽ qui sunt supremi Principes non sunt dispẽsatores, sed domini dignitatis secularis, & officiorũ, & ideò possunt dare sine peccato mortali, quibus ea volẽt dumodo sint digni, vnde & isti possent etiã vendere ista officia secularia ex causa, omnes autẽ quicunq; sunt electores ad quascunque dignitates, siue ecclesiasticas, siue seculares tenentur sub peccato mortali eligere dignum ratione iustitiæ commutatiuæ; quia in omnibus istis muneribus & dignitatibus inuenitur aliqua vtilitas, quæ traditur à cõmunitate aliqua ei cui isti præsunt, & ideò ratione huius vtilitatis tenentur omnes electores dare personam dignam, cui iustè possit reddi illa vtilitas, & à quo reciprocè reddatur etiam debitum officium, iuxta præmium receptum.

Notandum primò, ꝙ prior pars huius dicti de electione, nempè ad beneficia ecclesiastica teneri electores eligere dignissimos sub peccato mortali, est communis sententia Theologorum, vt supra S. Tho. in 2. 2. q. 63. art. 2. Alex. Alens, Lirani, Henrici, Adriani, & omnium ferè aliorum, cum quibus etiã nouissimè Sot. lib. 3. de iust. & iure. q. 6. art. 2. sentit, contrariam sententiã tenent Canonistę permulti; quos tamen Sot. loco cit. ait posse intelligi quãtum ad valorem electionis factæ, nam etiam Theologi hoc concedunt electionem digni (prætermisso digniori) validam esse, tamen recentiores Canonistæ nõ patiuntur istam glossam, quam Sotus tradit, quia expresè tenent posse dari digno prætermisso digniori, Canonistarum sententiæ multum fauet vsus, sæpissimè enim videmus apud aliquas curias ecclesiasticas dari beneficia dignis prætermissis dignioribus, contrariæ sententiæ multum fauẽt verba Apostoli, & ratio naturalis illis coniuncta, nam Apostolus ait, nos esse dispensatores solum, non dominos, & ratio, & ius naturale exigit, vt dispensator nõ aliter disponat, quam secundùm voluntatẽ Domini, & secundùm ordinem iustitiæ, at ordo iustitiæ distributiuæ exigit, vt dignissimus eligatur, & voluntas Domini eadem est, ergo, inde valdè timendũ, debita dixerim reuerentia, ne iste vsus, qui in quibusdam fortè curijs quandoque practicari solet, abusus sit.

Notandum secundò, ꝙ electio minus digni ex communi sententia, tum Theologorum, tum Canonistarum, atq; ex ipsis sacris Canonibus valida est, vt colligitur ex multis capitibus, in tit. de elect. Dubium est tamẽ an minus dignus electus possit bona conscientia retinere beneficium ad quod fuit electus, & alij putant hunc teneri resignare beneficium, vel non acceptare, vt tradat dignissimo, Hæc sententia videtur mihi paulo rigidior, vnde puto primo, quando non est euidens ipsi minus digno, alterũ esse digniorem se; tunc sine vllo dubio potest retinere suum beneficium tuta conscientia, quia cũ ab alijs sit electus potest credere eos iudicasse ipsum digniorem, & consequenter potest acquiescere eorum

iudicio, & credere se digniorem: secūdò, dico rarò posse contingere, vt minus dignus possit habere euidentiam, ꝙ alter sit se dignior, quia dignitas in hac materia non attenditur solum penès virtutē, & doctrinam, sed etiam penès omnes alias circunstantias, ita vt omnibus consideratis iste sit aptissimus ad gubernandam istam ecclesiā; & qui omnibus consideratis est aptissimus, ille est dignissimus: tertiò, dico, etiam si cōstaret minus digno in omnibus alterum esse digniorem se, adhuc probabile est ipsum tuta cōscientia posse retinere beneficium, ratio est, quia quātum attinet ad iustitiam commutatiuam, ex eo ꝙ iste est dignus nulla fit iniuria ecclesiæ, solum remanet iniustitia distributiua defectus, nempè, quia prætermissus est dignior, sed hic defectus suppleri videtur per ipsum factū ex eo, ꝙ iste est iam electus, ex eo quod est in possessione iuris ad illam ecclesiā, melior autem est conditio possidentis in omnibus dubijs, ergo.

Notandum tertiò, id ꝙ diximus teneri vnumquemque eligere dignissimum, habere locū solum in electoribus, & non in confirmatoribus, cōfirmatores enim quibus incumbit electum ab alio confirmare tuta cōscientia possunt cōfirmare minus dignum electum relicto digniori, & ratio est, quia electio digni de iure canonico valida est, ergo non potest confirmator dignum electum reijcere, nec sacri canones hoc concedunt; vnde si nō potest illum reijcere, ergo potest confirmare licitè, & tenetur, aliter electores possunt iustè de illo conqueri.

Notandum quartò, ad hoc ꝙ aliquis sit dignus beneficio ecclesiastico requiri has conditiones: prima, est probitas morum, præsertim verò probitas antiqua q̄ debet esse tanta, vt probabiliter æstimetur ille viuere in gratia Dei, & sine peccato mortali, vnde quandiu scitur de aliquo, ꝙ est in aliquo peccato mortali nō potest eligi, sed est indignus, si peccatū est notorium. c. fi. de temp. ordin. & ideò peccatorem notorium in curato sciēter eligens, peccat mortaliter, qui viuat scilicet in peccato mortali, quia dat ei occasionem ministrandi sacramenta, quæ sine mortali sunt ministrāda, & quia talis scādalum populo præbet; & probatur 1. Tim. 3. Tit. 1. Ioan. vlt. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. c. indecorum. cum seq de ætat. & qual. Conc. Tr. sess. 23. c. 1. & 24. c. 12. & idem probabile est esse mortale etiam in non curato: vt dicit Aragon. 2. 2. q. 63. art. 2. si peccator ad illa eligatur. Secunda conditio est sufficiens litteratura. i. tanta doctrina, quāta sit illi satis ad rectè administrandum munus ꝙ illi competit, iuxta illud beneficium, vel dignitatē, quam habet, hinc diuersa beneficia, diuersam doctrinā exigunt, & potest aliquis dignus esse ratione litteraturæ ad vnum beneficiū, & non ad aliud. Tertia conditio est prudentia, & hæc etiā debet esse maior, aut minor pro ratione officij obeundi in illa dignitate, & beneficio. Quarta, pręter has tres circunstantias, quæ sunt necessarię ad faciendum hominem dignum possunt esse aliæ, quæ licet per se parum valeant cōiunctæ tamen cum præcedentibus multum possunt, vt dignum faciant digniorem, vt est aliquando nobilitas, amplitudo patrimonij, dexteritas in agendo, & alia similia. Ex dictis infertur, ꝙ ille erit aptissimus, & dignissimus, qui posteaq̄ habuerit ea quæ sunt necessaria ad eum faciendum dignum, vel ex illis ipsis, vel ex alijs iudicatur aptissimus ad regimē illius ecclesiæ, & adiuuādos subditos sibi commissos. In paritate verò præferri debet doctor nō doctori, & nobili, Theologus Iuristæ, vbi adsunt hæreses, & ècōuerso vbi causæ ventilantur, senior & ordine prior iuniori, pauper diuiti, nisi vbi ecclesia eget diuitis potentia, intitulatus nō intitulato, incola loci, vel de gremio ecclesiæ, extraneo, semper bonus ei qui ex deuio reductus est. Lamb. de iure patron. lib. 2. 3. p. q. 5. princ. art. 1. cum seq. testans de communi.

Infertur secundò, non esse rigidū hoc nostrum dictū, quo diximus teneri electores ad eligendum dignissimum; quia non tenētur eligere dignissimum in se, sed dignissimum in ordine ad ecclesiā, & gregem sibi commissum; hoc autem facilius est iudicare, consequenter quando elector eligit eū, quem omnibus con

sideratis iudicat aptiorem in ordine ad gregem, & ecclesiam, tunc satisfaceret suæ conscientię, quamuis ille verè à parte rei non esset dignissimus.

Notãdum quintò, in beneficijs ecclesiasticis licet obseruanda sit vtraq; iustitia, & commutatiua in ordine ad ecclesiam, & distributiua in ordine ad alios dignos, tamen maior est ratio iustitiæ commutatiuæ, quàm distributiuæ.i.magis attendendum est quis ex pluribus dignis sit futurus vtilior ecclesiæ, quod ad cõmutatiuam pertinet, quam quis propter sua merita sit alio dignior, quod pertinet ad distributiuam, hinc sequitur quod vacantibus duobus episcopatibus, quorum alter habet amplius patrimoniũ, & maiores redditus, sed sit in minori necessitate, propterea quod ecclesia est bene instituta, & populus obediẽs, &c. alter verò habeat pauciores redditus, sed sit in maiori necessitate, quia v.g. est plenus hæreticis, vel habet populum licentiosum, vel clerum dissolutum &c. ex altera parte inueniantur duo digni episcopatus, quorum vnus sit altero dignior, & aptior ad subueniendũ necessitatibus ecclesiæ, tunc ille qui est dignior præficiẽdus est episcopatui, qui eo magis eget, ratio est, quia licet iustitia distributiua requirat, vt propter facultates maiores temporales, quas ista ecclesia dat episcopo præficiatur ipsi ecclesiæ eps̃, qui sit aptissimus ad subueniẽdum eius necessitati, talis autem est iste qui est dignior, tamen ratione illius necessitatis, secus est faciendum, licet in pari necessitate dignissimus sit præficiẽdus opulentiori, ex dictis, quod autem in ecclesiasticis beneficijs sit potior ratio iustitiæ commutatiuæ, quàm distributiuæ; probatur, quia beneficia ecclesiastica ex sui institutione non tam sunt pręmia honoris præteriti, & virtutis habitæ, quàm sunt sustentationes pro labore futuro, vt vidẽtur nobis insinuare hoc multa dicta sacræ scripturæ, & pręcipuè Apostoli, cũ dicit, qui non laborat, nõ manducat, qui altari seruiunt, de altari viuant, non alligabis os bouis triturantis.

Notandum sextò, in duobus casibus sine peccato mortali posse electorem eligere minus dignum prætermisso digniori, primus casus est, quãdo electio fit per multorum suffragia, & aliquis videt quod si det suum suffragium digniori, eius suffragium nihil proderit ipsi digniori, & proderit indigno, quia per auxiliũ huius suffragij nõ eliget dignior, nec proderit minus digno, quia diminuto numero suffragiorum à minus digno maiorem numerũ habebit indignus, in hoc casu sine vllo scrupulo iste posset dare suffragium suum minus digno, imò bene faceret. Secundus casus est, quãdo inter duos dignos valdè parua est differentia dignioris, & minus digni.

Notandum septimò, valdè probabile esse eum qui vult resignare suum beneficium satisfacere suæ cõscientiæ, & ecclesiæ, etiam si eligat minus dignum relicto digniori, si tamen non eligat minus dignum se, sed parem sibi, ratio est, quia iste qui resignat non est elector, sed resignator, & ideò non videtur teneri ad iustitiam distributiuam, sed solùm ad iustitiam commutatiuam, commutatiuæ autem satisfacit dando ecclesiæ successorem æqualem sibi, & æquè dignum se, & hęc opinio est valdè probabilis. & hęc opinio est Caiet. in summa, verbo, beneficiũ. & sequit̃ Aragon. d. art. 2. q. 63. 2. 2.

Notandum vltimò, electores teneri eligere dignissimos moraliter, & consequenter teneri adhibere diligẽtiam moralem pro dignissimo inueniendo, & dico moralem, quia non tenentur adhibere omnem diligentiam possibilem, hinc est quod in rigore non tenetur episcopus inquirere quis sit dignissimus in tota ciuitate, & diœcesi, nec summus Pontifex videtur teneri inquirere quis dignissimus sit in tota vrbe, sed sine peccato mortali posset eligere eũ, quem dignissimum inuenerit inter petitores beneficij ipsius, vel inter eos, qui sibi proponũtur, dè consilio tamen sanctissimè facerẽt episcopi si clericorum suorum vitam exploratã haberent, & doctrinam, vt habere solent ij qui vigilant super gregem suum, & tunc si ille quem episcopus scit digniorem non compareret, benefaceret monendo illum, vt se præsentaret, & si opus esset etiam inuitando, & rogando, quia propter amorem quem debet habere erga

ga totum suum gregem debet singulis ecclesijs procurare quos potest dignissimos pastores. Vnde eligere minus dignum in beneficio curato, vel habente annexam perpetuam gubernationẽ, omisso digniori est peccatũ mortale, qui tñ secundùm leges ecclesiæ eligi potest, quando enim fit concursus, nõ potest episcopus eligere digniorem, qui non concurrerit, sed digniorem ex concurrentibus. ex Concil. Trid. sess. 24. c. expedit, ꝙ debent & patroni seruare, vt eligant digniores qui secũdùm statuta ecclesiæ inueniri possunt. d. c. & c. 1. ead. sess. vel si ex fundatione habeatur, ꝙ ex familia fundatoris tãtum eligatur, sat enim erit eligere dignum in ea extantem: vt dicit Aragon. d. art. 2. ꝙ & intelligi debet de dignioribus, qui sunt in diœcesi, non alijs, cum ex ecclesia sint ministri eligendi. cap. nec emeritus. c. nullus. c. obitum. 61. dist. c. in nomine. 23. dist. c. oportebat. c. nullus. 79. dist. modo ibi idonei adsint, nec contraria adsit consuetudo.

Sit tertium dictum, cõferre beneficia ecclesiastica, & officia secularia, præsertim habentia iurisdictionem siue in foro interiori tantum, siue in vtroque personis indignis, non solùm est peccatum mortale, sed vt plurimũ obligat ipsum electorem ad deponendum electum, & ipsum electum ad se abdicandũ, siue resignandum ipsum officium, seu beneficium; probatur, quia primum in hac electione violatur iustitia cõmutatiua, commutatiua autem iustitia non aliter ad ęqualitatem reducitur, quàm in casu proposito, sublato indigno, dignum habitũ constituere: hinc si spes esset ꝙ iste qui erat indignus, fiat dignus facilè posset tolerari tradito interim adiutori; secundò, probatur, quia plerunque iste indignus facit multa mala, vnde tam ipse, q̃ eius electores tenentur ad restituenda omnia damna, quæ iste facit.

Notandum primò, ꝙ quando aliquis esset indignus beneficio ecclesiastico ꝓpter defectum doctrinæ; tunc facilius tolerari posset in ipso beneficio tradito illi adiutore homine docto, & data ei aliqua parte fructuum beneficij pro honesta sustentatione, & quando spes esset ꝙ iste fiet doctus adiutor est illi dandus ad tempus quousq; discat, quando verò nõ esset spes ꝙ amplius iste addiscat, tunc adiutor est illi dandus in perpetuum: q̃ñ verò aliquis esset indignus beneficio ecclesiastico ex defectu bonitatis, tũc si est scandalosus: primũ minis, carceribus, & priuatione fructuũ inducẽdus est ad mutationẽ vitæ, ꝙ si hæc nõ proficiunt, oĩno priuãdus est, seruato iure, & ratio est, quia maximè in pastore ecclesiastico requiritur exemplum vitę, si autem nõ est scandalosus, quia v. g. non peccat publicè, nec eius crimina deducta sunt in iudicium, tunc facilius tolerari potest, sed tamen laborare debet episcopus diligenter ad eius correptionẽ, si scit eius peccata.

Aduertendum vlterius circa prædicta, ꝙ acceptio personarũ opponitur primò per se iustitiæ distributiuę, aliquando tamen potest esse contra commutatiuam, vt ex ea oriatur obligatio restitutionis, in beneficijs verò modus iustitiæ distributiuæ est seruandus, quia dignior est eligendus. In his, & ratio iustitiæ commutatiuæ est habenda, ex Sot. & Adr. quia redditus dati sunt ecclesiæ, non in præmium personarum, sed in ipsius vtilitatem, & ministrorum sustentationem, secundùm id Luc. 10. dignus est operarius &c. 1. Cor. 9. nemo militat. Innoc. in cap. cum secundum. de præb. Item ex intentione fidelium qui dederunt bona, vt ecclesia haberet bonos ministros.

Dum ergo quæritur an dignior sit pręferendus.

Prima conclusio. Idoneus necessarius pro beneficio semper est eligendus, quia indignus, & imperitus non est eligẽdus. c. graue. de præb. secundò, quia ratio dictat: tertiò, est sententia cõmunis. & habetur in c. inferiora. sess. 7. Conc. Tr.

Secunda conclusio. Ad quodcunq; beneficium, & officium ecclesiasticum dignior est eligendus, ita vt qui omisso digniori dignum eligit peccat mortaliter contra iustitiam distributiuam, & commutatiuam; probatur in c. vnico. vt benefic. ecclesi. & cap. licet. 8. q. 1. Secundò, quia esset acceptio personarum, & infidelis acceptio, probatur ex sententia cõmuni. & Conc. Tr. sess. 24. c. 1. de reform. 8

8 Eligẽs minꝰ dignũ, vt & quãdo peccet, & teneat ad restitutionem.

&

& Bulla 38. Pij V. incip. In conferendis. Tertiò, in aliquibus casibus non est peccatum conferre digno omisso digniori: primò, cum beneficium confertur à patrono qui instituit cum consensu episcopi: vt habetur 16. q. vlt. c. decernimus. ex Conc. Tolet. IX. cap. 4. ibi, in verbo, Idoneos. ꝙ intelligitur ex Adria. & Sot. nisi esset beneficium curatum, quia tunc digniori esset cõferendum cum electio vergat in præiudicium ecclesiæ, vnde & lex quæ esset contra legem naturæ, & diuinam non esset in hoc seruanda, vt quòd quis eligatur de certa familia, quando non est dignus. Confirmatur ex Concil. Trid. sess. 24. c. 18. vbi approbato per examen ad concursum facto conferendum statuit digniori, licet à patrono fuerit propositus; confirmat Pius V. Bulla 38. licet in beneficijs patronatis fiat examen sine concursu.

Secundus, si esset statutum, vt beneficium graduatis conferatur, quæ lex est iusta, si tamen beneficium sit curatum, nõ valet collatio nisi per cõcursum fieret. Tertius casus, cũ digniores non sunt illius diœcesis, tum minus digni sunt eligendi, vel saltem eligi possunt, quia naturalis amor præponderat, & ecclesiæ magis prodesse possunt ciues. ex Sot. vnde iura statuũt. dist. 61. c. nullus. c. obitum. dist. 63. c. metropolitano. gl. in cap. cum inter. de elect. D. Th. art. 2. ad quartum. indigenam extero præferendum. In episcopatu tamen & maiori dignitate ratio aptitudinis habetur.

Quarta cõclusio. Electio digni relicto digniori, licet teneat in foro exteriori. ex D. Th. tñ aliquando ratione statuti, nec etiam in foro exteriori firma est, vt de beneficio curato, per Bullã Pij V. vbi dignior postpositus potest appellare, nõ peccat tamen minus dignus accipiens, quia se remittit superiori, cum se reputat dignũ, nec ad illum spectat quærere digniorem: vt dicit Maior. q. 9. Adr. vbi supra. Nec obst. ꝙ Pontifex est dominus, ergo potest dare cui vult. Resp. ex D. Th. art. 2. ad primũ. ꝙ est dispensator beneficiorum. 1. Cor. 4. ꝙ si prælatus omittit dignum, vel digniorem. Pal. 4. dist. 15. q. 2. art. 2. concl. 4. Caiet. 2. 2. q. 62. art. 2. d. teneri ad restitutionem digniori. Adr. verò q. de hac re. Sot. lib. 4. q. 6. art. 3. d. esse ecclesiæ faciendam restitutionem, cum eligit indignum, quia collatio beneficiorũ est in iustitiam commutatiuã, cum sint instituta ad sustentationem ministrorum. In hoc, prima sit conclusio, restitutio in electione indigni fieri debet ecclesiæ, ratione dicta, confirmatur si villicus malos operarios duceret in vineam, teneretur domino restituere.

Secunda conclusio, quandoque restitutio est fienda dignioribus omissis, cum ex lege, vel statuto beneficia debentur dignioribus, quia tunc violaret iustitiam commutatiuam, vt est modo fortè in ecclesia vniuersali ob Bullam Pij V. quò ad beneficia curata.

Tertia conclusio. Qui dat beneficium digno extra hunc casum, relicto digniori ad nullam restitutionem digniori tenetur, licet peccet; probatur, quia non tenetur digniori restituere cum nullum ius acquisierit, nec ecclesiæ, quia nullum patitur damnum, ergo nulli, ꝙ intelligitur si electus sit dignus ratione illius præbendæ, idest ꝙ possit rectè ministrare sine detrimẽto ecclesiæ. Conditiones verò in beneficiato requisitæ, sunt: primò, vt suscipiat beneficium à prælato ecclesiastico, qui habeat authoritatem conferendi, quia recipiens à seculari nõ potest retinere, & incidit in pœnas. cap. præterea. de iure patr. cap. quisquis. de elect. quia efficitur inhabilis ad dignitatem, & electio est nulla. Secundò, vt collatio sit legitima nõ simoniaca. extra de sim. per tot. neque per intrusionem obtineatur. Silu. beneficium 3. §. 1. neque per litteras subreptitias, exprimẽda sunt .n. beneficia, & qualitates illorum, & beneficiati, & omnia quæ reddunt prælatum difficiliorem ad concedendum. Rebuff. in praxi benefic. 3. p. signaturæ. num. 18. gl. in c. si proponente. de rescript. Fel. in c. in nostris. eod. Tertiò, vt sit aptus ad beneficia, hæc autẽ in duobus posita est capitibus; quædam enim requiritur de iure diuino, & naturali, quædam de iure canonico, de iure diuino, & naturali duo requiruntur: primò, morum probitas. c. graue nimis. de præb. c. cum in cunctis.

de elect.

de elect. & ratio est, quia debet exercere munus ecclesiasticum, q vel Dei cultū, vel animarum curam concernit, ergo, secundò, scientia litterarum. d.c.graue. hæc autem debet esse maior, vel minor pro officij qualitate: vt dicit Pan. in cap. cum in cūctis. de elect. qui & declarat quanta esse debeat; q si homo improbus vel illiteratus recipiat beneficium nō tenetur resignare, si postea sit factus doct⁹ & probus: vt dicit Maior. 4. dist. 24. q. 4. contra Panor. nec ei est opus noua collatione ad retinendum, nam prælatus contulit & collationem non reuocauit, imò consensus tacitus nūc habetur, quia iam est aptus. Nau. cap. 25. nu. 138. Fel. in c. dilectæ. de except. q est verum cum crimen est occultum, nec inducit suspensionem, aut irregularitatem: vt dicit Tab. verb. electio. 1. §. 17. & dixi in tr. suspens. Secūdò, de iure positiuo, & canonico requiritur, primò, vt sit natus ex legitimo matrimonio. c. cum in cunctis. de elect. nisi habeat dispensationem à Papa. c. fi. de fil presbit. Silu. irregularitas. q. 13. §. 20. Nau. c. 25. nu. 117. Silu. beneficium. 3. q. 7. Couar. in 4. decr. 2. p. c. 8. §. 18. vbi probat secularem principem non posse legitimare ad munera ecclesiastica, & de his dixi tract. de Irregularitate latè. Secundò, debet esse clericus aliquo ordine initiatus. cap. dudum. de elect. saltem primæ tonsuræ secundùm omnes: vt notat Nau. c. 25. nu. 135. hoc tamen non est satis pro quocunque beneficio, nam pro episcopatu requiritur saltem, vt sit subdiaconus. c. à multis. de ætat. & qual. & hodie q sex saltem mensium spatio ante in ordine sacro sit constitutus. c. 2. sess. 22. in Tr. Conc. Curatus verò debet esse talis, vt intra annū possit fieri sacerdos. c. licet. de elect. in 6. id tamen non habet locum in collegiatis curatis. c. statutum. eod. quæ etiam non dantur per concursum, vt est decisum à sacra congregatione. Silu. beneficium. 3. q. 2. quia in collegiatis sunt multi qui possunt supplere. Silu. loco cit. potest tamen episcopus ratione studiorum dispensare, modo intra annum fiat sacerdos, aliter perdit ipso facto beneficium. c. cū ex eo. de elect. in 6. Vltimò, ex Pan. debet beneficiatus habere ordinem, quem beneficium requirit, vel intra annum ad id promoueri, in curatis, & personatibus, in simplicibus verò sat est q sit clericatui initiatus, vel in minoribus constitutus, modo quo aliàs tract. de Benef. vt dicit Silu. beneficium. 3. q. 2. Conc. Tr. sess. 24. c. 12. in reliquis satis est, vt habeat minores. Tab. Armill. Rursus debet habere ætatem conuenientem, de quo Nau. c. 25. num. 106. iuxta Conc. Trid. neq; requiritur annus completus, vt idem probat. Quartò, excommunicatus, minore non potest recipere beneficium. c. si celebrat. de cler. excom. neq; excommunicatus maiore. c. constitutus. de appell. nec suspensus. c. cum dilectus. de cōsuet. nec interdictus, vel violator interdicti. c. 1. de postul. prælat. nec irregularis. ibid. c. super eo. de elect. c. is qui. de sent. excom. in 6. Quintò, nec coniugatus, qui non est capax beneficij. c. sanè. de cler. coniug. & c. quod à te. eodem. Sextò, nec religiosus si non sit professus, & electus ad prælaturam suę religionis: vt d. Silu. electio. 1. q. 14. Tab. electio. 1. §. 17. Armill. eod. §. 23. & requiritur etiā, vt possit per se curam exercere. cap. quia pleriq;. de cler. non res. de quibus latius dixi tr. de Episcopo. cap. de Visitatione. num. 28. & alibi. cap. de Elect.

9 Beneficiū habēti an aliud conferri posse.

An verò habenti vnum beneficiū possit aliud cōferri, vel liceat habere plura beneficia. Notandum iure canonico prohibitam esse pluralitatē beneficiorū. c. singula. dist. 89. & c. sanctorū. dist. 70. & c. clericis. 21. q. 1. maximè verò id prohibetur in curatis beneficijs. c. de multa. de præb. c. cum singula. de præb. in 6. c. execrabilis. de præb. in extr. cōmuni. Conc. Tr. sess. 24. c. 17. Notandum tñ in aliquibus casibus fuisse licitū habere plura beneficia: primò, ob tenuitatem redditū. c. illud. 21. q. 1. Secundò, ob paruitatem ministrorum. c. clericus. 21. q. 1. Tertiò, cum vnum habetur in titulū, alterum in commēdam. c. qui plures. ibid. Quartò, cum vna ecclesia ab altera dependet. c. cam te. de æt. & qual. Quintò, cum Papa concedit. c. relatio. 21. q. 1. Sextò, cū episcopus dispensat. c. sanctorū. dist. 70. non tamen in curatis. Septimò, ad honorādos sublimes, & honoratas psonas. c. de mul

ta. de præb. Sot.lib.3.q.6.art.2. Silu.beneficiũ.4.q.1.§.3. Notandum etiã Conc. Trid. in his reformasse aliqua: primò, nullo modo licere habere plures cathedrales ecclesias. sess.7.c.2. de reformat. Secũdò, nec plura beneficia curata præsertim quę requirunt residentiam. c.3. & 4. ibid. & sess. 24.c.17. nõ tamen tollitur facultas summo Pontifici dispẽsandi ex vrgenti causa, imò de simplicibus ob tenuitatem ibidẽ conceditur. Vlterius notandum ex D.Th.quodl.9.art.15.& Sot. art.3. tria esse genera actuum moraliũ, quidam sunt intrinsecè mali, vt mendacium, quidam indifferẽtes, vt ambulare: alij verò qui licet per se absolutè cõsiderati deformitatem repræsentent, tñ circunstantijs vestiti possũt licitè fieri, vt hominẽ occidere iudici, & ad defendendum se, & in hoc tertio constituitur plura habens beneficia. Est ergo prima conclusio. Habere plura beneficia non est actus ex se purè malus, quia potest ex circunstãtijs fieri bonus, & id sæpè fuit concessum, vt est supra probatum. D.Tho. quodlib.9. artic.15. & innui videtur in Conc. Trid. sess.7. cap.2. dum ij iubentur ostendere dispensationes.

Secunda conclusio. Habere plura beneficia, non est actus indifferens, sed magis inclinans ad malũ, est D.Th. quodli. cit. & aliorũ: primò, quia Dei cultus minuitur: secundò, priuatur ecclesia suis operarijs: tertiò, fit iniuria fundatoribus, qui promissis reliquerunt bona, vt ecclesia plures haberet: quartò, priuantur digni beneficijs: quintò, nocent etiã ipsis, cum toti occupentur in temporalibus: sextò, datur locus ambitioni, & multis peccatis: septimò, est cõtra rationem naturalem, vt vnus possideat quod multis sufficere deberet.

Tertia conclusio. Habere plura beneficia aliquando licet, est communis omnium, & duo requiruntur. Primò, dispensatio Papæ, præsertim post Conc. Trid. sess.24.c.17. secundo, vt sit causa rationabilis, probatur in d.c. de multa. de præb. probatur etiam ex natura dispẽsationis, nam in hoc differt ab irritatione. Secundò, quia deformitas huius actus auferri non potest aliter nisi ex legitima causa. Est autem causa rationabilis dispẽsandi cum sit in ecclesiæ vtilitatẽ, vt ne dignus pereat: secundò, cum dignus non habet sufficientem sustentationem, vt possit vacare ecclesiæ: tertiò, quandocunq; cẽdit in vtilitatẽ ecclesiæ illius, vel vniuersalis, vt cũ dantur Cardinalibus, vt pro gradus dignitate viuãt in cõem ecclesię vtilitatem, vel si, vt supra, vnum beneficiũ alij sit vnitum, aut annexũ. c. eam te. de æt. & qual. vel ob paucitatem ministrorum. c. clericus. 21.q.1. vel si vnũ habet in titulum, aliud in commendã ad tempus. c. qui plures. 21.q.3. c.4. sess.7. in Tr. Conc. vel ob eminẽtem alicuius litteraturam, & nobilitatẽ. c. sanctorũ. 70. dist. c. dudum. de elect. quæ tñ si requirũt residentiam, opus est Papæ dispensatione. d.c. de multa. de præb. cum sim. & requiritur etiam causa legitima. D.Th.d.art. 2. & ibi Caiet. ad tertium.

Quarta, non extante causa rationabili nemo habet excusationem quamuis habeat dispensationem à Pontifice in beneficiorum pluralitate, quia tũ non exponit Pontifici veras causas, tum quia deformitas, quæ est in beneficiorũ pluralitate est contra ius naturæ, ergo dispensatio sine rationabili causa facta est nulla, sicut in voto; ratio est D.Tho. quodlib. cit. Maio.4. dist.24.q.12. ad quartumdecimum. Silu. beneficium. 4.q.2.§.4. Sot. art.3. citat. & communis.

Quinta, hinc infertur, q̃ recipientes plura beneficia sine rationabili causa nõ excusantur per collatoris dispẽsationẽ, quia à dispẽsatore res diuinas iniustè distribuente non liceret accipere, ergo nec hic, item quia secundùm Canonistas nõ est obediẽdum potestati iniusta p̃cipienti. Inno. in c. inquisitioni. de sent. excom. Maior. q.13. ad quartũ. vnde habẽtes beneficia pro sufficienti sustẽtatione iuxta gradũ, non sunt absoluendi nisi promittant resignare alia, vt d. Maior. ibid. vnde c. quia in tñ. de præb. id vocat periculũ aĩarum. Si dicatur licet habere vnũ pingue, ergo plura exigua. Resp. negãdo cõsequentiam, nã cum beneficium non habeat nisi vnum officium, licet sit pingue, potest ab vno exerceri, at non ita multa officia. Secũdò, quia minuitur numerus

ministrorum saltem. Nō obst. item si dicatur, sic damnarētur multi, quia plura beneficia habent. Resp. sic probaretur licere fornicari, furari, &c. quia multi id faciunt. Secundò, dicitur, non esse tamē multos, & fortè in his est causa rationabilis, imò id quisq; existimare debet, tñ id videatur in cōfessione audienda an ita se habeat. Non obst. etiā si dicatur beneficia esse de iure positiuo, ergo Papa in his dispensare potest, ergo. Resp. siue sint iuris positiui, siue diuini, satis est, ꝙ beneficium est ipsius ecclesię, & Papa cū sit dispensator nō potest cōferre nisi in ipsius vtilitatem, ratione iam exposita; legatur apud Adr. Maior & Sot. Vnde in curatis & ēt requirentibus residentiam in detentione plurium beneficiorum, requiritur Papæ dispensatio, in simplicibus non est necessaria: vt d. Aragon loco cit. post Sot. lib. 3. de iust. q. 6. art. 3. concl. 4. si tñ excedant congruā sustentationem vr̄, ꝙ plura simplicia retineri nō possint tuta conscientia. arg. c. cū teneamur. de præb. & ex Conc. Tr. sess. 24 c. 17. vbi tñ nō adest consuetudo petendi dispensationē in simplicibus, possunt sine ea retineri, secus si adest, & tutius est eā adhibere, maximè vbi pinguia sunt. Sot. lib. 3. de iustit. q. 6. art. 3. Nau. in Man. c. 25. nu. 125. Valentia 2. 2. disp. 5. q. 7. punct. 2. vers. 5.

Quo verò ad onus p̄lati conferentis beneficiū minūs digno, si quidē confert beneficium indigno, tenetur ecclesiæ, vel cōitati, restituere tm̄ quantū is indignè censetur recipere de illo stipendio, & insuper damnū si quod respublica incurrit ob indignitatē talis ministri, nam inuita cōitas ei confert stipendiū. Sot. lib. 4. de iust. q. 6. ar. 3. Couar. in reg. peccatū. 2. p. §. 7. nu. 2. sed si confert beneficiū digno, non tenetur ad restitutionem cōitati; si verò cōfert indigno, omisso digno, vel digno omisso digniori, non tenetur p̄latus ad vllā restitutionē digno, vel digniori. Sot. ibid. Couar. d. §. n. 6. Nau. c. 17. n. 73. quia nil proprium est ei ablatū, & Valentia id probat loco cit. vers. 6. vt nec restituere debet is qui p̄ponit peiorem meliori, in bonis quorū dn̄s est: vt dicit Salon 2. 2. q. 62. art. 2. in curatis eñ, vt supra, ob Bullā Pij V. fortè obligaretur restituere digniori omisso, vel saltē is pōt appellare, vt & tenet̄ restituere, si ex statuto, vel legato debeat̄ digniori, vt sup. est dictū.

10 Notandū secundò, circa magistratus, & officia secularia primò peccare mortaliter ordinariè eos, qui eligunt indignum, & ipsum si sibi cōstet de sua indignitate ēt peccare mortaliter: ratio est, quia violatur iustitia distributiua, & violatur cū periculo, vt iste indignus elect᷒ faciat multas iniustitias contra cōmutatiuam iustitiam; præterea stipendia assignātur ministris ex tributis populi, quæ is cōfert Principi, vt inter cætera ei prouideat de ministris qui dignè talia stipēdia mereantur, ergo princeps ex iustitia cōmutatiua id debet populo, aliter peccat; pręterea notabiliter lęditur respublica, quia dum digni vident ista officia indignis cōferri despondent animo, & ita auocantur à studijs sapiētiæ, & virtutis: tñ posteaq̄ indignus electus est ordinariè, & ipse deberet deponere officium, & qui eū eligit tenetur amouere illū ab officio, sed si esset p̄sona benemerita de Principe, tunc si in exercitio sui officij verè nō committeret aliquā iniustitiā posset tolerari, & si nō esset vir doctus posset illi dari assessor, qui doctrinā eius suppleret, plerunq; ēt expediret dare illi vicarium assignando ei aliquā portionē fructuum. Et nedum est peccatum mortale indignis cōferre officia publica, sed etiā si eligatur minus dignus omissis dignioribus, si id commodè fieri potest: vt dicit Aragon d. art 2. fol. 221. modo quo sup.

Officia secularia an possint cōferri indignis, vel minus dignis, & vt ibi peccet̄

Notandum tertiò, in alijs officijs secularibus, quæ nō habent iurisdictionem, sed sunt solùm quidā tituli honoris, cōmittitur etiam cōiter peccatū mortale, si eligātur indigni, & hoc quia violatur iustitia distributiua, & quia sic homines auocantur à studijs virtutis, & doctrinæ.

Notandū quartò, ꝙ in beneficijs ecclesiasticis, si quis ita sit indignus, vt sit innodatus aliqua cēsura ecclesiastica, tūc eius electio ē nulla prorsus, & talis nec facit suos sibi fructus beneficij, neq; vllā inde refert vtilitatē, ꝙ si tunc nulla censura innodatus sit, sed aliundè iuris impedimento indignus sit, tunc cōiter electio non est ipso facto nulla, sed annul-

 landa:

landa: vnde iste electus nec potest beneficium retinere, nec eius fructus percipere, sed posset tamen illud renunciare, & eius elector si cōstabat de indignitate ipsius electi pro prima vice priuatus est iure eligendi: vt colligitur ex c. cum in cunctis. de elect. & cap. cum vintoniensis. & cap. per inquisitionem. eod.

Notandum quintò, vt qñ in secularibus magistratibus ipsamet respublica, eligit indignum, tunc cōiter non insurgit ratio restituendi, neque ipsi reipublicæ, neq; ipse electus, nō reipublicę, quia obligatio restitutionis nō est in ordine ad seipsum, sed in ordine ad alterum, ergo respublica, q̄ indignum eligit non tenetur sibi ipsi aliquid restituere, neque electus tenetur restituere, quia respublica spontè, & propria volũtate illum elegit, ergo ipsi reipublicæ imputandum est, ꝙ indignum elegit: posset tñ consurgere obligatio restituendi ex his capitibus, primum si quis per vim, & metũ curauit se eligi à republica, tunc teneretur restitutioni ipsi reipublicæ. Secũdò, nasci potest obligatio restituendi in ordine ad externos, & peregrinos, qui sunt in republica, & hic teneretur restituere, tum ipsa respublica, tum ipse electus. Tertiò, nascitur obligatio restituendi in ordine ad priuatos ciues, si iste indignus iniustitiam aliquam commisit contra ipsos. Quartò, si iste per suam malitiam læsit ipsam rempublicam in aliquibus, in quibus probabiliter ipsa respublica nō cogitauit se lædendam esse, tunc tenetur etiam ipse ad restituendum ipsi reipublicæ. Quintò, si princeps ipse eligit indignum, tic enim tenetur reipublicæ, vel communitati restituere tantum quantũ is recipit de stipendio, & etiam quãtum sat est ad resarciendum damnum ꝙ is intulit reipublicæ, rationibus de quibus supra, vt de cōmuni, testatur Valentia 2. 2. disput. 5. de iust. q. 7. punct. 2. ver. sextò.

11 Sit quartum dictum. Officia secularia stãdo in rigore iuris naturalis licitè vendi possunt. D. Th. op. 21. Sot. lib. 3. de iustit. q. vlt. art. 4. at quoniam ista venditio etiam stando in lege naturali est occasio multorum malorum: ideò etiam stando in ipsa lege naturali, nō est laudabile, & dere ista officia, nisi in casu alicuius grauis necessitatis: de iure autem humano propter multa mala, q̄ afferre solet ista vẽditio prohibita est, vt habetur in l. hæc lex. ff. ad leg. Iul. de ambit. & in auth. vt iudices sine quoq; suffragio &c. per tot. Et vt licitè vendantur, nonnulla concurrere debere: primò, vt id non fiat nisi in maxima reipublicę necessitate; secundò, vt non vendantur si fieri potest, iudicaturæ, sed alia officia inferiora, ex quibus non administratio iustitiæ, sed executio eorum, quæ à iudicibus præcipiũtur, fit; tertiò, ꝙ limitetur potestas horum officialium inferiorum, & taxentur eis moderata stipendia; quartò, ꝙ non vendantur excessiuis pretijs, ne ipsi postea subditos grauent; quintò, vt non eligantur indigni; sexta, vt taxentur eorum operæ. Aragon d. art. 2. ad fin.

Officia secularia an licitè vendi possint.

Notandum primò, ꝙ stando in rigore iuris naturalis hęc officia posse licitè vẽdi probatur ex D. Tho. opt. 21. cit. modo vendantur dignis, & pretiq iusto. idem Sot. lib. 3. q. 6. art. 4. dicit, ex genere non esse illicitum, tamen ex circunstantijs posse esse illicitũ; quia respublica in casu necessitatis potest vendere, vel totam seipsam, vel sui partem, ergo multo magis potest vendere sua officia. Secundò, officia in respublica sunt quædam bona communia, & publica, & pretio extimabilia, ergo possunt vendi. Tertiò, si quid mali esset in hac venditione hoc esset potissimum quòd violaretur iustitia distributiua; frequenter enim indigni ea emerent, qui etiã postea læderẽt ipsam rempublicam, sed huic malo sufficiens remedium erit si prohibeatur ne vendantur, nisi dignis. In hoc verò, prima sit conclusio. Vendere iudicaturas, vel officia, quæ habẽt annexam administrationem iustitiæ est prohibitum lege ciuili; probatur in auth. vt iudices sine quocunq; §. 1. in l. hæc lex. ff. ad leg. Iul. de ambitu. quia licet in his seruentur conditiones Diui Thomæ, tamen datur in his locus auaritiæ, & iniustitiæ.

Secunda, vendere alia officia carentia iustitiæ administratione, seruatis conditionibus Diui Tho. est actus licitus, quia nullam habet deformitatem.

Tertia,

Tertia, huiusmodi officia in causis ecclesiasticis vendere est minus licitũ, non tamen absolutè damnandum, vbi est cõsuetudo: vt colligi videtur ex clem. statutum. de elect. præsertim ea in quibus nõ est periculum iniustitiæ, nec scandali; & eo magis episcopi possent vẽdere officia secularia seruatis prædictis: vt dicit Aragon. d. art. 2. in fi. subdens tamen illos nõ posse vendere officia ecclesiasticæ iurisdictionis, cum debeant habere salaria, & proximè accedant ad spiritualia, & sic tenendum.

Notandum secundò, cum respublica transferat omnem suã potestatem in supremos dominos, & in ipsos solos, nõ in alios, cuiusmodi sunt Imperator, Rex, & alij supremi domini, quocunq; nomine vocentur, hinc fit vt sicut posset ipsa respublica vendere officia stãdo in iure naturæ, sic possent illa vendere illorum domini, & consequenter hinc etiam sequitur, vt alij dñi inferiores, qui sunt sub supremo domino non possint vendere illa officia, nisi fortè licẽtia, aut præcepto supremorum dominorum, ratio est, quia cum isti non sint domini supremi nõ habent totum illud ius, ꝙ habet ipsa respublica. Similiter, qui illa officia à Principe emerunt, non possunt ea sine licentia eiusdem Principis, siue per vẽditionem, vel per simplicem renunciationem trãsferre in alios, nisi mos sit contrarius.

Notandum tertiò, multa esse damna, q̃ sequuntur ex tali vẽditione officiorum, quorũ magna pars enumeratur in auth. cit. primò ille qui emit officiũ cogeretur quærere lucrum non solùm ad sustentationem sui, & familiæ, sed ad recuperandas illas pecunias, quibus emit officium. Secundò, quia cõiter hoc modo officia non darẽtur, nisi ambitiosis, & indignis. Tertiò, quia cessarent hac via studia virtutis, & doctrinæ, ꝑcipuè verò non expedit vendi officiũ iudicis, neq; officiũ notarij, quia in his duobus facillimè contingunt multæ iniustitię, ex tali vẽditione. Hinc Iustinianus Imperator in auth. supra cit. reprehendit præcedentes Imperatores, qui cœperunt inducere consuetudinem vẽdendi ista officia, & prohibet in posterum fieri talem venditionem.

Sit quintum, & vltimum dictum. Acceptio personarum præter beneficia ecclesiastica, & officia secularia potest adhuc committi in iudicio, & in impositione onerum, & in exemptione ab onerib. 13 *Acceptio personarũ vt incurri possit in Impositione onerũ, vel exemptione ab eis.*

Notandũ primò, in iudicio acceptionem personarum cõmitti posse duobus modis. Primò, si acceptetur persona diuitis contra pauperem, ꝙ solet esse frequentissimum. Secũdò, si habeatur ratio personæ pauperis contra diuitem, & hoc solet esse rarissimum, & hoc secundũ licet non soleat esse valdè frequẽs, tamen prohibitũ est iure diuino expresse Exodi 24. vbi dicit, pauperis non misereberis in iudicio, ꝙ intelligitur de illa misericordia, quæ continet iniustitiam contra diuitem; hanc vtranq; esse acceptionẽ personarũ, patet, quia in iudicio attendi deberet ratio vtriusq; partis, & pro illo ius dici deberet, cui ratio fauet, & tñ in his modis non attenditur ratio, sed attenditur persona, ergo est acceptio personarũ. Aragon tñ hic art. 4. d. non esse acceptionem personarũ, si iudex faueat vni parti sequendo probabilem opinionẽ Doctorum, licet alia sit probabilior; de quo alibi latius dixi, maximè tr. de Iud. & tr. de Iud. & habetur infra, ꝙ tutius sit & necessarium sequi probabiliorem. Et ita in iudicijs habere potest locũ acceptio personarum. Prou. 18. c. 12. de reg. iur. in 6. qui iudex & in his q̃ committuntur eius arbitrio seruare debet iustitiã distributiuam, qui tñ in his quæ non præiudicant potest vni fauore, vt audiendo eius causam in die festo, quod aliàs sine grauissima causa fieri nõ debet. Vbi verò ius est dubium, si dubitetur an iudex possit iudicare secundùm partem aliquam probabilem, dicendum est, ꝙ si iudicat eandem opinionem æquè probabilem, liceret ei propter amicum secundùm illam iudicare quæ illi magis fauet, & etiam modo secundùm vnam, modo secũdùm aliam; scandalo amoto, si tamen putat alteram probabiliorem, & sic veriorem, secundùm eam iudicare tenetur, nec in hoc respicere amicitiam, cum agatur de præiudicio tertij, licet vbi non agitur de præiudicio tertij, possit quis sequi probabilem opinionem, relicta probabiliori,

modo eam putet veram, secus vbi agitur de Iustitia, quia sic tenetur sequi probabiliorem quò ad se: vt rectè dicit Valentia. 2. 2. tract. de Iustitia. disp. 5. quæst. 7. punct. 4.

Notandum secundò, in distributione onerum reipublicæ posse committi acceptionem personarũ duobus modis: vno modo in impositione ipsorum onerum, quando cæteris paribus per hæc onera plus grauantur pauperes, quàm diuites, vel æqualiter, & tamen ratio naturalis dictat, vt plus grauentur diuites, quàm pauperes, & aduertendum, ꝙ dixi cæteris paribus, quia possunt concurrere aliquæ rationes propter quas diuites minus grauandi sunt in aliquo onere, nempè quãdo diuites grauãtur in alijs oneribus, in quibus non grauantur pauperes; pari ratione sæpè grauãtur diuites in multis officijs, in q̃bus est magnus labor, magna occupatio, & iactura tẽporis, & paruus honos, & exiguum lucrum. Secundo, cõmittitur acceptio personarum in his oneribus, in exemptione ab his oneribus, quando aliqui sine rationabili causa ab illis eximuntur, ex quo sequitur vt alij iniustè opprimantur, & aduerte, ꝙ dixi sine rationabili causa, quia sũt multæ causæ propter quas aliquis eximi potest ab his oneribus, nempè si in alijs rebus est vtilior reipublicę, quomodo eximunt milites, propterea ꝙ quotidiè exponunt se mille periculis pro republica, sic eximũtur clerici, & religiosi cum ipsorum bonis, & ecclesiarum, tum quia laborãt per sua opera spiritualia ꝓ vtilitate reipublicæ, tum quia eorũ bona sunt quodammodo sacra ex eo quòd pertinẽt ad ipsas personas sacras.

Ex his infertur, tributa, quę imponũtur per capita hominum cõmuniter esse iniusta, & continere in se acceptionem personarum, similiter gabellæ, seu vectigalia imposita super panem, & vinum, præterquam ꝙ sapiunt quandam speciẽ crudelitatis cum imponantur super rebus ad sustentationem vitæ necessarijs, etiam ex sua natura continent iniustitiam, & acceptionem personarum, quia euidenter in his multo plus grauantur pauperes, quàm diuites.

Tributa verò quæ imponuntur super carnes non continent communiter tantam iniustitiam, quia pauperes non consumunt tot carnes, quot diuites: verum est tamen ꝙ iniustitia illa, quę inuenitur imposita super pane, & vino, & alijs necessarijs, potest aliundè compensari, vt licitè fiat: de qua re infra cum erit sermo de gabellis, fusius dicemus.

Notandum vltimò, ex D. Tho. in 2. 2. supra cit. q. 63. art. 3. acceptionem personarum committi posse etiam in honore, & reuerentia: honor enim præmium est virtutis, & ideò causa propter quam honor debetur est virtus, cui soli debet honor. 4. Ethic. c. 5. & 1. c. 12. Vnde Marcellus honori in media vrbe templum erexit, ea lege, vt nulli illuc nisi per ędes virtutis aditus pateret, bonis autem honor debetur ob virtutem propriã, malis verò ob virtutem alterius, nam Principes, quoniam gerunt personam Dei, & communitatis, etiam si mali sint, sunt honorandi. Prou. 26. ex se enim non sunt honorandi, vt mali. d. cap. vbi dicitur, sicut qui mittit lapidem in aceruum, ita qui tribuit honorem insipienti. Legatur D. Thom. art. 3. eadem ratione honorantur parentes, ob participationem diuinæ dignitatis, qui est omnium pater, senes ob signum virtutis. Sap. 4. Diuites, quia maiorem locũ in communitatibus obtinẽt. 13 Acceptio personarũ vt cõmitti possit in delatione honorũ, & reuerẽtia.

Secunda conclusio. Honorare homines solùm intuitu diuitiarũ est acceptio personarum, & ita Iac. 2. dicitur: quicunque diuitẽ propter diuitias honorat peccat. Notandum autem, quòd tunc est acceptio personarum in huiusmodi honoribus, cum honor qui solet exhiberi ob virtutem, non solo extrinseco honorandi actu, sed interno simul animi iudicio, exhibetur alicui aliam ob causam, præsertim improbo, sed tamen non est pura acceptio personarum, quia exhibere honorem nõ semper pertinet ad iustitiam, sed aliquando etiam ad obseruantiam, & propterea nõ exhibere honorem actu saltem externo hominibus, aliquo ex dictis modis pręcedentibus, iuxta ciuilem consuetudinem esset vitium contra obseruantiam, & ita intelligitur D. Tho. d. art. 4. & Sot. art. 6. potest & intelligi acceptio-

ceptionem personarum committi in honore, dum honores, vel dignitates, quæ debentur dignis, conferuntur indignis, vt supra.

14 Et ita in iudicijs habet locum acceptio personarum. ex D. Tho. & communi, quia ex 5. Eth. iudex est custos iustitiæ, vnde dicitur iustitia animata à Platone lib. 7. de Legib. ergo cū ipsam quis corrumpit grauissimè peccat, si dicatur, cum iudex scit accusari innocentem, potest illi indulgere, præsertim in gratuitis quæ à iure non sunt præsumpta, ergo & personam accipere. Resp. Sot. lib. 3. q. 6. art. 1. primò, si res sit dubia debet sequi tenorem iuris: secundò, si innocentia sit manifesta debet quantum sine scandalo fieri potest innocentiæ fauere, non tamē à iuris ordine recedere, quia tenetur secundùm allegata, & probata iudicare, ꝙ tamen si prætermittit in fauorem innocentis non tenebitur restituere, licet peccet, quia contra officij leges facit, & scādalum præbet. Si dicatur supremus Princeps potest vni nocenti vitam donare nō alteri, ergo. Resp. Sot. id etiam esse acceptionem personarum, quia æquitas violatur, si sine causa fiat, quamuis non iustitiæ rigor, quòd ī prælatis ecclesiasticis magis est animaduertendum. Si dicatur etiam cum sunt oppositæ Doctorum sententiæ potest iudex ad alteram inclinare intuitu personæ, ergo licet aliquando iudici accipere personā. Resp. Sot. primò, in speculabilibus licere probabilem defendere, sed in practicis probabiliorem esse sequendam sententiam, vt Medico, Theologo, in rebus fidei, & iudice, qui aliter tenetur restituere, & peccat ob scandalum, fit enim contra conscientiā. Secundò, dicit, vbi acciderit omnino esse pares opiniones, nunc vnam, nunc alteram opinionem debere amplecti, non enim est apertum scelus, vix tamen potest carere scandalo, quòd si abesset, licebet, videndum est autem ne humano affectu probabilitatem metiamur.

Acceptio personarū an cōmittatur ī iudicio, & quomodo

An verò liceat tirannum inducere ad iudicandum, videatur. Caietanus in summa, verbo, tirannus; qui tenet partem affirmatiuam, quia petit actum licitum.

Quo verò ad acceptionem personarū in oneribus publicis, & tributis.

15 Notandum primò, multa esse genera tributorum, de quibus Silu. verbo, gabella. 4. tamen sunt præcipua, census, tributum, vectigal, pedagium, census est pensio, quam ciues iunctim Principi soluūt, ethimologia habetur in l. forma. ff. de censib. Tributum est, quòd antiquitus soluebatur Principi in signum subiectionis l. ager. ff. de verb. sign. Vectigal, quòd soluitur de mercimonijs, quę vehuntur, pedagium, quòd soluitur ex eisdem, sed pro viarum custodia. His notatis.

Acceptio personarū an cadat ī gabellis.

16 Prima conclusio. Hæc omnia pensionū genera ob iustas causas imposita sunt iusta, & Principi debentur in conscientia: Primò, Rom. 13. omnis anima, &c. Matth. 17. & 22. & extra de censibus. per totum. notat id D. Th. in locum Pauli, quòd nihil in præmiū status expeti debet, sed tantum ad status sustētationem, & sumptus necessarios, quòd intelligitur, si is qui imponit habet authoritatē, idest superiorem non agnoscat, vt Rex, Respublica, à quibus non sit appellatio, vel certè habeat à Pōtificē authoritatem imponendi. Item si non vltra modum, aut necessitatem grauat, nec clericis imponat alioqui excommunicātur in Bulla Cœnæ, tam imponentes sine necessitate nouas gabellas, quàm imponentes, vel exigentes à clericis, legatur Nauar. cap. 17. nu. 200. & cap. 27. nu. 67. Item si permittat ab exactoribus præter æquitatem subditos vexari.

Gabellę q̄ iustæ sint, & eas frau dans quādo peccet & teneat ad restitutionē, vel non.

Secunda conclusio. Tributa facultatibus potius quàm personis sunt imponēda, idest, vt quo quis est ditior eo plus soluat, quia aliàs pauperes magis in his vexarentur, quàm diuites: vt dicit Sotus artic. 3.

Tertia conclusio. Quamuis iuxta ius commune vectigal de his, quæ ad victū pertinent exigi non possit. l. vniuersi. C. de vectig. tamen quia consuetudo cōtrarium induxit alicubi, non est damnanda. Nau. c. 17. nu. 202. D. Ant. 2. p. c. 13. tit. 1. §. 9. supposito tamen, quòd habeat authoritatem.

In horum tributorum impositione cōmittitur acceptio personarū, quoties exi

mitur aliquis sine causa legitima, quia est onus pariter omnibus ferẽdum, dicitur sine causa, quia ex consuetudine; vel ob benemerita erga rempublicã aliqui eximi possunt sine acceptione personarum, ac ex liberalitate, modo ne alij illo tributo grauentur, quo illi leuantur, sed extrahẽdum est ex tota summa: vt dicit Sot. & hoc seruato potest princeps etiam vendere hanc exemptionẽ. An verò quis teneatur soluere vectigal non requisitus. Resp. si sit euidenter iniustum non tenetur, nisi fortè ratione scandali, si euidenter iustum tenetur, si dubium tutius est soluere etiam si non petitur, nec latenter eludatur: vt dicit Sot. & qui cum teneretur nõ soluit semper est obligatus. An etiam pro transitu fluminis in cimba liceat aliquid exigere à clericis. Resp. vel exigitur ratione laboris, & tunc tenetur etiam clericus soluere, vel multum exigitur, & sic non licet à clericis. Idem dicendum de vectigali, quòd carnibus imponitur, & reliquis ad victum necessarijs, quòd enim additur ratione vectigalis clerici non tenentur soluere, nec illi possunt exigere, reliquum debent, & eodem modo clericus cum vendit aliquid pretio statuto cum tributo, q ratione tributi additur, tenentur reddere illi qui tributa exigunt, cum ipse tributum non soluat.

An verò fraudantes huiusmodi gabellas, peccent & teneantur ad restitutionẽ. Ang. verbo, pedagium, dicit: fraudantes iustas gabellas non peccare mortaliter, secũdùm se nisi statutum esset præceptiuum. Secundò, dicit, vectigalia nostri tẽporis esse vt plurimum illicita, vnde nisi probentur esse legitimè imposita, præsumendum est esse iniusta, subditi tamen qui ad ea soluenda se obligarunt tenentur soluere secundùm formam statuti, quia se potuerunt obligare, probat sententiam suã. ex c. quanquam. de censib. in 6. vbi dicit, dici pedagiorũ exactiones, tam iure canonico, quàm ciuili, regulariter esse dãnatas, ergò, vt ibi infert glo. eas imponens probabit hoc sibi licere, & antequam probet esse legitima, iuris præsumptioni standũ est. Ad hanc sententiã proximè accedit Tabien. verbo, pedagiũ. §. 9. qui nõ obligat ad restitutionem defraudantem iustas gabellas, cum nõ exiguntur, vel res delatæ non inueniuntur à ministris, neque peccare mortaliter, præsertim, quia multæ sunt immoderatæ, vt gabellæ vini, & aliæ multæ, & quia ementes hac lege videntur emere, & quasi condonare fraudes spontè.

Altera sententia opposita est communis Hostien. Pis. Ros. Archid. quos citat Silu. verbo, gabella. 3. §. 8. Nau. cap. 10. nu. 200. Caiet. verbo, vectigal. & omniũ Summistarum, tit. pedagium. Sot. lib. 4. de iust. & iure, q. 6. art. 4. & Canonistarũ in c. innouamus de censib. præsertim Panorm. qui absolutè affirmat defraudantes iustas gabellas peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem, ad cuius sententiç expositionem, & confirmationem aliqua sunt notanda.

Primò, notandũ, gabellam vel esse iustam vel iniustam, vel dubiam. Iusta est, quæ quattuor causis legitimis cõstat, prima efficiens, vt imposita sit ab eo qui habet potestatem, quis aũt is sit, docet Silu. gabella. 3. §. 1. cũ seq. scilicet Papa, Concilium, Princeps, non agnoscens superiorem, vel si id habet ex eius licentia, vel ex cõsuetudine immemoriali. Valentia, de iustit. disput. 5. q. 6. punct. 5. ver. Quid sit restituendum, ad fin. Secunda finis, vt ob iustam causam, qualis est publica necessitas, qua causa cessante omnino cessat etiã gabellæ iustitia, quare si ad bellum gerendum sit imposita, & amplius non geratur, non est iusta, vlterius: vt dicit Siluest. q. 9. Caiet. Tabien. & omnes. Tertia, materialis, vt imponatur in rebus, & bonis licitis, nam non potest imponi in bonis clericorum, vel exemptorum laicorum. Quarta, est quasi formæ, vt sit moderata pro necessitate, singulariter verò vt non transcendat tertiam octauæ partis, vt probat Tabien. §. 7. verbo, pedagiũ. Armil. verbo, gabella. §. 14. Intelligitur tamen nisi necessitas aliud requirat, vt notat Siluest. verbo, gabella, q. 9. quare eius quantitas necessariò metienda erit, excepto necessario casu, dicit etiam ad gabellæ formam pertinere, vt in ea seruetur ratio distributiuæ, ne quis supra facultates, aut vires grauet: & de

& de his causis legatur. Gaiet. verbo. Vectigal. Silu. gabella. 3. q. 1. Tab. pedagiū. §. 7. & alij. Iniusta autem dicitur gabella, cum aliquod horum quattuor deest. Dubia cum dubitatur an omnes prædictas conditiones habeat.

Secundo distinguendum est, nam vel gabella, de qua est quæstio, est imposita super rebus quæ ad proprium victum referuntur, vel super alijs rebus præterea, vel est antiqua cuius memoria nõ extat, vel noua, de antiqua enim iustitię maior præsumptio est quàm de iustitia nouæ gabellæ, vt recte dicit Tab. pedagium. §. 8. Item, vel imponitur subditis, vel etiam forensibus.

Tertio notandum, conuenire omnes doctores iniustas gabellas non posse exigi, & eas defraudantes ad restitutionem non teneri, quæ autem sint iniustæ, supra est dictum. Secundo, conueniunt iustas gabellas cum exiguntur esse soluendas, & teneri ad restitutionem eos qui nõ soluunt, & vltimo peccare etiam mortaliter de genere suo. legatur Tab. loco cit. Silu. gabella. 3. q. 8. tota ergo difficultas est de iustis gabellis cum non exiguntur, an tunc teneantur eas homines soluere.

Prima conclusio, fraudantes gabellas iustas peccant, & tenentur restituere ẽt si non exigantur, vel bona gabellis obnoxia apud eos non reperiantur, etiã si post fraudationẽ alienarunt, probatur, quia solutio gabellarũ ad sustẽtationem principum, & boni communis est de iure naturæ, & diuino vnde Rom. 13. dicitur, cui tributum tributum, & Matth. 20. reddite quæ sunt Cęsaris Cęsari, ergo non soluẽs agit contra iustitiam, quicunque enim surripit aliquid notabile proximo contra eius voluntatem peccat peccato iniustitiæ, ergo, nisi leuis res sit. Si dicatur lex de soluendis gabellis est pœnalis, ergo non obligat nisi ad pœnam. Respon. Primo, consequentiam iure negari posse iuxta probabiliorem sententiam, & communem, sed esto, tamen negatur antecedens, non enim est pure pœnalis, sed etiã præceptiua. Secundo, dicitur id valere in his quæ sunt de iure positiuo, at gabellarum solutio est etiam de iure naturæ, & diuino, ergo, legatur Silu. Si obijciatur etiam quod principes, & qui gabellas emunt optime sciunt se deceptos iri, & hac de causa minoris venduntur, ergo licet defraudare. R. nihilominus nõ licere, vt notauit Caiet. verbo. vectigal. nam neque Iudas à peccato excusatur, eo q dominus illud præuiderit. Secundo, quia hoc peccatum ex natura debiti non soluti Reipublicæ oritur, ergo.

Secunda conclusio. Gabellas dubias siue nouas siue antiquas defraudantes peccant, & suadendi sunt post factum, vt restituant, non tamen omnino obligandi, iuxta opin. Soti libro 4. q. 6. de iust. ar. 4. Silu. gabella. 3. §. vlt. probatur quia exponunt se periculo iniustitiæ non soluendo, cum in dubio deberent partem tutiorem eligere, c. iuuenis, de sponsal. secundo, quia non est subditi iudicare superiores, quare nisi constet de iniustitia præsumendum est pro principe, vt recte Sotus notat. posterior pars de obligatione restitutionis esse illis suadendam post factum, vt restituant, probatur quia illa est tutior pars, ergo eligenda & suadenda, quod vero non debeant cogi probatur, quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis, c. in pari, de reg. iur. in 6. deinde quia qui ad id obligant se exponũt periculo surripiendi ab eo quod suum est, vt d. Siluest. loco cit. & Caiet. Verb. vectigal, vbi dicit nisi appareat iusta non cogat ad restituendũ; probabile tamẽ videtur quod partem earũ soluere debeant ratione huius dubij, cũ pro parte saltem iustæ extimari debeãt, nisi probabile sit esse in totum iniustas, quia sic ad nil tenentur, in dubio tamen præsumitur pro principe qui eas imposuit, & ideo tutius agendo, sunt soluendę Sot. lib. 4. q. 6. ar. 4. Valentia. loco cit. hinc infertur iniuste agere eos qui rogati à ministris iustarum gabellarum de rerum suarum quantitate totum non reuelant, & minus debito soluunt. Ad aquàmquàm de censibus. Resp. esse intelligendum de nouis gabellis vt pisana, & Tabiena contendunt, quas præsumunt esse iniustas, quare si iustæ sunt, damnari non possunt, vt ex dictis patet.

Tertia conclusio, Gabella imposita super-

super rebus quæ ad proprium victum transferuntur est iniusta, & ob id qui illam non soluunt, nec peccant, nec tenentur restituere, probatur ex communi sententia, quæ est Angeli. pedagium. §. 3. Silu. gabella. 3. q. 7. Hostien. Astens. prima par. lib. 1. tit. 32. ar. 4. Tab. pedagium §. 4. Gaiet. V. vectigal, & aliorum, deinde quia talis gabella est contra ius commune, vt habetur in l. vniuersi. C. de vectigal. deinde quia plus iusto grauarentur ciues, nec faueretur iustitiæ distributiuę, vt recte docet Gaiet. nam qui pluribus eget alimonijs plura defert, qui vero paucioribus pauciora, ideo diuites non plus soluerent quàm pauperes, consuetudo autem contra iustitiam inducta nō excusat. Si dicatur sic damnandos esse multos principes Christianos qui de talibus rebus exigunt vectigalia. R. posse eos excusari ex necessitate reipublicæ, & consensu populorum, presertim si ex more antiquo id faciunt cuius memoria nō extat, vel quod habeant aliquos doctores qui eam consuetudinem excusent ab iniustitia, vt supra. S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 14. §. 9. Nau. c. 17. nu. 202. deniq; quod solui debeat per modum taliæ impositionis, vel collectę, vel quod ex alijs rebus non possit Reipublicæ Consuli, & hoc pacto, ex victualibus exigi possunt, & necessarijs ad vitam. Nau. ibi. nu. 203. S. Ant. loco cit. & Valentia. vt supra.

Quarta conclusio. Forenses tenentur soluere pedagia iusta ob expensas viarū, & securitatis seruandæ, probatur ex dictis quia est eadem ratio. legatur. Silu. gabella. 3. q. 4. §. 18. Tab. pedagium. q. 7. & alij. Ex his patet quomodo se gerere debeat confessarius cum his qui gabellas defraudarunt, perpensa enim prædictarum gabellarum iustitia, si aperte videt esse iniustas, doceat non teneri in conscientia ad soluendum, si vero iustæ, obliget ad soluendum, & si defraudarūt ad restituendum. Quod si de iustitia dubitat, ante factum semper fraudem prohibeat, post factum vero consulat, & obliget ad restitutionem, vt dictum est supra, modo quo ibi, quod si gabella à principio est iusta, sed eius augmentum est iniustum, non obliget ad restitutionem augmenti. Cum principe vero qui gabellas imponit aduertat quattuor causas dictas, ex quibus gabellæ iustitia cognoscitur, & moneat quod si sine authoritate nouas imponat, vel promiscue etiam de bonis ecclesiasticis, vel à personis ecclesiasticis exigat sine licentia, est excommunicatus in bulla cęnę Domini, de quo legatur. Nau. c. 17. nu. 202. De gabellis vero victualium referat doctorum sententias, & si cōi non acquiescat potest absoluere eum innixum opinioni eorum qui illum excusant. De conuenientibus vero cum ministris, & de ipsis ministris, vel alijs fraudantibus Resp. q; si gabellæ sunt iustæ, tenentur vtrique in solidum de damno, quod intulerunt principi, vel conductori gabellarum, nō tamen crederem ministros teneri restituere pecunias quas acceperunt à fraudantibus ipsi principi, soluta gabella, sed ipsi danti, vel pauperibus ex consilio iuxta distinctiones infra, tract. de redditione habitas, an libere donetur, vel non & c. de quo & alibi, qui tamen merces transportant contra prohibitionem, licet peccent, non tenentur ad restitutionem, nisi multum Reipublicæ noceant. De his videatur plenius Silu. verbo. Gabella. Corrad. cas. 136. qui & d. ad collectas teneri tantum subditos, ad vectigalia etiam peregrinos.

SVMMARIVM.

1 Restitutio quid sit.
2 Restitutio an differat à satisfactione, & quomodo.
3 Restitutio an sit de necessitate salutis, & quomodo.
4 Restitutioni quæ sint obnoxia.
5 Homicida quomodo teneatur ad restitutionem.
6 Restituere an & vt teneatur membrum alicuius mutilans, vel debilitans, & quid de percussore, & ad quod aliud.
7 in Fama lęsus an teneatur remittere damnum, vel iniuriam, & quid de rancore.
8 Reus an peccet contra iustitiam negando verum crimen, & an teneatur

De Restitutione. Cap. LXXVIII.

PRo intelligentia huius materiæ videnda sunt octo capita, vel puncta. Primo, quę spectãt ad difinitionem restitutionis. Secundo, quid sit restituendũ. Tertio. Quantum. Quarto. Qui tenentur restituere. Quinto. Quibus restituendum. Sexto. Quomodo. Septimo. Quando. Octauo. Quo ordine. D. Th. 2. 2. q. 62.

Ver. De ijs, quæ spectant ad definitionem restitutionis.

REstitutio est actus iustitiæ commutatiuæ, quo quis iterum statuitur in iure rei sibi debitæ, vel restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ, quo secundũ ęqualitatem rei ad rem, redditur alicui, 1 Restitutio qd sit.

quod

quod ab eo, vel volente, vt in contractibus, vel inuito, vt in furtis, est sublatum. Si dicas, qui non recte distribuit tenetur ad restitutionem, quia defraudauit modo quo c. praecedenti, sed tamen id pertinet ad iustitiam distributiuam. R. Tho. 2.2.q. 62.ar.1.ad 3. quod restitutio eius quod per iustitiam distributiuam conferri debuit, & praetermissum est, pertinet ad iustitiam commutatiuam, Hinc dicit Cast. quod si princeps aliquem defraudet in bonorum distributione, ei teneatur restituere nec satisfacit alijs Ciuibus distribuendo modo quo supra c. praeced. hinc sequitur restitutionem non habere locum, nisi vbi ratio debiti intercedit; quod si detur beneficiorum nomine aliquid alicui, actus est liberalitatis, non iustitiae distributiuae, sic Sotus lib. 4. de iustitia q.6.ar.5.

2 Restitutio an differat à satisfactione, & quō. Nec est idem restitutio, & satisfactio, nisi ample pro quocunque opere poenali sumatur, tunc enim satisfactio sic sumpta confunditur cum restitutione, si vero proprie pro poenali opere à sacerdote imposito sumitur, differt, Primo, quod illa hominibus, hęc fiat Deo. Secundo, hęc pręsupponit iniuriam, vel culpam alicui factam, non ita restitutio, vt si mutuum reddat. Tertio, satisfactione illata iniuria remittitur, non restitutione. Quarto, satisfactio sequitur poenam, restitutio culpam, saltē quoad propositum, Quinto, satisfactio non potest esse sine amicitia, potest vero restitutio sic esse, Sexto, illa locum habet in purgatorio, non ista, ideo quàmuis aliqui non restituerint, si id mandauerint haeredibus, vbi ipsi non potuerunt, nec satisfiat, vel si omnino impotentes fuerint, vbi in purgatorio satisfecerint, in coelum euolabunt; Quod vero dicit Aug. ep. 54. ad Macedonium. c. si res 14.q.6. non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, debet intelligi vbi potest, ita Sotus. Per accidens tamen si restitutio daretur in satisfactione poenitentiali essent idem, non ex propria natura, sed per accidens, & in hoc omnes cōueniunt, etiam si in modo probandi differant, lege Scol. distin. 15. in 4. Sot. lib. 4. de iustitia q.6.ar. 1. Immo si verborum etimologiam spectes nulla est similitudo, & satisfacere, est quātum satis est facere, quantum & aliqua ratione exigere, sic dicitur quis suo appetitui satisfacere, quantum ab eo postulat suus appetitus facere, restituere vero est hominem in dominio, ac potestate eius, quod suum erat iterato constituere: Dubitatio est an restitutio sit de necessitate salutis: Grecorū fuit haeresis ex Guido. l. 1. de hę res. vt d. Castro verbo restitutio, negātiū, sacerdotes enim fures abluebant, oleo vngentes, partem furti pro poenitentia sibi exigentes. Theologi vero omnes asserunt, tantum differunt, an sit praeceptum affirmatiuū, an negatiuum. Alex. 4. P.q.86.m.2.ar.3. Scotus 4. dis. 15. q. 2. ar. 4. Maior dist. 15.q.26. Medina q.2. de restitutione, dicunt contineri sub praecepto non furaberis, putant enim esse negatiuum. Sotus ero artic. 2. d. esse affirmatiuum, quod coniungitur cum illo non furaberis. 3 Restitutio est de necessitate salutis, & quō.

Prima conclusio. Alienum quod tenetur domino inuito, siue iniuste sit ablatum, siue iustè acceptum, vt per mutuum, est de necessitate salutis restituere, ita vt per dolorem solum non remittatur peccatum, nisi adsit voluntas restituendi, probatur. Thob. 2. vbi furtiua res reddi iubet. Ezec. 33. Nemini pollicetur veniam Deus, nisi facta restitutione. Prou. 16. qui cum fure partitur, occidit animam suam, refertur extra, de furtis c. qui cum fure, Matth. 22. reddite quae sunt Caesaris &c. Rom. 13. vbi Chris. reddite oībus debita, denique sub pręcepto non furaberis continetur non retinebis aliena. Aug. epis. ad Maced. 14. q. 6. c. 1. c. cum tu. de vsur. c. peccatum de reg. iu. in 6. & in d. c. 1. dicitur si res aliena propter quam peccatum est, reddi possit, & non redditur, poenitentia non agitur, sed simulatur, si autem veraciter agitur, non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, tandem communis est opinio, cū violetur iustitiae ęqualitas rem alienam retinendo, vt & violatur eam inuito domino accipiendo.

Secunda conclusio. Praeceptum restituendi non est distinctū à pręcepto non furaberis, probatur ex communi sententia. Secundo, quia sub eo continetur pręceptum

ceptum non retinendi aliena inuito domino, nec animo, nec actu, quod est iubere, vt statim quis restituat, & etiam preceptum affirmatiuum exercendi actum virtutis iustitiæ, scilicet restitutionem, Dices negatiua præcepta, notant actiones malas obligare semper, & pro semper, at restitutionem non obligare pro semper, quia cum quis non potest restituere, non tenetur, ergo. Resp. obligare pro semper sed rationabiliter, idest cum potest D. Th. ar. 8. ad 2. impotētia. n. absoluit debitores ab instanti restitutione facienda, sicut etiam totaliter absoluit, si omnino sit impotens, & potest remissionem, vel dilationem petere ab eo, cui debet per se, vel alium, vnde vi praecepti negatiui non modo prohibentur actus mali, sed positiue boni præcipiūtur, vt non occides, includit affirmatiuum, pasce proximum tuum fame morientē, Non furaberis, actum restituendi continet, vnde D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 8. ad primum, recte ait, quod quàmuis præceptū restitutionis secundum formam sit affirmatiuum, continet tamen negatiuum præceptum, quo prohibetur detentio rei alienæ.

Tertia conclusio. Actualis restitutio est necessaria præcepti necessitate, sed non medij, nam per solum propositum restituendi potest homo saluari. Maior. Med. D. Tho. loco cit. ad secundum. Et nota primo, non esse obligationem restituendi, nisi vbi est iniuria, vel inæqualitas ex parte rei, vel ratione acceptionis per furtum, vel ratione rei acceptæ, vt si accipiat à fure etiam ex ignorantia, diuerso tamen modo, in primo enim casu si quis est furatus, vel mala fide possidet; tenetur restituere, quamuis amittat, in secundo, non tenetur, si amittat sine sua culpa, nisi ad restituendum id, in quo factus est ditior ex Nau. c. 17. nu. 7. & ex cœteris. Hinc patet quod quo ad restitutionem eius quod quis cum culpa, vel sine illa retinet alienum, bona fide, vel mala, excusari potest peccator, aliquo modo, non ob restitutioné cuius est proprium facere equalitatem ex parte rei, sed alio modo si rem non habet, & in hoc est differentia, quod qui mala fide aliena retinebat, restitutio est facienda in integrum, etiam si non habeat rem, si bona fide non tenetur restituere, si res non extet, nisi in quo ditior est factus, & si in nullo est debitor melior factus ad nil tenetur. Nau. ibi nu. 7. Similiter si bona fide præscripsit, vel per vsucapionem factus est dominus; secunda regula, restitutio facienda est secundum iustitiam commutatiuam, quàmuis inæqualitas facta sit per distributiuam, vt quia in distributione habuit personarum acceptionem, D. Tho. ar. 1. ad 3. vel si defraudauit in distributione, honorum vel bonorum reipublicæ, vel etiam in distributione officiorum, vel beneficiorū. Nau. c. 12. num. 10. Caiet. d. ar. 1. Tertia regula, quod nihil facit ad rationem restitutionis, aliquem ex alieni acceptione lucrū, vel damnum reportasse, non enim tenetur, nisi de restitutione rei vsurpatæ, vel damnum quod intulit modo quo infra, vt notat Nau. c. 17. nu. 25. Et si quis dubitat an res quam possidet sit sua, tenetur id in iudicio discutere, aliter tutus non est, nec id mandare debet hæredibus, & si quis sibi mobile donatum comperiat esse alterius, si donans triennio bona fide vsu ꝑpit restituere non tenetur, alias sic. Corrad. cas. 162. 163.

Ver. Quid sit restituendum secundum punctum.

Tria sunt genera bonorum 7. Polit. cap. 1. animæ, corporis, externa in quibus cadere potest aliqua restitutio. Animę alia sunt naturalia, vt intellectus, ingenium, & alia naturaliter acqui sita, vel ex labore, vt scientia, virtus, alia simpliciter spiritualia supernaturaliter infusa, vt gratia habitus infusi; in quibus oībus obesse proximo possumus, ideo teneri ad restitutionē cōtingit: De bonis vero animi naturalib. & naturaliter acquisitis idem est iudicium, ac de externis bonis, quia si quis alium dementaret præstigijs, vel aliter, aut per vim, vel metū auerteret à studijs, teneretur damnū resi cere, sicuti in temporalibus ad iudicium prudētis. De supernaturalibus est dubitatio,

4 Restitutioni quę sint obnoxia.

tatio,

ratio, licet hæc directe auferri non possint, possunt tamen indirecte per consilium, vel suasionem. Prima dubitatio est de gratia, & merito. An qui inducit ad peccandum teneatur ad restitutionem, prima sententia Scoti 4. d. 15. q. 3. ar. 2. Ricard. ead. d. q. 2. ar. 4. Palud. ibid. Adr. tit. de restitutione, qui dicunt teneri ad gratiam modo quo potest consilio, vel oratione illum reducere, nam in his magis læditur proximus, quàm si temporalia auferatur, secunda sententia est Silu. Soti, ledes me, & aliorum, quod non tenetur, nisi contra iustitiam agat, vel decipiat, tenetur tamen ad correptionem fraternam, sed nota duo, primum; quod vt iustitia se extendit ad æqualia, sic iniustitia, & per consequens obligatio restitutionis, secundum, cum quis agit contra charitatem, non tenetur ad restitutionem, nisi faciat contra iustitiam inducendo aliquam inæqualitatem, præterea enim quis aliquem inducit ad peccatum, vel facit sine iniustitia, vt simplici suasione, sine vi, vel vt noceat in spiritualibus, siue ad explendum voluptaté, vel cum iniustitia, vt si doceret illud non esse peccatum quod est, vel non esse mortale, vel vim inferat, & iniuriã, His not.

Prima propositio, cum quis inducit ad peccandum contra iustitiam tenetur ad restitutionem dati damni, vt si vi, vel fraude induxit aliquem ad peccandum, tenetur eum in pristinum statum reducere, vt si docuit hæresim, vel vsuram licere, vt infra, qui pro illata iniuria tenetur satisfacere ad iuditium prudétis, si scilicet hæresim docuit, vel non esse aliquid mortale, cum esset, cum ab errore reuocare, denique tenetur inæqualitatem tollere, & quia ille sua causa durat in peccato tenetur illum reuocare, & qui aliquem suis præstigijs, vt supra, à mente alienauit, tenetur ad damna, & idem si per vim vel fraudem aliquem à literis alienauit, arbitrio boni viri, Sot. 4. de iust. q. 6. ar. 3. Corrad. cas. 89. & vlterius restituere tenetur remouendo vim, & eum liberum relinquendo, vt resipiscat & recuperet gratiam, & ipsum quoque ad bonum hortando. Valentia loco infra citando assert. 3.

Secunda conclusio. Qui inducit ad peccandum sine iniustitia ad nullam tenetur restitutionem, probatur, quia obligatio restitutionis supponit iniustitiam, secundo, quia is liberè peccat & cum vult, potest Deo iuuante, gratiam recuperare, ergo qui induxit ad nihil tenetur ex debito iustitiæ, licet teneatur ex charitate, vt infra. Sot. loco cit. Nau. cap. 14. nu. 45. Valentia de iust. disput. 5. q. 6. punct. 5. assert. 1. & 2.

Tertia conclusio. Qui inducit ad peccandum sine iustitia, cum faciat contra charitatem, tenetur corripere ex generali præcepto correptionis fraternæ, & potiori iure; quàm alij, cum induxerit ad peccatum, non tamen obligatur, cum nullus speratur fructus, nec cum non potest fieri sine graui damno, ex his cóstat esse opus charitatis oratione, & consilio vti ad talem emendandum, non autem teneri ad restitutionem, licet enim magis illi noceat, maiorem tamen non infert iniuriam cessante dolo, & fraude, quàm si temporalia auferret, hoc enim fieret ipso inuito, sed peccatum fit ipso volente. Immo non est semper maius peccatum inducere ad peccandũ, quàm auferre temporalia, nisi illud fieret in odium Dei, & proximi, si tamen inducerct intendendo suam delectationem non grauius peccaret, quàm si auferret temporalia, concordat cum prædictis. Lud. Beia in cas. Bonon. casu 5. par. 2. fol. 40. dub. 2. Dubitatio an impediens aliquem ab ingressu religionis teneatur ad restitutionem, nota hoc, secundum Sot. posse fieri, vel cum merito, vel cum peccato, si bono animo faciat, vt quia ad sit impedimentum, vel putat speciali vtilitati eius non conuenire, hoc fit cum merito, cum peccato vero, vel si suadens est hæreticus, vel irregularis, & huiusmodi, vel cum iniustitia vim inferendo, vel cũ fraude suadendo falsis rationibus, vel sine iniustitia blanditijs, precibus, lachrimis, secundo, posse aliquem retrahi à religione, vel simpliciter ab omni, vel ab aliqua tantum, vel ab vna, vt aliam ingrediatur, & hoc ipsum potest accidere, vel ante, vel post ingressum, item vel ante professionem, vel post, tertio, nota, Cũ à re-

5 Restituere an teneatur impediens à religionis ingressu, vel non.

à religione quis impeditur, infertur dãnum religioni, quia priuatur ea persona, & emolumento, quod forte habebat ex illa, quarto, notæsse hac de re tres sententias. Prima Palud. 4. d. 15. q. 2. ar. 2. dicentis; quod quomodocunq; aliquis impediat ab ingressu religionis, hominem, teneri, vel eum reducere, vel parem illi dare; vel ipse debet intrare, secunda, est Adr. tract. de restitutione in fine. qui Palud. sententiam limitat. quod id debeat, nisi iusta de causa illum retraxerit, vel ob necessitatem parentum, vel magnam debilitatem, ita Syl. verb. restitutio 3. §. 1. Tertia sententia, est communis, quod siue quis alium à religione remouerit animo nocendi, siue non, nunquàm tenetur loco eius ingredi, sed alia via satisfacere pro iniustitia Scot. 4. d. 15. q. 3. in fine, ad secundum Maior q. 17. in fine. Ricar. ar. 4. q. 2. Gab. q. 17. Sot. lib. 4. de iust. q. 6. ar. 3. Nauar. c. 12. num. 45. Quæ omnes sententiæ conueniunt, quod teneatur restituere, tamen in modo differunt, Sotus negat teneri ad inducendum eundem, vel alium, cęteri asserũt. S. Antonin. 2. p. tit. 2. c. 2. §. 1. ante ingressum idem tenet, post ingressum sequitur secundam sententiam, Notãdum pro resolutione, tria esse certa in quibus omnes conueniunt. Primo. Quòd qui bona fide aliquẽ retraxit, non peccat, nec tenetur ad restitutionem, vt si dissuasit, quia volens ingredi erat ineptus, vel vt parentum necessitati subueniret, licet enim religio in genere sit consilij, & illam reprobare sit hęresis, in particulari tamen posset alicui nocere. Secundo, conueniũt, quod retrahens vi, vel fraude, tenetur ex iustitia remouere fraudem, & vim; illúmque restituere pristino statui; vt qui dissuasit, falsitatem dicendo eum non esse aptum, vel eos religiosos malè viuere, tenetur illum ab errore reuocare. Tertio, quod qui retraxit professum à religione, cui erat vtilis, tenetur ad aliquam restitutionem ratione eius damni ad iuditium prudentis, quod concedit Sotus licet dubitãter, tamen certum est, & commune. An vero teneatur eum reducere, quem retraxit, vel alium, vel seipsum dicare religioni pro eo.

Prima conclusio. Quomodocunque quis à religione retraxerit etiam professum, non tenetur ipse ingredi, primo, quia esset contra naturam voti, & religionis, quæ debent esse voluntariæ. Secundo, esset contra statuta religionis quibus Canones determinarunt tempus probationis. Tertio, occidens religiosum non tenetur ingredi, ergo neque extrahens. Quarto, quia pro inutili extracto forte teneretur ingredi vtilis, quod est absurdum.

Secunda conclusio. Qui suasit vt quis religionem dimiserit, vel alia ratione ingressum impedierit etiam iniquo animo remota vi, & fraude, ad nullam tenetur restitutionem faciendam religioni, neq; illum inducere, nec alium, pbatur, quia non tenetur ingredi is, qui retraxit, ergo neq; alium inducere, probatur quia nulla est alia æqualis restitutio, nisi ergo faciat, vt ille ingrediatur nunquàm ęqualé reddet, non potest autem cogere, ergo ad aliud non tenetur. Secundo, ille sponte recedit à proposito, volenti vero non fit iniuria, neque iniustitia cum autem extrahendo fecerit contra charitatem tenetur ad correptionem fraternam, concordat cum prędictas. Beia. cas. 3. cir. dub. 1.

Tertia conclusio. Per accidens fieri potest, vt qui alium à religione retraxit, teneatur ad restitutionem, sic Ricar. q. 4. ad 8. Maio. in fine, vt si v.g. retraxit aliquẽ, qui volebat sua bona dare religioni, tenetur satisfacere ad arbitrium prudentis, principaliter, quia retrahens à collatione beneficij tenetur restituere ex D. Thom. q. 62. ar. 2. ad 4. ergo, vel si legẽdo aut concionando erat proficuus religioni, si iam est ingressus, tenetur ad eius damna, sed non ipse ingredi, & etiam vbi egrediens est nouitius, tenetur ad damna. Quod si Raimundus compunctus, quod nouitium retraxerit à religione etiam ipse est ingressus, Respondetur benefecisse, non tamen tenebatur, quia erat id consilij, nõ pręcepti. Dices secũdo ex c. si seruus, primo, d. 54. vbi iubet Episcopum qui seruum ordinauit nesciente domino, duplum reddere, ergo & qui religionẽ aliquo priuat.

Resp.

Resp. esse differentiam, nam seruum dominus possidet in suam vtilitatem, sicut domum, fundum, at prælatus non possidet religiosum ob temporale commodum, sed ob spiritualem vtilitatem ipsius religiosi, qui ergo religiosum subtrahit religioni immediatè ipsi nocet religioso, mediatè vero religioni, sicut qui furatur, Ciui immediatè, mediatè vero nocet Reipublicæ, vnde sicut restitutio furti facienda est Reipublicæ ipsi Ciui satisfaciendo, sic restitutio subtracti religiosi est religioni facienda, satisfaciendo ipsi subtracto religioso, sed religioso non tenetur, quia voluntariè recessit, ergo nulli tenetur, nisi in iam ingresso, vt supra, qui tamen tenetur ad correptionem fraternam, & suasionem ad bonũ, vt supra. Valentia. loco cit.

Ver. De restitutione bonorum corporis.

5 Homicida quõ teneatur ad restitutionem. AN occisor alterius teneatur ad restitutionem sunt tres sententiæ. Prima Scoti, d. 15. q. 3. Adr. q. vlt. de restitutione Antonin. 2. parte tit. 2. §. 2. qui vult quinq;. Primo, quod quando contra homicidas est posita talionis pœna, debet illam patienter ferre. Secundo, cũ non est talis pœna, non tenetur vitam exponere, expediret tamen id facere in bello ob rempublicam sumpto. Tertio, tenetur alere omnes occisi propinquos, quos ille alebat. Quarto, cum difficile sit homicidæ, vt oportet restituere præstat illi, vt suspendatur. Quinto, orationibus, ac missis tenetur iuuare occisum. Verũ quoad primum, si intelligit, quod se debeat offerre, falsum dicit, si vero quod debeat patienter ferre, cum est damnatus, id est in omnibus delictis seruandũ. Contra secundum est, quod qui inepti sunt bello, nõ debent id facere Sylu. rest. 3. §. 2. Contra tertium est quod occisus poterat multos alere ex charitate, ad quod homicida non tenetur. Contra quartum est praxis quia ex eo non liberaretur à restitutione, nam per pœnam illam rei læsi par non satisfit Nauar. c. 15. num. 22. Contra quintum est optimum consilium si interfectus egeat, si tamẽ confessario is casus accideret, non deberet illum obligare, quia esset species simoniæ, & quia in foro exteriori non obligaretur nisi ad damnorum restitutionem, & iniuriæ, ergo nec in foro; interiori.

Secunda sententia est Maio. 4. d. 15. q. 19. dubio vltimo, quod si quis hominem occiderit, qui sua arte, & industria patrem, & filios nutriebat, occisor tenetur eos alere, si vero diuitem necauit, non tenetur alere filios, qui haberent patrimonium, vnde viuerent, sed refutatur, quia cum sit hęc iniustitia ob factam inæqualitatem, ac pariter sit in diuite, & paupere, ergo tolenda est pariter per restitutionem, alioquin furans à diuite non teneretur restituere, est ergo attendenda ratio commutatiuæ iustitiæ quæ præcipit tantum reddi, quantum fuit sublatum.

Tertia sententia est Soti. 4. de iustitia, q. 6. ar. 3. dicentis, quod in ijs, quæ in specie reddi non possunt, restitutio facienda est ad arbitrium prudentis, habita ratione personarum, occisoris, occisi, hæredũ, si enim occisor est pauper non est in extremam paupertatem conijciendus, neque in grauem in foro conscientiæ, nec quiuis alius, qui soluere non possit, tenetur tamen restituere cum graui damno. Secundo, ait si occisus erat insignis, vtilisq; reipublicæ, maior est obligatio restitutionis quàm si alium occiderit. Tertio, hæredum alij sunt necessarij, q in totum hæreditare possunt, vt vxor, maritus, parentes, filij, alij sunt ab intestato, qui tamen non sunt necessarij, vt fratres, inferiores cognati, tũc ait teneri homicidam ad alendos primos, quos alioqui occisus alere tenebatur, sed dicit habendam esse rationem modi occidendi, & damni illati, & item aliam esse rationem satisfactionis iniuriæ, aliam restitutionis; Pro solutione vero suppono, primo, occisionem esse factam contra iustitiam, nam occidens sine vlla culpa, ad nihil tenetur, Sylu. restitutio. 3. §. 2. q. 2. præterea vita hominis consideratur, vel in se, vel vt Reipublicæ, & alijs vtilis est, idque vel ex iustitia, vt filijs vtilis est,

vel ex liberalitate, vt amicis. Tertio, conueniunt oēs esse aliquam obligationē restituendi ex homicidio, in modo diferūt.

Prima conclusio, ex homicidio nascitur restituendi obligatio personaliter ex communi sentētia. Secundo, quia oritur talis obligatio ex furto, sed maius detrimentū nascitur ex homicidio, ergo, alias maius esset furtum quàm homicidium.

Secunda conclusio, hæc restitutio, est reuocanda ad arbitrium prudentis, cui certa regula dari non potest, & quia semper cum ęqualitate reddi non potest, ita D. Tho. q. 62. art. 2.

Tertia conclusio. Tenetur iniustus occisor totū damnum restituere hęredib. ꝙ per tale homicidium est allatum, contra maiorē, & est cōis sñia, probatur ratione iustitiæ commutatiuæ, dixi totum, quia tenetur restituere damnum emergēs, lucrum cessans, vt si aliquid lucraretur, si habebat census vitales, vel officia, quæ cum vita extincta sunt ad arbitrium prudētis, qui pensare debet vitā occisi, q̄ diu viuere potuerit, alia enim cōsideratio est senum, alia iuuenū, alia sani, alia ęgri, alia laborantis, alia non item, item vitæ incertitudo, & lucri, quæ pretiū minuūt, cum sint incerta, & si occisor est pauper, non est regula tam rigidè seruanda, eo ꝙ nemo tenetur subire grauē necessitatē, vt restituat, quod etiam est intelligendū, nisi familia occisi versetur in graui necessitate ob mortem, probatur conclusio qui causam dat damni, videtur damnū dedisse cap. fi. de iniur. nec audiendus. Nau. c. 15. nu. 12. qui dicit huiusmodi p̄tium esse taxandū p̄tio quinquaginta aureorū l. 1. §. 1. ff. de ijs, qui deiecerunt, vt & intelligit ostiēsis §. 4. de damno illato, falsum est .n. quia lex illa soluendi. 50. aureos, est de pęna homicidij, vt notat Hostiēsis, in foro exteriori, secus in foro conscientiæ: & ideo is tenetur ad damna hęredū, vel lucra cessantia, & q̄ patiūtur ij quos occisus necessario alebat ad integrū. Valēcia. de iust. disp. 5. q. 6. punct. 5. ver. Ac primum. & etiam tenetur satisfacere hæredibus pro iniuria illata mortis præter damnorum emendationem.

Quarta cōclusio, restitutionis obligatio transit in hęredes, non aūt honoris restitutio, & cōis est sñia, probatur prima pars, quia hæredes tenentur satisfacere creditoribus, at hoc non est minoris obligationis, intellige ex Scoto, si hęredes succedant in hæreditate, secūda pars, probatur, quia iniurię satisfactio est faciēda ab eo, qui intulit, & si viuēs homicida dānatus esset, & transisset in rem iudicatā, vt aliquid solueret pro iniuria adhuc teneretur in conscientia satisfacere hæredibus ad ęqualitatem damni illati, & per cōseq̄ns eius hęredes, cū vna persona cū defuncto censeātur, quo ad onera realia.

Quinta conclusio, hęredib. occisi siue necessarijs, siue non necessarijs faciēda est restitutio, vt Panorm. ait, probat, quia hęredes occidētis tenenť restituere, ergo hæredes occisi ius habent ad exigendum restitutionē dānorū. Scđo, quia quicūq; hęredes hn̄t ius in foro exteriori petēdi huiusmodi restitutionē, ergo & in interiori, nā qđ statuitur in foro exteriori, ꝙ nō p̄cedit ex falsa p̄sumptione, obligat in foro interiori, Abb. in c. quia plerisq; de imm eccl. in c. cognoscētes, de cōstit.

Sexta conclusio, occisor teneť restituere dānū creditoribus, & ijs, quibus occisus ex iustitia tenebať, principaliter qa hęredib. restitutio facienda est, ad eos .n. dāna pertinent illata, ergo eadē ratione alijs, qui ex eo dānū passi sunt, dixi ex iustitia, nam quæ faciebat ex liberalitate, nō tenetur homicida satisfacere, si tn̄ aliquem hoīem occidat, vt amicus, cui subueniebat, priuetur illo commodo, & si faceret ex liberalitate, teneretur occisor tn̄ restituere, argumentū desumitur ex lege 2. §. Idem iubeo. ff. de aqua pluuia arcenda, quia interuenit iniustitia, excipiūtur duo casus tamen, quibus non tenetur restituere homicida, primus cum occisus ante mortem condonat, quia est verus dn̄s, cōfessarius tn̄ sit prudēs in hoc suadendo, quia si familia egeret esset actus prodigalitatis, secundus ponitur ab Hostiensi de damno dato §. 4. si occideret hominem liberum in publico certamine, quia fit causa gloriæ, limitatur tn̄ hoc, cū occisus dedit causam prouocando ad certamen, & is occiderit ad sui necessariā defensionē. Clem. 1. de homic. Ex hoc. n. visum est id condonasse, volēti. n. non fit iniuria,

iniuria, quę omnia in hac quæstione dicta sunt intelligenda de homicidio iniusto, vt sup. qui.n. in bello iusto occideret iustè, vel vt iustitiæ minister, vel cui daretur facultas occidendi relegatum ex causa iusta, non tenetur occidens, si necet intra fines prohibitos principis, vt latius habetur in tract. de homicidio. Sot. lib. 4. q. 6. artic. 3, de iust.

6 Mutilator an teneatur ad restitutionem.

Dubitatio, si mutilator tenetur ad restitutionem. Prima sententia est Maio. 4. dist. 15. q. 19, in fine dicentis, quod tenetur resarcire damnum cõtractum ex membri amissione, deductis tamen laboribus quia non tãtum debetur alicui, cum quiescit, quantum cum laborat. Secunda sententia Anton. 2. part. titu. 2. cap. 2. §. 2. quæ tribuit Scoto, quod is teneatur restituere damna, operas omnes, & ad consolandum illum ob allatam afflictionem, & quod magis tenetur pauperi, quàm diuiti, si ex abscisso mẽbro viuebat. Tertia est communis, non tantum eum teneri ad restituendum damna, & omnes operas, sed etiam valorem mẽbri abscisi, quàmuis eo nihil esset lucraturus, est sñia. D. Th. ar. 2. ad primum, Scoti q. 3. d. 15. Palud. ar. 2. Sylu. restitutio. 3. Soti ar. 3. Nau. c. 15. nu. 22. Nota, quod qui membrum abscindit nocet in tribus. Primo, in re, quia perdit operas, vel tempore infirmitatis tantum, vel in perpetuum, si sit mutilatus omnino, vel saltẽ ob expensas factas. Secundo, in corpore, quod ex mutilatione restat imperfectum. Tertio, in honore, quia mutilatis affertur iniuria.

Prima conclusio, qui membrum abscindit alicui, tenetur ad expensas factas pro curatione, & operas, quas perdidit, vel perdet in posterum ob abscisionem membri, est opinio communis omnium, probatur ex c. si rixati, de iniurijs, & dãno dato. Exod. 21. ex l. fi. ff. de ijs, qui deiecerunt, & ex rg. iuris, qui causam dãni dat, dãnum dedisse videtur, c. fi. de iniur.

Secunda conclusio, hæc restitutio facienda est in integrum non deductis laboribus ad prudentis iuditium, probatur quia est cõis sñia. Secũdo, ex can. citato, vbi omnes expẽsas restituẽdas dicit. Tertio, qui artifici aufert instr̃m, quo lucraturus erat aliquid eo die, tenetur in integrum restituere, ergo & qui membrum abscindit, idem dicendum de ijs, qui nocẽt naturalibus bonis, quibus victũ comparabant, vt si potione memoria alicuius offendatur, similiter qui impedit à consecutione Cathedræ, vel beneficij, modo quo infra, adde quod si extrahatur labor, nil remanet restituendum, quia labori merces debetur.

Tertia conclusio, tenetur percussor restituere damna illata corpori, idest debet recõpensare illata damna corpori pecunia, vel alia re ęstimabili pecunia, est cõis opinio, & probatur, quia hoc detrimẽtũ est pecunia extimabile, vt colligit' Exod. 21. ergo ex iustitia est reparãdum. Secundo, quia alioquin qui nobilis manũ truncaret, ad nihil teneretur, neq; sequenda est regula Adr. qui dicit, valorem membri esse desumendum ex iudicio eius, cui est abscisum, confutatur, quia rigida, nemo.n. est tam miser, qui manũ velit dare pro millẽ aureis, optima est regula Marsilij, & D. Tho. qui ait remittendum esse iudicio prudẽtis, & boni viri, qui primo debet personas cõsiderare, Secundò, detrimentum membri, Tertio, qualitatem culpæ, & tandem dicit nullum iustum dari pretium pro membro.

Quarta conclusio, præter dictas restitutiones, tenetur restituere honorem, & ad satisfaciendum pro illata iniuria, est communis, & probatur ex ratione commutatiuę iustitię, hęc.n. extimabilia sũt, vt percussiõ illata, ergo restituenda. Nota ex Pan. & Io. And. in c. si rixati de iniur. cũ aliquis remittit iniuriã, nõ ob id remittit restitutionem honoris, & dãni, nisi exprimat, & cõfessor maxime exigere debet remotionem odij, ad quod ille tenetur de lege diuina. Matth. 5. 10. quicquid dicat Bar. in l. si tibi ff. de iniur. qui ait non teneri nisi petat inimicus, fundamentum est, quia cum alicui plura iura competunt, si remittitur vnum, non censetur aliud remitti. Nau. c. 14. nu. 25. de qua re in tr. de charitate latius egi.

Prima dubitatio, oritur ex l. liber homo, ff. ad l. Aquil. vbi dr̃ homo non est dominus membrorũ, ergo nulla est obligatio restitutionis. Resp. hominem habere.

ræ vſum perpetuum, & hoc ſatis eſt. Secunda ex l.fi.de ijs, q deiecerunt, vbi pro cicatrice, vel deformitate nil datur, quia corpus liberum nullam recipit extimationem, ob id Nau. c. 15. nume. 20. tenet homini libero vulnerato non deberi restitutionem ob cicatrices, vel deformitates relictas ex vulnere, quod eſt falſum, quia hoc damnum eſt pecunia extimabile, ergo ex iuſtitia erit libero reſtituendum, lex vero illa procedit in foro exteriori, in quo non taxatur pretium in eo caſu, eſt enim tam magna extimatio, vt lege taxari nõ deceat, in foro tamen animæ debet pretium taxari ad arbitrium prudentis. Secundo, q lex loquitur de percutiẽtibus caſu, vel negligẽtia, tertia ex Exod. 21. vbi erat pœna talionis dandi membrum pro membro, nec ad reſtitutionem erat obligatio, ergo neque modo. Reſpond. illa pœna erat peccati, cum qua manebat obligatio ſatisfaciendi dãnis illatis, adde quod pœna talionis erat poſitiua, quæ non tollit legem naturæ, hæc autem reſtitutionem expenſarum, & operarum, & aliorum damnorum requirit. Et ita iniuſtè mutilans, vel occidens, debet reſarcire q in ipſa curatione expenſum eſt, mutilato, vel mortui hæredibus, vt parẽtibus filijs, vxori, & ſi quid præterea mortuus, vel mutilatus ſibi & ſuis propria induſtria lucratus eſſet, id etiam hæredibus mortui, vel mutilato eſt reſarciendum, nulla particula detracta, demptis tamen expenſis in eius victu, & veſtitu faciendis, & ſi quos præterea mortuus vel mutilatus tenebatur ex iuſtitia ſua induſtria alere, eos mutilans vel occidens alere, vel indemnes ſeruare tenetur, vt parentes filios vxorem, nõ autem omnes propinquos, & familiares quos voluntariè fortè alebat; verum eſt tamen quod aliquanto minus dari debet mutilato, vel hæredib. mortui, quàm ipſe in futurum eſſet lucraturus, cum alia de cauſa poſſet mori, vel membro debilitari; & præterea ſic agens tenetur hæredibus ſatisfacere pro iniuria illata, vel mutilato ex facto illo veniam petendo, vel aliter arbitrio boni viri ſatisfaciendo, niſi fortè ipſe occiſus, vel mutilatus ea damna remiſerit offenſori, vt ſæpe inter nobiles fieri ſolet, Sot. lib. 4. q. 6. ar. 3. de iuſt. Valentiã. de iuſt. diſp. 5. quæſt. 6. punct. 5. Et ad prædicta damna tenentur etiam hæredes damnificantis, ſi is non ſatisfecit, etiam ſi is capite ſit punitus, & fiſcus ſi ſucceſſit in eius bonis. l. 1. C. ex del. defunct. l. non poſſunt l. in ſumma ff. de iu. fiſci, quia hæreditas ad quoſcunque peruenerit, id onus ſoluendi debita, coniunctum ſemper habet. Nauar. cap. 15. nume. 25. Beia. in caſu. Bonon. 2. par. caſ. 14. non tamen hi ad iniuriam.

Ver. De reſtitutione famæ, & honoris.

Nota, quod fama eſt bona extimatio, & opinio, quæ de aliquo habetur ſigno exteriori expreſſa & denigratur per detractionem. Honor eſt reuerentia, quæ exhibetur homini ob aliquã excellentiam virtutis, generis, magiſtratus, vel doctrinæ, quæ bona auferuntur per conuicia, & contumeliam. Secundo, nota, quod poteſt aliquis diffamari iuſtè, & iniuſtè, iuſtè, vel ex obligatione, & debito officij, vt iudex, vel libere, vt cum quis iure denunciat reum, vel refert crimen, de quo iam iudicatum eſt, & publica lata ſententia, iniuſtè vero quando fit, vel falſo, vt cum innocenti tribuitur crimen, vel verè cum crimen alicuius occultum reuelatur, vel cum quis occulta refert, & ex parte aſſentire ſe indicat, cum forte aliqua ex illis, quæ narrantur vera eſſe dicit, in quo ſuam famam tuetur, & detrahit alienæ, vel indirectè, cum crimen ſibi obiectum iuridicè negat, accuſatorem calumniando, vel alijs modis, de quibus ſupra cap. de detract. habetur, de quibus omnibus eſt dicendum. Tertio nota, in diffamando quod duplex damnum conſequitur, primo, famæ alterius, quod ex eo conſequitur, vt cum diffamata cogitur augere dotem, & qui eſt diffamatus priuatur beneficio, ſecundum honoris vel bonæ extimationis. His not. 7 Famã alicuius lędẽs qñ & vt reſtituere teneatur.

Prima concluſio, ex iniuſta diffamatione oritur obligatio reſtitutionis, qđ eſt certum, & probatur, nam ſi ex iniu-

sta obligatione temporali erit talis obligatio ergo magis ex hac, nã Prou. 25. Ecclesi. 7. dicitur melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ, dixi iniustè, nam qui iustè diffamas modis supradictis, non tenetur ad restitutionem, & etiam qui abstulit alicuius honorem contumelijs apertis, tenetur restituere ei honorem, exhibendo illi reuerentiam, & veniam petendo, vt sic tollatur contemptus præcedens. Corrad. cas. 98.

Secunda conclusio, vt verè oriatur obligatio restitutionis tria requiruntur. Primo, vt verè fama fuerit ablata, vel obscurata, aliquando enim ratione obiecti auferri videtur, & tamen non aufertur, id fit quadrupliciter. Primo, cum detractor est infamis, cui nulla habeatur fides. Secundo, cum infamatur is, qui in eo genere satis est infamis, & maiori notatus, vt si meretrici etiam falsò tribuatur fornicatio. Tertio, cum is, qui infamatur, est eius conditionis, vt in humana reputatione illa non sit infamia, vt iuueni soluto aulico, quòd fœminam sequatur, si dicas non ne illum infamas? Respondetur quod non, vnde nulla iuueni faciéda est restitutio. Quarto, si infamia est de re leuissima. Verbi gratia, quod negligens est in studio, Sotus lib. 4. de iustitia q. 6. artic. 3. Nauarr. in Man. cap. 18. num. 44. secundo requiritur, vt contra iustitiam fama auferatur, non enim satis est auferre contra charitatem, vnde infertur, quod si quis iustè infamauit aliquem in iudicio ex odio, vel alia perturbatione peccat contra charitatem, non tamen contra iustitiam, & non tenetur restituere. Tertio, vt diffamatus alia via non recuperauerit famam, nam tunc qui diffamauit ad nullam tenetur restitutionem, cum alter habeat, quod perdiderat, vt si ille, quem de furto infamauit, adeo se purgauit, vt primo non habeatur fides, qui infamauit solutus est à restitutione.

Tertia conclusio, qui alium iniustè diffamauit non modo tenetur restituere famam ad æqualitatem, sed omnia damna inde secuta resarcire, probatur, ex sententia communi. Secundo, ex ratione iustitiæ cõmutatiuæ, hinc infertur, qd qui ex infamatione iniusta fuit causa, vt quis beneficio priuaretur, vel cathedra, teneatur ad damni restitutionem.

Quarta conclusio. Qui alicui honorem abstulit per conuitia tenetur ad restitutionem per oppositam reuerentiam D. Thom. quæst. 62. artic. 2. ad tertium, eadem est enim ratio honoris, & famæ, licet honos facilius restituatur, dices an ad rependendum honorem sit necessarium ab iniuriato veniam petere Caiet. 22. quæst. 72. artic. Tertio, dicit non teneri, cum aliter potest satisfacere, vt per exhibitionem reuerentiæ, vel aliam reuerentiam, quia reducitur ad æqualitatem iniuria, nec obstat Syluest. qui dicit per petitionem veniæ restitui debere honorem sublatum, quia loquitur de religiosis, in quibus, vt maior esse debet iustitia, ita maioris humilitatis modus præscribitur in restitutione honoris. Qui vero aiunt teneri ad veniam petendum, sunt declarandi, cum aliter restitutio fieri non potest, Sotus duo dicit, Primo, quod petere veniam est optimus modus restituendi honoris, quæ restitutio debet fieri per contrarium. Secundo, nec semper dicitur sufficere, nec semper requiri, non sufficit, cum magna est contumelia, non semper decet, quia secundum omnes non decet prelatos petere veniam à subditis, item quia hic mos non est inter nobiles, nec sunt obligandi, modo aliter restituendo satisfiat, & opinio hęc magis probatur.

Quinta conclusio. Qui lęsus fuit in fama, vel honore non tenetur, nisi facta in sufficienti satisfactione remittere iniuriam, aut damnum acceptum, nec potest ad id cogi, quamquàm remittere sit magnæ charitatis, tenetur tamen odium deponere, & animum se vindicandi priuata authoritate, Deuteronomij 32. mihi vindictam, & iuridicè is recompensationem potest petere non propria auctoritate, Sotus articulo tertio, citato, Quæ vero sit sufficiens satisfactio prudenti relinquitur, barbarorum enim est velle fune ad collum suspensa, iniuriantem petere veniam prostratum.

7 Fama lęsus an teneatur remittere dãnũ, vel iniuriã, & rancore.

Si autem petas, quomodo fama restituenda ab eo, qui falsum crimen, & iniustè irrogauit alicui, Sotus lib. 4. ar. 3. q. 6. Respond. quod tenetur dicere se esse mentitum, nisi ex conuentione læsus alia ratione esset contentus. Secundo, si videt id non esse satis, cum homines credant facilius mala, quàm bona, tenetur iurare se esse meritum. Tertio, adhibitis, si opus fuerit, testibus, quod Nau. c. eod. nu. 45. non putat esse necessarium, nisi cum esset suspitio, quod fictè reuocaret dicta. Quarto, si hæc non prosunt, tenetur alia via recompensare, nisi offensus omnino condonaret. Secundo, si quis aliter famā nō potest restituere, an in pecunia teneatur id restituere Sylu. verbo detractio. §. 4. negat, quia sicut pecuniæ debitum non potest recompensari in fama, ita neque contra, quia non sunt eiusdem generis. D. Tho. tenet oppositum q. 62. ar. 2. ad secundum, Sotus in 4. d. 15. loco citato, d. quod qui non potest famam ablatam restituere aliter, tenetur in pecunia, quia cum res non potest restitui, in alio æquiualenti est facienda restitutio ex. Glos. in c. ecclesia, vt lite pendente nihil innouetur. Secundo probat, quia pecunia est pretium omnium rerum, & illa extimātur honor, & fama, quia restitui possunt per aliquod, quod sit pecunia extimabile, qui vero non potest in pecunia non tenetur in omnibus, quę habet, & non sunt rerum pretia, ego tamen sentirem non esse necessarium famam recompensare in pecunia, vbi restitui non potest, sed bene in aliquo honore, vel reuerentia, vt d. D. Th. aperte, loco cit. Tertio, an q post multum tēpus recordatur se detraxisse, teneatur ad restitutionem. Caet. sup. q. 62. ar. 2. dicit teneri, quia non constat auditores esse oblitos, Secundo, quia cum detractor sæpe pęnitens in confessione nunquàm retractauerit, verum ei credēt auditores. Nau. c. 18. nu. 44. d. q qui apud auditores alicui detraxit, quos scit oblitos, aut non habuisse fidem detractioni, vel certe adhuc non durare infamiam, aut facile posse reuocari in memoriam, si repetatur non esse restituendam, quod ex qualitate infamationis conijci potest, certum tamen est, siue duret infamia, siue non, teneri ad restitutionem damnorum, quæ secuta sunt ex illa, quo tū ad famam si credit probabiliter eos omnino esse oblitos, & famam non esse lęsam, nō tenetur, quia potius esset infamare. Tertio, si tamē putat, vel dubitat famam adhuc esse lęsam, & posse facile recordari, tenetur, Quarto, an qui indirectè aliquē infamat, negando in iudicio verum crimen, sed occultum, & cōsequenter accusatori calumniæ notam inferendo, teneatur ad restitutionem. Nota primo nullū debere in iudicio deferre crimen, quod probari non possit, immo accusatorem puniri, nisi probet. cap. 2. de calumniatoribus. Secundo, Reus non tenetur aperire veritatem, nisi iuridicè interrogetur, idest delicto saltem semiplene probato, alioqui vti potest æquiuocatione. Tertio, certum est, quod si quis iuridice accusatus, & interrogatus, ac conuictus negat verum crimen, & ob id accusatorem infamat, tenetur ad restitutionem. Quarto, certum est, quod si quis non iuridice accusatus, & rogatus de occulto delicto nihil respondeat, ad nullam tenetur restitutionē, quia non tenetur respondere. Quinto, certum est, quod accusator peccat cōtra iustitiam deferendo crimen occultum, & tenetur ad restitutionem, sed in duobus difficultas est. Primo, an reus peccet contra iustitiam, cum negat verum, sed occultum crimen, & consequenter accusatorem calumniando, ac mendacij arguendo. Secundo, quomodo possit, & debeat famam restituere, qui iniustè accusando diffamauit. Circa primum sunt tres sententię, 1. Caet. ar. 2. in su. ver. restitutio, qui dicit reū teneri ad restitutionem, dicendo se falsò dixisse illum calumniatorem. Secunda Scoti 4. d. 15. q. 4. Ricar. ar. 5. q. 3. Gab. q. 16. ar. 2. cont. 4. Anton. secunda parte titu. 2. cap. 2. §. 3. dicentis eum teneri ad restitutionem, ita tamen, vt suum crimen non fateatur, sed dicendo, q putauit accusata se posse probare, sed deceptus est, tertia est Maio. q. 16. Adr. q. penult. de restitutione, Sylu. verb. restitutio 3. §. 3. Soti. 4. de iustitia q. 6. ar. 3. Iædesme, 2. quarti, reum ad nullam teneri restitutionē, quia vtitur suo iure celādo suū occultū crimē.

8 Reus an peccet cō tra iustitiā negādo verū crimē sed occultū, & an teneatur ad restitutionē

Prima concluſio. Reus, qui ſe, & famā aliter tueri non poteſt, niſi negando crimen obiectum occultum ad nullam tenetur reſtitutionē, probatur primo quia is habet ius ſe defendendi contra accuſatorem, qui iniuſtè accuſauit, ergo ſi per mēdacium ſe defendit, nullam facit iniuſtitiam, quia mendacium, quod ſuperuenit habenti ius non facit iniuſtitiam, vt ſi debitum petas à creditore cum mendacio, non facis iniuſtitiam. Secundo, qui famam reſtituit mēdacio, non facit iniuſtitiam, ergo nec qui ſe defendit. Tertio, volenti non ſit iniuria, at accuſator accuſando iniuſtè ſuam famam exponit periculo, ergo, ſi tamen per ſufficientia indicia, infamiam, vel vnum teſtem cogi poteſt veritatem fateri, ſic negans non eſt dignus abſolutione. Nau. c.27.num. 221. Sot. lib. 5. de iuſt. q.6. art. 2. Corrad. caſ. 16. qui & vt euitet tormenta grauia poteſt crimē ſuum occultum fateri, quia ſic renuntiat tantum iuri ſuo, non tamē ob ea tormenta licet falſum dicere, & ſi inde mors ei ſequitur, tenetur ſe retractare, licet tormēta renouari præſumat. Silu. Detractio. §.3. Sot. libro de rat. teg. Corrad. caſu. 80. licet in hoc mature ſit procedendum, vt dicam tr. de iudicib. & probabiliter tenetur ad damna accuſator tunc in occultis.

Secunda concluſio. Qui id facit, cum aliter ſe, & famam ſuā tueri poteſt, peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem, eſt ledeſmę, probatur, quia occidens inuaſorem, cum ſe poteſt aliter defendere, peccat cōtra iuſtitiam; ergo hic etiam, Secundo, plus mali infert in accuſantem, quam accepit, ergo. Tertio, quia eſt vindicta cum malum pro malo reddit, & non eſt famæ defenſio, cū aliter ſe tueri pōt, dices ille verū crimen negādo mentitur, & ſi cū iurō negat, peccat mortaliter, ergo ſimpliciter tenetur reſtituere. R. q negatur cōſequentia, licet. n. peccaret contra Deum, vel venialiter ſi ſine iurō, vel mortaliter ſi cum periurio, ex Soto, & Gabr. tñ non peccat ſemp cōtra iuſtitiam, Dices reus negando verum crimē impedit iuſtitię adminiſtrationem, ergo infert iniuriam reipublicæ, Reſp. quamdiu reus habet ius tegendi crimē, non eſt inobediens iudici, nec facit iniuriā, quia occulta crimina Reſp. non iudicat c. erubeſcāt, vbi gl. 32. diſ. Sunt enim Dei tribunalis, Quoad ſecūdū de modo famę reſtituendæ iniuſtè, ſed cum veritate ablatæ, Scilicet cum aliquis reuelauit peccatum verū alterius, ſed iniuſtè quia occultū. R. Certum eſt hunc teneri ad reſtitutionem modo poſſibili, Secundo, nō debet dicere ſe eſſe mentitum. Tertio, aſſeruntur tres modi reſtituendi. Primus D. Thom. 2.2. q.62. ar.2 ad.2. Scoti, aliorumq; q tenetur ſe dicere malè dixiſſe, & q iniuſtè diffamauit, ſed non eſt ſatis, quia potius eſſet confirmare; ſecundus recentiorū debere vti verbis amphibologicis, vt alij intelligāt ſe eſſe mentitū, ipſe vero non mentiatur, ſed non probatur, qa eſſet genus mēdacij, tertius Soti, & Caiet. Nau. c.18. nu.45. & optimus, ſatis eſſe, vt accuſator nō loquatur corā eiſdē de illa re, ſed bonam opinionē de illo diſpergat vbiq; qtū poteſt ſine mēdacio, cū aliud pſtari non pōt & qui iniuſte alicui famam abſtulit, tenetur eā illi reſtituere ēt cum proprio diſpendio, dicēdo ſe male dixiſſe, vel mentitū, niſi ſit vir illuſtris qui hoīem vilem infamarit, quia ſic eius fama pponderat, qui tñ tenetur ad dāna eius. Sot. de iuſt. lib.4. q.6. ar.3. Corrad. caſ.92. Præterea tenetur ſatisfacere de damnis datis ad iudiciū prudentis. Quarto, ex D. Tho. 2.2. q.62. ar.2 ad.2. cū nō ſit aliud remedium, debet ei aliter recompēſare, vt dictum eſt de bonis corporis, & licet aliqui teneāt, q qui nō pōt famam reſtituere ſine periculo vitę, teneat recōpenſare id in pecunia, ego tñ aliquē ad id non obligarē, cum fama ſit alterius ordinis quàm pecunia, vt bene d. Silu. tum quia licet is durante impedimēto tali nō obligetur ad eius reſtitutionem, eo tñ ceſſante, tenetur, & ita dupliciter pro eadem re ſatisfaceret, crederē tñ in aliquo honore debere cum compenſare, vt d. D. Th. loco cit. & vlterius teneri ad damna q̄ is inde paſſus ſit, ſi inde amiſit officia, vxorem & c. ſi probatū ſit falſum, vel verum occultum iniuſte, nō ſeruato ordine debito, vt ibi. d. D. Th. Quinta Dubitatio an teneatur quis reſtituere alienā famā cum detrimēto famæ

9 Famā reſtituere, vt debeat reuelans peccatum alterius verū, ſed iniuſtè.

ſuæ.

suæ? Respond. affirmatiuè. Primo, quia pecuniam tenemur restituere cum pecuniæ detrimento, ergo & famam cum famæ detrimento, 2. ex Scoto, & Gab. quia sibi non iustè cõpetit fama, contradices, quisquàm tenetur suæ famæ magis q̃ alienæ consulere, ergo, Secundo, quia ex detractione nulla re auctus sum, ergo nihil teneor restituere. Resp. Primo, id esse verum, sed non cum detrimento alterius, hic autem dum suę famæ consulit, nocet alienæ, ad 2. quod vt combures domum alterius nil sibi acquirit, & tenetur restituere, ita hic, nam ex 5. Ethic. in huiusmodi iniurijs est lucrum metaphoricum nempè quòd tuam explendo voluntatem, alium deuicisti, ideo teneris restituere, ac si quod abstulisti, tibi acquisisses, hæc sunt intelligenda ad arbitrium prudentis moraliter attenta proportione personarum, & qualitate famę, nam cũ maximo dispendio non tenetur restituere, sicut nec in alijs sic restituendum, nam cum iactura mille aureorum non teneris restituere decem, nec si esset Episcopus, vel Prælatus, qui priuatum infamasset, hic.n.nõ tenetur famam restituere cum detrimento proprio, sed in pecunia, vel alia via compensare, quod si ille non esset contentus, ad nihil teneretur detractor, debet ergo limitari resolutio, quod non procedat cum fama detractoris est maioris momenti, quàm fama infamati, licet Nau.c.18. num.10. dubitare videatur. Secundo, quòd hic debet esse notabilis excessus, nam cum est æqualis, fama est restituenda, quia melior est cõditio infamati, ad quem ex iustitia fama ptinet, maior ergo fama tm̃ detrahentis æquiualet minori infamati, quia ius habet in illa. Tertio, ex Siluest. verb. detr. §.4.d. quod cum fama detractoris non excedit notabiliter, tamen ex illius detrimento sequeretur scandalum magnum, & detrimentum spirituale multum, cum tanto detrimento non teneretur famam restituere, quod accidere potest inter famam Prælati, & secularis. Quarto, confessarius consideret circunstantias, & cum videt notabile excessum damni detractoris, consulat, vt aliter restituat.

Sexta dubitatio. Si fama est restituenda cum detrimento propriæ vitæ. Caietani est prima sententia art.6. ac Nau.c. 17.nu.59. tres esse rerũ ordines, primus vita, secundus honor, & fama, tertius pecunia, & bona externa, & dicũt, quod nemo tenetur restituere bona inferioris ordinis cum detrimento bonorum ordinis superioris, vt pecuniam cum famæ detrimento. Secunda sententia Soti lib. 4. de iustitia quęst.6.ar.3. qui duo dicit, quod communiter loquẽdo nemo tenetur ad restitutionem famæ cum vitæ dispẽdio, posset tamen accidere casus singularis, in quo teneretur, vt si quis insignem aliquam familiam accusaret hæresis, tunc enim teneretur, probatur, qui dedit iniustè causam mortis alterius, tenetur exponere propriam, vt liberet innocentem quem falso accusauit ex Nauar. cap.15. num. 17. eod. Sot. lib.4. quæst.6. artic.3. ver. sed tamen col. 13. de iust. dixi iniustè, quia & si alius damnaretur ob crimen, quod tu cõmisisti, nisi tu illi imposueris, ad nihil teneris idem Sot. d. loco. ver. secus si tu, ita in famæ restitutione.

Secundo ex Scoto, & Gab. quia bona corporis, & externa non sunt diligenda, nisi in ordine ad bona animæ, & Deum, ideo si tibi hæc bona iniustè competunt, alteri iustè, magis debes diligere alterum, quàm te in eorum vsu, sic accidit in casu proposito, ad Caietanum, Respondetur, vt plurimum esse verum, datur tamen casus quo bona exteriora præualeant famæ alterius, si sint necessaria vitæ, vel statui maioris, quia sic reducuntur ad famam.

Septima dubitatio. An qui infamat, audita referendo teneatur ad restitutionem, Scotus 4.d.15.q.4. tria dicit. Primo, quod qui audita refert, non aufert famam, quia qui audiunt, non deberent credere, nisi ex grauitate personæ loquentis, vel modo dicendi, aut alia circunstantia maiorem adderet certitudinem, quam haberet ex communi sermone, tunc enim teneretur restituere cum debito moderamine sine mendacio, dicendo se non habere facti certitudinem. Secundo, si narret intentione nocendi peccat mortaliter contra chari-

tatem, etiam sine ea, ratione scandali si coram simplicibus id agit. Tertio, si ex loquacitate, vel leuitate narret, venialiter peccat. Conueniunt in primo dicto Adr. in 4. q. pen. ad 8. Gab. dist. 15. quæst. 16. Syluest. ver. detractio, § 4. Caiet. q. 73. ar. 2. Nau. c. 18. nu. 22. qui addit peccare mortaliter cum narrat crimen maxime infamatiuum licet non animo nocendi; Anton. 2. p. tit. 2. §. 3. conuenit cum Scoto, in obligatione restitutionis sequitur citatos, qui dicunt teneri ad restitutionem, si ex tali relatione ille notam infamiæ incurrisset, Sotus d. 4. quæstione sexta articu. 2. dicit, quod qui sic infamat, tenetur restituere famam non modo dicendo se leuiter locutum, sed auferendo conceptam opinionem.

Prima conclusio, narrare crimen occultum alterius, est actus infamatorius, quia dum dicit se audisse motiuum affert, quo habeatur fides dictis, ergo infamat, antecedens probatur, quia citat testimonium dicentium, quod est motiuum ad credendum. Secundo, quia secundum Scotum qui affirmaret, quæ narrat infamaret, sed aliquando persona, à qua audiuit est maioris authoritatis, quàm narrans, ergo.

Secunda conclusio, licet hic actus nõ sit tam infamatorius, ac esset, si diceret se vidisse, vel affirmaret ita esse, non ideo desinit esse infamatiuus, & contra iustitiam, quia magis, & minus non variant speciem, restitutio ergo facienda est pro damno illato, & etiam pro famæ ablatione, si sit ablata.

Tertia cõclusio, nõ modo peccat mortaliter, qui aĩo nocendi narrat, & is cui constet fidem habituros Auditores, sed ẽt cum notabilis infamiæ crimẽ narrat, ex quo fama ledi possit, Nau. nume. 21. Caiet. ver. detractio Tabien. eod. §. 2. etiã quàmuis constet non habituros fidem, q̃q̃d Nau. nu. 18. dicat, & principaliter qa hic q̃tũ in se est, dat causam infamię, & modo maximè infamatiuo, ergo peccat mortaliter, si vero famam nõ aufert, non tenetur restituere, dixi notabilis infamiæ, quia in re leui est veniale Caiet. Nau. nu. 24. qui ait esse peccatũ mortale, et referẽdo, aut detegendo venialia cum ex illis fama alicuius notabiliter lęditur aut damnum infertur, & consequenter tenetur restituere, vt si cum hoc dignitatem perdat, quod num. 25. ait Nau. accidisse quandoq;. Quęritur autem, si tenetur restituere qui diffamat in vno loco, iustè diffamatũ in alio, & est. Octaua dubitatio, vel an liceat peccata publica alicuius referre his, q ignorant. Adr. q. de restit. famæ respondet, ꝙ si aĩo lædendi fiat, est peccatũ mortale, vel si aduertere debuit ex eo inferri proximo graue damnũ, refert aũt ex Gersone in tra. de restit. aliquos casus, quibus aliter, & aliter peccata referri solent. Primo, ad audientiũ instructionẽ. Secũdo, ad cautelam eorũ. Tertio, ad vtilitatẽ delinquentis, puta apud eos, qui ei possunt prodesse, non obesse. Quarto, vt ex compassione audiẽtes prouocet ad orãdum pro eo, & his quatuor modis ait licere. Quinto, ex assueta loquacitate, & veniale est, nisi notabiliter lędatur fama proximi. Sexto, animo denigrandi famam proximi, & mortale est, hic tamen facit ratio publici criminis, quod ad restitutionem non tenemur, quoniam non est illi debita ex rigore iustitiæ, nec de nouo auffertur, fit tamen contra charitatem iniquè dilaceratam magis dilacerando, Sotus libr. 4. de iust. q. 6. art. 2. dicit, quod peccat contra charitatem, nõ tñ restituere tenetur, sed nota, id multipliciter fieri posse, vel ex causa graui, vt si alicui esset beneficium conferendum, & testimonium de vita quæratur, vel ex lęui causa, Secundo, nota, vel qđ narratur facile ab alijs nosci poterat ob commercium, & loci vicinitatẽ, vel difficile, his notatis, dico primo, quod diffamare ex iusta causa non est peccatum, nec iniustitia, secundo, diffamare sine causa de suo genere est peccatum mortale, probatur, quia est contra charitatem. Tertio, grauius est diffamare ex odio, vel graui damno, quod illum passurum esse ex ea diffamatione prçuidere possumus, & debuimus. Quarto, si fiat ex leuitate apud eos, qui erant facile scituri est veniale, nisi dãnũ ex eo inferret, primũ ꝓbatur, ex lęuitate actus, cũ non sit directè contra charitatẽ, & iustitiã, iã .n. famã amisit. Quinto, si apud

eos,

eos, qui difficile erant cognituri sine causa legitima peccat mortaliter, nõ tñ contra iustitiã, probatur ex citatis, hinc colligitur, peccare eos, qui per litteras aliorum peccata reuelant in remotis locis. Item de his, qui apostatãt à religione, & iterum conuersos diffamaret, cũ nesciretur. Dubitatio, an liceat diffamare detractorem, cũ aliter fama recuperari nõ potest, videtur licere, quia licet furari rẽ suam, quam aliter non potest quis recuperare, modo fiat sine scandalo, ergo. Resp. cum distinctione id dupliciter posse accidere, vel directè infamando, vt ex eius infamatione sequatur suæ famæ recuperatio, vel indirectè defendẽdo suã: vnde sequatur per accidens alterius diffamatio. Dico primo modo non licere, quia esset per modum vindictæ, sicut nõ licet vulnerari ad recuperandum famã, sic ergo nec diffamare. Secundo modo, licet, quia per se tunc intenditur famæ propriæ defensio, nõ læsio proximi, sicut ad defensionem vitæ licet occidere, vulnerari, cum aliter se defendere non potest. Maio. 4. dist. 15. q. 16. Sot. 4. art. 3. & 4. ad argumẽtum. Resp. nullam ibi committi iniustitiam, sed sic committi infamando.

10 Famæ propriæ restitutionem an liceat detractori remittere.

Decima dubitatio, an liceat remittere suo detractori famæ propriæ restitutionem: prima sentẽtia est Caiet. 2. 2. q. 73. art. 2. in sum. verbo, detractio. Maio. dist. 15. q. 16. dicentium non licere, primò, quia est contra charitatem, tenetur. n. quisque diligere famam propriam, sicut & proximi. Secundò, est contra iustitiã, non enim homo est magis dominus suæ famæ, quàm vitæ, hanc per se, nec per alium potes tibi adimere, ergo neque famam. Tertiò, quia infert iniuriam reipublicæ, & ecclesiæ, cuius est pars, scandalizantur enim alij, & sumunt exemplum peccandi. Aug. 11. q. 3. can. nolo. Secunda sententia est Soti loco cit. Adr. q. pen. tract. de restitutione. Nau. cap. 18. nu. 46. Pro resolutione nota, primò, quæstionẽ hanc pendere ex illa, an homo sit dominus propriæ famæ, si enim dominus est, potest, sin minus, non potest. Secundò, persona infamata, vel est priuata, vel publica, ex cuius videlicet infamia redundat damnum in alios, vt prælatus, præpositus, episcopus, pater ratione suæ familiæ. Tertiò, nota, potest infamia remitti, vel ex causa rationabili, vel sine ea ex prodigalitate.

Prima conclusio. Homo est dominus suæ famæ, probatur ex D. Th. 2. 2. q. 64. art. 5. vbi ait hominem esse dominum omnium, quæ ad se pertinẽt vita excepta, q. 73. art. 4. sui arbitrij est detrimentum famæ pati, ergo, probatur ex loco citat. Secundò, quia fama sequitur actum virtutis, ergo est bonum acquisitũ, ergo est hominis proprium. Tertiò, quia bonum nomen pertinet ad fœlicitatem ex Arm. verbo, restitutio. fœlicitas est bonum ipsius fœlicis, non aliorum. Quartò, quia aliter nũquam posset sibi eam adimere, at exempla sanctorum contrarium docent, vt Ambrosij, Augustini, Anselmi, qui se in scriptis humilitatis gratia diffamarunt.

Secunda conclusio. Qui sine causa rationabili se infamat, contra charitatem peccat, non tamen iustitiam; prima pars probatur, quia vt in prodigalitate in tẽporalibus potest esse peccatum mortale, vel veniale iuxta materiam, & alias circunstantias, ita in famæ contemptũ; secunda pars probatur, ex prima cõditione, quia eiusdem ad seipsum non est iustitia, neque iniustitia.

Tertia conclusio. Si quis ex causa honesta famam negligat, vel detractori sine restitutione parcat, facit opus charitatis; probatur exemplis sanctorum, & ex prima conditione, quare cum merito quis potest relaxare suæ famæ restitutionem, vt alienæ consulat, vel causa humilitatis, vtitur enim iure suo, & ex charitate, ergo meretur, hinc infertur, posse fieri mutuam recompensationem inter eos, qui se inuicem diffamarunt sine vlla restitutione, si alter alteri cedat, quicquid dicat Nau. c. 18. num. 46. probatur, quia fama potest recompẽsari per pecuniam, & ideò sicut in pecunia potest fieri, sic in huiusmodi remissione fieri potest cambium, & recompensatio, modo sibi mutuo remittant, & conueniant, nõ enim ex eo, quia detractor ab eo, qui infamauit, infamatur, ex hoc absoluitur à resti-

restitutione, sed cum ex eo sibi inuicem id remittunt, quod fortè voluit dicere Nau. adde omnia dicta intelligenda esse de priuata persona.

Quarta conclusio. Persona publica, vt prælatus negligendo in re graui suā famam, peccat mortaliter contra iustitiā, ex D. Th. 2. 2. q. 73. art. 4. vbi excipit, modo vergat in periculum aliorum, at ex prelati fama pendet spirituale bonū reipublicæ, ergo nō potest eam negligere, notat tamen Sotus, ꝙ quamuis prælatus peccaret, qui detractori suæ famæ remittat restitutionē, ille maneret in conscientia tutus, quia remissionē ab eo, qui erat dominus, habet, nisi secuta inde esset aliorum iactura, tunc enim tenetur restituere. Ad primum resp. id probare secundam cōclusionem, secundum verò probat secundam, & quartam cōclusionem, tertium tertiam, nam si faciat ex legitima causa bene agit, vt & priuata persona præbet sic magis alijs bonū exemplum, Augustinus verò loquitur de fama superioris; an qui se infamat in tormentis peccet, & teneatur ad restitutionem, hæc quæstio pendet ex superiore, An homo sit suæ famæ dominus. Caiet. q. 73. art. 2. sum. verb. detractio, affirmat gl. 15. q. 6. c. si sacerdotibus. Nau. cap. 18. nu. 29. Sotus verò contrariatur loco cit. de ratione tegēdi, & detegendi secreti in 3. p. q. vlt. Tab. verb. detractio. §. 5. ex D. Th. q. 73. ar. 4. Adr. cōueniunt, quod nō teneatur ad restitutionem, nisi vergat in aliorum præiudicium, quia v. g. simul alios infamauit, peccaret verò mortaliter, si ad læuia tormenta vitanda magnę infamiæ se exponeret, vel vitæ periculo, venialiter autem si ad euitādum grauissimum tormentum, sed si sine mendacio intendens nō se infamare, sed vitare maximos cruciatus, non est vllum peccatum, remoto vitæ periculo.

11 Detrahentem andiens, & tolerans an peccet, & restituere teneatur.

Duodecima, an audiens, & tolerans detrahentem peccet, & teneatur restituere, vide verb. detractio. Caiet. & Tab. ex D. Th. q. 73. art. 4. qui respondet, ꝙ quis tripliciter potest audire detractorem, vel cōsentiendo directè, quia ad peccatū inducit, vel quia ei placet detractio, vel indirectè, non quia placet, sed ex timore, aut verecundia non resistit, cum possit: secundò, vel ei incumbit ex officio correptio fraterna, vel nō: tertiò, vel ex ea detractione sequitur damnum, vel periculum proximi, vel nō, sit ergo Prima conclusio. Qui audit detractorem consentiendo directè, vel quia inducit, vel quia ex odio illa placet, peccat mortaliter. vt 1. Rom. Nō solùm qui facit, sed qui consentit facientibus peccat. & Bern. detrahere, aut detractorem audire, quid horū damnabilius sit, non facilè dixerim.

Secunda conclusio. Qui audit, sed sibi non placet, sed quia non audet repellere ex timore, verecundia, peccat venialiter, quia indirectè consentit.

Tertia conclusio. Hoc vltimū potest esse mortale tripliciter: primò, cum ex officio incumbit corrigere detrahētem: secundò, cū audiens præuidet inde sequi grande periculū, & non impedit: tertiò, cum timor, qui illum retrahit à correptione est mortale, vt enim, Deut. 22. Asinum alterius tenetur homo sub onere iacentem leuare, ita hominem ab infamia oppressum, & illum detractorem, ne detrahendo peccet. Caueant confessarij ne absoluant detractores, nisi promittāt famæ restitutionem: secundò, aliter esse obligādos prelatos, & superiores ad restitutionem famæ, ac subditos: tertiò, cum dubia res est, consulat doctos, interim, si pęnitens pollicetur se facturum satis ad iudicium prudentis potest cū absoluere.

De qua re etiam videnda quæ habentur sub cap. de Detractione.

Ver. *De Restitutione bonorum Ecclesiasticorum spiritualium.*

12 Impediēs aliquem à cōsecutione beneficij an peccet, & teneatur ad restitutionem.

AN impediens aliquem à consecutione beneficij, vel præbendæ teneatur ad restitutionem, Nota hoc tractari posse, vel respectu conferentium, vel respectu impedientis, hic secūdo modo tractatur, de primo verò cum agitur de iustitia distributiua, suppono ꝙ eligēs indignum tenetur ad restitutionem, non digno, sed ecclesiæ, quia bona ecclesiæ sunt instituta non in præmium personarum, vt bona cōmunia reipublicæ,

sed

sed in stipendium ministrorum, cum ergo ecclesia sit defraudata, illi est restituendum, qui verò dignũ eligit, omisso digniori ad nullã tenetur restitutionẽ, quia satisfactum est ecclesiæ, & dignior nullum habebat ius, ita Sotus, Adr. contra Palud. & Caiet. Nau. c. 5. nu. 7. de quo cap. præcedenti est actum. Est ergo quæstio de impediente, & sunt tres sententiæ, prima Soti 4. dist. 15. q. 2. ad vlt. Adr. q. vlt. de restitutione famæ. nu. pen. de restitutione bonorum animæ. Maior. 4. dist. 15. q. 17. D. Tho. dicentium, ꝙ qui impedit, ne detur digniori, vel digno, animo nocendi tenetur illi restituere. Secunda, Palud. q. 2. art. 2. con. 4. cau. 462. art. 2. dicentis, quòd si auferatur à digno, vel digniori sine animo nocendi, non tenetur restituere, nisi detur indigno, & si auferatur digniori, vt detur digno cum animo nocendi teneri per Silu. restitutio. 3. §. 22. Tertia sententia Soti lib. 4. de iusti. q. 6. art. 3. Lædesmæ. 4. dist. 24. q. 18. ar. 2. Nau. c. 17. nu. 70. ꝙ auferens beneficium à digno, digniore, siue bono animo, siue malo, non tenetur, nisi interueniat aliqua iniusta fraus, & dolus. Differunt hæ sententiæ, ꝙ extremæ tenent beneficia esse instituta ad bonum, & vtilitatem ecclesiæ, & ideò ei esse distribuenda per iustitiam commutatiuam, ratione ministerij, quo dignus est operari⁹ mercede sua. Media verò, & secunda tenet conferri in bonum personarum iuxta iustitiam distributiuam, ita vt qui impedit, teneatur ipsis defraudatis, v. g. si aliquis habebat animum dãdi alteri beneficium, qui impedit, tenetur restituere ei; qui fundantur in iustitia commutatiua, dicunt esse ecclesiæ ipsi restituenda, sicut cum villicus cõducit malos operarios tenetur domino, ita hic, sed nota realiter posse aliquem impedire ablationem beneficij sine iniustitia, vt consulat ecclesiæ, siue ne detur indigno, vel cum iniustitia, vt detractione, vel si ita aliquem detineat, ne possit petere. Secundò, nota id quadrupliciter posse accidere: primò, vel facta collatione, vt si impediat possessionem per litem, vel aliam iniustitiam: secũdò, ante collationem, sed cũ collator certo ei cõferre statuerat: tertiò, cum collator erat propensus ad conferendũm, sed poterat mutare consilium: quartò, cum nihil horũ accidit, sed impediuit, ne procuraret.

Prima conclusio. Qui impedit, ne præbenda detur indigno, siue is bono, siue malo animo faciat, ad nullam tenetur restitutionem; probatur, non ecclesiæ, quia ei profuit, nec illi, quẽ impediuit, quia nullum ius ad illud habebat, imò nec potuisset retinere sine peccato. Ergo: secundò, quia idem est, ac si fur à furto impediretur.

Secunda conclusio. Qui dignum impedit à possessione præbendæ facta collatione per litẽ, vel alia ratione iniustè tenetur ad restitutionẽ in integrũ, ac pro dãnis illatis, quia hoc non est impedire, sed auferre, cum ius haberet perfectum, ꝙ illi abstulit cum iniustitia, & etiam si non haberet ius perfectũ; idest ius in re, ꝙ fit per collationem, confirmationem, vltimam voluntatem, vel alium legitimum modum. Nau. c. 17. nu. 89. sed etiã ad rem per electionem, præsentationẽ, concursum, coadiutoriam promissionẽ, stipulationem, primogenituram, contractum, & huiusmodi. Valentia disput. 5. q. 6. punct. 5. ver. superest.

Tertia conclusio. Qui impedit aliquẽ à consecutione præbendæ ante collationem, vel ius ad rẽ sine iniustitia, nec dolo, vel vi, siue odio, siue bona intẽtione, ad nullam tenetur restitutionem; probatur, quia nulli iniustitiæ, nulla debetur restitutio, intentio enim sola nocendi nõ potest adducere obligationem restitutionis. Nau. c. 17. nu. 96. & Sotus.

Quarta conclusio. Qui per iniustitiã, vim, metum, fraudem, vel mendacium, vel reuelando crimen occultum, saltem tenetur remouere prædicta, & liberum sine re collatorem, & si id non sat est, quia iam nocuerit, tenetur ad restitutionem, & si aliquẽ à præbenda impediuit, quã ei collator certè conferre statuerat, tenetur restituere ei æquale secundũm suam facultatem; probatur ex D. Tho. q. 62. art. 2. ad quartũ. quia proinde est, ac si habitũ auferret. Secundò, quia hoc est pecunia extimabile, & secũdùm hoc intelligitur l. 2. ff. de aqua plu. arc. Similiter si quis est impedimento alicui per vim,

vim, metum, fraudem, vel mendacium, ne aliquod prædictorum bonorũ petat, tenetur ei restituere arbitrio prudentis, iuxta propinquitatem quam habebat ad id consequendum, vel nõ, si tamen prædictis remotis, precibus tñ, vel suasionibus tãtum agat coram eo ne etiã dignus petat beneficium, non tenetur restituere, quia volenti, & scienti nõ fit iniuria; qui tamen si id fecit malo animo, debet ei satisfacere pro iniuria ei illata, arbitrio prudentis, licet nõ teneatur ei restituere.

Quinta conclusio. Si quis impedivit à præbenda, quam collator non habebat certum animum, sed tantũ propensum, alicui conferendi, tenetur ad aliquã restitutionem considerata qualitate personarum, & propinquitate nõ tamen in totum, si id fecit iniustè per vim, fraudem, vel mẽdacium, vel occultum crimen reuelando; probatur, nam qui dedit damnum in re, quæ parum defuit, vt esset, tenetur ad restitutionem, cum illa spes pecunia extimari possit, sic vtitur D. Th. d. art. 2. ad quartum. illo 2. Phys. text. 56. ꝙ parum distat, nil distare videtur, non enim dicit D. Tho. teneri ad restitutionẽ illum, qui parum abest, vt damnum daret, sed qui re vera dedit damnum in re, quæ parum abfuit, vt esset, vt Sotus notat contra Caiet. tertia pars conclusionis euidenter patet. Dices, collator poterat mutare propositum, ergo ille non habebat ius. Resp. licet propositum mutare posset, dum tamen eum animum habebat, res erat quodammodo illius, quę iniustè aufertur, ꝙ si nondum habebat animum, vt probat conclusio, saltem fit iniustitia, cum impeditur à spe obtinendi, quòd extimatur aliquid, ergo tenetur ad aliquam restitutionẽ, si obijcitur animus nocendi non facit iniustitiam, ergo non debet obligari ad restitutionẽ. Resp. dicta D. Th. intelligi de animo nocendi cum iniustitia. Hinc patet, quid sit dicendum de ijs, qui impediũt in testamentis legata, vel officia magistratuum, aut lecturam, Est enim eadem ratio, ac præbendarum, habenda est ergo ratio iniustitiæ, aptitudinis personæ, & firmitatis animi in conferente, vt dixi. De ijs verò, quæ ludo acquiruntur, & de muñẽris, sine restituẽda, agetur, cum erit sermo de furto, ludo, & casibus restitutionis.

Qui verò nõ vi, fraude, vel mendacio, petit pro se digno, vel alio beneficiũ, vel officium, & causa est, vt alius dignior ea non consequatur, non tenetur ad restitutionem. Sot. lib. 4. de iust. q. 6. ar. 3. ad sextum arg. etiã si collator decreuisset dare alteri digniori, & precibus tantũ, & suasione sit vsus apud collatorem, vt alij digno, animo mutato conferatur: vt dicit Sotus, & Valentia loco cit. à quo tamen crederem abstinendum, cum sic auferatur bonum ius alij, & quia preces sunt vitandæ in beneficijs, cum danda sint pro meritis, & nõ ob preces alicuius, & si ex ea collatione intenderet quis se obligare collatori obligatione legali, & non antidorali tantum, esset simonia, licet nõ incurrerentur pœnæ simoniæ, nisi sint pretio extimabiles. Abb. in c. tuam. de æt. & qualit. Nau. c. 23. nu. 107. & maximè si preces sint carnales, & non spirituales, quibus Dei seruitium maius intẽdatur, ꝙ esse non potest si dignior excluditur, vnde tutum est ab hisce cauere, licet nõ ausim, ob authoritatem tam insignium doctorum, sic agentem eo casu, obligare ad restitutionem. Quòd si beneficiũ alicui debeatur ex vi iustitiæ distributiuæ ob merita, & aliquis nõ vi, vel metu, aut mendacio, sed precibus tantum effecit, vt daretur alij digno, cũ ipse non sit executor iustitiæ distributiuæ, sed prælatus, vel gubernator, si tamen nullum ius digno competit per commutatiuam ex iure in re, vel ad rem, non tenetur ad restitutionem impediens ab eo, nisi vi, vel fraude vsus sit impediẽdo eum à iure in re, vel ad rem, cum obligatio restituẽdi adsit tantum, vbi iustitia commutatiua concurrit, & violatur: vt dicit Valentia loco cit. contra Couar.

Ver. Quantum sit restituendum.

Notandum pro intelligentia huius quæstionis, ꝙ vt satisfiat iustitiæ comutatiuæ, tantundem restitui debet, quantum ablatum est, & nõ plus, vel minus. ex D. Tho. & communi, quia id requirit æqualitas iustitiæ commutatiuę,

qui

qui est finis restitutionis. Dum verò dicitur, quod ablatum est, intelligitur non solùm de eo ꝙ quis habebat actu, sed ét in potentia, & certo vel probabiliter per rem sibi ablatam habiturus erat, & etiã venit id cuius iacturam subijt ob rem sibi ablatam; quę omnia restituenda sunt, deductis tamen expensis fiendis, vt res actu haberetur, & deducto ét tanto quanto, consideratis omnibus circunstantijs, arbitrio prudentis, res minus valet in potentia, quàm in actu, si res certo nõ erat cõsequenda, & poterat ex aliquibus impediri; & habendo etiam rationem iniuriæ quã quis patitur dum inuitus re sua priuatur, quæ ei compensari debet: vt dicit Sot. lib. 4. de iust. q. 6 art. 5. Vnde si semina destruantur, fructus qui sperabantur, debent iuxta prædictam prudentis æstimationem, expensis deductis, restitui, & quod ex æquo emeritorio sibi furto sublato, erat lucraturus, expensis detractis, & in re simili. Nau. c. 17. nu. 26. & pari modo ꝙ ex pecunia sibi furto ablata, quis erat lucraturus, & si inde aliã sub vsuris accipiat, vt suo satisfaciat creditori, vt ibi dicit Nau. & etiam quantũ postea valet plus res, dum eam iniustè & mala fide quis retinuit. Quòd si res eadem extat numero vsu non consumptibilis, eadem, vt ęquus, dño restitui debet, nisi alia re dñs cõtentus esse velit. Quòd si res est consumpta, & est certi valoris ꝑ legem taxati, alia eiusdẽ, vel alterius speciei in eodem valore reddi debet, vel pretium, si verò est incerti valoris, vt vita, sanitas, honor, fama, fruct⁹ futuri incerti, vel ignoratur qualitas, & quãtitas, vt si cõburitur domus plena varijs rebus, restitutio fieri debet arbitrio prudentis oĩbus attentis. Nau. c. 17. n. 27. q̃nq; ét vt satisfiat iustitiæ vindicatiuæ est subeũda pœna à lege, vel iudice, statuta, modo quo infra: vt d. Valẽtia 2. 2. de iust. disp. 5. q. 6. punct. 6. Ad particularia verò deueniendo. D. Th. 2. 2. q. 62. art. 3. quærit, an sufficiat restituere simpliciter quod ablatum est, prima sit conclusio, ratione restitutionis tenetur tantum homo reddere, quantum iniustè abstulit, secundò, ratione culpæ iustè infligitur pœna à iudice ob bonum cõmune. Exo. 22. Luc. 19.

13 Pœna an sit restituenda, qñ, & qũo.

tertiò, hanc pœnam non tenetur subire, nisi post iudicis condemnationem, & circa tertium est quęstio, an cum infligitur pœna ipso facto incurrenda, requiratur condemnatio iudicis, vt in conscientia obligetur, Nota duplicem esse pœnam, altera ciuilis, & dupliciter, nam alia fertur in delinquentes, vt eam patiantur, vt pœna capitis, de qua pœna ciuili conuenitur, nõ modo iudicis cõdemnationem esse expectandam, sed etiam ministrorũ executionem, alia ciuilis est, quæ imponitur ipsi delinquenti, & eius natura dictat, vt eam reus exequatur, vt exilij, solutio pecuniæ facta condemnatione pro eius executione; Altera est ecclesiastica, hæc vel est spiritualis, vt cẽsuræ, excõicatio, suspẽsio, interdictũ, de quibus certũ est incurri ipso facto, si sint latæ sententiæ; aliæ sunt temporales, vt amissio dignitatis, beneficiorum, confiscatio bonorum, de quibus est quæstio, sicut etiã de ciuilibus secũdi generis; prima ergo sententia est Panor. c. canonum. de constitutionibus. c. dilecti. de arbitris. Castr. lib. 2. de potestate legis pœnalis. c. 8. l. 2. de iusta hæret. punit. c. 7. qui tenent huiusmodi pœnas obligare in cõscientia post commissum crimẽ, si ipso facto infligantur, licet delictum sit secretum sine noua cõdemnatione, quia maiorem habet vim obligandi lex, quàm iudex, contrariam opinionẽ tenet D. Tho. Caiet. Adr. quodl. 6. art. 1. Sot. lib. 1. de iust. q. 6. art. 6. Silu. ver. pœna, q. 25. ver. secretum. §. 8. ver. assassinus. §. 5. Couar. in 4. decr. p. 2. c. 6. § 8. nu. 10. Nau. c. 23. nu. 66. qui aiunt neminem teneri ad subeundũ pœnam, licet ipso iure infligatur, ante iudicis condemnationem, vel declarationem, quia pœna est passio, quã natura abhorret, sicut natura abhorret idẽ esse agens, & patiẽs, vt id est hic, ergo lex ꝗ facit vt quis sit pœnæ contra se executor, est iniusta.

Prima conclusio. Pœna ciuilis non obligat in conscientia ante sententiam iudicis, licet dicatur ipso facto incurrenda; probatur ex supra dictis; secundò, quia ius naturæ requirit, vt delinquens audiatur, priusquam condemnetur ex c. susceptum. de causa possess. ac propriet. ex circũstantijs enim reus posset

set excusari à rigore totius pœnæ: tertiò, quia esset lex intolerabilis: quartò, ex vsu ecclesiæ, vnde hæreticorum bona non confiscantur, antequam de pertinacia condemnentur.

Secunda conclusio. Vt quis teneatur in conscientia ad pœnam ipso facto decretam, non est necesse, vt sententia iudicis feratur super pœnam, sed super crimen id; vt conuinctus damnetur de illo crimine, v.g. hæreticus de hæresis pertinacia, vt eius bona cōfiscentur; probatur ex c. secundùm leges. de hæret. in 6. in fi. vbi statuitur, ne confiscationis executio fiat, antequam sententia super eodē crimine fuerit promulgata; secundò, ex vsu ecclesiæ; hinc fit, ꝙ quamuis crimen sit publicum, tamen est expectanda sententia iudicis, contra Pan. in c. cum non ab homine. de iudic. vt rectè dicit Sotus conclus. 3. Silu. verb. assassinus. §. 5. Dices ex his sequi non esse differentiam inter pœnam latam, & ferēdam. Resp. esse rationem differentiæ, ꝙ in pœna ferenda necessaria est condemnatio, in lata satis est sententia declaratoria criminis cum executione, ita intelligitur c. vlt. de præscript. lib. 6. vbi ait, siue per sententiam, &c. ipso scilicet declarato à iure per sententiam iudicis. Secunda differentia, ꝙ cum pœna est lata, dominium per delictum inficitur, ac perturbatur, per sentē tiam ferendam, non item vt Caiet. Adr. Silu. dicūt, hinc infertur, ꝙ si quis damnetur de hæresi, omnes contractus, & alienationes annihilantur, quæ fecit post commissum delictū, quia sententia trahitur ad tempus in quo peccauit; excipiuntur tres casus, primus, cum alienatio facta est pro victu, secundus, cum alienauit in propriam vtilitatem, tertius, cum manet pretium apud delinquentem; aliqui tenent post commissum delictum, amitti dominium, non tamen possessionē quoùsque fiat declaratio cum executione, vt Conrad. Io. And. & Sot. conclus. 4. asserunt, de quo tr. de Hæresi hī sermo.

Tertia conclusio. Eadem est ratio pœnarum ecclesiasticarum, & ciuiliū, quò ad obligationē. Dixi pœnarum, quia de censuris alia est ratio, quamuis ergo aliquis delictum committat, cui adiuncta sit pœna amissionis beneficiorū ipso facto, non tenetur in cōscientia resignare, donec condemnetur, vel declaretur per sententiā illum tale crimē commisisse; probatur ex Couar. loco cit. Nau. qui in grauioribus pœnis id sentit, quia aliàs l. esset intolerabilis, secūdò, probatur, quia eadem est ratio in ciuilibus, ac ecclesiasticis temporalibus, nemo enim posset reus se defendere; tertiò, quia ecclesia non iudicat de occultis. c. tua nos. de simo. Sunt tamen quinq; notanda. Primò, quòd Pontifex de plenitudine potestatis potest priuare etiam in foro conscientiæ beneficijs, & potestatibus; quare si adderet, nulla expectata declaratione, etiam super ipso facto, vel alia huiusmodi clausula, vt ēt in foro conscientię iure ipso priuatus sit, tenetur in conscientia resignare ex Soto in fi. art. cit. Silu. verb. assassinus. quicquid Couar. dicat nu. 10. vt Paulus secundus in extrau. ambitiosæ. de præb. in extrauag. cōi, contra alienantes bona ecclesiastica statuit, Pius V. in Bulla contra introducentes mulieres in monasteria sine alia declaratione: Similiter si adderet, quòd in foro conscientiæ tenetur resignare, vt testatur Couar. factum esse in quadā lege regia. Ex quo confirmatur tertia conclusio, si enim satis esset dicere ipso facto, non adderet legislator ipsas particulas, sine alia declaratione in conscientia; secundò, si quis simoniacè obtinuit beneficium, vel irretitus aliqua censura, vel irregularitate, vel si sit beneficium incompatibile, tunc in cōscientia tenebitur resignare, vel q͂a nunquam fuit dominus, vel quia officiū exercere non potest. Tertiò, cū summus Pontifex qui est collator beneficiorum declarat per legem, & tacitam conditionem velle se, vt qui eam conditionē non seruauerit, beneficium non retineat, sic Conc. Later. sess. 9. d. Qui nō recitauerit officiū primis sex mensibus teneatur fructus restituere. & Trid. sess. 25. c. 15. ꝙ Episcopus non residens priuatur fructibus, itē c. licet cit. de elect. in 6. qui post obtentam parochialem ecclesiā intra annum non fit sacerdos, ipso iure priuatur beneficio, & id genus alia, videtur .n. dari beneficium sub ea conditione, qua nō seruata

seruata priuetur, vt notat Sot. in fi. art. 6. cit. de quo alibi. Idem dicendum est de alijs contractibus, vnde pœna imposita à testatore tanquam conditio obligat in conscientia, v.g. si vir constituat vxorem vsufructuariam si castè viuat, ex eo q; nō seruat castitatem vsufructum restituere debet hæredibus viri. Couar. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 9. nu. 17. Nau. c. 25. nu. 65. et si occultè, & semel contingat. Lud. Beia in casibus Bonon. congreg. 1581. 23. Februar. casu 2. Quartò, ex his intelligitur c. 1. & 2. de adult. vbi dicitur: vitiantem virginē esse compellendum ad eam dotandam, hoc in foro exteriori procedit, nā in conscientia solùm tenetur damnum resarcire, si vim intulit, & tenet' illi dare quanto pluris eget corrupta ad inueniendum virum sibi parem, ex Couar. nu. 15. Nau. c. 16. num. 16. Quintò, resp. solutio pecuniæ imponitur in aliqua lege, vel tanquam pretium rerum à lege constitutū, vel vt pœna legem violantium, ex Soto lib. 4. q. 6. art. 4. v.g. statuitur, vt frumentum vendatur quattuor aureis, non tamen extra vrbem sub pœna ducētorum aureorum. Inter hęc est differentia, nam pretium in cōscientia ante executionem est soluendum, non item pœna, si tamen aliqis in legis trāsgressione committat iniustitiā, illud tenetur resarcire, vt qui transgressus est legem cedendo ligna, tenetur ad damnum lignorum, non item pœnarum legis antequam cōdemnetur, & similiter si defraudauit iustàs gabellas, tenetur soluere eas in dubio, nisi aperta tirannis appareat, quia non est subditi iudicare superiores, si tamen res nō sit magni pretij, modo nō ex fraude quis occultet, non tenetur soluere excessum, nisi petatur, ex Soto lib. 4. de iust. q. 6. art. 4. Item lucrum cessans tenetur restituere, vt qui segetes vastauit ad arbitrium boni viri, quia bona in spe nō tanti extimantur, quanti in re, vel si furatus est pecuniam, qua ille lucratus esset centum aureos, nō tenetur id totum simpliciter restituere, requiritur enim, q; verè illi lucrum cessarit, & q; verè lucratus esset, non q; lucrari potuerit. Sed casus est, an teneatur quis in conscientia soluere pœnā conuentionalē antequā ab altero petatur, & quid si nō petatur. Resp. non teneri, nisi quæ ad damni satisfactionē debentur, vt cum duo in contractu sibi mutuo pœnam imponūt, quam qui contractus conditionem non seruat, incurrat, nō tenetur, nisi petatur, intellige nisi ex alia iniustitia obligetur. Nau. cap. 23. nu. 67. Couar. nu. 11. Hinc colligitur, q; cum pœna non debeatur in conscientia ante sententiam, vel condemnationem, quod etiam mala fide potest præscribi, ex Couar. nu. 16. ex Abb. & Fel.

14 Secundus casus, an teneatur quis restituere lucrum factum ex re furtiua. Resp. vel res est fructifera, quæ vsu non cōsumitur, vt domus, vinea, vel ex se nō est fructifera, sed vsu consumitur, vt pecunia, frumentum. Secundò, lucrari aliquis potest, vel ex rei negotiatione, quæ fructificat, vel ex propria industria, qua adhibita non lucratur saltem tantum. Resp. primò, nō teneri ad restituendum quod sua industria est lucratus, quæcunque illa res sit, cum qua est lucratus, vt quia vinea solebat reddere centū, ex industria verò ducentum reddidit, non tenebitur restituere ducentum cum vinea. Secundò, si ex pecunia, vel ex re, quę vsu consumitur adhibita industria aliquid est lucratus, tenetur restituere rem furatam, & illatum damnum, seu lucrū cessans, non tamen lucrum, q; ipse fecit; probatur primò, ex natura iustitiæ commutatiuæ. Item cap. plerique, finali. 14. q. 3. Nau. c. 17. nu. 25. Bonæ fidei possessor omnes fructus tam naturales, quàm industriales, siue cum titulo possideat, siue sine, restituere tenetur, si extent, si verò consumpsit, tenetur solùm restituere quatenus factus est locupletior, quia in ea re impenderit in quātantundē de suo expēdere tenebatur, vel aliqua emit, minuendo tamen de fructibus industrialibus, quantum sua industria æstimanda sit in tali negotio. c. grauis. de restit. spol. l. ex diuerso. C. de rei vendic. l. certum. l. si me, & Titium. ff. si cert. pet. sed si non est factus ditior non tenetur de consumptis. l. verum. de petit. hæred. deductis etiam expensis factis gratia fructuum quærendorum, & conseruandorum. l. si à domino. §. fructus. de petit. hæred. l. fructus. de opē.

Fur an teneatur ad lucrū factū ex re furtiua.

ope. lib. & vlterius tollere potest omnes expensas vtiles, & voluntarias factas in re aliena, si sine rei læsione auferri possunt, vel dominus soluet earum æstimationem, si tolli non possunt. l. Iulianus. 3. l. in fundo. ff. de rei vendic. vel vendat ei rem in quam sunt factæ. l. si quid. §. sicut. ff. de pet. hær. idq; in foro conscientiæ; si verò est malæ fidei possessor, quia sciat rem ad aliū pertinere, vt bonæ, qui putauit suam esse, tenetur restituere rē si extat. c. si res. 14. q. 6. sed si perijt, vel est deteriorata, tenetur ad eius æstimationem, nisi in conscientia, pariter & apud dominum esset peritura, sic enim non tenetur, & tenetur vlterius ad fructus perceptos, & quos dn̄s percepisset, si eam habuisset. d. c. grauis. l. in re furtiua. ff. de condict. furt. deductis tamen expensis factis in ijs colligendis, vt supra, vel necessarijs ad rei conseruationem, vt pascēdo equum, curando animal morbosum, nisi eo lucratus sit, vel dominus ipse esset lucratus, id enim cum expensis est compu tandum, secus si illos non erat percepturus, vt quia rem non locasset. Si tamen mala fide possidēs habuit rem cum titulo, per emptionem, donationem, &c. tenetur de perceptis non percipiendis. l. si fundum. C. de rei vendic. nisi id consecutus sit per metum, vel contra legum interdictum. l. quemadmodū. C. de agric. & cens. vel in fraudem creditorum. l. 1. ff. de his quæ in fraud. vel ex emptione rei fiscalis sine solennitate, sic enim tenetur & de percipiendis. l. cum fundus. ff. cert. pet. Et vlterius possessor malæ fidei tenetur ad dāna, quæ quis passus est ex absentia rei suæ, & damnū emergens, & lucrum cessans, arbitrio boni viri, modo in immensum nō excedat. l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod inter. considerando solum intrinsecum. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. vt si frumentum creuit, non autem si animalia mortua sint, nisi promiserit soluere in termino, & ob promissionem dominus non emit fœnum pro animalibus, sic enim tenetur ad eorum interitum. l. Iulianus. de act. empt. Et si res non est fructifera, quę debetur, si ob carentiā talis pecuniæ coactus est vendere viliori rem suā tenetur, & etiam tenetur de lucro cessante, arbitrio boni viri, modo ibi non adsit vsura. D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 3.

Tertius casus, an cedentes ligna in aliena silua teneantur restituere, præsertim cū pœnali lege est prohibitū. Resp. Silua, vel est proprię ciuitatis, vel alienę, vel personæ particularis, si propriæ ciuitatis, vel possidetur in bonum commune ciuium, vel vt propria cōmunitatis, vt ærarium. Dico primò, quod si silua sit ciuitatis possessa in bonum ciuiū, & prohibitum est sub pœna cedere ex ea ligna, licet cedentes peccent, non tamen tenentur ad restitutionem, nisi magnam stragem faciant, neq; pœnas soluere nisi capiantur, & cogantur, quia eis natura est ius in illam, quam pro omnibus ciuitas habet. Secundò, si ciuitas eam in alium vsum possideat, & est ipsius propria, tenentur cedentes restituere, sicut qui ærarium expilat, vel alia bona communia, licet non cum tanto rigore, cum ligna absque cultura gignat, & de iure gentiū deberent esse communia. Tertiò, qui cedit ex silua iuris particularis, vel alterius ciuitatis teneť restituere, nisi essent duo vicina oppida, & vtrunque haberet suam siluam, ciuesq; vnius cæderent in silua alterius, tunc enim possent compēsando sibi mutuo cōdonare illā legē pœnalem, nisi fecerint magnā stragem, sed si quis capiatur, tenetur in cōscientia subire pœnam, si quis verò necessitate cogeretur, & in vsum quotidianum ligna cederet, ter, aut quater non debet obligari ad restitutionem, quāuis vbi tam graui pœna à silua arceantur aliqui velint ēt non peccare, & sic limitanda est opinio Soti, & Lædes. qui hoc dicunt, & de hoc dixi supra, cap. 58.

15 Ligna cedēs an, & qn̄ teneať ad restitutionem.

Quartus casus, an qui feras venantur ad restitutionem teneantur. Resp. si quis venatur in loco publico ad nihil teneť, quia feræ sunt communes, si tn̄ venationem lex pœnalis prohiberet, tenetur ad eam post condemnationem, & peccabit illam trāsgrediendo, cum ob commune bonum, vel rationabilem causam illa statui possit, vt docet Sotus art. 4. lib. 4. q. 6. Si venatur in loco alicuius omnibus patulo, non tenetur restituere, si capiat vaga ani-

12 Venatorā teneať ad restitutionem ferarū, vel alterius rei.

ra animalia, quia licet dominus fundi illum arcere possit, tamen si capiat, non tenetur ex rigore restituere, quia non est ille dominus siluestrium animalium.

Tertiò, si tamen capiat in loco alterius proprio muro cincto, tenetur restituere, quia aliena furatur, limitanda sunt duo priora dicta, nisi intercedat pactum inter dominos, & ciues, vt si illi spondeant se satisfacturos pro damno, & ciues se non occisuros feras, tunc qui occideret, tenetur ad restitutionem, Sotus artic. 4. Nauarr. cap. 17. num. 124. Idem dicendum de piscantibus in flumine contra propriam prohitionem, vel in loco alicuius communitatis, in quo sit prohibitum piscari, ne impediatur piscium generatio, peccarent inquam, at non tenerentur ad restitutionem, sed qui piscaretur in stagno alicuius particularis, teneretur restituere, ac si furaretur, de his etiam dixi supra, c. 17. modo, vt infra.

Quintus casus, an ex auium venatione oriatur abligatio restitutionis. Resp. aues esse in triplici differentia, quædam sunt merè siluestres, & has qui capit in alieno fundo, nō tenetur restituere, quia nullibi commorantur, nisi per modum transitus. Secundò, domesticæ, quas subripere furtum est. Tertiò, mediæ, vt columbæ, apum aluearia, de quibus casus est positus. Dico primò, capere columbam in columbario, vel vicino domini agro, est furtum. Secundò, si lege municipali præscripta est periodus, vt scilicet intra tot passus eas nemo capiat, censendum est vsque ad illam lineam esse domesticas, & eas capere est furari, licet non tanto rigore tractandum, ac si de columbario raperentur. Tertiò, vbi non est terminus assignatus, supposito, quòd columbaria licitè teneantur, quia domini habent agrum vicinum, quo ali possint, vel cibos necessarios subministrarent, non licet sine peccato capere, nisi cum diuertunt à proprio loco, ita vt vagæ videantur, vel amiserint consuetudinem reuertendi ad propria loca, vt cū bis ad consuetas horas desierint redire, alioqui tenentur capientes restituere, ita capiens examina apum de aluerio, vel alieno prædio muris cincto, vel ex quocunque loco prædij, restituere tenetur. Nauarr. cap. 17. num. 127. Sotus artic. 4. lib. 5. de iustitia.

Casus sextus, an qui legem pœnalem transgressus, & accusatus negat, teneatur soluere pœnam, ad quam tenebatur, si esset confessus. Respon. Sotus lib. 2. de iust. quæst. 6. art. 6. conclus. 4. in fi. teneri ad restitutionem, quia impedit iustitiæ, & pœnæ executionem, ego dico primò, quòd qui iustè accusatus negat obiectū crimen, non tenetur ad pœnam, si sit corporalis, vel mutilationis, quia hæc pœna non obligat post sententiam, sed post executionem. Secundò, certum est teneri ad restitutionem, si ex commisso crimine damnum intulit. Tertiò, ad famæ restitutionem, quia negando iniustè, infamauit indirectè accusatorem, & testes qui sibi crimen obiecerunt, præterea ad restitutionem expensarum, quas fecit pars aduersa prosequēdo litem post negationem illius, vel post appellationē, quam iniustè fecit, cum esset reus facti, & iustè accusatus. Tertiò, tota dubitatio si tenetur ad restitutionem, vel soluendam pœnam iustè infligendam, cum non erat in præiudicium tertiæ personæ negatio criminis, seu pœnæ vitatio, contra Sotū dico, non teneri, ratio, quia hoc peccatum est contra iustitiam legalem, non commutatiuā; probatur consequentia, quia restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ tm̄. Secundò, quia nullus ait, negantem iniustè teneri ad restitutionē. Tertiò, quia mens legislatoris est, vt pœna exigatur post condemnationem, nec constat contrarium. Dices iudex, qui nō dat sententiam, quam debet, & alij officiales cum tenentur ex officio, non accusant, tenētur ad restitutionem, ergo etiā reus, cum negat. Resp. non valere consequentiam, quia illi tenentur ex iustitia, cum ad id stipendia habeant, quare non exequentes munus suum, peccant cōtra cōmutatiuam, & ideò pœnam pecuniariam, quam reus debebat soluere, fortè tenentur restituere illi, cui debebatur, & quod acceperunt à reo in pretium, tenentur restituere fisco, nisi hoc fiat in criminalibus: vt Silu. docet ver. pœna. §. vlt. in fi. reus verò eam negans facit contra iustitiam

17 Pœnā an soluere teneatur negās crimē pro quo īponitur.

stitiam legalem, non tamen contra commutatiuam, quia ad pœnam nō tenetur nisi post condemnationem, ergo nulli, qui eam aufert, si tamē ex eo alicui dānum infert, tenetur resarcire.

18 Restituere an debeat quis id, ꝙ non re, sed virtualiter tantū abstulit.

Casus septimus, an teneatur quis restituere, quòd non abstulit, idest quod virtualiter abstulit. Resp. D. Tho. art. 4. Primò, qui damnificauit aliquem in re, quam actu habebat, tenetur restituere æquale, vt si diruit domum, tenetur ad quantum valebat. Secundò, qui damnificauit in re, quam quis virtualiter habebat, non tenetur ad æqualis restitutionem, sed arbitrio prudentis, vt qui segetes immaturas vastauit, non tenetur ad tantum, quantū si essent maturę, contra hoc est dubitatio, ex Soto, nam si is, qui habet bonum in spe, vt segetes immaturas, vel pullum tenerrimum, nolit vendere ita immaturas, sed expectare maturitatem, & ætatem illarum rerum, defraudari videtur, si enim non restituatur damnificato, nisi quantum valebant in spe, ipse expectasset tempus messis, & pulli creuissent, ideò quòd pluris vendidisset, amittit, ergo illa restitutio minor non satisfacit. Resp. ꝙ D. Tho. sententia est intelligenda, cum infertur dānum sine intentione nocendi, tunc deductis expensis, quas facturus erat dominus, & periculo considerato, ad arbitrium boni viri facienda est restitutio, at si animo nocendi, & per iniuriam damnum quis intulit maiori cum rigore res extimanda est, & deductis quæ dixi, tenebitur plura restituere.

19 Restituendum an sit damnum illatū ex leui vel leuissima culpa.

Casus octauus, an qui cum leui culpa alicui damnum intulit, teneatur ad restitutionem æqualis. Nota primò, quòd culpa est deuiatio ab eo, quòd est bonū, & per diligentiam poterat prouideri, ex Panorm. cap. vnico de commodato, duo ergo requiruntur: primum, vt sit actus exterior declinans à lege: secundum, vt sit eiusmodi, quem homo poterat remouere, si adhibuisset diligētiam, vt si combussit vicini domum, volens spicas agri vicini comburere. Dices desiderari tertium, idest sine mala intentione, si enim hæc adsit, est dolus, non culpa, respondeò, quòd in secunda continetur: Supponitur enim non prouidisse, quod poterat prouidere, qui verò ex mala intentione facit, iam non prouidebat, & per particulam culpa à casu distinguitur, qui est cum id nulla diligentia homo prouidere potuisset, vt si quis vi rapiat in domo depositum. Secundò, nota, triplicem esse culpam apud Canonistas, latam, leuem, & leuissimam: lata est, vt si quis depositum perdat, quod reliquerat ante fores: leuis est, vt si reliquerit in arca aperta: leuissima, si putauit se clausisse, non tamen tentauit si arca erat clausa. Bartol. addit latiorem, quæ est dolus præsumptus, & latissimam, qui est verus dolus, lege Siluest. verbo, culpa, & dixi cap. de culpa. Tertiò, nota, has culpas differre, non ex parte agentis, nam aliquando potest esse lata culpa sine peccato veniali, vt si ex pura ignorantia, nec secundò, ex parte obiecti, quia in re leui potest esse culpa lata, & in re graui rursus leuis, sed differunt ex parte modi agendi, secundùm quem apparent indicia maiora, vel minora intentionis malitiæ: Vnde cum primo in culpa apparent indicia malæ intentionis transit in dolum, & desinit esse culpa. Siluest. verbo, culpa. §. secundo. Quartò, nota, quòd triplici actione homo potest obligari ad restitutionem damni, quòd sine praua intentione intulerit: primò, legis Aquiliæ cū per se, vel per suos, vel per sua damnum intulit cum culpa, de qua ff. de lege Aquil. & Instit. eodem tit. lib. 4. titulo 3. Secunda actio est de pauperie, cum damnum quis intulit suis animalibus sine culpa. ff. si quadrupedes pauperiem fecisse dicatur. Institut. eodem tit. Tertia actio est noxalis, qua tenetur restituere, qui damnum intulit sine culpa per seruum. ff. de noxal. act. & Instit. eo. Siluest. verbo, restitutio. 2. in fi. Quintò, nota, de triplici hac actione esse dubium, sed esse præcipuum tamen de actione legis Aquiliæ, an scilicet obliget ad restitutionem intercedente lata culpa, leui, & leuissima: glo. 2. quæst. 4. cap. consuluisti. Ioan. And. Angel. verbo, culpa. §. 6. dicit: quod in foro conscientiæ intelligatur de quacunque culpa etiam leuissima, ratio quia lex Aquilia iusta est, & procedit in omni

omni culpa. Couar. in 4. decret. 2. parte, cap. 6. num. 12. Alij dicunt in conscientia non obligare, nisi in lata culpa. Innocent. cap. sicut dignum. de homicid. Felin. Panorm. & Silu. verbo, culpa. §. 4. restitutio. 2. in fin. dicunt: vbi agitur de actione legis Aquiliæ debere exponi, vt patet in exemplis, vt supra, & in hoc forum interius ab exteriori discrepat. Ratio Panormitani est, quia hoc damnum in pœnam soluitur præcedentis culpæ, ergo non debetur in foro conscientiæ, quia lex pœnalis non obligat, nisi post condemnationem.

Prima nostra conclusio. Cum quis damnum dedit per se sine vlla culpa ad nullam tenetur restitutionem, quia proinde est, ac si casu noceret; probatur ex glo. in cap. si egressus. de iniurijs. & damno dato. ex l. qui foueas. ff. ad legem Aquil. Institut. de lege Aquilia. ratio est, quia nulla est pœna, vbi nulla est culpa, ergo, & qui casu hominem occidit, non fit irregularis. cap. lator. de homic. ergo neque tenetur ad restitutionem.

Secunda conclusio. Qui cum intentione nocendi damnum intulit, saltem ex leuissima culpa, tenetur ad restitutionem: vt rectè Innoc. dicit: dolus enim est. notat. in cap. si culpa. de iniur.

Tertia conclusio. Qui per se damnum intulit sine intentione nocendi, non tenetur hic ad restitutionem, nisi ex culpa lata, & leui, quia in foro interiori nõ consideratur quantitas damni, sed delicti, hoc est in culpa lata; ergo, Sotus in 4. q. 6. art. 2. Idem docet commodatarium in foro conscientiæ non teneri ad restitutionem rei perditæ, nisi ex culpa lata, quæ sit peccatum mortale. Nauar. cap. 17. num. 181. de quo suo loco.

Quarta conclusio. Qui per animal damnum intulit sine culpa, tenetur resarcire totum damnũ, vel dare animal, est communis opinio; probatur ex ff. si quadrupedes pauperiẽ fecisse dicatur. Instit. eodem tit. extra. cap. vlt. de iniur. & damno dato. Nota, quòd hæc lex procedit de animalibus suo genere mansuetis, si enim sint ferocia tenebitur ad totam restitutionem, vt si detur per leonem. Item nota, quòd cum culpa damnum quis intulit, tenetur ratione legis Aquiliæ, si sine culpa hac secunda l. si quadr. Tertiò, nota, quòd hæc actio extenditur ad animalia, quæ non sunt quadrupedia. l. actio. ff. ad legem Aquiliam. vbi gl. fingit casum, Gallina mensam conscendens librum fœdauit, soluat damnum, vel gallinam det. Quartò, quòd eadem ratione extenditur ad columbas, de quibus Palud. in 4. sentent. distinct. 15. quæst. 2. art. 2. in fi. Silue. verbo, restitutio. 3. §. quarto. qui dicunt, quòd qui tenent columbas, quæ damnum intulere, tenentur ad restitutionem si fuere in culpa, quia non pauerunt, tenentur ratione legis Aquiliæ, si sine culpa ratione legis de pauperie, vel sarcire damnum, vel dare columbas, nisi recompensatio fiat, per Siluest. quia tantundem damnum ipse à vicino patiatur, vel nisi damnum sit modicum, vel non constet fieri à columbis, præterea tunc erit culpa, cum tenentur columbæ contra leges municipales, vel contra consuetudinem, vel cum non exhibentur alimenta necessaria, præsertim tempore, quo seminantur frumenta, ex Soto lib. 4. de iustit. quæst. 6. art. 4. Caietan. verbo, columbarium; qui addit, quòd si notabile damnũ inferant, peccant mortaliter domini, quòd verò ait Armilla, non teneri dominos pascere eas, nec requiri certam terræ quantitatem, modo lege principum nõ sit prohibitum, quia possunt vbique, vt siluestres capi, & occidi, est falsum, quia contra charitatem, & iustitiam id est.

Quinta conclusio. Qui per seruos dãnum intulit, eodem modo tenetur restituere, cum, & si sine culpa sua, si cũ culpa domini, actione legis Aquiliæ, si sine culpa, actione de pauperie. In hoc enim seruus reputatur, vt animal. ff. de actio. noxal. Nota, ex Institut. de noxal. actio. in fine; quòd non est eadem ratio de seruo, ac filio, nam si filius peccet sine patris culpa, in filium datur actio, sed cum peccat seruus datur actio in dominum. Dices contra, Panormitanus allegatus, d. quòd lex Aquilia non obligat in conscientia ante condemnationem, quia pœnalis, at etiam culpa lata est

pœnalis, ergo respond. rectè dici legem Aquiliam esse pœnalem, quando recedit à lege, & via naturali, non est autem omnino pœnalis, id enim in quo conuenit cum æquitate naturali est preceptiuum, quando verò discrepat est pœnalis: cum venit ex culpa lata, est naturalis: cum ex leuissima, & leui, est pœnalis. Natura præterea contractuum attenditur, de quibus supra, tract. de Contractibus, an ibi veniat tantum dolus, & lata culpa, vt in deposito: vel leuis, vt in contractu, qui fit gratia vtriusque: & leuissima quando fit tantum gratia accipientis.

Tenetur præterea, si res iniustè ablata est fructifera, restituendi enim sunt omnes fructus collecti, deductis expensis in illis colligendis factis, si eos dominus collegisset, saltem in foro conscientiæ, si sit malæ fidei possessor, si verò bonæ, tenetur tantum ad extantes, vel quatenus est factus locupletior; non tamen tenetur restituere quis lucrum quòd vsurariè inde percepit, vel si torquem furto subtractam auream locauit. Lopez dicta 1. parte, cap. 101. & si damnum sit in potentia, vt seminum, restituere debet arbitrio, boni viri, quod valent in ea spe, vt æqualitas ibi constituetur.

Ver. Quis debeat restituere.

PRo intelligentia notandum, quòd triplici ex capite oritur obligatio restituendi, vel ratione solius acceptionis rei alienæ, licet eam quis fortè non habeat, vel ratione solius rei alienæ, quā apud se habet, licet eam fortè à non vero domino habuerit, vel ratione vtriusque, intelligendo nomen rei, ipsam rem in se, vel prout quis inde est factus ditior, vt de eo qui comedit rem furtinā, quatenus suum non expendit; nomine verò acceptionis intelligitur quælibet acceptio non gratuita, iusta, vel iniusta sit; vt per contractus, furtum, &c. etiam si res destruatur; Vnde quicunque causa est vera, vt alter minus habeat de rebus suis, quàm habere debebat, & sic qui directè, vel indirectè rem alienam habet, vel accepit nō gratuito, cum causa sit vt alter minus habeat, restituere tenetur. Valentia disputat. 5. quæst. 6. punct. 3. de iustitia.

Quæritur primò, an qui in extrema necessitate accepit, teneatur restituere si veniret in pinguiorem fortunam. Prima sententia est Adriani, ac Medinæ, tract. de restitutione. Panormitan. cap. si quis. de furtis. Siluest. verbo, restitutio. §. secundo. Nauarr. cap. 17. num. 60. qui dicunt teneri; primò, quia in necessitate res non sunt communes quò ad dominium, nec quò ad vsum, nam alioquin, qui tunc non subueniret, teneretur ad restitutionem, quod nemo dicit, quia ille est charitatis actus, non iustitiæ. Secundò, quia necessitati potest subueniri per mutuum. Tertiò, quia medicus, & pharmacopola tenerentur gratis subuenire ægrotis pauperibus. Quartò, ex cap. si quis. de furtis. vbi habetur, quòd qui propter necessitatem famis, aut nuditatem, alienum furatum restitueret, non cogatur ieiunare, ergo tenebitur restituere. Secunda sententia est Soti in 4. sent. distinct. 15. quæst. 2. art. 4. Gabriel. quæst. 2. art. 2. Tabien. verbo, restitutio. §. 4. Armill. §. 27. Lædesmæ, Soti lib. 4. de iustit. q. 7. art. 1. in fi. dicentium: si ante necessitatem extremam, quis debitum cōtraxit, si postea veniat ad pinguiorem fortunam, tenetur restituere, si in extrema necessitate, non tenetur restituere. Nota, esse tres gradus necessitatis extremæ, grauis, & leuis: in extrema licet cuiq; se alienis iuuare, quia tunc omnia sunt communia, scilicet communicāda. c. 1. 42. dist. gl. in d. c. si quis. l. 1. §. cum in eadem. ff. ad leg. Rhod. In graui si modicum accipiat, non est peccatum. de consecr. distinct. 1. cap. discipulos. In leui, si res est exigua, est veniale peccatum. Secundò, nota, quòd potest aliquis habere alienum in extrema necessitate, vel quia consumpserit, quòd ante illā ab alio acceperat, vel quòd in ipsa necessitate accepit. Tertiò, nota, quòd necessitas extrema accidere potest simpliciter, quia nihil habet, vnde subueniatur, neque per se, neque per alium potest sibi mederi, nec hic, nec alibi, vel secundùm quid, cum

20 Restituere an debeant furās ī extrema necessitate, ad pinguiorem fortunam peruenieēs

cum hic, & nunc est in necessitate, sed alibi est diues. Quartò, vel res, quam tunc acceperat existens in necessitate, vsu consumitur, vt panis, pecunia, vel remanet post vsum, vt vestis, & equus.

Prima conclusio. Qui ante extremam necessitatem debitum contraxerat, tenetur restituere, cum venerit ad pinguiorem fortunā, tunc enim dominium non cessat. ex Scoto arg. cap. Odoardus. de solut. Secundò, quia qui cessit bonis, cum venerit ad pinguiorem fortunam, tenetur restituere, ergo, supra ex d. c. Odoardus. de solut. & est communis.

Secunda cōclusio. Qui in extrema necessitate rem accepit leuis momenti, non tenetur restituere, licet diues fiat, est cōmunis sententia, quia tunc præsumitur donatio domini.

Tertia conclusio. Cum constat de donatione domini, vel saltem præsumitur probabiliter, quòd donarat, vt quia sit liberalis, misericors, non tenetur restituere factus pinguior.

Quarta conclusio. Res quæ vsu non consumitur, & in extrema necessitate est vsurpata, ea cessante est restituēda; est Soti, & omniū, vt si equum accepit, vt mortem euaderet, tenetur restituere cessante necessitate. 1. q. 7. c. quod pro remedio.

Quinta conclusio. Cum quis alicubi est in extrema necessitate, & alibi habet bona, vel expectat hæreditatem, tenetur reddere, quæ in necessitate accepit: primò, quia non est simpliciter in necessitate: secundò, quia eo modo, quo est in necessitate, est illi subueniendum, scilicet per mutuum, est Soti.

Sexta cōclusio. Qui est simpliciter indigens, & cōsumit rem, qua vtitur in ea necessitate extrema nō tenetur amplius ad restitutionem, licet fiat diues; probatur, quia tunc res cōmunes sunt quò ad vsum, in his autem, quæ vsu consumuntur, ad vsum sequitur dominium ex lege naturæ, ergo non tenetur restituere. Ad primum resp. ꝙ in rebus, quæ vsu consumuntur, non differt dominium ab vsu, qui autem est in extrema necessitate habet totum vsum, ergo est dominus; cum verò alibi est diues, tunc mutuo accepit, ideò debet restituere, similiter cum accepit rem, quæ vsu nō consumitur, tenetur restituere. Ad secundum, procedendo ex alio, idest, an homo teneatur donare existentibus in necessitate, an mutuare. Resp. ꝙ aliquando tenetur donare egenti necessaria, vt cum simpliciter est in extrema necessitate, modo exposito, si egeat re, quæ vsu consumitur, nisi dans sit in extrema necessitate, cum verò non esset simpliciter indigens, ac eget re, quæ vsu non consumitur, tenetur commodare egenti. Ad tertium, ꝙ posset accidere casus, in quo medicus, & pharmacopola teneretur gratis subuenire, licet non ita apertè sit necessitas in his, ac in cibis, neque charitas obliget, vt pauperi succurrat per pretiosas medicinas ex Soto. Ad vltimum resp. c. illud. loqui de necessitate graui, vel leui, non extrema.

Secundus casus, an debitor existens in extrema necessitate teneatur restituere, si creditor sit in eadem. Prima sententia Scoti 4. dist. 15. q. 2. ꝙ si non eodem tempore in eandem necessitatem ambo inciderunt, ei succurrendum sit, qui prior egeret, si verò eodem tempore, debitor tenetur soluere creditori debitum, quia cū ille sit dominus, esset homicida, nisi redderet. Secundò, quia alioqui liceret eripere. Angel. restitutio. 3. §. 3. Rosell. restitutio. 2. §. 1. Armill. restitutio. 3. §. 23. Sil. restitutio. 5. §. 2. Secunda sententia Caiet. q. 62. art. 5. Soti lib. 4. q. 7. art. 1. Tabien. restitutio. 8. n. 4. quòd non tenetur dare. Tertia Nau. c. 17. nu. 59. quòd rem commodatam, quæ vsu non est consumpta, tenetur reddere, si habebat, quæ verò vsu consumitur, non tenetur reddere.

21 Restituere an debeat debitor positus in extrema necessitate, vel ci ꝓpinqui.

Resp. quòd si debitor vellet restituere, & cedere iuri suo esset actus charitatis; secundò, non tenetur ad restitutionē, quia extrema necessitas aufert ius gentium, quo res diuisæ sunt, ac redigit ad ius naturæ, quo res omnes sunt communes, & possidentis, ergo non tenetur reddere quocunque modo aliena vsurpauerit. Tertiò, quia esset difficile obligare hominem, vt se vita priuet ad succurrendum alienæ, ergo, secundò sententia est probabilior.

Tertius casus, an cum creditor, & parentes sunt in extrema necessitate, sit facienda

cienda restitutio creditori, etiam in extrema necessitate posito. Sotus lib. 4. q. 7. art. 1. putat subueniendum potius parentibus, vxori, & filijs, quàm creditori, nõ item fratribus, at oppositum tenet Tab. restitutis, §. 4. cui videtur assentire D. Tho. quia parentibus tenemur subuenire ex nostris, non alienis, cum domini sunt in pari necessitate extrema, ego verò distinguo, vel debitor tenetur eodem tempore soluere, vel non, sed ex pacto potest differre in aliud tempus, si non tenetur, tunc debet dare parentibus egentibus, & alijs propinquis, quia creditori non tenetur ex iustitia, cum omnes sint in pari necessitate, si verò tunc tenetur restituere, domino debet potius, quàm parentibus subuenire, quia maior est obligatio ex iustitia, & charitate simul, quàm sit ex charitate tantum in parentes.

22 Cedẽs bonis an teneatur in cõsciẽtia restituere creditoribus.

Quartus casus, an qui cessit bonis teneatur in conscientia ad restitutionem creditoribus faciendam. Nota, quòd cessio bonorum est miserabile, ac flebile remedium concessum à legibus, ne homines pro debito perpetuo carcere torquerantur. l. 1. C. de his, qui bonis cedere possunt. ff. de cessione bonorũ. Secundò, qui bonis cedunt, vel contraxerunt debitum bona fide credentes posse satisfacere, vel mala fide, spe tamen cedendi bonis. Tertiò, nota, quòd leges concedunt his, qui cedunt bonis bona fide, quod possint retinere instrumenta artis, quotidiana alimenta, & menstrua, ac annua. l. qui bonis. ff. eod. Quartò, quòd qui post cessionem bonorum peruenerit ad pinguiorem fortunam tenetur in foro exteriori creditoribus satisfacere. l. 1. l. qui bonis. l. cum & filij. eodem tit. Quintò, quòd nostra difficultas est in foro conscientiæ, an qui cessit bonis sit tutus in conscientia, & possit aliqua bona retinere. Medina, q. 35. de restitutione, ait, quòd qui cessit bonis, non est tutus in conscientia, nisi restituat, ita vt excepta extrema necessitate domino omnia dare teneatur, & etiam artis instrumenta, retinere non possit, quæ aliena pecunia emit, ego sentio cum Soto lib. 4. de iustit. q. 7. in fin. cum communi sententia, & Summistis, verb. cessio bonorum, & dico, ꝙ qui bona fide debita contraxit, potest tuta conscientia cedere bonis, non autem, qui mala fide, sed is vt latro est puniendus, inuentus in rapina, quia hoc remedium pro illis, qui bona fide contraxerunt tantum factum est, quòd resp. in bonum commune statuere potuit, sicut in re facta bona fide. Secundò, dico, ꝙ qui cessit bonis, cum diues factus est, tenetur restituere: primò, quia leges exprimunt, & cessionem bonorum hac conditione permittunt: secundò, quia ratio iustitiæ hoc requirit, & natura dictat, & est communis sententia. Tertiò, dico, quòd instrumenta artis, & ad victum necessaria ad iudicium prudentis iustè potest retinere; probatur, quia sine hoc præsidio legis necessitas illum excusaret, nemo enim pro restitutione facienda tenetur se redigere in tam grauem necessitatem. l. qui bonis. ff. eodem tit. ex Soto, Nauar. num. 87. neque ipse in re dissentit, cum non ratione legis instrumenta artis, & victum concedit, sed ob necessitatẽ, quæ ante cessionem illum excusauit, est enim idem, & lex id concedit ratione tantum necessitatis, sic accipiens aliquid contra domini voluntatem, dolo, vi, errore, vel per importunitatem, quibus non stantibus, non dedisset, restituere ei tenetur, vt si quis det domino, vel viro, metu ne malè tractetur, diuiti pauperem se mentienti, vel dat ei vt ab eo seruitium recipiat, & huiusmodi, eo non secuto. Silu. restitutio. 1. & 2. Nau. cap. 17. num. 101. nisi fiat postea volens datum ratificando liberaliter, non aliter. Silu. ibi. maximè in vltimo casu de importunitate.

23 Plures vbi cõcurrũt ad damnũ an omnes teneantur in solidũ restituere

Quintus casus, an cum plures concurrunt ad damnum, teneantur omnes in solidnm restituere. Prima sententia est Adriani in quarto de concurrentibus cũ fure, ꝙ vel dependenter fecit, cum scilicet ille sine hoc non fecisset, vel independenter, cum sine huius ope ille tamen fecisset, tum dicit, ꝙ si dependenter concurrit, quis tenetur in solidum, si verò secundo modo, non tenetur, nisi ad partem, quam accepit, addit quòd si fur nõ erat nisi cum alio socio furaturus, licet absque isto fecisset cum alio, hic tamen tenetur in solidum, quia comitando verè

rè fuit causa, & Nauar. cap. 17. num. 20. Secunda sententia D. Thom. q. 62. art. 7. Caiet. ibid. Soti lib. 4. de iustit. q. 7. art. 3. aliorum in 4. dist. 15. Ricard. q. 4. Maior q. 26. Medinæ, q. 7. de restitutione, ꝙ singuli teneantur in solidum, & hæc est tenenda. Suppono tñ omnes consentientes concurrere ad damnum inferendum, ita vt plures vnam causam efficiant; eo ꝙ singuli, vt causa efficax concurrant. Secundò, quòd in hac re non est sumenda regula à negatione, quod sine socio faciunt, sed ab affirmatione, quòd verè, vt causa efficax quisque concurrit, & simul omnes tanquam vna causa.

Notandum pro intelligentia, aliquem posse concurrere ad acceptionem rei alienæ, directè, exequendo eam arbitratu suo, vel mandato alterius, vel iubendo, vel consulendo, vel receptando accipientem, vel rem participando, vel concurrendo in acceptione. Indirectè, cum quis potest & debet, non loquitur manifestando, vel non impedit, vt habetur his versibus.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, nõ manifestans;

Modo res aliena sit actu ablata, & aliquo modo quis modis prædictis, causa fuerit acceptionis, vel ablationis rei alienæ, si enim per suffragia præcedentia, vel testes; res esset iam expedita, sequens non dicitur talis causa. His ita not.

Prima conclusio. Cum plures concurrunt ad aliquam iniustitiam, vno consilio, vel quia nullus sit principalis, vel quia actio sit indiuisibilis, vt combustio, homicidium, vel omnes conueniant in vnam causam: vt dicit Lopez in instruct. consc. c. 98. 1. p. vel ad vnam, & candem iniquam actionem, ita vt quilibet indifferenter sit causa totius damni illati, singuli tenerentur in solidum; probatur ex l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. quia si quis cum seruis hominem adoriatur, quem solus occidere potuisset, & seruus vnus illum occidat, qui occidit, tenetur etiam restituere, licet ab alio potuisset occidi, similiter cum plures domum incendunt, licet vnus potuisset, quia plures concurrerunt, omnes tenentur in solidum, ergò similiter in alijs damnis, ratio est, quia singuli verè sunt causa damni; probatur ex c. fin. de iniurijs. & damno dato, extra. Dixi, cum plures conueniunt in vnam causam, nam si seorsim sunt furati vnus aliud, & alius aliud, & sic ærarium expilassent, tenetur nemo in totum, vt l. vulgaris. ff. de furt. nisi vnico consilio cõcurrant; sed si plures ita inferunt aliquod damnum, vt non quilibet sit causa totius, sed tantum partis, vt cum in direptione ciuitatis vnus diripit vnam domum, alius aliam, quilibet tenetur tantum pro sua parte, nisi consiliũ sit vnicum, quia in solidum tenentur; Vel clarius loquendo, dicendum est; ꝙ eatenus quis tenetur quatenus sua motione, vel auxilio totius damni, vel partis causa fuit sine qua id illatum non esset, vel non tantum. Vnde si iussit, consuluit non facturo, receptauit, aliàs non facturum, non obstauit, nec manifestauit, vbi tenetur & potest, cum sic sit causa mouens, & efficiens totius damni, ad totum, & in solidum tenetur. Quòd si sociauit tantum, vel participauit in damno, vel furto, eatenus tenetur quatenus extitit causa damni, vnde si concurrit vno consilio cum alijs ad damnum, tenetur in solidum, vel si factum, vt supra est indiuiduum, vt incendium; si verò sociauit consulentem, vel mandantem principalem mouentem, tunc aut sine eius præsentia damnum non esset secutum, vel quia id non esset ausus agere, vel solus non poterat, vel custodiuit agentes, quo remoto alij factum nõ egissent, & sic tenetur in solidum, si verò sine eo factum non esset factum in totum, tunc tenetur socians pro parte quæ eo præsente plus est facta in solidum, & si participauit de furto, tenetur tantum de eo quòd ad ipsum peruenit, & si sine eo factum esset actum, tenetur tantum socians pro rata, vel ad id cuius causa extitit.

Secunda conclusio. Si vnus restituat in solidum, cum is ingrediatur locum domini, reliqui socij non tenentur restituere parti læsæ, sed singuli pro rata tenentur illi, qui totum restituit ex Di-

no Thoma, & communi; quod intelligitur si res ablatæ sunt vsu consumptibiles, si enim res extat, vt equus, idem restitui debet, & si res accepta cessit in eorum vtilitatem, vel causa extitere sine qua id damnum datum non esset, tenentur pro rata ei restituere; sed si restituens totum, re non extante, induxit alios, vt eum adiuuarent, vel quisque sine alijs id facere potuisset, ipso mandante, si is totum restituit, alij nil ei restituere tenentur. Dices in d.l. vulneratus. dicitur, si duo, pluresue simul eandem trabem, aut lignum, aut quiduis aliud ponderosum furtum ita portant, quod singuli baiulare non possent, tunc singuli tenentur in solidum, ergo infertur, quòd si singuli possent, non tenerentur restituere nisi pro rata. Respond. quòd potius contrarium dicitur, nam ne quis existimaret non teneri omnes in solidum, quia non singuli, sed omnes simul fuerunt in causa, obuiat lex teneri singulos in totum, licet quisq; per se potuisset portare graue furtum, potiori iure hic tenerentur ad restitutionem in solidum, ex Soto loco supra citato. Dices secundò, videri contra æqualitatem iustitiæ, vt quis teneatur plusquam acceperit. Respon. licet non teneatur quis ratione rei acceptæ ad restitutionem, potest tamen teneri ratione iniustæ acceptionis, quamuis nil emolumenti ab ea receperit, cum ergo damnum intulerint omnes tenentur ratione eius iniustitiæ ad restitutionem in solidum, vel saltem prout concurrunt ad damnum, vt supra. Tertiò, si dicatur sequeretur, quòd si multi vineam deuastassent, singuli racemum capientes tenerentur totum damnum vineæ restituere, quod videtur absurdum. Respon. ex Maiori quæst. 26. 4. distinct. 15. Medina quæst. 10. de restitutione, id accidere posse tripliciter, vel vt vnus capiat, & ignoret alios capere, vel vt videat capere, & tunc vel instiget ad capiendum, vel nihil eis dicit. Dico, quòd racemum capiens ignorans alios capere, ad nihil tenetur, quia res est leuis, & non consentit in damnum alterius, quod notat Sotus, Nauarrus, cap. 17. num. 130. & fortè nec venialiter peccaret. Secundò, si postea constat illis de illato damno ab alijs tenentur singuli reddere quod acceperant sub peccato mortali, quia alioquin consentirent in graue damnum, in hoc fundatur excommunicatio, quæ solet quandoque ferri in huiusmodi, licet cum acceperunt, non peccauerint mortaliter, tamen ratione grauis damni illati tenentur restituere, & si non faciunt excommunicantur, quia ad hoc sub peccato mortali tenentur, præsertim cum id præcipitur sub pœna excommunicationis, vt notauit Sotus. Tertiò, dicitur, quòd si capiens racemum aduertat alios capere, & ad capiendum instigauit, tenetur in solidum, quia est causa totius damni, quòd si aduertit, non tamen instigauit, non tenetur in solidum, quia non tenebatur admonere, ne tam graue damnum inferretur, capiendo tamen peccauit mortaliter, quia consensit in graue damnum, sed non tenetur in solidum. Hinc patet quandoque posse accidere, quòd aliquis teneatur sub peccato mortali restituere aliquid, quod accipiendo neque venialiter peccauit; si dicatur, sequeretur, quòd milites bellantes in bello iniusto tenerentur restituere omnia damna, quod est absurdum, cum milites principem sequantur. Resp. hoc posse habere duplicem sensum, vel vt intelligatur de omnibus damnis illatis in bello, vel de particulari præda facta à militibus, vt cum domum depredantur. Dico ad omnia damna teneri Principem, & rarò milites, præsertim subditi, quia non tenentur scrutari causas belli, si tamen sciunt bellum esse iniustum, vel cum non sint subditi ei Principi, nec à proprio eo missi, dant nomen militiæ, de qua dubitant, an sit iusta, tenentur singuli, nisi Princeps restituat, quo restituente illi ad nil tenentur, cum causa sit principalis. Secundò, si quæritur de particulari præda, tenentur singuli in solidum, iuxta dicta ex Soto lib. 4. de iustit. q. 5. art. 3. Caiet. 2. 2. q. 40. cum D. Tho. quæst. 62. art. 7.

Casus

34 Restituere an dēat qui directè, vel indirectè fuit causa alicuius in iustitiæ, mandando, consulēdo, &c.

Casus sextus. An qui per alios directè, vel indirectè fuerunt causa alicuius iniustitiæ teneantur restituere D. Tho. q. 62. artic. 7. & reliqui in 4. d. 15. reducunt ad nouem genera, quibus damnum inferri potest, & sunt hi duo versus.

Iussio, Consilium, consensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

In quibus nouem modis nota, quod alio modo tenetur restituere, qui per se est causa directè damni, vt supra, quàm qui est causa his nouem modis per alios, ille enim tenetur restituere omnino, siue fecerit lucri causa, siue vt placeret alijs, at qui est causa his nouem modis non tenetur restituere, nisi duo concurrant. Primo, vti de facto sequatur damnum. Secundo, vt sit causa efficax, adeo vt sine eius concursu, vel quasi influxu aliquo ex dictis modis effectus non fuisset secutus ex D. Tho. sex primi modi sunt directè causa iniustitiæ si concurrant duo illa dicta, tres postremi non sunt causa directè, ideo non semper tenentur restituere, nec semper peccāt, qui ita concurrūt. Primo, cum non potest quis sine graui detrimento loqui, impedire, manifestare, non peccat, nec tenetur restituere. Secundo, cum possunt sine detrimento, ac ex officio tenentur, peccant, & tenentur restituere, vt Principes iudices, famuli, deputati ad custodiendos agros domini, modo id potuerint facere sine notabili periculo suæ personæ vel status, quia cū eo nō tenētur custodes seruare bona particulariū, sed bene reipublicę Lop. d. 2. p. c. 100. Tertio. Qui ex officio non tenentur, etiam si ex odio, vel alia passione hęc prætermittunt, peccant, nō tamen tenentur restituere, modo non addant animū criminoso, dicendo ne timeas, non te prodam, quia sic nedum negatiue, sed & positiue fauent, si ex hoc fuere causa vt malū committeretur, & eo magis si ob id pecuniam recipientes consentiunt Valētia de iust. disput. 5. q. 6. punct. 3. 2. dub. Adr. 4. q. 1. de restitutione, Sylu. rest. 3. q. 6. Sot. lib. 4. q. 7. art. 3. Med. q. 7. de restitutione, Nau. c. 17. num. 18. contra Ricardum, & Caet. ver. testam. & Ang. restitutio. §. 26. Tertio nota de singulis agere doctores citatos præcipuè Sot. Caet. Silu. De participatione nota quod est duplex, vel in crimine vt furto, vel in diuisione rapinę, de primo ex dictis est iudicādum, quod si vnus eorum non fuit causa quod alius iret, & sine eo totum crimen peragi potuit, non tenetur in solidum, sed prout fuere causa mali, & in solidum si sine eis agi non potuit. de secundo non tenetur restituere, nisi partem, quam habuit, & si bona fide quis accepit, nec eam habet, tenetur id restituere, in quo factus est ditior, idest quantum de suo quod erat solitus, non consumpsit, consulens etiam alias non facturo tenetur insolidum, & ipsi etiam damnificantes respectu damnificati, cū vere fuerint causa efficax dāni, illo non restituente, & magis mādās, qđ si quis receptauit furē cū furto, post factum, si ex hoc impeditur restitutio tenetur in solidū. ar. l. cos. C. de furt. alias ad id cuius causa fuit, & si receptauit furem ante factum, si sine hoc non esset ausus furari, tenetur receptans in solidum, vel si ad id ob hoc dedit eius rei occasionem sciens, vel scire debens, ignorans. n. iuste excusatur, superest nūc tantum soluere aliquot dubitationes.

Quæritur, an cum multi ferunt suffragia pro negocio iniusto, & attenditur maior pars suffragiorum, illi, qui vltimo loco suffragantur teneantur ad restitutionem Cae. ver. restitutio, dicit peccare mortaliter, quia consentiunt in malum, non tamen teneri ad restitutionem, quia causa damni iam data erat, Med. q. 7. de restitutione, dicit teneri ad restitutionē cum nondum suffragio concluso, qui negocium habebant, suffragantur, omnes enim tunc sunt vna causa efficax, si tamen res esset conclusa, & aliqui iterum ferrent suum suffragium, isti non tenentur, quia non erant causa, cum iam res esset expedita, nisi vbi princeps non mandaret executioni id suffragium, nisi & ipsi consentirent, vel primi possent mutare suffragia, & credibile sit quod mutauerint & sic tenendum.

Secundus. Quæritur, an qui consuluit alicui volenti restituere, ne restituat, ex odio idque persuasit, sed postea cum con-

trarium suadere conatur, ille nõ acquiescat an suasor teneatur restituere. Adr. tract. de rest. post initium ait teneri, nisi enim restitutio fiat realiter, non satisfacit dando contrarium consilium, quia enim vere damnum intulit, debet ergo vere inducere ad restitutionem ita efficaciter, & idem sentit Nau. c.17. nu.22. de confessario, quod teneatur ad restitutionem si non monuit pœnitentem vt restitueret, & is fuisset restituturus si monitus ab eo fuisset, in quo tamen Valentia, loco cit. contrarium sentit quod non teneatur restituere, cum ad id non teneatur monendum ex iustitia, sed solum ex charitate, quæ opinio probabilis est, q̃a non tenetur aliquid creditori, sed solum pœnitenti, à quo tamen confessarij caue re debent. Tertio, Si quis consilium dederit pro committendo homicidio, vel mandatum, & antequàm istud fiat, mandatum reuocet, ille tamen non acquiescat, an teneatur restituere, nota quòd eadem quæstione tractari solet de excõmunicatione, & irregularitate, an incurratur post reuocationem mandati, vel consilij, ex quo sequebatur, Resp. non incurri. Glos. c. cum quis de sent. excom. in 6. Nau. c. 27. nu. 233. Nunc quoad restitutionem, dicendũ quod tenetur, quia cum obligatio restitutionis nõ ex culpa, sed ex inæqualitate in rebus constituta oriatur, licet sit sublata culpa, si adhuc sit inæqualitas in rebus, tollenda est per restitutionem, nam mutatio animi prodest ad tollendam culpam, non obligationem restitutionis cum maneat inæqualitas, cuius fuit causa efficax. Tab. ex c. 5. §. 35. casu, & licet hæc opinio sit tutior, sustineri tamen potest, quod si reuocet consilium ante delictum commissum, quod non teneatur ad restitutionem, quia vti consilio impulit ad damnum, sic reuocatione, quo ad se, retrahit.

Tertio. Quæritur, an cum multi tenentur restituere insolidum, & dominus rei donauerit alicui eorũ possit ab alijs quicquàm repetere, & an illi teneantur. Caet. q. 62. ar. 7. Med. q. 8. de restitutione hoc tractant, ex quibus elicitur solutio. At ego suppono aliud esse remittere actionem exigendi debitum, aliud debitum remittere, nam potest exigere creditor ab vno debitore, non ab alio, & hic non liberatur à solido; sed tenetur restituere cum petitur. Secundo, suppono, q̃ vel debitores tenebantur omnes insolidum, vel non, pariter dico quòd si nulli remittit debitum, sed ab vno exigit, non ab alio, ille à quo exigitur, tenetur soluere, reliqui tenentur ei, qui soluit, satisfacere D. Thom. ar. 6. ad. 3. q. 62. vnde si vni ex his remittit debitum, alij non liberantur pro eorum rata, nisi ei animus fuerit totum debitum dimittere, quod ex coniecturis colligi potest, vt in casu sequenti. Tertio, si vnus erat principalis, & ei dominus remittit debitum, reliqui ad nil tenentur, quia hi non tenebantur, nisi deficiente principali, sed ei creditor remittit, ergo reliquis. Quarto. Dico si æqualiter omnes tenebantur insolidum, & creditor remittat alicui, non debet ab alijs exigere insolidum, sed partem tantum, quam non remisit, ratio est, quia primo soluenti tenentur alij debitores, id enim esset in præiudicium restitutionis, & posset accidere, vt is, cui donauit, rem totam vsurpauerit, & alij cum nil habuerint, tenerentur illi iterum restituere ex Caiet. quare tenetur tantum minus habeere, quantum donauit alijs.

Quarto. Quæritur, an qui minus consuluit malum ad euitandũm maius, q̃d ille paratus erat facere, teneatur restituere, vt si videns latronem velle furari equum nobilem suadeat furari asellum. Resolutio ex eo pendet, an ad euitãdum maius peccatum liceat inducere ad minus, prima sententia est. Caiet. 2. 2. q. 78. art. 4. negantis fieri posse, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona Rom. 13. Secundo, quia alteri non licet minus malũ facere, vt maius vitetur, ergo nec alteri consulere. Tertio, quia tunc liceret cuiq; sibi hoc consilium capere, & ad euitandum maiora, patrare minora peccata, addit licere occasionem afferre, in qua se expleat, vt maius malum vitetur, sicut Loth fecit Gen. 19. Contrariũ tenet Adr. quod lib. 5. q. 2. dicens licere inducere ad minus, sic Sotus lib. 6. Iust. q. 1. ar. 5. lib. 4. q. 7. ar. 3. Angelus vsura 2. §. 2. Innoc. in ca. super eo de vsuris, Caiet. in sum.

sum. Ver. Consilium. Nota, quod qui paratus est ad malum, potest se habere tripliciter, vel in genere ad vitia, vel ad vitium particulare, verbi gratia, adulteriũ sine comparatione ad aliud, vt scilicet non velit hoc, vel illud, sed absolute vnũ, vel tertio, quod sit determinatus ad aliquod malum in particulari in comparatione ad minus, vt volo hominem occidere, vel mutilare. Secũdo nota pro quęstione proposita, cum quis paratus est inferre iniustitiam maiorem, vel minorẽ alicui, induci potest ad inferendum minus damnum dupliciter, vel in bonum eiusdem domini, cui volebat inferre maius, vel in bonum alterius. Dico primo obstinatum ad vitia in genere, vel secundo modo, non licet inducere ad minus malum, vt vitet maius, probatur quia est cooperari malo, & positiue inducere ad malum, & probatur ex argumẽto primę sententiæ Rom. 13. secundo nõ licet cõsulere locum determinatum ad committendum malum. Tertio modo, licet inducere ad minus, quia sic est inducere ad bonum, cõfirmatur. Exod. 13. & ex Aug. lib. 2. de adulterinis coniugijs. c. 25. vt habetur 33. q. 2. cap. si quod verius. Chris. hom. 27. ad pop. antioch. Sot. loco citato. Tertio, qui hominem determinatum tertio modo, ad inferendum iniustitiam alicui inducit ad minus, vt abducat à maiore, quam eidem vellet inferre, non tenetur restituere, probatur, quia hoc do minus ipse faceret, dixi eidem, quia si induceret ad furandum alteri, esset iniustitia, nisi ex rathibabitione id ageret, intellige cum damnificator ita est obstinatus, vt remoueri non possit ab vtroque malo, cognosces vero illum esse obstinatum. Primo, si ille dicat. Secundo, si minus virtute includatur in maiori, vt si quis velit furari centum aureos, consequenter vult furari quinquaginta. Tertio, cum maius, & minus sunt in eodem genere, & actu, & vult alterum illius, licet tũc inducere ad minus, neq; est satis, vt velit habitu; ad primũ negatur consequentia, ad secundum item, quia ille cũ sit liber potest abstinere ab vtroque, at mihi licet inducere ad minus, cum sit obstinatus, ad tertium item negatur consequentia, quia liber ego sum, non item ille iam obstinatus, ad illud de Loth Respond. & Sotus id vere esse inducere ad malum, quia Loth cum proposuit filias, dixit, abutimini illis, nam exprobrare maius est inducere ad minus, minuitur tamen peccatum Loth ex ignorãtia eius temporis, vel ex perturbatione animi, vt Augustinus Resp. d. 14. ca. quod ait, hinc infertur nulli licere committere peccatum etiam veniale ad euitandum quoduis malum.

Quinto. Quæritur, an si quis taceat, vel non manifestet fures accepto ad id pretio, teneatur restituere. Respond. secundum Caiet. teneri, breuiter tamen dico, si accipit pretiũ, vt partem furti, vel illi incũbit ex officio manifestare, & sic tenetur restituere, quia est causa damni, sin minus, nisi habitũ, licet peccet cum Ricar. & Caiet. sexto, An qui interrogatus de furibus tacet, teneatur restituere. Resp. secundum Scotum d. 15. Sylu. rest. 3. §. 6. quod si interrogetur secundum ordinem iuris, tenetur respondere, alioqn tenetur restituere; si priuatim interrogetur, non tenebitur respondere, neque restituere.

Adulans vero non tenetur restituere, nisi sit causa damni, nec consentiens si causa damni non fuit.

Non obstans etiam non tenetur restituere, nisi teneatur ex officio, & aliqua iusta causa nõ excuset, vnde si confessor ex inaduertentia non præcipiat restitutionem confessõ, non tenetur ipse restituere, nec si credit quod restituet etiam quod non præceperit, alias peccat vt dicit Lopez. loco cit. c. 100. in fi. modo vt supra, est dictum.

Quod si quis etiam probabiliter ignorat rem esse alienam, putans esse suam excusatur à restitutione, vt & ignorantia iuris obscuri quãdo viri pij, & docti consulunt ei aliquid non esse restituendum, secus si ignorantia sit supina, vel iuris Clari, vt dicit Lopez. in instr. 1. p. c. 131. quod si dubitet an res sit sua, quia occulte accepit dubitãs id, tenetur restituere, si vero bona fide accepit putans esse suã, & postea re pensata dubitat, sic quod dubium vtrinque sit ęquum potest id retinere,

nere, si vero non possidet pro ratione dubij potest eam partiri, quod si ex labilitate memoriæ dubitet an soluerit debitum vel non, tenetur soluere, Lopez. in 2.par.instr.c.132.

Vbi demum quis emit iura certo sciēs acquisita esse per vsuram tenetur restituere, si vero de hoc dubitat, peccat mortaliter sic emendo, non tamen tenetur ad restitutionem ratione dubij, vt ibi. dicit in fi.

Ver. Cui sit restituendum.

Diuus Thom.q.62.ar.5.dicit esse faciendam ei, à quo res est ablata, quia hoc facit æquale, nec obstat, quod Dominus sit mortuus, vel ignoretur, nā hæredes succedunt, & si dubitatur cui ex duobus sit restituendum, potest vni pars dari, alia alij, vbi dubium sit æquale, & cum nulli sunt, pauperibus restituendū est, hoc enim est vero domino restituere, idest Christo hæredi vniuersorum, qui succedit in locum veri domini, & ita ablatum est restituendum ei à quo est ablatum, quod intelligitur, si is eius rei est dominus, vel ius habet ad eam, vel eius possessionem vt dominus administrator, dispensator, vel custos, vt prælatus, depositarius &c. secundo, intelligitur modo aliquis non patiatur damnum ex eo, quod redditur ei id à quo est acceptum, vt alibi, & si à quo est ablatum, mortuus sit debetur eius hæredibus, & si ignoretur, pauperibus.

25 Latroni ablatum an ei vel domino sit restituendum.

Primus casus, an qui accepit aliquid à latrone teneatur domino reddere, an latroni, nota quadrupliciter id fieri posse, primo furto, secundo dono, tertio emptione, quarto deposito, secūdo in his tribus modis potest aliquid accipi vel bona fide, vel mala, bona cum titulo &c. mala fide cum ignorantia crassa. Prima sententia Alex.in 4.par.su.q.88.num.3. art.5.dicentis rem esse reddendam iniusto possessori, vt eam restituat vero domino, quia eius conscientia aliter nunq̄ leuaretur Nau.c.17.num.29.Arm.restitutio §.17.Caiet.restitutio.cap.4 quia licet non sit latronis est tamen eius ad custodiendum. Secunda sententia, tenetur restituere domino est Soti 4.iust.q.7. artic.1.Caiet.q.62.ar.5. Sylu. restitutio.4. §.3.Med.q.2. de restitutione. Tertia est Anton.2.p.tit.2.cap.5. §. 2. qui addit restituentem furi peccare, nō teneri tamē ad restitutionem, quia rem posuit in primo statu, sic etiam Pariesiensis.

Prima conclusio, qui accepit aliquid à latrone aliquo ex dictis modis tenetur restituere vero domino, quia res est aliena, ergo restituenda, vel mediatè, vel immediatè, quæ oīum ferè est sentētia, intellige nisi bona fide præscripserit, vel vsu cœperit, si tamen bona fide emit à latrone, potest eum conuenire coram iudice ad reddēdam sibi pecuniam, & rem accipiendam, domino huius rei monito. Aragon.2.2.q.62.ar.6. & forte etiam in conscientia sic suum recuperare posset, domino monito. Corr.cas.155.

Secunda, Regulariter tenetur restituere vero domino, quia est de ratione iustitiæ, cuius est tollere inæqualitatem, at domino res est sublata ergo restituenda illi 3.q.1.can.reintegrandum, de restitutione spoliatorum, per totum, siue sit absolutus dominus, vel dispensator, vt prælati ecclesiastici, & in proposito, creditori respectu pignoris, depositario respectu depositi, commodatario respectu cōmodati artifici respectu vestis efficiēdę, & huiusmodi, & si quis rem emptam à latrone antequàm sciat esse tertij vendat tertio, tenetur pretium acceptum ei reddere, vt restituat domino. Valentia. disput.5.de iust.q.6.punct.3.in fi.contra Caiet.& Nau.qui & d. q.6. punct.4. d. quod emens à fure, potest ei rem restituere ad recuperandum suum pretium, cum potius procurare debeat bonum æquale propriū quàm alterius, vt ibi, quod intelligerem modo mala fide non emerit, sciens vel scire debens probabiliter rem esse alienā, sic.n. probabile est vt domino eam debeat restituere vel corā iudice.

Tertia conclusio, vt teneatur quis restituere proprio domino, tria sunt seruanda, primo, vt certum sit rem non esse latronis, nam in dubio latroni est restituenda, quia melior est conditio possidētis, & reperi potest pecunia. Secundo, vt sine

sine graui damno, vel incommodo suo, vel alterius fieri possit ad prudentis arbitrium lege Arm.§. 17. nu.3. vt dominus admoneatur, ne rem alia uia recuperet, tum latro, ne iterum restituat, aliter restitutio latroni facienda est, quibus casibus res vero domino restitui potest. Nauar.c.17.num.28.Sot.lib. 4.q.7.art.1.de iust.& etiam potest, & debet restitui prælato dilapidatori, nisi certum sit quod id debeatur ecclesiæ, vel pauperibus & is si id ad eum deueniet obliguriet, non esset illicitum ijs erogare, vt d. Lopez. d.1.p. cap.103.quando is habet superflua, sic si malum sibi graue immineret, nisi restituerit latroni, id posset.

26 Restitui an debeat superiori acceptũ à subdito ét nõ petito pretio impenso.

Quarta conclusio, qui accepit à latro ne etiam mala fide, & non restituit vero domino cum possit commodè, peccat quidem, non tenetur tamen restituere, in quo ferè omnes conueniunt, Alexan. Syl. Anton. Parisien. ratio, est quia rem posuit in eodem statu, in quo erat, cum non amplius habeat alienum, nec obstat l.bona fides ff deposito, quia procedit tñ in foro exteriori ex Sylu rest.4.§ 1. Hinc nascitur, quod qui rem accepit à seruo tenetur restituere domino. Patri qui accepit à filiofamilias. Superiori qui à religioso. Dices an qui cognoscit, quod bona fide emit, esse alienum teneatur restituere domino, non petito pretio. Resp. teneri restituere non petito pretio, nec dominus tenetur dare pretium, nisi ex liberalitate ex Caiet. 2.2.q.62. art.6. Nauar.c. 17.nume.7.Sot. lib.4.q.7.ar.2. intellige nisi ex rathihabitionis spe in domini vtilitaté vili pretio emisset, tunc enim posset repetere pretium, & nisi dominium acquisierit præscriptione, vel vsucapione. Nota quod si alicubi esset lex, quæ iuberet reddi pretium emptori, qualis adesse dicitur Patauij, & esset iusta, tunc posset exigere in conscientia, nec teneretur restituere, nisi pretio debito, an autẽ ea lex sit iusta iudicandum erit ex authoritate legislatoris, item ex approbatione, vsu, antiquitate, item ex tẽporis spatio, quod domino conceditur ad rem suam recuperandam, quæ raro simul concurrunt, item ex causa, quæ solet esse, vt occurratur fraudibus, nam posset aliquis fingere se amisisse, & tradere latroni furtiuo, qui venderet, & pretium diuideret cum vero domino, qui postea rem iterum recuperaret, discrimen vero inter accipientem bona fide, & mala fide si scire vis, lege Caiet.q.62.ar.6 Nau.num.7. & 8.c.17.Sot.q.7 ar.2.probatur ex regula.ff.de petitione hæreditatis, l. item. § præter hęc, vnde infert Nau. quod qui bona fide edit de furto, tenetur restituere id, quod domestico sumptui subtraxit, in eo enim tantum factus est ditior. 27

Restitui an debeat pecunia domino ea abusuro.

Secundus casus, an qui restituit pecuniam, qua creditor est abusurus peccet mortaliter, D.Tho.q.62.ar.5.ad primũ videtur affirmare, Caiet. ibi Sotus lib.4. q.7.ar.2. sed nota hic duo quęri, Primo, an sit contra iustitiam. Secundo, an contra charitatem. Secundo nota certum esse, quod si quis restituat hac intentione, vt ille abutatur, peccat mortaliter. Secundo certum est, quod si quis det ignorans illum abusurum, non peccat, difficultas est, qui das debitum ei, quem scit esse abusurum, animo tamen restituẽdi, an peccet. Primo dico, qui restituit petenti, vt sibi, vel alteri damnum inferat, peccaret mortaliter, & contra iustitiam, vt qui daret gladium furioso, vel huiusmodi volenti se, aut alium occidere, probatur quia furiosus tunc non habet ius petendi rem debitam, imò teneretur quisquàm illi extorquere, ergo contra iustitiam illi datur in detrimentum proximi, secundo, quia si quis furioso daret alium ensem peccaret contra iustitiam, ergo, & qui proprium ipsius restitueret. Tertio, quia si quis daret, puniretur in foro exteriori, ergo signum est esse contra iustitiam, limitãdum est tamen, nisi maius periculum timeretur ipsi debitori, si nõ ei restitueret, vt quia vellet eum occidere, vel incarcerare, est Soti. D.Th. in 4.d.32.q. vnic.ar.2.quæstiuncula tertia, ad tertium. Secũdo dico, si Dominus petat rem suam in aliquem abusum, qui non habeat annexam iniustitiam, vt si ad scortandum, tunc de iustitia non tenetur non reddere, sed ex charitate eius saluti consuleret, solutionem differendo, & limitatur dupliciter si creditor alias erat commissurus illud peccatum, tunc cessat

ratio

ratio dilationis. Secundo cum id potest fieri commodè, nam si ille minis debitum extorqueret, vel importunè, debitor non tenetur differre, sicut enim non potest illi pecuniam quam habet furari, ita nec denegare suam, quoniam ille ius habet petendi, & debitor non tenetur quocunque modo saluti eius consulere, cum libere peccet. Tertio qui dat suā pecuniā volenti committere, Simoniam peccat mortaliter contra charitatem, non tamē contra iustitiam contra Caiet. probatur, reddens alteri, quod suum est, nulli facit iniuriam, hic item habet ius petēdi suū, licet non habeat ius committendi Simoniam, ergo, & alia ratio est in furioso, & obstinato ad iniustitiam, quia ille non habet ius petendi suum, nota duo, quod qui mutuaret, magis peccaret, si sciens faceret, & voluntariè, Sotus loco citato Caiet. art. 5. nota secundo, q debitor non tamen liberatur à debito, licet ex eo solutio differri possit, sed debet conseruare illi, vel deponere, vt suo tempore restituat ex D. Tho. art. 5. ad 1.

Tertia conclusio, limitanda est, vt secunda, cum illius sit quasi quædam illatio.

28 Restitui cui dēat acceptum ob turpē actionē. Primus casus. Cui restituenda sunt bona accepta ob præmium actus mali, vel turpem stipulationem, nota quod illicita, & turpis traditio, & acceptio est duplex, vna prohibita per leges, vt Simoniaca, altera ratione causæ, ob q̃ datur, vt propter fornicationē D. Th. q. 62. art. 5. ad 2. Nota illicitam traditionem posse esse tripliciter turpem, primo, ex parte dantis, & accipientis, vt cū do pecuniam iudici, vt iniquè iudicet. Secundo ex parte accipientis tantum, vt cum do, ne occidat hominem, Tertio ex parte dantis tantum, vt quod meretrici datur, quod illa accipiens non peccat, at ob turpem causam in prioribus modis leges concedunt repetitionem, in tertio negāt. Quoad primum, cum traditio est illicita ex parte vtriusq; c. 17. num. 30. Nauar. ait, nulli faciendam esse restitutionem. Cęteri oppositum D. Th. art. 5. ad 2. Caiet. ibi Sylu. restitutio. 1. S. Anton. 2. p. tit. 2. cap. 5. quos falsè pro se citat Nau. dicunt enim pauperibus esse restituendum, Sotus lib. 4. q. 7. ar. 1. restituendum dicit domino, qui dedit, quia is non est priuandus suo ante condemnationē. Resp. cum cōsententia, & cum Soto primo, qui accepit simoniacè, vel ad sententiā iustā, ferendam fit inhabilis à lege ad acquirendum dominium, ergo tenetur restituere ante factū, domino, post vero secūdum legis dispositionem, simoniacus ecclesiæ, c. de hoc de sim. reliqui ex iure Canonico pauperibus 14. q. 5. can. non sanè ita quod datū ob simoniam est restituendū necessariè ecclesiæ, datum etiam pro eo quod non est vendibile, s. pro corrumpenda iustitia, vel ea danda à iudice qui illā præstare tenetur, est necessario dandū dāti primo casu, vel si pro iniustitia, pauperibus, datum vero pro eo quod est vēdibile vt homicidio patrando ob laborem, & periculum, arbitrio prudentis nō est necessario restituendum etiam pauperibus, de quo infra, secundum ius ciuile fisco. Quoad secundū, cū est iniustitia ex parte accipientis, videtur quod teneatur restituere ff. de cōdit. ob turpem causam, melius Sotus distinguit, si pro iniustitia vitanda, vt ne se occidat, datum est, conceditur repetitio danti, & si repetit tenetur alius restituere, aliter non si non petit, si autem dedit pro vitando peccato in alio vt ne fornicetur, ne occidat, ne furetur, etiam, quod non inuoluat iniustitiam, potest id repetere etiam si non sit contra iustitiam, sed tantum contra charitatem, vt d. Nau. c. 17. nu. 33. 34. Lop. d. 2. p. c. 106. si tamen nō repetitur, vel creditur liberè donasse, is potest id retinere titulo donationis saltem tacitè quæ eo casu p̄sumitur, cū id egerit sola charitate, & non necessitate, vt facit dans iudici. Nau. loco cit. Sot. lib. 4. q. 7. ar. 1. & idem si accipit, vt id agat ad quod præcepto charitatis tenetur, vt ieiunare, & c. Corrad. cas. 87. non enim tenetur restituere nisi petatur nec dare pauperibus, nec ēt danti si credit donasse liberè. Quoad tertiā D. Thom. & est communis sententia, dicit mulierem posse sibi id retinere, sed si superflue p fraudem, & dolum extorserit, fingendo se esse intactam tenetur restituere illi qui dedit id plus, quod idē dicendum est de alijs fœminis, & viris qui-

quibuscunque licet Panor. neget, sed si esset notabile lucrum, tenetur vxor dare marito, filia patri, vel conuertere in eorum vtilitatem, Hinc infertur, quod qui aliquid huiusmodi fœminæ, promiserunt, tenentur dare, lege Sotum idem de histrionibus, & alijs id genus, ita Ale. 4. p. q. 86. ar. 6. & etiam probabile est quod nedum meretrices publicæ, sed & puellę & vxoratæ quæ simul vel bis labuntur, possint recipere pretium promissum, & post coitum peractum promittentes teneantur id eis soluere, vt d. Lopez. d. 1. p. c. 105. ver. igitur sit cõclusio, qui & cap. 107. d. datum pro re turpi ante actum peractum esse restituendum danti, post vero ante condemnationem, casu quo est facienda restitutio, vt in dato ad iudicẽ corrumpendum, restitutio est facienda danti iure naturali sic tamen, vt denuo ob id non condemnetur, post condemnationem vero pauperibus, vel quibus erit applicatum, vt d. Lop. d. 1. p. c. 107. licet non esset culpandus qui pauperibus iam restituisset, modo vt infra.

Et ita, licet attento solo iure naturali retineri possit acceptum ob turpem causam ob voluntatem dantis, vt d. Abb. in c. quia plerique de imm. eccl. & dixi, c. 25. tamen vbi ius disponit sic quæsita pauperibus, vel alij eroganda, id est ex præcepto fiendum, vt in simonia, vbi id iubetur restitui acceptum ecclesiæ in cuius iniuriam est factum; si vero ius circa hoc non disponit, tunc aut materia illa non est vendibilis, vt acceptum pro beneficio ecclesiastico, & iustitiæ administratione, & sic reprobata datione & acceptione, & sic accipiens tenetur in primo casu restituere ecclesiæ, in secundo pauperibus ex præcepto, & non ex consilio tantum, hac distinctione adhibita in iudice & teste, quod si accepit vt iuste iudicaret, vel testificaretur si ad id ex iustitia tenebatur, sic acceptũ danti est restituendum, nisi donet, quod non præsumitur nisi modicum sit, & amicus solitus ei donare; si vero accepit vt falso testificetur, vel vt iniustè iudicet, tenetur sic acceptũ ex præcepto pauperibus erogare; Si vero materia illa sit vendibilis, quia ibi versetur vsus corporis, & labor, licet conuentio vtrinque sit illicita, vt in dato ad homicidium patrandum, tunc post factũ, probabiliter poterit id retinere ante condemnationem in consciẽtia, vel partem, arbitrio boni viri, in recompensationem laboris impensi, si actus est cõsumatus, ante enim consummationem id est restituendum danti, si id petat, effectu non secuto in prædictis, si vero non petat censetur donare. Sic sentit. Couar. in reg. peccatum 2. p. §. 2. de reg. iu. in 6. Beia. in congreg. xi. Bonon. par. 1. casu. 1. Molina, de iust. tract. 2. disp 94. Si etiam quis sua turpitudine facit iniuriam alij, vt patri, vel marito, tenetur eisdem satisfacere. Sed si lex prohibet tantum causam dandi, sed non dationem, vt in lucro meretricis, l. 4. ff. de cond. ob turp. causam, tunc id necessario non est dandum pauperibus, sed solum ex consilio. Abb. in c. quia plerique de imm. eccl. cũ meretrices tolerentur ab ecclesia ob maiora peccata vitanda, ex Aug. lib. 14 ciu. c. 18. Nau. c. 17. nu. 195. & idem potest retinere etiam coniugata, puer, & monialis, sic acceptum tamen dando superiori, si sine scandalo licet, quod occulte est fiendum.

Et prædicta, vbi retineri possunt, intelliguntur, quando dans est dominus rei, si enim sit filiusfamilias, seruus, vxor, &c. sic accepta reddenda sunt viro patri, & domino l. fi. ff. de aleat. Abb. in c. clerici, num. 13. de vita & hon. cler. nisi aliunde proprium habeant, vt dixi c. de donationibus. Id etiam intelligitur dummodo donatio libera sit, si enim dolus fraus, vel metus ex altero latere tãtum existit, sic acceptum est danti restituendum, vel eius hæredibus. Doct. in d. cap. quia plerique.

Si vero turpitudo, vt supra, versatur tãtum ex parte accipientis, vt in furto, vsura, rapina, & huiusmodi, tunc restituendum est domino, vel eius hæredibus, nec liberatur quis dando pauperibus c. sicut: vbi glos. in §. cos. de homic. c. cum tu. de vsur. c. diuine. 87. dis. c. 1. de rapt. & valẽs restituere, nec id agens, absolui non debet. c. si res. 14. q. 6. & domino non inuento, in subsidium id ex præcepto est dandum pauperibus gl. in d. §. cos. in reg. peccatum, vbi Couar. de regul. iur. in 6. Et si

quis.

quis dedit alicui pecuniam volenti eum occidere, vt ab eo cesset, tenetur eandem illi restituere, cum ad id ex officio teneatur.

Aduertendum tamen circa prædicta, quod non licet accipere pro homicidio, & sic actu iniusto, sententia iniusta, falso testimonio, prout res est mala iniusta, & peccatum, nec vt merces actionis malæ, id enim non licet, & sic accipiens teneretur restituere, sed tantum id accipi potest titulo donationis liberę saltem tacitæ, retinendo sic datum sibi, vel dando pauperibus iuxta superius dicta, modo detur ab eo qui potest donare, vt d. Valentia. loco cit. q. 5. part. 2. 3. meretrix tamē accipere potest pro actu turpi, cum ibi non inuoluatur iniustitia, modo quo supra est dictum.

29 Restitui cui dēat acquisitū ex finctione paupertatis.

Casus, cui sunt restituenda bona acquisita ex finctione paupertatis, vel sanctitatis. Caiet. ver. restitutio. cap. 10. Alens. 4. p. q. 86. nume. 3. art. 3. Nau. c. 13. num. 107. Arm. rest. §. 46. d. vel ille fingit ita vt fictio per se dirigatur ad obtinēdum eleemosinam, vel per accidens, primo modo, tenetur ad restitutionē, quia ex fraude, & dolo acquirit, quæ restitutio non danti, sed veris pauperibus facienda est, quia iam dans pauperibus applicarat. Si secundo modo, non, quia propria deuotione adductus ille dedit, Inno. c. quia plerique, de immunitate ecclesiarum.

30 Restitui cui & qūo debeāt Lona īcerta.

Casus, cui sunt bona restituenda, quorum domini non extant, vel ignorantur. Respō. id posse quadrupliciter euenire, Primo, cū verus dominus est defunctus. Secundo, cum longe distat. Tertio, cum ignoratur dominus præcisè, vt accidit mercatoribus, qui multos decipiunt. Quarto, cum omnino ignoratur dominus, vel non inuenitur, si primo modo, facienda est restitutio hęredibus, si secundo modo, transmittatur si commodè potest, sin minus si iniustè vsurpauit, suis expensis tenetur transmittere, si vero iustè, non tenetur suis sumptibus, sed expectare commoditatem, vel si non sit spes reditus, vel transmissionis per literas quod vix euenire potest cum vbiq; gentium fiat huiusmodi transmissio, pauperibus, de quo *infra* latius si tertio, vel quarto modo adhibita diligentia, & verus dominus nō inuenitur, vt quia res sit inuenta, vel multos quis fraudarit quos non recordatur qui fuerint, vel res sint iactatæ à mari, non tamen habitæ pro derelictis, quarum dominus ignoratur omnino, vt dixi. de cas. res. cas. 7. pauperibus restituendum est, vel applicandum in pios vsus, est communis sententia Nau. c. 17. nume. 92. & 93. Caiet. ver. rest. c. 4. q. 62. ar. 5. Si autem post factam restitutionem pauperibus dominus inueniretur, & non adhibuit ante diligentiā, vt inueniret, tenetur rursus, sin minùs nō tenetur arbitrio prudentis; tutior autem restituendi modus hic est, vt si res sit secreta, consulat episcopum, vel confessarium prudentem, si publica indicem, & etiam ædicta proponantur pro domino inueniendo, & si ex eorum consilio restituerit, vel deposuerit, ad nihil aliud tenetur, Sotus lib. 5. nisi aliqua peculiari lege casus restituendi incerta in propria diœcesi, secus statutus sit. Abb. in c. sicut. §. eos. de homic. Silu. rest. vlt.

Casus, quomodo pauperes succedant veris dominis in defectum hęredum, vel ijs non inuentis, vt supra. Resp. Sotus de iure naturæ venire huiusmodi res in vsū cōmunem reipublicæ. Cum autem Christi Vicarius curam pauperum gerat, illis applicat, Glos. capit. cum tu de vsuris 14. q. 5. cap. non sanè, iuxta ius diuinum Luc. 11. Quod superest, date eleemosinam, quare pauperes tunc acquirunt verum dominium, vt est t. in c. sicut §. eos. de homic. ex causa tamen possunt erogari in alia opera pia, vt xenodochia, ornatus ecclesiarum, &c. vt dicit Nauar. c. 17. nu. 93. & ex pauperibus præferri debent magis egeni, & pauperiores, quibus statim id est erogandum. Silu. rest. 8. Hinc infertur, quod cum respublica in alios pios vsus illis eguerit, cessat ius erogandi pauperibus, vnde oritur compositio.

Casus, an hæc restitutio fieri possit ad iudicium restituentis, an Prælati. D. Th. 4. dis. 9. p. ar. 5. dicit adhibendum esse iudiciū Episcopi, vel superioris Ciuitatis Host. lib. 5. §. vlt. Scotus q. 2. d. 15. negat requiri, itidem Ricar. q. 4. artic. 5. Caiet. q. 62. art. 5. si sit pauper potest retinere,

Nauar.cap.17.nume.93. Sotus distinguit li.4.q.6.artic.1.cum summa est magna, tutius est adhibere iuditium Prælati, Secundo, id non esse simpliciter necessarium, quia nulla lege præcipitur, nisi quia est communis sententia doctorum, Tertio, cũ quis est certus suos, vel se egere, potest suis, vel sibi applicare. Quarto, cum est dubium de necessitate adhibẽdũ est consilium confessoris, vel viri prudẽtis, quia nemo est bonus iudex in causa propria, & tunc rõne paupertatis acquirit verum dominium, ita vt etiam si ditior euadat, & inueniatur verus dominus, non teneatur restituere; potest tamẽ Episcopus reseruare sibi casum restituendi incerta, ꝙ intelligitur respectu confessoris, non autem pœnitentis inuentoris, vt d. Nau.c.17.nu.92. committẽdo ei ne talem absoluat sine eo. Valent.disp.5.q.6.punct.9. si tamen est summa magna tutius est iuxta Sot. quod id fiat de consilio episcopi, vel confessarij si episcopus casum sibi non reseruat, vt sciatur an bene distribuat, cum nullus esse debeat iudex in causa propria, maxime si cognatis vel sibi applicare velit, nisi necessitas sit magna; & potest episcopus se ingerere in incertis, quando in testamento non est datus executor, vel non implet, c. de laicis.12.q.1. l. nulli. C. de episcopis & cler. nec executor vult restituere, vel male dispensat ijs qui non egent, dolo vel lata culpa, vel si incerta sunt vsurariorum manifestorum, qui ideo, vt supra, talem casum sibi potest reseruare, & ea ẽt erogare in fabricam ecclesiæ necessariã, vbi facultates ecclesiæ non sat sunt, nisi pauperes fame præmantur, at.c.aurum. 12.q.1. cap. bonæ. ibid. vel nisi in specie quis pauperibus leget. Clem. quia contingit, de regular. & licet tutius sit ea dare pauperibus loci vbi damnum est datũ. Host. in c. cum tu. de vsur. tutus tamen est qui alibi ijsdem dat. Fel. cons.23. nisi relinquatur in certo loco.

Casus, an cum verus dominus ignoratur, sit ciuitati restituendum ipsius, vel eiusdem pauperibus, aliqui affirmant, communiter negatur, Sotus distinguit, si damnum est illatum toti vrbi, vt in bello, tunc ignorato domino, vrbi est restituendum, vt respublica distribuat, si autem est illatũ particularibus, & ignotis, non est necesse fieri restitutio in eodem oppido.

Casus. An ex compositionibus factis cum Papa maneat debitor tutus in conscientia, vt si cum de mille reddit ducentum, & reliquos Papa remittit. Respon. primo, quod Papa potest facere compositionem, tam in bonis ecclesiasticis iniustè vsurpatis, quàm in alijs incertis, Primo, ex consuetudine, Secundo, quia bona incerta sunt pauperũ, at Papa habet administrationem generalem omnium, quæ pauperibus debentur, ergo potest ea applicare cui videtur, Secundo, quod Papa non potest ad libitum dispensare, sed in bonum commune, vel particularem vtilitatem ecclesiæ, vel pauperum, Tertio, quod vt sint tuti, qui componunt, debent ante compositionem adhibere diligentiam in inueniendis dominis, si enim bona non sunt vere incerta, sed possunt reperiri domini, non sunt tuti in conscientia, immo, qui expetit talem compositionem, cum posset restituere, vel inquirere dominum, non est tutus in conscientia, sed in statu peccati mortalis, Tertio, Compositio debet esse discreta, nam si pro viginti mille daret tria millia non satisfaceret, esset enim in detrimentum pauperum, & reipublicæ, item vt compositio sit discreta est Soti l.4.q.7. artic.1. Nauar. cap.17. num. 93. & Caiet. 2.2.quæst.100.artic. 1. ad 7. & prædictis seruatis componens est tutus, si fiat ex causa, vt quia sit pauper, ei enim aliquid vt pauperi relinqui potest, alias sine causa non est tuta compositio super minori quantitate, & vbi adest consuetudo, probabile est, quod etiam episcopus possit componere super incertis, tutius tamen est Papam adire, nec Papa nisi ex causa id facere intendit, vt quia is sine decentia sui status notabili satis facere non possit. S. Anton. 2. p. tit. 2. § 6. in fi. Silu. restitutio. vlt. Dices an alij Principes id facere possunt. Resp. Sotus posse, & in iure naturali est fundatũ, quia tunc videntur esse bona reipublicæ, Cuius Princeps hẽt administrationem, tamẽ ex consuetudine ecclesiæ tutius est oppositũ quando

id Principe faciunt, nisi licentiā habeāt à Papa quia id tātum licet summo Pontifici, quòd si facta compositione reperiatur dominus, non tenetur ad aliam restitutionem, si dicta seruauerit, nisi id in quo factus sit ditior.

Vers. Quomodo sit restituendum.

31 Restitutio qualiter sit fiēda.

QVoad modū, seruādum est Primo, vt integrè æquale debitum restituatur, Secundo, seruandę circunstantiæ loci, temporis, modi, vnde aliquando secreto, aliquando publice, aliquando per se, aliquando per aliū, agendum id est, tamen debet curare, vt perueniat ad manus crediteris, alias non satisfacit, Tertio, cum multi sunt creditores, ordo tamen seruandus, vt infra.

32 Restituere an teneatur qui per alium restituit quisid sibi retinuit.

Casus. An teneatur iterum restituere, qui per alium restituit, qui tamen sibi retinuit, Respondetur, quod tenetur, est ergo petendum singrapha à creditore. S. Anton. 2 par. titul. 2. cap. 4. §. 1. Nauar. cap. 17. num. 44. & 67. quod detur debitori, quando enim ablatum est occultū, vt fama seruetur, restitutio debet fieri per alium, qui nomine incerto id det creditori recepta confessione recepti. Nau. c. 17. nu. 92. Gaiet. rest. c. 7.

Casus, an cum creditor condonat debitori sit tutus. Resp. cum constat vere condonare est tutus, nec est necesse, vt pecuniam offerat. Caiet. ver. restitutio q. 62. Nau. c. 17. num. 45. si autem ficte, vel coactè condonauit, non est tutus, vt pauper diuiti timore maioris damni, similiter si condonans non est verus dominus, vel ex desperatione recuperandi donat, vel ex ignorantia, Syl. rest. 7. §. 2. Sot. lib. 4. q. 7. art. 4. ad 3.

33 Restituere an teneatur q amisit rē alienam.

Casus, an qui perdiderit rem alterius absque culpa teneatur restituere, aduertendum ex 2. 2. q. 62. ar. 6. D. Tho. quod in eo qui occupat rē alienam, duo sunt, acceptio, & res accepta.

Prima conclusio, qui habet rem alienam apud se ratione rei acceptæ, tenetur eam restituere, secundo, ratione iniustæ acceptionis semper tenetur, qui accepit rem restituere, quomodocunque res pereat. Tertio, qui accepit iustè, vt in mutuo, facto in propriā vtilitatem, tenetur restituere, etiam si perierit sine eius culpa. Quarto, qui accepit in vtilitatem dātis, tenetur tantum restituere ratione rei acceptæ, vnde si perdatur sine magna eius culpa non tenetur, nota quod hæc dubitatio habet locum in sex generibus rerum, in acceptis iniustè, mala fide, Secundo, in acceptis bona fide, vt cum res empta est bona fide à latrone, Tertio, in acceptis mutuo. Quarto, in cōmodatis. Quinto, in locatis, & conductis, Sexto, in depositis. De primo genere standum est cum D. Thom. de secundo dixi ver. 5. dub. 1. Sotus l. 4. q. 7. artic. 2. De tertio & quarto est dubitatio, licet enim inter se conueniant quod vtrunq; sit in vtilitatem accipientis, differunt tamen tripliciter, primo, quia mutuo dātur illa, quę vsu consumuntur, vt pecunia frumentū, commodantur, quæ vsu non consumuntur, vt equus, in mutuo transfertur dominium, non in commodato, tertio, mutuo habita sunt restituenda in eadem specie, Hinc fit, quod si res pereat sine culpa accipientis, pereat illi, qui habet dominiū, ideo mutuo accepta cum pereūt, etiam si sine culpa accipientis, sunt reddēda, quia cum accipiens fiat dominus, ipsi pereunt, commodata vero cum pereunt sine culpa accipientis, is non tenetur restituere, etiam si ad propriam vtilitatem accepit, quia non est translatum dominiū, & quod dixi de commodatis, dicendum est de locatis, & depositis, dixi sine culpa, quia aliter tenentur restituere, hac differētia, quod si accepta sunt in vtilitatem accipientis tenetur restituere etiam ex culpa leuissima Nauar. cap. 17. nu. 179. si vero in vtilitatem dātis nō tenetur, nisi ex culpa graui, vel dolo D. Tho. Cae. Nau. ca. vnico de commodato c. 1. & 2. de depositis, & dixi locis suis. Hinc infertur, quod commodatarius tenetur de leui culpa, quia in suum commodum res petit, depositarius vero, qui sine mercede rem, custodiebat non tenetur, nisi de culpa, quæ sit peccatum mortale, qui vero ex mercede custodit, tenetur etiam si res pereat sine culpa, quia tanquàm mercedis assecurator suscepit peri-

periculum, Sotus loco citato.

34 Restituẽdũ an sit creditori absenti ĩpensis debitoris, vel non.

Casus, an debitor teneatur reddere debitum suis expensis creditori distanti. D. Thom. q. 62. artic. 5. ad 3. ait debere transmitti, si res sit magni valoris, & possit commodè, alioquin deponatur in tuto, & dominus moneatur, additur ad hęc Scotus in 4. d. 15. q. 2. quod si non veniat dominus, debet restitui cognatis, vel dari pauperibus, Caiet. artic. 5. ait, quod si debitor iniustè accepit, tenetur proprijs expensis transmittere, si iustè tunc si sine fraude discessit, non tenetur suis expensis trãsmittere, sed nota ꝙ tripliciter se habere potest debitor, primo, vel tenetur restituere ratione rei acceptæ bona fide, secundo, ex vi contractus, vel quasi contractus, vt emptione, mutuo, tertio, ex delicto, vel quasi delicto põt teneri ad restitutionem, quia is est furatus &c.

Prima conclusio, cum debitor tenetur restituere primo modo, non ipse, sed creditor est obligandus ad expensas, quia cum nõ sit in culpa potest se indemnem seruare, ergo.

Secunda cõclusio, si tenetur ex vi contractus in tali loco, tempore, debet restituere iuxta conuentionem siue expresse, siue tacitè pactum intercesserit cap. 17. nu. 42. Nau. not. in l. vinum. in l. quod te. ff. si cert. pet. iuxta dicta sup. c. de mutuo.

Tertia. Si nulla facta est specificatio ex vi cõtractus debet restitui in loco, vbi celebratus est cõtractus, & q ab eo loco discessit, tenetur soluere expẽsas pro trãsmissione debiti, si vterq; discessit, debet vterq; proportione habita locorũ rõne in expensis cõtribuere, quod tñ intelligitur, primo, cum non intercessit fraus, vel dolus, vel mora culpabilis ex parte alterius, alioqui qui esset in culpa teneretur soluere expensas, nisi aliter vterq; cõueniat ex mutuo cõsensu, est Caet. loco cit.

Quarta, cum debitor tenetur restituere ex delicto, vel quasi delicto, tunc expensis debitoris faciẽda est restitutio creditori etiã absenti, quia ille debet seruari indemnis, & debet æquale habere, quod intelligitur dũmodo dominus non esset expẽsurus eam rem illuc transferendo, quia tunc deduci debent expensæ quas dominus ob id fecisset, & pariter si attento eius statu honesto debitor patiatur maius detrimentum quàm creditor, põt differri restitutio, ne sic soluat cum tãto damno, vt d. Valentia. de iust. disp. 5. q. 6. punct. 8. modo spes sit posse auferri tale impedimentum, per domini aduentum, & damnum, dum tamen durat impotentia excusatur, vt infra dicetur, concordat Caiet. Nau. nu. 43. vbi soluit casum de illo, qui promisit soluere vbicũq; esset creditor, accepta in India pecunia, & venit Romã, vbi etiam est creditor, & Resp. nõ teneri soluere nisi deductis expensis, alij addunt, nisi ille facturus esset expensas in pecunia transferenda Ang. rest. 2. §. 9. Tab. Syl. rest. 4. §. 4. Arm. rest. §. 8. nec est audienda. Glo. c. cum tu. de vsur. quę excipit, nisi essent maiores ipsius itineris expensę, quàm summa, nam adhuc tenetur quandoque, ex Caiet. hic art. 5.

Casus, an cum periculo famę teneamur restituere aliena, prima sñia est, teneri cum periculo famę, cum aliter non potest, prę sertim si est magna quantitas, Maio. 4. d. 15. q. 17. Adr. q. 1. de restitutione Sot. 4. de iust. q. 7. articul. 2. ledesma 2. 4. q. 18. art. 2. quia aliqñ minoris valet fama, q̃ magnę diuitię, secunda sñia negat Sot. 4. d. 15. q. 2. Ant. 2. p. tit. 2. & 7. §. 4 Med. q. 3. de restitut. Caiet. q. 62. opus 12. to. 1. respons. 14. summ. ver. adulterium Nau. c. 17. nu. 89. Arm. ver. adulteriũ, qa fama est ordinis superioris, q̃ sint tpalia. D. Tho. ar. 2. citato ad 2. dicit, quod qui non potest in fama restituere, debet in alijs compensare & art. 6. ad 2. & dicit vt id faciat per confessarium.

35 Restitutio an sit fienda cũ periculo famæ.

Prima cõclusio, regulariter loquẽdo, & cœteris paribus non tenetur homo restituere bona temporaliã cum periculo famę, vt tenet secunda sententia.

Secunda. Vix potest accidere casus, in quo quis per alium non possit restituere sine famæ detrimento, vt per confessorẽ si tamen accideret, verum præualeat fama, an debitum videndum esset, si pręualet debitum, facienda est restitutio, etiã cum famæ detrimento. Caiet. 2. 2. q. 62. art. 6. Sot. 4. q. 6. art. 3. principaliter quia plus excedit vita hominis, & membri corporalis, q̃ fama, & pecunia, sed cũ periculo vitæ tenetur homo aliquando impedire,

pedire, ne alteri mẽbrum abscindatur, vt si iniustè accusasset, ergo & magnam hæreditatem tenetur restituere cum periculo famæ, adde, quod homo est dominus propriæ famæ, & sine iniustitia illã prodigere pôt, ergo, si vero fama pualeat debito, tunc non est facienda restitutio.

36 Restitutio an sit fienda cũ periculo vitæ.

Casus, an cum periculo vitæ teneatur homo ad restitutionem temporalium, prima sentẽtia est Adr. Ledesmę loco citato, dicentium, ꝙ tenetur, cum hæreditas est magna, Sotus idẽ, si redditus sint pinguissimi, secunda est aliorum negantium Inno. Pan. Hostien. c. officij de pœnitentijs, ac remissionib. Syl. ver. adulterium. §. 1. Ang. §. 4. Arm. Maior. Gabr. & cõis est, Sotus addit, quod in hoc casu deberet suadere filio, vt fiat religiosus. Sed resolutio est, quod nemo tenetur cũ detrimento vitę suę tpalia bona restituere etiam in magna copia, sententia est cõis ex Inn. c. officij, citato & si nolit se prodere pęnitentia non est neganda mandãdo ei vt restituat amoto periculo, cõtra Adr. ratio, quia in extrema necessitate posset eam pecuniam accipere, ergo cũ periculo vitæ non tenetur eã restituere, Tertio, quia nemo tenetur se vẽdere, vt restituat, Quarto, quisq; tenetur recusare talẽ restitutionem cum tanto proximi detrimento, ergo neq; ille tenetur, præsertim quia in extrema necessitate tenetur quisq; de suo succurrere proximo, hinc infertur idem esse dicendũ de adultera, & ea quę supposuit filium adulterinum, secũdo, si tñ non esset vitę periculum, & probare hoc possit, teneretur se prodere, si tñ hęreditas pęualeret famæ, vt supra Nau. cap. 16. nu. 45. tertio, tenetur tñ adultera oĩa facere, vt restituat, vel aliorũ filiorum legitimorum damno prouidere, vel pcurare, ne filius adulterinus capiat hæreditatem suadendo, vt fiat religiosus, vel sua industria compensando illata dãna, deniq; tenetur facere quæ potest, & de reliquo agere pęnitentiã, & restituere hęredib. veris viri de suo, si pôt, de quo alibi. Dices an teneatur in hoc filius matri credere se esse spurium R. nisi cõuincatur non tenetur, si tamen credit, vel quia conuictus, vel quia velit credere, tunc tenetur cedere hæreditati, secũdo, Dices, an adulter teneatur credere aliqnem esse suum filium. Resp. eodem modo non teneri, si tamen vellet credere, vel etiam ita esse conuinceretur, tunc ille teneretur cedere non modo hæreditati, sed etiam soluere expensas factas pro eo Nau. cap. 16. num. 48. in quo standum est coniecturis, an cõcubuerit cum ea tempore quo grauida est effecta, an natus sit ei similis, & huiusmodi. Abb. loco cit. & alij. Vnde confutatur Sotus l. 4. q. 7. articul. 2. dicens adulterium esse actum intemperantiæ, & ideo adulterã non teneri ad restitutionem; quia imo dicitur quod est actus iniustitiæ contra matrimonij fidẽ ex vtraq; parte. Dices an si vir sciat aliquem non esse suum filium possit constituere eum hæredem bonorum, quæ alijs consanguineis veniunt. Resp. vt dubio quinto, est videndũ vtrum præualeat fama, an hæreditas, si fama viri præualeat hæreditati, potest, si non sit alius modus, vt partem cuilibet assignando, alioquin nõ potest: Quarto, si quæras, an adultera, quæ filium suscepit, possit testari, Resp. posse de suis bonis sine peccato, nulla facta mentione legitimi, vel illegitimi, ne mentiatur, præsertim quia testamento potest satisfacere suæ conscientiæ plura relinquendo legitimis, quàm spurio Nau. num. 48. cap. 16. sic tamen vt indemnes hæredes seruet magis quàm fieri possit, prædictis seruatis; si tamen quis iniustè aliquem capitalis criminis accusauit, tenetur & cum periculo vitę illũ liberare, & idem si illustrem virũ hęresis iniuste accusauit, probabiliter, & idẽ si infamatus non restituta fama periclitetur de vita, & idẽ probabiliter si supposuit falso filium regi, vnde alius regno priuatur, sic enim verisimiliter etiam cum periculo vitę est obuiandum. Corrad. cas. 94.

37 Restituere vt teneatur adulter, vel non.

Vers. Quando sit restituendum.

38 Restitui an statim debeat ex necessitate, & quo alie-

Diuus Tho. q. 62. ar. vlt. dicit statim, nisi dilationẽ petat à creditore, idẽ in 4. d. 15. & Cęteri, ex c. sępe de restitu. spol. quia restitutionis præceptum includit præceptum negatiuum nõ retinendi alie-

alienum, ergo obligat semper, & ad semper quod intelligitur quando alienum irrationabiliter retinet domino inuito, siue inique abstulerit, siue tempus solutionis fiendæ aduenerit, & sic alienum inique retineat, nota etiam id esse intelligendum moraliter, & in animi præparatione, semper enim debet esse paratus restituere, ergo peccabit nouũ peccatũ, Primo, quoties proponit non restituere. Secundo, quoties vtitur alieno, quod tenetur restituere, licet de restitutione non cogitet. Caiet. 2.2.q.66. ar. 3. Nau.c.17. nu.54. deniq; quoties commodè potest, & animaduertit creditores id velle, vel petitur, nec tamen restituit, peccat mortaliter. Secundo nota excusare à restitutione statim facienda. Primo, voluntatẽ creditoris, modo sponte concedat dilationem ad restituendum, modo vt infra. Secundo, impotentiam debitoris, vt si non possit sine periculo vitæ, vel famæ, modo supra exposito, vel non sine detrimento sui gradus, vel bonorum suorum, restituere, tunc enim statim non tenetur restituere, modo quo infra. Quarto, ignorantia facti, vel iuris Caiet. c.6. ver. restitutio. Nau.c.17.nu.54. quod intelligitur de ignorantia probabili quod res nõ sit aliena, modo non sit crassa, vt si emat quis calicem à milite, vel vas aureum à famulo, & ignorantia facti est cum quis acquisiuit hæreditario, iure quando periti consulunt aliquem contractum esse licitum, nõ autem si vnus minus doctus contrarium dicat. Valentia. de iust. disp. 5.q.6.punct.7. Dices an cum debitor nõ potest cõmodè restituere teneatur petere consensum creditoris. Resp. si incommodum sit certum non est necessarius, si vero sumus in dubio, tunc tutius est petere. Casus quantum debeat esse detrimentum vt sit satis ad differendum restitutionem. Nota ex Caiet. quod detrimentum notabile non dicitur, quod patitur is, qui restituit aliena, q a illis priuatur, nec lucrum cessans alicui ex re aliena, sed quod patitur in re sua, vt si cogatur vili vendere rem suam, vel imponere census, hoc dicitur esse magnũ detrimẽtum. Secundo nota iuxta Sotũ lib. 4. iust. q.7. art.4. Caiet. ver. restitutio, c.6. quod si iusto titulo quis detinet aliena, non tenetur cum magno detrimento restituere, cum creditori nullum, vel modicum aduenit, si iniusto titulo tenetur extra necessitatẽ extremam, quia melior est conditio creditoris, adde quod extra necessitatem extremam non liceret accipere, ergo neque extra eam liberatura restitutione. At D. Anton. 2.p.tit.2.c.8. Nauar. c.17.nu.58. Sot.4.d.15.q.2. Caiet. ar.8. dicunt ꝙ cum graui detrimento non tenetur ad restituẽdum, ẽt si iniusto titulo habeat. Tertio, certum est quod cum creditori tantundem, vel quasi tantum detrimentum aduenit, tũc debitorem debere soluere: dubium est cum parum, vel nullum detrimentum aduenit ipsi creditori magnum vero debitori, quid agẽdum. Quarto, aduertendum ꝙ detrimentũ vel est in reb. vel in decẽtia status, vt si cogatur dimittere famulos. Quinto, nota esse quæstionem citra extremã necessitatẽ.

Prima conclusio. Certum est debitorẽ debere aliquod detrimentũ subire in rebus, vt restituat, hoc autẽ metiri oportet ex quãtitate debiti, & ex rõne iniustitiæ.

Secũda. Certum est ẽt debere ratione iniustę acceptionis teneri ad subeũdum maius detrimentum vt restituat, quàm qui iuste hẽt, probatur, quia rõne damni illati, & iniustitiæ fit peioris cõditionis.

Tertia. Nec iustus possessor, nec iniustus tenetur cũ notabili detrimento suorum bonorum, probatur, quia hæc impotentia pariter excusat, ac si oĩno esset impotens & idem probabiliter si quis velit subuenire patri matri, vxori, filijs, vel amico à quo à morte sit liberatus, vel multum debet extreme egentib. ij enim probabiliter necessitati creditoris præponi debent. Corrad. cas. 102.103.104. etiam si debitor per fraudem in tali statu se cõstituisset. Quòd si creditor ex dilatione solutionis patitur detrimentum tenetur debitor illũ resarcire in solutione apta, nisi petitam solutionem spontè creditor concesserit, differendo, nisi debitor, vt supra, vel sui sint in extrema necessitate, vel magnum in rebus suis patiatur detrimẽtum restituendo statim, creditor nõ, vel si ex alijs iustis causis excusatur à statim restituendo.

Quarta conclusio, qui non potest restituere sine mutatione, vel immutatione sui status, pōt differre restitutionē, declaratur vt tertia cōclusione, licet teneatur se restringere, vt soluat, non tñ tenet ad magnū detrimentum, si sit spes restitutionis Sylu. rest. 5. §. 3. & 4. non. n. tenetur vendere instrumenta artis, nisi creditor pariter cogeretur idē facere, qui præponitur, cū status creditoris sit p̄ponendus, modo debitor non sit insignis persona, & creditor vilis, quia debitor p̄ponitur. Quinto excusatur, si dubium sit an res sit propria, vel aliena, post adhibitam conuenientem diligentiam ad id indagandum, dum durat id dubium. Sexto excusatur quis à statim restituendo ob vitæ occupationes, non enim quis tenetur surgere media nocte, vt restituat, nec intermittere prandium, nec missę sacrū, quia & creditor nō debet id rationabiliter velle, & potest id differri in horam, & tempus magis opportunum. Septimo excusatur, si interim in aliquo alio debitor compenset creditorem, vt si conferat ei aliquod officium seculare, ex quo tantundem vel plus accipiat ac acciperet ex fructu rei suæ, si haberet Nau. c. 17. num. 81. 82. vel si debitor remittit creditori æquale debitum, quo creditor vicissim ei esset obstrictus, vt d. Io. Med. q. 3. de restitut. causa. 12. in quo si res non sunt eiusdem naturæ, vt æquus & pecunia, requiritur consensus creditoris in foro exteriori, & etiam interiori, nisi eam rem acceptet, quia sic liberatur debitor, & si res sunt eiusdem speciei, vt pecunia & pecunia vicissim debita, non potest id reiici, & idem in prædictis si debitor tantundem det creditori creditoris, modo is cōsentiat, vel res sint eiusdem speciei, si enim diuersę, requiritur vt supra, consensus creditoris, & hoc casu in totum liberatur. Octano, excusatur in totum à restituendo ex legitima præscriptione, si concurrant ea quæ dixi c. de præscriptione, non tamen si quis ingreditur religionē, quia adhuc tenetur soluere sua debita. Med. d. q. 3. cas. 8. Nono, excusatur à restitutione si cedit bonis, dum durat impotentia, alias in foro conscientiæ nō excusatur si peruenit ad pinguiorem fortunā, vt dictum est supra, etiam si cessio fiat cum ignominia, Couar. lib. 2. var. res. cap. 1. num. 6. Decimo excusatur, si creditor liberè condonet creditori roganti per se vel alium, & etiam non roganti, debitum, modo ea condonatio fiat ab eo, qui donare potest, & libera sit non coacta ob metum, reuerentiam, vel spem amissam id amplius non rehabendi Caiet. artic. 6. Med. d. q. 3. caus. 2. Nau. cap. 17. num. 75. & si creditor id dicit, ei credi potest, nec opus est vt debitor debitum obtulerit vel pręsentauerit creditori, quia potest sine hoc condonare, modo debitori animus sit soluendi si creditor non condonet, & hoc casu in totum excusatur à restituendo si absolute condonet, ad tempus, si ad tempus id agit. Vndecimo, excusatur à statim restituendo, si restitutio cedat in damnum spirituale vel corporale creditoris, vt si furiosus repetat gladium, vel pecunia sua quis sit abusurus in perniciem reipublicæ, vel aliorum. Nau. c. 17. nu. 62. 63. non tamen excusatur si creditor sit excommunicatus à restituendo ei. Med. d. quæst. 3. cau. 9. Couar. in reg. peccatum par. 1. nu. 10. Duodecimo excusatur à restituendo si eadem res numero debita, vt equus, intereat sine eius culpa, vel mora, Med. d. quæst. 3. cau. 6. Nauar. cap. 17. nume. 8. si vero est debitor in genere, vt equi, non liberatur vnius interitu, cum genus non pereat, & si est in mora, idem, nisi res pariter apud dominū perijsset, quia sic excusatur. Siluest. restit. 7. q. 5. alias sic. Decimotertio, excusatur à restituēdo, si lex aliquo casu rem ei tribuat ipso iure, vt in præscriptione, non autem si tantum non puniat transgressorem, vt lædentem citra dimidium iusti pretij, vel si iudex per sententiam iustam ei rem adiudicet, vel si summus Pontifex componendo remittat ei aliquam partem bonorū incertorum restituendorum, cum dispensatio eorum quæ in pios vsus, vel pauperibus sunt eroganda, ad Papā spectet, & satius sit vt certa pars ijs cedat, quàm nulla, vel non tardè, & idem in compositione fructuū beneficiorum, casu quo sunt restituendi, de quo infra loco suo. Et hæ causę excusāt à restitutione statim, vel oīno facienda,

facienda, prout ipsę causę ad tempus, vel perpetuo durant, vt d. Valentia. de iust. disput. 5. q. 6. punct. 7. vt & potest differri restitutio si cedat alicui in damnum contra bonum cõe, vel in damnum propriũ graue, vt supra, vbi par non sit creditoris, qui id rationabiliter velle non debet, vel id cedat in infamiam vel mortem alicuius, vel immineret inde periculum furti, prostitutionis mulierum, &c. dummodo creditoris status pariter nõ periclitetur, qui prę ferri debet, non tñ aĩa vel corpus eius, cum propria alienæ præferatur; Et vbi res est dubia, an possit & teneatur restituere, petatur dilatio à creditore, & omnibus, si plures sunt, quã si præstare nolunt, confessor eam cõcedere poterit, si concurrant ea de quibus supra & si bona sunt incerta dilatio est petenda ab episcopo, vel confessore, qui prædictis concurrentibus eam concedere poterunt. Silu. restit. 5. in fi. & rest. 6. 7.

Casus, an qui diu distulerint restitutionẽ, & eam faciẽdam in articulo mortis hæredib. præscribunt, satisfaciant. R. nõ satisfacere, cum ipsi possunt soluere, nisi excusentur ex causa iusta, probatur, quia non vñr rectè dispositi. Secundo, q a talia debita nunq̃ ferè soluuntur. Nau. c. 17. nu 68. Sotus 4. q. 7. art. 4.

8 Casus, an confessarius possit tales absoluere, qui cum possunt non restituunt. R. contra Syl. rest. 5. §. 5. & Hostien. tales nõ esse absoluendos, cũ possunt soluere, & diutius differunt Sot. Nau. c. 17. nu. 59. Caet. rest. c. 6. in sum. Anton. 2. p. tit. 2. c. 8. nisi causa legitima intercesserit de quibus supra, vt q a iã non possit, & pœniteat omissionis, vel quia restitutio melius per hæredes fit fienda, vel ad vitandam infamiam, vel magnum damnum pœnitentis, vt sup. sic enim tutus est id hæredibus committendo, vt d. Nau. loco cit. Si vero restituere potest sine destructione suæ substantię, id debet, non tamen redigi ad extremam necessitatem, quo vero ad necessitatem status dicendum vt supra, & si non potest totum restituere, per partes id faciat, vel dilationem petat à creditore, vbi soluere de præsenti non valet, quã si habere non potest, id petat à confessario, qui eum absoluere poterit attentis prædictis, videlicet, vt si statim totũ soluere potest id faciat, si partem tãtum; id agat, si est impotens, consideretur impotentia naturæ, & status, & pariter creditoris, & agendum, vt supra, & in hoc creditur ei in foro conscientiæ arg. capit. significasti, de homic. & absolui potest sine exactione iuramenti, vel alterius cautionis, nisi sit vehemens suspitio de contrario, vt quia pluries eidem, vel alteri confessori promisit restitutionem, nec fecit, nisi sperãdum sit quod satisfaciat, & si est manifestus vsurarius, absolui debet tãtum iuxta formam c. quàmquàm, de vsur. in 6. nisi adsit periculum mortis, & si nõ potest soluere relinquat schedulam amico fideli concreditam, qua fateatur se debere tali, & tali ex tali causa, & mandet ei vt post ipsius mortem, illam creditoribus tradat, vt ab hæredibus sibi debitum consequi valeant, vel, tutius agendo, testetur, & exprimat eos quibus debet, & mandet hæredibus, vt statim ijs satisfaciant, executores relinquendo, qui id executioni mandari procurent, & creditoribus prædicta significent, & si statim vel per partes, soluere potest maximè debita occulta, non differat vsque ad mortem, sed statim totum, vel per partes, vt potest, restituat, nec hęredibus confidat, vt d. Corrad. casu. 160. 161. vel vendat mobilia non necessaria ad naturam; vel statum, vt supra, si sine graui eorum iactura statim id fieri potest arbitrio prudentis.

Ver. Quo ordine sit facienda restitutio.

TRia sunt certa, Primo, quod si debitor potest omnibus, tenetur omnibus, Secundo, cum non potest omnia, debet quę potest, Tertio, quod tunc non licet se componere pro incertis in fraudem crediti, Nau. cap. 17. num. 88. Caiet. Syluest. Quoad ordinem cum non potest omnibus satisfacere, nota esse seruãdas leges particulares reipublicæ, vt de dote, Nauar. d. c. num. 51. Item primo loco certis creditoribus esse satisfaciendum, quàm incertis, ex cõmuni sententia quia 39 Restitui quo ordine debeat vbi omnibus non licet.

sic damnificantur certæ personæ, secus vbi debētur incerta, quia sic indiff. rētet debentur ecclesiæ, vel pauperibus vt dicit Valentia. de iust. disp. 5. q. 6. punct. 10. nisi habeat quis bona incerta in propria specie, num. 48. tunc enim est restituendum pauperibus, vel ecclesiæ vt calix, Secūdo loco, sunt prius bona restituēda, q habentur in propria specie, & extāt, vt deposita, pignorata, commodata quàm alia. Tertio, prius realia quàm personalia. Quarto, prius in personalibus quæ debentur ex contractu quàm delicto, vt quando quis per emptionem, vel mutuum debitum contraxit, cuius ratione bona eius dicūtur hippotecata, quia debita ex cōtractu sunt magis debita, quia creditor dedit æquiualēs, ea intentione, vt sibi tantundem ex iustitia redderetur, etiam si ibi adsit delictum, vt in vsura, quia prius solui debet debitum factum ex contractu iusto quàm vsuræ, quia ibi magis quis est damnificatus, quæ tamen vsuræ prius solui debent quàm legata & donationes, & prius solui debent quæ sunt expressè hippotecata quàm quæ tacite. Et circa debita personalia citra delictum, prius sunt soluenda, quæ sunt priuilegiata, vt dos vxoris, & quod fisco debetur, qui præferuntur alijs non habentibus expressas hippotecas, etiam si habeant tacitas l. assiduis. C. qui pot. Ex debitis vero non priuilegiatis prius sunt soluenda expressè, tum tacitè hippotecata, vt debitum contractum ex deposito, vbi res non extat, nisi mutuum prius sit. Inter reliqua prędictorum debitorum, vel aliorum quæ sint eiusdem speciei, prius tempore potius est iure, tum veniunt omnes chirographarij pro rata. Bald. in l. pro debito. C. de bo. auth. iud. Quo vero ad debita contracta ex delicto, illa prius probabiliter sunt soluenda, quæ contracta sunt ex grauiori delicto, vt per rapinam prius quàm per furtum, & inter paria delicta, antiquiora, &, cęteris paribus, prius ei qui in exigendo debito fuit diligentior, cum fuerit magis inuitus: vt & prius solui debet, quod debetur ex iustitia quàm ex honestate, & si quis habet ex furto, & cōtractu, si res in propria specie habetur vt equus, prius est restituendus, & si vtrique sint certi, prior tempore est præferendus, & si sunt pares tempore, cui ex ijs vult prius restituere potest.

Et prædicta intelliguntur nisi ordo naturę, & charitatis regrat secus in prędictis faciendum, vt quia vnus creditor sit in extrema necessitate, vel necessitate status, alij non, sic enim prius in conscientia solui debet, nisi res eadē extet, quæ debetur domino, excepta extrema necessitate alterius creditoris, seruatis & legibus peculiaribus, & consuetudinib. Et prędicta locum habēt in vtroq; foro, & peccat eum ordinē non seruans & creditor si accipiat quod debetur anterioribus, & tenetur restituere, nisi aliquos iusta iuris factiuè ignorantia excuset, vid. Valentia. loco cit. cum Silu. & Nau.

40 Restituere in particulari qui teneātur, vel non.

Ver. De casibus restitutionis in particulari.

1 Restituere tenetur simoniacus in beneficio beneficiū, & fructus quos simoniace est adeptus. c. de regularibus cum seq. vbi gl. de simon. Extrau. quàm detestabile, de sim. in Extr. commun. de quo late dixi tr. de simonia.

2 Restituere an teneatur non faciens eleemosinam pauperib. tempore necessitatis, vide c. sicut vbi glos 47. distin. vbi Doct. Abb. in c. auaritiæ, c. de monachis. de pręb. Beia, in cas. Bon. 25. 2. part. vbi bene dicit, quod peccant mortaliter etiā laici habentes superflua id non facientes & possunt cogi ad id per ecclesiam, glo. in d. c. sicut. Abb. in c. si quis, de furt. non tamen tenentur restituere etiam clerici, vt habetur supra c. de eleemosina, & infra, c. de primitijs.

3 Restituere tenetur officialis assūptus ad officium contra iuris dispositionem quicquid ex officio lucratus est & si qd illicitè acquisiuit, secus tamē in aduocato si qd vltra quàm debeat lucratus est, modo sit ei liberaliter datum, & non ex improbitate, vel contra legē notabiliter. Abb. in c. cum sit nu. 3. & 7. de iud. idem. In c. quia plerią; nu. 32. de imm. eccles. modo quo c. de aduocatis.

Restitui

4 Restitui debent acquisita ex commertio dãnato, vbi impeditur dominij translatio, aliàs non. Abb. ibi in fi. in d. c. cum sit. cum distinctione, de qua alibi.

Restitutio per quem sit fienda per episcopum, confessorem, vel pœnitentem, & an credatur pœnitenti dicenti se restituisse, declarat Abb. ibi num. 4. cum seq. de qua re supra est dictum.

Restitutio an, & quando sit facienda pauperibus, vel damnum passo, declarat ibi Abb. nu. 9. & dixi supra loco proprio, de restitutione. & c. de eleemosina 1. p. & cap. 25. 2. p.

5 Restituere tenẽtur vsurarij, & eorum hæredes, id quod ex vsuris obtẽtum est. c. cum tu. c. tua nos. extra de vsuris. circa quod quid sit vsura, & quot modis committatur, dixi in tract. de Vsur.

6 Restituere tenetur quilibet ea q̃ quoquomodo inuenit. c. si quid inuenisti. cũ seq. 14. q. 5. vbi vide gl. iuxta ea quæ dixi supra, sub cap. de Inuentis. & de Cas. res. cap. de restit. incert. & supra, de Restitut. nisi sint thesauri, vel habita pro derelicto, modo vt tract. de Dominio.

7 Restituere tenetur adimens aliqua diuiti, vt pauperibus det. c. fortè. & c. denique. eadem causa, & q.

8 Restituere tenentur incendiarij volũtarij, vel quorum negligentia cum culpa, idem euenit incensa omnia. cap. si egressus. vbi Abb. & Apost. not. cum seq. vbi gl. & c. fi. extra de iniur.

9 Restituere tenetur dans damnum in agro alieno, vt eundo aucupando &c. per se, vel per alium, etiam si imperitia vel negligentia id euenerit, & etiam in eo opem ferente, omne damnum q quis ex eo passus est. c. si bos. & c. fi. vbi per gl. & Doct. extra de iniur. Idem Abb. in c. cum venerabilem. col. 2. de except.

10 Restituere tenetur percutiens aliquẽ, vel eum interficiens omne damnum, q is ex dicto vulnere, quia fortè debilitatus patitur, vel eius filij, quia fortè ipsis victum quærebat, vel lucrabatur patiuntur, de quo sup. & sub cap. de Homicidio latè, & dixi de Cas. reser. cap. 13.

11 Restituere tenetur damnum dans alicui tam in re, quàm in persona, puta q̃a quis cisternam effoderit, nec eã operuerit, & in ea animal inciderit. Abb. in c. si quis. vbi tex. de iniur. si fuit in culpa.

Restituere tenetur, qui fraudulenter fecit foueam, vel venenum apposuit ad hoc, vt animalia vicini capiat, vel lædat, & tenetur restituere æstimationem, retento animali simul cum pelle, & carne. cap. si quis. vbi Abb. & Apost. eod. tit. si animal sit mansuetum. 12

Restituere tenetur in foro animæ q̃s quandoque damnum quod ex leui, vel leuissima culpa irrogauit, de quo dic, vt per Abb. in c. si egressus. vbi not. Apost. & in c. fin. eod. tit. per Apost. in addit. ad Abb. in c. quia plerique. num. 7. littera a, extra de immun. eccles. & supra de hoc est dictum. 13

Restituere tenentur medicus, aduocatus, & alius quilibet artifex damnum, q ex eorum imperitia alicui illatum est. Abb. in d. c. fi. nu. 3. vbi Apost. eod. tit. de iniur. in c. tua nos. vbi Apost. de homic. vbi declarat quando excusantur, vel nõ. Silu. verb. aduocatus. nu. 16. 14

Restituere tenetur præstans opem delicto, vel causam damni dans, dummodo nil omiserit ne damnum cõtingeret. d. c. fi. vbi per Abb. num. 2. & 4. de quo supra est dictum. 15

Restituere tenetur æstimationem dãni pascens animalia in agro alieno si ex hoc dominus damnificatur, idem si animal det damnum agro, vel vineæ, quòd non procedit in itinerante per agrum alienum si hoc facias sine damno domini. Abb. in c. si læserit. de iniur. 16

Restituere tenetur æstimationem colligens fructus, vel vuas alienas, nisi excusetur ob nimiam paupertatem. Abb. in d. cap. de quo tamen dicendum, q licet vuas comedere modicum, nõ asportare. c. 2. 6. q. 3. per gl. in c. 1. dist. 1. 17

Restituere an teneatur quis lucrum ex ludo q̃situ. In quo dicendũ, q si quis per vim, & fraudẽ contra leges ludi vincat, tenetur ad restitutionem, aliàs non, modo lex humana nõ prohibeat translationem dominij eo pacto, licet aliàs id prohibeat, & dummodo is qui amisit alienare possit, nomine verò fraudis non intelligitur æstus, & calliditas, qui fit secundùm leges ludi, vt dum quis scit se potiores 18

potiores eius partes habere, sed quæ fit, vt aleas signo aliquo notando ab alio nõ cognito, vel conueniendo cũ inspiciente socium, vt signo aliquo ei significet, qũo se habeat. Vis ẽt nomine non intelligun tur preces inuitantis ad ludendum, sed vis, & metus grauis, vel preces inducẽtes grauem ruborem, quibus cessantibus, po test quis retinere acquisitum per ludũ, etiam si plus vicerit quàm potuisset perdere; & is dicitur posse alienare qui est sui iuris, vel si desuper habeat præsumptum consensum maiorum, vt si modicum sit quod amittit attento eius statu, & similium consuetudine, modo quo di xi cap. de Donat. & cap. de Eleemosina. Vbi verò quis pecunia promissa tantum nõ præsenti amisit, potest adire iudicem & expectare, vt eum liberet à tali nexu, iuxta l. alienũ. C. de relig. & sumpt. fun. & secuta sententia pro se, potest non sol uere, non autem potest id propria autho ritate retinere, & hoc nisi aliqua lex alicubi impediat trãslationem dominij in ludo, vel annullet huiusmodi promissionem, quod non est de iure communi, licet ius cõmune improbet ludos in quibus magis de fortuna, quàm ingenio participatur. Ita Valentia de iust. disp. 5. q. 6. punct. 6. & videnda quæ dicam cap. de Ludo, circa hoc, vbi multipliciter distinguitur.

19 Restitui an, & quando debeat in foro conscientiæ, id quod à lege ciuili restitu tioni subijcitur, declarat Abb. in d. cap. quia plerique. nu. 7. cum Apost. vide per eundem in c. 1. de oper. noui nunc. in c. filius noster. de testam. per Io. de Turre. in c. quis autem. 10. dist. de qua re agitur sub cap. de Lege. & cap. de Pœna.

20 Restituere tenetur habens aliquid ex furto, rapina, oppressione, damno, vel ca lumnia. c. si. 14. q. 5. Abb. in d. c. quia pleriq;. nu. 8. circa furtum tamen dic, quod nedum fur tenetur, sed etiam qui id non indicat ob lucrum, vel etiam sine lucro petenti ad instantiam iudicis. Abb. in c. qui cum fure. extra de furt. Non tamen tenetur fur qui ob maximam necessitatem furatur, etiam cum ad pinguiorem fortunam peruenerit. Abb. in c. si quis. extra de furt. de quo supra est actum.

Restituere tenetur obligatus de iure naturali tantum, non ciuili, puta seruus si quid promittat, vel ei aliquid promittatur à domino, vel alio, vel filiusfamilias, qui aliquid promisit ob acceptum. Abb. in d. cap. quia plerique. num. 9. 10. & 11. ex causa tamen, cum promissio sine causa facta non liget. 21

Restituere non tenẽtur ex necessitate publicæ meretrices ex turpi quæstu q̃sita, vt supra cap. de Restitut. est dictum. & cap. 25. 22

Restituere an teneatur quis in foro pœnitentiali legata integra, & an falcidia sibi debita sit, declarat Abb. in d. c. quia plerique. nu. 15. 16. & 17. & pro nunc, dicitur, ꝙ falcidia potest retineri ab hærede, nisi in casibus exceptis, de qua re supra est dictũ c. de officio hæredis. c. 62. 23

Restituere an teneatur obligatus de iu re ciuili, quod se fundat tantum super præsumptione, non super veritate, notat. Apost. ad Abb. in d. cap. quia plerique. nu. 7. littera a. per Abb. in d. c. nu. 18. ad fi. & dicendum, ꝙ non, vbi ius principaliter se fundat in præsumptione, & veritas est in contrarium. c. tua. de spons. nisi post sñam iudicis, modo fraus nõ adsit. 24

Restituere non tenetur in foro animę obligatus ciuiliter tantum, non naturaliter, vt in eo qui promisit sub spe futuræ numerationis, qui elapso biennio nõ tenetur, nec ante in conscientia, nisi aliquid receperit. Abb. in d. c. quia pleriq;. nu. 18. de quo latè alibi cap. de Oblig. 25

Restituere non tenetur in foro animę iniustè condemnatus. Abb. in d. c. quia plerique. nu. 19. & 20. cum Apost. & nu. 24. vbi habetur, ꝙ talis sententiæ sponte parere non debet, ne inducat aduersarium ad peccandum, nisi habeat animũ donandi. 26

Restituere tenetur quis in foro animæ quicquid ex iniqua sententia obtinuit. Abb. in d. c. quia plerique. num. 21. cum Apost. & 4. nu. seq. 27

Restituere an teneatur is qui rem legitimè præscripsit, & quid si mala fides superuenit, dicendum, ꝙ non, primo casu, modo interuenerint quæ ad legitimã præscriptionem requiruntur, vt dixi supra, cap. de Præscript. 28

Re-

29 Restituere an teneatur filiusfamilias tutus Macedoniano, id quod mutuo accepit, vel mulier, quæ Velleiano iuuatur, declarat Abb. loco cit. nu. 26. & 27. in fi. vbi omnino vide per eundem in d. loco, num. 38. vbi optimè resoluit hanc quæstionem, dicens, ꝙ tenentur quando illis est mutuatum ob necessitatem, vbi sunt facti sui iuris, & dixi tr. de Mutuo.

30 Restituere an teneatur emens rem, vel vendens minus, vel plus iusto pretio, videndum in tr. de Empt. & in summa. res nō debet vēdi plus iusto pretio summo, nec emi minus infimo iusto, de quo ibi.

31 Restituere an teneatur in foro conscientiæ recipiens aliquid ex testamento, vel contractu nullo ex iuris solennitate non seruata, vel electus ex consensu eligentium, vbi defecerint solennitates, iuris positiui. Abb. d. loco num. 31. cum Apost. In qua re dicēdum est, ꝙ contractus, vel testamēta nulla ob solennitates iuris omissas, ob suspitionem fraudis, si eæ solennitates nō adhibeantur; si iustè stant, & fraus absit, valida sunt in foro conscientiæ, iudex verò aditus annullare tenetur illos contractus in foro exteriori, & ideò ijs annullatis, amplius validi non sunt etiam in foro conscientiæ, licet aliàs iusti, post iudicis sententiam. Valentia de iust. disp. 5. q. 6. punct. 5. ver. itaque primò quæritur; & hoc modo intelligi debent, quæ supra dixi, cap. 24. vel 25. huiusmodi testamenta, vel contractus valida esse, donec alius petat in eis statutum, tunc enim id debet ei petenti reddere, videlicet quando petit id coram iudice, & iudex per sententiam, vt tenetur, annullat tales contractus, vel testamenta, cum nullus iudex debeat esse in causa propria an solennitates debitæ adsint, necne, & an id statutum sit ob suspitionem fraudis, is tamē à quo res petitur cauillationes obijcere non debet, sed sinere iudicem rem iustè expedire.

32 Restituere verum teneatur, qui immoderatè aliquid extorsit, vel accepit ab aliquo vltra debitum ex licito exercitio, vt medicus, aduocatus, cursor, vel exercens licitam negotiationem sine iurisdictione, declarat Abb. in d. loco, num. 32. vbi Apost. concludit, quòd sic & bene nisi modicus sit excessus, vel nisi liberè id donetur.

Restituere tenetur iudex vltra debitū exactum, vel indebitè puta pro sentētia iustà, vel iniusta ferenda acceptum, cum ab vtraque parte assumatur. c. non sanè. 14. q. 5. Abb. d. c. num. 33. & quidem vbi iudices constitutum, vel ex cōuentione, aut lege habent certum, ac iustū stipendium, vel vt iustitiam administrent, vel vt quoduis aliud munus exerceāt, nihil amplius in pretiū pro eo munere exercēdo possunt accipere, & si accipiant restituere id tenentur. Medina. C. de restitut. q. 2. §. contingit. & q. 25. Couar. in regula peccatum. 2. p. §. 3. nu. 10. ꝙ si non habent constitutum certum stipendium à Principe, vel Republica pro munere exercendo, sed à partibus pro quolibet actu stipendium accipere debent, si lex superueniens illud taxat, amplius non possunt accipere, nisi emolumenta aliqua, quæ simul publica authoritate expressa vel tacita, quasi in adiumentum, & supplementum sui stipendij sint eis concessa, vt pro subscriptione, sigillo, &c. vt dicit Molina tract. 2. de iust. disp. 83. quod procedit, & in tabellione ex publico stipendium accipiēte, vel taxatū habente, nisi quid mandetur eis fieri præter consuetum, vt ꝙ quis in membrana scribat, solitum scribi in papiro, vel auro ornet, & vt dicit d. disp. 83. si verò pro iustitia administranda, vel iniustè iudicando aliquid accipiunt; restituere tenetur, & dāti primo casu ante condemnationē, cū ex officio iustè iudicare teneantur, ēt si culpa interuenerit; quia lege id sit ꝓhibitum: vt d. Molina ibi disp. 88. & 89. si tamen aliquid liberè donetur iudicib. à valentibus donare, vel ex amicitia, ac si non essent iudices, vel ex gratitudine beneficij bene administrati, vel ob gaudium victoriæ, vel si munus ad eos mittatur, vt citò negotium iuxta iustitia terminent, non tenentur ad restitutionem, etiam si accipiant vltra taxam, licet peccent sic accipiendo, quia contra pacta, & sępè iuramentum emissum, & ob id fine periuri: vt dicit ibi Molina d. disput. 88. & de hoc etiam dixi cap. de Restitut. 33

Restituere tenētur testes qui accipiū prot- 34

pro testimonio ferendo, cum venales esse non debeant. d.c.non sanè. 14.q.5.nisi recipiant aliqua pro expensis, quas faciunt in eundo, morando, & redeundo: de quo tract.de Testib. & mercedem operarum amissarum, & damnũ emergẽs, ac lucrum cessans. c.si testes. §.liberi. 4. q.3.c.statutum.§.proferendo.de rescrip. in 6.l.quoniam.C.de testib. Molina dicto loco, disput.83.

35 Restituere an teneatur exercens illicitas negotiationes, vel aliàs iniustè acquirens aliquid sine calumnia alicui facta, declarat Abb. in d.c.quia plerique. num.34. videnda, quæ dixi supra, cap.de Restit.& alibi. & cap.de Empt.

36 Restituere an teneatur emens victualia, puta triticum, vinum, vel oleum, vt alio tempore carius vendat, & an, & qñ, hæc negotiatio possit exerceri sine peccato: vide in cap.de Empt.

37 Restituere tenetur hippocrita, quæ acquisiuit sub nomine boni Christiani. Abb.in d.c.nu.36.cum Apost.

38 Restituere an teneatur, quis ea quæ quæsiuit ex lege Imperatoris disponentis dominium transferri in aliquem ex aliqua causa præsumpta, vel etiam sine causa, cessante causa præsumpta, vel legis ratione, etiam si sit præsumptio iuris, & de iure, declarat Abb.in d.c.n.37. 38.& 39.vide supra Cas.31.

39 Restituere an teneatur emens rem à lege prohibitam alienari, & confiscatam ob solennitatem non seruatam, vel iuris dispositionem omissam, declarat Abb.in d.c.num.40.remissiuè.de quo alibi dixi. cap.de Empt.& supra Cas.31.

40 Restituere an teneatur vltra vires hæreditarias, hæres non conficiens inuentarium, declarat Abb.in d.c.num.41.cum Apost.Idem in c.tua nos.de vsuris.Host. in sum. de testam.§.pen. ver. quid si bona.de quo alibi, supra cap.62.

41 Restituere an teneatur hæres legata, & alia relicta in minus solenni testamẽto, & an testamentum minus solenne de iure naturali valeat, declarat Abb.in d. c.nu.42.& 43. tex.est de hoc in cap.cum esses. & in c.relatum.de testam. vide supra Cas.31.

42 Restituere tenentur Principes, & eorum hæredes omnẽ damnum, ꝙ quis ex legibus iniquis ab ipsis impositis passus est. Ioan.de Tur.crem.in cap.non liceat. 10.dist.

Restituere tenentur omnes in solidũ, qui principem induxerunt ad legem iniustam condendam, omne damnum ꝙ ex vigore eius quis passus est. Ioan.de Turre Crem.in d.c. 43

Restituere tenẽtur lucrati aliqua occasione legum iniquarum. Ioan.de Turre in d.cap. 44

Restituere an teneãtur non obuiãtes, vel nõ prohibentes delictũ cum possint, consulentes, mandantes, participes, conscij, opem ferentes, & delinquentem defendentes, ac an pari pœna cum principali teneantur, hr̃ supra cap.de Restit. 45

Restituere tenentur damnum alicui illatum testes falsum deponentes, vel veritatem occultantes. Item sententiã iniquam obtinentes, falsis litteris, & falsa moneta vtentes. Abb.in c.1.nu.2.in c.super eo.in c.ad falsariorum. extra de crimine falsi. Abb.in cap.cum venerabilis. de except. 46

Restituere tenetur falsans pondera, & mensuras, & merces. Abb.in c.vt mensuræ.extra de empt.& vendit. Idem in c. placuit. n.9. cum Apost. eo.tit.de empt. & vendit. vide in tr.de Empt. 47

Restituere tenetur vtens mendacijs, quando nõ est ius in principali, aliàs secus.gl.in c.cupientes.in princ.verbo, malignantiũ. & ibi not.Apost.de elect.in 6. 48

Restituere tenẽtur rem furto ablatam omnes ad quos peruenit etiam titulo oneroso. glo.1.in cap.peccatum.de regu. iur. in 6. 49

Restituere tenetur nedum damnum dans, sed etiam eius hæres, licet nil ad eum peruenerit.gl.fin.in d.c.peccatum. pro modo hæreditario. 50

Restituere tenetur tutor, & eius hæres damnum, ꝙ intulit pupillo contrahendo, vel in iudicio, & si potuit acquirere aliquid pupillo, & neglexit, & fortius quando passus est acquisita dilabi, & idem est in prælato ecclesiæ. l. non quicquid.l.non est ignotum. C.arb.tut. tex.& glo.in c.ex præsentium. vbi Abb. de pign.in c.cum venissent. de in integr. restit. 51

restit. glo. in c. placuit. 2. 16. q. 3. Abb. in cap. si terra. de priuileg. vide de hoc in tract. de Tutoribus.

52 Restituere tenetur quis fructus quos percepit ex re pignorata. c. 1. extra, de vsur. & ibi Abb. in c. ad nostram. de empt. & vendit. in c. illo vos. de pignor. in quibus locis dicitur fructus cõputari in sortem, licet contractus sit simulatus, & ibi ponuntur coniecturæ, quæ arguunt contractus simulationem. videnda, quę dixi tr. de Vsuris, sub cap. de pignore, & c. de vendit. cum pacto de retrouendendo.

53 Restituere tenetur beneficiatus beneficium, ꝙ per litteras subreptitias, & minus canonicè obtinuit. Abb. in c. ad audientiam. num. 2. de rescript. text. est in c. 1. de reg. iur. in 6. in c. peccatum. eo. tit.

54 Restituere an teneatur beneficiatus fructus, quos malè impendit, vide in tract. de Primitijs, vbi dixi, ꝙ non tenetur restituere, licet peccet mortaliter, cum distinctionibus, de quibus ibi.

55 Restituere non tenetur quis rem cum pœna dupli, vel quadrupli, sed sufficit satisfacere in prima substantia. Abb. in c. 2. in fi. de test. fallit in c. 2. de censib. in 6. Hoc intellige ante condemnationem, post verò est soluenda etiam pœna. Didac. in §. 6. 2. part. decret.

56 Restitutio vbi exigitur nõ sufficit cautio gl. in c. fi. verbo, restitutio. de offic. ordin. in 6. vbi restitui potest.

57 Restituere tenetur percipiens distributiones quotidianas, si diuinis officijs non interfit. c. 1. de cler. non resid. in 6. c. cũ dignitates. §. distributiones verò. sess. 24. in Tr. Conc. nisi infirmus sit, vel absit ob ecclesiæ necessitatem, vel vtilitatem. d. cap. 1. vbi Doct.

58 Restituere tenẽtur fructus perceptos non facientes fidei professionem infra duos menses, coram episcopo, & capitulo si sint canonici, vel ecclesias parochiales obtineant. d. c. cum dignitates. §. prouisi. & peccat beneficiatus non deferens habitum. Nau. c. 25. num. 110. an verò is teneatur fructus restituere, dixi de Cas. reseru. casu 4.

59 Restituere tenentur fructus perceptos tempore absentiæ clerici non residẽtes. c. 2. c. conquærentem. de cler. non resid. c. 1. §. si quis autem. sess. 23. de reform. in Trid. Conc. scilicet si sint curati, nisi absint ex causa legitima: vt dixi tract. de Episcopo. cap. de residentia.

Restituere tenẽtur fructus perceptos episcopi, licet Cardinales, qui intra tres menses munus consecrationis non perceperint. c. 2. ead. sess. 23. in Tr. Conc. 60

Restituere tenetur fructus perceptos recipiẽs beneficium sine animo promouendi ad sacerdotium c. commissa. in fi. de elect in 6. vel ad ordinem, ꝙ beneficium requirit. Sot. lib. 5. art. 6. de iust. & si ordinem sacrum nõ requirit, oportet ꝙ ad minores promoueatur, vel requisitos. Nau. cap. 25. num. 118. 61

Restituere tenetur fructus perceptos clericus beneficiatus, officium non recitans secundũm Abb. in cap. 1. nu. 8. extra de celebr. miss. cum Apost. vbi tamen nõ resoluit. Hodie verò per Constitutionem Leonis X. in Conc. Later. determinãtur ꝙ is teneatur ad restitutionem, quam authoritatem sequitur Conc. Mediolani, sub rubr. de Horis Canonicis non intermittendis, & Bulla Pij V. 131. 62

Restituere an teneatur in foro conscientiæ is cui res auferri potest petita restitutione in integrum iure speciali, vel generali, vt à pupillo, vel ab ecclesia, antequam restitutio imploretur, declarat Abb. in d. c. quia plerique. num. 28 extra de immu. eccles. vbi distinguit an interuenerit malitia vel ne, sit persona sagax, vel non, sit ignara pretij rei, vel non, & in dubio tenetur, si non sit æqualitas in contractu. 63

Restituere tenetur aduocatus defendens causam iniustã scienter omne damnum, ꝙ parti ex eius culpa illatum est secundũm S. Th. 2. 2. q. 71. & tenetur etiã clientulo si eum decepit suadẽs causam esse iustam, quia aliter nõ litigasset. arg. l. non est ignotum. C. arb. tut. & tenetur aduersario ad interesse si abstulit ei bonam causam, vel eum grauauit petendo dilationem superfluam, vel allegãdo falsum, aut faciendo cauillosam positionẽ, vel instruendo falsum testem, vel clientulum de veritate neganda. Et hæc procedunt in sciente, in ignorante autem distinguitur, vt dixi tr. de Aduocato. 64

Re-

65 Restituere an, & quando teneatur gerens alterius negotia. vide in sum. Silue. in verbo, restitutio.3.nu.8. & in tr. meo de gerētibus aliena negotia, vel de mercatoribus, ad finem.

66 Restituere qualiter teneātur malæ fidei possessores, declarat Silu. loco præalleg.nu.9. & dixi supra, cap.de Restit.

67 Restituere qualiter teneātur nocentes aliquibus per fictiones, & mendacia, declaratur in loco præalleg.num.10.apud Siluest.

Restituere qualiter teneantur contra
68 hentes pro alijs, vt pater pro filio, proxenetæ socij, &c. declaratur loco prędicto. num.11.& dixi loco cit.

69 Restituere qualiter teneantur impedientes aliquem à cōsecutione alicuius boni, declaratur in d.loco, num.12. videndum supra, cap.de Restit.

70 Restituere qualiter debeant prælati, & alij in officijs malè versantes. not. in sum.Silu.verbo, restitutio.3.nu.5.& latè habetur infra, cap.de Primitijs, & tr. de statu Prælat.& Beneficiatorum.

71 Restituere tenetur iudex iniustè iudicans omne interesse, ꝙ pars passa est, & hoc si scienter, vel dolosè id egit.l.fi. C. de pœn.iud. qui mal.iud. c.quattuor.2. q.3.sed si per ignorātiam id fecit, si quidem fuit in culpa, quia sciuit, vel scire debuit se esse insufficientem, & tamē ausus est iudicare, vel neglexit studere, vel id fecit ad suasionem assessoris quē sciebat esse insufficientem tenetur, aliàs nō. Item tenetur si ipsius negligētia pars est læsa, secundùm gl. in c.quoniam cōtra. vbi Abb.de probat. Item si tenebatur, & noluit ferre sentētiam, & quis ius suum amisit, tenetur ad omne damnum.c.dominus.23.q.2.c.administratores. 2.q.5. Item si partem non condemnauit in expensis.l.sancimus. C.de iudic. si tamen per partem petātur, secundùm gl.in c.fi. de rescrip.nisi causa esset dubia, vel quis iustè litigarit. Idem si accipiat pecuniā pro bene, vel malè iudicādo. c.fi.14.q.5. c.non licet.11.q.3.§.venales. 1.q.6. vide in tr.de Iud.& supra, cap.de Restit.

72 Restituere verū teneatur confessor absoluens quem non potest. vide Durand. & Silu.in verbo, confessor.3.nu.2. §.Durandus autem. in verbo, restitutio.3.in princ. vbi tenet, quòd nō, sed tenetur notificare confesso, quòd eū absoluere non potuit, nisi fortè per hoc præiudicaretur tertio, & hoc si fecit scienter, vel ex ignorantia crassa. Vide in verbo, vsura. 7.nu.2.in fi. vbi dicit, ꝙ confessores qui absoluunt vsurarios, aut eos recipiūt ad sacramenta, & sepulturā, tenētur ad restitutionem, si ex denegatione taliū fuisset facta restitutio, probabile tamen est, ꝙ non teneatur restituere, vt dixi supra, cap.de Restit.cum Valentia.

Restituere tenetur mulier adultera omne damnum, ꝙ maritus, vel eius hære 73
des ab intestato, passi sunt ex eo, ꝙ maritus aluit filium natum in adulterio, nō ex se, vel quia eum instituit hæredem, & filius tenetur postquam scit, hæreditatē restituere venientibus ab intestato, si sic credit esse probabiliter. vide in cap.de Luxuria.

Restituere tenetur pater, vel mater mit 74
tens filios legitimos, vel naturales ad hospitale, omnes expensas, quas hospitale fecit in eis alendis, nisi notabilis paupertas eos excuset.cap.cum haberet. vbi Abb. de eo. qui dux. cum id munus ad parentes spectet, etiam si filij sint illegitimi, & filij clericorum, dotes etiam filiabus dando ex reditibus beneficij. Beia in Cas.Bonon. 2.part.cas.12.fol.115. Silu.in verbo, expositus.in fin. & dixi c. de Luxuria.

Restituere tenentur notarij damnum, 75
quòd ex eorum ignorantia illatum est. cap. non est sine culpa. de reg.iur.in 6. Item falsificans scripturas, & instrumēta, & eis vtentes; tertiò, quādo prece, vel pretio testamenta, vel scripturas destruunt, & similiter quando requisiti occultant per se facta, vel impediūt bona per aliquos facienda; quartò, quando componunt instrumēta renunciationis, quarum vim ignorabant contrahentes si inde sequitur damnum, si eorum vim non aperiant; quintò, quando conficiunt instrumenta super vsuris. vide Silu.in verbo, tabellio.nu.8. & quæ ego dixi tract. de Vsuris, cap.4. & tract. de Iudice, sub cap.de Notarijs.

Restituere tenetur administrator dam 76
num

nam illatum ex mala administratione, nedum ex dolo, sed etiam ex lata culpa, leui, & quandoq; leuissima, & quandoque de casu, & fortuna. l. si negotia. ff. de neg. gest. l. cum ostendimus. ff. de fid. tut. l. curatores. C. de nego. gest. l. quicquid. C. arbit. tut. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. c. si qua de rebus. c. si quis qualibet conditione. 12. q. 2. vide Silu. in verbo, administratio. & quæ habentur. cap. de gerente aliena negotia, vel de mercatoribus, ad finem.

77 Restituere tenẽtur damnũ occurrens omittentes id quod spectat ad eorũ officium, & curam, vt detinẽs rem alienam, morosus, & rectores si ex eorum negligentia damnum subditis est illatum, & idem de gubernatore familiæ, vt marito respectu vxoris, patre respectu filij, &c. vide Silue. in verbo, restitutio. 2. §. 16. & quæ dixi supra.

78 Restituere tenetur depositarius, & de qua culpa teneatur. vide tr. de Deposito.

79 Restituere tenetur litigans iniustò scienter, vel licet ignoranter à principio, si in processu causæ id sciuit, omnes expensas, & damnum per partem passas. c. dominus. de secundis nupt. Bart. in l. si quis inficiatus. ff. de furt. vide Silu. in verbo, lis. nu. 10. & quæ dixi tr. de Accusatore. & cap. de litigio.

80 Restituere tenentur histriones id ꝙ vigore talis exercitij lucrati sunt. Abb. in c. cum sit. extra de iudæis. de consilio tamen non præcepto.

81 Restituere tenetur seducens virginẽ, & deflorans dotem competẽtem ei si ipsam non vult ducere in matrimonium. c. 1. vbi Abb. post glo. de adult. & stupr. q̄ quidem pœna procedit secũdùm Archi. post Verucc. in stuprante per vim, sed si eam volentem violauit secundùm præfatos Doct. non tenetur in foro conscientiæ ad dictã pœnã, quia eam nõ seduxit, & tunc dicitur seduxisse quando promissionibus, & mendacijs eam ad id induxit, & quando est volens non tenetur ad dictam pœnam, sed est ei iniungendum, vt satisfaciat arbitrio boni viri, vel cum ea componat, & si promisit eam ducere vt copulam extorqueret seruet promissum, & fortius si iurauit, nisi esset nimis distans eorum conditio, quia nõ debuit mulier fraudẽ ignorasse, vel nisi ex hoc crediturscandalum peruenturũ, & tũc petat remissionem promissi, & aliter satisfaciat secundùm suam facultatem, & mulieris indigẽtiam, & tenetur ei id dare quo plùs eget ad inueniẽdum virum suæ conditionis, & patrem placare, & ei satisfacere pro iniuria illata. D. Th. 2. 2. q. 154. art. 6. vbi Caiet. & etiam pro defloratione virginitatis. vide Silue. in verbo, Luxuria. §. 5. Didac. Couar. in 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. num. 15. & quæ dixi latius tract. de Luxuria.

Restituere an teneatur possessor bonę fidei fructus perceptos, dic, vt per Doct. 82
in c. grauis. de restit. spol. ꝙ in foro conscientię omnes fructus extantes naturales, & industriales sunt restituendi, consumptos verò restituere tenetur in quantum est factus locupletior. facit l. certũ. l. si me, & Titium. ff. si cert. pet. aliàs non tenetur, & de fructibus industrialibus diminuet quantum industria sua est æstimanda in eis percipiẽdis; & eorum augmentatione, quid autem de lucro facto ex re non lucrosa. dic, vt per Silu. in verbo, fructus, & supra est dictum. cap. de Restit. vbi & agitur de possessore malæ fidei.

Restitutio an, & quando sit facienda in solidum, vel pro parte quando plures 83
simul læserunt dic, vt per Silue. in verbo, restitutio. 2. nu. 6. §. quartum. vide supra, cap. de Restit. Couar. in regula peccatum. de reg. iur. in 6.

Restituere an teneantur suadentes testatori, vt sibi, vel alij leget blando ser- 84
mone, vel quoquomodo impediẽtes, aut cogentes damnum, ꝙ ex hoc patitur hæres veniẽs ab intestato, vel is cui testator relinquere volebat, declarat Abb. in c. 2. in fi. extra de pecul. cler. Bald. in l. 1. C. si quis aliquem test. prohib. Ang. in l. fi. C. si quis aliq. test. prohib. Silu. in verbo, restitutio. 3. nu. 12. §. tertium. & supra est dictum, vbi de impediẽtibus est actum.

Restituere tenentur non soluentes ga- 85
bellas damnum datũ communitati, vel eas conducentibus, nisi imponerentur à dominis non legitimis, vel nisi fraudantes alijs impositionibus, & alijs modis

eileut

essent indebitè grauati nimis vltra proportionem, aut iniustè damnificati à dominis, vel nisi essent gabellæ graues sine necessitate, & vtilitate cõmunitatis impositæ, sed ad nutriendam pompam, vel auaritiam fortè aliquorum Principum, vel ciuium. Quid autem iuris in gabella imposita super victualibus, & quid iuris de iniustè exigentibus, dic, vt per Silu. in verbo, gabella. 3. num. 9. & 17. & supra, cap. de Accept. person. latè dixi.

86 Restituere tenentur accipientes dona à iudæis vsurarijs, & alijs illicitè acquirentibus, illa his quibus de iure debent, si pro hoc efficiuntur non soluendo, nisi accipiant tanquã sibi debita, aliàs non; & si sciuerint id fieri in fraudem creditorum, quia adhuc tenẽtur etiam titulo oneroso. l. ait prætor. §. quod ait. ff. quæ in frau. cred. qui tunc scire dicitur si creditores hoc protestati sunt. d. l. ait. §. si quis particeps. Secundò, quando alienauit quis simul omnia bona sua, & alijs modis, de quibus Silue. verbo, restitutio. 2. §. 4. & in verbo, iudæus. in fi.

87 Restituere tenentur deferentes arma, lignamina, ferrum, & alias merces prohibitas infidelibus omne lucrum, ꝙ ex tali commertio lucrati sunt, & tantundem de suo in subsidium terræ sanctæ. c. ad liberandam. extra de iudæis. si sunt soluendo, aliàs alio modo pœniteãt, nec qui valent, ante solutionem absoluantur ab excommunicatione. d. c.

88 Restituere verũ teneantur notarij conficientes instrumenta super vsuris, & testes, qui illis contractibus intersunt dãnum inde secutum, & item quid de prælatis sigillantibus instrumenta vsurarũ, & illis qui eis patrocinantur, vt dominis temporalibus, dic vt per Silu. in verbo, vsura. 7. num. 7. 8. 9. & seq. & dixi cap. de Notarijs. & tr. de Vsuris. c. 4.

89 Restituere an teneatur accipiens aliquid contra mentem domini præsumptam, & quasi compulsiuam, puta ob reuerentiam, vel si quis det officialibus, patri, tutoribus, marito, episcopo, & similibus, & quid de eo qui accipit per importunitatem, id quod accepit, dic, vt per Siluest. in verbo, restitutio. 2. §. 8. & 9. & habetur supra, cap. de Restit.

Restituere obligatus rem furtiuã potest deducere expẽsas, quas fecit pro rei animatæ, vt equi conseruatione, & alimentis in foro conscientiæ, licet secus sit in foro contentioso, secundùm Verucc. & Vld. vide Silu. in verbo, restitutio. 2. §. 4. ver. & si in re, deducto tamen si illo animali est lucratus, vel dominus lucrari potuisset. 90

Restituere tenetur tenẽs columbarias si columbæ damnum inferant, damnum datum, maximè vbi eas sufficienter non pascit. Et hoc procedit nisi fiat recompensatio damnorum, puta, quia vicinus similiter tenet, vel quia damnum sit modicum, quod semper est præsumendum. vide Silue. in verbo, restitutio. 3. num. 4. §. certum. & secundùm hanc vltimam partem, tenui tract. de Dominio supra, & cap. de Restitutione. 91

Restituere tenentur venatores cõculcantes segetes, & si eorum canes alienas anseres, & gallinas occidant, omne damnum inde secutum. Silu. in verbo, restitutio. 3. nu. 4. §. quartum. & dixi supra, cap. de Venatione. 92

Restituere tenentur vendentes officia publica, & dignitates lucrum inde perceptum pauperibus, & alijs etiã modis puniũtur, scilicet pœna. l. Iul. de ambitu. l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambitu. §. sunt præterea. Instit. de publ. iud. Quòd secundùm S. Tho. non intelligitur in officijs temporalibus, dummodo vendãtur viris qui ea gubernare possint, nec tanto pretio ꝙ recuperari non possit sine grauamine subditorum, & si fiat palam non occultè. vide Silue. in verbo, restitutio. nu. 5. §. quartum. & dixi tr. de Magistratibus licere, modo id sit necessarium Reipublicæ, nec alia via ei succurri possit, cum aliàs officia iustitiæ vendi non debeant; vt dixi supra tract. de Dom. & de Accep. personarum. 93

Restituere tenentur fructus interim perceptos clerici beneficiati, vestes virgatas, vel partitas proprio ordini non congruentes gestantes. clem. quoniam. vbi gl. in verbo, suspensi. de vita, & hon. cler. post sententiam certè, & modo quo dixi de Cas. reser. casu 4. 94

Restituere an teneatur beneficium, & fructus 95

fructus inde perceptos; clericus illo ipso iure priuatus, ob aliquod delictum, licet id sibi tantum constet, cum Deum nil lateat, & an idem debeat dici de quocunque alio qui aliqua re ipso iure priuatus est. vide Abb. in cap. extirpandæ. §. qui verò. col. 11. nu. 24. cum præcedentibus numeris. vbi declarat an, & quando per Constitutionem, ipso iure priuantem nulla requiratur monitio, & quando requiratur. De hoc vide Siluc. verbo, pœna. nu. 25. vbi contrarium tenet. Latè Didac. Couarr. in 4. parte decret. cap. 8. nu. 10. vbi tenet cum Silu. in foro tamen conscientiæ ante condemnationem non tenetur quis id restituere, nisi initium sit vitiosum, vt simoniæ, intrusionis, &c. vt habetur supra, cap. de Restitut. vbi de pœnis agitur.

96 Restituere tenetur vxor relicta vsufructuaria à viro, quòd ad vixerit castè, & honestè, si fornicetur, omne quod quæsiuit ex rebus viri, venientibus ab intestato, vel hæredibus institutis. vide Man. Nau. in interrogatione fienda tutoribus, & dixi tract. de Luxuria, etiam si semel tantum, & clam fornicetur: vt dicit Lud. Beia in Cas. Bonon. in congreg. anni 1581. 23. Febr. Casu 2. 1. par.

97 Restitui an debeant famulis expensæ & salariũ tempore quo infirmi existunt, dic ita, ꝙ expensæ magnæ non debẽtur, potest tamen famulus implorare officiũ iudicis pro illis consequendis contra diuitem, vt sibi subueniat si est solnendo sicut quilibet pauper. text. est cum gl. in c. sicut. 47. dist. circa salarium verò Abb. in c. 1. de cler. ægrot. & communiter Doct. tenent, quòd nõ debeatur illo tempore. per l. si vno. §. item cum quidam. cum ibi not. ff. locat. & gl. in l. si. §. idem iuris. 2. ff. ad leg. Rhod. de iact. Alij tenent, quòd debetur, maximè Innoc. in c. propter sterilitatem. extra locat. per c. 1. de cler. nõ resid. in 6. pro resolutione dicẽdum est, quòd si ibi est consuetudo, quòd dentur expensæ, & salarium, debẽtur, nam tacitè videtur actum, quòd est consuetum. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edil. ed. si autem ibi non sit consuetudo, expensæ debentur famulo infirmo, sed non salarium; si autem inter dominum & famulum non conuenit de pretio, tenetur dominus soluere summam pro qua alios conducere consueuit. not. per Archid. in c. sunt nonnulli. 1. q. 1. per l. si non sortẽ. §. libertus. ff. de condit. indebit. aliàs ei satisfiet arbitrio boni viri; & si famulus promisit seruire per annum in rure, & transacto hieme vult discedere non habebit medium salarium, sed computabitur crassum cum macro secundùm Bar. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. sol. matrim. & si aliquo tempore dicti anni fuerit infirmus nõ tenebitur supplere illud tempus, secundùm glo. in c. si pro tua. de rescript. in 6. vide Silu. in verbo, familia. num. 4. 5. & 6. & de hoc vide supra, cap. de Locato, ad finem.

Restituere non tenetur ablatum furãs pro sibi satisfaciendo, pluribus tamen concurrentibus, vt nõ peccet, secundùm Ricard. in 4. dist. 15. & hæc sunt; Primò, quòd non sit dubius an debeat habere, vel non, & creditum sit sibi liquidum. argum. cap. indecens. 11. q. 2. Secundò, ꝙ nõ possit suum habere in iudicio, quòd tunc contingit quando non habet eum qui velit testificari, aut iudicis præsentiam, aut non sperat probabiliter iustitiam. Tertiò, quòd non sit verisimile sequi scandalum, aut grauamen alijs. cap. nemo debet. de reg. iur. in 6. Quartò, ꝙ non immineat illi periculum famæ ex hoc, quòd res ventura sit ad lucem, nam qui odit famam suam crudelis est. c. nolo. 12. q. 1. Quintò, quòd non immineat periculum propriæ personæ, quia hoc est set tentare Deum. arg. cap. quæritur. 22. q. 2. Sextò, quòd conscientia sit stabilis, ita quòd nil fiat contra eam, nec putet se venturum in tentationẽ peccati mortalis, paratus scilicet periurare si interrogaretur. arg. cap. periurare. 22. q. 5. peccat ergo non seruando prædicta sibi faciens ius, sed satisfacere nõ tenetur, nisi plus debito sibi accepisset, vel nisi non restituendo immineret aliquod de prædictis malis, cui obuiaretur restituendo, quo casu peccaret, sed non teneretur restituere. arg cap. cum ex iniuncto. §. super eo. de oper. noui nunciat. vide Silue. in verbo, furtum. num. 17. & dixi tract. de Præcepus Decalogi, sub cap. de Furto. 98

to. & cap. de Compensationibus.

Alij casus, in quibus in speciali restitutio est facienda, videantur plenius per totam hanc Summam.

SVMMARIVM.

1 Iustitiæ partes annexæ quæ sint.

De partibus potentialibus iustitiæ, idest partibus ei annexis. *Cap. LXXIX.*

D. Tho. 2. 2. q. 80.

1 Iustitiæ partes annexæ quæ sint.

VNica propositio. Conuenienter assignantur partes iustitiæ annexæ, vel virtutes, scilicet religio, pietas, obseruantia, veritas, gratiæ, vel gratitudo, vindicatio, liberalitas, & affabilitas.

Ratio, nam in virtutibus, quæ alicui principali adiunguntur, duo considerantur; primò, quòd illæ virtutes in aliquo cum illa principali cõcurrant; secundò, quòd in aliquo deficiãt ab eius perfecta ratione, sed quia iustitia est ad alterum, omnes virtutes quæ ad alterũ sunt, possunt iure iustitiæ annecti. Ratio verò iustitiæ est, quòd alteri reddat quod ei debetur secundùm æqualitatem, dupliciter ergo virtus ad alterum existens à ratione iustitiæ deficit; primò, quatenus à ratione æqualis deficit; secundò, quatenus deficit à ratione debiti, quædam enim virtutes alteri debitum reddunt, sed non possunt reddere æquale, vt ꝙ Deo ab hominibus debetur. Psal. 115. Quid retribuã Domino, &c. & sic religio iungitur iustitiæ, quæ Deo cultum, vel cæremoniam affert. Secundò, parentibus æquale reddi non potest. 8. Ethic. cap. 3. & sic pietas iungitur iustitiæ per quam sanguine iunctis, & patriæ officium, & diligens cultus tribuitur. Tertiò, virtus non potest æqualiter compensari, & sic ponitur obseruantia, per quam homines honore antecellentes quodam cultu honorãtur. Quo verò ad rationem debiti, iustitiæ defectus attenditur secundùm quòd est duplex debitum, morale, & legale; legale ad quod reddendum quis lex astringit, & huiusmodi debitum attendit propriè iustitiam, quæ est principalis virtus, debitum morale est quòd quis debet ex honestate virtuti, & cum debitum dicat necessitatem; ideò huiusmodi debitum habet duplicem gradũ, vnum sine quo honestas morum seruari non potest, & sic ponitur veritas, qua dictis & factis talem se homo exhibet vt est; potest & attendi ex parte eius cui debetur, prout quis recompensat alicui secundùm ea quæ facit, quandoque in bonis, & sic ponitur gratia, in qua continetur memoria amicitiarum, & officiorũ; quandoque in malis, & sic iungitur iustitiæ vindicatio; per quam vis, iniuria, vel quicquid obscurũ est, propulsatur; aliud debitum confert ad maiorem honestatem, sine qua tamẽ honestas seruari potest, quod debitum attendit liberalitas, affabilitas, vel amicitia.

SVMMARIVM.

1 Religio quid sit, quot modis sumatur, & vt hic, cum eius laudibus.
2 Religio ordinat hominem ad Deũ.
3 Religio est virtus.
4 Religio est vna virtus.
5 Religio est specialis virtus.
6 Religio est virtus moralis.
7 Religio præfertur alijs virtutibus moralibus.
8 Religio habet interiores, & exteriores actus, & quos.
9 Religio an sit idem sanctitati.

De singulis partibus dictarum virtutum, & primò de Religione. *Cap. LXXX.*

NOtandum, quòd Religio est virtus disponens hominem ad Deum colendum, & honorandum, ad quam ordinantur tria prima præcepta Decalogi, quæ sunt de actibus eius. D. Tho. 2. 2. q. 81.

1 Religio quid sit, & quot modis sumat, & vt hic, cum eius laudibus.

Secundò, notandùm, quòd Religionis nomen sumitur multipliciter; Primò, pro secta, & doctrina de rebus diuinis, vt dicitur Christiana Religio, Mosaica, &c. de quo Cicero orat. pro Pompeio, dicit: Gentes

Gentes pro sua religione bella suscipiunt. & de hoc agit Aug. lib. de vera religione; secundò, sumitur pro anxia cura, à Cicerone lib. de claris Oratoribus, & de aruspic. resp. tertiò, sumitur pro conscientiæ scrupulo; quartò, pro cœremonia, & cultu externo. Num. 19. Exodi 12. vltimò, accipitur pro functione iusti, & debiti officij, idque dupliciter, primò, vt se extendit ad omnem debiti officiū, vt accipit Cic. act. 7. in Verrem. secūdò, vt significat non in vniuersum omnem officij functionem, sed peculiare id, quod est Deo debitum cultum exhibere: vt dicit hic D. Thom. art. 1. in respon. ad secundum. & sic sumitur hic; & dicitur Religio ab etimologia vocabuli, quia per eam homo Deo religatur: vt dicit August. lib. de vera relig. Lactant. lib. 4. cap. 28. propè finem. vel quia diuina sunt reeligenda, & reuoluenda frequenter, cum beatum hominem reddant: vt dicit August. lib. 10. ciuit. cap. 4. & Isid. lib. 10. etimol. cap. 17. quam quidem virtutem omnes gentes, naturali lumine Deum cognoscentes semper excoluere, licet in eius electione errarint: vnde Plin. lib. 14. Religione vitam constare dicit, & Cic. d. act. 6. in Verrem. omnes religione mouentur, & Deos patrios, quos à maioribus acceperunt, colendos sibi diligēter, & retinendos arbitrantur. Vnde Timoleons Corinthius superato Dionisio, paternam domum in vsum templi vertit: vt dicit Sabell. lib. 4. & Pompeius capta Hierosolima militē direptione prohibuit, & Alexander ea occupata, summum Sacerdotem sibi obuiam venientem venerabundus suscepit, & velut numen quoddam adorauit: vt idem dicit, & alij per multi, quos retuli lib. de Ciue, sub cap. de Religione Ciuis.

Et ita Religio est virtus qua cultus debitus Deo exhibetur, honor, vel reuerentia, idest existimatio vera de Dei maiestate animo, & signis externis explicita per reuerentiam ei exhibitam, cum hæc virtus habeat pro scopo gloriā Dei. 8. Ethic. cap. 8. Tob. 11. Eccles. 43. II. 24. Ezec. 39. vt eius bonitas, & maiestas omnibus innotescant. Rom. 6. vnde & Deus per sacrificium laudis se honorari dicit. Psalm. 26. & 49. His ita notatis.

Prima sit propositio. Religio ordinat hominem solùm ad Deum propriè; probatur ex Cic. lib. de Inuentione. & Aug. lib. 83. qq. q. 21. dicente: Religionem esse virtutem, quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocamus, cultum, cœremoniamq́; affert, cui per excessum opponitur superstitio, per defectum, infidelitas: vt dicit Aug. lib. de vera & falsa relig. & lib. 6. ciuitat. & Quint. lib. 8. cap. 3. & Cic. lib. de partitionibus oratorijs, cum Deo religet, vt supra est dictū, & respiciat Dei cultum. 2 Religio ordinat hominem ad Deum.

Secunda propositio. Religio est virtus; probatur ex Cic. lib. de Inuentione. Aug. lib. 83. quæst. q. 21. cum Deo honorem debitum reddat, quòd virtutis est, & actum bonum faciat, & bonum eam habentem. 3 Religio ē virtus.

Tertia propositio. Religio est vna virtus; probatur Eph. 4. quia ratio formalis obiecti eius est vna, scilicet cultus Dei, quatenus est primum principium creationis, & gubernationis rerum. 4 Religio ē vna virt⁹.

Quarta propositio. Religio est specialis virtus ab alijs distincta, quia respicit singularem cultum debitum supremæ diuinæ excellentiæ. 5 Religio ē specialis virtus.

Ex his sequitur, quòd proprius & adæquatus effectus religionis, est exhibere Deo debitum cultum, & honorem, siue orando, siue sacrificia offerēdo, siue honestè viuendo; qui cultus in eo consistit, vt homo opere, & verbo profiteatur diuinam eminētiam, scilicet Deum esse omnium principium, & gubernatorem. Ps. 117. & nostram indigentiam; sunt verò quædam actiones, quibus sua vi competit vt sint protestationes diuinæ excellentiæ, vt sunt sacrificia, & orationes ad Deum fusæ, nam dum sacrificādo bona nostra Deo offerimus, & orādo petimus, vt is bona sua nobis largiatur, cum profitemur factorem, & authorem omniū bonorum, & nos ab eo omnino pēdere. Aliæ sunt res q̄ sui natura non sunt protestationes diuinæ excellentiæ, vt facere eleemosynas, castè viuere, sed quis id agit, vt ijs protestetur, se Deo, à quo rectè viuēdi normam accepit, esse subiectum, erunt testimonia diuinæ excellentiæ, &

pertinebunt ad religionem, & possunt dici sacrificia: vt dicit hic D. Th. ad primum. sic tamen vt prima eliciantur ex ipsa religione, & sint proprij actus illius, secunda verò à religione solùm imperatiuè eliciantur.

6 Religio ē virtus moralis.

Quinta propositio. Religio non est virtus Theologica, nec intellectualis, sed moralis, & annexa iustitiæ; probatur 1. Cor. 13. vbi tantum fides, spes, charitas, enumerantur virtutes præcipuæ, & ex vsu ecclesiæ, quæ illas tantum ponit inter virtutes Theologicas: & quia non respicit immediatè Deum, vt obiectum, sed tantum cultum, & reuerentiam, quam quis exhibet Deo.

Ex his sequitur, ꝙ Religio non est virtus Theologica, cum ad eam requiratur, ꝙ habeat Deum pro obiecto nō tantum principali, sed etiam immediato, vbi morales ipsum immediatè non respiciunt, sed sunt circa ea quæ ordinātur in Deū; Religio tamen aliquo modo Deum respicit, ideò est & illis excellentior.

7 Religio ꝓferē alijs virtutibus moralib᷒.

Sexta propositio. Religio est pręferenda alijs virtutibus moralibus; probatur Exo. 20. vbi primum ponuntur præcepta pertinentia ad Religionem, & postea illa quæ pertinēt ad alias virtutes; & quia propinquius quàm aliæ respicit Deum, qui est vltimus finis, in quem omnia obiecta virtutum moralium tandem referuntur.

8 Religio habet interiores, & exteriores actus, & quos.

Septima propositio. Religio habet interiores, & exteriores actus; probatur Psal. 81. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

Ratio, nam Deo reuerentiam exhibemus nō ob seipsum, quia ex se est gloria plenus, cui nil à creatura adijci potest, sed propter nos, quia per hoc ꝙ Deum reueremur, mens nostra ei subijcitur, & in hoc eius perfectio consistit, quia per hoc quælibet res perficitur, ꝙ subditur suo superiori, vt corpus per hoc ꝙ viuificatur ab anima, & illuminatur à sole, mens verò humana vt iungatur Deo, eget sensibilium manuductione, inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt, conspiciuntur. Rom. 1. ideò in diuino cultu oportet aliquibus corporalibus vti, vt ijs quasi signis hominis mens excitetur ad spiritnales actus, quibus Deo coniungitur, ideò Religio habet interiores actus, vt principales, & per se ad Religionem pertinentes, vt actus deuotionis, & orationis, vouendi, & iurandi, exteriores verò quasi secundarios, & ad interiores actus ordinatos, & exteriora Deo exhibētur, vt signa interiorum, & spiritualium operum, quæ per se Deus acceptat. D. Tho. d. q. art. 7. in corp. & ad secundum. vt sunt genuflexiones, prostrationes, adoratio, &c.

Ex his colligitur, quòd cœremoniarū externus cultus licitus est, & vtilis: vt latè probaui tract. de Sacrament. in fine, sub tract. de Sacramentalibus, sub cap. de cœremonijs. & probat Petrus de Aragon, hic prima, & secunda conclus. quæ eatenus sunt gratæ Deo, quatenus ordinantur ad pietatem internam, qua homo per intellectum, & voluntatem Deo coniungitur, quæ tamen vitiari possunt, si nimiæ sint, vel superfluæ, cum non possint percipi sine magna animi cura, ex quo fit vt animus earum obrutus multitudine ob res sensibiles in ijs extantes, potius obruatur, quàm excitetur ad diuina. Secundò, quòd id pariat temporis iacturam, ꝙ in vtilioribus consumi debet. Tertiò, quòd ex nimia earū frequētia homines inducuntur, vt in ijs putēt totam, vel præcipuam partem pietatis sitam esse. Dicuntur verò nimiæ cū tales sunt quibus Deus se coli non vult, vt si tauri agitentur in alicuius sancti honore, quòd saltationes impudicæ in processionibus fiant, quòd imagines prophanæ vestiantur, inutiles, si nil, vel parum conducunt ad pietatem; & probatur Isa. primo. Vitiantur demum ex vitio eorum, qui ijs abutuntur, vt dicit hic Aragon.

Octaua propositio. Religio idem est sanctitati secundùm rem, differt tamen ratione. 9 Religio ꝓ sit idē sanctitati, vel non.

Ratio, nam nomen sanctitatis duo videtur significare; Primò, munditiam, dicitur enim gręcè, hagios, idest sine terra. Secundò, dicit firmitatem, vnde sancta dicebantur ꝗ ex lege violare nō licebat, & sancitum dicitur, ꝙ est lege firmatū, potest tū secundùm latinos sanctus dici, quasi

quasi sanguine tinctus, quia olim qui purificari volebant, sanguine hostiæ tingebantur, & vtraque significatio competit, vt sanctitas tribuatur ijs quę diuino cultui applicatur, quia munditia est necessaria, vt mens Deo applicetur, nam mens humana inquinatur ex eo quòd rebus inferioribus iungitur, vt quælibet res ex immixtione peioris sordescit, vt argentum ex mixtione plumbi; oportet verò vt mens ab inferioribus abstrahatur, vt superioribus possit coniungi, ideò mens sine munditia Deo applicari non potest. Hebr. 12. firmitas etiam exigitur, vt mens Deo applicetur, quia applicatur ei vt vltimo fini, & primo principio, huiusmodi verò oportet esse maximè immobiles. Rom. 8. certus sum, quia neque mors, neque vita, &c. poterit nos separare à charitate Christi, &c. & sic sanctitas dicitur quæ se & suos actus applicat Deo: vnde non differt à religione, sed solùm ratione; nam religio dicitur quatenus Deo reddit debitum famulatum in ijs quæ pertinent ad cultum diuinum, vt in sacrificijs oblationibus, &c. Sanctitas verò non solùm secundùm q; homo hæc, sed aliarum virtutum opera refert in Deum, secũdùm quòd homo se dispo nit per bona quædam opera ad cultũ diuinum pertinentia, & sanctitas ordinata, ordinat per imperium actus omniũ virtutum in bonum diuinum, vt iustitia legalis in bonum commune. D. Thom. d. q. art. 8. in corp. & ad primum.

Et ita idem numero habitus quatenus colit Deum per actus à se elicitos dicitur religio, vt sacrificare, orare, &c. quatenus verò actus aliarum virtutum assũmit, & imperat ad cultum Dei, dicitur sanctitas, vt facere eleemosynam castè viuere &c. cum supra sit dictum religionem aliquos actus producere, alios imperare. Differt tamen religio à sanctitate, quòd illa directè respicit ea quæ specialiter pertinent ad diuinum cultum, vt cœremoniæ, sacrificia, orationes, oblationes; sanctitas verò directè respicit mẽtem quam mundat, & firmat vt Deo applicetur, qua mente sic mundata mediãte, tum religionis, tum aliarum virtutũ opera respicit, vt per ea mentem applicet Deo. Vnde aliquis potest habere religionem incumbendo sacrificijs, &c. qui careat sanctitate, non autem contra: vt dicit hic Aragon.

SVMMARIVM.

De actibus religionis, & primò de Deuotione.

Cap. LXXXI.

Notandum, quòd Deuotio est actus interior religionis per quam quis totaliter se Deo subdit, & est voluntas tradendi se promptè ad ea quę pertinent ad Dei famulatum, cuius causa extrinseca est Deus, intrinseca meditatio, & contemplatio qua concipit quomodo se tradat homo diuino obsequio, & dicitur à Bernar. serm. 16. in Cant. vnguentum animæ dolorem leniens; & osculum diuinum ab eod. serm. 9. & 31. in Cant. cum animæ deuotæ vicissim appareat & dispareat Christus spõsus; qua deuotione, anima dulci melli diuini amoris, sui oblita impinguatur, & adhuc in terris existens diuino fruitur consortio, vt dicit Aug. in Psal. 85. qua repletus beatus Franciscus ita ardenter Domini stigmata meditabatur, vt eius manibus, pedibus, ac lateri eorum signa impressa sint, & Diuus Thomas Aquinas dum diuinam cõtemplaretur naturam, supra terram cubitali altitudine est eleuatus, quòd & Beatæ Mariæ Aegyptiacæ oranti contingebat: vt dicit Sabell. lib. 2. & alij quos recensui tract. de Ciue, sub cap. de Deuotione Ciuis. His ita notatis.

D. Tho. 2. 2. q. 82.

1 Deuotio quid sit, cum eius laudibus.

Prima sit propositio. Deuotio est specialis actus voluntatis, quia eo quis prom-

2 Deuotio est specia-

lis actus volũtatis. promptè vult exequi omnia, quæ pertinent ad Dei famulatum, & ita se totum tradit cultui diuino.

3 Deuotio est actus religionis. Secunda propositio. Deuotio est actus religionis, quia respicit cultum Dei, qui maximè cernitur in omnibus quæ pertinent ad Dei famulatum.

4 Deuotionis causa quid sit. Tertia propositio. Contemplatio, vel meditatio, maximè maiestatis diuinæ, & beneficiorum Dei erga nos, & defectuum propriorũ quibus agnoscit quis se Deo niti debere est deuotionis causa ntrinseca, Deus verò eius est causa principalis licet extrinseca; probatur Ps. 38. In meditatione mea exardescet ignis: vnde quotidiè hæc sunt meditanda, vt dicit hic Caiet.

5 Deuotiõis effectus e lætitia, & an efficiat tristitiam. Quarta propositio. Lætitia est deuotionis effectus per se & primò, secundò, efficit tristitiam lætitia spiritualis, nam oritur ex contemplatione diuinæ bonitatis, à qua præcipuè venit deuotio: Tristitia verò eo quòd quis nondum fruitur Deo.

SVMMARIVM.

1 Oratio vnde dicatur.
2 Orationis descriptiones variæ, cum eius laudibus.
3 Oratio quotuplex sit.
4 Oratio est actus practicæ rationis, non appetitiuæ.
5 Orare conueniens est ob eius bona.
6 Orationis fructus qui.
7 Oratio est actus religionis, & qualis.
8 Oratio an sit quandoque in præcepto, & quomodo.
9 Orari debet solus Deus, vt concessor, sancti vt obtentores ex merito.
10 Orare an possint extantes in purgatorio.
11 Orando aliquid determinatè est petendum, aliquid sub conditione, & quomodo.
12 Temporalia vt sint petenda à Deo.
13 Orare pro alijs licitum est, conueniens, & vtile, & an aliqui ab oratione sint excludendi.
14 Orare pro inimicis vt opus sit, & quomodo.
15 Oratio Dominica, septem petitiones ordinat conuenienter.
16 Orare est proprium rationalis creaturæ, & quid de peccatoribus.
17 Sancti in cœlis extantes orant pro nobis.
18 Oratio an debeat esse vocalis, & quæ.
19 Oratio debet esse attenta, & quomodo.
20 Oratio an debeat esse diuturna, & quomodo.
21 Oratio est meritoria, & cum certis conditionibus impetratoria.
22 Peccator an exaudiatur orando, & quomodo.
23 Orationis partes quæ sint.

De Oratione. Cap. LXXXII.

Notandum, quòd Oratio dicitur, quasi oris ratio: vt dicit Isidorus lib. 10. etimolo. cap. 4. sic significans quemcunque sermonem exterius prolatum, si verò accipitur sermo prolatus arte adhibita, tunc magis propriè dicitur oratio, & si adhuc ea significatur sermo, ore, vel animo prolatus cum obsecratione, & petitione coniuncta, sic proprijssimè dicitur Oratio, de qua in præsenti est sermo. D.Tho. 2. 2.q.83. 1 Oratio vnde dicatur

Secundò aduertendum, quòd Oratio vltimo modo sumpta variè describitur, vel diffinitur, nam Damasc. lib. 3. de fide, cap. 24. dicit: Orationem esse ascensum intellectus ad Deum, vel petitionem decentium à Deo. Augustin. serm. de oratione, & ieiunio. dicit: Orationem esse pium affectum mentis ad Deum, vel rerum inuisibilium inquisitio; vel pius nostræ mentis affectus quo petuntur fideliter quæcunque nobis, vel alijs salutaria existunt, & in diuinas laudes tollimur, vel vt ad Deum ascenditur: vel, Oratio est expressio desiderij propter bonum adipiscendum, vel malum remouendum, informata per verbum interius, vel exterius: Vel, actus rationis practicæ voluntatis desiderium explicantis, & ab alio aliquid postulantis. 2 Orationis descriptiones variæ, cum eius laudibus.

Dicitur

Dicitur rationis practicæ, quia licet ratio, & voluntas ad orationē concurrāt, tamen propriè est actus rationis non voluntatis, cum sit petitio quædam, petitio verò est intimatio, ac locutio, vnde pertinet ad rationem, & intelligentiā. Mat. 7. Petite, & accipietis. vnde & Bas. oratione 5. in Iulitam. dicit, ꝙ oratio est boni cuiusdam petitio, quæ à pijs ad Deum effunditur, & Nissenus orat. 1. de orat. Dom. dicit, ꝙ oratio est conuersatio, & sermocinatio cum Deo, idem Chris. homil. 30. in Gen. & orat. 2. idem Niss. ꝙ oratio est petitio bonorum quę Deo cum supplicatione offertur. Dicitur orationis practicæ actus esse, quia non ad cognitionem, sed ad impetrationem ordinatur. Dicitur esse actum rationis explicantis desiderium voluntatis, cum enim intellectus, & affectus ad orandum concurrant: affectus concurrit optando id bonum quo caret; intellectus verò desiderium illud explicando, & proponendo; vt & rem quam per appetitum optamus per linguam postulamus. Dicitur, ab alio aliquid postulantis, nam desiderium voluntatis, si est in nostra potestate, nō exprimitur à ratione per modum postulantis, sed per modum imperantis, sed si in aliena est potestate, tunc exprimitur per modum postulātis. Ex his diffinitionibus, hæc sic explicata, quæ est D. Tho. est bona, vt & aliæ, & maximè illa Damasceni, & secunda Nisseni.

3 Oro quotuplex sit. Tertiò, obseruandum, ꝙ oratio diuiditur in publicam, & priuatam: publica à sacerdotibus nomine totius populi, vt publicis ministris in templo præsertim ritè celebratur, & priuata quæ ad singulos pertinet, de qua 1. Tim. 2.

Secundò, diuiditur in mentalem tantum, & mētalem & vocalem simul, quæ mentalis pręcipuè vtilis est, cum ea protestetur homo quòd Deus est scrutator cordis: vt dicit Ambro. lib. 6. de sacram. cap. 4.

Tertiò, diuiditur in orationes, postulationes, obsecrationes, gratiarum actiones. 1. Tim. 2. & sequitur sanctus Hilar. in Psalm. 140. Ambros. lib. 6. de sacram. cap. 5. August. ep. 59. ad Paulinum. q. 5. Bern. serm. 4. de quatuor modis orandi.

His ita notatis.

Prima sit propositio. Oratio non est actio appetitiuæ virtutis, sed practicæ rationis; probatur ex Isidor. lib. 10. etimol. cap. 4. & 14. quo quis ordinat, vel decernit aliquid per alium faciendum, non id imperando, sed ad id introducendo, & quasi disponendo alium, indicando scilicet ei proprium desiderium; & ita oratio est actus intellectus practici, idest, petitio, iuncto tamen actuꝭ voluntatis, quo verè cupit ab alio fieri quòd ipse cupit, & præcipit per imperium, idest motionem ad opus, quò ad se, qui est actus intellectus practici. 4 Oratio est actus practicæ rōnis, nō appetitiuæ.

Secunda propositio. Conueniens est orare; probatur Lucæ 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere: vbi, & subditur, parabola de vidua, quæ importunitate petendi extorsit à iudice sęuo iustam sententiam, ergo magis à pio Deo. Matth. 13. vigilate, & orate. Eccles. 8. non impediaris orare semper. Vnde & à Chris. hom. 30. in Gen. oratio dicitur colloquium cum Deo, magnum bonum, magnus portus, refugij locus, & magna arma, eadem etiam dicitur pudicitiæ præsidium atque tutamen, iræ moderatio, superbiæ repressio, iniuriarum expurgatio, inuidiæ profligatio, iniustitiæ sublatio, impietatis correctio, virginitatis sigillum, matrimonij fœdus, viatoribus baculum, dormientium custos, vigilātium fiducia, agricolarum fertilitas, nauigantium salus, corporum robur, abundantia domus, recta iuris, ac legum in ciuitate constitutio, regni vires, belli trophæum, pacis securitas, dissidentium conciliatio, coniunctorū conseruatio, reorum & causam dicentium patrona, nexorum solutio, fatigatorum requies, mœrentium consolatio, gaudentium delectatio, lugētium solatium, morientium funus, natalitij festi celebratio: vt dicit Gregor. Niss. lib. de oratione, circa principium. 5 Orare cōueniēs est ob eius bonum.

Et quod oratio sancta, ac bona, ac necessaria sit, probat sanctus Cypr. in exposit. orationis Dominicæ, sub init. Chrisost. libr. 1. de orando Deum, dicens, vt corpus nostrum, si nō adsit anima, mortuum est, & fœtidum, sic anima nisi se

incitet ad orandum, mortua est, & misera, ac grauiter olens. Aug. in Psal. 118. conc. 17. Gregorius libro 18. Moralium, cap. 3.

Ratio, nam ex diuina prouidentia disponitur non solùm qui effectus fiant, sed etiam ex quibus causis, & quo ordine. Inter alias verò causas, sunt etiam quorundam causæ actus humani, vnde oportet hominem agere aliqua, non, vt per suos actus diuinam dispositionem immutent, sed vt per eos impleant quosdam effectus secundùm ordinem à Deo dispositum, & idem est in naturalibus causis, & in oratione, quia non oratur, vt diuina dispositio immutetur, sed vt id impetretur, quòd Deus disposuerat per orationes sanctorum implendum; nec Deus oratur, vt ei nostræ indigentiæ, & desideria manifestentur, qui omnia videt, sed vt consideremus in his esse recurrendum ad diuinum auxilium.

Et quòd Deus plures res concedat media oratione; probatur 3. Regum 3. vbi Dominus dixit Salomoni, quia postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce dedi tibi cor sapiens &c. & Dan. cap. 9. habetur: Adhuc me loquente in oratione mea, ecce vir Gabriel quē videram in visione à principio, citò volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me &c. & Esa. 38. habetur Deum propter orationem tempus vitæ Ezechiæ quindecim annorum produxisse, & ob eandem Niniuitis impunitatem concessisse. Ionæ 3. Et Deus multa pollicetur se facturum orationis gratia. Matth. 6. Petite, & accipietis, & infra; omnis qui petit accipit. cap. 17. hoc genus dæmoniorum non eijcitur, nisi in oratione, & ieiunio. Iacob. 5. orate pro inuicem, vt saluemini; vnde & Augustinus lib. 15. cap. 14. de Trinit. & libro 5. de ciuitat. cap. 10. ait: preces valent ad ea impetranda, quæ se petentibus concessurum esse præsciuit Deus; & sermone de sancto Stephano, ait: si sanctus Stephanus sic non orasset, ecclesia Paulum non haberet; & habetur etiam Psalm. 105. si non Moyses electus eius stetisset in conspectu eius, & idem dicit sanctus Prosper. libro secundo, de vocatione gentium, cap. vltimo.

Et ita non obstat quin orandum sit, qp Deus omnia cernat, & præuideat, & eius scientia infallibilis sit, quia scientia Dei stat cum contingentia rerum, & multa Deus vult concedere, sed medio orationum, vt supra.

Multi porrò orationis sunt fructus: primò enim est satisfactoria pro peccatis: vt dixi tract. de Pœnit.

Secundò, est meritoria maioris gratiæ, & gloriæ, etiam si non impetretur, quod petitur.

Tertiò, est impetratoria, ea enim homo impetrat peccatorum remissionem. Lucæ 18. & multa alia beneficia supra relata; vnde orante Moyse, & Samuele hostes vincuntur. Exodi 17. 1. Regum 7. & dum orat Hieremias confortatur in carcere. Hierem. 32. Daniel orans inter leones exultat. Daniel 6. Tres pueri in fornace tripudiant. Daniel 3. Susanna à falsis testibus liberatur. Daniel 13. Latro inuenit paradisum. Lucæ vigesimotertio; & Stephanus in cœlum suscipitur. Act. 7.

Præterea oratio mentem illustrat, vt contigit Moysi. Exod. 34. inflammat charitatem, & mentem ad maiora beneficia suscipienda capaciorem reddit: vt dicit Aug. lib. 2. de serm. Domini in Monte, cap. 7. Auget humilitatem, & castum timorem, cum homo orando se cognoscat esse Dei mendicum, ob quod humiliatur, & cauet ne eum lædat, cum assiduo eius ope egeat. Gignit cōtemptum rerum temporalium, si frequēs sit, cum terrena ei vilescant, qui diuina speculatur, vt dicit Augustinus libro 9. confess. cap. 1. & 10. parit etiam delectationem magnam, gustando quàm suauis sit Dominus, quòd ex eo colligitur cum aliqui in oratione pernoctarint, vt Isaac Abbas, Sanctus Antonius, Pastumius & alij, de quibus dixi tract. de Ciue, cap. de oratione, & etiam oranti addit honorem, cū Angeli illam animam honorent quam vident cum Deo crebro loquentem, vt ait Chris. lib. 1. de orando Deo. Fides, & spes ea alitur, quia quo frequentius quis orat, eo magis eius fides accenditur.

6 Orationis fructus q.

Tertia

7 *Oratio est actus religionis, & qualis.*

Tertia propositio. Oratio est actus religionis, & præcipuus post deuotionem, probatur ex gl. in Ps. 140. in id dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, & ex Dion. de diu. nom. cap. 3.

Ratio, nā ad religionem pertinet Deo reuerētiam exhibere, ideo ea omnia per quæ Deo reuerentia exhibetur pertinēt ad religionem, per orationem vero homo Deo reuerentiam exhibet, quatenus scilicet ei se subijcit, & profitetur orando se eo egere vt authore suorum bonorum, vnde est actus religionis, & post deuotionem quæ pertinet ad voluntatem, oratio quæ pertinet ad partem intellectiuam est præcipua inter actus religionis D. Th. d. q. ar. 3. in corp. & ad 4. Ampliatur vt etiam orationes fusæ ad Deū metu in periculo sint actus religionis quia talis actus ex genere pertinet ad religionem cum sit protestatiuus diuinæ excellentiæ, nec timor mutet conditionem eius.

8 *Oratio an sit qñque in præcepto, & quomó.*

Et nedum oratio est actus religionis, sed etiam aliquibus casibus est in præcepto. Vnde oratio in genere & in communi cadit sub præcepto naturali, & diuino quia ratio naturalis dictat Deum esse colendum, sed præstantissimus cultus qui Deo potest exhiberi, est cultus orationis, quia ea profitemur Deū esse principium omnium bonorum, & nos ab eo totaliter pendere, ex quo honor Dei resultat, vnde cadit sub præcepto naturali, & diuino, vt innuitur. Io. 16. vsq; modo non petistis quidquam in nomine meo, petite & accipietis. Quod etiam quis priuatim oret, cadit sub præcepto diuino. Matth. 7. petite & accipietis. Luc. 18. oportet semper orare, quod verbum est necessitatis, vt d. Chris. ibi Matth. 18. vigilate & orate, vbi Hier. d. eum cadere intētationem qui negligit orare. Matth. 5. orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Sed quia hoc præceptum est affirmatiuum obligat semper, sed nō pro semper, sed debito loco & tempore. Et primo cum homo est constitutus in aliquo graui periculo corporis, & animæ tenetur orare, vt cum graui tentatio ne vexatur. Matth. 26. quia sine auxilio Dei ab ijs quis nō liberatur, ad qđ impetrandum opus est oratione, vt medio, q̧ Sara fecit in periculo constituta. Tob. 3. Ester. ester. 14. Iudith, & alij, secundo, cū homo tenetur se ad Deum conuertere, quod est instans rationis tempus, & vitę extremum, vel adest necessitas sumendi Eucharistiam, quia hęc conuersio nō potest fieri sine speciali auxilio ad quod impetrādum medium opportunum oratio est; tertio cum proximus in graui periculo corporis, vel animæ versatur, & si est publicum periculum & damnum, est publice orandum, alias sat est priuate, probatur. Eph. 3. Io. 15. & explicat Cipr. lib. 1. ep. 1. vnde cum ecclesia est in graui necessitate tenentur Christiani pro ea orare. Non est tamen, vt plurimum mortale cessare ab oratione pro alio, quia si est necessitas spiritualis ipse sibi potest superesse, si corporalis, nō est certum quod subsidium sit oratio statuta, cum corporalia & terrena sint cum conditione petenda, vt infra; pro se autem cessare orare si sibi sit notum ea die casurum in aliquod periculum graue animæ vel corporis, & negligat orare, peccat mortaliter; vt & si nunquàm homo oraret, licet per impossibile, alia omnia mandata impleret; cessans tamen orare vno tantum peccato peccat vt d. hic Aragon.

Ex quo sequitur etiā, quod orationes publicæ quæ fiunt à certis personis certo loco & tempore sanctissimè sint constitutæ, vt idem d. & explicabitur suo loco, inferius, quia cum oratio sit facienda iure naturali, & diuino, ad ecclesiam spectat determinare modū quo sit fienda.

9 *Orari dēt solus De' vt concessor, sancti vt obtētores, ex merito.*

Quarta propositio. Deus solus debet orari, vt authore, principalisque causa donorum supernaturalium gratiæ & gloriæ, quæ per orationem in primis petimus, & vt petitum per eum debeat adimpleri; beati vero vt per ipsos obtinēdum, primum patet Psal. 83. secundum, probatur. Iob. 5. voca si est qui tibi respōdeat, & ad aliquem sanctorum conuertere, & Tob. 12. dicitur angelum Deo orationes offerre, quod est intercedere pro orantibus Zac. 1. vbi Angelus orat pro populo Ierusalem. 2. Mac. 15. vbi Onias dicitur orare pro populo Iudæorū, &

& Exo.32. legatur Moisen Deum orasse pro peccato populi ne irasceretur cõtra eum,& Dan. 3. Azarias orabat pro se & socijs.Iob.c.vlt.ite ad seruum meum, ille orabit pro vobis, & faciem eius suscipiam.

Ex Cõc.probatur,in Conc.Calcedon. act.11.vbi habetur. Flauianus post mortem viuit, martir pro nobis orat. Conc. Gen.6.c.7.d.solo Deo creatore adorato, inuocet Christianus sanctos,vt per se intercedere apud maiestatem diuinam dignentur.8.Sin.Gen.act.6.in fi.Conc.Geruden.c.3.Aurelian.1.c.29. Mogunt.ca. 33.Tolet.5.c.1.Tolet.2.c.2. Bracar. 2.c. 9.vnde & Gregorius litanias indixit tempore pestis,vt habet Strabo, libr. 1. vitæ eius c.42.43.

Ex patribus Dion. eccl. hier.c.7.Iren. lib.5.vltra med. Arh. serm.in Euang.de sanctissima Deipara. Basil. oratione in 40.Martires, Naz. oratione in Cipr. in med. Chris.hom.66.ad Pop.Niss.oratione in S.Teodorum. Citill. Cath.5.mist. Dam.lib.4.c.16.Ilar.in Ps.129.Amb.lib. de viduis vltra med. Hier. in epitaphio Paulæ.Vale ô Paula, & cultoris tui vltimam senectutẽ orationibus iuua. Aug. tr.84.in Io.Leo.serm.5. de Epiph. Bern. sermo.2. super Missus est, & alij omnes.

Ratione probatur, nam oratio alicui porrigitur dupliciter,primo,quasi per ipsum implenda,secundo,vt per ipsum impetrando, primo modo, soli Deo oratio porrigitur,quia omnis oratio nostra debet dirigi ad gratiam & gloriam consequendam, quæ solus Deus dat. Psal.83. gratiam & gloriam dabit dominus, secundario porriguntur orationes sanctis Angelis,& hominibus non vt per eos nostras Deus petitiones cognoscat, sed vt eorum precibus, & meritis nostræ orationes sortiantur effectum, vnde ecclesia à S. Trinitate petit vt misereatur,à sanctis vt orent pro nobis, qui & in verbo cognoscunt ea quæ circa nos aguntur, & maxime petitiones nostras ad eos verbo vel corde factas, Deo manifestante. D.Thom.d.q.art.4.in corp.& ad 2.

Idem etiam comprobatur miraculis, quibus constat sanctos audire prçces viuentium & eas exaudisse quæ commemorat.Teod.lib.5.hist.c.24. & lib.8.ad Grecos.Amb.serm.de S.Agnete.Aug.li. 22.ciu.c.8.Greg.lib.3. Dial.c.22.24.25. 37.S. Bonauent. in vita sancti Francisci Greg.Turon.lib. de gloria martirum,& confessorum.

Ampliatur, vt etiam sancti viuentes possint fideles precibus iuuare, probatur nam Moises populo veniam impetrauit, Exo.32.Idem habetur. Gen.20. Iob. vlt. & alibi sæpe. Potest & per virtutis obseruantiã peti à viuis intercessio apud Deũ, vt hoc vel illud donum suis precibus à Deo nobis impetrent Coloss. 4.1. Thess. 5.2.Thessal.3.Valentia,de iust.disput.6. q.2. punct.7.

10 Orare an possint extantes in purgatorio.

Circa vero existentes in purgatorio, probabilior sententia est quod non orent pro viuentibus cum sint in manibus iustitiæ, & non possint audire præces nostras maxime mentales,cum non fruantur verbo in quo conspici possint vt d. hic D.Th.ad 3.& 4.d.15.q.4.ar.5.Alex. 4.par.26.membr.3.art.5.Nau.in c.quando, de cons. d. 1. pro se tamen orant, vt per medium aliquod à diuina prouidentia constitum, ut scilicet suffragia, liberentur.Greg.li.4.mor.Valentia.dispu.6. q.2.punct.6.de iust.d.non esse improbabile etiã eas orare pro sibi charis viuentibus,licet opinio, D. Thom. sit probabilior.

Et nedum ad totam Trinitatem oratio dirigitur, sed & ad singulas personas dirigitur ex ritu ecclesiæ in litanijs,& alibi,vt d.hic Aragon, & sic ad solum Deũ dirigitur oratio, & sic ẽt Christum qui est vere Deus, quæ sit proprie ac vere actus religionis, quo scilicet ei qui inuocatur exhibeatur cultus diuinus, petendo ab eo opem, vt à summo omnium bonorum authore, sic enim orare alium, præter Deum,esset idololatria.

11 Orãdo aliqud determinatè est petendũ,aliquid sub cõditiõe, & qũo.

Quinta propositio. In oratione debemus aliqua determinatè petere, aliqua sub conditione; probatur Matt.6. Lucæ 11. vbi docentur Apostoli determinatè petere ea quæ continentur in oratione Dominica.

Ratio,nam Socrates dicit: nil vltra à Deo petendũ, quàm vt bona tribueret, quia is sciret quid cuiq; esset vtile, quæ

opinio

opinio vera est aliqualiter quo ad illa quę malum euētum habere possunt quibus etiam homo potest bene & male vti, vt diuitiæ, honores, regna, quorum exitus sæpe mirabiles cernuntur, splendida coniugia quæ quandoque domos euertunt, sunt tamen quædam bona quibus homo male vti non potest quæ malum euentum habere non possunt quib. beatificamur, & quibus beatitudinem meremur, quæ sancti absolute petunt. ostende faciem tuam & salui erimus. Ps. 79. deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia sic voluntas nostra conformatur diuinæ D. Th. d. q. ar. 5. in corpore, & ad 2. Alia vero sunt petenda quatenus nō noceant saluti animæ, & Dei gloria promoueatur quo ad nos.

Et ita bona quæ per se semper sunt bona, & conuenientia absolute sunt petenda, & determinate, locis prædictis, & patet ex oratione dominica, adueniat regnum tuum. Alia bona quę quandoq; prosunt saluti quandoque non ex vsu, sunt petenda quo ad sustentationē. Prou. 30. victui meo tribue necessaria, & habetur in oratione dominica, panem nostrū quotidianum da nobis hodie, quod intelligitur etiam de pane temporali, vt ibi. d. gl. & patet ex ecclesia quæ orat pro fructibus terrę, & alijs rebus temporalibus, huiusmodi tamen bona, vel corporis vel fortunæ non sunt absolute petenda, sed cum remissione ad diuinum beneplacitum, si ea cognouerit profutura ad æternæ beatiudinis consecutionem, quæ est primarium obiectum circa quod oratio nostra post Deum versari debet, & nesciamus plerunque an illa sint pro futura saluti nec ne. Rom. 8. Prou. 14. Eccles. 5. 2. Cor. 2. cum sępè quod vni est bonū, alteri ob eius abusum, noceat. Non est tamen opus quod hęc conditio in petitione temporalium exprimatur, sed sat est, si virtute tantum intelligatur. Nec est etiam illicitum petere diuitias ad bonum finem, cum id liceat petere quod & optare, vt d. Aug. ep. 128. c. 12. id tamē est periculosum ob abusum. Ps. 36. Nec est opus hominis imperfecti orare pro bonis temporalibus ad sustētationem cum quisque teneatur diligere seipsum, est tamen opus imperfecti ea petere ad superfluitatem licet bona intentione, cum sit periculosa, licet tamen petere absolute virtutes morales, cum sint bonum honestum, mala vero pœnalia non licet petere in oratione, nisi in ordine ad bonum, vt scilicet per flagella quis conuertatur ad Deum. Ps. 6. vt & licet alicui iusto optari mors, si timor est ne subuertatur, & malis si alios inficere habēt, nec est spes emendationis, vt d. hic Aragon, de quo latius dixi tract. de charitate.

Sexta propositio. Temporalia sunt petenda à Deo orando non vt principalia, sed vt sustentamenta, & virtutum instrumenta, probatur. Prou. 30. tribue tantum victui meo necessaria. 12 *Temporalia vt sint à Deo petenda.*

Ratio, nam id licet orare quod licet desiderare secundum. Aug. ep. 128. c. 12. temporalia vero licet desiderare non vt principalia, vt in eis finis constituatur, sed vt quædam adminicula quibus iuuamur ad tendendū in beatitudinem, quatenus scilicet per ea vita corporalis sustentatur, & quatenus nobis organice deseruiunt ad actus virtutum 1. Eth. cap. 8. & Aug. ep. 121. c. 6. & sic in ordine ad beatitudinem. D. Th. d. q. ar. 6. in corp. & ad contr.

Septima ꝓpositio. Pro alijs orare debemus, probatur, Iac. 5. orate pro inuicē, vt saluemini, vnde Isaac orat pro rebecca vxore sua. Gen. 25. Dauid pro filio periclitante 2. Reg. 12. Helias pro filio viduę 3. Reg. 17. Onias pro salute Heliodori. 2. Machab. 3. ecclesia pro Petro. Act. 12. 13 *Orare pro alijs licet & est cōueniens, ac vtile, & an aliq sint excludēdi ab orationibus.*

Ratio, nam id debemus orando petere, quod debemus desiderare, ar. pręced. at desiderare debemus bona non solum nobis, sed etiam alijs, id enim pertinet ad rationem dilectionis quam proximis debemus impendere, ideo charitas hoc requirit vt pro alijs oremus, oratio tamē frustratur pro alio emissa ex impedimento eius. Hier. 15. illa tamen oratio erit meritoria oranti, qui ex charitate orat, & orandum est etiam pro peccatoribus, vt conuertantur, & pro bonis vt perseuerent. D. Th. d. q. ar. 7. in corp. ad 2. & vlt. & licet oratio emissa exaudiatur solum pro prædestinatis quia tamen ij non cogno-

gnoscuntur à præscitis secundum præsentem statum, vt d. Aug. lib. de corr. & gratia, c. 15. ideo nulli est subtrahendum beneficium orationis, vt ibi, d. & D. Thom. hic ad 3.

Et ita ex natura rei nullus viator q̃tumcunque peccator est excludendus ab orationibus nostris publicis, vel priuatis, nam pro omni illo orãdum est cui salutem optare possumus, sed quilibet ex charitate est diligendus, & ei proinde salutem optare debemus, cum de nullo sit desperãdum licet obstinato, quin possit in momento, Deo aspirante conuerti, ergo pro omnibus viatoribus est orandũ, vt quantum est ex parte Dei sit illis possibilis consecutio salutis æternæ, scilicet vt omnibus Deus conferat auxilia sufficientia, ad eam consequendam, & sic vt per Deum non stet quominus omnes saluentur, vt d. Valent. loco cit. punct. 8. nõ est tamen petendum, vt omnes omnino actu saluentur, scilicet reprobi, qui sibi ipsis desunt vt ibi. d. Supposita tamen ecclesiæ determinatione quę priuat excõmunicatos communibus orationibus ecclesię, non licet publice orare pro excõmunicatis, vt habetur, in c. nup vbi doct. de sent. excomm. Dicitur vero oratio publica, quę fit à publico ecclesię ministro, vnde si episcopus sit excommunicatus non est nominandus in canone, priuata tamen oratione licet pro eis orare, & licet Couar. in c. alma. §. 6. num. 4. dicat licere priuatim orari à sacerdote in missa pro excommunicatis, id tamen nõ caret scrupulo, & licet ecclesia oret pro hęreticis, & schismaticis in die parasceue ad exemplum Christi qui ea die pro omnibus orauit, non tamen orat pro eis sub nomine excommunicatorum, vt Aragon hic d. quod pro tunc, dum ecclesia orat pro illis, quo ad id censentur ab excommunicatione absoluti, quod mihi tamen non est certum, & forte dici potest, quod nõ orat pro illis vt eis applicet suffragia ecclesię, & sic inde satisfaciant &c. quod vetat excõmunicatio, sed orat tantum pro illis vt conuertantur, quod non est eis aliqua suffragia ecclesię communicare.

Quo etiam ad reprobos, non sunt excludẽdi, vt supra à communibus orationibus, vt d. hic D. Thom. ad 3. licet non teneatur pro illis specialiter quis orare, vt nec pro alijs, si tamẽ reueletur alicui propria vel aliena damnatio, d. hic Aragon, eum adhuc orare debere pro se & alijs, quia intelligitur comminatio tantum, vt cõuertatur. Si tamen aperte constaret qđ esset præscitus, nõ teneretur qs pro illo rogare, potest tamen rogare ne is maiori pœna puniatur, vt idem dicit. Pro existentibus etiam in purgatorio est orandum. Tob. 4. 2. Mac. 12. Pro damnatis tamen, vel existentibus in cœlo regulariter & absolute non est orandum, nec opus est petere à Deo, vt beatorum fœlicitas consummetur, nec id etiam licere petere, dicit Aragon, quod id sit præsumptuosum, nec regulariter licet rogare ꝑ damnatis vt suscitentur ad vitam, & agant pœnitentiã cum id sit contra l. ordinariam, & quod dicitur de Traiano, forte non est verum, vel Gregoriũ orasse pro eo ex speciali motione Spiritus sancti, & quod is non erat finaliter, & irreuocabiliter damnatus, vt refert idem Aragon, & etiam Valentia. loco cit. d. forte id non esse verũ, cum Traianus obierit ante Gregorium annis circiter quingentis, qui & d. dum ecclesia orat pro mortuis, vt liberentur à pœnis inferni, intelligi à pœnis purgatorij, vt iuxta diuinum decretum quo ij liberandi sunt, id executioni mandetur per Dei misericordiam, & orationes ecclesię.

14 Octaua propositio. Pro inimicis in communi orare debemus ex necessitate, in speciali ex consilio, nisi in casu necessitatis, probatur primum Matth. 5. orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, ita vt opus sit pro eis orare in communi, non reijciendo eos ab orationibus communibus, in particulari vero non nisi ex consilio pro ijs est orandum, excepto casu necessitatis.

Orare ꝑ inimicis vt opus sit, & quõ.

Ratio, nam orare pro alio est charitatis, art. pręc. vnde eo modo quo tenemur diligere inimicos tenemur & pro eis orare, in inimicis vero, vt supra q. 25. ar. 6. 8. 9. est diligenda natura non culpa, & eos diligere in generali est in pręcepto, in speciali non nisi secũdum animi prępara-

parationẽ, vt scilicet quis paratus sit eos diligere & iuuare in speciali, in casu necessitatis, vel si veniam petant, absolute vero eos diligere in speciali est perfectionis; sic in communibus orationibus pro alijs factis, inimici non sunt excludendi, orare vero pro ipsis specialiter est perfectionis, nisi in casu necessitatis.

De hac materia videnda quæ dixi tr. de charitate sub c. de inimicorum dilectione, vbi & dixi inimico veniam petenti signa beneuolentiæ in speciali esse exhibenda, quod latius hic probat Aragõ, cum alias is magis accenderetur ad irã, & scandalum oriretur.

Quod vero ad pręsens attinet, non licet mala spiritualia quibus gratiæ Dei, vel gloriæ iactura fiat, inimicis vel alijs hominibus imprecari, vel à Deo petere vt ijs conferantur, quia est contra charitatem quæ huiusmodi bona omnibus optat. Mala tamen tẽporalia, vt mortem exiliũ, bonorum iacturam, & huiusmodi inimicis optare licet, & à Deo petere, vt conuertantur, si alia via conuerti non possunt, vel in casibus quibus eis licet bellum inferre, cum licitum sit illa petere à Deo, quæ licet desiderare, sed huiusmodi possunt optari, vt dixi supra de bello, & inferri, ergo & licitum est petere à Deo mortẽ peccatoris, vel amicus sit, vel inimicus, sub conditione si finaliter non est corrigendus, & etiã homini iusto & nobis, si probabilis timor sit quod vita longior allatura sit occasionem peccandi, Sap. 7. Philipp. 1. cupio dissolui &c. Rom. 7. infelix ego homo &c. vt d. hic Aragon, subijciens etiam ob vitandas infirmitates, & molestias vitę licere optare sibi mortem, quia melior sit mors q̃ vita amara. Eccl. 30. vt & petijt ob id Iob cap. 3. & Helias 3. Reg. 19. quod tamen mihi non est certum, nisi ex speciali motione Spiritus sancti, vt Deo fruatur fiat vel alias causas Deo notas; cum alias sit peccatum mollitiei contrarium fortitudini, fugere contristatiua, vt habetur infra in tr. fortitudinis.

15 Oro Dñica septem conueniẽter conti- Nona propositio. Conuenienter septẽ petitiones orationis Dominicæ enumerantur, probatur, ex authoritate Christi orationem instituentis.

Ratio, nam oratio dominica est sanctissima, & si recte oratur, nil præter ea contentum est petendum, secundum Aug. ep. 121. ca. 12. per orationem enim nostri interpretem desiderij, ea solum recte petimus quæ licet recte desiderare, quæ in oratione dominica ponuntur, & ordine congruo, primo vero in desiderio nostro cadit finis, tum ea quæ sunt ad finem, finis vero noster est Deus, in quem affectus noster tendit dupliciter, primo, vt volumus gloriam Dei, secundo, vt ea volumus frui, quorum primum pertinet ad dilectionem Dei qua ipsum secundũ se diligimus, secundum ad dilectionem qua diligimus nos in Deo. Ideo prima petitio ponitur sanctificetur nomen tuum, qua petitur gloria Dei, secunda ponitur adueniat regnum tuũ, qua petimus ad Dei gloriam peruenire, & regnum eius; Ad determinatũ vero finem aliquid nos ordinat dupliciter, primo per se, secundo per accidens, per se, bonum quod est vtile in finem, idque dupliciter, vnum principaliter & directe secundum meritum quo beatitudinem meremur, Deo obediendo, & sic ponitur, fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra; secundo, vt instrumentaliter iuuans nos ad merendum, & sic dicitur, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, vel intelligatur de pane sacramẽtali, cuius quotidianus vsus proficit homini, in quo intelliguntur etiam alia sacramenta, vel intelligatur de pane corporali pro omni sufficientia victus, quia Eucharistia est præcipuum sacramentũ, & panis præcipuus cibus; per accidens vero ordinatur in beatitudinem per remotionem impedientis, quæ tria sunt, primo peccatum quod directe excludit à regno. 1. Cor. 6 & sic dicitur, dimitte nobis debita nostra, &c. secundo, tentatio quæ nos impedit à voluntate diuina obseruãda, & sic dicitur, & ne nos inducas in tentationẽ, scilicet vt non vincamur ab ea, tertio, pœnalitas pſens, vt quæ impedit sufficientiam vitæ, & sic dicitur, libera nos à malo, aliter tamen hæc exponit August. lib. de sermo. domini in monte, vt in resp. ad contraria D. Thom. d. q. artic. 9. in corp. & ad contraria.

Hanc

peti- tiones.

Hanc orationem luculenter exponit. Aug. loco cit. Cipr. serm. de orat. Dominica, & alij multi. Bellarm. Tomo 3. de oratione. Aragon hic post chatechismũ Romanum, & ego eam copiose exposui, lib. de sacramentis tr. de Missa sub c. de mist. missæ, impresso.

16 Decima propositio. Orare est propriũ rationalis creaturæ.

Orare est proprium rationalis creaturæ, & quid de peccatoribus.

Ratio, nam oratio est actus rationis, supra art. 1. per quam quis superiorem deprecatur, at imperium est actus rationis quo inferior ad aliquid ordinatur, vnde illi propriè conuenit orare, cui conuenit rationem habere, & superiorem quem deprecari possit, vnde nec diuinis personis nec brutis conuenit orare, cum diuinis personis nil sit superius, & bruta animalia careant ratione, sed rationali creaturæ, filius vero Dei dicitur orare secundum naturam assumptam, Spiritus sanctus dicitur postulare, quia nos postulantes facit. D. Thom. d. ar. 10. in corp. & ad primum.

An vero peccatoribus conueniat orare; dicendum quod demonibus, & obstinatis in malo non competit oratio prout est actus religionis quo animus Deo subijcitur, cum prædicti recedant à Dei subiectione, & eis tantum cõpetit orare idest aliquid petere. Matth. 8. vbi demones rogabant à Christo, vt eos eijciendo ex obsessis, mitteret in porcos, quæ tamẽ Deus ijs plerunque concedit in maius malum ipsorum. 1. Reg 8. Alijs vero peccatoribus non obstinatis non solum conuenit petere, sed & orationem emittere quæ sit actus verus religionis, cum ij pœnitentes & veniam à Deo postulantes ab illo exaudiantur, & in gratiam eius recipiantur, vt d. Aug. Rom. 5. Alij peccatores qui obstinati non sunt, nec resipiscũt, sed intendunt in futurum resipiscere, vel credunt se nunc resipiscere, possunt ea omnia efficere per quæ dicatur eorum oratio verus actus religionis, & sic omnes possunt orare, vt oratio dicit tantum petitionem, vt vero oratio est actus religionis non competit damnatis, vel obstinatis, vt d. Aragon hic.

17 Vndecima propositio. Sancti qui in patria sunt, orãt pro nobis, probatur. Mac. cap. vlt. hic est qui multum orat pro populo, & probatum est supra late. 4. propositione.

Sancti in cœlis existẽtes orãt pro nobis.

Ratio, nam cum oratio pro alijs facta ex charitate proueniat supra articu. 7. 8. quanto sancti qui sunt in patria, sunt perfectioris charitatis eo magis orant pro peccatoribus qui orationibus iuuari possunt, & quo sunt Deo coniunctiores, eorum orationes sunt magis efficaces, ex ordine enim diuinæ prouidentiæ superiora in inferiora refundunt, vt claritas solis in aerem, ideo Sancti pro nobis orant magis quàm si essent in vita præsenti, contra Vigilantium, & eorum orationes habent efficaciam impetrandi ex eorum meritis præcedentibus, & ex diuina acceptatione, pro se vero orant secundum gloriam corporis, & sancti impetrant quod Deus vult fieri per orationes eorum, qui vero sunt in purgatorio non sunt in statu orandi, quia licet sint nobis superiores ob impeccabilitatem, sunt tamen inferiores ob pœnas, inferiores etiã sancti sunt orãdi, quia quandoque Deus vult eorum sanctitatem declarare, & cõcedere quod superiores orando non concedit, & quia nobis sunt superiores, & quandoque deuotius orantur D. Th. d. q. ar. 11. in corp. & ad primum 2. 3.

Si vero de Christo quæratur; Clarum est ei, vt Deus est, non conuenire orare, cum superior non adsit eo qui oretur, is etiã in diebus carnis suæ, vt homo conuenienter orauit, vt sic mereretur nobis, & vt exemplum alijs orandi præberet, vt d. Amb. lib. 5. in Lucam, & Aug. tract. 104. in Io. 3. vt ostenderet se vere hominem, & vere à Deo missum. Io 13 Heb. 5. 7. vt vero nũc est in cœlis, qui est eiusdem naturæ cum nobis quo ad carnem assumptam, licet alterius gloriæ, d. tamẽ Aragon hic, quod ibi nõ orat pro nobis, sed hos corrigit, illos sublevat, alijs remittit noxam, & instificat, quod est potestatis excellentis vnde ecclesia non d. Christe ora pro nobis, sed miserere nobis, qui & respondet ad authoritates dicentes quod interpellet pro nobis, quod scilicet non est postulatio, sed repræsentatio suæ passionis coram sanctissima Trinitate admissa.

Duo-

18 Oratio an debeat esse vocalis, & quæ.

Duodecima propositio. Oratio debet esse vocalis per ministros ecclesiæ agenda, priuata vero non necessario; iure tamen vox ei adiungitur probatur primū. Ps. 141. Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus sum. Ps. 16. intende voci orationis meæ. Eccles. 39. confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & sic dominus orauit. Matth. 6. De secundo modo habetur. Ps. 104. tibi dixit cor meum, & anna sic fecit. 1. Reg. 1. Et vtrumque modum probat Bas. homil. in mart. Iulitam. Cip. in orat. dom. in prin.

Ratio, nam est duplex oratio, communis & singularis, communis est quæ per ministros ecclesiæ in persona totius populi fidelis Deo offertur, vnde oportet quod huiusmodi innotescat toti populo pro quo perficitur, quod non esset, si non esset vocalis, vnde huiusmodi orationes alta voce à ministris ecclesiæ sunt emittendæ. Oratio vero quæ perficitur à singulari persona pro se vel alijs, non oportet quod ex necessitate sit vocalis, vox tamen ei adiungitur, primo ad excitandā interiorem deuotionem qua mens orantis in Deum eleuatur, quia per huiusmodi signa mens hominum mouetur, si vero per huiusmodi voces mens abstrahatur, est abstinendum, secundo iungitur quasi secundum redditionem debiti, vt scilicet homo Deo seruiat secundum id totum quod ex Deo habet, idest non solum mente, sed etiam corpore, quod maxime competit orationi secundum quod est satisfactoria, tertio, vocalis oratio iungitur ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione. Ps. 15. lętatum est cor meum, & exultauit lingua mea, nō refert vero quibus verbis priuate qs oret modo pie, & attente idagat, & petat necessaria ad salutem, vel quæ ad orationem dominicā reduci possunt, nec aliquid mali, vel ad salutē non pertinens à Deo petatur. Nec refert etiā quanto tempore quis oret priuata oratione, modo oret instanter quantum viderit expedire ad excitandum animi affectum, & feruorem sine tędio. Non refert etiam quo tempore, & gestu quis priuatè oret, modo piè & attentè oret, Christus enim quandoque id egit subleuatis in cœlum manibus. Io. 17. quandoque procidens in terram. Marc. 14. & positis genibus. Luc. 22. vt & alij. Act. 7. 9. 20. quandoq; in ecclesia. Iudith. 6. quandoque extra. Act. 6. Dan. 3. & explicat Aug. de cura pro mort. c. 5. Valent. loco cit. punct. 9.

Decimaquarta propositio. De necessitate orationis est quod sit attenta, saltem in principio, quod excitatur cogitando Deum esse præsentem, vt d. Bas. in reg. breuior in respons. ad int. 201. & Chris. hom. 1. in Is. 6. vtens comparatione loquentis coram rege terreno, qui attendit, & Cipr. in expos. orationis dominicę, quomodo te audiri postulas cum te ipse non audias?

19 Oratio debet esse attenta, & quomō.

Ratio, nam necessarium dicitur dupliciter, primo prout melius peruenitur ad finem, & sic attentio absolute orationi est necessaria, secundo, sine quo res non potest consequi suum effectum, qui orationis est triplex, primo communis omnibus actibus charitate informatis, qđ est mereri, & ad hoc non oportet quod attētio adsit toti orationi per totum, sed vis primæ intentionis qua quis accedit ad orādum reddit totam orationem meritoriam, vt in alijs actibus meritorijs contingit, secundus effectus orationis est ei proprius quod est impetrare, ad quem etiam sufficit prima intentio quam principaliter Deus attendit; si vero prima intentio desit oratio nec est meritoria, nec impetratoria, tertius effectus orationis est quædam mētis refectio, & ad hoc est necessaria attētio, circa quod sciendū qđ est triplex attētio, vna qua attenditur ad verba ne in eis erretur, secunda qua attēditur ad sensum verborum, tertia qua attenditur ad finem orationis, scilicet ad Deum, & ad rem pro qua oratur, & hęc est maxime necessaria, & eam habere possunt etiam idiotæ, & quandoque hęc attentio ita abundat, vt aliorum omniū mens obliuiscatur, & is dicitur orare in spiritu & veritate qui instinctu Spiritus sancti orat. in resp. ad primum, & mens humana diu in alto stare non potest, ad secundum, & si quis ex proposito mente vagetur est peccatum, & impedit orationis

nis fructum, si vero id fiat sine proposito non tollit orationis fructum. in resp. ad 3. D. Tho. d. art. 13. in corp. & ad contraria.

Notandum pro intelligentia quod attendere est habere mentem præsentem ad id quod dicitur, vt id versetur in corde orando, quod versatur in ore.

Secundò, quod attentio est triplex, vt supra in litera, quarum vltima quæ est omnibus communis est omnium præstantissima.

Tertiò aduertendum, quod attentio potest esse duplex virtualis & actualis, cum animus actu attendit his quæ dicit. Virtualis cum homo opus aggreditur animo attento id perficiendi, & dum in opere versatur animo alio vagatur non data opera, idest ex proposito non agit aliquid quod aduersetur attentioni, si enim ageret id quod aduersaretur orationi, vt legere scribere, & huiusmodi q̃ totum animum ad se trahunt, diceretur ex proposito alio diuertere, secus si manus lauaret, vestibus se indueret, & huiusmodi quæ minus animum distrahũt, vt nec si inaduertenter id agit. Et ita tantum duobus casibus quis caret virtuali attentione, primo cum accedit ad orandum animo non attendendi, secundo, cum in progressu aduertenter, & consulto diuertit ad alia contraria orationi.

His not. dicitur. Primo, quod qui orando attendit orationi saltem virtualiter, nec peccat, nec amittit fructum orationis, vnde & meretur & orationis obtinet impetrationem, cum vis primæ attentionis sufficiat, vt dicit hic D. Thom. & alij.

Secundò, quod qui orat ex præcepto, si tempore orationis non habet attentionem actualẽ vel virtualem, peccat mortaliter, & fructum orationis amittit, vt dicit hic D. Thom. ad 3. cum communi, quia is non orat, & per consequens non implet præceptum, & sic peccat mortaliter, & habetur, in c. dolentes, de celebr. miss. Si vero quis orat non ex præcepto, attentionis omissio, non inducit peccatũ mortale, vt dicit Gabr. in cano. lect. 62. est tamen id peccatum veniale. Sot. lib. 10. de iust. q. 5. art. 5. Matth. 15. populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me, vt dicit Aragon hic, de quo latius cadit materia in trac. de horis canonicis.

Decimaquarta propositio. Oratio nõ debet esse diuturna secundum se, sed secundum causam sic, probatur primum. Luc. 18. oportet semper orare. 1. Thes. 5. sine intermissione orate. 20 Oratio an debeat esse diuturna, & quõ.

Ratio, nam causa orationis est desiderium charitatis à quo procedere debet oratio, quod in nobis debet esse continuum, vel actu, vel virtute, virtus enim huius desiderij manet in omnibus quæ ex charitate facimus, & secundum hoc oratio debet esse continua, sed secundum se cõsiderata, nõ potest esse assidua, quia oportet alijs occupari, ideo vero per temporũ interualla oramus, vt in nobis hoc desiderium charitatis excitemus, quantitas vero rei debet esse proportionata fini, vt quantitas medicinę sanitati, vnde conueniens est, vt oratio tantum duret quantum est vtile ad excitandum interioris desiderij feruorem, cum vero hãc mensuram excedit, ita quod sine tędio durare non possit, non est vlterius protendenda, vnde Aug. ep. 121. cap. 10. circa med. probat quasdam in quibusdam orationes breuissimas, & iaculatas, per tempora iteratas, & vt id est attẽdendum in oratione singulari, sic etiam in communi per comparationem ad populi deuotionem, nec est multiloquium si oratio diutius durat. D. Thom. d. q. artic. 14. in corp. & ad primum. Neque aduersatur prædictis. Luc. 18. oportet semper orare, quia id intelligitur pro sui causa scilicet bono animi desiderio, & voluntate Deo per omnia placendi, quod in nobis iuge esse debet actu vel habitu, vt d. D. Tho. vel quod nulla debet esse dies in qua nõ oretur, vt d. Aug. de hæresibus ad quod vult Deum, c. 57. vt d. hic Aragon, vel vt oratio continua sit charitas, & bona continua, vt d. Aug. ep. 121. ad probam, vel vt oratio sit continua per continuum orandi desiderium, virtualiter vel habitualiter, quod fit quando quis voluit quãdoque orare, & non mutauit hanc voluntatem nolens orare quando opus sit, vt sentit ibi. Aug. vel quod id semper, intelligitur

ligitur hiperbolice, idest frequenter, quoties opus est, vt d. Aug. hæresi. 57. & Beda in Luc. 18. Valentia. d. disp. 6. q. 2. punct. 9. de iust.

Aliæ quoque conditiones requirūtur in oratione vt sit impetratoria, quia vt sit meritoria, sat est quod fiat ab homine iusto, & ex charitate, videlicet fides, spes, charitas, humilitas, deuotio, perseuerantia, & vt pro se oretur, & petantur necessaria ad salutem, vt dicit D. Thom. art. seq. & 4 dist. 15. q. 4. artic. vlt. Prima conditio est fides, cum non possit is inuocari in quem non creditur. Rom. 10. vnde Iac. 1. dicitur, postulet autem in fide nihil hęsitans, & Marci 11. quod intelligitur, non vt certo credamus, Deum facturum quod petimus, sed Deum esse potentissimum, sapientissimum, & optimū, ideo posse scire & velle clare quod petimus, si non fit ex nostra parte defectus, & si bene petamus, Secundo, requiritur spes & fiducia impetrandi, quia licet per fidem quę est actus intellectus non oporteat certo statuere nos impetraturos quod petimus, per spem tamen & fiduciam, quæ est actus voluntatis, oportet firmiter adhærere benignitati diuinę, & certo cōfidere Deum facturum quod petimus, quam fiduciam ideo dominus quæsiuit in paralitico. d. Matth. 6. confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & habetur. Heb. 4. 1. Tim. 3. Marci 11. quicunque dixerit mōti huic &c. vnde Cassia. Collat. 9. cap. 31. certum, d. esse signū impetrationis cum quis in oratione magnā fiduciam sentit, quam Deus gignit in corde eius quem exaudire decernit, cum lętitia, Tertio, requiritur charitas, vel iustitia, modo quo infra dicetur. Quarto, humilitas vt qui orat non in sua iustitia, sed in Dei benignitate confidat, vt d. Bern. serm. 5. de quadrag. & probatur in parabola pharisei, & publicani. Luc. 18. & habetur. Eccl. 15. oratio humiliantis se penetrabit nubes. Iac. 5 Dan. 9. Is. 66. Quinto, deuotio, idest studium attentè sollicitè piè, & ardenter orandi, vnde reprehēdūtur qui solis labijs orāt. Is. 29. Matth. 15. & qui faciunt opus Dei negligēter. Hier. 48. & probat Bern. sermo. de quattuor modis orandi, & Hier. contra lucif. Sexto, perseuerantia, quod probatur parabola eius qui petijt panes. Luc. 11. & probat. Aug. sermo. 5. de verb. domini tr. 73. & 102. in Ioannem. Septimo, vt quisque pro se oret, quia non semper ij pro quibus petitur idonei sunt vt accipiant, & se quisque noscat, vt dicit August. loco cit. tametsi etiam pro alijs vtiliter oretur, vt supra est dictum, vltima vt petantur necessaria, vel vtilia ad salutem, vt dicit August. tr. 73. 81. 102. in Io. & probatur 1. Io. 1. quodcunque petierimus secundum voluntatem eius audit nos, & 1. Thes. 4. Vnde August. tr. 73. in Io. d. cum petimus, id etiam debere nos petere, vt nobis non dentur quæ ignorantes, non bene petimus, & concordat. Valentia. d. disput. 6. quæstione 2. punct. 4.

21 Oratio est meritoria & cū certis cōditionibus impetratoria.

Decimaquinta propositio. Oratio est meritoria, & satisfactoria, & quattuor adhibitis cōditionibus est impetratoria, probatur. Psalm. 34 Oratio mea in sinu meo conuertetur, idest si non prodest ei pro quo fit, & etiam si prosit ratione meriti, vt ibi, d. gl.

Ratio, nam oratio præter effectū consolationis spiritualis quam affert, respectu futuri effectus habet virtutem merendi, & impetrandi supra art. 3. meretur vero vt & quilibet actus virtutis quatenus procedit ex radice charitatis, cuius proprium obiectum est bonum ęternum, cuius fruitionem meremur; procedit tamen à charitate mediante religione, cuius oratio est actus, concomitantibus tamen etiam quibusdam virtutibus quæ ad bonitatem orationis requiruntur, scilicet humilitate & fide, quia ad religionem pertinet orationem Deo offerre, sed ad charitatem pertinet desideriū rei, cuius complementum oratio petit, fides vero est necessaria ex parte Dei quē oramus, vt scilicet credamus posse obtinere, quod petimus; humilitas vero ex parte petentis qui suam indigentiam recognoscit, deuotio etiam est necessaria, vt primus actus religionis, efficaciam vero impetrandi habet ex gratia Dei, qui etiam nos ad orandum inducit: oratio vero non est meritoria sine gratia gratū faciente, & tamen gratia impetrata ab

oratione procedit ex aliqua grã in resp. ad primum, & quattuor cõditiones sunt quibus quis impetrat, primo, vt pro se petat, secũdo, necessaria ad salutem, tertio, piè, quarto, perseueranter, ad secundum, potest tamen oratio esse meritoria, & satisfactoria, & non impetratoria, vt si sit petitio rei non expedientis ad salutem, & potest etiam esse rei pertinentis ad salutem, & non esse meritoria, vt si fiat à beato, qui est extra statum merendi viatoris. Hæ conditiones explicatę habentur præcedenti propositione, ideo nõ est quod repetatur quod dictum est; id tantum aduertendo, quod oratio pro altero fusa, si fiat scienter pro beatis ad nihil valet, & est eis iniuriosã, si vero nescitur an is sit beatus, oratio beato valet. ad gaudium accidentale, quia gaudent quod amici sui qui in terris sunt, opera bona & Deo grata ex affectu charitatis faciãt. Si vero fiat pro damnatis scienter est deprauata, & uoluntati diuinæ contrauenniens, & nil ijs prodest, cap. pro obeuntibus 13. q. 2. & in c. placuit, 13. quæst. 5. Si vero fiat pro existentibus in purgatorio, valet ijs, vel vt inde omnino liberentur, vel citius, vel saltem vt mitius torqueantur, 2. Mac. 12. cap. animæ 13. quæstio. 2. & August. in Enchir. Si vero fiat pro viatore, potest vnus alteri ex cõgruo etiam primam gratiam mereri, ita quod merito orationis eius Deus tangat cor peccatoris, qui conuertatur ad pęnitentiam & sic accipiat gratiam iustificantem, licet hoc non sit ex l. certa, sed gratiæ & diuinæ acceptationi innitatur, vt dixi tr. de merito, & valet etiam iusto ad satisfaciendum modo quo dixi tr. de satisf.

32 Decimasexta propositio. Peccator orando, si orat vt peccator, non exauditur à Deo, nisi ad vindictam, si vero ex bono desiderio, sic, cõditionibus de quibus supra, concurrentibus, probatur secundum ex Aug. tr. 44. in Io. à med. & Chris. hom. 18. in Matth. in opere imperf. ante med.

Peccator an exaudiatur orando, & quomõ.

Ratio, nam in peccatore consideratur natura quam diligit Deus, & culpa quã odit, si ergo orat secundum desiderium peccati, quandoque Deus permittit ad vindictam eum amplius ruere in peccatum, orationem vero peccatoris ex bono naturæ desiderio procedentem Deus audit, non quasi ex iustitia quia peccator id non meretur, sed ex pura misericordia, si tamen pro se petat, modo exposito, necessaria ad salutem, piè, & perseueranter, & qui dicit orationem dominicam nolens dimittere odium, non meretur, quia dicitur in persona ecclesiæ q̃ dimittit, quod si ipse dimittat, exaudietur, alias non D. Thom. d. q. artic. 16. in corp. & ad vlt. Omnis tamen dum viuit tenetur orare tempore quo præceptum orandi obligat etiam si sit peccator, quia eget oratione ad obtinendam remissionem peccatorum, vt in orat. dom. dimitte nobis debita nostra.

Notandum vero pro explicatione, ꝙ peccator aut petit illa quæ sunt necessaria ad salutem, vt gratiam & charitatẽ, aut petit mala, aut indifferentia, vt diuitias, honores & huiusmodi, & hæc petere potest, vel ad vitę sustentationem, vel vt ei sint adminiculo ad virtutem, vel vt ijs male vtatur. His ita constitutis.

Dicitur primo, quod peccator quandoque exauditur, absolute loquendo, orãdo, quandoq; non, probatur ex Aug. lib. 2. con. ep. parm. cap. 8.

Secundo, dicitur quod si peccator petat necessaria ad salutem, semper exauditur à Deo, dummodo petat pro se, piè & perseueranter, probatur ex Aug. loco cit. & tr. 44. in Io. D. Th. de potentia, q. 6. art. 9. & probatur, Luc. 18. vbi dicitur de publicano, quod descendit in domũ suã iustificatus, & filius prodigus à patre exauditus, cap. 15. & ob id Deus peccatores hortatur, & monet vt petant huiusmodi bona, quod superuacaneum esset, si illa non esset concessurus, dummodo voluntariè non permaneat in peccato, sed incipiat pęnitere, alias non exauditur à Deo ordinariè, nisi ex misericordia quandoque, si etiam incipit agere pęnitentiam exauditur ex misericordia sępè, non tñ infallibiliter. Ioel. 2. Ionę 3. Dan. 4. Act. 8. Bellar. lib. 1. c. 9. de bonis op. in partic. Si vero petit à Deo mala, vel quæ dẽt facultatem peccãdi, licet bona sint sensui, nõ exauditur à Deo, nisi in pœnã. Iac. 4. petitis & nõ accipitis, eo ꝙ male petatis, quod

quod contigit & populo iudæorum, cui petita in malum sunt data 1. Reg. 8. & probat Augu. tr. 63. in Io. d. male vsurus eo quod petit, Deo miserante non accipit, & Amb. ser. 22. in Ps. 118. Quo vero ad petitionem bonorum temporalium quãdoq; & sæpe exauditur ex misericordia, licet à malis vt paupertate, infirmitate, & huiusmodi sępe non liberetur 2. Macab. 8. Thren. 3. potest etiam fieri, vt peccator impetret gratiam miraculorũ, si veram fidem confirmare velit, quia tunc non vita, sed fides uera id impetrat. Act. 3. & probat Ilar. can. 6. in Matth. Si vero id petit vt suam sanctitatem demõstret, vel suam tantum orationem adhibeat, & non nomen Dei, vel signum crucis, nunquàm id impetrat, quia Deus testis falsitatis non est.

23 Oronis partes q̃ sint. Decimaseptima propositio. Conuenienter dicuntur esse orationis partes, obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarũ actiones, probatur 1. Tim. 2.

Ratio, nam ad orationem tria requiruntur, primo, q̃ orans accedat ad Deũ, quod per orationem significatur quę est ascensus intellectus in Deum, secundo, petitio, quæ significatur nomine postulationis, vel determinate petatur, vel simpliciter, s. iuuari à Deo, vel solum factum narretur, vt dicitur, ecce quem amas infirmatur, tertio, requiritur ratio impetrandi quod petitur, vel ex parte Dei, vel petentis: primo modo ex parte Dei ratio impetrãdi est eius sanctitas, ob quam petimus exaudiri. Dan. 9. propter temetipsum inclina Deus meus aurem tuam, & ad hoc pertinet obsecratio, quæ est per sacra contestatio, vt cum dicimus per natiuitatem tuam libera nos; Ratio vero impetrandi ex parte petentis est gratiarum actio, quia de acceptis gratias agentes meremur accipere potiora; vnde in missa obsecrationes præcedunt consecrationem, orationes sunt in consecratione, in qua mens maxime est eleuanda, postulationes sunt in sequentib. petitionibus, gratiarum actiones in fine secundũ glos. 1. Tim. 2. obsecratio tamen non est adiuratio ad compellendum, q̃ uetatur, sed ad implorandum misericordiam, D. Th. d. ar. 17. in corp. & ad primum.

Huc referri possunt meditationes illę quibus homo diuinam speculatur excellentiam, infinitatem, ęternitatem immutabilitatem simplicitatem naturæ, omnipotentiam, & sapientiæ abissum, quibus cognitis eius intellectus in hoc summo vero quiescit, & voluntas, cuius obiectũ est bonum cognitum, in eius amorem exardescit, cum adorat, & humiliter se illi, omnibus spretis subijcit, & commendat, vt à quo iugiter pendet. Tum ad opera creationis se vergit, cogitans eius maiestatẽ ex nihilo cuncta creasse, & Deũ se ad ipsius imaginem, & similitudinem mente intelligentia, & voluntate pollentem, vt inferioribus dominaretur, & creatori inseruiret, condidisse, quod recolens beneficiũ iugiter illi gratias agat, & gratus existat. Tum redemptionis opus recogitet, quod cum homo lapsus esset, is carne assumpta pro nobis satisfacere voluit, vt homo iustificationẽ, & gloriam consequeretur, ecclesiam reliquisse, cuius caput est summus Pontifex in qua sancta reliquit sacramẽta iustificationis nostrę instrumenta per ecclesiæ ministros conficienda, & conferenda. Tum ad opera glorificationis se conuertit, Paradisi immensam gloriam, legis obseruatorib. paratam, vt his perpensis, Deum adamet qui tanta nobis præstitit, quod cogitans ei iugiter adhæreat, & omnibus spretis ad fœlicissimam illam patriam toto mentis tendat affectu.

SVMMARIVM.

1 Horæ canonicæ cur introductæ, & cur diuinæ laudes sic dicantur, vel diuinum officium, & vnde inductæ, & quando.
2 Laudes diuinæ cur per horas sint distributæ.
3 Horæ canonicæ septem sunt, quæ & quare.
4 Horas quis instituerit.
5 Horæ nocturnæ, scilicet matutinales & laudes quo tempore olim recitari consuetæ, & nunc recitentur, cum eorum causis & misterijs.
6 Prima, Tertia, Sexta, & Nona, cur introductæ, cum eorum causis, &

misterijs, & quo tempore recitandæ.

7 Vesperæ & completorium cur intro ductæ, cur sic dictæ, quo tempore recitandæ, cum earum causis & misterijs.

8 Horę canonicæ constant ex himnis, psalmis, lectionibus, &c. cũ eorum instituto, antiquitatę, & misticis significationibus.

9 Attentio requiritur in diuino officio recitando, & quomodo.

10 Horas interrumpere, vel transportare an liceat.

11 Horæ de quo recitandæ.

12 Horæ voce articulata sunt pronuntiandæ.

13 Horæ in quo loco sint recitandæ.

14 Horę tam in choro quàm extra, quibus cerimonijs adhibitis in singulis partibus sint celebrandæ, vel recitandæ.

15 Cantus in ecclesia in diuinis laudibus quando, & cur inductus.

16 Horas recitare qui teneantur, vel non.

17 ab Horis recitandis quando quis excusetur.

18 Horas non recitans quas pœnas subeat.

De diuino Officio, & Horis Canonicis. Cap. LXXXIII.

1 Horæ canonicę cur introductę, & cur sic dicantur diuinę laudes, & diuinũ officiũ, & vnde īducte, & quãdo.

NOtandum, quod laudes & preces quæ à personis ecclesiasticis Deo persolui debẽt, dicuntur diuinum officium, cum contineant id quod erga Deum facere cuilibet Christiano, & maxime personis ecclesiasticis debitum est, ob quod dicitur pensum seruitutis, in cap. 1. de cel. miss. cum enim aliæ gentes proprijs viribus nitantur, Christiani est diuino inniti auxilio à quo iugiter pendemus, & eius opem implorari, vnde maxime conueniens fuit vt fideles hoc laudis diuinæ tributum omnium creatori persoluerẽt, varijs diei vicibus illum collaudando, quod regius vates se præstaturum promittit, d. Ps. 55. vespere, & mane, & meridie, narrabo & annunciabo, & exaudiet vocem meam, quod perpendẽs & Daniel tribus vicibus in die flectebat genua sua, & adorabat, & confitebatur coram Deo Dan. 6. scilicet hora tertia, sexta, & nona, vt ibi exponit Hier. & Cipr. sermo. de orat. dom. circa fi. Dauid rursus media nocte surgebat ad confitendum domino. Psalm. 118. & septies in die eidem laudem dicebat, vt dicit. Ps. 118 & mane ac vespere. Ps. 62. 87. 140. & Christus dominus cũ discipulis himnum dicere solitus erat. Matth. 26. Sic etiam Apostoli hora tertia orabant, & acceperunt Spiritum sanctum. Act. 2. & Petrus ac Ioannes ascendebant in templũ ad horam orationis nonam, & mos erat Christianorum veterum, vt Philo testatur lib. de vita contemplatiua, vt bis in die pręcarentur, oriente sole, petentes diem vere fęlicem, vtque mentes eorum cœlesti repleantur lumine, occidente vero vt anima exonerata sensibus in totum, moleque rerum sensibilium, veritatem vestiget in Concistorio domestico, & Tert. in apol. c. 2. veteres, ait, Christianos, cętus antelucanos ad canendum Deo inire consueuisse, & habetur in Constit. ap. Clem. lib. 8. cap. 34. pręcationes facite mane, tertia hora, & sexta, & nona, & vespere, atque ad Galli cantum, & Ath. libro, de virginit. vel medit. d. oriens sol videat librum in manibus tuis, post tertiam sinaxes conficies, sexta hora absolues deprecationes tuas cum psalmis, ploratu, & supplicationibus nona hora rursus in himnis, & glorificationibus eris & Bas. hom. in martirem Iulitam, dicit, accumbens mensę ora, hęsitans panem, largitori gratiam rependito, suffulciens, firmansque infirmas corporis vires vino, eius fac memineris qui hoc te dono impertiuit, & infra, tunicam indueris? gratias agito benigno datori, & idem asserunt sancti patres dicentes vsitatum à tempore Apostolorum aliquam orandi normam, quę ex parte primum, postea in hanc formam horarum canonicarum est redacta. Sic enim de nona solita recitari à Petro, & Ioanne habetur. Actuum tertio, &

& testatur Bas. in reg. fus. ad int. 37. vbi & omnium septem horarum meminit. Tert. in apol. cap. 2. Cipr. in expos. orat. dom. Hier. ep. 22. ad Eustoch. capitu. 16. Aug. reg. 3.

Ex his clare liquet sanctissime, & sapientissime constitutum esse vt clerus præter missæ sacrum, & sacramentorum administrationes quotidie Deo, totius populi christiani nomine, orationes communes offerret; vt Deo debitus cultus prestetur, & pro communibus necessitatibus exoretur, quod diuinum officium est dictum, quod est certa ratio publice laudandi, atque præcandi Deum, mente simul & voce, authoritate præsulum ecclesiæ instituta. Dicitur certa ratio, quia nõ quælibet oratio, vel Dei laudatio est officiũ diuinum, sed certa quædam forma & ordo psalmorum & himnorum ac precũ, quem omnes sequi debent, qui diuinum officium persoluũt. Dicitur publicè, quia diuinum officium persoluitur nomine publico totius ecclesię pro bono communi, & publico, per publicos & solemnes ministros, ex quo fit vt etiam si dicatur domi, nõ omittatur dominus vobiscum, & cum spiritu tuo. Dicitur laudandi prę candi, quia officium in hac militanti ecclesia continet hęc duo, laudes in reuerentiam diuinæ maiestatis, & pro beneficijs acceptis gratias, præces pro accipiendis, post diem vero iudicij aderunt tantum laudes. Dicitur Deo, quia totum officium proprie soli Deo præstatur. Psal. 49. immola Deo sacrificiũ laudis, quod fit etiam si fiat de sancto, quia offertur Deo in memoriã sancti, & si de mortuis, Deus rogatur pro eorum requie. Dr̃ mente simul & voce, quia cum hæc formula fit ex instituto hoĩum, necessario actum externum requirit, aliter muneri suo nõ satisfaceret, qui mente tantum sine ore oraret, ac voce. Dicitur authoritate præsulum ecclesię, quia nullus potest formã orandi præscribere, nisi qui præest, vt habetur, in Conc. Mileu. can. 12. vt orationes in missa non dicantur nisi probatæ ab episcopo, & Conc. Tolet. 4. c. 2. vt idẽ officium celebretur in tota ecclesia, & Greg. Papa 7. in Conc. Generali, numerũ Psalmorum, & lectionum officij diuini præscripsit, c. in die consecrationis d. 5. de quo infra.

Vocantur etiam hę pręces, & diuinũ officium, Horæ canonicæ, quia certis horis recitari debent iuxta canones, & regulas sanctorum patrum c. canon. c. regula dist. 3. est autem hora vigesimaquarta pars diei artificialis, & duodecima diei naturalis, secundum astronomos, apud Romanos vero est vigesimaquarta pars ęqualis diei, vt testatur. Macrob. li. 1. Saturn. cap. 21. more Romano incipiunt à media nocte & definũt in alia media nocte, alibi vero secundum consuetudinem regionis. l. more Romano. ff. de fer. c. consuluit, vbi doct. extra. de off. deleg. c. 2. de fer. & testat. Gellius. li. 3. noct. Attic. c. 2.

2 Conuenienter vero statutum est, vt hę pręces per horas distribuerentur, cum enim sine intermissione orandum sit, Lucæ 18. 1. Thessal. 5. & ob corporis occupationes iugiter orari non possit, ideo is dicitur sine intermissione orare, qui, ad propositum, certa orandi tempora nulla die intermittit, vt interpretatur. Aug. lib. de hæresibus ad quod vult Deum. hęr. 57. & sequitur Nicolaus, primus ad consulta Bulgarorum c. 61. & seq. & etiã Hier. ep. 22. ad Eustoch. & S. Eligius. hom. 11. in cœna domini, ideo merito statutum est, vt per certas horas pręces dicantur, vt ita muneri satisfiat, & corporeis etiam necessitatibus inseruiatur, licet ea authoritas orandi sine intermissione, alias etiam recipiat interpretationes de quibus trac. de oratione est actũ, Idq; etiam aptissime statutum est vt per certas horas dictæ pręces distribuantur, primo, quia cum semper orare non sit in potestate nostra, & proinde impossibile, necesse fuit vt solutio diuini officij per certas horas distribueretur. Secundo, nã circa opera naturæ oportet nos pro maiori temporis parte esse intentos, vt patet, cum ergo, quæ orationis sunt non semper facere liceat, conueniens fuit vt certa tempora circa id à sanctis patribus ordinarẽtur. Tertio, nam omnia tempus habent. Eccles. 3. cum ergo oratio sit existentium, habet tempus determinatum, ergo. Quarto, nam quorumcunque est tempus determinatum secũdum naturã,

Laudes diuinę cur per horas sint distributæ.

cum excesserint illud, oportet eos languescere, vt dicit philosophus libro. 1. de somno & vig. & sic egent pausatione, & requie, & sic est in oratione in qua homines actualiter semper perseuerare nõ possunt, sed opus sit corporis necessitatibus indulgere, cõuenienter est statutum vt diuinæ præces per certas horas distribuerentur, vt dicit Turr. Cr. in c. presbiter, art. 1. 93. d. Quinto, nam cum fide spe & charitate continuato desiderio debeat homo esse iugiter Dèo iũctus, & per certas horas orando Deũ verbis, ijs rerũ signis seipsum admoneat, vt sibi innotescat quantum in ipso desiderio profecerit, & ad hoc agendum seipsum acrius excitet, dignior enim sequitur effectus, quem ardentior præcedit affectus, id est beatam vitam sine intermissione desiderare debet, & orare, sed à curis seculi distractus, ad orationem recurrere debet, vt se ipsum admoneat in id quod desiderauerat intendere, ne quod tepescere cęperat, omnino frigescat, & penitus extinguatur, nisi frequentius inflammetur vt inquit. D. Tho. 2. 2. q. 83. art. 14. Aug. ep. 121. c. 9. & 10. Sexto, nam cum populus ad eas laudes concurrere debeat, certa temporum interualla statui debent, quibus recitentur, aliter non omnes ob negotia seculi ijs adesse possent.

Ver. De numero horarum canonicarum, earum antiquitate, & instituto.

3. Horę canonicę septẽ, quę, & quare.

SEptem esse horas canonicas, nempe matutinas preces cum laudibus Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas, & completorium, omnium consensu, & testimonijs constat, sic enim sensit S. Cipr. de orat. dom. in fi. d. in orationibus vero celebrandis inuenimus obseruasse cum Daniele tres pueros in fide fortes, & in captiuitate victores horam tertiam, sextam, nonam, sacramento scilicet Trinitatis, quæ in nouissimis temporibus manifestari habebat, & infra, sed nobis fratres dilectissimi præter horas antiquitus obseruatas, orandi nunc & spatia, & sacramenta creuerunt, nam & mane orandum est, vt resurrectio domini matutina oratione celebreretur, & infra, recedente item sole ac die cessante necessario rursus orandum est, Christum precantes per aduentum lucis æternæ gratiam præbiturum, vt & petimus vt lux denuo super nos veniat, & Chrisost. hom. 59. ad pop. & hom. 14. in primam ad Timoth. de monachis loquens, dicit, illi vero cum rursus matutinas orationes celebrauerint, & himnos, & scripturarum lectionem, reuertũtur, & infra, tertiam, sextam, nonam, & vespertinas orationes celebrant, & Bas. reg. fus. disp. interrog. 37. ac matutinum quidẽ, vt primi animi ac mentis nostrę motus consecrentur Dèo, neq; vllius curę aditum ante ad nos demus, q̃ nos in cogitatione de Dèo oblectauerimus, & infra. orabo ad te domine, mane exaudies vocem meã, mane astabo tibi, tertia vero hora, vt in ea ad orationem surgatur &c. & infra, porro sexta hora sanctorum exemplo necessariam esse orationem iudicamus, & infra. De nona vero, quod ea ad orationem nobis necessaria sit, id apostoli ipsi declarauerunt in actis, & infra. Completo vero iã die pro ijs omnibus quæ in eo nobis data fuerint, fęliciterue nobis euenerint, gratiarũ actio succedat. Sãct. Clem. lib. 2. const. ap. c. 63. hortatur omnes vt mane & vespere ecclesiam frequẽtent, & lib. 8. cap. 40. pręces vestras facite diluculo, tertia hora, sexta, nona vespere, & in galli cãtu, diluculo gratias agentes quoniam illuminauit nos dominus expulsa nocte, & inducto die, hora tertia quoniam in illa hora dominus sententiam Pilati accepit, sexta quoniam tunc crucifixus est, nona quoniam oĩa cõmota sunt crucifixo domino, & infra; vespere grãs agentes ꝙ dedit nobis noctẽ diurnorum laborum requiem, in gallicantu, quoniam in illo tempore nuntiatur aduentus diei ad exercenda opera lucis. Ath. lib. de virgin. sol exoriens videat librum in manu tua, post tertiam horam peragito communionem, quoniam hac hora adductum est lignum crucis, sexta hora celebrato pręces cum psalmis oplorationibus, & obsecrationibus, qm̃ hac hora Dei filius sublatus est in cruce,

hora

hora nona rursus esto in himnis, & laudibus Dei, cum lacrimis confitens peccata tua, Deo supplica, quoniam hac hora dominus in cruce pendens reddidit spiritū, idem habet. Hier. ep. 7. ad Lętā. Epiph. lib. 3. hær. 80. Aug. ep. 119. ad Inn. capitu. 18. Io. Cass. lib. 3. de instit. cœnob. Isid. lib. 1. de Eccl. off. c. 19. vbi meminit de completis de quibus alij, S. Benedicto excepto, mentionem non faciunt, & Rabanus, lib. 2. de inst. cler. capit. 3. mentionē facit de prima expressim. Sozom. lib. 6. hist. Eccl. cap. 33. lib. 5. cap. 15. Niceph. lib. 10. capit. 21. & alij omnes post eos, & habetur in Conc. Nic. 1. cap. 64. & apertius in c. presbiter 91. dist. & in c. 1. de cel. miss. qui numerus colligitur ex Psalm. 118. septies in die laudem dixi tibi, vt testatur Bas. sermo. 1. de Institut. Mon. & hūc numerum, 7. horarum crebriori patrum calculo receptum est, id enim asserit præter cit. Beda. li. de medit. Christi per septem diei horas. Isid. lib. 1. de Eccl. off. & habetur, in Cōc. Cabilon. 2. sub Carolo magno c. 59.

Idq; etiam apposite est constitutum, septē enim sunt dona Spiritus sancti. Is. 11. c. peruenit. 30. q. 1. & probat Hier. in cōm. in c. Iob. 38. d. antiquus ille hostis septem spiritus assumit nequiores, aduersus quos præualere nō possumus nisi spiritus sancti gratia adiuti, itaque ad impetrandam septiformem gratiam, septies Deo sacrificium laudis offeri in die mandauit ecclesia, preterea septies in die cadit iustus. Prou. 24. & septem sunt peccata mortalia, quę septem gentes dicuntur Deut. c. 7. & 7. demonia. Marci. 18. Lucæ 8. & septem nequitiæ. Prou. 26. vnde ne quis in ea incidat, & lapsus resurgat, septies Deum laudare, & veniam petere debet, septem sunt petitiones orationis dominicæ, septimo die, opere facto, Deus requieuit, pro quorum omnium beneficio homo conditori gratiam, & laudem debet; pręterea hic septennarius numerus adumbrari videtur per septem tubas quarum sonitu muri Hierusalem euersi sunt. Iosue. 6. & per septem aspersiones. Leuit. 14. 16. & per septem candelabra ecclesiæ Apoc. 1. & per septem lāpades, vel lucernas Ex. 25. Apoc. 4. licet ea cōgruentius de septem sacris intelligi et possint.

Quo vero ad earum institutionem, licet quidam libro 6. de inuent. rerum, earum institutionem referat ad pelagium secundum & Maurolycus in Martirol. sub die 27. Augusti ad pelagium primū, tn̄ constat saltem Damasum Papam ante pelagium primum eas constituisse, vt habetur in Pōtif. c. 39. in vita ipsius, quod refert etiam Strabo. lib. de reb. eccl. c. 25. & etiam ante B. Hieronimum extitere, quia supra probatum est B. Clementem eas instituisse; pōt nihilominus aliqualiter earum institutio referri ad pelagios, & hos Pontifices, vt testatur et Pius V. initio Breuiarij, vt scilicet ab omnibus recitarentur, vt & Cōc. Lateran. sub Leone Decimo addidit pœnas non celebrantibus, vel recitantibus horas canonicas, quas innouat Pius V. in eius bulla, & prima etiam & completorium, licet specifice non sint nominatæ, videntur tamen tactę à B. Amb. sermo. 43. & libro. 5. in Exam. cap. 12. 24. Chrisost. lib. 1. de orando Deum. Cass. libro 3. de instit. cœn. capitu. quarto, & habetur in d. Conc. Cabilon. 2. c. 59. c. presbiter 91. dist. cap. 1. de celeb. miss. 4 Horas q̄s īstituerit.

Ver. De singulis horis, & tempore recitandi horas canonicas, eorum causis, & misterys.

Horæ canonicæ septem sunt, vt supra probatum est, quarum vna est Nocturna, aliæ Diurnæ, Nocturna scilicet Matutinum cū laudibus, licet Host. Io. And. & alij, in capit. 1. de celeb. miss. dicant horam etiam primam, & completorium, vel vt alij dicunt, vesperas, & completorium esse horas nocturnas, vt probat Marcell. de temp. hor. can. cap. 6. in fin. sed omnes sunt diurnæ præter Matutinum cum laudibus, & sic coniunctū constituit vnam horam canonicam, separatum constituit duas, & hoc pacto octo sunt horæ canonicæ iuxta alios, sed communis est, vt sint septem tantum & prædicta coniungantur. 5 Horę nocturnæ. C matutinę & laudes quo tpe olim recitari cōsueuę, & nūc recitētur, cum corū causis, & misterijs.

Quo vero ad tempus recitandi horas matutinas, vel nocturnos, & laudes, & modũ, olim nocturni tres dicebantur separatim à laudibus,& vnus separatus ab alio secũdum tres vigilias noctis vt asserit.D.Thom.in 1.ad Cor.6.Gull.Dur.in rat.lib.5.cap.3. & 6. Th.Vald. de sacrament. cap.24.Isid.lib.1.de eccl.off.c.19. 22.Hier.ep.22 ad Eustochium, & probabile est quod clerus diuideretur in tres partes in primitiua ecclesia,quarum vna in prima vigilia primum canebat trium psalmorum nocturnum,alia secundum, tertia tertium, vt in omnibus sanctissimam Trinitatem profiterentur, & in quarta demum vigilia omnes conuenirent ad laudes concinnẽdas,vt sic omnes quiescerent & alternatim vigilarent, vt dicit Sot. de iust. quæst. vlt. artic. 1. conclus. 5. vel dici potest quod omnes sacris initiati ad omnes vigilias conuenirent, & ijs finitis,alternatim, si vellent quiescerent, vt dicit Marcell. & Io. Stepha.Dur.

Antiquitus si quidem veteres totam noctẽ in quattuor vigilias diuinis officijs celebrãdis diuidebant,cuique ternas horas assignantes in quibus diuinas laudes concinnerent, vt enim milites vigilias noctis custodiunt, sic ecclesia velut castrorum acies ordinata, Cant. 6. cui ab hoste continuæ tenduntur insidiæ, pias excubias & vigilias clericis instituit, quibus orando, & Deum laudando demonis insidias prostrarent; cum nocturno tempore subrepant animo impuræ cupiditates, & vitiorum stimuli per cibum recens assumptum corpus exagitent, vt inquit. Ilar. in Psalm. 118. in id memor fui nocte nominis tui domine, & Amb. lib. 7. in Lucam dicit quod tunc feruet carnis illecebra, & tunc tentator illudit, & qđ nox sic diuideretur patet ex Hier. ep.139.ad Cipr. dicente nox in quattuor vigilias distribuitur quarum singulę ternas horas continent, idem in Psal.89. in 14.Matth.Iob.35. & August.super Num. capit.5. & Veg. libro tertio, de re milit. ca.8. De quarum singulis etiam vigilijs expressa fit in sacris literis mentio. De prima vigilia, fit mentio Thren. 2.consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarũ, & apud liu.dec.3. habetur delige centenos viros, cum quibus ad me vigilia prima venias. De secunda Lucæ 12. & si venerit in secunda vigilia,De tertia ibid. & si in tertia venerit. Iudic. 6. de quarta Luc. 12. & si in quarta venerit. Matth. 14.Marci. 6. quæ & dicitur vigilia matutina. Ex. 14. iamque aduenerat vigilia matutina i. Reg. 11. & ingressus est media castra in vigilia matutina, & ad has vigilias probabile est quod conuenirent omnes in primitiua ecclesia tã clerici quàm laici, mares & fœminæ,vt d.Marcell.loco cit.c.1. num. 10.

Et quod quattuor essent vigiliæ noctis,nec plures nec pauciores, probatur ex authoribus suprra citatis,& eod Aug. in Psal.129.Isid.libro 1. de Eccl. off. cap. 19.Amalario. lib. de ordine antiphonarij,cap.4.ex Christi instructione qui nos toties docet vigilare. Matth. 24. 25. 26. Marci 13. Lucæ 11.

Et quod vigiliæ noctis, & nocturnæ orationes olim celebratæ sint, & sint celebrandę,probatur ex Tertul.in apolog. circa princ.Philone Iudæo,vt Euseb. testatur libro secundo, Eccles.hist capitulo decimoseptimo, Ath. lib. de virginit. Bas. in reg. fusius disput. interrog. 37. Naz. oratione habita in præsentia.150. episcoporum,Cipr.tr.de oratione Dom. prope fi.Ilar. in Psalm. 118. & ibi Amb. Hier.ep.7.ad Lętam.Chris. hom.41.42. ad pop.Cassia. libro secundo, de inst.cęnob.August. sermo. 2.fer. 4.in capite ieiunij. Beda in Vigilia Paschę. Bern. sermo.7.in Cantica.Rup.libro secundo, in Ex. capitulo decimoseptimo. Isid. libro primo,de Eccles.off.capitulo 22.Rab.libro secundo,de inst.cler. capitulo nono. Amalar.lib.4.de off.capitulo septimo,& capit.9.Turr.Crem.in reg. S.Benedicti, tr.65. vbi ponit. decem rationes ob quas sit surgendum libenter ad nocturnas vigilias, & 6.assignat. Archid.in cap. imitare.6.quęs.1. & habetur in cap.clericus victum 91.distinct. cap. eleutherius, ea. d.capit.fin.61.distinct. Conc. Aquisgranense,cap.139.

Sed quia ob hominum malitiam vigiliæ apud laicos in choreas, & ludos conuertebantur, & quandoque homicidia,

dia, & fornicationes committerentur, vt testatur Aug. serm. 25. ad fratres in heremo. ideò licet non sint abrogatæ, abusus tñ sunt à B. Ambrosio damnati, qui circa illas erãt, cum alioqui Ambr. ipsas probet serm. 60. de festo Pentec. c. Missę. 76. dist. & ep. 85. ad sororem. cum errores iuuenum non sint religiosis imputãdi: vt dicit Hieron. a luer. Vig. cap. 4. nec ob id tollendi ritus, & cœremoniæ ecclesiasticæ, sed abusus corrigendi. Hodie tamen omnes ferè vigiliæ nocturnæ, excepta nocte Natiuitatis Domini, quò ad laicos in dissuetudinem abierunt, ob turpitudines, cantilenas inhonestas, cõmessationes, & huiusmodi, c̃porum, & Pontificum authoritate: vt d. Gul. lib. 6. c 7. nu. 8. Couarr. lib. 4. var. resol. c. 19 nu. 10. & in Concil. Elib. c. 35. sancitum fuit ne fœminæ in cœmeterio peruigilarent, ne scelera committerent. & in Conc. Antissiod. c. 5. prohibitæ fuere vigiliæ quæ in honorem domini Martini obseruabant; licet honestæ vigiliæ nunquam fuerint prohibitæ, vt probat Io. Steph. Duran. de ritib. eccl. c. 4. nu. 7. cum seq. sed tantum obuiatum abusibus, & periculis, ac superstitionibus.

Vigiliæ tamen quò ad clericos ob eorum imbecillitatem ad vnam tantũ redactę sunt, in qua omnes nocturni simul cum laudibus celebrarentur: vt inquit Cassian. lib. de instit. Mon. c. 4.

Hi verò nocturni cum laudibus media nocte celebrari sunt cœpti: vt dicit Gul. in Rat. lib. 5. c. 3. ꝙ & antiquitus vbi vna tantum vigilia obseruabatur, obseruatum esse probabile est: vt dicit Marcel. loco cit. c. 5. num. 9. qui & dicit hunc morem non vbique seruari, sed nonnullos prima vigilia eas recitare, cathedrales tenẽtes ecclesias monachos nigros, & fratres canonicos, ad secũdam mediæ noctis vigiliam surgere; Monachos & religiosos, tertia vigilia in galli cantu, clericos cũ populo per minores parochiales ecclesias, quarta vigilia de mane, vt ab aliquibus saltem regula euangelica integrato officio, seruetur.

Congruentius tamen est, vt media nocte recitẽtur; ꝙ faciendum sancti Patres suadent. Athan. lib. de virginit. circa fin. Media nocte surgito, & laudato Dominum Deum tuum, in hac enim hora surrexit Dominus noster à mortuis, & laudibus celebrauit patrem, propter hoc nobis pręcepit in hac hora laudare Deum. Bas. in reg. fus. disp. interrog. 37. De tempore autem dimidiæ noctis, ꝙ id ad orationem necessarium sit, traditum est nobis à Paulo, & Sila in Actis. & epist. 1. ad Greg. Theol. ad fi. atqui ꝙ alijs diluculum, id nox ijs dimidiata est, qui se colẽdę pietatis studio deuouerint, tunc enim præcipuè otium animæ largitur nocturnum conticinium, cum neq; oculi aspectus importunos, neq; aures auditus obturbatores intro ad cor admittunt. Hilar. in Ps. 118. Non vacat totis noctibus somno, nec otiosus lecto continetur, ad confitendum Deo non solùm nocte, sed etiam media nocte consurgit, meminit hoc esse tempus, quo primitiæ Aegyptiorum meritissima impię obstinationis clade percussæ sunt, his ergo horis non laxatur in somnum, ne gladio Aegipti admisceatur, hoc noctis tempore introeunte sponso, sapientes virgines in nuptias cum lampadibus introibunt. Vigilat ergo ne cum stultis mereatur excludi: hoc tempore psallentibus Paulo, & Sila Apostolis cathenæ, & vincula resoluuntur, Ambr. serm. 8. in ea verba. Ps. 118. Media nocte. non satis est dies ad præcandum, surgendum est & nocte, & media nocte, ipse Dominus pernoctauit in oratione, vt se proprio ad deprecandum inuitaret exemplo. & idem habet Hieron. ep. 8. ad Demetr. cap. 8. Chris. hom. 42. ad pop. & 26. in acta Apost. Ecclesia medijs surgit noctibus, surge & tu; ea enim hora Christum surrexisse à mortuis, veteres Patres tradidere. Athan. loco cit. Niss. orat. 1. & 2. de Resurr. Cirill. Alex. lib. 12. in Ioan. c. 44. Niceph. lib. 1. c. 31. Ambr. in c. 14. Lucæ. Hier. ep. 150. q. 4. Greg. hom. 21. in Euang. & plura alia mediæ noctis insignia commemorat. Hier. in Ps. 118.

Sunt tamen qui Matutinas horas in fine tertiæ vigilię, initio ve quartæ, vt laudes clara luce ante solis ortum finiãtur recitant: vt dicit S. Anton. 3. p. tit. 13. c. 4. Nic. de Ploue in tr. Sacer. in part. de horis canon. q. 15. Tab. Hora. §. 25. & id cõceditur

ceditur in regula S. Benedicti. cap. 8. hiemis tempore, & id Romæ seruari, dicit Amalar. Fortun. lib. de ord. Antiph. c. 4. maximè cum latini consentiant Christū in aurora, & non media nocte surrexisse. Aug. lib. 4. de Trin. Beda in vig. Pasch. Lira. Marci vlt. Alen. p. 3. q. 20. memb. 3. artic. 2. & 3. D. Th. 3. p. q. 51. art. 4. Francol. de temp. hor. can. c. 46. cum dicatur aliquid fieri media nocte, ꝙ fit infra noctē: vt dicit ibi D. Tho. ad secundum. Vnde non videtur probanda consuetudo ecclesiarum, vbi nō nisi in ortu solis, vel post incipiuntur nocturni matutini, licet aliquid sit condonandum temporum fragilitati, & fortè hominum malitijs, cum vbi canonici propè ecclesiam vnitim nō degunt, aliquoties eo ꝙ ante lucem ad ecclesiam adirent, interfecti reperti sint, maximè cum in hoc non adsit ecclesiæ determinatio, quanam hora matutinū recitādum sit, licet conueniens sit vt ita recitetur, vt verè nocturnum, & matutinum officiū dici possit, vt inquit & Francol. loco cit. c. 5. in fi. & c. 24. cum & Turre Cre. in c. presbiter. art. 6. dicat: horam competentem dici quando probabiliter populus sono campanæ cōuenire potest commodè ad officium audiendum, licet in Matutinis sit, vt supra, conuenientius, sic dici, vt nocturnum, & matutinum officium verè dici possit.

Licitum tamen quandoq; est de sero Horas Matutinas celebrare ob occupationes officij diei sequentis, ob celebrationem sinodi, processionum, magnarū ve solennitatum, vt videtur sentire Turre Cre. in d. c. presbiter. art. 2. & 3.

Ver. De Prima, Tertia, Sexta, & Nona.

6 *Prima, tertia, sexta, & Nona, cur introductæ, cū corū causis, & misterijs, & quo tpe recitādæ.*

INter Horas diurnas Prima, ordine & numero primum obtinet locum, quę ab ecclesia summa religione, varijs rationibus colitur: primò, quia in exortu diei quando sol primum apparet, solem iustitiæ oriri nobis postulare debemus, vt in illius lumine ambulantes, peccatorum tenebras, & laqueos mortis effugiamus. ex Ioan. 12. ambulate dum lucē habetis, &c. vel vt dicit Amalar. lib. 4. de eccl. offic. c. 2. sicut ouibus quæ nocte custodiuntur in ouilibus, & post matutinā custodiam ad pascua de vico exeuntibus in latitudinem corporum, necesse est vt illicò habeāt opilionem qui eas à Lupis irruētibus tueatur, ita nobis necesse est primo diluculo ad mādata Domini surgentibus, vt habeamus pastorem & Doctorem, qui nos introducat ad eadē mādata, & defendat à lupis, de quibus legitur apud Ioannem, & lupus rapit & dispergit oues, & infra; Propter suprascriptas feras dicit opilio noster. Deus in adiutorium meum intēde, &c. vel quia dominus noster illa hora iam cōsputus est & illusus, & alapis cæsus, Pilato propter nos ligatus astitit, & ꝙ rediuiuus stās in littore in captura piscium à quibus retia rupta nō sunt, significauit ecclesiam qualis futura esset: vt dicit Rup. lib. 2. de diuin. offic. c. 2. vel vt Deus præcepit sibi offerri primitias frugum, ita sacerdotes & clerici singulis diebus diuino quodā iure, ante omnes vitæ huius mortalis curas, primam diei horam, vt lucis primitias offerre debent, & primos animi, ac mentis motus: vt dicit Bas. in reg. fus. disput. interr. 37. cum & aues primo lucis initio dulci voce ortum diei prosequantur: vt inquit Ambr. in Exam. lib. 5. c. 12. & 24. & serm. 43.

Hæc autem hora licet à plerisq; à Cassiano dicatur instituta, tamen ante eum extitisse, probatur ex authoritatibus citatis supra, cap. de numero Horarū can. ex Clem. lib. 8. Const. Ap. c. 40. & Athan. lib. 8. Const. Ap. cap. 40. Bas. in reg. fus. disp. interr. 37. Hieron. ep. 7. ad Lætam. Debet verò celebrari oriēte sole, vel paulo post, vt colligitur ex Hier. ep. ad Lętā. c. 5. & ep. 8. ad Demetr. c. 8. vbi dicit, mane surgendum ad Deum laudandum, & mane dicitur, cum lux solis videtur: vt dicit Censori. de die Nat. c. 27. Beda de diuis. temp. Ans. lib. 2. de imagine mundi. c. 3. Dicitur verò ibi initium simboli submissa voce, finis elata, quia corde creditur ad iustitiam, ore verò fit confessio ad salutem, in Missa verò dicitur alta voce, quia simbolum Patrum, ꝙ simbolū Apostolorum declarat, conditum fuit fide iam manifestata, simbolū verò Apostolo-

stolorum; quia editum tempore persecutionis, fide nōdum publicata, occultè dicitur in Prima, & Cōpletorio, quasi contra tenebras præteritorum, & futurorū.

Hora Tertia, quæ vulgo aurea dicit, in iure verò sacra. c. fi. 44. dist. quia sacris Missarum solennitatibus est dicata, quā horā Spiritus sanctus super Apostolos tunc descendens, viuificis dedicauit misterijs: vt dicit Rup. lib. 10. de diui. offic. c. 18. & Bas. serm. 1. de instit. mona. & in reg. fus. disp. interr. 37. Isid. de eccl. offic. c. 19. lib. j. colitur, vt ita precemur Deū, vt Spiritus sanctus descendat super nos, vt ibi d. Bas. vel quia ea hora defixū est lignum Crucis: vt dicit Athan. lib. de virginit. vel exercit. vel ideò tunc præcandum, quia ea hora Dominus tulit sententiam Pilati: vt ait Clem. lib. 8. Constit. c. 40. Ignat. ep. 8. ad Trallia. Tert. lib. de ieiunio. aduer. Psychicos. c. 10. vt ita præcemur Dominum, vt ipse nobis recti itineris dux, & author esse velit, vel hora Tertia celebratur in honorem sanctæ Trinitatis, vt dicit Isid. loco citat. & quia tunc Christi passio cœpit linguis Iudæorum: vt dicit Rup. lib. 1. de diui. offic. c. 5.

Tempus verò recitandi hanc Horam est, vt recitetur tertia hora diei, i. duabus horis post Primam, & tunc dicitur officium dici hora competenti, cū intra spatium illius horæ diei respondentis recitatur, & si in fine recitationis finitur hora diei; tunc præcisè, & punctualiter est, licet tempus illud non ita præcisè, & pūctualiter sit accipiendum, tametsi antiquitus totus dies artificialis in quatuor partes æquales diuideretur pro quatuor horis canonicis celebrandis, scilicet Tertia, Sexta, Nona, & Vesperis: vt patet ex Chris. hom. 59. ad pop. & hom. 14. in primam ad Timoth. à quibus quatuor diei partibus post duæ particulæ separatę fuere, Prima, quæ diceretur in ortu solis, & Completorium in occasu, vt dicit Francol. de temp. hor. can. c. 10.

Hora Sexta, multis de causis colitur, & obseruatur, quia ea oratio necessaria sit sanctorum exemplo. Ps. 54. Vespere, & mane, & meridie, narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam, in qua etiam recitatur Psal. 90. vt liberemur ab incursu, & dæmonio meridiano: vt dicit Bas. in reg. fus. disp. interrog. 37. & quia hora sexta ascendit Petrus in superiora ad orandum. Act. 10. quia illa erat hora orandi: vt d. Hier. in c. 6. Dan. vt sic & instrueretur, vt omnes ad salutis gratiā admitteret, qui ante de mundandis gentibus dubitarat, vt dicit Cipr. de orat. Dom. Et colitur etiam hora sexta, quia ea hora Christus, vt serpens in Cruce est exaltatus, & crucifixus, vt dicit Cipr. d. loco. Atha. lib. de virg. Clem. lib. 8. Constit. c. 40. Et quia hora sexta, & die sexto homo conditus est: vt dicit Orig. tr. 35. in Matth. & hora eadem sexta homo de ligno comedit, vt dicit Teoph. in ea verba Matt. A sexta autem hora; vnde qua hora Deus hominem condidit, eadem & lapsum curauit, vt dicit Cirill. Hierosol. cath. 14. vt dicit Dur. lib. 2. de ritib. c. 9. vbi latè examinat an esset hora tertia, vel sexta, cum Dominus est crucifixus, & sentit quòd sexta realiter, licet tertia linguis Iudæorum.

Hæc autem hora est celebranda toto tempore anni in meridie, vt dicit Francol. loco cit. d. c. 10. num. 4.

Hora quoque Nona colitur, quia orationi est consecrata, cum in ea Petrus, & Ioannes ad orationem in templū ascenderent, ꝙ probat & Bas. in sæpè cit. interrog. 37. idq; merito, quia Dño crucifixo, oīa mota & tremefacta sunt, ideò conuenienter ea hora colitur; cū omnia sint mota ꝙ horrerent audaciam Iudæorum, & contumeliam ferre nō possent: vt ait Clem. lib. 8. Constit. c. 43. & Chris. homil. de passione Domini. idem habet Cipr. de orat. Dom. Athan. lib. de virgin. vel meditat. ꝙ tunc Dominus in Cruce emiserit spiritum. Nona enim hora memoriam passionis Dominicæ refert, quę causa vitæ nostræ est suscepta, & in qua hora ipse Dominus spiritum patri commendauit, vt sic fideles & ipsi se Deo cū deuota oratione commendent eius exēplo; vt in eius corpus coadunari cum ipso capite regnum possint intrare perpetuum: vt dicit Rab. lib. 2. de inst. cler. c. 6. & quia tunc latere eius perforato, formandæ ecclesiæ sacramenta fluxerunt, sanguis quo redimimur, aqua qua abluimur:

mur: vt ait Rup. lib. 1. de diu. offic. c. 5. & quia sicut ea hora sol descendit ad occasum, sic homo consideret fragilitatem suam, qua tentationibus surgentibus ab intimo feruoris, & contemplationis gaudio abscedit, vt ideò ad eas fugandas ad diuinum auxilium per orationem recurrat, vt inquit Amalar. lib. 4. de ecclesi. offic. cap. 6.

Hæc autem hora, Nona diei hora est celebranda, quò ad recitationem officij, licet possit ei aptari septima, octaua, & nona hora, vt & tertiæ secunda, & tertia, & sextæ, quarta, quinta, & sexta, & Vesperis, decima, & vndecima: vt dicit Frãcol. de temp. hor. can. c. 21. in princ.

Ver. De Vesperis, & Completorio.

7 Vesperæ, & Cõpletoriũ cur ĩtroductæ & cur sic dictæ, cũ horũ causis, & misterijs, & quo tẽpore recitandæ.

VEsperarum officium, quod sub horam diei vndecimã cadit, merito ab ecclesia celebratur, de ea enim, præter testimonia citata supra, cap. de numero Horarum canon. fit mentio à fin. Laodicen. can. 18 Chris. homil. 59. ad pop. Ambr. li. 3. ep. 11. Hier. ep. ad Eustoch. quæ hora colitur in memoriam sacrificij antiquæ legis; hoc enim tempore, mos erat veterum sacrificia offerri, adolerique altaria aromata, & tura. Psal. 140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: vt dicit Isid. lib. 1. de eccl. offic. c. 20. & etiam in memoriam misticæ cœnæ, quam vesperæ Dominus cum discipulis celebrauit, ex pane carnem suam, & ex vino sanguinem suum admirabili potestate conficiens, vt ibi dicit Isid. & Naz. orat. 42. in Pascha. Vnde in honorem tãtorum sacramentorum adesse nos decet his temporibus in Dei conspectibus, & personare in eius cultibus orationum nostrarum illi sacrificium offerentes, atque in eius laudibus pariter exultantes, vt dicit Rab. lib. 2. de inst. cler. c. 7. & quia illa hora Dñs de Cruce depositus est. glo. in c. 1. de celeb. Miss. Gabiel. lib. 5. c. 9. ob quod Ioannes XXII. religiosè celebrãtibus hoc officium, in huius misterij memoriam, concessit quadraginta dies indulgentiæ, vt dicit S. Ant. 3. p. tit. 13. c. 4.

Hora verò vesperas celebrandi, est vndecima hora diei, cui tamen etiam decima conuenire potest, vt supra est dictũ. In Quadragesima tamen ante cœnam, vel prandium recitantur. cap. solent. de cons. dist. 1. & alijs modis variantur pro temporum conditione, iuxta quod variè horæ sunt mutatæ: vt dicit Strabo. de rebus eccles. cap. 25. Ioan. Stephan. Durand. de ritibus eccl. lib. 2. cap. 11.

Completorij hora, vltima est diurni officij portio, & colligitur ex Psalm. Si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis: vt dicit Isid. lib. 1. offic. cap. 21. quis non stupeat tantam in Dei amore animi deuotionẽ, vt somnum sibi, sine quo vtique humana corpora deficiunt, penitus interdixerit, donec locum ac templum domino fabricandũ in pectore suo rex, & propheta inueniret, & Bas. in reg. fus. disp. interr. 37. dicit: tũ autẽ primis se iam noctis intendentibus tenebris sequitur petitio, vt quies quam sumus capturi, inoffensa, & ab omni perturbatione, & vitio libera sit: & Cipr. de orat. Dom. in fi. vt retuli supra de num. hor. can. & in Conc. Aquisgran. c. 128.

Idque merito est celebrandum, & hora hæc recitãda. Primò, quia illa hora à vita actiua, quæ pluribus agitur periculis, trãsitus fit ad vitæ contẽplatiuæ quietẽ, quæ pacem, & tranquillitatem secũ habet: vnde recitatur Canticum Simeonis: Nunc dimittis seruum tuũ domine &c. Secũdò, quia vt illa hora animalia, quæ ad pastum exierãt, caulam reuertuntur, ita ad interiora spiritus ab externis est reuocandus; Vnde ibi dicitur in principio. Conuerte nos Deus salutaris noster. Tertiò, quia hac hora parãdus est locus, in quo spiritus cum Deo quiescat, locus verò eius est pax, & tranquillitas. Ps. 75. & 131. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum domino. Quartò, nam hac hora Christiani munire se debent contra omnes diaboli fraudes, cum nocte diabolus in homines magis grassetur; vnde initio, dicitur, Fratres: sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. & Ps. 90. Qui habitat. & in fi. Oratio. Visita, quæsumus domine, & imploratur

ploratur auxilium Beatæ Virginis, quæ tanti est ponderis, vt magister Iordanus ordinis Prædicatorum, dum diceretur Aña Beata Virgo, dixerit se vidisse Beatam Virginem flexis genibus ordinē filio suo commendare, & accipitur etiam benedictio prælati, quæ est magni ponderis. Eccle. 3. & tunc etiam ad mentem est reuocandum, ꝙ die est actum, & de peccatis venia postulanda à Deo, & proponendum amplius diuina non præterire mandata: vt dicit Chris. serm. de Pœnit. & confess.

Hora verò recitandi hanc horam, olim erat in prima noctis vigilia, vt colligitur ex Isid. Bas. & Cipr. supra cit. licet enim ibi fiat mentio lucis, intelligitur de luce crepusculi illius.

Sed post ecclesia in memoriam dominicæ sepulturæ, cum ante solis occasum Dominus sit sepultus: vt dicit Clem. lib. 5. Const. c. 16. Ignat. ad Trallia. & vt populus conueniēte cōmodius posset ad diuina, & ad obuiandum scādalis, quæ noctu contingere possunt, statuit, vt ante finem diei hæc hora celebraretur, vt dicit Francol. de tēp. hor. can. c. 17. 18. & seq.

Es ita omnia, de hora diuini officij celebrandi dicta, repilogādo, hora propria celebrandi nocturnos, & laudes, est media nox, & conuenientior, aliqui tamen id agunt in secunda, alij in tertia, alij in quarta vigilia, vt supra est dictū. Prima, in ortu solis est recitanda: Tertia, hora tertia diei, cui & secunda aptari potest: Sexta, hora sexta diei, cui tamen accommodari potest quarta, & quinta: Nona, hora diei nona, cui etiam aptari potest septima, & octaua, & nunc recitantur in meridie communiter. Vesperæ, hora vndecima, cui & decima aptari potest; Cōpletorium, hora vltima diei occidente sole, diuidendo, vt supra, diem per duodecim partes æquales. In his tamen spectanda est locorum consuetudo, quę plurimum ex rationabili tamē causa introducta, in his valet, cum ecclesia sæpius has horas immutarit, nec canō adsit qui certam officio diuino horam assignet, tametsi statuat horis competentibus esse celebrandum. clem. 1. de celebr. Miss. vt sentit Marcell. loco cit. c. 24. qui dicit horas ex causa posse anticipari, vel differri, & etiam rationem haberi consuetudinis laudabilis loci, distantiæ canonicorum ab ecclesia, & huiusmodi; sic tamen vt magis quàm fieri possit, dicantur hora debita. Hæc de horis in Cathedralibus, vel collegiatis recitandis. Si verò priuatim, quis horas canonicas recitet, est immunis à peccato mortali si intra spatiū vnius diei naturalis totum officium absoluat, tametsi horas debitas, differendo, vel anticipando non obseruet. Doct. in clem. 1. de celeb. Miss. cum iura, quæ statuunt horas recitandas horis congruis, intelligantur in ecclesijs collegiatis, & Cathedralibus id disponere.

Tempus verò officij celebrandi incipit à media nocte, & terminatur in aliā mediam. Sanctus Ant. 2. p. tit. 9. c. 12. §. fi. in fi. 3. p. tit. 13. c. 4. §. 4. Silu. verbo, hora. §. 9. vers. sexto.

Quo tamen ad Matutinum, non debet dici nisi post finitas Vesperas, & Completorium communiter in ecclesijs pro die sequenti, quia non pertinet ad diem sequentem, nisi post Vesperas, & Completorium diei præcedentis, finitum scilicet regulariter in ecclesijs secularium clericorum: vt dicit D. Tho. quodlib. 5. art. vlt. ad primum.

Si ēt quis post horam nonam diei recitat Vesperas, & Completorium, & postea horas matutinas, potest sic satisfacere, quia illa hora est vespertina, & in ea Vesperæ congruē recitari possunt. Non tamen sat est, ꝙ quis priuatim, ante horam ecclesiarum dixerit Vesperas, & Cōpletorium, quia id ante etiam meridiē potuisset explere; in quibus tamen hora punctualiter non est accipienda, si quis tamen horis non competentibus absque rationabili causa officium persoluit, nō euadit peccatum veniale. Henr. quodlib. 11. art. pen. Tur. Cr. in cap. presbiter. 91. dist. & alij, ꝙ pluribus probat Francol. de hor. can. c. 25. qui & dicit c. 26. iustam causam esse quamuis honestā occupationem, vel concionis, vel lectionis, vel studiorum, vel rerum temporalium licitarum & necessariarum, & clerici peregrini possunt simul dicere omnes horas vsque ad vesperas inclusiuè, & postea exe-

qui

qui iter, & idem de clericis curialibus, & alijs legitimè impeditis, & vbi debita hora seruari non potest melius est præuenire quàm differre, & non est opus, vt clericus secularis priuatim singulas horas singulis diei horis persoluat, vnde licet recitare sero Matutinum, & Laudes, modo id non fiat ob lasciuiã, vel vt quietius somno indulgeatur, & mane omnes horæ possunt simul recitari, Missa tamẽ interposita, & Vesperæ, & Completorium simul; possunt & sero nocturni dici, mane Laudes: vt idem dicit cap. 27. in principio.

Ver. De his ex quibus constat Diuinum Officium, Hymnis, Psalmis, Lectionibus, &c. eorum instituto, antiquitate, & misticis significationibus.

8 Horæ canonicę cõstant ex Hymnis, Psalmis, Lectõnib⁹, &c. cũ eorũ instituto, & antiquitate, ac misticis significationibus.

Diuinum Officium Deo persoluendum iuxta ecclesiæ institutum, & vium, ac sanctorum Patrum regulas, ex multis conflatur, Psalmis scilicet, Hymnis, Canticis, Antiphonis, Lectionibus, Versibus, Collectis, &c. vt ita multipliciter Deus Optimus Max. collaudetur, & exoretur.

Psallendi vsus in ecclesia vetustissimus est, vt patet 1. Corin. 14 cum conuenitis quisq; vestrum psalmum habet Ephe. 5. implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, Hymnis, & Canticis; quod explicat & Dion. de eccl. hierarc. c. 3. Psalmorum sancta modulatio, &c. Tert. lib. 2. ad vxorem, sonant inter duos psalmi, & hymni, & mutuo prouocant, quia melius Deo suo canunt, talia Christus videns, & audiẽs gaudet. Idem habet Tert. de vel. virg. Athan. apolo. de fuga sua. vbi narrat qualiter Arrianis ecclesiã ingredientibus fugerit, dicens: Manebam in cathedra, diacono iusso vt psalmum recitaret, ꝙ factum refert etiã Socr. lib. 2. hist. eccles. c. 8. Theod. lib. 2. c. 13. Sozom. lib. 3. c. 5. Niceph. lib. 9. c. 6. Psalmorum etiam cantum probat Ruffin. lib. 1. hist. eccl. c. 35.

Idq; iure merito, vt enim dicit Chris. hom. 6. de pœnit. in ecclesijs pernoctantibus, & primus, & medius, & nouissimus est Dauid: in funeralibus &c. in monasterijs &c. in cœnobijs virginum, &c. in desertis viri crucifixi colloquentes Deo, & primus, & medius, & nouissimus Dauid. idem lib. 7. in Lucam. c. 15. hæc est symphonia quando cõcinit in ecclesia diuersarum ætatum atque virtutum, velut variatum chordarũ indiscreta concordia, psalmus respondet, Amen, dicitur, hæc symphonia quã sciuit & Paulus, & ideò ait, psallam spiritu, psallam & mente. Hier. in Ps. 115. sicut martyres laudant Dominum in regione viuorum, ita monachi qui die & noctu psallũt Domino, debent habere eandem pietatem. Augu. lib. 9 confes. c. 6. & 7. tunc hymni, atque psalmi vt canerentur, secundùm morem orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum est. Bas. in Ps. 1. Psalmus animorum est tranquillitas arbiter ineundæ pacis, & infra; Psalmus amicitiæ conciliator, vnio dissidentium, pacis inter hostes conciliandæ sequester. & infra; Psalmus est profligandis dęmonibus, & depellendis quoddam amuletum, angelicæ tutelę conciliator. Isid. lib. 3. de sum. bono. c. 7. Psallendi vtilitas tristia corda consolatur, gratiores mẽtes facit, fastidiosos delectat, inertes exsuscitat, peccatores ad lamenta inuitat, nã quãuis dura sint carnaliũ corda, statim vt psalmi dulcedo insonuerit, ad affectum pietatis eorum aĩum inflectit.

Psalmos in ecclesia recitari Damasus Papa constituit, vt omnes fatentur, per omnes ecclesias, licet ante in aliquibus celebrarentur, vt patet ex Dion. d. cap. 3. Bas. ep. 63. Vetatur tamen ne præter centumquinquaginta Psalmos Dauid, alij in ecclesia legantur, ex Conc. Laodicen. c. 59. Bracaren. I. can. 30. cum & hęretici ad ecclesiæ imitationem Psalmos composuerint, & cantarent, vt dicit Tert. lib. de carm. Christi. & Epiph. hær. 67. & August. ep. 119. cap. 18.

Mos verò vetus fuit Psalmos, diuiso in duas partes choro, alternatim canere: vt inquit Dion. cap. 3. de eccl. hierar. quasi vna concordi, & consona sacratum rerum chorea.

Hos

Hos dum cantamus, stantes esse solemus, vt ex statu corporis demonstremus affectum mentis nostræ, hoc est paratos nos esse ad domãdam carnem nostram, seu exercitium corporis in causa nostra, & fratrum: vt dicit Amal. Fortun. lib. 4. de eccl. offic. cap. 3.

Hymni etiam ad diuinum officium adhibentur, qui sunt laudes Dei cũ cantico, sunt enim cantus continentes laudes Dei, nã si est laus, & non sit Dei, nõ est hymnus, & si sit laus, & Dei laus, & non cantetur, non est hymnus, & sic ad hymnum tria requiruntur. Laus, & Dei laus, & canticum: vt dicit Aug. in Ps. 72. & Nazian carm. Iambico 15. Isid. lib. 5. etimol. cap. 19.

Vetus verò est hymnorum in ecclesia institutio. Col. 3. Eph. 5. & Christus ipse hymnum dixisse habetur Matt. 26. Marci 14. vbi Chris. hom. 84. in Matth. dicit: Dominum hymnum cecinisse, vt & nos idem faciamus. & de hymnis etiam meminit hom. 27. in 1. ad Cor. & Philo. lib. de supplicum virtutibus, primos Christianos hymnos cecinisse dicit. & Dion. etiam c. 16. de diuin. nom. plura dicit de hymnis Hierothei. & Niceph. lib. 2. cap. 22. dicit: Sacratissimum corpus B. Virginis, cum hymnis delatum, nam, vt dicit Hier. in Ps. 64. Matutinis, vespertinisque hymnis ecclesiæ delectatur Deus per animam fidelem, quę relicto inaniũ deorum ritu eum deuotè laudauerit.

Hymni verò à multis Patribus sunt compositi: vnde Hilarius librum hymnorum ecclesiasticorum edidit: vt dicit Hier. in Catal. lib. ecclesf. Raban. lib. 2. de inst. cler. c. 49. & idem Hilar. in Psal. 65. Ambrosius etiam plures hymnos composuit: vt dicit Aug. lib. 1. retr. c. 21. & ipse Ambr. orat. in Auxentium. Strabo. de rebus ecclesf. cap. 25. & Conc. Toler. IIII. c. 12. meminit hymnorũ Hilarij, & Ambrosij. cap. de hymnis. de consecr. dist. 1. Extãt & hymni aliorum sanctorum Patrum Sinesij, Theophanis, Marci episcopi, & aliorum teste Socr. lib. 7. c. 22. trip. lib. 11. c. 17. Niceph. lib. 14. c. 13. Chrisostomus verò primus auxit in nocturnis hymnis orationes.

Porrò Telesphorus Papa ep. decretali ad omnes, iubet omnes clericos septem hebdomadibus ante Pascha hymnis, & vigilijs, atque orationibus, die, noctuq; domino inhærere, & Ioannes timens ne populus suus Arrianorum cantibus traheretur, eum instituit vt nocturnis occuparetur hymnis, & opus Arrianorũ obscuraretur: vt dicit Socr. lib. 6. c. 8. trip. lib. 10. c. 8. Aug. lib. 22. ciuit. c. 8.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, Hymnus, à Flauiano Antiocheno primo est editus contra Arrianorum hæresim, filium patre minorem dicẽtium: vt testatur Sozom. lib. 3. cap. 19. Theod. lib. 2. c. 24. Socr. trip. lib. 4. c. 35. & Nicephor. lib. 18. c. 51. dicit: Flauianum id cũ Chrisostomo fecisse, sed ante Flauianum idem hymnus legitur apud Athan. libr. de virginit. vel de meditat. Aliqui etiam principium tribuunt Conc. Nic. vt dicit Strabo. de rebus eccl. c. 25. vbi fides coæternæ Trinitatis, quam sacer hymnus profitetur, continetur, & sequitur Hier. ep. ad Damasum. attamen sancti Vigilij Papæ tempore ab omnibus catholicis ex more dicebatur in fine Psalmorum: vt dicit Vigil. ep. ad Eutherum. c. 2. Vel Damasus secũdùm alios id instituit. & Concil. Vasense. cap. 7. instituit, vt in fine eius diceretur Amen, vt idem ab omnibus seruaretur.

Dicitur verò hic hymnus in fine Psalmorum, & Responsoriorum, vbi de lętis agitur, in tristibus enim repetitur principium, ex Conc. Tolet. IIII. can. 15.

Dicitur etiam singulis diebus, maximè in sacro Missæ. cap. 2. de for. Alcui. cap. de celebr. Missæ.

Omittitur verò in Responsorijs à Dominica Passionis per vndecim dies. Fort. de eccl. offic. c. 20. à cœna Domini, vsque ad sabbathum sanctum, vbi reticetur, Alcui. de diuin. offic. feria 4. hebd. & c. seq. de cœna Domini. & etiam omittitur in Cant. Benedicite, in laudibus, eius enim loco dicitur: Benedicamus Patrem, & filium cum sancto spiritu. Amalar. Fortu. lib. 4. c. 10. Io. Steph. Dur. lib. 3. de ritib. c. 15. & Cassiani tempore in fine Psalmi omnes astantes cõcinebant cũ clamore. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: vt dicit Cassia. lib. 2. de instit. cœnob. c. 8.

Cantica etiam ad diuinum officium adhibentur,& differunt à Psalmis,quòd Psalmus sit, cũ cessante voce pulsus tantum organi concinentis exauditur; Canticum verò cum cantantium chorus, libertate sua vtens, neq; in consonum organi adstrictus obsequium, hymno canoro tãtum vocis exultat: vt inquit Hieron. in prolog.expos.Psalm. & infra; in eo Psalmo,in quo tãtum Psalmus inscribitur,fidelium operum, & religiosorum gestorũ,aut doctrina, aut confessio continetur, at verò cum canticum tãtum in titulo ponitur, scientia in eo spiritualis, & intelligentia cœlestis arcani, quam quis per cognitionẽ sapientiæ consequitur,existit, cum non commemoratis fidei operibus,solam doctrinam perfectæ de Deo cognitionis ostendit; Canticum Psalmi cum bonorum operum efficientia,& doctrina coniungitur, vbi autẽ est Psalmus cantici, illic per cognitionis scientiam,vsus boni operis tractatur, cũ desideratum nobis fidelium gestorũ efficientiam, præstet anterior de Deo adepta cognitio. Vel hymnus dicit̃,qui fortitudinem,& maiestatem prædicat Dei, & eiusdẽ semper beneficia,vel facta miratur,ꝙ omnes Psalmi cõtinent, quibus Alleluia præpositum, vel subiectum est. Psalmi autem ad ethicum propriè pertinent locum, vt per organum corporis, quid faciendum, & quid vitandum sit, nouerimus; qui verò de superioribus disputat,& concentum mundi,omniumq; creaturarum ordinem, atq; cõcordiam subtilis disputator disserit, iste spirituale Canticum canit, vel, vt simplicioribus satisfiat, Psalmus ad corpus, Canticum ad mentem refertur, quia Deum magis animo,quàm voce laudare debemus:vel vt dicit Euthimius,præfat.ad Psal. Psalmus propriè est illud carmen, ꝙ simul cum psalterij instrumento, suaui voce profertur,odæ, vel canticum, vox quædam musica, cum harmonia solo ore prolata.

Canticum est antiquius Psalmo, eius enim author fuit Moyses, quorum vsus vsq; ad Dauid durauit,qui primus Psalmos condidit, & vsum instrumenti musici psalterij, qui ante ad greges tantum mulcendos pulsabatur, suauius aptauit, & illius vsum ad Deum transtulit. Amalar.lib.4.de eccles.offic.c.3.& 12. Isidor. lib.6.etimol.cap.19.

Cantica dicuntur solùm, quæ sunt prophetarum, & in scripturis continentur, vt Moysis,Ezechiæ,Zachariæ,Isaię, trium puerorum, Beatæ Virginis, sancti Simeonis;quibus & additur Canticum: Te Deum laudamus, diuinitus à B. Augustino, & Ambrosio, dum Augustinus baptizatus,& confirmatus est: vt dicit S. Dacius ep. Med. in suo chronico. libr.1. c.10.Greg.li.4. dialog.c.11.compositũ.

Antiphonæ præterea in diuino officio assumuntur,& dicitur Antiphona,quasi reciproca, duobus scilicet choris alternatim psallentibus ordine commutato, siue de vno ad vnum: vt dicit Isid.lib.6. etimol.c.19. Alcui.de diuin.offic.cap.de celebr.Missæ. Raban.de inst.cler. lib.1. cap.33.

Antiphonarum origo ab aliquibus dicitur à cap. 6. Isaiæ: vbi duo Seraphim clamabant alter ad alterum, & dicebãt, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum,alter enim ad alterũ se ad laudes Domini cohortabantur: vt ibi dicit Hier.& Isid.lib.1.eccl.offi.c.7.

Sanctus Ignatius verò creditur primus author Antiphonarũ apud græcos, qui visis Angelis alternatim Trinitatem laudantibus, formam illam canendi alternatim Antiphonæ tradidit ecclesiæ Antiochenę,quæ est progressa in alias oriẽtis regiones, teste Socr.lib.6.cap.8.trip. lib.10.c.9. Niceph.lib.13.c.8. Amal.de eccl.offi.c.4.& 7. Bas.ep.63.ad cler.Neocæs. Ex latinis primus Ambrosius græcos imitans, Antiphonas Mediolani instituit,qui ordo ad alias occidentis partes perrexit: vt dicit Isid.lib.1.de eccles. offic.c.7.Sigebertus in vita S.Ambrosij. Aug.lib.9.confes. vt & de Psalmis,dicit. Tert.lib.2.ad vxorem.in fi. sonant inter duos Psalmi, & Hymni, & mutuo prouocant, quis melius Deo suo canat, tametsi alij dicant Ambrosium instituisse, vt Psalmi alternatim in choro canerentur,& Damasum id probasse, ac vbique fieri præcepisse.

Lectiones etiam ad diuinum officium adhibentur

adhibentur ex antiquo ecclesiæ ritu, vt testatur Rab.lib.2. de instit.cler.c.52. & Isid.lib.1.de eccl.offi.c.10. dicit: Iudæos ex veteri Patrum institutione, legitimis, & præfinitis diebus ex lege, & prophetis lectiones recitare consueuisse, de quibus etiam meminit Aug. in primam Ioãnis ep. in princ. & habetur in c.sacrosancta. dist. 15.c.in die. de consecr.dist.5. & per Rodulph. Tungr. de can.obs.propos.10. & 11. vbi agit de ordine, numero, & tempore lectionum plenissimè.

Differunt verò lectiones, quæ dicũtur intra Missam ab ijs, quæ dicuntur in diuino officio, ꝙ illæ publicè dicantur, vt à toto populo ex gradu audiãtur, hæ verò non ita, vt d. Amal.de eccl.offi.c.3 & vetatur in Conc. Cartag. aliud legere sub lectionũ nomine, præter canonicas scripturas, & passiones martyrum, cum dies anniuersarij eorum celebrantur; & ita leguntur lectiones in nocturnis, partim ex libris veteris, vel noui testamenti, partim ex homilijs, & gestis sanctorum.

In officio verò diurno, loco lectionũ, dicuntur capitula, vel breues lectiones, quæ de Psalmis dicũtur, vt colligitur in c.consueuit. de cons.dist.5. & de eisdem capitulis meminit Rodulph. Tungr. de can.obs. propos.8.& 13.

Lectiones verò lecturus benedictionẽ petit, d. Iube dñe benedicere. c.placuit. distin.77.ad indicandum, ꝙ nemo debet prędicare nisi mittatur. Rom.10.vt dicit Rup.lib.1.de diu.offi.c.12. quæ tñ benedictio ideò petitur à maiore, vt superior, qui vicem Christi gerit, eam præstet: vt dicit Amal.lib.4. de eccl.offi.c.3.

Præterea ante lectiones, diaconus clara voce, silentium indicit, vt dum psallitur, aut lectio recitatur, vnitas ab omnibus conseruetur: vt d. Isid. lib. 1. de eccle. offic.c.10. Ambr.præfat.ad Psal.& Aug. lib.22.ciu. c.8.dicit: facto tandem silentio, scripturarum sunt lecta diuina solẽnia. Audituri verò lectiones frontẽ crucis signaculo exornare debent. Isid. d. c. 10. & dũ lectio recitatur, solemus sedere more antiquorum, & silendo stare: vt d. Amal.lib.3.de eccl.off c.11.& lib.4.c.2.

In fine lectionum lector dicit: Tu aũt dñe miserere nostri, ad indicandum, nec ipsum prædicationis officium absq; alicuius, vel leuis culpę puluere peragi posse, cum.n. prædicator bene dicere se sentit, difficile est, vt nõ quantulum spiritu elationis tangatur, cum verbum prędicationis ideirco securius audiatur, quàm dicatur: vt d.Rup.lib.1.de diu.offic.c.13. vnde quia quasi per terram ambulat, & pedes eius aliquo puluere sordidantur, misericordia Dei indiget, vt in parte lauetur etiam si mũdus sit totus. Demum totus chorus, succinit, Deo gratias, gratias Deo agendo, ꝙ doctrinæ suæ nobis panẽ frangere dignatur, ne fame audiendi verbum Dei pereamus: vt dicit Rup. ibi.c.14. Vnde & monachi cum hominibus occurrebant dicebant. Deo gratias. vt dicit Aug. in Ps.132. eius tempore.

Responsoria subsequuntur lectiones, propter disciplinam ecclesiasticam, quæ non tantum auditores legis exoptat, sed & factores, per lectiones enim doctrina, per responsoria bona opera significãtur: vt dicit Amal.lib.de ord. Antiphon. c.4. Tur.Cr.in reg. sancti Benedicti tr.66.

Differt verò responsorium ab Añis, ꝙ in respõsorijs vnus dicit versum, in Añis alternatim versibus personant chori: vt dicit Rab.lib.1.de instit.cler.c.33. In fine responsoriorũ in lætis dicitur. Gloria patri. in tristibus nõ. ex Cõc. Tolet. IIII. c.15. hodie tamen dicitur solùm in fine vltimi respõsorij cuiuslibet nocturni, & si dicitur. Te Deum, in secunda lectione vltimi nocturni. Post Matutinum verò, & Capitulum Vesperarum, non dicitur respõsorium, quia vt hymnus Zachariæ excludit responsorium post matutinalẽ lectionem, sic hymnus, Magnificat anima mea dominum, post vespertinalem: vt dicit Amal.lib.4.de eccl.offi.c.7. quid verò sibi velit, vox, respõsorium, dictum est sub cap. de Mist. Missæ.

Versus etiam accedit ad diuinum officium, & dicitur versus à vertendo, est .n. ille cantus per quem reuertitur intentio mentis in aliam intẽtionem, quasi quædam compositio officialis, disponens iter mentis suaui cãtilena de vno affectu ad alterum, v.g. de Psalmodia ad lectionẽ, de solicitudine omnium ecclesiarum ad propriam conscientiam, quæ conuersio

adijcitur in responsorijs: vt dicit Alcui. de diu. offi. c. de celeb. Missæ. Amal. lib. de ord. Antiph. vel versus ad memoriam reducit illud tempus, quando merces remunerabitur post laborem præsentis seculi iustis à Domino, vt idem Amalar. dicit lib. 4. de eccles. offic. cap. 45.

Versus id habet speciale, quòd excitet corda cantantium, ad requirendum faciem Domini in oratione, vndè sæpè præcedit orationē, & dicitur ante hymnos Magnificat, & Benedictus, & lectiones, vt simus intenti ad ea quæ ibi dicuntur: vt dicit Amalar. lib. 4. c. 9. vnde & cantatur in nocturno, Matutino, ad Primam, Vesperas, & Completorium: vt ibi dicit Amalar. cap. 7.

Inter versus verò præcipuus est. Deus in adiutorium meum intende. Dñe ad adiuuādum me festina; qui dicitur ante preces canonicas, quia cum orationi incumbimus, tentare nos præcipuè diabolus nititur, vt muscæ oriētes suauitatem vnguenti depellant, quare contra illius incursiones, & impetus ante omnia diuinum auxiliū implorare debemus: vt dicit glo. in Ps. 69. quia omnia in nomine Dei facienda sunt. 1. Cor. 10. sine quo nil impleri potest Io. 15. vndè præmittitur, quia hic versus habet aduersus vniuersa discrimina inuocationem Dei, habet humilitatem piæ confessionis, habet sollicitudinis, ac timoris perpetui vigilātiam, habet considerationem fragilitatis suæ, exauditionis fiduciam, confidentiā præsentis semperque adstantis præsidij, qui enim iugiter suum inuocat protectorē, certus est eum semper esse præsentē, habet amoris & charitatis ardorem, habet insidiarum contemplationem, inimicorumq; formidinem, quibus prospiciens semetipsum die, noctuq; vallatum, confitetur se non posse sine sui defensoris auxilio liberari: vt inquit Cassia. collat. 10. cap. 10. latè id prosequens, & probans, quem ibi videre licet.

Dum verò sacerdos dicit. Deus in adiutorium meum intende; singuli in choro assistentes, signo crucis se muniunt, ad effugandam illius signi virtute, diaboli versutiam, & potestatem.

Sunt & versus. Dñe labia mea aperies; & cōuerte nos Deus salutaris noster, qui quotidiè in diuinis officijs repetūtur, quia tripliciter peccatur, corde, ore, & opere: vnde Cōpletoriū inchoatur per versum. Conuerte nos Deus &c. cōtra peccatum cordis. Nocturnæ horæ, versu. Dñe labia mea aperies, contra peccatū oris, cæteræ horæ, versu. Deus in adiutorium &c. contra peccatum operis. Et quia in peccato cordis, & oris est aliquid operis, ideò in oībus horis tā diurnis, q̄ nocturnis, dī. Deus in adiutorium &c. vt d. Tūr. Cr. in reg. S. Benedicti. Gul. lib. 5. c. 2. Io. Steph. Dur. de ritib. lib. 3. à c. 13. ad 21.

Hæc de Mysterijs sacri diuini officij, & eius institutione.

Ver. De forma, & ordine recitandi Diuini Officij.

9. CVm Deo inseruiēdum sit corpore & mente, ministri ecclesiæ & mente & voce Deo psallere debent.

Attētio requiratur in diuino officio, & quomodo

Et vt à primo fiat initium, cum opus sit, vt oratio sit attenta, i. vt mens sit præsens ad id quod agitur, iccirco ad diuini officij solutionem requiritur, quod adsit mētis attentio in eo persoluendo, aliter non est actus humanus absq; tali attētione, vt dictum est supra, tr. de Oratione: vnde Cipr. ser. de orat. Dom. d. qn̄ stamus ad orationem, fratres dilectissimi, vigilare & incumbere ad preces toto corde debemus: Cogitationes carnales, & seculares abscedāt, nec quidquam tunc animus, q̄ id solū cogitet quod precatur. Bas. de cōstit. monast. c. 2. etenim si qui coram aliquo principe stat, & ipsum alloquitur, magno cum metu stat, & cum corporis extrinsecus, tū mentis ē intrinsecus intentos oculos tenet, periculi metu, quanto tā demum maiori cum metu, trepidationeq; cēsendum est oportere nos stare in conspectu Dei, tota mente in illum vnū intenta, neq; vsquam alio? Aug. in Psal. 118. Cassia. collat. 23. c. 7. idem dicit.

Vnde qui tenetur ad diuinum officiū persoluendum ex præcepto, si non attendit virtualiter, vel actualiter, peccat mortaliter, & fructū orationis amittit: vt d. D. Th. 2. 2. q. 83. art. 13. ad decimūtertiū. & tenetur sub mortali ad integrū officiū per-

persoluendum: vt tenet Palud. 4. dist. 15. q. 5. Gabr. in can. Missæ. lect. 62. Gerson lib. de orat. Sot. li. 10. de iust. & iure. q. 5. art. 5. Pro quorum faciliori intelligẽtia, aduertendum, ꝙ attentio est duplex, vna virtualis, alia actualis: prima, est cũ qui accedit ad dicendum diuinũ officiũ, habet animum explẽdi præceptum, & Deo seruiendi: actualis, vt qui recitat officiũ attendat ne erret in legendo, ꝙ pertinet ad scientiam legendi. Secundò, ꝙ attendat ad sensum verborum, ꝙ est illorum qui tantum grammaticam norunt. Tertiò, ꝙ attendat ad finem orationis, qui Deus est, ꝙ est perfectius, si tñ rectè recitauit, & attendit, habens tñ animum nõ satisfaciendi, sed repetendi, tenetur recitare, vel ea die animum mutare: vt dicit Aragon. 2. 2. q. 83. art. 13. His ita distinctis, si quis caret intentione, vel attentione virtuali, non satisfacit præcepto, si verò eam habet satisfacit quò ad id, ꝙ si in progressu caret intentione actuali, si id euenit præter propositum, satisfacit præcepto, cum & Dauid diceret, Cor meum dereliquit me. Ps. si verò vagatur ex proposito, & alio diuertit, si id aduertit, & intendit reiterare officiũ à principio, cognoscens nõ rectè se id recitare, tenetur reiterare à principio, non licet tñ tunc cõtemplari passionem dñi, nec locũ qui recitatur, sed sensum. Nau. c. 25. nu. 35. licet in eo ꝙ recitat peccet tantũ venialiter. Aut non intendit reincipere à principio, sed eo modo præcepto satisfacere, & tũc aut recitat diuinum officium, aut non, si non tenetur reiterare, si sic, aut habet animum non attendendi, & non satisfacit, aut sic, & tunc, aut est negotium ꝙ non multum distrahit, vt se vestire, lauare, & huiusmodi, & satisfacit; aut omnino distrahit, vt si cũ aliquo loquitur, legit literas, dum officiũ ab alijs eo præsente in choro recitatur, scribit, pingit, vel alia facit quæ totam mentem absorbent, & non satisfacit, & tenetur reincipere à principio, vbi cœpit non attendere. Nau. de hor. can. 13. nu. 48. & 49. Zerola in praxi ep. Horæ.

10 Horas interrumpe — Aut interrumpit diuinum officium, & tunc aut id agit intendens reincipere à capite, & ad id tenetur, nisi mutet voluntatem continuandi, quia cum actus recitationis nõ sit intrinsecè inualidus, sed extrinsecè, ex negotio superueniẽti, non obstat, quominus impleatur præceptum, & oneri satisfiat; vt d. Marcell. de temp. hor. can. c. 27. nu. 11. ꝙ intelligitur si interruptio nõ habeat longam morã, sic. n. non obstat quominus satisfiat præcepto. arg. l. continuus. ff. de verb. obl. l. antiquitas. C. de testam. dũmodo causa sit rationabilis interrũpendi, vt quia succedat negotiũ magni momenti, rei temporalis, vel proprium, vel proximi, ꝙ cõmodam dilationem nõ patitur, & id fiat sine scandalo, & fiat animo continuandi cœptum cum eo ꝙ est dicturus, sine causa verò interruptio sine peccato fieri nõ potest, cũ sine interruptione recitari debeat. c. nihil. 7. q. 1. clem. 1. de cele. Miss. c. dolentes. de celebra. Miss. Conc. Basil. sess. 21. tit. quõ diu. offic. Et minus in loco publico in choro fieri debet interruptio, & magis id licet in loco priuato. Vnde licet salutare obiter chorũ ingredientem, dicere vnum verbũ famulo, vel alteri, prouidere rei vel negotio ꝙ ei tunc in mentem venit, & timet ne eius post obliuiscatur, vel si non potest eius curam animo depellere donec prouideat, si res bonæ sint, vt & licet quærere lectiones, accẽdere cereos, adferre prunas, & dum quid deuotũ accidit in officio, vt Ps. 11. Saluum me fac Deus, exclamare ad Dominum, & orare pro peccatis proprijs, vel alienis. Vt & licita est interruptio si fiat opus misericordiæ, dando vestitum, vel victum inopi, subuenire consilio, doctrina, correctione, opus habenti, maximè dum res non patitur commodam dilationem, vt & sumere medicinã, in itinere ingredi cauponam bibendi gratia, exonerare naturæ necessaria, subleuare proximum, vel eius iumentum, excipere hospitem, expedire negotium, vbi sine scandalo non posset iuberi, vt quis expectaret, aut alium actum virtutis exercet, qui moram non patitur, vt nec damnandus videtur qui interponit studium necessarium ad legendum, vel consulta intellectum alicuius loci scripturæ qui sibi occurrit; vt & iudex ecclesiasticus potest dum horas recitat, interpellatus ali-

re, vel tra- sportare an liceat.

 quid

quid breuiter constituere, & post continuare; vt nec damnãdus qui in Missa solemni, dum sacerdos nil dicit, horas debitas recitat, choro tardius cantante, vt nec qui integram concionem, aut Missam interponit.

Et nedum interruptio bona, non obligat ad reincipiendum, sed nec mala ex se, vt si quis interponit risum, vel sermonem inhonestum, & huiusmodi, modo interruptio non sit ita longa, vt officium non possit dici continuum: vt latè probat Nauar. de orat. & horis can. c. 16. nu. 64. cum seq. dicit tamẽ Aragon 2. 2. q. 83. art. 12. & Theod. Peltanus de trib. bonorum generib. lib. 3. c. 6. ꝙ quæcunque temporis hora intercedat licet longa, in interruptione diuini officij, non tenetur quis à capite reiterare, sed sufficit continuare iam cœptum, prior tamen opinio est tutior.

Deuotè etiam recitari debet diuinum officium, & studiosè, ac reuerẽter. c. cantantes. dist. 92. c. dolentes. de celeb. Miss. 2. ꝙ animus orantis, & volũtas sit prompta ad se tradendum ad ea quæ pertinẽt ad Dei famulatum. Reuerentia consistit in corporis compositione, vt. s. recitans sit corpore honestè compositus, incompositio enim corporis incompositionem mentis indicat. c. fi. 91. dist. si enim cum rege terreno locuturus habitũ incessum & omnia componit, quanto magis Regem regũ rogaturus id debet, vt inquit sanctus Bened. in c. 20. reg. talis tamen reuerentia, ac deuotio, non est in præcepto, si enim hæ absint satisfit præcepto, licet si sit magna irreuerentia sit peccatum veniale: vt d. Innoc. in c. 1. de celebr. Miss. Sot. lib. 10 q. 5. art. 5. licet debeat adesse in recitando diuino officio: ex c. dolentes. de celebr. Miss. vbi statuitur, vt diuinum officium, quãtum Deus dederit, studiosè recitetur pariter & deuotè; cum deuotio sit medulla holocaustorũ: vt inquit Tur. Cr. in reg. sancti Bened.

Debet præterea diuinum officium ordine suo continuari, & nõ præposterari, vt scilicet primo dicatur, Prima, tũ Tertia, Sexta, Nona, & c. c. fi. 92. dist. D. Tho. opusc. 63. si quis tamen ex causa eas præposterat nõ peccat, vt si cum peruenerit ad chorũ inuenit esse recitatam Tertiã, non debet subtrahere vocẽ choro, & submissa voce dicere Tertiam, sed simul cũ alijs debet dicere Sextam, & Nonam, & priuatim post dicere Tertiam, cũ in choro priuatim non sit dicendum diuinum officium, sed simul cum alijs, tum quia subtrahitur vox choro, tũ quia alij perturbarentur. ex Conc. Basil. sess. 21. quõ diu. offi. c. antep. vt & cũ ingreditur chorum, si hora est iam cœpta, debet eam cum alijs prosequi, & postea supplere id parum quòd deest, ꝙ item est fiendum si dormit, vel exit è choro, rediẽs enim debet cum alijs continuare, & postea supplere: vt d. Nau. c. 16. de orat. n. 5. cũ seq.

Officium etiam debet cõformari ritui Metropolitanæ ecclesiæ. c. de his. c. placuit. c. de ijs. 12. dist. c. instituto. de conse. dist. 2. Caiet. hora. art. 4. Nau. de hor. canon. c. 22. ita vt si occurrit festum de sancto, de eo recitetur officium, si de feria similiter, quod intelligitur de suffraganeis, qui debent conformari Metropolitanæ in horis dicendis, diœcesani verò cathedrali, & exempti cathedrali viciniori cuius electionem fecere. sess. 24. c. 39. sess. 6. cap. 4. sess. 7. cap. 8. sess. 21. c. 8. Conc. Trid. Zerola in praxi. Horæ. Si tamen quis ex inaduertentia, ignorantia, defectu Calendarij, vel alia rationabili causa mutat officium, dicens de sancto, cum deberet de feria, & replicare debitum fastidit, vel si id agit quia id magis mente tenet, non est mortale, quia qualitas officij non est in præcepto; sed si id ageret in fraudem, vt breuius diceret, esset peccatum, sed non mortale. Silue. verbo, hora. num. 15. 11 Horæ de quo recitandæ.

Alterum requisitum ad diuinum officium persoluendum, est præter attentionem, ꝙ voce articulata pronuntietur. clem. 1. de vita & hon. cler. extrauag. 1. de vita & hon. cler. scilicet, vt orans saltẽ seipsum intelligat, & audiat, & si duo inuicem recitant, seipsos audiant, & intelligant, & non est sat legere, quòd est oculis prospicere. l. 1. vbi Doct. ff. de his, quæ in testam. del. quia id procedit in oratione priuata, & non per ministros agenda. d. extrauag. 1. & probat D. Tho. 2. 2. q. 83. art. 12. aliàs non satisfit oneri. 12 Horæ voce articulata sunt pronunciandæ.

Idẽq;

Idq; fieri debet integrè non syncopãdo, vel aliquid omittendo. c. dolentes. de celeb. Miss. Vnde dicere horas cũ balbutiẽtibus, & versus notabiliter anticipare sine animo repetendi est peccatũ mortale: vt dicit Nau. in Man. c. 25. nu. 99. vt & peccant qui nõ seruant punctos, vel qui anticipant incipere versum sequentẽ dictum à socio antequã sit expleta vltima eius sillaba: vt dicit Nau. d. c. 16. nu. 15. cum seq. sic peccant qui in choro nil dicunt, nec satisfaciunt oneri dicendi officium, si ipsi tantũ audiunt, sed tenentur ante vel post idem recitare. Dicit tamen Aragon, hos facere suas distributiones quotidianas, licet nil dicant, & sint tantum pręsentes in choro, modo per Capellanos, vel alios diuinum officium recitetur sufficiẽter, in expos. art. 13. 2. 2. q. 83. D. Th. licet alij contrarium sentiant. & in Concil. Basil. prædicto statuatur, quo quis in altiori gradu est constitutus, eo deuotius & ore alacriori debere laudes diuinas persoluere, & hæc opinio est tutior, licet non ausim contrariam damnare, & maximè si subsit causa, vt quia raucus quis sit, & huiusmodi.

Qui tamen seruit ecclesiæ, vt qui mittitur ad turificandum, dum dicitur Magnificat, non tenetur id supplere: vt dicit Sot. lib. 10. q. 5. art. 5.

Nec similiter, qui non tenebatur dicere Responsoria, vel præparare libros, & dum id agit, vel quærit libros, vel Responsoria, ab alijs absoluitur officiũ, non tenetur omissum repetere, si non fuit in culpa, aliàs secus si ad eum pertinebat ea exequi. Nau. c. 10. de hor. can. nu. 70.

Ex quibus colligit Nau. d. c. 16. de orat. nu. 22. 23. cum seq. peccare ecclesiasticos, qui festinanter canunt Missas, & qui sedentes, vel ambulantes recitãt horas in portis ecclesiarum, per quas transeunt multi, maximè mulieres salutationibus mutuis vacantes, vt & eos qui recitando, vel canẽdo anticipãt versum antequam audiãt vltimam sillabam socij, vel alterius chori cum officium diuinũ, nõ cursim & festinanter, sed tractim cũ pausa decenti in medio, & eo magis in fine, sit recitandum, integrè, & non syncopando, vt habetur in clem. 1. de celeb. Miss. & in Concil. Basil. sess. 21. tit. quomodo diuina offi. §. 1. debitam etiam inter solenne, & feriatum, differentiam faciendo. ex d. Conc.

13 Horæ in quo loco sint recitandæ.

Horæ præterea canonicæ publicè dicendæ, in ecclesia tantũ recitari debent. c. fi. 92. dist. c. 1. §. ne igitur. de cele. Miss. Innoc. in d. c. 1. cum in ecclesia fructuosius oretur: v d. Chris. hom. 79. ad pop. vt dixi latè tr. de Missa, sub cap. de Eccles. Vnde olim clerici propè ecclesiã domicilia habebant, vt prõpti essent ad ecclesiam adeundam, & canonici in vno claustro in communi viuebant. c. necessaria. 12. q. 1. c. in omnibus. de cons. dist. 5. not. Iuo. p. 6. c. 402. quod & de episcopo intelligitur, qui in ecclesia sua assiduus esse debet. cap. peruenit. 7. q. 1. nec habere debet hospitiũ procul ab ecclesia. c. episcopus. 41. dist. cum episcopus alijs debeat esse deuotior, vt & in præstantiori gradu pręcæteris constituitur: vt d. Greg. in past. p. 2. cap. 1. & Aug. ep. 138. c. si quis. 36. dist. episcopi enim olim licet essent maximè occupati nõ intermittebant diuinas preces: vt dicit Aug. lib. 19. ciuit. c. 19. Greg. lib. 5. ep. 62. Bas. serm. 2. de Baptismo.

Ver. De ritibus, & cæremonijs adhibendis in recitatione diuini Officij.

14 Horæ in choro, quæ extra, quibus cœremonijs adhibitis ĩ singulis partibus sint recitãdæ.

CVm horas diuinas persoluens tributum laudis Domino reddat, debitumq; ei pręstet famulatũ, ac pro proprijs & alienis peccatis, & necessitatibus diuinam maiestatẽ exoret, ante orationẽ præparare debet animam suã, vt munus id dignè exequi valeat, & inde optatos fructus percipere. Vnde si se nouit peccato mortali irretitum, vel de eo veretur, sacramentalem præmittat confessionem peccatorum suorum, vel saltem conteratur, vt in Dei charitate, & gratia angelicum munus illud obeat. Tum cogitet se omnium dñm adire, vt ei laudes, & gratias persoluat, & famulatum præstet, & eius auxilium imploret: vnde ipsius maiestatẽ exoret, vt mundare dignetur cor suum quo officium tantæ dignitatis, non indignè peragat, nec dedignetur ab eius ore

ore licet immundo, (munda tamẽ ecclesia manente, cuius nomine id opus agit) ipsius laudes audire, q̃ icirco eius Maiestati non tribuuntur, vt aliquid ei accidat, sed vt id præstãdo animus noster cognita ex laudibus ei tributis, ipsius excellentia, & eminẽtissima bonitate, cum obiectum amoris sit bonum cognitũ, in ipsum accendatur, eius numen, & eminẽtiam admirando, & proinde eũ exorans, vt ex his eius mens in ipsum tendens intimo ei amore vniatur, ac illustretur, vt eius celsitudinẽ agnoscens, res quascunque huius seculi nihili faciat, sed ei intimo, & perpetuo amore vniat, ac ab eius nunquã charitate auellatur; qui hoc laudis tributũ aspernari nolit, sed vultu sereno inspicere, & exorata prẽstare, à peccatis in primis omnes seruando, & commissa remittendo, & mala instantia, ac futura auertere, & iustas demum petitiones nostras exaudire, intẽdens hoc actu ipsius maiestati tributum laudis persoluere, oneri sibi iniuncto satisfacere, & p̃ proprijs, & alienis delictis, & necessitatibus diuinã opem implorare, & distinctè, clarè, integrè, attentèq́; iuxta superius explicata, integrum officium persoluere; & ad id implorandum genuflexus aliquam orationem recitando.

His ita præmissis, campanis pulsatis, quæ ad singulas horas pulsari debent. c. 1. & 2. de offic. custod. qui choro astricti sunt ad ecclesiam cõuenientes, ante sanctissimum sacramentum genuflectẽtes, & ibi oratione facta, sacristiam modestè ingrediantur, vbi superpelliceo sumpto, q̃ nimis lautum, vel lasciuum, aut pretiosum, nec nimis sordidum sit: vt inquit Nau. d. c. 16. nu. 24. Deuotè, & modestè gradatim chorum ingrediantur, vbi ante sanctissimum sacramentũ genuflectẽtes, ad suam sedem grauiter tendant, & ibi genuflexi, oratione Dominica deuotè recitata dato campanulæ signo candelis in altari accensis, præfecto chori signum dante, omnes deuotè capite detecto consurgant, & in diuinas laudes celebrandas piè, & lætanter ingrediãtur, nec antequam in fine Antiphona B. Mariæ, & oratio Dñica, sit recitata, discedant.

In primis verò hebdomadarius initio Matutinarum precũ submissa voce, clarè tamen vt seipsum audiat, & articulatè pronũciet & recitet Pater noster, Aue Maria, & Credo, q̃ item omnes in choro extantes præstent, non recitando alta voce, etiam initio, Pater noster, cũ id agendum non sit, nisi quando in fine, alta voce dicitur. Et ne nos inducas in tentationem, vt inquis Paris Crassus, de cœremonijs. Card. & Epip. tit. 2. c. 7.

Tum, ijs tacitè ab omnibus expletis, hebdomadarius, clara, alta, distincta, & intelligibili voce stans capite detecto, q̃ seruetur vsque ad initium Psalmorum. Incipit, Domine labia mea aperies, q̃ dũ dicit pollice sibi os signat signo crucis, & chorus totus respondet: & os meũ annunciabit laudem tuam. Post hebdomadarius, producens sibi signum crucis à fronte ad pectus, & à sinistro humero vsque ad dexterum manu extenta, dicit: Deus in adiutorium meũ intende. Chorus respondet. Domine ad adiuuandum me festina. & prosequitur. Gloria Patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat &c. & alleluia, simul. Tum hebdomadarius dicit. Inuitatorium. Adoremus dominũ qui fecit nos; & totus Chorus respõdet. Adoremus dominũ, qui fecit nos. Tum hebdomadarius subiungit. Venite exultemus &c. Chorus totus respondet. Adoremus dominum qui fecit nos, & sic prosequuntur, vt in Breuiario. in fine hebdomadarius solus dicit. Gloria patri, &c. Sicut &c. Chorus repetit: qui fecit nos. hebdomadarius subiũgit. Adoremus dominum. Chorus respõdet: qui fecit nos. Quo finito alternatim à choro dicitur hymnus. Primo dierum omnium &c.

His actis, omnes caput operiunt, & sedent, congruentius tamen est, vt omnes stent dum Psalmi dicũtur, vt in materia est dictũ. Tum vnus ex altero choro dicit, Antiphonam, vel eius principiũ, prout officio congruit, & chorus è regione consistens incipit primum Psalmũ, qui alternatim ab vtroq; choro dicitur, singulo versum dicẽte, vsq; ad finem, cum dicitur Gloria Patri, &c. omnes caput aperiunt, & paululum saltem cõsurgunt, quo finito, alius cantor ex altero choro repetit añam, & vnus ex alio choro, sequen-

quartem dicit, altero choro secundũ psalmum incipiente. Finitis Psalmis, omnes consurgunt, capite detecto. Tum hebd. dicit, vers. Tu dñe seruabis nos, & custodies. Totus Chorus respondet. Memor fui nocte nominis tui dñe. Tum hebdo. clara voce incipit, initium, Pater noster, tũ submissa voce; reliquum prosequitur, quam orationem alij etiam recitent, & in fine dicit. Et ne nos inducas in tentationem. Chorus totus respõdet. Sed libera nos à malo. Postea hebd. dicit. Capitulũ ante lectiones. Exaudi &c. & Chorus respondet Amen. Tum hebd. petit benedictionẽ à primo chori in sacerdotio cõstituto ad eum versus capite inclinato, dicẽs. Iube dñe benedicere; prælatus verò, dicit. Benedictione perpetua, benedicat nos Pater æternus. Chorus respondet. Amen. Tum hebd. dicit: Incipit liber Isaiæ prophetæ. Visio Isaiæ, &c. & in fine lectionis, dicit. Tu autẽ dñe miserere nobis. & Chorus dum hebd. id dicit, capite detecto, respondet. Deo gratias. Tũ vnus ex altero choro dicit, primũ versum Responsorij, & alius ex alio sequentem, & sic successiuè mutuo sibi respõdentes, ite tum hebd. petit benedictionẽ, vt supra, pro secunda lectione dicenda, & sic successiue dicitur secundum, & tertium nocturnum, si tres nocturni sint dicendi. In fine verò vltimæ lectionis cuiusq; nocturni, dr̃. Gloria. nisi ꝙ in fine Nonæ lectionis quandoque dicitur, Canticum. Te Deũ. omisso nono ℟. o. Dum verò dicuntur lectiones omnes sedent, sed cum petitur, & datur benedictio, & dicit Capitulum, omnes caput aperiunt & assurgunt. Canticum verò Te Deum dicitur, stãdo capite aperto, alternatim à choro, absque organo, & cum dicitur ibi, Te ergo quæsumus, &c. omnes genuflectunt.

Finito nocturno, si tunc sit discedendum à choro, hebd. dicit. Dñs vobiscũ. Chorus resp. Et cum spiritu tuo, hebd. dicit. Oremus, dicens orationem, qua finita, dicto per Chorũ. Amen. iterum dicit. Dñs vobiscũ. Et cũ spiritu tuo. hebd. sequitur. Benedicamus dño. Chorus resp. Deo gratias. hebd. subdit. Fidelium aĩæ per misericordiã Dei requiescãt in pace. Ch. resp. Amen. Quæ oratio dicitur stando, & capite detecto. Post descendũt, modo quo infra, tũ secretò dr̃, Pater noster. Et cum separatur nocturnũ à laudibus, cum laudes incipiuntur, est præmittẽda oratio Dñica, & Aue Maria, submissa voce, vt in alijs horis: vt d. Marcell. de tẽp. hor. can. c. 27. & 28. Vbi verò laudes continuantur, cum nocturno, hebd. d. Deus in adiutoriũ. vt sup. Tum vnus ex altero choro, d. Añam, & alter prosequitur primũ vers. Psalmi primi, & sic successiuè, vt sup. Dum dr̃. Deus in ad. oẽs stant capite detecto vsq; ad añam primã. Finitis Psalmis oẽs surgũt capite detecto. Tum hebd. d. Capitulũ. Ch. resp. Deo gratias. Tũ dr̃ hymnus alternatim, quo finito, hebd. d. vers. Vox clamantis in deserto, &c. Ch. resp. Rectas facite &c. Tũ vnus ex altero choro, d. Añã, quo acto, alter chorus, incipit. Canticum Benedictus, ꝙ dr̃ alternatim, quo finito, & ab vno repetita Aña, dicuntur preces si dicẽdæ sunt flexis genibus, ita vt hebd. dicat, Pater noster, alta voce, totũ, quo finito, dicit versus, choro inuicem respondente, quibus finitis, dr̃ Psalmus. De profundis. vel Miserere, alternatim à choro, quo finito, hebd. d. orationẽ diei, vt supra, omissa repetitione, Dñs vobisc. quę dr̃ tñ in fine vltimæ orationis, & si fiendæ sunt commemorationes, vnus ex altero choro dicit, Añam ei respondentem, qua dicta, hebd. d. vers. & Ch. resp. Tum hebd. d. orationem, vt sup. & sic fit de alijs cõmemorationibus occurrentibus, vel cõibus, & post vltimã orationẽ, dr̃, vt supra. Dñs vobiscũ. Benedicamus dño. &c. quibus actis si sit à choro discedendũ, hebd. d. Pater noster secretò, tũ flexis genibus ab oĩbus, d. Dñs det nobis suam pacem. Ch. resp. & vitam ęternã. Tum ab vtroq; choro simul dicitur Aña, B. M. Alma redemptoris mater, &c. qua finita hebd. surgit, & d. vers. Dignare me, &c. Chor. resp. Da mihi virtutem &c. Tum hebd. stans, vel primus chori, d. Oremus. Gratiam tuam, &c. Per eundem Christũ dominum nostrum. Ch. resp. Amen. hebd. subdit. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum. Ch. resp. Amen. Tum dicitur secretò. Pater noster, vt & in fine omnium horarum: vt d. Francol. de temp.

hor.can.c.28.in prin.& omnes grauiter, & deuotè discedunt; quę Aña semper dicitur flexis genibus, excepto tempore Paschali, & semper dr̃ cum post aliquam horam dictã disceditur à choro, nisi sequatur Missa, vel Litania, quia tũc omittitur. Extra chorum, dicit post laudes, si tunc sit finiendum officiũ, aliter post vltimam horam, & post Completorium.

Primam dicturi, præmittũt, Pater noster, Aue Maria, & Credo, secretò, stãdo capite detecto. Tum hebd. d. Deus in ad. & alternatim, sic stãdo dicitur hymnus. Finito hymno statur, vel sedet, & caput tegitur, & vnus ex altero choro incipit, Añam. Tum Psalmi dicuntur alternatim, quibus finitis oẽs capite detecto vsque ad finẽ horæ surgunt. Tum hebd. d. Cap. Regi sec. vel pacẽ & verit. Ch. resp. Deo gratias. Tum ṝ ia breu. dicuntur alternatim, hebd. incipiente Christe &c. & choro respondente. Quibus dictis si dicendæ sint preces de Aduentu, vel Quadragesima, vel in vigilijs, oẽs genuflectunt, & hebd. d. Kyrie eleison. Ch. resp. Christe eleis. heb. d. Kyrie. tum pronunciat clarè Pater noster, qui recitatur sub silentio, cũ alijs, in fine d. Et ne nos &c. Ch. resp. Sed libera nos à malo. Tũ clarè pronunciat Credo, ꝙ dicit submissa voce, in fine dicit, alta voce. Carnis resurrectionem. Ch. Vitam æternam. Amen. Tum hebd. d. vers. & ego ad te dñe &c. & choro respondente, cum d. Adiutoriũ nostrum. producit sibi signũ crucis, ꝙ itẽ facit dum d. Deus in adiut. dum d. Confiteor, &c. & vobis fratres. dum d. mea culpa, oẽs sibi percutiunt pectus, quo finito. Ch. resp. vel vnus ex eo. Misereatur tui. & hebd. solus resp. Amen. quo dicto, d. Cõfiteor &c. & tibi pater. Tum hebd. d. Misereatur vestri &c. Ch. resp. Amen. Tum aliquis ex choristis, d. Misereatur tui, &c. in fine hebd. resp. Amen. Tũ Capellanus prosequitur Confiteor, quo finito hebd. d. Indulgentiã, &c. se signans. Ch. resp. Amẽ. Tum prosequitur versus. Dignare dñe &c. choro respondente. Tũ d. orationem. Dñe Deus, & repetit Dñs vobiscum. Ch. resp. Et cum spiritu tuo. & subdit Benedicamus dño. Ch. resp. Deo gratias. & statim in choro legitur Martyrologium. Tum hebd. d. Pretiosa. Ch. resp. Mors &c. Tum hebd. sine oremus, d. orationem, sancta Maria. Ch. resp. Amen. Tum d. Deus in ad. ter se signans, choro respondente Dñe ad adiuuan. &c. tũ d. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat. & Kyrie. Ch. resp. Christe. hebd. Kyrie. Pater noster clarè, tum sub silentio illũ dicit, in fine dicit. Et ne nos. Ch. resp. Sed libera. hebd. d. ver. Respice. Ch. resp. Et sit splendor &c. hebd. d. Gloria patri. Ch. resp. Sicut erat. hebd. d. Oremus. Dirigere, &c. Ch. resp. Amen. Tum hebd. petit à primo chori benedictionẽ, d. Iube &c. qui primus benedicit, d. Dies &c. Ch. resp. Amen. Tum hebd. d. Capit. Dñs autem &c. alibi tñ is qui legit Martyrologium, pronunciat hanc lectionẽ, vel benedictionem, ꝙ & sic est congruentius, diuersè tñ in alijs locis seruatur, & in fine, Tu aũt dñe &c. & Ch. resp. Deo gratias. hebd. subdit. Adiutorium nr̃m. se signans. Ch. resp. Qui fecit &c. hebd. d. Benedicite. Ch. resp. Deus. hebd. Dominus nos benedicat, &c. Ch. resp. Amen.

Inicio Tertiæ pmittitur, Pater noster, Aue Maria. secretò. Tum Deus in adiut. & hymnus alternatim, quæ dicuntur stãdo, capite detecto. Tũ sedetur, vel statur capite tecto, & incipitur Aña, & Psalmi, alternatim dicuntur. Finitis Psalmis, repetitur Aña. Tũ hebd. d. Cap. Deus charitas est. Ch. resp. Deo gratias. Tũ hebd. incipit ṝ ia breu. d. Inclina. & chorus alternatim resp. & sic fit de alijs horis. Tũ si preces dicẽdę sint, oẽs genuflectũt, eas dicentes, hebd. incipiente, & choro respondente, d. vers. & Ch. resp. & post Dñs vobiscũ. Ch. resp. Et cũ spiritu tuò. hebd. d. Oremus. & d. Orationẽ diei. & repetit Dñs vobiscũ. Benedicamus. Fideliũ &c.

Vesperę sic dicuntur, primò. Dr̃ pater noster, Aue Maria. secretò, capite detecto & stando, & dr̃ ab hebd. Deus in ad. vt supra. Tũ sedetur, vel statur, & caput tegitur, & dicitur Aña, & Psalmi alternatim, vt supra. Finitis Psalmis, & Añis omnes surgunt, & caput aperiunt, & hebdom. d. Capitulũ. Ch. resp. Deo gratias. Tum dr̃ hymnus alternatim, quo finito hebd. d. versum. vel cantores. Dirigatur dñe oratio mea. Ch. resp. Sicut incẽ. &c.

Tum

Tum dicitur antiphona ab hebd. & canticum Magnificat, alternatim, & dicta antiphona, si dicendæ sint preces, omnes genuflectũt, & dicuntur vt in laudibus, excepto quod loco Ps. deprofundis. Dicitur. Ps. Miserere. Tum dicitur oratio, & fiunt commemorationes, modo vt in laudibus.

Completorium sic dicitur. Lector incipit. Iube domine benedicere. Tum primus chori, d. Noctẽ &c. Ch. resp. Amen, tum hebd. Fratres. Ch. resp. Deo gratias, hebd. se signans, d. Adiutorium nostrum &c. Ch. resp. Qui fecit &c. Tum secreto ab omnibus dicitur. Pater noster. Post fit confessio, vt supra in prima. Qua finita hebd. d. conuerte nos Deus, Ch. resp. Et auerte &c. hebd. sequitur se signãs. Deus in adiutorium, & Ch. resp. vt supra. His actis, quæ fiunt stando & capite aperto, caput tegitur & sedetur vel statur, & dicitur antiphona & Ps. alternatim, finitis psalmis, & repetita antiphona, oẽs surgunt, & alternatim dicunt himnum. Tũ hebd. d. capitulum. Tu autẽ in nobis es domine &c. Ch. resp. Deo gratias hebd. incipit resp. breuia. in manus &c. & Ch. resp. & sic alternatim fit, tum hebd. d. versum. custodi. Ch. res. sub vmbra. hebd. incipit antiphonã. salua nos, & alternatim dicitur canticum. Nunc dimittis, & repetitur antiphona; Tum si dicendæ sint preces de aduentu &c. omnes genuflectunt, & hebd. d. Kyrie. Ch. resp. Christe. hebd. sequitur. Kyrie, pronuntians alta voce, pater noster, & reliquum sub silentio dicens, & in fi. Et ne nos. Ch. resp. Sed lib. tũ hebd. clara voce d. Credo, & reliquum secreto prosequitur cum alijs, in fi. d. Carnis resurrectionem. Ch. resp. & vitam æternam. hebd. prosequitur versus & orationem, & Ch. resp. post orationẽ hebd. d. Dominus vob. Ch. resp. Et cũ Sp. hebd. seqtur. Benedicamus domino. Ch. resp. Deo gr. hebd. subiungit. Benedicat & custodiat &c. Ch. resp. Amen. Tũ flexis genibus, vt supra, dicitur antiphona. B. M. ab omnibus. Alma &c. Qua finita hebd. d. Versum. Angelus domini &c. Ch. resp. & concepit &c. Tum hebd. vel primus chori surgens, alijs manentibus genuflexis, oremus. Gratiam tuam &c. Ch. resp. Amen. primus subiũgit, Diuinũ auxilium. Ch. resp. Amẽ. tum secreto ab omnibus genuflexis dicitur pater. Aue. Credo, quę antiphona B M. post completorium nunquàm omittitur etiam si sequatur litania, vel aliud.

Hæc est forma in choro recitandi diuinum officium.

Si vero priuatim quis illud recitat, si solus, ipse omnia dicat vt supra, qui etiam debet dicere, Dominus vobiscum, ad orationes, si tamẽ sit saltem Diaconus, alias, Domine exaudi orationem meam, vt in Rubr. officij. Si cum socio alternatim dicant quæ à choro alternatim dicuntur, reliqua vt supra.

Locus vero dicendi officium priuate non est determinatus, decentior tamen locus est ecclesia cl. 1. de cel. miss. vbique tamen satisfit præcepto, equitando, stando, in via, & in domo Zab. in d. cl. 1. Sot. lib. 10. q. 5. art. 4. in fi. licet honestius sit ut quis domi habeat oratorium, vbi id munus persoluat, vt quietius & deuotius id munus prestet.

Cum nomen Iesu, & non Christi tantum nominatur, humeri & caput inclinantur, quod fit etiam ex pietate, cum inuocatur nomen Marię, vel Papæ viuentis, minus tamen, vt d. Crassus, decerim. li. 1. c. 22. li. 2. c. 26. in prin. qui & d. quod dum dicuntur orationes, & alia vbi sit standum capite detecto, id debet fieri capite recto, & attento, & non curuo, vt regulares, & caput similiter inclinatur cũ dicitur vltimus Vers. himnorum, gloria.

Aduertendum tamen hos ritus in omnibus non vniformiter seruari, qui tamẽ seruantur in ecclesia Brixiensi, & ideo mos regionum est attendendus, & ijs ritibus adhęrẽdum qui magis congrui, & recepti vniuersim sunt, id etiam aduertendo quod vbi quis priuate recitat horas, non tenetur ex præcepto ad capitis denudationẽ, genuflexiones, inclinationes, &c. quæ in choro tantum obligant. Nau. c. 4. nu. 4. de hor. cann. nisi sint genuflexiones fiendæ in aduentu quadragesima, Salue, &c. quę obligant, & potest etiam dici de ambulãdo, vt ibi. d. nu. 13.

In reliquis ordinandum est officium, Vt in rubricis, iuxta officij currentis qua-

libet

libet die, qualitatem, & vt supra quando standum est, standum, quando genua flectenda, idem præstandum, cum corpore & spiritu sit Deo seruiendũ, & per signa humilitatis externa, ostendendus sit noster erga Deum affectus, vt d. Dam. lib. 4. c. 13. Nec genuum flexio noua est, cum omne genu Deo flecti debeat. Ps. 21. Is. 45 Rom. 14. Phil. 2. vnde & Dominus Iesus ad nostri exemplum in terra prostratus orauit. Luc. 23. & S. Iacobus Apostolus iustus vocatus, ita orationi flexis genib. factę erat intentus, vt in cameli duritiẽ eius genua trãsisse crederentur, vt dicit Hier. de viris Ill. in Iacobo, & idem ait Hier. de Asella ep. 15. & de genuflexionibus meminit. Tert. li. 3. adu. Marc. ca. 18. & Amb. lib. 6. Exam. c. 9. d. flexibile genu quo prę cęteris Domini mitigatur offensa, ira mulcetur, gratia prouocatur. Aug. li. de cura pro mort. ag. c. 5. d. nam & orantes de membris sui corporis faciũt quod supplicantibus congruit, cum genua figunt, cum extẽdunt manus, vel etiam prosternũtur solo, & si quid aliud visibiliter faciunt, quàmuis eorum inuisibilis voluntas, & cordis intentio, Deo nota sit, nec ille indigeat his indicijs, vt humanus ei pandatur animus, sed his magis homo se excitat ad orandum, gemendumq; humilius atque feruentius, & Ier. in c. 45. Is. d. moris est ecclesiastici, Christo genua flectere, quod iudæi mentis superbiam demonstrantes omnino non faciunt, & lib. 2. comm. in cap. 3. ad Eph. & in Sin. Turron. ca. 37. decernitur exceptis diebus dominicis, & à pascha ad pentecosten quibus temporibus orando statur in memoriam dominicæ resurrectionis, fixis in terram genibus suppliciter Deum rogari debere, & quod illo tempore sit standum, & inclinare orãdum, habetur. Can. 20. Conc. Nic. c. quoniam, de cõs. d. 3. & idem testatur. Amb. sermo. 61. de pent. Hier dial. adu. lucif. Turr. Cr. in c. quoniam.

15 Cantus in ecclesiam diuinus laudibus cur, & qñ inductus.

Cantus demum ad diuinum officium adhibetur, cum ex cantu cor liquefiat, & inde affectus pietatis exæstuet, vt inquit. Aug. lib. 9. conf. c. 6. voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æstuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrimæ, & bene mihi erat cum eis, habet enim musica naturalem voluptatem, per quam illius vsus cunctis ętatibus cunctisq; moribus est acceptus. 8. Polit. c. 5. & iuuat ad mores componendos, vt inquit Boet. in principio musicæ, & excitat animum ad deuotionem, & ex alijs quæ dixi trac. de pœnit. sub septima propositione, & late explicat Aragon. 2. 2. q. 83. ar. 12.

Mos vero psallendi, & cantandi in ecclesia Dei psalmos, himnos & cantica vetustissimus est, vt habet. Ex. 15. 1. Paral. 5. 2. Reg. 7. Vnde. Aug. lib. ciu. cap. 14 d. quod Dauid erat vir in canticis eruditus, qui harmoniam musicam nõ vulgari voluptate, sed fideli voluntate dilexerat, eaque Deo suo, qui verus est, mistica rei magnæ figuratione seruiens, & diuersorum nomine sonorum, rationales, moderatosque concentus concordi varietate compactã bene ordinatę ciuitatis vnitatẽ insinuãtẽ is cãtores instituerat, qui coram arca frederis domini, musicis instrumentis, & modulatis vocibus decantarẽt. 1. Par. 6. vt d. etiam Isid. lib. 2. c. 12. Amal. lib. 3. de eccl. off. Qui cantus etiã in noua lege probatur, Luc. 19. vbi laudantur turbæ quæ obuiam Christo dño cantando venere, & Christus dominus, morte instante, himno dicto cum discipulis suis exiuit in montem oliueti. Math. 26. est vero himnus laus cum cãtico, vt supra est dictum, & Act. 16. legitur de Paulo & sila, quod media nocte adorantes laudabant dominum, quod & probat Philo. de vita contempl. d. Christianos Deo metris, & sonis compage suaui facta modulari, & Dion. c. 3. Eccl. hier. Demum Pontifex ad sacrum altare iterum rediens, sacros psalmos canere incipit, cantantque cum eo omnes ecclesiastici ordines, & Bas. ep. 63. tandem ab oratione surgentes ad psalmodiam instituuntur, & nunc quidem in duas partes diuisi, alternis succinentes psallunt, & Tert. lib. 2. ad vxorem, sonant inter duos Psalmi, & himni, & mutuo prouocant, quis melius Deo suo canet, Lact. Firm. lib. 6. Inst. c. 26. d. si voluptas est audire cantus & carmina, Dei laudes canere & audire iucundum sit, & Naz. orat. 40. in S. baptisma,

prisma, ad fi. d. statio hæc qua confestim à baptismo ante magnum sacrarium stabis, futuræ vitæ gloriam præsignat, psalmorum cantilatio, cum qua accipieris, illius hymnodiæ præludium est. Vnde & Teodosius iunior primo diluculo cum sororibus suis himnos alternatim decantabat teste Socrate, lib. 7. hist. cap. 22. 23. quo imperante, puer raptus in aerem, ter sanctum himnum ab angelicis ordinibus concinne prorsus decantari audiuit, ved. Niceph. lib. 14. cap. 51. Idem & probatur ex Aug. ep. 19. ad Ian. cap. 18. lib. 1. retr. capit. 19. & hic vsus canendi probatur in Can. ap. 43. 69. Trid. sess. 23. c. 18. & inter ærumnas & miserias quæ erunt tempore Antichristi, hanc inter alias enumerat Hippolitus Martir. orat. de consumm. mundi, quod tunc Psalmorum decantatio cessabit.

Aduertendum vero circa cantum, vt cantores tales in ecclesijs constituantur, quorum mens cum voce concordet, vt scilicet psallant spiritu, & mente 1. Cor. 14. vt & habet Conc. Aquisgranen. cap. 132. 133. tales qui non superbe, sed humiliter & sapienter Deo debitas laudes persoluant, & suauitate lectionis & melodiæ, & doctos demulceant, & minus doctos erudiant, & potius exoptent in lectione vel cantu populi ædificationem, quàm popularem vanissimam adulationem, vt & qui maioribus rebus incumbere debent, cantibus implicari par non est: c. in sancta, d. 92. Greg. lib. 4. ep. 44.

Cantus autem & soni graues distincti ac pij sint, & domui Dei ac diuinis laudibus accommodati, vt simul & verba intelligantur, & ad pietatem auditores excitentur. Conc. primo Med. de Musica. Et cauendum ne cantica fracta scenica lasciua, & turpia in ecclesijs misceantur, in voce vel organo ex Conc. Moguntiaco sub Carolo Magno, cap. 48. Conc. Trid. sess. 22. c. de obseru. & euit. Deuota tamen possunt adhiberi licet in sacris literis non contineãtur ex Conc. Laodiceno. 4. c. 12. vt d. Aragon. 2. 2. q. 83. art. 12. & alia vitanda, quæ dixi d. tract. de pœnit. sub septima propositio, & Iust. Respons. ad q. ortod. 107. d. sublatum esse quod est indecens esse in ecclesijs, & relictum esse canere simpliciter, & S. Ephrem harmonij numeros est moderatus, & ea syris canenda tradidit, à quib. aliæ ecclesiæ eum modum sunt mutuatæ, quem magis etiam auxerunt, vt dicat Teod. li. 4. c. 29. Cassiod. lib. 8. hist. Trip. c. 6. Niceph. lib. 9. cap. 16.

Ver. Qui teneantur ad recitationem diuini officij, & qui excusentur.

Tametsi omnes debeant priuatim Deum orare, & collaudare, publice tamen orare, Psalmos, himnos, & cantica recitare, & canere, conueniens fuit certis tantum personis committere, maxime cum laici occupati varijs negotijs, id munus quotidie persoluere nequeãt, hi vero sunt sacerdotes, & alij Deo dicati, qui vt custodes custodiunt ciuitatem pro populo exorando, vt inquit Hier. in cap. 62. If. & Bern. serm. 76. in cantica. 16 Horas recitare qui tenẽatur.

Vnde tria hominum genera, ad recitationem horarũ canonicarum tenẽtur, s. clerici sacris ordinibus initiati, vt habetur in cap. presbiter 91. dist. vbi Doct. c. dolentes, de cel. miss. cap. si. 92. distinc. Conc. Basil. sess. 21. Conc. Later. sub Leone Decimo, sess. 9. Pius V. in eius Bulla. 138. D. Thom. quodl. 6. art. 8. & est communis opinio canonistarum, & Teologorũ, & elicitur. Act. 6. vbi Apostoli qui erant sacerdotes profitentur se orationi, & verbo Dei instantes futuros, qui & proinde dicuntur peccata populi comedere. Oseæ 4. 5. Ant. 3. par. tit. 13. c. 4. §. 1. Sot. lib. 10. q. 5. art. 3. Clerici vero in minoribus ordinibus constituti, ex communi Doctorum sententia & generali ecclesiæ consuetudine ad id onus non tenentur. Card. Turr. Cr. in c. 1. d. 90. artic. 3. Sot. de Iust. lib. 10. q. 5. ar. 3. Nau. de orat. cap. 7. num. 12. cum & inire possint coniugia, & non gaudeant priuilegio clericali, nisi potiantur beneficio ecclesiastico, vel in habitu incedant, & alicui ecclesiæ inseruiendæ ab episcopo sint deputati, sess. 23. capit. 6. Tametsi ob honorem ordinis ad plures præces quàm laici, saltem ex cõgruentia, teneantur. Silu.

Hora. Nau. in Man. c. 25. num. 108. & de orat. c. 21. num. 8.

Secundo loco, Monachi choro mancipati etiam in minoribus constituti ex vi voti, tenentur ad horas canonicas, etiam cum absunt à choro, si sunt professi, & est communis opinio teologorum & canonistarum. Pal. 4. d. 15. q. 5. S. Ant. 3. p. tit. 14. cap. 5. Silu. hora, q. 2. Sot. lib. 10. q. 5. art. 3. Nauar. de orat. cap. 7. nume. 2. 3. Abb. & alij, in c. licet, de voto. Tum ex consuetudine generali, Tum quia monachi in singulis conuentibus tenentur dicere horas, vnde qui chori seruitio sunt mancipati ad id tenentur, vnde tenentur publice, & in commune dicere diuinum officium in singulis monasterijs, vt habetur expresse in clem. 1. de cel. miss. laici tamen monachi, & nouitij, nō tenentur ad vllam partem diuini officij, nouitij, quia adhuc non sunt religiosi proprie, laici quia nullo ordine tenentur. Sic habet Siluest. hora, q. 2. S. Ant. 3. par. tit. 13. cap. 4. Sot. & Nauarrus, locis cit. Dicit tamen, Aragon loco cit. art. 12. quod monachus in minoribus constitutus semel vel iterum omittēdo diuinum officium, non peccat mortaliter, secus si per multum temporis spatium, vel negligētiam eas omittat.

Moniales etiam quæ legere sciunt, & professæ sunt, tenentur ad recitationem diuini officij, conuersæ vero & nouitiæ non, Archid. in c. fi. 92. dist. Innoc. in cap. 1. de celeb. miss. Nauar. d. cap. 7. de orat. num. 21.

Tertio loco, quicunque habent beneficium ecclesiasticum, vel præbendam sub clericali titulo tenentur sub reatu peccati mortalis, quotidie ad recitandū horas canonicas, licet non sint in sacris ordinibus constituti, probatur in cap. fi. 92. dist. in cap. quod à te, in c. diuersis, de cler. ex Conc. Lateran. sess. 9. cap. 6. sub Leone Decimo, & Bulla, Pij, 138. 12. Calen. Ian. 1571.

Ratione probatur, nam beneficium datur propter officium, c. cum secundum, de preb. c. si quis, c. eos qui, 81. dist. c. fi. de rescr. in 6. Vnde & Ezechias, vt habetur 2. Paral. 31. constituit ministros qui Deo inseruirent, constitutis ejs competētibus subsidijs, & habetur, Ps. 104. dedit eis regiones gentium, & labores populorum possederunt, & explicat Bern. ep. 2. ad Fulconem, dari beneficium propter officium.

Ampliatur, vt id procedat etiam si beneficium perexiguum sit, adhuc enim tenetur beneficiatus ad horas canonicas, glo. in cap. clericus victum, 91. dist. Doct. in c. 1. de cel. miss. Card. in clem. 1. eo. etiam si inde se clericus alere non possit cap. conquerente, de cler. non res, Nau. de orat. c. 7. nu. 27. & c. 21. num. 11. quia & tenue beneficium ordinatur ad seruiendum Deo, & ei est imputandum qui tale acceptauit, capit. horrendus, 32. quæstio. 5. declarat Pius Quintus in eius Bulla. 138.

Secundo, Ampliatur vt etiam qui habet beneficium in commendam, teneatur ad recitationem horarum canonicarum, & etiā qui habet capellaniam collatiuam, vt d. Aragon, d. ar. 12. Vers. ex dictis omnibus.

Limitatur si beneficiarius nullos fructus per se vel alium ex beneficio percipit, nec per eū stat quominus percipiat, sic enim excusatur à recitatione horarū canonicarum. Pal. 4. d. 15. q. 5. Turr. Cr. in c. 11. dist. 91. Nau. de hor. can. c. 7. nu. 28. Sot. de iust. lib. 10. q. 5. art. 3. Gaiet. in summa. Hora. modo non sit in negligentia eos percipiendi.

Secundo limitatur, in pensionario, ex communi enim opinione non tenetur recitare horas canonicas. Albertus, de Ferrarijs, tract. de horis cann. Gomez. in reg. cancell. de infirmis resign. q. 16. Gigas. tr. pens. q. 30. is tamen tenetur quotidie recitare officium paruū. B. V. alias fructuum ipsarum amissionem incurrit, ex Bulla Pij V. 138.

Declaratur vero prædicta conclusio, vt etiam excommunicatus beneficiatus, vel in maioribus ordinibus constitutus, teneatur quotidie recitare horas canonicas, gl. & Arch. in c. presbiterum d. 28. c. 1. de cel. miss. quas tamen recitare debet priuatim, & non in ecclesia, glo. in c. 2. de cler. excom. min. ca. si quis 11. q. 3. Doct. in clem. graui, de cel. miss. quas tamen cum alio recitare non potest, sed solus,

lus,& non dicere dominus vobiscum,sed Domine exaudi orationem meam, Archid.in d.cap.presbiterum. Host. in cap. illud de cler.excom. min.Turr. Cr.in c. 1.d.91. Henr.in d.c. 2. ne ex excommunicatione commodum percipiat, c. eum qui de preb.in 6. qui tamen Missam nec publice nec priuatim legere potest cap. 2.cap.illud, de cler. excomm. min.

Secundo declaratur, vt etiam degradatus ad horas canonicas obligetur. Archid. Card. Alex.in d. c.presbiterum 28. d.c.dictum 81.dist.

Tertio declaratur, vt qui habet duo, vel tria beneficia nō teneatur plusquàm semel in die dicere,vel recitare horas canonicas,D.Th.quodli.1.pal.4.d.15. Io. de Lignano.tract. de horis can. quæstio. 9.Turr.Cr.in cap.1.dist.91.ex vsu generali ecclesiæ.

Quarto declaratur, vt officium B.V. defunctorum & Psalmi graduales, non sint de necessitate dicenda, nisi in ijs ecclesijs vbi ante Bullam talis erat consuetudo, sic tamen dicentes suę & aliorum saluti consulunt, & indulgentias consequuntur,ex Bulla Pij V.initio Breuiarij Romani apposita. Vnde vbi erat consuetudo vt officium, B. V. diceretur in choro, adhuc manet ijs diebus quibus ex pręscripto Rubricæ dici debet,extra chorum vero id omittens non peccat, vt nec adest obligatio alicubi dicendi officium defunctorum, septem psalmos, vel Psal. Grad.in choro vel extra chorum,vt dicit Aragon,d. art.12. Vers.de officio paruo.

Quinto declaratur, vt qui habet beneficium non sub titulo clericali, sed militari,non teneatur ad horas canonicas, licet ad officium B.V.ex Constitut. 138. Pij Quinti.

Sunt tamen nonnulli casus quibus horis addictus, excusatur ab ijs recitandis.

17 ab Horis recitādis qñ quis excuset.

Primus est ratione infirmitatis, c.clericus victum vbi Turr. Cr.91.d.c.ad audientiam, de cler. non res. modo talis ęgrotatio grauis sit, & recitatio afferat notabile damnum, leuis enim ægrotatio non excusat.ar. l. quæsitum, ff. de re iud.Abb.& Host.in cap.1.de celeb. miss. qui Host.etiam d. quod si infirmitas recitationem officij diuini impedit,non tā auditionē, quod debet audire alium horas canonicas recitantem, quod tamen vsu non est receptum, vt d. Nau.de orat. ca.11.Pal. 4.d.11.q.5.art.2. concl. 1.nec aliud facere loco horarum, vel præcari opus est,si tamen sit febris quæ certis horis veniat,vel quartana, si potest anticipando, vel postponendo vsque ad mediā noctem eas dicere, id debet, in quo est standum, vt & in qualitate infirmitatis iudicio medici corporalis,& spiritualis, vt d.Silu.hora,q.4.Sot.lib. 10.q.5.art.3. D Th.2.2.q.147.art.4. Nec sanus factus tenetur recitare horas omissas in infirmitate,vt nec ieiunium reassumere.Inn. in d.ca.1.de cel.miss. Abb.in c. ex parte, de obs.ieiun.

Secundus casus,cum occurrit impedimētum naturale repentinum, quod sine scandalo peccato, vel magno bono omitti non posset, vt ob populos sedandos, concionem habendam quæ sine scandalo vel magno damno omitti non posset, prælectionem habendam in cōcursu publico, conclusionum defensionem, quæ bono publico prosit,& se non compatiatur cum recitatione horarum. Henr. de Gandauo,quodlib.15. q.10. Maior. 4.d. 12.q.6.Silu. hora, q.fi.

Tertius casus est ob defectum Breuiarij, vel culpa propria vel non contingat, quia licet quis peccet abijciendo Breuiarium,vel sibi non acquirendo,tamen si eo caret, non adest obligatio recitationis ratione impossibilitatis arg.c.nemo, de reg.iur.in 6.Nau.cap.11.de orat.& c. 21.num.13.

Quartus casus est si Papa dispenset. Turr.Cr.in c.eleutherius,91.d.cum hęc obligatio sit inducta iure positiuo, vt d. Aragon,d.art.12. saltem quo ad mutandam formam officij, vt d.Doct.in d.c.1. de cel.miss. Silu. hora,q.8.Turr.in d.ca. eleutherius, quæ est de iure positiuo, licet communis sententia sit quod Papa non possit liberare ab aliqua forma officij, vt scilicet saltem aliquod officium is dicere debeat.Episcopus vero & prælati regulares non possunt circa id dispensare. Turr. Cr. in d. capit.nec etiam in forma,ex Constit.Pij Quinti, in principio Breuiarij.

Quin-

Quintus casus si nullos fructus percipit quis beneficij in minoribus ordinib. constitutus, nec percipere potest, si enim litigat super beneficio tenetur recitare, cum fructus ei debeantur, si obtineat, saltem à die litis contestatæ. Inn. in c. literas, de rest. spol. non excusatur vero quis eo quod studet, seruit prælato, vel peregrinatur. Nau. de orat. c. 2. num. 18. cum melius sit orare quā studere, glo. in cap. licet, 8. q. 1. & sic tenent Arch. in d. cap. eleutherius, Imola, in cl. 1. de mag. quod beneficiarius studens, licet deseruiat per Vicarium, teneatur ad horas canonicas.

18 Horas nō recitans quas pœnas subeat. Vbi demum aliquis tenetur recitare horas canonicas, si eas sine causa legitima omittat, multas pœnas incurrit.

Primo enim qui eas omittit vel partē earum etiam horam tantum, si ex contemptu, vel negligentia peccat mortaliter, si ex ignorātia vel obliuione, venialiter tantum D. Ant. 3. part. titu. 18. cap. 4. §. 5. Ang. hora, §. 16. Siluest. hora, q. 12. Nau. de orat. c. 10. & est communis omnium opinio.

Secunda pœna, quod qui non intersunt in ecclesia horis canonicis vbi distributiones adsunt, à principio ad finem, eas amittūt, nec eas faciūt suas, cap. 1. de cler. non res. in 6. c. vt hi qui, de ætate & qual. c. cum nonnullæ, de præb. in extr. comm. Conc. Trid. sess. 24. c. 12. ca. olim, de verb. sign. & ex Bulla, Pij IIII. SS. & accrescunt præsentibus d. cap. 1. & Bulla prædicta, nec etiam ipsi præsentes eas absentibus donare, vel remittere possunt d. c. 12. in Trid. Conc. Nau. de orat. c. 22. miscell. 14. & ex Conc. Basil. tit. quo tempore q̄sq; debeat esse in choro ante sessurā, & ex Bulla 138. Pij V. Pal. 4. dis. 15. q. 5. Nau. de orat. c. 5. nu. 20. & c. 21. nu. 63. & ex d. Conc. Basil. choro addicti debēt esse præsentes in choro, vt lucrentur distributiones antequàm in Matutino, cœptus sit primus Psalmus, in alijs horis anteq̄ finitus sit primus psalmus, & in Missa priusquàm expleta sit, Gloria in excelsis, qui & vsq; ad finem manere debēt in choro, vnde Greg. lib. 2. Dial. c. 4. refert S. Benedictum vidisse diabolum extrahentem quendam monachum de choro ante finem horæ, & tandem Benedicti disciplina fugatum, & tempore Cassiani, Monachis qui non veniebant in chorum in horis diurnis, ante finē primi psalmi, nō licebat oratorium introire, sed congregationis conuentū stantes præforibus præstolabantur, in nocturnis vero horis vsq; ad finem secundi psalmi, mora excusabatur, vt idem Cass. d. lib. 3. de inst. Mon. cap. 7.

Excusantur tamen infirmi, qui alias consueuerant tempore sanitatis adesse in choro, & qui absunt ob vtilitatem, vel necessitatem ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, vel qui celebrant tempore diuinorum vbi ecclesia eget missarum celebratione, modo inde non percipiant stipendium, cum duplex stipendium simul percipere nō possint, nisi, vt supra, ecclesiæ cultus id non exposcat, vt not. in d. c. 1. de cler. non res. in 6.

Tertia pœna, quod beneficiatus cum cura vel sine cura, si post sex menses à beneficio obtento, sine legitima causa, officium dimiserit, legitimo impedimento cessante, beneficiorū suorum fructus suos non facit pro rata omissionis, sed eos in fabricam ecclesiæ, vel pauperum alimoniam erogare tenetur ex Concil. Later. sub Leone Decimo sess. 9. §. statuimus, quod & innouat Pius Quintus dicta Bulla, 138. declarans, eum qui matutinum tantum omittit, teneri restituere dimidiam fructuum beneficij qui illi diei respondent, qui reliquas horas dimidiam, qui singulas sextam eorum partem; intra tū sex menses non tenetur ad dictam pœnam, vt d. Nau. de orat. num. 58. sed tutior est opinio, quod teneatur, cū is peccet mortaliter, & percipiat fructus beneficij, vt late probat. Io. Steph. Dur. de ritib. eccl. lib. 3. c. vlt. in fi. & qui vt clericus percipit pēsiones vel alias res ecclesiasticas tenetur eo modo, & sub dicta pœna, ad recitandum quotidie officium B. V. ex dicta Bulla.

Omittens tamen diuinum officium, si careat beneficio ecclesiastico, non tenetur ad aliquam restitutionem, nec repetere horas omissas, si tempus recitandi iam sit elapsum, cum id nullo iure probetur.

Nec etiam beneficiatus eas omittens,

tenetur eas repetere, licet peccet mortaliter omittendo singulam horam, vt dicit Aragon, d. q. 83, art. 13. Ver. alterum dubium.

Econuerso vero celebrans diuinum officium, pensum seruitutis suæ Deo persoluit, ipsius Maiestati famulatum præstat, ecclesiæ sanctæ opem multā affert, & sibi ac alijs innumera bona acquirit, vt ex supra dictis dignoscere licet. Vnde ab omnibus seruitio Dei addictis, sedulo, attentè, integre, & toto cordis affectu, ac animi puritate, & munda cōscientia, Angelicum id munus alacriter est persoluendum.

SVMMARIVM.

1 Processionum vsus quando cœpit, & cur.
2 Processiones vel supplicationes quotuplices sint, & quæ.
3 Processiones quo ordine celebrandę, & qui ijs interesse debeant.

De Processionibus, vel supplicationibus. Cap. LXXXIIII.

1 Processionum vsus qn̄ cœpit & cur.

INter publicas & solemnes preces quæ à clero & populo Christiano Deo porriguntur, pijssimæ sunt illæ quæ in publicis processionibus peraguntur, quorum vsus antiquissimus est, de ijs enim fieri videtur mentio. Num. 10. Iosue 6. 2. Reg. 6. 1. Par. 13. 2. Paral. 20. Ioel. 2. Et in nouo testamento de ijs habetur mentio. Matth. 21. vbi turbæ quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes, Osanna &c. vel cum dominus d. Matth. 28. Marci, 16. ite & dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galileam, ibi cū videbitis, & de eis meminit Tert. libro 2. ad vxorem; si procedendum erit nusquàm magis familiæ occupatio adueniat; cum processio dicatur quasi progressio in publicum l. sancimus, C. de cōsulibus lib. 12. Idē Tert. lib. de prescript. hær. c. 45. sit modesta processio, & Amb. serm. 8. conqueritur quod pauci ad ecclesiam venirent, & pauci admodum procederent, & Aug. lib. 22. ciu. c. 8. & de eis meminit Syn. Laod. c. 17.

2 Supplicationes, vel processiones quotuplices sīt, & quæ.

Supplicationum vero aliæ sunt ordinariæ, & statiuæ, & ex his quædam annales, quædam dominicales, Aliæ extraordinariæ, & indictiuæ, ordinariæ sunt quæ in die Ascensionis fiunt, quarū meminit Chris. hom. 28. & ser. de Ascens. Domini. Aug. ser. 172. 173. in die Purificationis, & Litaniæ maiores, & minores de quibus. Greg. li. 11. ep. 2. Greg. Turon. lib. 2. hist. c. 34. Cōc. Aurelianen. can. 29. Tolet. 5. c. 1. Tolet. 6. cap. 34. Dominica in ramis palmarum. Vgo. de S. V. lib. 4. erud. Teol. cap. 14. die solemni corporis Christi. Clem. si dominum, de reliq. & ven. sanct. in die Resurrectionis domini, de qua agit. Rup. Tuit. lib. 7. de diu. off. c. 21. quæ inter alias præcipua est, vt ibi d. & ex ea fluxerunt illæ quæ fiunt festis diebus, vt d. Rup. lib. 7. c. 10. Dur. in rat. lib. 4. c. 6. cuius rei creditur author Agapetus Papa.

Extraordinariæ multis de causis fiūt, quandoque in translatione sanctorum, vt sancti Meletij, vt inquit Sozom. lib. 7. hist. cap. 10. & reliquiarum S. Babilæ, vt ait Chris. hom. contra gentiles. Ruffi. lib. 2. cap. 35. Socr. lib. 3. cap. 16. Teod. lib. 3. cap. 9. & Samuelis, vt d. Hier. contra vigilantium.

Sic etiam tempore belli fiunt processiones, vnde Teodosius senior pugnaturus cum Eugenio circumibat cum sacerdotibus omnia orationum loca, & ante martirum, & Apostolorum Thecas, iacebat cilicio prostratus, & auxilia sibi fida sanctorum intercessione poscebat, vt dicit Ruffi. lib. 2. capit. 33. & Niceph. lib. 14. c. 3. d. Teodosium iuniorem supplicationem, seu litaniam pro serenitate, & clementia aeris impetrāda instituisse, & statim serenitas est secuta, & copia magna fructuum exorta, & idem Niceph. d. li. c. 46. d. eodem Teodosio imperante, cū ciuitas Constātinopoli magno & assiduo terræ motu concuteretur Teodosium, & Proclum Patriarcham litanias, & preces indixisse, & puerum de repente in aerem sublatam, qui retulit se audisse ab Angelis hanc vocem, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis miserere nostri,

nostri, & Teodosiũ decreuisse vt is himnus per orbem concineretur, & sanctus Gallus, cum lues inquinaria Arelatensem prouintiam vexaret, litanias & rogationes indixisse, vt media quadragesima psallendo, ad Basilicam B. Iuliani martiris itinere pedestri venirent, vt d. Greg. Turon. lib. 4. hist. c. 5. quod cum etiam in Germania cõtigisset, Rhemenses assumpta palla de sancti Remigij sepulchro, accensisque super cruces cereis, atq; ceroferalibus, psallentes circumisse vrbem cum vicis, quæ lues non est transgressa locum quo ciues cum palla S. Remigij processerant, vt dicit Greg. lib. de gloria, conf. c. 79. & dum ciuitas Cesaraugustana obsideretur ciues induti cilicijs, ieiunantes, & mulieres indutę pallijs nigris, dissoluta cesarie, & superposito cinere, cum tunica sancti Vincentij, muros ciuitatis psallendo circumibant, & liberati sunt, vt d. idem Greg. lib. 3. hist. ca. 29. Antiocheni etiam, vt Deus Teodosium sibi infensum leniret, publicas peragagebant processiones, vt d. Niceph. libro 12. cap. 43.

Aliæ præterea tristes fiunt supplicationes in tribulatione, quam peregrini hoc exilium peragrantes patimur, veniã peccatorum & misericordiam deprecantes, aliæ lętę in modum cœlestis cuiusdã exercitus, de Christi gloria & triumpho exultantes, crucis vexilla in aera sustollentes, ad significãdam aereę potestatis expugnationem, vt habet Sin. Aug. c. 20. 23. & ad gratiarum actionem ob res bene & fęliciter gestas.

3 Processiones quo ordine celebrandæ & qui ijs interesse debeant.

Porro crux & uexilla in processionib. deferri consueuere, vt d. Greg. Turon. de gloria conf. c. 20. & 79. Rup. lib. 7. de diu. off. c. 20. ad fi. Inn. lib. 2. mist. Missę, c. 12. quod probat Sin. Nic. 2. Act. 4. & in Nouella Iustin. 123. c. 32. auth. sed nouo iure, C. de ep. & cler. vetatur ne supplicationes absque sacerdotibus, & veneranda cruce fiant, Cerei etiam & lumina in processionibus deferri consueuere, vt dicit Vzalmus, cap. 1. & habetur in Pontificali de gestis Vitalliani Papæ, Constantinum die dominico processisse ad S. Petrum cum exercitu, & omnes cereos gestasse. Paul. Diac. lib. 26. Greg. Tur. d. ca. 79. Adhæc in processionibus ibant bini, & bini ob commendationem fraternæ charitatis, & socialis vitæ, exemplo Christi qui binos discipulos misit ad prædicandum, vt dicit Bern. sermo. 2. in Purificat. B. V. præterea in processionibus pedibus ire moris erat, vt dicit Gregor. Turon. libro quarto, hist. capitulo quinto, & ex Conc. Moguntiaco. cap. 34 mandatur, vt litania maior obseruetur ab omnibus Christianis tribus diebus non ęquitantibus nec pretiosis vestibus indutis, sed discalceatis, & cilicio indutis, nisi infirmitas impedierit, & D. Ant. 3. p. hist. tit. 22. capit. 3. §. 32. d. anno. 1388. mirabilem esse factum populorum motum, qui susceptis albis lineis ad modum religiosorum quibus facies velabant, relictis tantum foraminibus ad videndum, procedere binos ad vicinas vrbes, exceptis monialibus, & paces conciliari sacramẽta frequentari, de victu vicissim prouideri, qui motus per duos vel tres menses durauit, cum magno animarum fructu, & communi beneficio, vt latè explicat. Io. Steph. Dur. libro. 2. de ritubus eccles. cap. 10.

Adhæc in Trid. Conc. sess. 25. cap. 13. statuitur, vt omnes regulares accedant ad publicas processiones exceptis his qui viuunt in strictiori, & perpetua clausura, & Iesuitis, & Episcopus potest controuersias ibi, vel in funeralibus de præcedentia orientes componere, & diffinire, & laici eas turbantes puniuntur l. si quis in hoc genus, & auth. sed nouo iure. C. de ep. & cler. quæ à laicis sine clericis, & cruce, vt supra celebrari non possunt, d. auth. cap. in loco, 5. quæst. 4. Gul. in rat. libro 6. c. 102. & Greg. 14. in eius, Bulla. 3. Cal. Aug. 1578. decreuit ob calamitates impendentes litanias quotidie in ecclesijs collegiatis catedralibus, & regularibus cantari, vel recitari, & dieb. festiuis processiones haberi in ecclesijs. Quomodo vero in praxi processiones sint celebrandæ, & ordinandæ, dixi, trac. de stat. ep. cap. 7. nu. 16.

SVMMARIVM.

1 Adoratio quid sit.

1 Ado-

2 Adoratio consistit in actu interiori, & exteriori.

3 Adoratio an sit fienda in loco determinato.

De Exterioribus actibus Latriæ. De Adoratione. Cap. LXXXV.

1 Adoratio quid sit.

PRima propositio. Adoratio est actus Religionis, vel latriæ, probatur Matth. 4. Dominum Deum tuũ adorabis. Vel actus religionis externus quo exhibemus reuerentiam Deo per gestum aliquem corporis indicem internæ subiectionis animi erga Deum, vt per genuflexionem tunsionem pectoris &c. Matth. 24. vel actus seruitutis debitæ soli Deo, vt supremo omnium domino, & dicitur latria, subiectio vero & seruitus debita angelis, & hominibus dicitur dulia. Aug. lib. 1. de tr. c. 6.

Ratio, nam adoratio ordinatur, in reuerentiam eius qui adoratur, sed religionis est Deo reuerentiam exhibere, vnde adoratio qua Deus adoratur est religionis actus, adoratio vero latriæ soli Deo exhibetur, Duliæ aliquibus ob eorũ excellentiam, D. Thom. 2. 2. quæstione 84. artic. 1.

2 Adoratio cõsistit in actu interiori, & exteriori.

Secunda propositio. Adoratio principaliter cõsistit in actu interiori spirituali, est tamen in actu corporali ordinato ad spiritualem, probatur, ex gl. Ex. 20.

Ratio, nam quia ex duplici natura cõditi sumus, intellectuali scilicet & sensibili, duplicem adorationem Deo offerimus, scilicet spiritualem quæ consistit in interiori mentis deuotione, & corporalem quę consistit in corporis humiliatione, & quia in omnibus actibus latriæ id quod est exterius, refertur ad id quod est interius, vt ad principalius, ideo ipsa exterior adoratio fit ob interiorẽ, vt per signa humilitatis corporaliter exhibita noster affectus excitetur ad se Deo subijciendum, cum sit connaturale vt per sensibilia ad intelligibilia perueniamus; corporalis tamen adoratio in spiritu fit ob interiorem deuotionem, vt & oratio principaliter est in mente. Secundo in voce D. Thom. d. art. 2. in corp. & ad primum & 2. & dignoscitur actus quo Deo cultus diuinus exhibetur quando id peruersum fit ad creaturam transferre, vt missæ sacrificium, & cordis sacrificium quo totum quis se Deo deuouet, & si intendit inde quis excitare opinionem excellentem de re, vt est diuina.

Tertia propositio. Adoratio nõ requirit determinatum locum ex necessitate, sed ex quadam decentia, primum patet ex prædictis, secundum, probatur Is. 56. Lucæ 19. 3 Adoratio an sit fienda in loco determinato.

Ratio, nam in adoratione principaliter est interior deuotio mentis; secundo, quod pertinet ad corporis signa, mens vero apprehendit Deum non quasi comprehensum in aliquo loco, sed corporalia signa oportet quod in determinato loco & situ sint, ideo determinatio loci non requiritur ad adorationẽ principaliter, vt sit de eius necessitate, sed secundum quandam consequentiam, vt & alia corporalia signa; eligitur tamẽ locus primo ex loci consecratione ex qua spiritualem deuotionem accipiunt adorãtes, vt facilius exaudiantur 3. Reg. 8. Secundo ob sacra misteria, & alia sanctitatis signa ibi contenta, tertio, ob concursum multorum adorantium, ex quo oratio fit magis exaudibilis. D. Th. d. q. ar. reqrit etiam adoratio, vt nulli, nisi soli Deo, per se deferatur, & procedat ex uera fide, & careat mala circunstantia finis, vel modi. Valent. de iust. disp. 6. q. 3. punct. 3. De hac materia late egi tom. 1. tr. Teol. tr. de Christo c. 17. de adoratione, & de missa, c. de ecclesijs.

SVMMARIVM.

1 Sacrificium quotuplex sit, & vt hic sumatur.

2 Sacrificium Deo offerre est de lege naturæ.

3 Sacrificium Deo soli est offerendũ.

4 Sacrificij oblatio est specialis actus virtutis.

5 Sacrificium offerre qui teneantur.

6 Sacrificium altaris est omnium consummatiuum, & perfectiuum, & vnicum in ecclesia christiana.

De his quæ à Deo fidelibus dantur.

De sacrificijs. Cap. LXXXVI.

1. Sacrificiũ quomplex sit, & vt hic sumatur.

NOtandum, quod sacrificium quandoque dicitur id quod Deo offertur, quandoq; ipsa oblatio.

Secundo notandum, quod sacrificium est duplex, vnum inuisibile, aliud visibile vt erant sacrificia, & pecudes immolatæ in l. veteri, quorum inuisibile est per se gratius Deo, cum eius signum sit sacrificiũ visibile, & sic cor cõtritum dicitur sacrificium Deo acceptũ, Ps. 50. & laus Deo data. Ps. 49. & facere iudicium, facere misericordiam, & sollicitum cum Deo ambulare. Micheæ 6. & beneficentia, cũ huiusmodi hostijs Deus promereatur Heb. 13. Matth. 9. & generaliter omnes actus virtutum dicuntur sacrificia Deo accepta, vt d. Philo. lib. de profugis, & explicat ap. Rom. 12. obsecro vos vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, & de actibus iustitiæ dicitur. Ps. 4. sacrificate sacrificium iustitiæ. Non tamen omnis actus virtutis dicitur sacrificium, sed tantum qui Deo offertur, idest qui ad eius gloriã exercetur, quia de ratione vera & ꝓpria sacrificij est vt Deo offeratur; possunt. n. virtutes moraliter exerceri, vt gentiles fecerunt, sed quia Deo non dicantur, sacrificij nomen non merentur, vt dicit D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 4. ad 1. vndè & si quis naturali charitate in proximũ moueatur, & nõ supernaturali ꝓpter Deũ, non pertinet ad sacrificium, vt nec virginitas, ieiunium fortitudo, & huiusmodi, nisi in Deum dirigantur virtutes vel virtutum actus, dici merentur, vt d. Aug. li. 14. ciu. cap. 25. D. Thom. 1. 2. q. 65. art. 2. Ex his patet Christianos omnes dici sacerdotes, quia Deo offerre debent animas suas, quod est spirituale ædificium virtutum, vnde & dicuntur genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, 1. Petr. 2. Apoc. 5. quatenus ei offerunt bonum animæ interiori quodam sacrificio per orationem deuotionẽ, & huiusmodi, quod est Deo acceptum sacrificiũ, Ps. 65. holocausta medullata offerã tibi, ꝙ complectitur omnes actus virtutum, vt dicit Aug. lib. 10. ciu. c. 16.

Secũdo quatenus ei corporis bonum tribuitur maxime per actum martirij, abstinentiam, & mortificationem, & laudem 2. Tim. 4. Sap. 3. Rom. 12. Heb. 13.

Tertio quatenus illi offert qs res externas, vel eas Deo cõsecrãdo, vel proximis propter Deum cõmunicando, Heb. 13. modo, prędicta, vt supra, in Deum referantur. Notandum præterea, quod sacrificium proprie, est officium externũ, quo res aliqua hoc ipso Deo offertur, quod ad eius maiestatem recognoscendam, atq; etiam ad internam mentis deuotionem, & seruitutem erga Deum, tãquàm rerum omnium dominum protestãdam, certo ritu, & cerimonia conficitur, seu immutatur, vt cum animal mactatur, vel cõburitur, vel cum panis frangitur & comeditur; in quo requiritur & vt ipse actus, & materia sacrificij sit à Deo institutus, vel per internum instinctum, vt in l. naturæ, vel mandatum vt in veteri, l. & nunc sacrificium altaris, secundo, vt sacrificans sit talis qualem requirit diuina institutio, vt nunc sacerdos tãtum immediate, mediate quilibet fidelis per sacerdotem, tertio, vt soli Deo offeratur. Valent. disp. 6. q. 4. punct. 1. 2. His ita notat.

Prima sit propositio. Offerre Deo sacrificium est de lege naturæ, cum in omni ętate, & apud omnes nationes fuerit aliqua sacrificiorum oblatio, vt d. Aug. lib. 10. ciu. c. 4. lib. 20. con. Fau. cap. 28. 2. Sacrificiũ Deo offerre est de lege naturæ.

Ratio, nam naturalis ratio dictat homini, quod alicui superiori subdatur ob defectus quos in seipso sentit, in quibus ab aliquo superiori eget iuuari & dirigi, & id, quicquid sit, apud omnes dicitur Deus, & vt in naturalibus inferiora naturaliter superioribus subdũtur, sic naturalis ratio dictat homini secundum naturalem inclinationẽ, vt ei ꝙ est supra hominem honorem, & subiectionem exhibeat secundum suum modum, est vero modus conueniens homini, vt sensibilib. signis vtatur ad aliqua exprimẽda, quia ex sẽsibilibus cognitionem accipit, ideo ex naturali ratione procedit, quod homo qui-

quibusdam sensibilibus rebus vtatur offerens eas Deo in signum debitæ subiectionis, & honoris prout aliqui quid offerunt dominis in recognitionem dominij, id vero pertinet ad rationem sacrificij, ideo oblatio sacrificij pertinet ad ius naturale in communi, sed determinatio sacrificiorum est ex institutione diuina, vel humana, vt Adam & Isaac Deo sacrificium obtulerunt secundum sui temporis congruentiam, & per sacrificiorum oblationes remittebatur pueris peccatũ originale D.Th.2.2.q.85. art.1.in corp. & ad primum, & secundum.

3 Sacrificiũ soli Deo est offerẽdum.

Secunda propositio. Sacrificium soli Deo est offerendum, probatur. Ex.22. qui immolat Dijs occideretur, præter domino soli; & solum sacrificium dicitur id quod vni soli Deo offinitur, vt inquit. Aug.lib.10 ciu.cap.4.& contra adu.l.& proph.lib.1.cap.18.& diffinitur in Conc. Tr.sess.22.in doctr.de sacrif. missæ. c.3. & habetur. Act.14.

Ratio, nam oblatio sacrificij fit ad aliquid significandum, articu. præcedenti sacrificium vero exterius, quod offertur, significat spirituale sacrificium quo anima offertur Deo, Psalm. 50. sacrificium Deo spiritus contribulatus &c. quia actus exteriores religionis ordinantur ad interiores, anima vero se offert Deo in sacrificium, vt principio suæ creationis, & vt fini suæ beatificationis, sed secundũ veram fidem, solus Deus est creator animarum, ideo sicuti soli Deo sacrificium spirituale debemus offerre, ita etiam exteriora sacrificia, sicut etiam orantes & laudantes ad Deum dirigimus voces, cui res ipsas in corde quas significamus offerimus, vt dicit Aug.lib. 10. ciu.capit.19. Sic in omni Republica summũ Rectorem aliquo signo singulari honorant, quod alteri deferre esset crimen lesæ maiestatis, ideo in l.diuisa statuitur pœna mortis ijs qui diuinum honorem alijs exhibent; neque aduersatur quod aliqui dicantur Dei, nam nomen diuinitatis participatur aliquibus non per equalitatem, sed per participationem D.Th.d.ar.2.in corp. & ad primum; pro intelligentia huius propositionis recolenda sunt quæ dixi tr.de Missa c.1. vbi de sacrificio plene egi, & Aragõ hic diffinit, quod sacrificiũ sit oblatio sacra soli Deo facta, circa quam aliquid exercetur, res enim aliqua offertur in reuerentiam Dei, & circa eam aliquid exercetur, conficiendo, consumendo, conterendo, frangendo, sed apertior mihi videtur diffinitio loco cit. posita cum eius expositione.

4 Sacrificij oblatio est specialis actus virtutis.

Tertia propositio. Sacrificij oblatio est specialis actus virtutis, cũ de ijs specialia præcepta dentur in Leuit.

Ratio, nam quando actus vnius virtutis ordinatur ad finem alterius participat quandam speciem eius, vt cum quis furatur, vt fornicetur, furtum accipit velut fornicationis deformitatem, quod facit vt sit peccatum, etiam si alias non esset, cum ad fornicandum ordinetur, & sic sacrificium est specialis actus ex hoc laudatus, quod fit in diuinam reuerentiam, vt cum quis eleemosinam facit de rebus proprijs ob Deum, vel corpus affligit ob diuinam reuerentiam, & secundum hoc etiam actus aliarum virtutum possunt dici sacrificia, quidam tamen actus aliunde non laudantur nisi quia fiunt in diuinam reuerentiam, qui proprie sacrificia sunt, & pertinent ad virtutem religionis, bonum vero animæ offertur Deo per deuotionem, & orationem interiori sacrificio, bonum corporis Deo offertur per martirium, bona vero externa offerũtur Deo per sacrificium D.Th. d.q.art.3.in corp.& ad primum.

5 Sacrificiũ afferre q tenẽatur.

Quarta propositio. Omnes tenentur ad interius sacrificium quo vero ad exterius multa est differentia.

Ratio, nam duplex est sacrificium, primum & principalius interius ad quod omnes tenentur, quia omnes tenentur Deo deuotam mentem offerre, secundum exterius quod in duo diuiditur, nam vnum est quod ex hoc solo laudem meretur quod aliquid Deo offertur in protestationem diuinæ excellentiæ, & subiectionis ei, & ad hoc aliter tenentur qui sunt sub l. noua quàm qui erant sub l. veteri, & aliter qui non sunt sub lege, quia qui sunt sub lege tenentur ad determinata sacrificia offerenda secũdum legis præcepta, qui vero non erant sub lege, tenebantur ad aliqua exterius facienda in honorem diuinum

secundum condecentiã ad eos inter quos habitabant, sed non ad hæc vel illa determinate, aliud vero est exterius sacrificium quando actus aliarum virtutum assumuntur in diuinã reuerentiam, quorum quidam cadunt sunt præcepto, ad ꝙ omnes tenẽtur, quidam sunt supererogationis ad quod non omnes tenentur. D.Tho.d.q.art.4. Et ita est quoddam sacrificium spirituale, modo supra explicato, per deuotionem orationem, mortificationem, martirium, eleemosinarum largitionem, ad quæ omnes tenentur secundum animi præparationem, & actu, cum tempus adest implẽdi pręceptum.

6 Est porro sacrificium vnum in noua l. complementum omnium sacrificiorũ veteris, l. quod scilicet conficitur & offertur in mensa altaris per sacerdotes tantũ rite ordinatos quasi publico iure constitutos, non solum pro peccatis populi, sed etiam pro semetipsis. Heb.6. Concil. Trid.sess.23. c.1. nec per alios quàm sacerdotes confici potest, nec oẽs Christiani sunt sacerdotes, sed aliqui tantũ legitime ordinati, quibus tantum dominus dedit potestatem conficiendi & offerendi hoc sacrificium corporis, & sanguinis Domini Iesu Christi cum eius anima, & diuinitate Luc. 22. hoc facite in meam commemorationem, c. 1. de summa. Tr. Conc. Rhemẽse, c.2. c. peruenit de cõs. 2. d. ꝙ proprie tantum, & vere dicitur ac solum sacrificium. Alia.n. sacrificia Christiani populi sibi cum hominibus veteris l. communia, non adeo proprie dicuntur sacrificia, cum non sint instituta in l. noua, sed à l. naturę manarunt, vnde metaphorice tantum, & secundum quandam similitudinẽ dicuntur sacrificia, s. deuotio, oratio mortificatio corporis, eleemosinę, & huiusmodi, de quo sacrificio missæ late egi tract. de missa.

Sacrificiũ altaris est omniũ cõsummatiuum & pfectiuũ, & vnicũ in ecclesia Christiana.

SVMMARIVM.

1 Oblationes offerre an sit in præcepto, & sub obligatione.
2 Oblationum distributio ad sacerdotes spectat.
3 Clerici quotuplicia bona possideant.
4 Reditus ecclesię cur dati, vel relicti.
5 Clerici qualiter olim viuerent, & bona ecclesiæ administrarent.
6 Beneficiarij an sint domini redituũ beneficiorum.
7 Beneficiati consummentes in non pios vsus reditus beneficiorum, vt peccent, & an teneantur ad restitutionem.
8 Beneficiarij reditus hospitalium vel fabricæ vsurpantes separatos, furtum committunt.
9 Beneficiarius quid possit circa reditus beneficij, & vt de ijs disponere, vel non.
10 Oblationes de quibus fieri possint.
11 Oblationes à quibus non sint recipiendæ.
12 Primitias soluere an quis teneatur.

De Oblationibus, & primitijs. Cap. LXXXXVII.

1 Prima propositio. Homines nõ tenentur ad oblationes quæ non sunt sacrificia de necessitate præcepti, contingere tamen potest, vt homines ad id quandoq; teneantur, vel ob conuentionem, deputationem, necessitatem ecclesię, & consuetudinem probatur primum in c. omnis Christianus, de cons. d.1.

Oblationes offerre an sint in præcepto, & sub obligatione.

Ratio, nam nomen oblationis est cõmune ad omnes res quæ Deo offeruntur vt habetur, c. pręced. ita ꝙ si aliquod exhibeatur in diuinum cultũ, vt in aliquod sacrum ꝙ inde fieri debeat, consũmendum, oblatio est & sacrificiũ. Ex.29. Leu. 2. si vero sic offeratur vt integrũ maneat diuino cultui deputandũ, vel in vsus ministrorũ expendendũ, erit oblatio, & non sacrificium, huiusmodi vero oblationes dicuntur ꝙ volũtariè offerantur. Ex. 25. potest tamen contingere ꝙ quis teneatur ad eas, quattuor rationib. primo ex pręcedenti conuentione, vt cum fundus conceditur ecclesiæ, vt certis tpib. certas oblationes faciat, ꝙ habet rõnem census, ex tra. de censibus. per tot. Secundo ob præcedentem deputationem, vt cum testamento, vel donatione aliquis relinquit quid soluendum ecclesiæ mobile, vel immobile, cap. qui oblationes, cum sequent. 12. quæstione 2. Tertio, ob necessitatem

ecclesiæ, vti si ministri non haberent vnde alerentur, quia cum Christiana religio in sacramentorum administratione, & susceptione, & sacrificij oblatione posita sit, fit vt omnis populus tum templa pro sua facultate extruere, tum ministros alere, & necessaria cultu contribuere iure naturali teneatur, vt dicit hic Aragon, d. posse & cogi per censuras ad id & iudicis secularis animaduersione, cum ministri magis mereantur quàm milites quibus tamen stipendia debentur, 1. Cor. 9. Quarto ob ecclesiæ consuetudinem, tenentur enim ad oblationes consuetas in quibusdam solemnitatibus, nec id potest per statutum mutari, vt dicit Abb. in capit. abolendæ, de sep. cum consuetudo bene affecta erga ecclesias populorũ sit seruãda, sacramentis prius libere ministratis, tunc enim populo renuente, potest populus ad id cogi per cẽsuras à superiore, vel per sacramentorum subtractionem, vt not. in d. cap. & in cap. tua, cap. ad Apostolicæ, de sim. sacerdotes tamen ipsi sacramenta ob id subtrahere non possunt, nisi authoritate superioris, vt ibi not. & D. Thom. hic in resp. ad 3. quo tamen ad quantitatem dandam in his duobus vltimis casibus oblationes habent rationem voluntarij, vt hic dicit D. Thom. quia non tenentur singuli offerre, sed maior pars populi, nec semper, sed in quibusdam festiuitatibus; si consuetudo sic sit introducta, quæ non est mutanda, nisi cesset causa, vt quia daretur ob fabricam, & ea sit expleta, vt dicit Siluest. consuetudo. §. 13. Et vbi oblationes sunt debitæ tñ ex consuetudine, vel ob ecclesiæ aut ministrorum necessitatem, in arbitrio offerẽtium est quid vel quantum debeant offerre, modo illi consuetudini, vel necessitati satisfiat, & ex omnibus rebus licite possessis possunt fieri oblationes, remoto scãdalo, nisi ex præcepto alio modo sint offerendæ, vt dicit Valentia, disp. 6. q. 4. punct. 4. de iustitia.

2 Oblationũ distributio ad sacerdotes spectat.

Secunda propositio. Distributio oblationũ pertinet ad sacerdotes, qui sunt medij inter Deum & populum, Deut. 5. & populi dona Deo offerunt, & sacrificia, vt & ijs sacramẽta ministrant Heb. 5. qui sacerdotes eas distribuere habent in ecclesiæ fabricam, & diuinum cultum, in proprium subsidium, & pauperum, probatur in c. oblationes, 10. q. 1. D. Tho. hic art. 2.

3 Clerici quotuplicia bona possideãt.

Pro intelligentia vero huius propositionis, circa obligationem sacerdotum distribuendi bona ecclesiastica, aduertendum, quod clerici possunt possidere bona patrimonialia, vel quæ hæreditario iure ad eos perueniunt, & horum domini sunt, vt & etiam eorum quæ acquirunt, docendo, organa pulsando, missas celebrando, confessiones audiendo, prælatis seruiendo, & huiusmodi, quorum clerici etiam domini sunt, & idem dicit Valentia. 2. 2. de stat. disput. 10. q. 3. punct. 7. eos habere dominium eius partis redituum ecclesiasticorum, quæ sit illis peculiariter assignata, vbi scilicet ita illis reditus diuisi essent, vt vna pars esset ministris peculiariter assignata, & alia pauperibus, quæ diuisio olim in vsu fuit apud multas ecclesias. Alia bona sunt quæ pertinent ad ecclesias, hospitalia, pia loca, mobilia vel immobilia, ad fabricam, infirmos curandos, & similia, quorum administratio ad clericos pertinet, non autem dominium, c. non liceat 12. quæstione secunda, quorum dominium est penes ecclesias particulares, & per consequens & principaliter penes ecclesiam vniuersalem, cuius ecclesiæ particulares sunt partes, dicuntur tamen esse suo modo Dei, quatenus sunt dicatę diuino cultui, ad ecclesiarũ cultum & ministrorum sustentationem, & Christi vt capitis ecclesiæ; & cum potestas ecclesiastica resideat in p̃latis eius, & maxime in summo Pontifice, à quo in alios deriuatur, ideo alienatio & dispositio bonorum ecclesiasticorum ad prælatos, & maxime Papam, vt ministros & dispensatores eorum bonorum spectat, qui tamen non possunt nisi in fines per donantes relictos, & intentos, scilicet diuinum cultum, ministrorum subsidium, & pauperum alimoniam, ea erogare.

4 Reditus ecclesiæ cur dati, vel relicti.

Secundo aduertendum est Christianos olim bona ecclesiæ dedisse, vt iuxta prædicta erogarentur. Act 4. venditis ijs bonis, sed postea visum est non expedi-

re vendere huiusmodi bona, sed quod manerent ecclesijs ad fines prędictos capitu. futuram, 12. quęst. 1. & cap. videntes, ibid.

5 Clerici qualiter olim viuerent & bona ecclesię administrarēt.

Tertio aduertendum clericos olim ordinarie in communi vixisse, & etiam paupertatis forte votum emittere, & bonorum ecclesię dispēsatio pertinebat ad episcopos cum consilio aliquorum clericorum, qui in vsus necessarios ꝓprios, & clericorum eos insumebant fructus, & ecclesiarum fabricas, reliquum in vsum pauperum erogabant. capit. 2. cum. sequent. 12. quęstio. 2. permittebatur tamen aliquibus propria habere, modo illis essent contenti, & quę communia erant ecclesię sumptibus aliorum relinquerentur, vel tantum de reditibus communibus ecclesię eis tribueretur quantum pręter proprios suos reditus ad decentem sustentationem egerent, & iubebantur manifestare quę sua essent, & quę ecclesię, & de suis illis licebat testari. c. sint manifestæ, cap. de his 12. q. 1. c. episcopi, c. episcopus, c. illi, c. si priuatum, c. noli. c. certe, ibid. Tempore vero simplicij, Papę, anno 471. vel vt dicit Valentia. Siluestri Papę, ex Sin. Rom. cap. 4. reditus ecclesiarū in quattuor partes diuidi cœperunt, vna erat pręlati, alia inter clericos pro eorum meritis diuidebatur, tertia inter pauperes quarta fabricę ecclesię erogabatur c. de reditibus 12. q. 2. c. vobis enim c. quattuor cum seq. ibid. postea in cap. statuitum 16. q. 1. decernitur, vt episcopi de oblationibus decimis, & huiusmodi solum accipiant tertiam partem, in c. vero, antiquos 10. q. 1. statuitur, vt episcopi medietatem accipiāt, aliam clerus idque mutatum est, vel ob consuetudinem locorum, vel ob temporum varietatem, vt d. gl. in d. c. statutum, donec demum bona ecclesię distributa in beneficia sunt erecta, vt nunc sunt, quę tamē distributio in quattuor nō statim viguit, sed paulatim, & multis in locis diu clerici in communi vixere, vt patet ex ep. Greg. 1. c. quia mos, 12. q. 2. c. quia tua, 12. q. 1. His ita constitutis.

6 Beneficiarij an sint domini reditū beneficiorū.

Prima sit conclusio. Post diuisionem bonorum ecclesię, vt supra factam, quilibet beneficiatus, qui regularis nō sit, acquirit dominium redituum suorum beneficiorum, sic sentit Sot. lib. 10. q. 4. art. 3. Driedo. lib. 2. de lib. chr. c. 4. Couar. in cap. cum in officijs, de test. ledesmius 2. quarti q. 18. artic. 5. dub. vlt. Adr. de restit. q. incip. pro clariori. D. Thom. 2. 2. q. 185. articul. 7. & ibi Gaiet. idem D. Th. quodl. 6. art. 12. Aragon hic idem sentit: Salon, Sarmiēto, Graphius, Molina hic, & alij recentiores, ita vt hęc opinio nūc videatur esse magis communis inter recentiores scribentes, licet enim satius fuisset viuere in communi, tamen attenta humana fragilitate, & temporum cōditione potiut Papa facere prędictam diuisionem, vt summus ecclesię administrator, & cuiq; suam partem relinquere, etiam non vocatis laicis qui ea bona ecclesię donarant, cum iam ecclesię, & diuino cultui sint dicata.

7 Beneficiati consumentes in non pios vsus reditus beneficiorū an peccēt, & teneātur ad restitutionem.

Secunda conclusio. Beneficiarij consumentes in vsus non pios de reditibus suorum beneficiorum, vltra suam competentem sustentationem, de parte ad vsus suos deputata, etiam notabilem portionem, peccant mortaliter, sed non tenentur ad restitutionē sic sentit D. Tho. quodl. 6. art. 12. 2. 2. q. 185. art. 7. Adr. loco cit. Sarmiento. in c. si priuatum. 12. q. 1. c. nulli. 12. q. 5. Petr. Sot. de inst. sac. tract. vlt. lect. 3. & alij supra cit. Quod peccent mortaliter, probatur tū quia clerici exemplo debent laicos ędificare, & opera pietatis pręceteris exercere, & debent de altari viuere non luxuriari, vt dicit Hier. in cap. 3. Mich. cap. tibi 44. d. & ex Conc. Tr. sess. 25. c. 1. secundū probatur quia cum ipsis illa portio sit assignata, non agunt contra iustitiam illam insumendo, licet contra charitatem, vt supra. Vbi vero non adesset portio deputata pro fabrica ecclesię, & pauperibus tenerētur beneficiati, ex reditibus q̄ excedunt congruam coram sustentationem, cum sic censeatur ijs relictum, vt patribus pauperum, expendere, sub mortali in ecclesię fabricam, & ornatum, c. ad audientiam, 2. de eccl. ędific. Concil. Tr. sess. 21. c. 7. nisi id onus ex consuetudine in populum sit translatum; quod fieri potest, vt not. in d. c. ad audiētiam, & reliquum ꝙ superest, expēdere in vsus pauperum.

perum, vel opera pia, vltra corũ congruã sustentationem; Exciperem tñ quod qs lucratur ex distributionib. quotidianis, quarum dñs fit beneficiatus, c. 1. cum ibi not. de cler. non res. in 6 & idem de præbendis quæ non sunt distinctæ, sed singulariter tm̃ pro quolibet distribuitur, & idem de perceptis ex Capellanijs ad nutum amouibilibus, & id genus, vt dicit Corrad. cas. 33. Si tñ sic cõfusa, sibi vltra status couenientiam, superflua, pauperibus non erogat, non tenetur ad restitutionẽ de rigore iuris probabiliter ex D. Th. 2.2. q. 185. artic. 7. & clarius, quodlib. 6. art. 12. & pluribus probat Valentia. loco cit. licet tutior sit sententia contraria, & à veteribus magis recepta, & tunc dignoscuntur bona pauperum, & ministrorũ esse confusa, cum excedunt congruã eorum sustentationem, licet id non sit sufficiens argumentum, quia fieri potest vt reditus qui vno tempore essent illorum congrua sustẽtatio, alio non essent, vt d. Moli. de iust. to. 1. tr. 2. disput. 164. & magis si sint domini etiã temporales, quia sic non dicerentur superflua ratione illa vt d. Gaiet. d. artic. 7. quando. s. bona sunt primario ministris deputata secũdo pauperibus, vt sunt vniuersa ferę beneficia, nõ tenẽtur restituere, si pauperibus non dent, si enim esset econuerso secus esset, vt d. D. Tho. & Valent. locis cit. maxime cum firmum non sit ꝙ fideles ea bona reliquerint ecclesijs ea conditione, vt supflua erogarẽt pauperibus, sed principaliter in cultum Dei, ornatũ ecclesiarum, & ministrorum sustentationem, & in donationibus factis ecclesijs, vt in illa Constantini, de qua to. 1. Conc. nulla mentio fit pauperum, & ideo id reliquerunt ministrorum prouidentiæ, & non vt finem principalem, nec vt cõditionem sine qua nollent alias donare, sed tantum id intenderũt, vt motiuum secundarium, quo non impleto, adhuc valet donatio, vt d. ibi. Valentia, & quod non præcipitur ecclesiasticis distribuere bona pauperibus sub præcepto debito ex iustitia, sed tantum sub præcepto strictissimo misericordię, vt ibi. d.

8 Beneficiarij reditus hospitaliũ, vel fabricæ separatos vsurpantes furtũ cõmittunt.

Tertia conclusio, vbi reditus pauperum, vt hospitalium, vel fabricæ sunt separati distinctè, eos vsurpans, furtum committit, vt dicunt prædicti.

Quarta conclusio, ad dignóscendum quæ sit congrua cuiusq; beneficiati sustentatio, licet ob circumstantiarum varietatem nõ possit tradi certa regula, tñ sic dici potest, primò supponẽdo, ꝙ post diuisionem bonorum ecclesiæ factam, beneficiarius habens simul bona patrimonialia potest illa reseruare hæredibus proprijs, & viuere de reditibus ecclesiæ. D. Tho. d. q. 185. art. 7. ad 3. Nau. in apol. q. 1. monito. 30. & seq. & monito. 77. 80. Gab. 4. dist. 15. quæst. 8. dub. 8. Maior. d. 24. quæst. 17. Couar. in capit. 1. de testam. Secundo, quod beneficiatus, non solum potest ex reditibus beneficij sumere suam congruentem sustentationem, sed etiam si maiori mercede sit dignus in recompensationem, ac mercedem iustam pro industria, labore suscepto, & vtilitate quam suis ministerijs ecclesiæ exhibet, potest id totum accipere, & expendere in quos vsus voluerit, ac si essent bona patrimonialia. Maior. loco cit. Couar. in cap. cum in officijs, nume. 1. de testamen. Nauar. in apol. mon. 78. numero 3. & idem si parce viuendo accepit minus debita sustentatione, potest enim id incrementum in quos vsus voluerit honestos erogare, & de illo testari etiam in non pios vsus, vsque ad gradum quo potest inde accipere, vt enim est triplex pretium medium, infimum, supremum, & omne iustum, sic in hac deductione expensarum est latitudo, cũ plus expendatur vno anno quàm alio, & plus eodem ob varias circumstantias, ideo quod beneficiatus expendit minus supremo gradu, de eo potest iuste disponere, vt dicit Nauar. d. apol. q. 1. monito. 32. numero. 2. Vltimo aduertendum in congrua sustentatione, de qua hic, non comprehendi id quod recta ratio dictat, vt pro qualitate sui status, aliquis expendat in eleemosinis, & alijs operibus pijs, sed solum in alijs rebus quæ licet, alias licitæ sint, inter opera pia non computantur.

9 Beneficiarius quid possit circa reditus beneficij, & vt de ijs disponere vel non.

His sic consideratis arbitrio prudentis, cum in his non possit dari certa regula. Dicatur primo, pro qualitate be-

 nefi-

neficij, & quantitate redituum, licitum esse maiorem habere & splendidiorem familiam, & ita plus in suam congruam sustentationem, quàm in humiliori & tenuiori beneficio, insumere, non enim licet tantum insumere canonico, vt episcopo de reditibus beneficij, nec canonico qui parum habet reditus, vt potest maiores habens.

Secundo dicitur, quod licet pro qualitate beneficij, & quantitate redituum illius, & alijs circumstantijs, de quibus infra, liceat habere ampliorem, & magis splendidam familiam, & ita magis sumere de reditibus beneficij in suam congruam sustentationem, meminisse tamen debent omnes beneficiarij, vt contenti sint modesta suppellectili & mensa, & frugali victu, & in tota eius domo cauere ne quid appareat quod à sancto instituto sit alienũ, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat, ex Conc. Trident. sess. 25. capit. 1. sic tamen vt pro ratione redituum & personarum, & qualitate beneficiorum, liceat habere maiorem & splendidiorem familiam, & pretiosiorem suppellectilem iudicio prudentis, modesta enim familia iudicabitur de summo Pontifice, Cardinali filio Regis, quæ talis non iudicabitur comparatione inferiorum prælatorum, sic etiam quod comparatione prælati ęstimabitur mediocre & modestum, non iudicabitur tale respectu canonici, & sic de alijs, sic tamen vt in conuiuijs, suppellectili, & huiusmodi nil sit prophanum, & immoderatum, quod clericalem statum dedeceat, cum non deceant ecclesiasticum Principem pompæ, quæ tolerantur in principe seculari, vel magnate, etiam si pauciores reditus quàm ecclesiasticus habeat.

Tertio aduertẽdum, decentem beneficiarij sustentationem comprehendere non solum quæ ad se & suam familiam iuxta prædicta alendam sunt necessaria, sed etiam quæ sunt necessaria ad moderata conuiuia, pro beneficiarij qualitate consanguineis, & amicis exhibenda, & etiam ad hospites excipiendos, non solũ in casu necessitatis, sed etiam aliter ex vrbanitate, ex Conc. Triden. alleg. sic tamen, vt religiosi in suis cõuentibus eam moderationem adhibeant, vt ex frugalitate ędificatio, non scandalum ex abundantia & prodigalitate suscipiatur, vt dicit Nauar. in apol. 1. quæstio. mon. 78. num 1. præterea congrua sustentatio beneficiarij comprehendit non solum remuneratorias donationes, sed etiam mere liberales pro loco, & tempore iuxta eius cõditionem, munuscula aliqua dando iuxta consuetudinem personarũ sui status, & decentiã, non debita, vt d. Nau. d. q. 1. mon. 81. nu. 9. & quo ad remunerationem potest seruitia accepta remunerare plusquàm ad æqualitatem, cum id postulet virtus gratitudinis 5. eth. c. 5. D. Tho. 2. 2. q. 106. art. 6. non tamen debet notabiliter excedere, ne, quibus debet, vt pauperibus, desit, potest si quidẽ quod sibi est collatum valoris. 12. reddere in 14. vel 15. non in 30. vel 40. vt ibi d. Nau. Moderatę etiam liberales donationes licẽt pro eius conditione, & statu, nõ tñ immoderatę, cum id pertineat ad virtutem liberalitatis exercendam, & beneficiarij sint domini redituum beneficiorum, vt supra est dictum.

Quarto in consideranda congrua cuiusq; beneficiarij impẽsa pro sua sustentatione, optima regula est sequi consuetudinem beneficiariorum piæ, & timoratæ conscientiæ in quolibet loco, iuxta quã similes beneficiarij metiri possunt familiã, & sumptus ad suam competentem sustentationẽ, qñ aliqua circunstantia aliud non exigat, videlicet vt canonicus nouus sequatur consuetudinem piorum canonicorum eius ecclesię, & paris reditus in expensis faciendis, etiam si is ante esset clericus pauper, & infimæ sortis, nisi aliqua circũstantia aliud exigat, potest enim fieri, vt in duobus canonicis paris reditus, plus necesse sit eodẽ anno ad sustentationem vnius quàm alterius, vt quia in familia vnius fuerint plures ægroti quàm alterius, & ob alias causas, vel quia vnus sit magis industrius, & minori impensa splendidius viuat q̃ alius maiori, vnde nõ potest statui certa regula quantum cuique superesse possit expendendum in operibus pijs.

Quod

Quod verò dictũ est posse tam amplos reditus sumi ex beneficio ad sui sustentationem, procedit quando nõ adest grauis necessitas pauperum, & fabricæ ecclesiæ, quia indecens esset beneficiarios lautè viuere, & pauperes fame perire, & splendidas habere familias, & ecclesias ruinosas, & nil sibi de tam ampla sustentatione ad prædicta agenda detrahere.

Licet tñ personis literatis, constitutis in dignitate, & doctoratu, sumere ex beneficio ampliorem sustentationẽ, quàm requirat qualitas beneficij, & redituum, ex causis prędictis: vt dicit Nau. in apol. q. 1. mon. 82. nu. 7. cum etiam circa pluralitatem beneficiorum possit per Papã dispẽsari circa sublimes, & literatas personas, quę sunt maioribus beneficijs honorandæ. c. de multa. de præb. & Conc. Tr. sess. 24. c. 17. & extrauag. execrabilis. de præb. in extrauag. Ioan. XXII. Quod tamen intelligitur si aliundè non habeat vnde suam dignitatem sustentet; vel si ob prædictas qualitates esset vtilis ecclesiæ, vnde dignus esset vt maiores fructus beneficij pciperet, iuxta superius dicta. Secũdò, intelligitur, modo fabrica ecclesiæ non egeat tali incremẽto, tunc enim beneficiarius debet viuere nõ secundùm qualitatem personæ propriæ, sed beneficij, & redituum eius: vt d. Nau. loco cit.

Quòd si quæratur, an beneficiarius possit, quæ sibi supersunt vltra suam congruam sustentationẽ de reditibus sui beneficij, & tenetur insumere in operibus pijs, reseruare in suas vel aliorum, quas in futurum timet, necessitates, vel, cum magnam pecuniam congregarit, collegium, hospitale, vel aliud opus pium instituere. Resp. id licere, dummodo nõ occurrant graues præsentes proximorum necessitates, & modo prudẽter id fiat, vt quia verisimiliter timeatur tales necessitates de proximo debere accidere, nec speretur eis cõmodè alia ratione occurri, vel opus pium vtile est, & verisimile est morte non pręueniente posse perfici, aduertendum tamen in his, ne id eueniat ex tenacitate retinendi, inconstantia, & huiusmodi; vt dicit Nau. d. loco. mon. 79. num. 5.

Tametsi verò opus nõ sit, vt ea opera pia ad quæ beneficiarius de superfluo redituum tenetur, fiant in loco vbi beneficium est sitũ, vt dicit Nau. ibi mon. 77. cum seq. quando tamen necessitas boni maioris vel communis, vt ad fundandũ collegium, alibi, & huiusmodi, id nõ postulat, pia illa opera debent potius fieri in vtilitatẽ illius populi, qui reditus contribuit, quàm alterius: vt habetur etiam in extrauag. execrabilis. de præb. Ioan. XXII. episcopꝰ verò quia recipit reditus à tota diœcesi, in loco residẽtiæ debet facere vberiores eleemosynas, & etiam in alijs diœcesis locis pro locorum indigẽtia aliquas facere eleemosynas; qui tamen ex congruentia par est, vt parce viuat, & ex superfluo opera pia adiuuet.

Quarta conclusio. Ad dignoscendum quantum beneficiarij ex reditibus beneficij consanguineis conferre possint.

Dicendum primò, posse beneficiarios, vbi nõ adsunt proximorũ necessitates, & scandalum cessat, reseruare omnia bona patrimonialia, & quęsita aliundè, quàm ex reditibus beneficiorũ, & ea sine mortali reseruare consanguineis eis ẽt principatum emendo, modo non sint eorum filij illegitimi, quibus tantum certã portionem loco alimentorum, relinquere possunt, de quo aliàs.

Secundò, si beneficiarius parce viuendo, aliquid reseruat ex reditibus beneficij, ꝙ aliàs non reseruasset, vel sua industria, & virtute sit multũ vtilis ecclesiæ, & dignus proinde vt maiorem sustentationẽ ex beneficio, quàm alij percipiat, potest id incrementum, & ꝙ sibi sic viuendo vsq; ad consuetam metam superest, conferre consanguineis etiam diuitibus, illis etiam principatum emendo ad statum augendũ: vt d. Sot. lib. 10. de iust. q. 4. ar. 3. Nau. d. apol. q. 1. mon. 30. & 38.

Tertiò, quò ad reditus qui ex necessitate sunt expendendi in operibus pijs; si tales cõsanguinei pauperes sint, qui pro sui status conditione nõ habent competentem sustentationem, vel puellę nubiles, quæ pro earum statu nõ habeant dotem competentem; potest illis conferre quantum egent ad æquandam suã competentem sustẽtationem, vel dotem, modo & ipsi vtantur industria in sibi prouidendo.

dendo. D.Th.1.2.q.185.art.7.ad secundum.& ibi Caiet. c.est probanda.c.consideranda.86.dist.Nau.in apol.quæst.1.mon.77.num.4.

Quæ tamen intelliguntur, vbi graues aliorum necessitates nō occurrunt, cum æquitas id nō patiatur, vt præferatur necessitas seruationis status propinquorū, necessitati victus extraneorū; extra quā extraneorum necessitatem, potest beneficiarius etiam si præter reditus beneficij habeat bona patrimonialia, de reditibus beneficij opē ferre statui propinquorū eos congruenter sustentādo, & dotibus, quia illa subuentio est opus pium, licet hoc casu laudabilius esset, vt de alijs bonis id faceret, & superflua redituum beneficij expendere in alijs operibus pijs.

Quòd si beneficiarius habeat filium, vel filiam spuriam, si ex alijs bonis, q̄ ex reditibus beneficij, eis opē ferre potest, id debet quia sint simpliciter diuites cū aliundè eis prouidere possit, si tamen illi cōsanguinei diuites essent in familia beneficiarij, nec illam augerent, vltra id quod qualitas, & reditus beneficij postulant, posset illos sustentare ex reditibus beneficij, sicut alios de familia eadem; qui & si obsequia exhiberent quæ vltra sustentationem videntur digna aliqua maiori compensatione, eam illis etiam exhibere posset de reditibus beneficij.

Quòd si quis humili loco natus habeat fratres, & filios fratrum, vel sororum, qui iuxta eorum qualitatem habēt competentem sustentationem, & eligatur in episcopum, vnde ij aucto eorum statu plus egent ad eorum congruam sustentationem, & dotē, potest illis tribuere de reditibus beneficij quātum sat est, vt beneficiario non sit dedecus, ita arctè sibi coniunctos, sic abiectè se habere, arbitrio prudentis: vt dicit Nauar.d.mon.77.num.5.

Si verò habeat beneficiarius filiā spuriam, non potest illi tantum tribuere de reditibus beneficij pro dote, quantū coniugatus æqualis secum conditionis conferret filiæ suæ legitimæ, cum is minorem dotē soleat dare filiæ spuriæ, quàm legitimæ, & filia clerici non debeat esse melioris conditionis ea, potest tamē plus illi conferre in dotē, & alimenta, quàm si esset filia sacerdotis pauperis, & infimæ conditionis, quia ex statu patris accrescit status filiæ spuriæ; cum & eam alere teneatur, iure canonico, & dotem competentem loco alimentorum ei assignare per totum vitæ tempus, iuxta patris conditionem, & eo modo quo cogi posset in foro exteriori ei prouidere: vt dicit Nau.de spol.cler.§.fi.n.9. cum seq. etiam post Bullam Pij V. prohibentem bona clericorum deriuari in filios eorū spurios: vt d. Molina.d.tr.2.disp.146.

Vbi verò clerici habēt restituere, quia fortè vsurparint bona pauperum, vel fabricæ vsui deputata, vel vbi portio sua pauperibus, seu hospitalibus non est assignata, & tenētur de superfluis quartam partem eis erogare, scilicet quartā pauperibus, & quartam fabricæ, vbi alij id onus non subeunt, iuxta Nau. debent ijdem si habent bona patrimonialia, vel quasi, ex illis tantū restituere prædictis, quantam ex reditibus ecclesiasticis portionem ijs subtraxere, quibus si careant, restituāt de eo quod ijs superest parcius viuendo, vel acquirere possunt ex industria, vel recuperare ab ijs quibus dederunt. Caiet.2.2.q.185.art.7.& demum, ijs cessantibus, ex fructibus beneficiorū. Abb.in c.cum esses. de testam. Beia in Cas.Bonon. 2.p.cas 25. in fi. fol.271. vt alij pauperes, vt ibi dicit.

Tertia propositio. Homo per se potest facere oblationes de omnibus licitè possessis, per accidens tamen, quandoq; secus: probatur Prouerb.3. 10 *Oblationes de q. bus fieri possint.*

Ratio, nam ex iniustè possessis, vt ex furto, non potest fieri oblatio, in veteri etiam lege quædam immunda non poterant offerri, in noua lege omnis creatura Dei reputatur munda. Tit.1. ideò, quod ad se est, de omni licitè possesso potest fieri oblatio, per accidens autem non potest, vt si vergat in detrimētum alterius, vt si filius offerat id vnde patrem deberet nutrire, quod improbat Dominus. Matth.5. vel propter scandalum, vel cōtemptum, & huiusmodi, quæsita verò ex fornicatione, ecclesia non recipit, ne videatur fouere in peccato. D.Tho.2.2.q.86.art.3.in corp.& ad primum.& in resp.ad contraria

ria declarantur alia quæ in lege erant immunda.

11 Oblationes à quibus non sint recipiendæ. Oblationes tamen aliquorum recipi prohibentur, primò, notoriè dissidentiū, secundò, opprimentium pauperes. c. oblationes. 90. dist. vbi gl. tertiò, raptorum. c. super. de rapt. quartò, vsurariorum. cap. quia in omnibus. de vsur. scilicet manifestorum. quintò, meretricum, vt hic d. D. Tho. sextò, eius qui violauit ecclesiæ immunitatem, nec vult emendari. c. miror. 17. q. 4. septimò, sacrilegorum. c. de viro. 12. q. 1. octauò, hæretici excōmunicati, iudæi repelluntur, quod intelligitur qn̄ prædicta sunt notoria, & in casibus superioribus hoc excepto nolunt emendari, quia in hoc vltimo etiam post emendationem, requiritur absolutio ab excommunicatione, & admissio ad ecclesiam, & idem in crimine alio notorio, & horrendo. d. cap. miror.

De hac materia, videnda sunt quæ latius habentur tr. de Parochis.

Si verò quæratur, an melius sit sua Deo offerre & ecclesiæ, vel pauperibus. Resp. ꝙ ex obiecto primum est melius, in necessitate tamen pauperum, id est Deo acceptius illis succurrere: vt dicit hic Aragon. & habetur in c. gloria epi. 12. q. 2.

12 Primitias soluere à quis teneatur. Quarta propositio. Homines tenētur ad primitias soluēdas, secundùm consuetudinem patriæ, & ministrorum debitā prouisionem; probatur in cap. decimas. 16. q. 7. non verò vt est præceptum veteris legis.

Ratio, nam primitiæ ad genus oblationis pertinent, quia Deo offeruntur cū quadam professione. Deut. 5. in recognitionem scilicet diuini beneficij, quasi qs profiteatur se à Deo fructus terræ percipere. 1. Paral. vlt. Et quia debemus Deo exhibere ꝙ præcipuum est, ideò præceptum fuit primitias, vt præcipuum quid de fructibus terræ Deo offerri, & quia sacerdos cōstituitur pro populo in ijs quæ sunt ad Deū, ideò primitiæ oblatæ à populo in vsum sacerdotum cedebant. Numer. 18. pertinet verò ad ius naturale, vt ex rebus sibi à Deo datis aliquid exhibeatur in eius honorem; sed ꝙ talibus personis exhibeatur, vel de primis fructibus, vel in tali quantitate, id fuit in veteri lege determinatum, in noua verò per determinationem ecclesiæ, ex qua omnes tenētur soluere primitias secundùm consuetudinem patriæ, & ministrorum ecclesiæ indigentiam. D. Th. d. q. art. 4.

Et ita in optione hominum est dare quantum volunt de primitijs, nisi consuetudo patriæ sit in contrarium, vel ministri ecclesiæ egeant; quæ & dari debēt parochiali ecclesiæ. arg. c. doctos. c. moderamine. 16. q. 1. nisi sit consuetudo, ꝙ alijs dentur, qui magis egeant, & vbi est consuetudo immemorialis, ꝙ non soluantur, sine contradictione obtenta, excusantur non soluentes. Silu. verbo, decima. nu. 3. & Aragon hic.

SVMMARIVM.

1 Decimæ an sint dandæ ex præcepto, de quibus, à quibus, & qui ad eas non teneantur.

De Decimis. Cap. LXXXVIII.

1 Decimæ an sint dādæ ex pcepto, de q̄bus, & à q̄bus, & qui ad eas nō teneātur. Prima propositio. Etiam in noua lege decimæ sunt dandę ex præcepto, vbi tamen nō petuntur, sat est habere bonam intentionem.

Secunda propositio. Decimæ de omnibus sunt dandæ, etiam de acquisitis actibus proprijs.

Tertia propositio. Decimæ dādæ sunt solùm curam animarum habentibus.

Quarta propositio. Curati non tenentur dare decimas de rebus ecclesiæ, de rebus verò proprijs sic, vt & alij clerici. D. Th. 2. 2. q. 87. per totum.

De hac materia, quia prolixa est, videnda sunt quæ latè habentur in tract. de Parochis.

SVMMARIVM.

1. Voti diffinitio, cum eius explicatione, & quæ ad votum constituendū requirantur.
2 Votum metu emissum an teneat.
3 Voti materia quotuplex sit, & quælibet, propria, ac debita, vel non

Vota.

De Voto. Cap. LXXXIX.

PRima propositio. Votum est promissio facta Deo, de ijs q̃ Dei sunt,vel, promissio Deo facta, operis alicuius, ad eiusdẽ Dei cultum. D.Tho.2.2.q.88.

Hæc diffinitio est sufficiens, ad explicandam totam voti naturam, nam licet aliqui addãt aliquas alias particulas ad hanc diffinitionem,dicendo esse promissionem spontaneam, & secundò promissionem de re bona, tamen prior illa particula, nõ est necessaria ad diffinitionem voti in communi, propterea quòd vt ostendemus paulò inferius,etiam de materia præcepti potest fieri votum. Posterior particula, vt sit de re bona,continetur sub ipso nomine promissionis, nam promissio, vt promissio, est de re aliqua bona: nam promissio rei malæ, non est promissio, sed comminatio, vt dicam in materia iuramenti.Quare sufficiens erit diffinitio illa quam nos attulimus. Ex quo etiam colligitur votũ esse opus bonum, & meritorium, cum à diuina scriptura id commendetur. Eccl.15.vota iustorum placabilia. Ps.77.Vouete,& reddite.Is.19. 1.Reg.1. quod non esset,si nõ esset bonum. Idem probat Niss.hom.2. in orat. Dom. Ambr.in exhort. ad virg. Aug.lib.de sancta virg.c.30.lib.de adul. coniug.c.24.& etiam melius est quid facere ex voto bonum quàm sine. D.Tho. hic art.6. 1. Voti diffinitio cum eius explicatione, & q̃ ad votũ constituendum requirant

Notandum primò,in hac diffinitione poni nomen promissionis,vt per hoc differat votum à proposito quantumcunq; deliberato, & efficaci: In quo errarunt pleriq; Canonistæ putantes propositum absolutum,& deliberatũ aliquid faciendi eodem modo obligare,quo votum,& esse ferè idem cum voto:qui errandi occasionem acceperunt, ex Can. Nuptiarũ. 27.q.1. & can.Qui bene. 17.q.1. & ex c. con-

consulti.de regular. & ex quibusdam alijs similibus canonibus. Vbi dicitur dānari propositi fraudem, seu violationē, vel aliquid simile, ex quibus verbis videtur colligi propositum inducere obligationem. Ad quos tamen canones, respondeo primò, ex Pan. in c. literarum de voto; in illis canonibus, nomen propositi, non vsurpare pro ipsomet proposito, sed pro voto: nam plerunque solemus abuti nominibus. Secundò, respondeo, ꝙ propositum non obligat ex vi sua, nisi, inquantum homo se obligat, sed homo nunquam se obligat, nisi promittendo, ergo propositum separatum à promissione, non est obligatorium. gl. in c. qui bona. 17. q. 1. Nau. in Man. c. 12. nu. 26.

In hoc tamen cauendum est diligenter, ne homo seipsum decipiat, quia posset aliquādo videri quidem propositum, esset tamen verè promissio, & tunc esset obligatorium, præcipuè verò hoc potest contingere viris indoctis, qui nesciūt distinguere, inter propositum, & promissionem. Hinc etiam sequitur, ꝙ indocti etiam si aliquando vtātur verbo promittendi, tamen verè non promittunt, sed tantum habent propositum. Aduertendum enim, ꝙ mens nostra sic communiter procedit in promittendo, primò .n. obijcitur menti cōsideratio alicuius rei faciendæ, tum consultatione intellectus præmissa, an expediat id facere, vel nō, concludit ratio id expedire, & voluntas approbat, & hactenus existit nudū propositū. Præterea considerat ratio, an expediat voluntate quoq; & intellectu rursus decernere illud esse faciendum, ita vt velit homo ex tali decreto, vel proposito repetito, obligatus manere ad faciēdum; post hæc ratio concludit expedire ita decernere, & voluntas id acceptat, & approbat: Tum demum intellectus practicè imperat per prudentiam sibi, & voluntati, vt ita rursus decernatur id esse faciendum, & ita ex tali decreto, supposita deliberatione acceptandi talem obligationem, vt ex illo consequentem, manet homo obligatus ad faciēdum. Vnde istud secundum decretum, supposita illa deliberatione obligationis acceptandæ est promissio, vel distinctè id fiat, vel in confuso cum quis ita statuit aliquid facere, vt velit se ad id obligare, eo modo quo alij, qui verè promittunt; quæ promissio si fit homini soli dicitur promissio, si Deo votum, quia sic promittendo homo se vouet Deo per actū religionis, qua virtute homo se deuouet Deo. Valentia de iust. disp. 6. q. 6. punct. 1.

Ex quibus colligitur ad votum constituendum intrinsecè requiri promissionem; probatur ex sacris scripturis. Deut. 23. Cum votum voueris nō tardabis reddere, & si nolueris polliceri, absq; peccato eris. Vbi polliceri ponitur pro eo, ꝙ est vouere, & subdit causam, quare debeat statim reddere quod vouit, quia displicet Deo infidelis promissio. Secundò, probatur ex c. literarum de voto; tertiò, ex iure ciuili. ff. de pollicit. l. 2. vbi dicitur votum causari ex quadam pollicitatione.

Hinc colligitur nomē voti, duo præcipuè significare: primò .n. significat desiderīu, quomodo aliquis dicitur potiri, vel frui votis, habere aliquid in votis, vel secundùm vota sua, & in hoc sensu non est nobis sermo hic, secundò accipitur pro promissione, & sic neque promissio est votum, sed solum promissio, quæ fit Deo. Vnde id ꝙ est in ordine ad alterum hominem, est promissum, quod autē est in ordine ad Deum, est votum.

Colligitur quoque, ꝙ licet votum nō sit solum propositum, vt patet ex dictis, tamen non est votum sine proposito. Voco autem propositum intētionem voluntatis correspondentem ipsi promissioni exteriori. Hæc intētio, & eius necessitas colligitur ex Deute. 23. vbi hæc affertur ratio, cur vota sint implēda, nempè, quia homo propria voluntate ad illa se obligauit: sicut inquit promisisti Dño Deo tuo, & voluntate tua locutus es ei. Secundò, quia non potest nasci ex parte hominis obligatio, nisi adsit intentio se obligandi. Vnde aduertendum, ꝙ ad perfectum votum, requiritur duplex intentio voluntatis: altera intentio est obligandi se, & verè vouendi, non autem fictè. Vnde vouere sine hac intentione, est peccatum mortale, vt dicetur de Iuramento, & facit votum esse nullum, ex quo nul-

lel

la sequitur obligatio; Altera est intentio implendi, id quod vouet, qua deficiente, votum est etiam peccatū mortale, & huius solius defectu, votum non est nullū, sed est obligatorium, propterea quod ex quo habuisti priorem intentionem obligandi te, & vouēdi magis obligatus existis, hæ tamen duæ intentiones, ita se habent quod potest deesse prima, & nō deesse secunda, & ècontra potest deesse secunda, & non prima, communiter tamē quando deest prima, deest etiam secūda.

2 Ex his sequitur, ꝙ vota metu emissa, cū ibi non adsit intentio voluntatis, non obligant, ꝙ intelligitur vbi quis vi, vel metu directè cogitur ad vouendum, s.n. quis in carcere detineatur etiam iniustè vel aliàs iniustè opprimitur, & is emittat votum ad implorādum diuinum auxilium, vel in naufragio iste obligatur, cum sit metus ab intrinseco, oportet tamen ad hoc ꝙ metus votum annullet, ꝙ cadat in virum constantem arbitrio boni viri. Abb. in c. cum virum. nu. 8. de regul. Dec. in c. 1. nu 1. & 8. de appel. c. cū dilectus. de his quæ vi, vt metus mortis comminatus, carcer iniuriosus, amissio bonorum, vel maioris partis eorum, virginitatis, & huiusmodi. d. c. cū dilectus. Isti quidem eo modo minans possit id opere implere, nec sit puer, & ꝙ sit consuetus id exequi. Bar. l. si. ff de hær. insti. & idē de importunis precibus domini. gl. in l. 1. C. si rector prou. & idē de patre functis verberibus. c. 1. de his quæ vi: nō tamen si leuis sit offensa, vt modicæ pecuniæ amissio, & sic vt minor causa faciat metum in puero, ægro, sene, muliere, quàm in viro, & sano. Sot. lib. 7. q. 2. art. 1. col. 4. & dixi tr. de Matrim.

Vota metu emissa an teneāt.

Notandum verò ex hoc ꝙ dixi, requiri intentionem voluntatis, nasci dubitationem; an quotiescunque adest aliqua intentio voluntatis, cum ipsa promissione constituat votum, & inducat obligationem, & ratio dubitandi est, quia aliquādo ista intentio volūtatis potest esse ex motu tā repentino, & omnino indeliberato, vt votum illud non sit actus humanus, cū actus humanus requirat aliquam deliberationem: quare tunc nec videtur esse votū: quia votum est actus humanus bonus. Respondeo tribus modis, posse adesse intentionē voluntatis in voto. Vno modo, ex metu subitaneo, repentino, & prorsus indeliberato, & tunc nō est verè votum, & est nullum, & nullam inducit obligationem. Secundo, potest esse ista intentio voluntatis cum aliqua deliberatione, in qua vouens considerat aliqua, licet non omnia quæ facit, & hæc imperfecta deliberatio satis est ad constituendum votum, & ad faciendum illud validum, & obligatorium, & ideò quia communiter, & ferè semper adest ista deliberatio, communiter vota, quantumcunq; videantur repentina sunt obligatoria, quomodo vota, nautarum in procellis, & tempestatibus vota militum in conflictu, vota ægrotorum in ægritudinibus, & his similibus sunt; Quare nūquam suaderem aliquod horum votorū infringi propria authoritate, sed solum dispensatione superiorum. Tertio, potest esse actus voluntatis, & consensus plenè deliberatus, in quo homo considerauit omnes circunstantias, personā, locū, &c. & hęc deliberatio est omnibus suadenda ante promissionem voti, & est laudabilissima, nō tamen est necessaria. Qui habuerunt primam tantum intentionem, seu voluntatem, nō tenentur vllo modo implere votum, qui autem habuerūt secundam, tenentur, vt dixi. Qui verò habuerunt tertiam intentionem, tenentur. Testes verò, vel verba vouentis nō requiruntur ad votum, nisi ad magis extrinsecè obligandum: vt inquit Butr in c. 3. de voto. Ex his dignoscitur, ꝙ si timor, vel alia passio tollens vsum rationis in voto interueniat, votum non emittitur, cū ibi electio deficiat, sed si habet vsum rationis passione autem aliquo modo impeditam, non liberat à voti obligatione, vt nec à peccato. D. Tho. 1. 2. q. 77. art. 4. in corp. & ad primum. gl. in c. mulier. 32. q. 2 sed facilius dispensantur. c. 1 de voto. Abb. in c. 2. de voto. Silue. votum. 2. q. 13. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. Et sic ad votū tria copulatiuè requiruntur, propositum voluntatis, rationis deliberatio, & promissio in qua voti ratio perficitur, quæ omnia etiam subitò fieri possunt. Silu. iuramentum. 4. nu. 9. dicitur verò vsus rationis

nis adesse, cum quis scit q̃ agit vouens, secus si verba proferens non aduerrit, nec cogitat.

Notãdum etiam, cum votum sit actus religionis: Religio autem Deum ipsum colat, in omni voto promissionẽ primò, & per se fieri Deo, & respicere ipsum Deum: nam etiam si per vota aliquando videamur promittere aliquid hominib⁹ mortalibus, vt cum voueo dare pauperi eleemosynam, puellę dotem, &c. tamen principaliter promissio fit Deo, nã promittimus nos daturos Deo, in isto paupere eleemosynam. Hinc fit vt transgressio voti, sit peccatum cõtra religionem, & reponatur non solùm in specie violatæ fidei, qua decipimus proximum, sed etiam in specie sacrilegij, propterea q̃ fallimus infideles Deo: Idem dico de illis votis quibus aliquid promittimus sancto, in illis etiam promissio fit Deo, in honorem tamen illius sancti, quem nominamus, si sancti considerentur, vt participes diuinitatis per gratiam & gloriam, & non vt creaturæ rationales tãtum, vel q̃ elicitiuè est actus obseruantiæ, imperatiuè religionis, quatenus ad Deum refertur honor illis datus, vt Dei amicis; & q̃ votum sit actus religionis, ac Deo gratum; probatur Mat. 16. sunt eunuchi qui seipsos castrauerũt propter regnum celorum, vbi fit sermo de voto castitatis. & 1. Cor. 7. dico non nuptis, & viduis bonum est illis si sic permãserint. Matt. 19. si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Ps. 75. Vouete, & reddite domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera. Ps. 49. Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. & alibi sæpè Ps. 55. Num. 29. Deut. 23. & dictũ est latè tr. de regular. sub cap. de Votis Religiosorum in communi.

3. Voti materia quotuplex sit & quæ q̃liber.

Secunda propositio. Materia voti duplex est; altera est propria materia voti, altera verò est materia minus propria. Docet hoc expresè D. Th. in 2. 2. q. 88. art. 2. Propria materia voti est res nõ debita, idest res quæ non est aliquo alio iure debita. Clarius, propria materia voti est bonum consilij, & supererogationis, non autem præcepti; probat hoc D. Th. quia inquit propriè dicimur alicui aliquid promittere, quãdo illi pollicemur rem aliquam, quam antea non tenebamur illi tradere; sic enim differt promissum & debitum, quòd promissum propriè vocatur illud quod est debitum, ex sola vi promissionis. Debitum autem vocatur illud, quod etiam sine promissione aliqua debetur.

Minus propria materia est voti, quæcunque res bona, quocunque alio iure, siue humano, siue diuino debita, nã inquit D. Th. minus propriè dicimur etiã promittere id quod illi debemus. Hinc fit vt possimus vouere quamcunq; materiam cuiuscunque præcepti, v. g. possumus vouere, colere Deũ, abstinentiã carnis, sanctificationẽ sabbathi, &c. Præcipuè verò in materia præcepti, possumus vouere circunstãtias particulares loci, temporis &c. similiter possumus vouere fugam occasionum, & causarũ peccãdi.

Aduertendum, q̃ inter votum de materia consilij, & votum de materia præcepti hoc interest, q̃ quando transgredimur votum in materia consilij, tunc cõmittimus vnum simplex peccatũ, quando verò transgredimur votũ, in materia pcepti committimus duplex peccatum, siue vnum peccatum, habẽs duplicẽ deformitatem. Ratio est, quia materia voti prioris est debita vno solo titulo, nempè titulo ipsius voti; Materia verò voti posterioris est debita duplici titulo, nempè & titulo voti, & titulo præcepti diuini, vel humani. Hæc verò, vt clarius intelligantur, aduertendum ex fine desumi ad quid votum tendere debeat, & de quo fieri, & cum votum sit actio moralis, eius finis primus esse debet is ad quem totum genus morale refertur, scilicet adeptio beatitudinis: vt dicit Fulg. de fide ad Pet. c. 3. proximus verò, & immediatus finis voti, est vt homo promissione, & obligatione adactus, firmius & certius operetur aliquid ad gloriam, & honorẽ Dei, vt per id beatitudinem adipiscatur, vt dicit Aug. ep. 45. ex quibus fit, vt votum sit actus religionis. Ex quibus etiam colligitur, vt quid sit materia voti, requiri primò, vt sit in nostra libera potestate, quia si simpliciter sit necessarium euenire,

nire, frustra ad id nos obligamur peculiari ratione; secundò, requiritur vt id quod vouetur sit opus bonum, quia aliàs id nil conferret ad fines prædictos; tertiò, requiritur, vt id opus priuet hominem aliquo bono quod ante habebat, vt sic homo ascendat, non descendat, vt ita à Deo acceptetur: vt dicit Valentia de iust. disp. 6. q. 6. punct. 2. dicens hinc decidi omnes difficultates occurrẽtes circa materiam voti.

Notandum primò, de voto facto in materia indifferenti distinguẽdum esse, nam vel vouemus rem indifferentem, quæ ex circunstãtia est bona, & sic vouere est actus bonus, & est obligatorius, vel vouemus rem indifferentem, quæ ex circunstantijs, est mala, & sic vouere est malũ, & peccatum, & ex tali voto nulla cõsurgit obligatio, vel tertiò promittimus rẽ indifferentem, quæ adhuc positis omnibus circunstantijs manet indifferens, & sic vouere est etiam malum, & si constat talem rem positis omnibus circunstãtijs manere indifferentem nulla consurgit obligatio, ratio est, quia votum est ordinatum, vel præcisè in cultum Dei, vel in cultum Dei simul, vt sanctorum honorem, at neque Deus colitur, neque sancti honorantur rebus indifferentibus, vt supra, ergo votum nõ est obligatorium. Silu. in ver. votum. 1. §. 3. ait in huiusmodi voto de re indifferẽti, tutius esse propter voti reuerentiam petere relaxationem à superiore. Hoc tamen mihi neq; necessarium videtur, neque laudabile, propterea quod melius est non seruare vota ista, quàm seruare, seruare .n. sapit quandam speciem superstitionis; quotiescunque melius est autem non seruare votũ, quàm seruare, tunc non est opus dispensatione: in vno casu posset habere locũ, hoc Siluestri consilium, nempè quando dubium esset, an positis circunstantijs, res maneat indifferẽs, an verò bona, tũc enim non esset violãdum votum sine dispensatione superioris. Sic si quis vouet non rescindere sibi vngues, cum id inutile sit, certa die non pectere caput, ex licentia saltem confessoris cõtrauenire posset. Silu. votum. 1. q. 4. ver. 3. in fin. sed si dubitat an huiusmodi vota aliquid vtilitatis afferant, dispẽsationem petere debet. Sot. lib. 7. de iust. q. 1. art. 3. & si dubium non sit probabile ante depositionẽ conscientiæ erroneæ, peccaret contrauenienens. c. per tuas. 2. de simon. Sic qui vouet cum aliquo nõ loqui, vel per aliquẽ locum non transire, nõ ligatur voto, nisi id habeat occasionem peccati, quo periculo cessante, liber erit à voto, & magis si alicui prodesse inde possit. Sot. d. art. 3. Nau. c. 12. nu. 28. ver. 9. & si voto adijcitur impossibilis, vel vana adiectio, vt peregrinandi cum aliqua re in ore, vel nudis pedibus, si id afferat damnũ, reijcienda est adiectio, & peregrinatio simpliciter fienda.

Notandũ secundò, res simpliciter necessarias non posse esse materiam voti, similiter neque res impossibiles. Vnde si quis ista voueat, votum est nullũ & peccat vouens. Dixi de re simpliciter necessaria, vt si quis voueat se moriturum, aut se resurrecturum in die iudicij. Dixi de re impossibili, vt si quis voueat non peccare in vniuersum, vel nõ peccare venialiter: quia impossibile est nõ peccare, saltem venialiter. Aduerte autem quod dico, si quis voueat nõ peccare, vel nõ peccare venialiter, in vniuersum; nã in particulari, de vitando quocunque peccato veniali, vt de hoc, de illo, &c. potest fieri votum, & tale votum esset actus bonus, & obligatorius. Sot. de iustit. lib. 7. q. 1. art. 3. col. 4.

Notandum tertiò, quod votum de nõ faciendo aliquo opere bono, dupliciter fieri potest: primò, faciendo votum de aliquo opere bono, quod est impeditiuum alterius operis boni, & melioris, vt cum quis vouet, contrahere matrimonium; hoc enim votum impeditiuũ est religionis. Hoc rursum votum fieri potest duobus modis: vno modo, intendendo per hoc votũ impedire aliud, opus melius, vt si quis sæpè in seipso sentiens interius quandam propẽsionem ad religionem, per inspirationẽ spiritus sancti vocantis, ne possit ingredi religionẽ voueat matrimonium contrahere, & tunc vouens peccat vouendo, & votum non est obligatorium. Nau. c. 12. num. 43. Secundo, potest fieri hoc votum cum intentione bona faciendi,

uendi hoc opus bonum, vt si quis expertus in se magnam difficultatem, in seruanda castitate, ex altera parte considerans se nullam habere inclinationem ad religionem, imò potius auersionem pro seruanda sua castitate voueat matrimonium, & hoc modo votum est bonũ, non tamen est simpliciter obligatorium, sed solum nisi velit ingredi religionem, fieri tamen potest votum de non vouendo nisi in scriptis, vel in manu talis, quia simpliciter non prohibetur emissio voti, sed præcipitatio, qui tamen contrauenit vouendo non in scriptis, &c. peccat mortaliter contra votum, sed tenetur votũ seruare. Silu. votum. 2. q. 7.

Secundò, potest quis expressè vouere non facere aliquod opus perfectionis, vt si quis voueat non dare eleemosynam, non mutuare, non ingredi religionem, &c. & hoc adhuc duobus modis; vno modo intendendo in nullo prorsus casu facere illud opus, etiam si contingeret casus in quo teneretur ex præcepto, & sic vouendo peccat mortaliter, & votum est nullum. Alio modo intendendo solum non facere illud opus communiter, cum promptitudine tamen animi ad faciendum tempore præcepti, & sic vouere est veniale peccatum, & nulla sequitur obligatio. Sot. d. art. 3. col. 5.

Notãdum quartò, de voto facto de re aliqua licita propter finem illicitum, idem esse dicendum, quòd ex parte materiæ non est peccatum, & votum est obligatorium ex parte finis est peccatum, & non est obligatorium. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2. Silu. votum. 2. q. 2. ver. 3. in fi.

Notandum quintò, vota facta pro re illicita obtinenda, nõ mereri nomen voti, sed potius esse genus blasphemiæ, dum facimus votum rei illicitæ, vt votũ quòd aliquis emittit si occiderit inimicum. Quare si res est illicita mortaliter votum est peccatum mortale, si venialiter est veniale. Sot. d. art. 3. col. 3. ver. 4.

Aduertendum est, quòd in ipsa re illicita potest esse aliquid licitum & bonum, & de hoc potest fieri votum, & est obligatorium, vt si quis procedat ad vindictam faciendam de inimico, & voueat dicens, si me inimicus non occiderit, voueo talem, vel talem rem.

Notandum sextò, votum de re licita, quotiescunque vergit in graue præiudicium propriæ vitæ non esse obligatoriũ, vt expressè tenet D. Thom. in 2. 2. q. 88. art. 2. Vgo in c. non solum. 22. q. 4. Silue. votum. 2. q. 14. Hinc vota de immoderatis ieiunijs, abstinentijs, vigilijs, &c. quotiens ex consilio medicorum eorum obseruatio vergit in graue præiudicium vitæ non obligant, & propria authoritate possent violari: In re tamen dubia, nõ essent violanda sine authoritate superioris. Hinc magna oritur quæstio inter Doctores, circa votum Carthusianorum de non edendis carnibus, & cum periculo vitæ, an hoc votum sit licitum, & obligatorium propter hanc rationem, quia vergit in graue præiudicium vitæ, imò plerique putant esse peccatum mortale, propterea quòd sit actiuè cooperari ad propriam mortem. Hæc sententia tanti fuit aliquando vt propter dubietatem huius voti illa religio non fuerit tunc approbata, & passa sit aliquando graues persecutiones: tamen mihi longè probabilius, & simpliciter videtur tale votum esse licitum, & obligatorium, tum quia non est credendum in religione, in qua fuerunt, & sunt tam multi viri, tam doctrina, quàm sanctitate, insignes, potuisse tanto tempore, tam pertinaciter sustinere tale votum, tum quia vt legitur in historijs illius ordinis, & in vita sancti Brunoni, videtur diuino quodã consilio suscepta talis obligatio, & multis miraculis confirmata.

Tertiò, quia cum prædicti religiosi, sæpè à plerisque viris doctis molestarentur super hac re, quæsierunt consilia peritissimorum medicorum, & ab illis acceperunt hoc responsum, posse vitam in quacunque ægritudine sustentari sine carnibus, & ita apud ipsos, experientia cõpertum est, nam rarissimè aliquis mortuus est ex defectu carnium.

Quartò, quia nõ est certum aliquem cum esu carnium euasurum mortem: Adde quòd ægrotus in multis casibus, non tenetur sequi consilium medicorũ, & si illi apertissimè dicant medici eum moriturum nisi hoc fecerit, vt si medicus

cus

cus præscribat aliquam medicinam amaram, & difficilem, quæ est sententia plurimorum, vt dixi alibi tract. de Medicis. Item si medicus iubeat mutare habitationem, mutare solum &c. Si ergo in his casibus ex causis humanis, ægrotus non tenetur sub peccato mortali parere medico, etiam cum periculo vitæ, multo minus tenetur in casu nostro, qui est casus diuinus, qui vult non parere medico saltem religiosum ratione sui voti, istæ ergo rationes mihi faciunt valdè probabilem hanc sententiam.

Quæres, an saltem citra peccatum mortale posset frangere hoc votum. Respondeo primum, ex defectu conscientiæ, hoc posset esse facilè mortale peccatum. Secundò, deposita conscientia si quis formaret talem cõscientiam quòd esu carnium viueret, & sine esu carnium morietur, probabilissimum mihi est non peccare mortaliter comedendo carnes. Tertiò, dico intra claustra monasterij, hoc rarò potest contingere, quia nunquam comedunt carnes, extra monasterium, mihi est probabile in ægritudine posse comedere carnes, probatur, quia intra monasterium difficillimum est inueniri personas, quæ sciant conficere illos cibos, qui in tali ægritudine sint illis salutares.

Quo verò ad vota in materia consilij, si fiat votum contra consilia, vt de non seruando castitaem, de non ingrediendo religionem, non sunt obligatoria, quia non sunt eius materia, si verò quid opponatur consilijs, non negatiuè, vt supra, sed contrariè, vt incompatibilia illis, possunt esse materia voti, modo non spolient hominem maiori bono, aliàs secus, vt de materia proximè est dictum: & probatur prima Corinth. septimo; & ex Fulgent. dicto cap. 3. & August. lib. de sancta virg. & lib. de viduis. cap. 11. qui aiunt continentiam præponi matrimonio. Quo verò ad votum in materia præcepti, fieri potest licet minus propriè, & est communis sententia: vt dicit Valentia d. punct. 2.

4 Quarta propositio. Communiter multæ solent assignari votorum distinctiones: primò, potest distingui votum penès materiam: vt aliud sit votum in materia consilij, aliud in materia præcepti. Rursus votum, quòd est in materia præcepti ab aliquibus solet distingui, in votum vniuersale, & votum particulare: vniuersale vocant illud, quòd fit in baptismo in cuius susceptione homo abrenunciat Sathanæ, & omnibus pompis eius. Particulare vocant, quod fit in materia particulari ipsius præcepti. Hæc posterior distinctio mihi videtur impertinens, nam illud votum, ꝙ vocant vniuersale, ꝙ fit in baptismo non est simpliciter votum, si enim illud esset votum sequeretur hominem in omni peccato mortali dupliciter peccare: primò, ratione illius particularis præcepti, quod non obseruatur: secundò, ratione voti. Votum, quòd fit in materia cõsilij communiter distinguitur à Doctoribus, in simplex, & solemne, de quo solemni habetur in cap. vnico. de voto. lib. 6. fit autem votum solemne religionis, duobus modis: vno modo expressè profitendo tria illa essentialia religionis, Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam, & votum solemne cõsistit in traditione actuali dominij sui ipsius in manu Dei, & eorum qui vicem Dei tenent, scilicet prælatorum: simplex verò consistit in nuda promissione, qua licet obliget quis suam fidem ad præstandum Deo quod promittit, vt castitatem, retinet tamen dominium sui ipsius, ita quòd potest validè matrimonium contrahere, licet peccet, in primo casu transfertur in Deum illud particulare dominium, quòd persona antequam cum ijs circunstantijs voueret, habebat sui ipsius ad exercenda validè, & sine alterius iniuria ea quæ vouet, & sic inde quis fit velut mancipium diuinum, nec potest se alij tradere per matrimonium, vel validè & iustè agere opera contraria ijs quæ vouet: vt dicit Valentia loco citato, disputat. 6. punct. 5. Altero modo tacitè, per susceptionem habitus professorum, quòd intelligendum est, si habitus suscipiatur post annum probationis elapsum: nam infra annum sicut non potest expressè, ita multo minus tacitè profiteri, intellige secũdò de illis religionibus, in quibus

Vota quotuplicia

sint, & quę quælibet, & eorum differẽtia.

bus scilicet est distinctio habitus inter professos, & nouitios, vbi enim talis distinctio non est, neque potest esse professio tacita sic.

Præter hæc, adhuc votum solemne castitatis extra religionem potest aliquis emittere vel etiam in religione per susceptionem alicuius sacri ordinis.

Quæres, quæ differentia est inter votum simplex, & solemne. Respondeo esse multiplicem, prima per votum solemne persona totaliter consecratur Deo in perpetuum: per votum simplex, persona non propriè consecratur, sed offert se, vel sua Deo, & quasi promittit consecrare se Deo.

Secunda, in voto solemni non solùm est traditio rei, quæ vouetur ex parte vouentis, sed etiam est acceptatio ipsius Dei, qui recipit id, quòd sibi vouetur; vnde in solemni voto Deus capit possessionem ipsius qui vouit, & rerum quæ vouentur.

Tertia, votum solemne non solùm impedit matrimonium contrahendum, sed dirimit etiam contractum: simplex autem licet contrahendum impediat, tamen non dirimit contractum.

Quarta differentia est, quòd votum solemne est prorsus indispensabile, ita vt neque summus Pontifex possit dispensare: votum verò simplex est dispensabile.

In hac quarta differentia Canonistæ, Theologis aduersantur, asserentes summum Pontificem posse dispẽsare in quocunque voto solemni, de hac re licet certè sit valdè difficile iudicare, hæc tamen mihi videntur valdè probabilia: primò, sententiam Theologorum sine dubio puto esse conformiorem rationi, & habere firmiora fundamenta, ex quo enim, vt ex præcedentibus differentijs patet per votũ solemne homo omnino consecratur Deo, & non solùm se dat Deo ex parte sui, sed etiam accipitur à Deo, & acceptatur, & capitur possessio ipsius personæ iam non videtur amplius esse potestatis humanæ subducere ipsi Deo rem cuius habet possessionem, quòd fit per dispensationem. Secundò, opinio Canonistarum, mihi videtur multo conformior praxi; propterea quòd ex historijs patet, aliquando summos Pontifices dispensasse in votis solemnibus, neque licet dicere summos Pontifices in hoc errasse, & præsertim in legibus condendis. Tertiò, mihi videtur esse valdè probabile summum Pontificem nunquam errare in his dispensationibus, imò nec verè, & propriè vnquam dispensasse, sed solùm aliquando interpretatum esse ius diuinum de obligatione voti solemnis, & in dispensationibus in aliquo casu particulari non obstare, ita vt illæ dispensationes, quæ afferuntur à Canonistis pro sua sententia nõ fuerint dispensationes, sed diuini iuris interpretationes, ex hoc enim responsiones Pontificis solent vocari oracula: quia ipsi solum data est potestas interpretandi ius diuinum, quo casu obliget, & non obliget, & hoc pertinet ad plenitudinem potestatis Apostolicæ, Caietanus etiam idem sentit hic quæst. 88. art. vndecimo. Secundò, aliquando fit votum sub conditione, si euasero hoc periculum, si recepero sanitatem &c. Prius vocatur votum absolutum, posterius conditionatum.

Differentia est inter hæc duo vota, quòd in absoluto statim consurgit obligatio, & obligatio eiusmodi vt teneamur statim adimplere illud cum primũ moraliter possumus.

In conditionato verò obligatio non consurgit, nisi post adimpletam conditionem, & licet aliqui putent nasci statim obligationem quandam conditionatam, tamen hoc nihil est, quia obligatio conditionata non est propriè obligatio, & quia nunquam posset adimpleri conditio, & sic nunquam potest nasci obligatio. Tertiò, votum diuidi potest penes subiectum in quo cadit obligatio, aliqua enim vota obligant ipsam personam, & hæc vocantur vota personalia, vt votum ieiunandi, ingrediendi religionem, peregrinandi, &c. Alia verò vota non obligant personam, sed rem Deo, & vocantur vota realia: vt votum de erigendo templo, de dotanda virgine, de danda eleemosyna, &c. quibus votis obligamus res nostras Deo.

Populus etiam qui nũc est tenetur ad vota festorum populi iam cẽtum annos factorum, quia est idem populus. Lopez in instruct. consc. 1. p. cap. 50. ver. quamobrem populus, quod intelligerem donec episcopus id irritet, vel abroget, ꝙ probabiliter potest, cum ad prælatos spectet ordinare ea quæ ad religionem spectant. arg. c. pronunciandum. de consec. dist. 3. & pariter successores probabiliter tenentur ad votum emissum ab vniuersitate de ędificanda aliqua ecclesia, cum sit idem corpus, modo ei facultas sit disponendi de rebus populi ob bonum publicum, vel quia communitas libera sit, vel princeps id concesserit, vel habeat facultatem à Principe disponẽdi de rebus populi saltem vsq; ad eam summam, vel communitas id statuerit, cum consensu Principis saltem tacito, qui satis est, cum ibi nõ agatur de præiudicio præeminentiæ Principis, quo casu communitas nõ posset sic disponere, vel quia populus ipse ad id consensum præstiterit: vt not. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & dixi lib. de Instit. Ciu. cap. de ciuitate. ꝙ si votum communitatis esset personale, vt ieiunandi, vel peregrinandi, probabiliter successores non tenentur, vt nec hęredes pro voto personali defuncti, nec vbi personale est magis principale, secus è conuerso, nisi consentiant, tunc verò episcopus posset abrogare, vel reducere ad minorem numerum talia vota festorum, quando videret transgressionem in eis celebrandis, vel pręceptis ab ecclesia, ob eas, vel pauperes inde nimis grauari, vel tutius agendo, id poterit commutare, vt vsus extat.

Quinta propositio. Dignitas, & excellentia voti in tribus præcipuè consistit: primò scilicet, ꝙ vouere est actus cuiusdã virtutis, quæ est prima inter omnes virtutes morales, est enim actus religionis, vt patet ex superius dictis. In voto enim aliquid Deo promittitur ad eius cultũ, colere autem Deum actus religionis est, sic expressè docet D Thom. in 2. 2. q. 88. art. 6. Secundò, quòd actus vouendi est actus per se bonus, & laudabilis, licet aliquando per accidens sit vituperabilis, ex defectu alicuius circunstãtiæ requisitæ, nam bonum non est nisi ex integra causa, & nulla est res tam bona, quæ ex defectu circunstãtiæ personę non vitiatur, de quo paulò post: secundò, ex defectu considerationis, & præcipitationis, propterea quòd qui inconsideratè vouet facilè solet votum frangere: tertiò, ex defectu circunstantiæ finis, sæpè enim solent homines vouere ob finem parum bonũ, & sic de alijs circunstantijs. Tertiò, dignitas voti consistit in hoc ꝙ opus procedens ex voto est multo maioris meriti apud Deum, quàm si fiat sine voto: primò, quia opus factum ex voto solet fieri cum maiori animi firmitate, propterea quòd postea quam homo cognoscit se voto obligatum, statuit in animo potius mori, quàm deesse promisso. Secundò, quia actus procedens ex voto est actus duplicis virtutis, nempè est actus elicitus illius particularis virtutis, de qua est factum votum; Tertiò, est actus imperatus nobilissimę virtutis religionis: ex hoc colligitur quàm sit melior status religionis quocunque alio statu, propterea quòd in religione omnes actus ex se indifferentes, sed non mali, ratione obediẽtiæ ad quam religiosus voto se obligauit efficiuntur actus virtutis, non cuiuscunque, sed duplicis virtutis, obedientiæ, & religionis. Quartò, per votũ datur Deo non solùm actus, sed etiam potentia, nõ solùm fructus, sed etiam arbor, ex his colligitur dignitas voti ipsius.

Ver. De circunstantijs voti.

Primum sit dictum. In voto maximè attendenda est circunstãtia personæ quæ potest vouere, vniuersaliter ergo vouere potest omnis persona, quæ est compos rationis, & sui iuris siue simpliciter, siue in ordine ad illud quòd vouet. 5

Vouere quis possit vel nõ, & quis ea irritare.

Notandum primò, quòd emittens de aliqua re votum in ordine ad quam non est sui iuris, non peccat vouendo, vt malè sentit Ricard. in quarto sentent. distin. 39. votum tamen illud non est obligatorium, contra voluntatem, seu in præiudicium illius sub cuius iure est, quòd

quòd si ille sub cuius iure est cõsentiat, votum est obligatorium, hac tamen distinctione, ꝙ si votum emissum est à filiofamilias impubere rationis tamen capace personale, vt vita regularis, valet, sed à parentibus, vel tutoribus potest irritari, quod si nõ irritetur tenetur filius implere. D. Th. 2. 2. q. 88. art. 8. 4. dist. 38. q. 1. art. 1. quæstiunc. 3. ad secundũ. & potest pater etiam post pubertatem id irritare, si filius pubes factus id non confirmauit. Lud. de Beia in congreg. Bonon. 1581. 22. Maij cas. 1. si verò est reale, valet, sed parentes, vel curatores possunt id irritare etiã si post pubertatem sit emissum. Sotus lib. 7. de iust. q. 3. art. 2. si verò est pubes, & quis vouit votum personale, vt vitam regularem, etiam inuitis parentibus, & curatoribus id implere cogitur, nec ab ijs potest irritari. Silu. verb. votum. 3. q. 6. Nau. c. 12. nu. 70. & cõcordat Valentia de iust. disp. 6. q. 6. punct. 6. sed si sit reale, potest pater id vsq; ad vigesimumquintum annũ irritare, nisi habeat peculium castrẽse, vel quasi. D. Th. 2. 2. q. 88. art. 8. sic filij pro viribus hæreditarijs tenentur ad vota parentum realia, non personalia, nisi se obligarint, & si grauetur legitima possunt dispensationem petere. Nau. c. 12. nu. 16.

Aduertẽdum prçterea circa votũ, licet votum subditi non valeat in his in quib. alterius subditur potestati: vt d. hic D. Th. art. 8. non ꝙ sit nullum, sed quia nõ est firmum, nisi accedat consensus superioris, & ita ꝙ huiusmodi votum validũ est, sed conditionale, si superior consentiat, qui si non consentit, dicitur irritari, s. haberi, ac si nõ esset factum, qui etiam sine causa potest id irritare, sic tamen vt probabiliter sit veniale sine causa rationabili id irritare. Secundò, aduertẽdum, aliquẽ esse subditum dupliciter: primò, quò ad rem offerendam, & sic etiam pubes subiectus est patri in rebus familiæ, quò ad volũtatem verò puer ante annos pubertatis subditus est patri, & religiosus prælato, & Papæ, & hoc casu vt votũ valeat, requiritur consensus superioris, quò ad rem quam vouit, & actum vouendi, scilicet promissionem.

Quæres, an sit bonum, & laudabile emittere hæc vota, resp. ex se potius esse bonum, quam malum, per accidens aũt posset esse malum, quatenus assuescit facere contra votum, ex dictis infero, plerasq; personas, pleraq; vota emittere nõ posse, propterea ꝙ sunt præiudicialia, & in ordine ad illa vota tales personæ, non sunt sui iuris. Primò, episcopus nõ debet, nec potest emittere votum de aliqua materia, per quam dissoluatur matrimoniũ suum spirituale, ꝙ contraxit cum ecclesia sua, v. g. non potest emittere votũ religionis, vt habetur in c. nisi cũ pridem. de renunc. & c. licet. de regul. Similiter, nec potest emittere votum ex cuius executione debeat diu abesse à sua ecclesia, & à suo grege, vt habetur in c. magnę. de voto. nec aliud quodcunque votum per quod faceret suæ ecclesiæ præiudicium. 8. q. 1. can. Clemẽs II. Clericus beneficiatus nõ potest emittere votum de aliqua longa peregrinatione, ꝙ pręcipuè habet locum in beneficijs, quæ requirunt residentiam, per istud enim votũ cogeretur abesse à sua ecclesia, habetur. c. magnæ. & c. nisi cum pridem. citatis. Idem iudicium est de quocunque alio voto, ob cuius executionem teneretur derelinquere ad longum tempus suam ecclesiam. In talibus ergo votis emittendis episcopus deberet prius quærere licentiam ab Apostolica sede, & clericus à suo episcopo, quod si sine tali licentia vouerent, non possunt implere vota, nisi petita prius licentia: tenentur autem petere licentiã, vel quærere dispensationẽ in voto quando viderent ex sua absentia, aliquid mali passuram ecclesiam, tunc enim ad minimum tenerentur certiorem facere superiorem de illo malo. Votum religionis, omnis clericus beneficiatus liberè emittere potest, & implere, quodcunque habeat beneficium, quamcunque dignitatem ecclesiasticam, præter episcopatũ.

Hoc idem iudicium est de Cardinalatu, & impleri potest hoc votum, non solùm inscio, sed etiam contradicente prælato, vt expressè habetur c. duæ. 19. q. 2. vbi dicit Romanus Pontifex, eat liber, nostra authoritate, etiam episcopo contradicente.

Tertiò, abbas regularis, & alij supe-

riores religionum, qui non sunt supremi in religione non possunt emittere votũ, per quod præiudicium fiat monasterio, vel loco cui præsunt sine licentia episcopi, si sint religiosi, non exempti, vel sine sui superioris, si sint exempti, habetur in c. abbas. 18. q. 2.

Quartò, religiosi subditi non debent aliquid vouere, quòd sit in præiudicium vel superioris sui, vel regulæ, vel monasterij, vel communis disciplinæ religionis, &c. si autem fecerint hæc vota debẽt quærere licentiã, & si eis licẽtia dabitur, sunt obligatoria, secus non, & requiritur consensus prelati affirmatiuus saltem tacitus, dum scit votum subditi, nec cõtradicit, qui consensus requiritur, vt subditus excusetur à voto, modo non sit superior conscius voti, & licet superior det facultatem subdito vouendi, potest adhuc id reuocare, & vbi votum subditi est semel irritatum, nõ reuiuiscit vbi fit sui iuris, quando est subditus ratione rei oblatæ, & voluntatis, sed si est subditus tantum, quò ad rem, & res sit in eius potestate, liber factus tenetur ad id. Quòd si subditus aliquid vouet explẽdum pro tẽpore quo erit sui iuris, vt si adolescens promittit eleemosynam cum fuerit liber, si erat subditus vtroque modo, non reconualescit, si secundùm rem tãtum, ita; & prælati possunt etiam irritare vota subditi, etiam si sint de præceptis naturalibus, vt non mentiendi: vt dicit Valentia de iust. disp. 6. q. 6. punct. 6.

Quintò, pueri qui non sunt capaces doli, cuiusmodi pueri sunt ante septennium non possunt emittere vlla vota valida. c. 1. de del. puer. Doli vèrò capaces possunt quidem vota emittere, & illis votis obligantur, nisi à parentibus irritentur, dicuntur verò doli capaces, cum sciunt quid bonum sit & malum, & sic pollent iudicio, vt possint peccare mortaliter, maximè si sint proximi pubertati, quæ in masculo est; ætas annorum decẽ cum dimidio, & in fœmina nouem cum dimidio. Silu. religio. 2. q. 15. glo. in l. 1. ff. de nouat. Francus in c. si pater. nu. 17. de testam. in 6. ꝙ si quis dubitat an tempore quo vouit vsum rationis habuerit, credendum est potius, quòd eo tempore illum non habuerit. Sot. lib. 7. q. 3. art. 2. col. 2. vers. sed est hic. de iust. Quòd si emittant votum religionis doli capaces ante pubertatem, ualet, sed pater potest id irritare, & idem de alijs uotis personalibus, & realibus ante pubertatem, & etiam mixtis, post uerò irritare potest realia, non autem personalia, ut orationis, ieiunij, nec etiam mixta ex vtroq; ubi personalia sunt magis principalia, vt in peregrinatione. Valentia cum Nau. de iustit. disp. 6. q. 6. punct. 6. solùm uerò non possunt emittere illa uota, quæ prejudicant iuri parentum, uel domesticæ disciplinæ, ipsius familiæ, uel bonis temporalibus, nam non possunt vouere magnas eleemosynas communiter nisi ad annum uigesimumquintũ, quòd si hoc uotum emiserint posset irritari per parentes, tutores, uel curatores: in duobus casibus licitè uouent bona temporalia, & implent uota: primò, quando disponunt de peculio castrensi, uel quasi castrensi: secundò, quando uotum hoc de bonis temporalibus, est accessorium ad uotum religionis.

Vnde hoc ipso ꝙ constituti in ætate legitima, emittunt professionem in aliqua religione approbata, quæ religio cesserit huic iuri; vt non acquirat istã bona, id tenet, ætas autem ad professionẽ emittendam in religionem olim, eadem erat, ꝗ requirebatur ad matrimonium, carnale equum enim erat, vt qua ætate homo carnale matrimonium contrahere potest, eadem ætate contrahere posset matrimonium cum Christo. Hæc ætas erat ætas pubertatis, in mari post annum quartumdecimum, in fœmina post duodecimum. Post autem Concilium Tridentinum, hæc ætas est immutata quantum ad spirituale matrimonium, vnde sess. 25. de regula, & monialib. cap. 15. statuta est in vtroque sexu, ætas eadem annorum sexdecim completorum, vt professio ante hanc ætatem emissa, sit ipso iure nulla, & inualida. Hinc nascitur grauissima, & scitu dignissima quæstio: nam ante Concilium, vt pueri non poterãt emittere uotum solemne religionis, nisi post pubertatem, sic parentes habebant potestatem irritandi vota vsque ad pu-

pubertatem; ut expressè habetur 20. q. 2. can. Puellæ; quare tunc ista duo pari passu procedebant, ætas validè profitendi, & ætas irritandi votum religionis filiorum. Nunc mutata est ætas profitendi validè per idem Conciliũ; quare consurgit quæstio, an pari iure mutata sit in parentibus ætas ad irritanda vota, nempè an pater possit irritare votum filiæ emissum post duodecimum annũ, & primò certum est iure antiquo patrem non habuisse potestatem irritãdi vltra illam ætatẽ pubertatis, vt habetur in can. Puellæ cit. An possit secundum ius nouum, res est dubia ꝓ cuius resolutione aduertendum est, duplici ex causa concessam esse, & parentibus cõcedi posse potestatẽ irritãdi vota filiorum. Altera causa est, vt consulatur bono filiorum ipsorum, propterea ꝙ pueri frequenter ex tenera quadam deuotione, facilè inclinãtur ad vouendum, & cum nõ habeãt adhuc experientiam rerum difficilium, quæ sunt in onere religionum, nec ita planè intelligant, quantum sit onus, ꝙ assumunt, consultum est illis per hanc parentũ facultatem. Altera causa propter quã permittit ecclesia parentibus talem facultatem, est in bonum ipsius ecclesiæ, & in cõem vtilitatem populi Christiani, nempè vt nõ teneantur statim isti pupilli implere talia vota, vel pro eorum dispensatione recurrere ad Papam; permulti .n. cum non possent commodè adire sedem Apostolicam, religionem ingrederẽtur, & cum magno scandalo in ea viuerent; vnde tutius fuit dare potestatem parentibus, irritandi talia vota. His suppositis, respondeo ad quæstionem. Probabilissimum esse, & apud me certum per illud decretum Concilij Tridentini, non extendi potestatem parentum, ad irritãdã vota filiorum, præsertim votum religionis, vsque ad annum decimumsextũ, sed talem parentum potestatem remanere omnino eandem, quæ prius erat, ac limitatam iuxta dispositionem antiqui iuris communis; primò, quia licet in antiquo iure, hæc duo procederẽt pari passu, nempè ætas ad validè profitendum, & ætas in qua parentes possent votum irritare; tamen hæc duo non sunt, neque ex natura sua inter se coniuncta necessario, neq; ex dispositione iuris, sed diuerso iure diuersis Canon. sancita. Quotiescunque autem aliqua duo non sunt inter se coniuncta necessariò, tunc ius disponens de altero illorum, non facta alterius mentione, non intelligitur loqui de vtroque. Secundò, quia quòd pertinet ad vtilitatem ipsorum puerorum satis prouisum est, per dispositionem antiqui iuris. Ius autem nouum potius videtur attẽdisse ad vtilitatem ipsius religionis, quę propter multa scandala requirebat, vt maturior ętas ad professionem statueretur. Adde quòd vtilitati filiorum, circa vota emissa post annum quartumdecimum, vsque ad decimumsextum sufficienter prouideri potest, per dispensationem sedis Apostolicæ, quæ facilè concedi solet, præsertim in tali ætate. Vtilitati verò ipsius religionis, si professio valida esset, difficillimè prouideri potest cũ votum solemne, vel sit omnino indispensabile secũdùm omnes ferè Theologos, vel si dispensabile est, vt volunt Canonistæ, requirat & grauiores causas, & rariorem vsum.

Sexto loco, maritus non debet facere aliquod votum in præiudicium vxoris, nec vxor in præiudicium mariti. Vnde votum castitatis emissum ab altero coniuge non obligat, nisi ad non petendum, quia in hoc solo habet quilibet coniux libertatem: quare non obstante voto castitatis tenetur reddere debitum petẽti; non teneret tamen votum nunquam exigendi gratia sui vel alterius, & sic posset irritari ab altero.

Quæres, an laudabile sit coniugi, viuente altero coniuge vouere castitatem, & consequenter an sint hortandi coniuges ad hoc votum. Respondeo, licet castitas per se sit non solùm res bona, sed munus quoddam angelicum, & castitas seruata ex voto sit maioris meriti, quam seruata sine voto, tamen plerunque, non est laudabile, nec passim consulenda, vt in coniugio voueat castitatem, & ratio est, quia semper votum castitatis, præiudicat aliquantulum alteri coniugi, licet enim ex hoc voto non tollatur libertas reddendi, tamen magna serui-

tus est in altero coniuge semper petere.

Dices votum castitatis, non tollit etiã facultatem petendi, quotiescunque petatur interpretatiuè, est .n. quædam redditio, nempè quando aliquis petit propter debilitatem, quam cognouit in coniuge ad vitandam eius fornicationẽ. Respondeo, adhuc esse duram seruitutem in altero cõiuge, vt semper petat in casu, quo in altero coniuge, aduerterit eius periculum. Vnde ego hac de re sic statuerem: primò, multo tutius consulerem maritis, quàm vxoribus votum castitatis, propterea, quòd vxores communiter solent esse magis verecundæ, & difficilius petere communiter. Secundò, quando vir est procliuis ad libidinem, & præsertim ad fornicandum, non esset consulendum vxori, vt emitteret votum castitatis, talis enim maritus vxore non petente facilè ab ea despectus occasionem quæret cum alijs fornicandi. Tertiò, dum maritus, & vxor sunt adhuc in florenti ætate, neutri consulerem votum castitatis, propterea quòd vtrinque solent contingere multa pericula, præsertim verò adhuc vxore iuuene non deberet maritus vouere castitatem. Postremò vtrique coniugi laudabilissimum est ex communi sensu vouere castitatem, sicut vtrique licitum esset, ex communi consensu facto diuortio ingredi religionẽ, quando tamen in altero coniuge appareret periculum castitatis seruandæ, probabiliter tunc alter non deberet esse facilis ad cõsentiendum in voto castitatis; Potest & maritus irritare vota vxoris in præiudicium sui etiam ante matrimonium emissa. Valentia dicta disputat. 6. q. 6. punct. 6.

Septimò, seruus non debet emittere aliquod votum in præiudicium sui domini, & emissum non tenetur seruare cum eiusdem præiudicio; aduertendum est autem ꝙ dixi serui, nam alia ratio est, de seruis, qui necessitate serui sint, alia verò de famulis qui liberè famulantur, nam seruus quotiescunque per suum votum nõ potest liberè seruire domino suo in ijs in quibus solet, liber est ab obligatione voti, famulus autem qui libet famulatur etiam si per suum votũ impeditur, vt non possit seruire illi cui tunc famulatur, si .n. famulando alteri potest suum votum seruare, tenetur mutare dominum pro obseruatione voti.

Hoc tamen est sanè intelligendum, si talis mutatio dominorum non esset in magnũ præiudiciũ ipsius famuli tam bonorum temporalium, quàm honoris vel vitæ, quòd si esset magnum præiudiciũ, debet quærere sui voti dispensationem, quàm facilè obtinebit, sine dispensatione puto quidem licitè posse differri ad tempus ipsam voti executionem, omnino autem deesse ipsi voto puto nõ licere.

Notandum secundò, licet istæ personæ hactenus enumeratæ non debeant emittere hæc vota, vt diximus, si tñ emittãt, vota sunt modo, vt supra, valida quousque irritentur per suos prædictos superiores, qui superiores etiam, si sciant vota emissa, & aliquantulum dissimulent ea irritare, nõ tamen per hoc intelliguntur approbare, nec priuantur potestate irritandi. Probatur, quia dissimulatio, nõ est approbatio ex natura rei; secundò, quia vt habetur expressè in cau. Puellæ. 20. q. 2. si filia assumat habitum religionis, & pater hoc sciat, & dissimulet potest adhuc pater eius votum irritare, si eius dissimulatio non durauit per annũ, & diem vnum, ergo quamuis per totum annum dissimulauerit, adhuc in vltimo die potest illud irritare.

Quod si hęc vota non irritentur intra id temporis, quo ille qui votum emisit, est sub potestate alterius, qui irritare id poterat, non poterunt amplius irritari, quæres an vnus possit vouere religionẽ pro alio, ac item de alijs generibus personarum, quæ non habent totale dominiũ aliorũ, in spiritualibus certum est vnum non posse pro alio vouere, quod si quandò ex charitate quis hoc voueret in aliquo casu, v.g. Amicus in graui periculo amici, tunc hoc votum ad nihil aliud tenet, quam ad faciendum quod in se est, vt alter ingrediatur, alter tamen ingredi nõ tenetur, solum, ergo difficultas est de proprijs patribus verum parentes possint vouere filium religioni, & de ijs certum est, quod posteaquã filius est liber, à patria potestate, quãtum ad personam suam,

suam, & spiritualia, & præcipue quātum ad ipsum ingressum religionis, tū neq; parentes possunt amplius emittere hoc votum, nec filius tali parentum voto obligaretur, imò etiam si votum esset ante emissum quādo filius erat adhuc sub patria potestate, si nondum est impletum, filio iam assecuto hanc ętatem, tunc non possunt amplius parētes, illum inuitum tradere religioni.

Hæc ætas est eadem cū ætate, in qua parentes possunt irritare vota filiorū, vt supra diximus, vt enim pater filiū obligatum voto ad religionem potest irritando votum abducere ad religionem obligatum, vsque ad illā ætatem tantum, & non vltra quæ ętas in maribus, est vsque ad annum quattuordecim completos in fœminis verò vsque ad duodecim, vt supra. Ante hanc autem ętatem parentes possunt filium, & vouere, & tradere religioni, vt habetur expressè in c. si in qualibet 20. q. 2. vbi dicitur quod ambo, vel alter parens tantum potest hoc facere, & quod posteaquam filium religioni tradiderunt, non possunt illum amplius reuocare, nec filius potest inde exire: quod intelligendum est, si post ætatem debitam filius consenserit; & per Conc. Triden. si per annum integrum versatus sit in religione, nam toto anno probationis non magis tenetur, quam teneretur suo simplici voto religionis. Adde quod ista traditio filij ad religionem, secundum noua iura non potest amplius fieri, nam in plerisque religionibus. Pius Quintus prohibuit admitti pueros ante illam ętatem, in qua elapso anno possent profiteri: verum est tamen quod ista constitutio Pij Quinti non multum practicatur, tamen cum hęc constitutio non seruetur, casus noster siue bona, siuè mala conscientia contingit practicari. Quare videnda, est alia difficultas, quæ oritur ex verbis eiusdem Can. si in qualibet. ibi enim dicitur quod ambo parentes gaudeant pari iure in tradēdo filium ad religionē Glo. in illo, c. not. dicit alter in masculino generi, vt refferat, Pater, vel ambo, idest pater, & mater, vt, f. filiū à patre religioni traditum mater non possit abducere, traditum vero à matre pater abducere possit. Secundo dicit eadem. Glos. probabile esse vtrunque parentem pari iure censeri, & hoc fauore religionis, ad eundem modum quo fauore fidei par est ius parentum, ad tradendum filium baptismo. Hæc sententia mihi videtur probabilior, tū quia in filio in ea ætate, maius ius est in matre quam in patre, filius enim vtrumque sequitur, sed est magis matris, ad præsens prælertim, quia cura eius in ea ætate, magis est matris q̄ patris, nec reffert quod in can. dicatur alter, in genere masculino, nam vsus loquendi hoc obtinet, vt quando est sermo de duobus, licet sint disparis sexus, alterū disiunctim nominādo, vocamus voce masculina. Aduertendum est autem quod licet laudabile sit filio parere parentum voto, tamē si vel difficilè sibi experitur religionem, vel ad eam nō sentiat se perpensum, nullo tamen modo teneri, sed posse libere exire, & sępe laudabilius esse exire quam remanere. Abb. in capitulo olim numero quarto, de restitut. spol. Siluest. votum 2. quæst. 11. Ver. 3.

Hæc satis de eo qui possit vouere.

Sit secundum dictum, circunstantia secūda est qd sit vouendum, de hac modo non sunt nobis repetenda ea quæ supra diximus de materia ipsius voti: sed solū declarandum est de quibusdam votis, de quibus non ita clare constat ad quid per illa obligemur. Id generaliter prænotando, totam obligationem voti pendere ex vouentis voluntate, & intentione, vt colligitur Deut. 23. & Aug. lib. 1. de adult. coniug. c. 24. id explicat, & proinde etiā liberatur quis ab obligatione exequendi votum, eo modo (quod ad omnes circunstantias attinet) quo ipsemet in vouendo voluit esse se liberum, vt d. Valentia. d. q. 6. punct. 4. 6 Vouēs virginitatē, vel castitatē ad qd teneatur.

Primo dubitatur, qñ aliquis vouit virginitatem ad quid teneatur. Respondeo q̄tum verba sonant, virginitas sumitur pro puritate mentis, & corporis, quantum ad primum actum, ita vt talibus virginibus, quia nullo actu, vnquam se maculauerunt, debeatur aureola, & qui semel tantum commiserunt aliquod peccatum carnale, dicuntur perdidisse vir-

virginitatem, & aureolam illam, & non amplius virginis. Hoc votum virginitatis, quātum verba sonant, respicere videtur puritatem mentis, & corporis, quantum ad primum actum tantum, consequenter primus actus carnalis post votum virginitatis, est peccatum mortale sacrilegij, etiam si fiat ante matrimonium, post primum autem actū cętera peccata non sunt amplius cōtra votum, nec sacrilegium, vnde si sequantur, alij actus in matrimonio non sunt peccata: extra autem matrimonium sunt peccata luxurię tantum, non sacrilegij.

Aduertēdum est tamen quod plerunque, etiam si nomē virginitatis respiciat tantum primum actū, ex intentione vouentis pōt nasci obligatio ad alios actus, sępe enim homo se obligans ad virginitatem, intendit se obligare etiam ad perpetuam castitatem, & hoc est adeo frequens, vt nisi homo expresse intendat se obligare solum in ordine ad primum actum, communiter intelligitur obligatus ad castitatem, nam communiter accipimus nomen virginitatis, pro tota ipsa honestate, & castitate. Quare pro eodem habētur votum virginitatis, & votum castitatis, nisi aliter intelligatur, vel exp̄sse exprimatur ab ipso vouente.

Secundo dubium est, ad quid homo teneatur ratione voti religionis, & ratio difficultatis est, quia in voto religionis videntur contineri tria vota, quæ sunt essentialia religionis, nempe paupertas, castitas, & obedientia. Hæc enim tria sunt essentialia religonis, & faciunt ipsam religionem, vnde dubium est, an ille qui vouit religionem teneatur ad paupertatem, castitatem, & obedientiam, consequēter, si cum tali voto contraheret matrimoniū, an teneatur castitati, paupertati, & obedientiæ. Respondeo, votum religionis obligare per se, primo, & directe, ad ingrediendum religionem, consequenter obligare ad paupertatem, castitatem, & obedientiam in religione, vnde vt ex vi voti religionis nō tenetur indistinctè perseuerare in religione, ita nō tenetur ad paupertatem castitatem, & obedientiam vi voti extra religionem, si experientia cognouit sibi id non expedire, similiter, si iam contraxit matrimonium & consumauit, non tenetur, neque ad castitatem, neq; ad alia, quia ad ista non se obligauit nisi in religione, vnde peccauit mortaliter, contra votū contrahendo matrimonium, sed post matrimonium consumatum ad nihil aliud tenetur. Hoc loco aduertendum est circa votum virginitatis, castitatis & religionis, quicunq; aliquod votorum horum emisit non potest contrahere matrimonium sine peccato mortali sacrilegij contra votum, si contrahat cum intentione consumandi, si vero contrahit, cum intentione statim transeundi ad religionem non peccat mortaliter contrahendo. Quacunque autem intentione contrahat ante consumationem tenetur sub peccato mortali ingredi religionem, quia adhuc potest obseruare suum votum, & non habet vllam aliam viam ad obseruandam votum, & hic casus est valde notabilis, quo homo tenetur sub peccato mortali ingredi religionem. Quod autem dixi de voto virginitatis, cadit solū super primū actum modo vt sup.

Aduertendū secūdo, has omnes personas, quæ habent ista vota, intelligēdo tamen de voto virginitatis, per secūdos actus, & de castitate, non autem de voto simplici religionis, si matrimoniū contractum cōsummauerunt, quamdiu superuixerit coniux posse quidem reddere debitum, non autem petre, nisi quo casu petitio interpretatiuè esset quędā redditio, vt supra diximus; secus autē si votum virginitatis est ad primum actum. Post mortem autem coniugis, qui habet votum castitatis, tenetur ad seruandam castitatem, & nō potest transire ad secundas nuptias: qui autem habet votum religionis, tenetur ingredi religionem, neque excusat vllo extrinseco impedimento, vel ætatis senilis, vel multitudinis filiorum, vel cuiuscunq; alterius rei, non enim potest remanere in seculo, nisi petita, & obtenta dispensatione.

Tertiò, dubium est, de eo qui vouit aliquam religionem in particulari, vel religionem in communi ad quid teneatur, pro quo aduertendū duobus modis posse vouere aliquam religionē particularē. 7 Vouēs ingredi religionem ad qd teneatur.

Vno

Vno modo, sic intendendo obligare se ad illam religionem determinatam, vt ad nullam aliam intendat se obligare; quod potest contingere, vel ex bona opinione, quam aliquis habet de aliqua religione, vel ex eo quod aliqua particularis religio videtur illi sibi conuenientior cæteris, vel ex aliqua commoditate, aut alia quauis causa, & qui sic vouit ita tenetur ingredi illam religionem, si in ea admittatur, cum nolit ad ullam aliam teneri. Si autem non ita determinauit aliquam religionem, vt alias excluderet, sed solum intendebat obligare se ad hanc non exclusis cęteris tunc si in illa determinata religione admitti non posset, tenetur quærere aliam. Qui autẽ vouit religionem in communi nullam determinando, satisfacit, quamcunque ingrediendo, dum modo ingrediatur religionem quæ sit vere religio, & habeat omnia essentialia religionis. Aduertendum hoc loco, eum qui habet votum religionis in communi, vel votum alicuius determinatæ religionis, secundo modo à nobis tradito, teneri, si non admittitur in vna religione quærere aliam, & aliam quousque tandem in alia admittatur, quod si quæsitis omnibus in nulla admissus esset ad nihil amplius tenetur. Hoc autem sane intelligendum est: nam cum plereque religiones sint in vna prouincia, quarũ omnium habetur cognitio in alijs prouintijs, qui habet hoc votum religionis non tenetur quærere omnes religiones, quæ sunt in toto mundo, mihi valde probabile est, primum teneri quærere oẽs religiones quæ sunt in sua Ciuitate, secundo, si potest sine graui incommodo, tenetur quærere omnes religiones quæ sunt in illa prouintia, quod si non potest personaliter prouintiam lustrare, tenetur quærere per literas, tertio si est homo, qui facile solet discurrere per alias exteras prouintias, vel causa negotiationis, vel propter quascunque causas, valde probabile mihi est adhoc etiã teneri causa religionis, nisi ex aliquo nouo impedimento, hoc non posset sine graui præiuditio. Quarto, si quis habens tale votũ, ex alia quacunque causa egrederetur ex sua prouintia in aliam, aut in plures prouintias teneri in singulis prouintijs, quærere religiones illius prouintię. Quinto, & vltimo probabilissimum est mihi nõ teneri aliquem cum aliquo graui incommodo egredi ex sua prouintia, ad quærendas religiones, sed si intra prouintiam nullam inueniat, quæ eum vellet recipere videtur mihi manere tutus in conscientia.

Queres, vtrum posteaquàm quis est refutatus ab omnibus religionibus suæ prouinciæ, nec potest sine graui incommodo, quærere religiones extra Prouinciam, nec tute potest manere in seculo, an ęque posset tutè contrahere matrimonium oblata sibi occasione, & ratio dubitandi est, quia si iste maneat in seculo solutus, facile posset sibi contingere occasio implendi suum votum, tum quia aliqua posset, ex illis religionibus, quæ eum refutarunt, illum postea admittere si autem contrahat matrimonium, facit se inhabilem, ad implendum suum votum. Respondeo primo, in hac re tutissimum fore quærere dispensationem pro matrimonio contrahendo, puto enim facillimè acquiri talem dispensationem, secundo, valde periculosum mihi videtur, Si talis contraheret matrimonium, hac intentione, vt posteaquàm religiones eum noluerunt, faciat se ad illas omnes inhabilem. Tertio, si quis bona fide, oblata sibi occasione, vel quia non potest facile seruare castitatem solutus in seculo, vel occurrit occasio accommodandi se vel familiam suam contrahit matrimonium puto non peccare, etiam si sine vlla dispensatione contrahit, quia non tenetur quis posteaquàm fecit moralem diligentiam, quærendo omnes religiones suæ prouintiæ, perpetuo degere vitam aliquam incommodam, aut periculosam. Quarto, dubium est de eo qui vouit certam eleemosinam dare alicui ecclesiæ pro dicendis missis, an si missæ illę dici non possint in illa ecclesia teneatur ad eleemosinam illam ecclesiæ, pro solutione notandum est, hoc votum in se inuoluere duo vota, nam hic, & promittuntur eleemosine, & promittuntur missę dicendæ, potest hoc votum ergo fieri duobus modis, vno modo vt principaliter.

8 Vouens dare certum qu d alicui ecclesię pro missis celebrãdis, si ibi celebrari non posũt, q.d. iuris sit.

paliter intendatur eleemosina, & secundario intendantur aliquę missę, secūdo, vt principaliter intendantur etiam missæ, siue intendantur eque principaliter, atque eleemosina, siue magis principaliter intendantur missæ, & propter missas dentur eleemosinæ, si principaliter intenduntur missæ hoc ipso quod in illa ecclesia non possunt dici illę missæ, cessat obligatio dandi eleemosinas illi ecclesiæ, & tenetur vouens dare illas eleemosinas alteri ecclesiæ in qua missæ dici possint, quod si sint tot missæ, vt in vna ecclesia dici non possint, tenetur distribuere eleemosinas illas in plures ecclesias, vt tandem dicantur omnes missæ; patet, quia intentio principalis erat de missis dicendis, si autem intentio principalis erat eleemosinas dādi illi ecclesię, tunc etiam si missæ omnes in ea dici nō possunt, tenetur dare eleemosinam, patet, quia missæ erant accessoriæ ad eleemosinam.

Quæres, quomodo possumus cognoscere, quæ fuerit principalis intentio vouentis, Respondeo esse super hac re vnā coniecturam valde probabilē esse, nempe, vt attendatur quātitas eleemosinæ, & numerus missarum, si enim eleesimona est tam exigua, vt sit proportionata tm̄modo numero missarum, tunc probabilissimū est principalem intentionē esse super missis. Aliquando eleemosina, est multo maior quam numerus missarum, & tūc probabilissimum est principalem intentionem fuisse de eleemosina, & secundario de missis.

9 Est aliud dubium de eo qui vouit singulis annis, verbi gratia, vel mensibus dare pauperibus, mensuram grani, vel vini, &c. de qua mensura intelligendum sit hoc votum; Hostiens. vt refert Silu. in ver. votum 2. §. 25. putat in potestate vouentis esse determinare quamcunque mensuram volet. Siluest. eo loco tenet intelligendum esse hoc votum de ea mensura de qua homo cogitauit quando vouit, vel de quā vouisset in specie, si cogitasset. Prior sententia mihi videtur parū tuta, nam facile homo ex auaritia eligeret minimam omnium mensurarum. Posterior vero sententia est mihi suspecta

Vouēs singulis annis darē pauperib. mēsuram grani, vel vini, de qua mensura intelligatur.

propterea quod facit hominem anxium nam non potest recordari de qua mensura cogitarit, & difficile est iudicare de qua mensura vouisset, si cogitasset. Quare mihi dicendum videtur, primo si cogitauit in particulari de aliqua certa mensura, & hoc recolit, sine vlla dubitatione teneri addādum hanc mensurā, secundo, si non cogitauit, vel non recordatur, tunc attendendum esse an talis vouens, in suo communi vsu loquendi nomine mensuræ soleat intelligere aliquam determinatam mēsuram nam de hac mensura votum intelligendum est. Tertio, si neque hoc sit, tunc putarē duo attendenda esse, ex quibus colligetur, de qua mensura intellexerit. Primum attendendum esse qualitatem personæ vouentis, diues ne sit an pauper, secundo attendendum esse, ad magnitudinem causæ, pro qua votum emisit nam satis probabile est pauperem de parua, diuitem de magna mensura intendisse, itē satis probabile est pro re magni momenti intendisse de aliqua magna mensura, saltem media pro re paui momenti, potuit tem paruam vouere. Quod si quis vouit dare eleemosinam, nec determinauit quantitatem, id prudētis iudicio committitur, spectatis prædictis, & si quis voueat triticum in certa mensura, nec exprimat qualitatem, satis est quæcunque qualitas etiam si non sit de meliori, quæ sufficere censeatur ad veram executionem operis promisit, & si vouit ingredi religionē non exprimens quā, vtlup. potest ingredi quā vult, modo sit religio, & cōmuniter ibi viuant secundum regulam, & substātialia regularia, & si non determinauit tempus ingressus intelligitur quoquo primo tempore sine notabili incommodo arbitrio prudentis. Valentia. loco cit. & idem de loco, modo non sit corrupta, vbique id potest tunc.

Aliud dubium est de eo, qui vouit ieiunare, in vigilia alicuius sancti, & præcipuè quando vigilia non est ieiunanda ex pręcepto, an teneatur ieiunare quocunque die veniat talis vigilia. Respondeo communiter tale votum esse intelligendum iuxta ritum ecclesiæ, ecclesia autem nūquam consueuit ieiunare diebus 10

Vouēs ieiunare in vigilia alicuius sancti, an teneatur ieiunare quocunq;

die veniat natalis vigilia.

bus dominicis, sed ieiunium quodcunque occurrerit die dominico, præuenit ieiunando in sabbato: quare eodem modo si vigilia illa contigerit in Dominica ieiunandum esse die sabbati, idem iudicium, est, si quis vouit ieiunare aliqua determinata feria cuiuscunque Hebdomade, si in tali feria contingat dies natalis Domini nõ tenetur ieiunare, in die Natalis, quod si quęras vtrum debeat ieiunare aliquo alio die. Respondeo, communiter non teneri, quia si quo die teneretur, die præcedenti, at illo die ieiunat ex præcepto ecclesiæ, & ecclesia nunquã consueuit anticipare vigilias plusquàm vno die nec consueuit postponere ieiunia, ergo iste ad nihil amplius tenetur, id tamen intelligendo modo alias hoc c. exposito. Verum est tamen quod in vigilia Natalis domini tenetur duplici vinculo, nempe, & ratione voti & ratione vigiliæ, vnde si in vigilia Natiuitatis nõ ieiunaret committeret duplex peccatũ.

11 Vouẽs peregrinationẽ cum oblatione fienda certo loco, si nõ potest peregrinari, an teneatur ad oblationem.

Atque dixi communiter, nam aliquando posset teneri ad ieiunandum in die Dominica, & etiam in die Natalis Domini, nempe si quando vouit de hoc cogitauit, & non excepit, & intendit se ad hoc obligare, vltimo dubium est de eo qui habet votum personale coniunctum cũ aliquo reali, verbi gratia, habet quis votum peregrinationis, ad aliquem locum sanctum, & simul votum de relinquenda aliqua eleemosina illi loco, an qui non potest implere partem illam, vti que est personalis teneatur implere alteram partem, quæ est realis. Rursus cum illa ipsa pars, quæ est personalis frequenter habeat in se aliquid realis, verbi gratia, peregrinatio habet secum adiunctas expensas, quæ sunt faciendæ in itinere, an tunc teneatur ad hoc reale quod est ex se coniunctum cum personali. Respõdeo primum certum esse quando vouit, aliquid reale, & aliquid personale, si alterum non potest, teneri ad reliquum, secundo quando votum non continet expresse ista duo, sed solum est personale, cum eo tamen coniunctum est ex natura rei aliquid reale, vt dixi cum peregrinatione, sunt coniunctæ expensę. Primo, multum conferre, si attendatur causa ipsius voti, nempe an votum susceptum sit solum causa deuotionis, pęnitentiæ, macerationis carnis, &c. an vero uotum fecit in subsidium illius loci sancti: nam sic expresse distinguit summus Pontifex in c. quod super his, de voto, vbi loqtur in particulari de voto peregrinationis ad terrã sanctam, & ait quid sit circa eos, qui pro subsidio terræ sanctę vouẽt, circa eos vero, q vouerũt pro satisfactione suorum criminum, magis attendi debet labor itineris, ex quo inferri potest, eos, q primo modo vouerunt teneri mittere expensas, quas in itinere fecissent, si ire non possint, illi verò qui solum pro satisfactione criminum vel deuotionis, qui non possunt ire, non tenentur mittere expensas, quod si dicas in isto. C. Pontifex absolute, & vniuersaliter vult omnes, qui habent votum peregrinationis terrę sanctę, si detineãtur aliquo impedimento perpetuo, debere mittere expensas, quas fecissent, ergo etiam illi qui pro satisfactione suorum criminum vouerunt ad hoc tenentur, & quod de hoc voto dicitur de alijs etiam intelligendum est.

Respondeo primo, cum Panor. in c. 1. de voto, & Siluest. in ver. votum 2. §. 10. Hoc quod vniuersaliter dicitur à Pontifice de impedimento perpetuo, intelligendum esse de impedimento leui, non autem de impedimẽto graui, vt si homo ex leui impedimento non possit ire, teneatur mittere expensas, secundo, hoc onus esse à Põtifice impositum solum pro his qui vouerunt in subsidium terræ sanctæ, tertio hoc habere locum in voto terræ sanctæ, quod tunc particulariter egebat subsidio, cũq; modo non egeat tam hoc subsidio, nunc puto eos, qui vouerunt solum causa deuotionis, nullo modo teneri mittere expensas itineris.

Sit tertium dictum de circunstantia finis. Quando votum emittitur in ordine ad aliquem finem ita vt non aliter emitteretur nisi hoc esset, tunc cessante illo fine cessat & voti obligatio, & si emisit votũ propter duos fines, tunc esse si cesset vnus finis altero remanente valet, verbi gratia, aliquis expertus est se quotiescunque adit aliquam certam domũ ibi peccare, vouet numquam amplius ingredi 12

12 Vouẽs ob vnum, vel duos fines, illis cessãtibus an teneatur ad votum.

ingredi illam domum, in hunc tantum finem, vt euitet illud peccatum, si successu temporis non habitet amplius in illa domo illa persona quæ erat occasio illius peccati, vel alia similis, tunc cessat obligatio illius voti, & potest illam adire. Aduerte autem quod dixi si votum est in istum finem, & non aliter; quia si non est proprie iste finis, sed motiuum illud propter quod vouit, tunc etiam si cesset motiuum votum obligat.

13 Voues matrimoniū ad vincendas tentationes, illis cessantibus an teneatur ad votum.

Dubium est de eo, qui cum sentiret magnas tentationes sensualitatis ad conseruandum se vouit matrimonium. Vtrum, si talis postea consequatur à Deo donum cōtinentię, ita vt non sentiat amplius illas tentationes, teneatur ad matrimonium.

Difficultatem facit, quod etiam si aliquis per vnum, aut alterum diem mensem, vel annum non sentiat tentationes, hoc potest prouenire non solum ex dono Dei, sed etiam ex diaboli malitia, qui ad tempus cessat tentare, vt hominem postea quasi securum de castitate de repente aggrediatur grauissimis tentationibus, vt facilius prosternat.

Respondeo primo, difficile esse hominē posse iudicare per seipsum an à Deo acceperit donum continentię. Ideoque sanctum cōsilium esset, vt is se Deo quā diligentissimè commendet, & rem vniuersam communicet cum suo patre spirituali, viro prudenti, & probo.

Secundo, si quis post graues tentationes animaduertat in se quasi sedatos motus sensualitatis, examinare debet suam propriam conscientiam, & inquirere an ipse aliquid boni egerit propter quod potuerit à Deo obtinere donū hoc continentię. Dona enim Dei non dantur hominibus negligentibus, ociosis, ac vix se in vllo bono opere exercētibus, quod si nihil, aut valde parum boni, à se actū cognoscat, valde suspectā habere debet istā continētiam, & consequenter, tūc ꝙ adhuc non cessarit obligatio voti ad contrahendum matrimonium si autem cognoscat, se laborasse pro obtinēdo à Deo donum continentiæ, ieiunando orando, &c. tunc vt probabile est illam quietem sensualitatis, esse donū continentię, & sic saltem durante tali quiete, posset suspendere executionem voti non contrahendo matrimonium, Tertio, quia donum continentię, non consistit solum in quiete illa sensualitatis, nā etiam in grauissimis tentationibus carnalibus, potest homo habere tantum propositum non peccandi; tantum odij illarum motionum prædictę sensualitatis: tantā animi propensionem, ad ipsam puritatem, vt non minus continens sit in bello isto, quam esset in pace, & quiete, sicut Apostolus, qui de seipso testatus est, se consecutum esse à Deo misericordiam, & tamen adhuc de seipso testatur, datum esse sibi stimulū carnis qui se collaphizet, &c. Qn̄ homo etiam in ipsis tentationibus se ita forte experiretur, probabiliter posset credere, se habere donum cōtinentiæ, & cōsequenter posset suspendere voti executionem de matrimonio contrahendo. Quarto, & vltimo, quia votū matrimonij contrahēdi, ex sua natura est impeditiuum boni maioris, non obstante tali voto, homo posset ingredi religionem, vbi est continentia tutior, & quamdiu ex consilio confessoris, ac patris spiritualis, probabiliter se putat habere donum continentiæ, non tenetur ad matrimonium. Quod si quis vouit aliquid, & superueniat impedimētum impediens, qđ si prçuidisset, non vouisset, non tenetur si voti impletio fiat ei mala, minus bona, vel impossibilis, vel inutilis, etiam si reddatur impossibilis culpa ipsius, vel sine, & sat est pœnitere de peccato, & si impedimentum est circa totam substantiā voti, tenetur ad totum, si circa partē ad eam, vt si vouens castitatē contraxit, tenetur nō petere, & quę continentiā vouit, corrupta, tenetur continere, nisi vouisset tantum non peccare in primo actu venereo, corrupta enim vi voti, non tenetur ad continentiam, & si impossibilitas est tantum ad vnum locum non alium, vel tempus, nō liberat circa alia, secus si absolute adsit impotentia. Valēt. de iust. q. 6. disp. 6. punct. 4.

Sit quartum dictum, in votis diligentissimè attendenda est conditio, quomodo nempè, quis voueat spontè ne an coactus, absolutè, an cōditionate, animo vouendi, 14 Vota facta metu, cum cōdi

tione sine uendi, & obligandi se, non tamen im-
animo se plendi, an animo non se obligandi, nec
obligādi, verè vouendi, an vero quod bonum est
an & vt animo vouendi, & obligandi, se & im-
obligent. plendi.

Notandum primo, vota spontanea, & absoluta, ex natura sua esse obligatoria, atque difficile in ijs posset prætendi vlla excusatio.

Notādum secundo, vota facta, ex metu, & timore siue ex metu diuinitus incusso, vt ex metu naufragij in mari, incendij, occisionis, & cuiusque alterius mali imminentis, siue sint facta, ex metu incusso ab hominibus, etiam si sit metus mortis, & metus cadens in constantē virum, semper esse obligatoria, præterq̄ in vno casu, nempè quando metus infertur ad extorquendum votum cum iniuria, tunc enim si metus est cadens in constantem virum, votum est nullum, vt habetur in c.1. de his quæ vi metue. causa fi. concordat. Valent. de iust. disput.6. q.6. punct.4. in fi.

De metu autem cadente, in virum in constātem, dico, etiam si iste metus esset motiuum tantum, & non ideo incussus, ad votum extorquendū, adhuc tamē votum esset obligatorium, vt si verbi gratia, puella ad euadenda verbera, vel alia mala, quæ comminatur mater ob aliud voueat religionem, votum est validum, pari ratione, si voueat ne malè tractetur à parentibus id non exprimentibus. De eo qui vouet ex repentino animi motu, dico, raro esse tam repentinum motum, vt tollat imperfectam deliberationem, & ideo raro ista vota sunt nulla. De eo qui bene potus vouet, idest qui semiebrius vouet idem iudicium statuo, propterea quod in isto adhuc est imperfecta deliberatio quæ sufficit ad votum, secus si est bene ebrius, & extra suum propositum. De hac re videnda sunt quæ etiam supra, de hoc dicta sunt.

Notandum tertio, parentes cogentes filios, vel filias ad religionem, præsertim vero filias, præterquàm in casibus à iure concessis grauissimè peccare, siue illas cogāt ad ingrediendum monasterium causa religionis siue ad suscipiendum habitum, siue ad emittendam professionem. Itemque omnes qui ad id dant consilium, auxilium vel fauorem quiq; scientes tales puellas non spontè ingredi potentiam suam consensum, & authoritatem interponunt: sic & illi qui puellas volentes spōtè ingredi impediūt, excōicātur, vt expressè habetur, in Cōc. Trid. sess.25. de regularib. & monialibus c.18. vbi contra hos Conc. præclarè statuit.

Notandum quarto, ex eodem Conc. loco citato c.19. quod regularis prætendens se per vim, aut metum ingressum esse religionem vel se professum esse ante ętatem, si hoc prætextu velit egredi ex religione, non esse audiendum nisi intra quinquennium, vnde si mansit in religione vltra annos quinque non potest amplius egredi post, quinq; annos vero puto numerādos esse ab emissa professione non autem ab ingressu religionis, rursus ante istos quinque annos elapsos nō potest exire ex monasterio, nec obtinere licentiam exeundi, nisi adsint istę conditiones.

Prima cōditio est, vt causas quas ꝑtendit deducat corā ordinario & superiore, causisq; deductis, si constiterit eas esse veras, vt debeat illi dare licētiam exeundi.

Secunda conditio est, vt ante istos quinque annos non dimiserit habitum religionis: si enim prius propria authoritate, habitum dimittit, & postea velit causas suas deducere coram ordinario, non solum non est illi danda licentia, sed neque admittendus est neque audiēdus dū probare vult suas causas, ita habet Concil. loco citato.

Notandum quinto, diligenter considerandum esse votum illud, quo quis aliquid vouit Deo, si aliquod donum obtinuerit, num pro hoc dono obtinēdo obligauerit se ad aliquid faciēdum ex parte sui, verbi gratia, vouit aliquis eleemosinam, si Deus ipsum præseruauerit ab aliquo peccato, intendens, quātum erat ex parte sui, vitare talem & talem occasionem huius peccati. Circa hoc enim votū occurrit difficultas, an si Deus istū non pręseruet ab illo peccato, teneatur ad eleemosinam nec ne, præsertim si ipse non seruauerit id quod intendebat, ex parte sui Nauar. in summ. cap.12. nu.42.

respon-

respondet, ex Ricc. in 4. sent. d. 38. q. 3. artic. 3. istum manere obligatum ad votum. Hæc doctrina ita vniuersaliter accepta mihi non est probabilis propterea quod in multis casibus puto talem esse liberum à voti obligatione. Vnde sic mihi videtur distinguendum. Aut enim talis conditio, quam homo procurare intendebat aliquo modo, etiam ipsa dependet à Deo, & est donum Dei, aut est mere nostræ voluntatis. Si conditio sit primi generis, de illa verificari potest doctrina Nauarr. & Ricc. propterea quod homo non procurando implementum illius conditionis, quodammodo ligat manus Deo, quare quantum ad istas conditiones est valde probabilis ista doctrina, & quia non fuit defectus ex parte Dei, sed ex parte nostri, vt cõditio non adimpleretur, votum autem erat si defectus non esset ex partte Dei, quod nunquàm est nisi quatenus permittit vti libero arbitrio etiam in malum. Quando autem conditio est secundi generis tunc mihi valde probabile est, posse hominem non procurare implementum conditionis, & conditione non adueniente liberum esse à voti obligatione, verbi gratia, vouit quis magnam eleemosinam si inuenerit vxorem diuitem, quia magna dos non est quid spirituale per se bonum, etiam si quando vouit intentione hoc procurandi, non tenetur hoc procurare, & siue procurat, & siue non procuret non inueniendo illam dotem, quam intendebat, solutus est à voto qđ fecit de eleemosina danda, ratio quæ me mouet ad hoc est, quia cum ista conditio non sit res per se bona, nullo iure ad illam teneor, & licet quando voui habuerim intentionem implendi hanc conditionem, tamen me non obligaui.

Quæres, quid de eo qui aliquid vouit in ęgritudine si receperit sanitatem cũ intentione procurandi quantum erat ex parte sui sanitatem, vel saltem non impediendi, an teneatur ad procurandam sanitatem, & si ponat impedimentum ad sanitatem conseruandam an maneat obligatus.

Respondeo mihi valde probabile esse de sanitate esse eandem rationem quam dixi de bonis spiritualibus, propterea, quod licet ipsa sanitas in se non sit quid bonum spirituale, tamen non potest procurari ęgritudo contraria sanitati, sine detrimento boni spiritualis. i. sine peccato, vnde si homo scienter, Aduertenter, & directè procuret sibi ægritudinem, puto obligari ad votum implendum. Aduerte autem quod dixi si hoc faciat aduertenter, scienter, & directè, quia si id faceret in alium finem, quã ad conseruationem ægritudinis, licet per hoc conseruaretur ęgritudo, non teneretur, similiter si quis inaduertenter aliquid commederet, vel aliquid faceret, quod obesset sanitati, non teneretur ad votum, de quo est sermo.

15 Est aliud, & Postremũ dubium in hac materia de voto conditionato pœnali quo quis cupiens ęuitare aliquod peccatũ, aliquid vouit in pœnã illius peccati, Si qñ illud cõmiserit an teneatur, & quidem si in pęnam voueat quamcunq; materiam, cuius votum non est reseruatum sedi Apostolicæ non est magna difficultas, nã ex natura sua tenetur ad illud votum pœnale, & licet sit impleta conditio & commissum peccatum potest illud votum per Episcopum dispẽsari, patet quia votum non est reseruatum, si autem materia quam vouet sit reseruata sedi Apostolicę, grauis est difficultas an possit per episcopum dispensari, & quidẽ inter omnes doctores cõstat si sit impleta ista conditio, i. si sit commissum peccatum non posse amplius dispẽsari per alium quàm per sedem Apostolicam; quia conditione ad impleta, votum iam est absolutũ, & non est amplius conditionatum, sed est votum reseruatum, ex supposito, ergo non potest dispensari per alium.

Vouẽs religionẽ, vel aliud, si ꝙ certũ peccatũ commiserit, an teneat ad voti implctionẽ, & quis in eo dispenset.

Dubium est inter doctores, an, anteq̃ cõditio impleatur possit hoc votum per Episcopum dispensari. Soc. lib. 7. de iust. & iu. q. 4. art. 3. post secundam conclusionem mouet hoc dubiũ, & expresse tenet: Episcopum antequàm conditio hæc impleatur posse dispensare in hoc voto, & talem dispensationem tantum valere, vt quàmuis postea peccauerit, nõ teneatur ad votum. Probatur quia hoc votum est annexum cum fuga peccati, sed Episcopus

pus potest dispensare circa istam fugam peccati, ergo potest dispensare in voto illi annexo. Nauar. capit. 12. nume. 45. ait hoc votum duobus modis fieri posse. Primo vno simplici voto condicionato, verbi gratia, si hoc fecerim voueo religionem. Altero modo duobus votis, quorũ prius est absolutum, & alterum condicionatum siue sint duo vota actu expressa, vt si diceret voueo abstinere ab hoc peccato, & si illud commisero, voueo religionem. Tunc respondet ad hanc quæstionem, si votum fiat priori modo, Episcopũ nullo modo posse dispensare; quia illud est vnum votum condicionatum, & sic sedi reseruatum. Si autem fiat votum secundo modo tũc antequã impleatur condicio, ait posse Episcopũ dispensare. Probat quia hæc sunt duo vota, alterum principale, nempe abstinere ab illo peccato. Alterum vero accessorium, & hoc condicionatum, nempe si non abstinuero ab illo peccato voueo religionem. Modo certum est episcopum posse dispensare in priori voto principali, quia non est reseruatum, sed accessorium sequitur naturam principalis. cap. accessorium de regulis iur. in libr. 6. Ergo Episcopus pari modo poterit dispensare in isto voto accessorio. Hæc doctrina non mihi videtur ita simpliciter vera, nam etiam quando fiunt hæc duo vota, non semper posterius votum est accessorium priori, nã accessorium est illud sine quo aliud potest esse, & ipsum non potest esse sine illo, vt patet ex Glos. in capitu. Accessorium, citato, sed hoc posterius votum potest sępe esse sine priori, ergo non est accessorium. Pro perfecta ergo determinatione huius veritatis, sic iudico esse distinguendum nempe votum hoc pœnale condicionatum duobus modis fieri posse, vno modo, vt obligatio ad pœnam cadat super ipsum peccatum, inquantum est tale peccatum, i. furtum, fornicatio, adulterium, &c.

Alio modo in quantum tale peccatum, est transgressio voti, post peccatum illud esset transgressio voti, non solum si homo expresse faciat duo vota, sed etiam si faciat vnum solum votum propter quod intendat se obligare, & ad vitandum peccatum, & ad pœnam subeundam, si non vitauerit. Si votum fiat primo modo, siue sit vnum votum condicionatum, siue sint duo vota etiam expressa, non video quomodo possit Episcopus dispensare, quia esto Episcopus possit dispensare in priori voto absoluto, vt non teneatur homo ad vitandum illud peccatum ex vi voti, tamen adhuc manet secundum votum, quod est votum castitatis condicionatum, & commissio illius peccati licet non sit peccatum contra votum, est tamen peccatum talis speciei, & hoc non potest per Episcopum tolli quando fit tale peccatum: sed obligatio ad pœnam est ex tali peccato, ergo neque potest hoc per Episcopum tolli, & in hoc sensu secundum votum conditionatum, non est accessorium primo, quia potest omnino esse sine primo. Si autem votum fiat secundo modo, tunc nõ solum probabilissimum, sed simpliciter verum videtur mihi posse per Episcopum dispensari, antequam peccatum committatur. Probatur. Hæc obligatio ad pęnam cadit super hoc peccatum, quatenus est transgressio voti, sed per Episcopum, & eius dispensationem fieri potest, vt hoc peccatũ non sit transgressio voti, ergo & tolli potest obligatio ad pœnam quæ erat annexa huic peccato, quatenus est transgressio voti, & hoc modo si intelligatur vera est doctrina Nauar. secundum votum esse accessorium primo. Et in hoc sensu puto etiã esse intelligẽdum doctorem Sot. qui hoc argumento probat posse per Episcopum dispensari in hoc voto pœnali: nempe quia Episcopus potest dispensare in priori voto, quod argumentum nihil concluderet, nisi loqueretur, de obligatione ad pœnam respicientem actum peccati, vt est transgressio voti. Et si quis in prædictis vouit fieri clericus, sat est si vnum de septem ordinibus suscipiat. Ric. lib. 4. dist. 22. art. 1. q. 1.

Sit quintum, & vltimum dictum circunstantia loci magis pertinet ad executionem voti quàm ad emissionem. Circunstantia vero temporis, & auxiliorum ferè habet nullam difficultatem.

16 Votum in quo loco, & tempore sit implendum.

Notandum primo, circa locum, vota emitti posse in quocunque loco, licet vota aliqua de re magni momenti ob maiorem reuerentiam, & deuotionem melius sit emitti in loco sacro.

Executio vero voti est facienda in eo loco, ad quem homo intendebat se obligare ad illum locum, vt nullo modo intenderet se obligare ad alium, tunc si in illo loco implere non posset, non teneretur in alio. Rursum quando obligauit se ad aliquam rem in aliquo loco, si principaliter intendebat se obligare ad rem, & secundario ad locum, licet in eo loco non possit, tenetur ad eandem rem in alio loco. Et si quis se obligauit ad religionem, nec determinauit locum potest id agere vbicunque, & in quacunque, modo non sit corrupta circa substantialia, vt supra.

Notandum secundo. Circunstantiam temporis etiam ipsam magis pertinere ad executionem voti. Tenemur autem votum emissum sine vlla temporis determinatione, adimplere cum primum commodè moraliter possumus: votum autem emissum cum determinatione temporis, si quando vouimus, intendebamus nos obligare ad rem principaliter, & secundario ad tempus, si non impleuimus illo tempore adhuc tenemur alio tempore, si autem quando vouimus intendebamus ita determinatè nos obligare ad tempus, vt nollemus pro alio tempore teneri, tunc peccauimus non implendo illo tempore, quo tenemur, sed non tenemur amplius ad implere. Huiusmodi sunt communiter quæcunque vota de quibusdam vigilijs determinatis aliquorum sanctorum. Vel in hoc dicendum; quod qui certa die ieiunare vouit, si non implet potest alia die supplere, & maxime si ieiunium cadat in aliqua solemnitate. Abb. in rubr. in nu. 10. de ob. ieiu. vt & qui vouit ieiunare in certa vigilia quæ die dominico occurrat, sabbato est ieiunandum, capit. 1. de obs. ieiu. cum distinctionibus tamen de quibus supra. Abb. in d. cap. 2. Siluest. votum, num. 4. Sot. lib. 7. de iust. q. 2. art. 1. ad 4. Nauar. cap. 12. num. 41. non liberatur tamen à voto si superuenit difficultas; quæ si à principio extitisset, quis non vouisset, pro tunc tamen excusatur, & si sua etiam culpa id contigit, satis est de peccato pœnitere, & adimplere debet cũ primum poterit. D. Th. 4. d. 38. q. 1. ar. 3. 2. 2. q. 189. artic. 4. vbi Caiet. Nau. capit. 12. num. 39. & si quis metu mortis cogitur votum transgredi non peccat mortaliter, nisi cogatur ad id in contemptũ religionis, cap. sacris, de voto. Sot. lib. 2. q. 2. art. 1. col. 4.

Notandum tertio, circa circunstantiã auxiliorum, si quis aliquid vouit sperãs se illud impleturum auxilio horum, vel illorum amicorum sine quorum auxilijs, vel omnino non posset, vel valde difficile, vel saltem, si ita vouit, vt non intenderet se obligare, nisi suppositis talibus auxilijs, tunc si destituatur illis auxilijs non teneri ad obseruationem voti.

Ver. De voto religionis deque ipsis votis religiosorum circa ingressum.

Sit primum dictum votum religionis aliquando obligat ad ingrediendum aptam religionẽ, aliquando vero ad permanendum, seu perseuerandum. 17 Vouẽs religionem, tenet' ibi pseuerare & an possit egredi sine dispẽsatione & que pctõ mortali.

Notandum primo, votum religionis posse fieri vel ante ipsum ingressum religionis, vel post ingressum, & vtrunque adhuc duobus modis nempe vel vouendo, simpliciter religionem, vel vouendo determinatè ea quæ sunt essentialia religionis, nẽpe paupertatem, castitatem, & obedientiam.

Notandum secundo, eum qui ante ĩngressum vouit religionẽ, ex vi huius voti teneri ad ingrediendum ipsam religionem, ita vt peccet mortaliter non ingrediendo, ex vi eiusdem uoti, considerata præcisa natura uoti, & puto, quod homo etiam teneatur ad perseuerandum in religione, nisi quãdo vouit intendisset, vel expressisset se obligare solum ad ingressum, ad probandum. Ratio quæ me mouet hæc est: quia religio est quidam status humanæ vitæ, vnde qui uouet religionem

gionem, vouet istum statum, non satisfacit autem statui retrocedendo, sed permanendo. Quare ex praecisa ratione voti non posset egredi ex religione sine dispensatione, tamē ecclesiae matris benignitas hoc votum religionis limitauit, vt intelligatur obligare soliū ad ingressum, & ad probandum, & concessit integrum annum probationis, quo toto anno liberum sit homini sine dispensatione egredi, vt habetur in multis Can. in tit. de regularibus concordat Lopez. in instr. consc. 1. par. c. 45. in prin.

Quaeres an sicut homo potest egredi sine dispensatione, possit etiam egredi sine peccato mortali. Respondeo ex communi sententia doctorum si adsit aliqua rationabilis causa hominem liberè posse exire absque vllo peccato, hanc autem rationabilem causam non est necesse esse aliquam causam nouam de nouo aduenientem, & ante non praeuisam, sed satis esse puto causam quamcumq; etiam praeuisam & prius existentem, vt etiā si homo non inueniat in religione maiora onera, quam ipse cogitauerit, tū in praxi experiatur illam esse difficiliorem quam putauerat, verum tamen, est quod hęc causa debet esse rationabilis, i. alicuius momenti, vnde puto grauiter peccare exeūdo è religione, etiam intra annum probationis eos qui sine vlla causa exeunt, vel ex causa valde leui, licet. n. ecclesia concedat facultatē exeundi sine dispensatione; hoc facit ad consulēdum humanae debilitati, & infirmitati, ne aliquis teneatur laborare in quaerenda dispensatione, cum eius fragilitas difficultatem inuenit ingrediendo, at vbi nulla nascitur difficultas, non video quomodo possit esse defectus fragilitatis, sed solum voluntatis. Hinc sequitur eum qui post votum religionis sine vlla causa rationabili egreditur peccare grauiter egrediendo, non tamen teneri ad reditum: quia ex hoc quod ingressus est, & probauit, liber manet ab obligatione voti, vel in his dicendum, quod qui vouit ingressum religionis absque vlla dispensatione, potest intra annum probationis redire ad seculum, quando est ingressus bona fide cum animo probandi, & manendi, quantum in se est, nisi obstet rationabilis causa, si enim ingrediatur cum animo statim egrediendi, vel egrediatur leui de causa, non censetur probasse; quod si aeque primario vouisset non solum ingredi, sed etiam profiteri religionem, vel perseuerare in illa, non posset absque dispensatione redire ad seculum, secus si primario tātum vouisset ingressum, sic enim facta probatione, ex causa posset exire sine dispensatione, vt dicit, Valentia. de iust. disput. 6. q. 6. punct. 5. cum Sot. & Nau.

Notandum tertio, eum qui emisit votum religionis, posteaquam est iam in religione ex praecisa vi huius voti teneri ad perseuerādum, eum enim iste iam sit in religione, votum eius, quo religionem vouet, non potest intelligi ad ingrediendum, & probandum, quia iam est ingressus.

Quaeres an hoc votum ita obliget ad perseuerandum, vt si homo egrediatur, intra annum probationis teneatur redire ad religionem. Ratio dubitandi est, quia Conc. Triden. in sess. 25. de regularibus, & monialibus c. 15. de professione facta ante elapsum annum probationis, expresse determinat talem professionem esse omnino nullam, & nullos producere iuris effectus, nullam inducere obligationem, neque ad illam neque ad aliam religionem, si ergo votum solemne, quod ex natura sua est multo grauius in tantum irritatur à Conc. ergo videtur consequenter votum simplex multo magis irritari. Confirmatur, quia militat eadem ratio, causa enim cur velit votum solemne nullam inducere obligationem ante annum probationis elapsum, ea est, vt homo libere toto illo anno possit egredi, ne coactus obligetur ad religionem, At eadem causa valet de voto simplici, & si ratione huius voti simplicis homo teneretur perseuerare, & redire ad religionem post exitum iam, ante annum probationis elapsum cogeretur ad religionem. Postremo, quia si hoc votum simplex religionis induceret talem obligationem, ergo de voto solemni debuisset Conc. saltem determinare, vt si fiat ante ela-

psum annum probationē haberet solum vim voti simplicis, non enim deberet solemne minorem habere obligationem quam simplex. Hęc argumenta vere faciunt hanc quęstionem difficilem, tū mihi probabilius est votum religionis siue simpliciter sit de religione, siuę de essentialibus religionis si emittatur post ingressum inducere obligationem ad perseuerandum, ratio est quia validum est, ergo inducit aliquam obligationem non ad egrediendum, & probandū, quia iam est ingressus, & probans, votum autem ex natura sua est de futuro, & nō de præterito, ergo inducit obligationem ad perseuerandū: quare ad argumenta desumpta ex similitudine voti solemnis respondeo esse disparem rationē, primum enim votū solemne est prorsus irritatum per ecclesiam, simplex non ita, dices vbi est eadem ratio eodem modo iudicandum est, & extendenda est lex; Respondeo adhuc non esse eādem rationem, & optime ecclesiā annullasse votū solemne, & non annullasse simplex; nam votum solēnę ex natura sua, posteaq́ semel validū fuit, inducit tam arctū vinculum, vt vel oīno sit indispensabile in terris per vllam potestatem, vel saltem non possit dispensari nisi ex causis rarissimis, & grauissimis, & ideo conuenientissimum fuit, vt cum ecclesia nō possit facile prouidere huic voto postq̄ fuit validū, prouideat ne sit validum, votum autem simplex potest dispensari, ex causa rationabili, & non adeo vrgenti, imò solum votum simplex religionis emissum ante elapsum annū probationis, facile dispensari solet ab ecclesia, ideo cum ecclesia possit in hoc facile dispensare, noluit irritare.

Est & alia ratio quæ apud me multū valet, qua probatur hoc votum obligare ad perseuerandum, quia posteaquàm homo iam ingressus est religionē, acquisiuit iam aliquam scientiam experimentalē de difficultatibus religionis, & tunc stante hac experientia vouet religionē, ergo non potest prætendere ignorantiā, nec animi præcipitationem, nec nouitatem difficultatis &c. ergo, &c.

Notandum quarto, cum qui vouit religionem ad ingrediendum, seu qui extra religionem vouit religionem, si ex aliquo impedimento non admittatur ad religionem non statim esse liberum ab obligatione sui voti, nam si impedimētū hoc est voluntarium, nempe ex voluntate vouentis, tenetur vouens tollere hoc impedimentum, vt admittatur, si autem impedimentum non est voluntarium, tunc aut impedimentum est ex parte religionis, aut est ex parte vouētis, & vtrumque aut est impedimentum temporale aut perpetuum, si impedimentum est ex parte religionis, tūc si vouens potest tollere hoc impedimentum, tenetur tollere, verbi gratia, vult quis ingredi religionem, & monasterium non habet reditū sufficientem ad ipsum substentandum, si ipse habeat bona sufficiētia ad sui substentationem potest tollere hoc impedimētum ipsius religionis, & ideo tenetur tollere. Aduertendum tamen hominem tunc solum teneri tollere impedimentū, quando potest sine aliquo graui incommodo, vel quando ita simpliciter vouit, vt si de impedimento cogitasset nihilominus voluisset obligando se ad illud tollendum, vel saltem non habuit intentionem contrariam, vnde si quis vouit religionem hac præcisa intentione, vt in ea fieret sacerdos, & ita, aliter non vouisset, vel ita, vt hoc expresserit in voto, non teneretur ingredi nisi vellēt eum facere sacerdotem, Ita, si vouit religionem cum intentione non ferendi secum bona sua, sed relinquendi illa præsentibus pauperibus, vel etiam si absolute vouerit, sed parentes sunt in magna necessitate, ita vt non sine magno illorum damno possit dare bona sua monasterio, tunc non tenetur illa sua bona dare monasterio ad tollendum hoc impedimentum.

Dices, iste si remaneat in seculo, parentes non lucrabuntur aliquod de eius bonis, ergo pari modo potest illa tradere monasterio. Respondeo, quod quamdiu iste erit in seculo, semper poterit ex parte prodesse parentibus, eosque subleuare saltem in grauioribus necessitatibus, quod non poterit, si tribuat sua bona monasterio, quod si quis vouit religionem, & non

recipitur in hoc vel illo loco, non tenetur vagari per totum mundum, sed sat est quærere quinque vel sex loca illius ordinis, & si quis non se obligauit certę religioni, sat est lustrasse quinque sex vel septem varias religiones, & si se obligauit ad certū monasterium, exclusus ab illo, non tenetur ad alia loca, & si causa ob quam repellitur, est perpetua, liberatur in totum, si ad tempus, illa sublata tenetur, nisi quis vouit pro certo tempore, vt ieiunare in certa solemnitate, & non potest, post non tenetur, & idem crederē si quis vouisset infra annum ingredi religionem, & non post, si per eum nō stat, post non teneretur probabiliter. Valent. loco cit. cum Sot. & Gaiet.

Sit secundū dictum communiter post annum probationis religiosus debet, vel amittere professionem in religione, vel alia ratione obligare se religioni, vel exire ex religione.

De votis vero religiosorum in particulari, & transitu ad aliam religionem, scripsi late in tract. de regularibus.

Ver. de irritatione, dispensatione, & commutatione votorum.

18 Voti īpletio est de necessitate, & quis ab hac transgressione absoluat.

NOtandum in primis obseruationē votorum esse de necessitate præcepti, & obligare sub peccato mortali. Prou. 20. ruina est homini vota retractare vbi Hier. d. id inducere damnationē. Deut. 23. 1. Tim. 5. Bas. in quæstionibus fusius explicatis, q. 14. Chrisost. ep. 5 ad Teod. Amb. lib. 9. in Luc. c. 20. & lib. ad virg. laps. cap. 5. Aug. lib. de bono viduit. cap. 11. D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 1. 2. Gaiet. 2. 2. q. 88. art. 3. Sot. de iust. lib. 7. q. 2. art. 1. & quàmprimum fieri potest, executioni dari debet, etiam si tempus non determinauit, si commodè facere potest, & timet de impedimento superuenienti. Deuteron. 23. Nauar. cap. 12. nume. 41. Siluest. votum 2. quæst. 3. & toties peccat vouens quoties id transgreditur, capitu. magnæ, de voto, nisi superueniat impotentia implendi. Ang. votum 3. Si tamen votum sit de re minima, id transgredi est veniale, vt si quis voueat quotidie recitare vnum pater noster, & quandoq; id omittat, secus si multis diebus continuatis arbitrio boni viri. Sot. lib. 7. quæst. 2. artic. 1. col. 2. & lib. 8. quæst. 1. articul. 7. colum. 2. lib. 7. quęst. 1. artic. 2. Nauar. cap. 12. nu. 40. est tamen talis transgressio regulariter vnum tātum peccatum, per accidens vero continet plura, vt si quis transgreditur votum ad quod alias ex præcepto tenetur, & quandoque continet triplex peccatum, vt d. Valentia de iust. disp. 6. q. 6. punct. 4.

Aduertēdum etiam multa de quibus dicetur, ca. de iuramento habere locum in voto, & quod à transgressione voti quilibet confessor potest absoluere, non tamen à vinculo voti. Silu. votum 4. q. 3. Ver. 10. His not.

Primum sit dictum, est penes aliquos superiores potestas irritandi vota suorum inferiorum, dicitur penes aliquos, quia non omnes superiores habent illā potestatem, sed illi solum, qui sunt domini voluntatis subditorum, modo quo supra, vel in omnibus & omnino, vel saltem circa aliqua. 19 Vota irritare quis possit, qūo & ex qua causa.

Est autem irritare votum, ipsum cassare, & infringere, ita vt amplius obligandi vim non habeat. Id vero quandoque id agere potest ipse vouens propria authoritate, & primo ex defectu conditionis generalis, vel specialis in voto appositæ vel subintellectę, exemplum de generalibus vel subintellectis, quæ in quolibet actu intelliguntur, vt voueo ire Hierosolimam, si vixero, si potero, si Deus voluerit, c. in parochia. 16. q. 1. c. beatus Paulus. 22. q. 2. cap. quemadmodum, de iureiu. Cōditio etiam potest esse specialis, vt si sanus efficiar, voueo ire ad ecclesiam Lauretanam, qua conditione non existēte, votum non obligat, c. si. 36. q. 2. c. olim. de rest. spol. nec intelligitur in voto nisi exprimatur, ar. l. vbi autem. ff. de verb. obl. l. si repetendi. C. de cond. ob causam. Quandoq; irritare vota possunt ij in quorum potestate sunt vouentes, vt pater, & eo deficiente, mater, si sit tutrix filiorum, & tutores, curatores, maritus, dominus, Abbas, vel alius prælatus in ijs in quibus vouentes eis subijciuntur.

tur.ar.c.puella.c.illud 20.q.2.c.manifestum.c.noluit.33.q.5.

Hoc modo pater potest irritare vota filij eadem ætate, qua infra dicemus de iuramento, dominus vota serui in omnibus, quæ sibi præiudicant. Maritus omnia vota vxoris, vxor aliqua vota mariti, &c. vt supra, sed non omnes æqualiter, quia pater, & eo deficiente mater vel tutor, & prælati religiosorum omnia vota tam realia quàm personalia ab impuberibus prolata quæ pertinent ad domesticam disciplinam, irritare possunt, nec reuiuiscunt, nisi puberes facti eadem ratificent, vel de nouo voueant, & ea post pubertatem non ratificata possunt reuocari. Gaiet. 2.2.q.188.art. 8. nisi in voto solemni quod irritare ante ętatem legitimam possunt non post, capit. puella, vbi Card. S. Sixti. 20. q.2. licet non valuerit tale votum solemne factum in pueritia etiam si malitia suppleat ætatem, vt valet simplex. Nauar.num. 65. 68. cap. 12. Et vbi vota puberum irritantur legitime sic semper manent, nec incipiunt obligare vbi ij liberi erũt, etiam si vouerint pro tempore quo liberi erunt. Silu. religio. 2. q.15. votum. 4. ver. 5.

Notandum primo, has personas non posse irritare illa vota subditorum quæ sunt emissa, vt adimpleantur post absolutam talem seruitutem, quam habent, excipio solum patrem, qui potest irritare tale votum filij concernens alienationem bonorum, quia in hoc voto non solum attenditur Conditio vouentis, & voti implendi, cum neq; quando vouet, neque quando impleturus est præiudicat patri, sed etiam attenditur defectus perfecti vsus rationis in vouente, ideo enim leges vsque ad illam ętatem prohibent bonorum alienationem quia vsque ad illam ætatem deficit perfectus vsus rationis.

Notandum secũdo, quod vxor potest irritare illa omnia vota mariti, quæ sibi præiudicant, vel directe, vel indirectè, quantum spectat ad vsum coniugalem, capit. manifestum. 32. q. 5. quod intelligẽdum est de votis à marito emissis tempore matrimonij non de illis quæ antea emisit ipse, directè præiudicat vxori in vsu coniugali votum castitatis mariti, & religionis, indirectè præiudicat eidem in eodem vsu coniugali, primo, votum ieiuniorum pręsertim multorum, secundo, votũ alicuius magnæ pęnitentiæ macerationis carnis, & uigiliarum, tertio, eidem posset præiudicare votum multarum orationum, quarto, uotum nimis frequenter communicandi, vt si voueret quotidie communicare, vel & alternis diebus, quia magna indecentia est non abstinere saltem spatio vigintiquattuor horarum ab vsu coniugij prosumenda sanctissima Eucharistia, & certè, qui communicaturus est per tres saltem dies abstinere deberet à petitione, & per vnum diem à redditione debiti coniugalis, tum totum hoc est consilium, non autem præceptum, idem dico de omnibus alijs votis mariti, quæ indirecte pręiudicant vxori, in debito coniugali, si tamen quis incurrat fornicationem notoriam non potest irritare votum coniugis innocentis. Abb. in cap. fi. de conu. coniug.

Aduertẽdum pręterea quod pater vel mater aut curator vota realia tãtum puberum absolute possunt irritare, non autem pure personalia, vt continentiæ, ieiunij, orationis, religionis, vt nec realia si fiant de rebus castrensibus, vel quasi. Silu. votum 3. q. 6. prælati tamen omnia vota professi irritare possunt etiam si sint de non peccando tali, vel tali peccato mortali vel ueniali. Sot. d. lib. 7. q. 3. artic. 1. Nauar. cap. 12. num. 65. 70. dummodo prælatus de uoto certior factus illud irritauerit, & non tantum inhibuerit votum. Inn. in c. scripturæ, de uoto.

Notandum tertio, quamuis quilibet istorum superiorũ, ut supra, qui possunt uota irritare, dederit facultatem emittendi aliqua uota, uel ab illis emissum cognouerit, & non statim irritauerit, nõ tamen ideo priuatur potestate illud irritandi. Verum est tamen quod si dederũt licentiam uouendi, non deberent irritare sine causa, quod autem nõ per hoc priuentur potestate irritandi, patet, quia non expresserunt se cedere iuri suo in ea re, sed dando licentiam solum id concesserant, quasi ad experiendum an hoc

uotum.

votum deberet sibi præiudicare. Vnde infero quod si dedissent hanc licentiam vere intendentes cedere iuri suo, non deberent nisi ex grauissima causa irritare tale votum, vel propter necessitatem suã, vel propter necessitatem eius qui vouet. Non potest tamen superior irritare votũ subiecti in quod prius consensit, nisi superueniat causa, modo quo supra, cap. puella. c. illud. 20. q. 2. c. noluit. 32. q. 5. subditi tamen non peccant non seruãtes vota perperam irritata. Gaiet. 2. 2. q. 88. art. 8. Silu. votum 4. q. 2. ver. 6. modo falsam causam non expresserint, & sic irritationem extorserint.

Notandum quarto, ad irritanda vota, communiter non requiri causam, ex accidenti vero requiri causam, quatenus votum, vel ibi gratia, emissum est de consensu superioris.

Notandum quinto, votum nisi irritetur quãdiu homo est subditus non posse amplius irritari, & semel irritatum non redire.

Vbi etiam quis directo coactus est ad vouendum castitatem, si contrauenit, etiã propria authoritate, nubendo, non peccat, cum tale votum non teneat, cap. 1. de his quæ vi, vt nec cum metu mortis adigitur ad voti transgressionem, peccat mortaliter, nisi id in ecclesiæ contemptum præciperetur, cap. sacris, de his quæ vi. Sot. lib. 7. quæst. 2. artic. 1. colum. 4. dummodo id alias nõ esset contra præceptum diuinum, quia non liceret etiam metu mortis cõtrauenire, secus si sit contra præceptam ecclesiæ, modo tamen quo supra, cum non sit probabile ecclesiam velle obligare cum tanto periculo. Sot. libro 1. de iust. q. 6. art. 4. prope fi.

20 Dispensare in votis q possint, quomodo & ex qua cã.

Sit secundum dictum. Dispensatio in voto fieri potest solum à prælatis ecclesiæ, & non ab alijs, nisi ex priuilegio concesso ab ipsis prælatis, potestas dispensandi, in omni voto, in ordine ad omnes Christianos est pœnes summũ Pontif. Roman. post pontificem potestas ordinaria dispensandi in votis, est pœnes Episcopos, Archiepiscopos, & alios maiores prælatos, qui dispensare possunt in ordine ad personas suæ diœcesis tantum in omnibus votis, exceptis quinque de iure antiquo, nempe perpetuę castitatis, religionis, peregrinationis ad D. Iacobum in Compostella, peregrinationis hierosolimitanæ, & peregrinationis ad limina Apostolorum, quibus additum est sextum votum peregrinationis, ad beatam virginem Lauretanam, in omnibus alijs Episcopus potest dispensare, & in voto castitatis temporalis.

Notandum primo, præter has personas, esse plerasque alias quæ ex priuilegio habent potestatem dispensandi in votis, & aliquę id possunt, non solũ in foro exteriori, sed etiam interiori: Aliæ quidem possunt, solum in foro interiori, tantum. Quæ autem sint istæ personæ, quæ vel in interiori foro tantum, vel etiam in exteriori dispensare possint, cognosci potest ex eorum priuilegijs, præcipuè vero, vt plurimum Legati Sedis Apostolicæ, qui solent habere amplissimam potestatem dispensandi in vtroque foro, sic etiam plerique Nuntij Apostolici, & multi prælati religionum habent potestatem dispensandi cum suis religiosis, etiam in voto castitatis, & religionis, ita vt dimittendo illos à religione ex aliqua causa vel etiam non admittendo illos ad religionem, quam vouerunt, possent eos liberare ab obligatione illius voti, & prout supra, de hoc est dictum.

Nonnullę religiones habent hoc priuilegium, vt sacerdotes religiosi omnes expositi ad audiendas confessiones, possint à suis superioribus habilitari ad dispensandum in aliquibus votis, vel ad ea commutanda, cui priuilegio, nisi à summis pontificibus, vel Concilijs derogatum sit standum est, cum priuilegijs à Papa concessis non censeatur derogatum, nisi subijciatur clausula, non obstantibus & c. argum. capitulo 2. de Constitut. in 6.

Notandum secundo, ad hoc quod dispensatio non solum sit valida, sed etiam licita tam ex parte dispensantis, quam ex parte dispensari, requiri aliquam causam rationabilem propter quã dispensentur, ita vt & dispensans sine causa in voto grauiter peccat, dispensatus vero in voto sine causa non est a-

adeo tutus in conscientia, quia valde probabilis est opinio illorum Doctorum, quam referam infra tractando de dispensatione iuramenti, qui dicunt dispensationem in obligatione illarum rerum, quæ sunt de iure diuino necessario requirere causam alioqui esse inualidam, licet in ijs quæ sunt de iure humano dispensatio sine causa valida sit, At obligatio voti de iure diuino est non secus, ac etiam obligatio iuraměti, ergo.

Sit tertium dictum. Quicunque habent potestatem dispensandi in votis, habent etiam potestatem commutandi, & eodem modo possunt commutare, sicut dispensare, & circa eadem vota, & circa easdem personas.

Hoc autem non conuertitur, quia non quisquis habens potestatem commutandi habet potestatem dispensandi, propterea quod dispensare est quid maius quam commutare, cum per dispensationē omnino tollatur voti obligatio, & nulla noua obligatio eius loco constituatur, in commutatione vero non simpliciter tollitur obligatio, sed vna obligatio, in alteram commutatur, vnde licet tollatur tota obligatio, quæ erat ad hanc determinatam rem, vt nihil eius remaneat, tamen non simpliciter, tollitur, sed commutatur cum alia noua obligatione quæ prius non erat.

Notandum primo, commutationem voti fieri posse, vel in aliud æquiualens opus vel in aliquod maius, & perfectius, vel in minus, & deterius, Ad commutandum votum in aliquod opus maius, quando euidens est illud opus esse maius, probabilissima est sententia Theologorum non requiri publicam authoritatem, sed posse vnumquemque propria, & priuata authoritate, commutare sua vota de qua dixi fusius in Commutatione iuramenti, Gaiet. 2.2.q.88. artic. 12. Sot. lib. 7. de iust. q. 4. artic. 3. Couar. de pact. 1. par. §. 3. nu. 4. Ver. 6. Doct. in capitu. licet, de pœnit. Hinc est quod omnia vota possunt commutari per ingressum religionis, & ipse ingressus religionis ad professionem absorbet omnia vota, vt recte docet D. Tho. in 2.2. q. 88. articu. 12, ita vt etiam anno probationis quis liberetur à votis nō solum personalibus, vt ieiunij, orationis, sed etiā fortè realibus, vt de eleemosina soluenda. Couar. loco cit. Cauendum est autem, ne homo decipiatur; vnde quotiescunque dubium est an opus in quod commutatur votum sit perfectius, semper requirenda est sententia superioris illius cuius est dispēsare, quod hoc opus sit melius. Ad commutandum votum inæquiualēs satis est potestas quam aliquis commutandi habet, etiam si non haberet potestatem dispensandi. Equiualens autem hoc loco, non ita strictè accipiendum est, vt accipitur in numeris ponderibus, & mensuris, quia difficillimum est in actibus humanis inueniri talem æquiualentiam, sed satis est æquiualentia quædam moralis, vel plus minusvè, & qui talem habent potestatem meo iudicio possent declinare in partem mitiorem imponendo opera paulo minora, sed non notabiliter minora, quamdiu enim non minuuntur notabiliter, sunt moraliter æquiualentia. Hoc totum desummendum est ad arbitrium boni viri, considerata qualitate personæ, loci, temporis, & aliarum circunstantiarum, capitulo primo, de voto. Gaiet. secunda secundæ quæstio. 88. articulo duodecimo, & idem si dubitatur an opus sit in melius redactum, sic enim requiritur authoritas superioris. Sot. libro septimo, quæstione quarta, articulo tertio. Iusta etiam causa commutandi vota castitatis potest esse magna fragilitas quam sentit vouens ad illa obseruanda, quæ tamen est potius dispensatio quàm commutatio. Nauar. capitulo 12. numero 78. Et si in iubileo conceditur facultas vota commutandi, vel in priuilegijs, magis pia voti commutatio fieri potest ar. capitulo. primo, de rescript. sic tamen vt eorum contentum diligenter obseruetur. Nauar. capit. 12. numero 81. quæ tamen priuilegia vota emissa ante iubilæi, vel priuilegij concessionem complectuntur, non post. Sot. libro 7. q. 4. artic. 3. colum. 4. secus in facultate concessa absoluendi à quibuscunque peccatis, quia extenditur etiam ad peccata post commissa.

Notan-

Notandum secundò, ad commutandũ votum in aliquod notabiliter minus satis probabile est nõ sufficere potestatem commutandi, sed requiri in commutante potestatem dispensandi, quia per cõmutationem in opus notabiliter minus non solùm commutatur votum, sed etiã relaxatur, cum enim hoc opus in quòd fit cõmutatio non æquiualeat operi commutato, palam est iam tolli partem operis commutanti, & partem alteram eiusdem operis commutari, ac tollere obligationem voti, vel in toto, vel in parte ꝙ dispensare est. Dices quando datur facultas commutandi, simpliciter traditur, & non arctatur ad hoc ꝙ fiat commutatio inæquiualens, ergo neq; nos arctare debemus. Resp. talem facultatem simpliciter traditam ex natura sua includere hanc limitationem: quia commutatio, vt cõmutatio est in re, includit quandã æquiualentiam in ijs quæ commutãtur. Vnde commutans votum debet pensare labores, impensas, orationes, & illas in æquales commutare, compensando labores cum laboribus, impensas itineris, ꝑter eas quas domi fecisset, cum alijs impensis, & sic de orationibus. Butr. in cap. magnæ. nu. 6. de voto. sic votum religionis commutari debet, vbi adest facultas in perpetuas orationes, & opera religionis, quibus vouẽs recolat votum religionis, & in peccatorum cõfessionem singulis mensibus faciendam, & Eucharistiæ sumptionem. Sotus lib. 7. q. 4. art. 3. & si quis vouit aliquid dare certæ ecclesiæ intuitu deuotionis, cum sic fiat Deo, tollitur per religionis ingressum, in æquale verò si fiat commutatio requiritur licentia episcopi, non tamen est necessarius consensus talis ecclesiæ. Nau. c. 12. n. 78. si tamen ecclesia sit malè recta, aliàs ꝓbabilius est, ꝙ̃ debeatur tali ecclesiæ, si causa probabilis non subsit, vel si vouens respexit vtilitatem ecclesiæ illius, & eo magis ante voti cõmutationem, illi debetur. Silue. votum. 4. q. 7. ver. 4. vel si fecit instrumẽtum illi ecclesiæ, vel promisit, aut donauit coram testibus, quia sic ei est ius quęsitum, aliàs si solius Dei intuitu fiat, potest ex causa alteri applicari. Lopez in instr. consc. 1. p. c. 49. ad fi.

Notandum etiam in votis post dispensationem obtentam nullã remanere obligationem, post autem obtẽtam commutationem licitum esse ipsi vouenti implere alterum, vel ipsum votum, quo se obstrinxerat, vel illud in ꝙ est votum commutatum, & hoc siue commutatio sit facta in rem maiorem, siue in æqualem, siue minorem, & ratio est, quia commutatio votorum inducta est fauore priuato ipsorum vouẽtium, cui fauori possunt cedere, præsertim quando fauor tendit in eorum damnum.

Aduertendum præterea pro clariori eorum quæ de dispensatione voti, intelligentia, dicuntur, ꝙ licet votum sit iuris diuini, Papa tamen ex causa iusta potest in eo dispensare vouentem ab eius vinculo absoluendo, quia licet votum sit de iure diuino, obligatio tamen ex voluntate humana prouenit, licet ex iure diuino sit executioni mandanda, & ideò quatenus ibi est actus humanus subijcitur Principi ecclesiæ; Vel, & melius, ꝙ licet votũ in communi, & generali obligatione sit iuris diuini, in particulari tamen Papa potest hunc vel illum eximere ab hac obligatione declarando eum non esse voti subiectum debitũ in illo casu, vel causam nõ subsistere, quæ in voto communi requiritur, aut circunstantias, in hoc casu particulari, qui & potest dispensare in voto solemni castitatis, etiã per votum religionis factum. Valentia disp. 6. q. 6. punct. 7. & refert Couar. Papam in pluribus casibus huiusmodi dispẽsasse in c. 2. de testam. S. Ant. in hist. 3. p. lib. 19. c. 6. & habetur per D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 11.

In voto verò dispensando requiritur spiritualis potestas. Sot. lib. 1. de iustit. q. vlt. art. 3. iuxta tamen limitationem potestatis cuiq; traditam, Papa .n. vt Christi Vicarius in omni voto potest dispensare, vbi .n. cadit dubitatio quid sit Deo acceptum, vel nõ pendet ex arbitrio Dei cui facta est promissio, & consequenter prælati qui est vice Dei, qui explicet in hoc hominibus diuinam voluntatem, vt & in alijs rebus; si .n. euidẽs sit quid melius sit, potest id mutari sine authoritate prælati, vt peregrinatio in ingressum religionis, ex cõmissione verò episcopi possunt 22

22 Dispẽsare in votis in speciali quis possit & qũo, & eius effectus, vel sit Papa, vel eps.

sunt dispensare, & commutare aliqua vota iuxta concessionem eis factam, & qui id habent ex priuilegio, vt cõfessarij regulares qui fruuntur priuilegio Mendicantium, qui possunt dispensare in omnibus votis in quibus possunt episcopi, excepto voto peregrinationis, vltra duas dietas. Valentia d. disput. 6. q. 6. punct. 7. qui episcopus potest dispensare in voto de non nubendo, & religionis in pœnã, & de non ludendo in pęnam religionis, ante eã incursam: vt ibi dicit. Vnde episcopus potest dispensare in omnibus votis in quibus specialiter non prohibetur, c. at si. §. 1. de iudic. vbi Doctor. Vetatur verò ei dispensatio voti religionis, & castitatis perpetuæ, peregrinationis Hierosolymitanæ cum non ex deuotione, sed in subsidium terræ sanctæ vouetur, Compostellæ, & Romanæ Ecclesiæ. cap. super his. c. de multa. de voto. & aliqui addunt peregrinationem sanctæ Mariæ Lauretanæ; Papa etiam solus dispensat in voto solemni continentiæ annexo ordini sacro ad matrimonium cõtrahendum. Io. Andr. in c. placet. de conu. coniug. & idẽ ex magna causa potest concedere monacho professo. Doct. in c. semel. in merc. vbi Franc. de reg. iur. in 6. gl. & Doct. in c. ad monasterium. de statu mon. Couar. in rubr. de testam. c. 2. nu. 10. & 11. & ẽt monacho testandi ex graui causa, vt in causam piam. Ioan. And. in d. reg. semel. Innoc. in d. c. cum ad monasterium; de qua re latius habetur tr. de Regularib. & de Statu Papæ, Generaliter tamen dispensatio fieri debet ex vera & legitima causa, & nõ tantum apparenti, aliter gl. in c. non est. de voto. d. sic dispensatum etiam per Papam nõ esse tutum, quò ad Deum. & gl. in cap. monachi. 17. q. 1. de qua re plenius agitur tr. de Legibus, sub cap. de Dispensatione. Sot. idem lib. 7. q. 4. art. vlt. Silu. iudex. 1. nu. 10. in fi. cum voti obligatio à iure diuino descendat, quam Papa absque causa tollere non potest, vt legem propriam, vel prædecessorũ. Abb. in d. c. non est. si tamen dispensatus iustam causam subesse arbitratur, ignorantia inuixa authoritati superioris eũ excusat. arg. cap. quid culpatur. 23. q. 5. D. Th. 2. 2. q. 88. art. 12. vbi tamen prælatus habet potestatem dominatiuã, vt in religiosos, & Papa in eosdem, potest pro libito ea irritare, vt supra.

Causæ verò dispensandi sunt multæ, & primò necessitas, vel maior vtilitas. c. tali. 1. q. 1. vel si timetur maius malum, vt in exemplo relato in c. quod scripsi. c. quædam lex. 35. q. 3. vel ob futurum bonum, vt quandoque dispensatur cum hæreticis, vt facilius ad ecclesiam reuertantur. c. ipsa pietas. 23. q. 4. vel ob multitudinem, & scandalum vitandum. c. vt constitueretur. 50. distin. In voto verò iustæ causæ dispensandi sunt, vt si materia voti sit illicita, vel ex voti impletione surgit malũ, vel si materia voti sit inutilis, vel si impeditur maius bonum, vt si concionator vouit ieiunare, nec ieiunando potest concionari, cum eo dispensari debet. D. Th. 2. 2. q. 188. art. 10. Silu. dispensatio. num. 3. Sot. lib. 7. de iust. q. 4. art. 2. & fi. & si clarum est prædicta posse contingere, nec haberi possit recursus ad superiorem, probabile est etiam de cõsilio tantum confessoris id concedi posse. Leuitas etiam in vouendo, imbecillitas vouentis ad exequendum q vouit, vt ad ieiunandum, vel peregrinandum, numerosa familia vouentis, quæ absentia domini damnum patitur in spiritualibus, vel tẽporalibus, necessitas, & vtilitas publica & priuata, iusta sunt causa dispensandi, & aliç huiusmodi, arbitrio prudẽtis superioris. Nau. cap. 12. nu. 76. & 77. Vel attendendum in dispensatione, vt id cedat in honorem Dei, & ecclesiæ vtilitatem. 2. Cor. 2. vt si aliquid, vt supra, obstet executioni voti iudicio superioris moraliter saltem certo, cum aliàs Deus non relaxet vinculum voti, nisi id expediat, & ideò nec prælatus eius locum tenens id sine eo agere non debet; In commutatione verò potest sequi vtilitas ecclesiæ, & honor Dei, etiam si causa nõ sit obstans executioni voti, cum per eam nõ tollatur vinculum voti, vt per dispensationem, sed in aliud id mutetur. Valentia loco cit. Leuitas etiam in vouendo est causa dispensandi, quando post redditur difficilis executio.

Episcopus verò dispensare & commutare potest votum continentiæ, vel casti-

tatis

tatis ad tempus seruandum, & etiã perpetuum simplex, si sit magnum periculum incontinentiæ, & Papa adiri nõ possit. Nau.c.12.nu.73. quod tamen vltimum mihi videtur nõ habere locum, cum per literas à sacra Pœnitentiaria huiusmodi licentia habeatur, & dispẽsatio occultè. Silu.dispensatio. q.4. & multo magis id potest episcopus, si non vt episcopus, sed vt commissarius Papæ, & ex eius specifica commissione dispensat. c. veniens. extra qui cler. vel vou. vt & in voto non nubendi, cum aliud sit vouere castitatem, aliud non contrahere matrimonium: vnde vouens non contrahere, fornicando non facit contra votum suum. Silue. votum.4.q.4.in fi. Sot.4.dist.38. q.2.art.1. concl.1.& in voto de nõ peccando in genere venialiter, vt supra. Nau.ibi nu.65. Et in prædictis dispensare possunt etiam qui iurisdictionem episcopalẽ, vel quasi habent, & prælati religiosorum, etiam priores conuentuales, & ministri in votis suorum religiosorũ irritare, & dispensare possunt. Abb.in c.1.de voto. nisi eorum subditi sint seculares, quia eorũ vota, absque priuilegio sedis Apostolicæ, irritare vel circa ea dispensare nõ possunt; & vbi adest causa obstans executioni voti, non tenetur prælatus commutare, sed simpliciter tollere vinculum voti per dispẽsationem, & si pro parte causa obstet executioni, datur tunc dispensatio partim, & partim cõmutatio, & vbi obstat executio, oportet vt impediat maius bonum, quàm opus promissum, & executio operis, secus in commutatione. Valentia loco citat.

23 Votum interpretari qd sit, ad quem spectet, & quomodo

Datur quandoque & voti interpretatio, scilicet declarare in illo, & illo casu locum non habere votũ, vel ad illum casum non extendi, quia illius impletio sit iuri naturali contraria, vt dispensatio attendit tantum, quod votũ sit inutile, vel maioris boni impeditiuum, ideò eximit in casu illo, comprehensum alioqui in voto ratione prædicta, potest verò votum quandoque ipse vouens interpretari, vt si vouit quadam die non comedere carnes, & tanta sit aliarum rerum inopia, vt sola caro adsit, illa pro tunc ad vitam sustentandam vesci licebit, arg. c. licet, de pœnit.& remiss. cap. fi. de obs. ieiu. sed si illarum esus præbeat tantum aliquod impedimentum ad bonum, cadit ibi dispensatio, & requiritur authoritas superioris. Sic si quis dubitat an vouerit vel non, vel tunc habuerit vsum rationis, poterit in dubio existimare se non vouisse, vel vsum rationis non habuisse. Sotus d. lib.7.q.5.art.2. col.2. Bart.Med.lib.1.c.14.§.7. Et vbi votum est commutatum, adhuc non prohibetur quis illud in propria forma exequi, cum sic promissum omnino præstetur.

24 Voti abrogatio, & ab eo cessare quid sit, & ad quem spectet.

Datur demum voti abrogatio, & ab eo cessatio. Abrogare votum est id postquam vim habuit, in totum tollere, per dispensationem, vel interpretationẽ, vt supra, cessare à voto, est post id impletũ quiescere, vel si occasio ob quã quis vouit, sit sublata. Et licet ex prædictis, casus quicunq; emergentes decidi possint, tamen si quis in speciali plures videre velit, videat Scarfellã plures cumulantẽ.

De materia Iuramenti tractabimus in Expositione Decalogi, vbi & sermo habebitur de Adiuratione.

SVMMARIVM.

1 Sanctitas, & sanctus quid significet.
2 Sanctus, & beatus, vt differant.
3 Sancti debent esse canonizati ab ecclesia, vt tales dicantur.
4 Canonizatio quid sit, & eius effectus.
5 Canonizatio sanctorum vtilis est.
6 Canonizare sanctos ad quem solum pertineat.
7 Canonizari quis possit.
8 Canonizatio qua forma fiat.
9 non Canonizatũ an liceat inuocare.
10 Sancti sunt venerandi, & quomodo.
11 Sancti sunt inuocandi.
12 Sancti vtiliter inuocantur, cum multis exemplis, & miraculis, maximè inuocando beatam Virginem.
13 Sanctorum festa celebranda sunt, & quomodo, ac quare.
14 Martyres colere cultu dilectionis, & societatis debemus.
15 Sanctis piè templa erigũtur, & quõ.
16 Sanctis vota aliquo modo possunt nuncupari.

San-

17 Sanctorum reliquiæ conuenienter asseruantur, & in veneratione habentur, ꝙ & miraculis probatur.

18 Sanctorum imagines religiosè coluntur, cum miraculis circa id, & quomodo.

De cultu Sanctorum. Cap. XC.

1 Sanctitas & sanctꝰ, quid significent.

Notandum, ꝙ sanctitas idem significat, ꝙ munditiem, & firmitatem. Vnde apud veteres sancta dicebantur, quæ legibus erant munita, vt violari non liceret. l. sacra. § propriè. ff. de rer. diu. vel sanctus ad munditiem pertinet quasi sanguine tinctus, quia olim qui volebant purificari sanguine hostiæ tingebantur: vt dicit Isid. lib. 10. etimol. c. incip. sapiens. & ex vtroq; quæ diuino cultui applicantur sancta dicuntur, non solùm homines, sed etiam templa, & vasa, &c. & munditia ad sanctitatem requiritur, nam mens humana inquinatur ex hoc ꝙ rebus inferioribus côiungitur, vt & quælibet res ex mixtione peioris sordescit, vt argẽtum ex mixtione plumbi, oportet autem ꝙ res ab inferioribus rebus abstrahatur, ut Deo côiungi, qui est res suprema, possit. Heb. pen. requiritur etiam ad eam ut mens Deo applicetur, applicatur enim ei sicut ultimo fini, & primo principio, huiusmodi uerò oportet esse maximè immobilia. Rom. 8. certus sum, ꝙ neq; mors, neq, uita separabit me à charitate Dei, & ita sanctitas est per quam mẽs hominis seipsam, & suos actus totaliter applicat Deo, ut dicit Victor. 3. dist. D. Th. 2. 2. q. de relig. art. vlt. vel sanctum dr̃ à sagminibus. l. sanctũ. ff. de rer. diui. sunt enim sagmina herbæ quædam, quas legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos uiolaret, ut ibi dicit glo. qui legati ideò dicuntur sancti. l. fi. in princ. ff. de legib. quia ab iniurijs hominum sunt tuti, ut & alia sancta. l. sanctio legum. ff. de pœnis. de quo etiam agit Dion. c. 12. de diu. nom. prior tamẽ expositio est aptior.

2 Sãctus, & & beatus, ut differãt

Secundò, notandum, ꝙ differunt, quò ad nos, beatus & sanctus, beatus enim dicitur cuius nec dies mortis, nec officium in eius memoriam celebratur, nec ei ecclesia dedicatur, sanctus uerò nõ dicitur nisi præcedẽte canonizatione ab ecclesia inducta, quandoq; tamen canonizati dicuntur beati. c. tibi. 22. dist. cap. non nos. 40. dist. unde omnes sancti sunt beati, & dicuntur, sed non è contra. His ita not.

Prima sit conclusio. Sancti ut sic dicãtur, debent ab ecclesia canonizari, est autem canonizatio publicum ecclesiæ testimonium de uera sanctitate, & gloria hominis iam defuncti, & simul iudicium, ac sententia qua decernuntur illis honores illi, qui debẽtur ijs qui cum Deo fœliciter regnant, qui honores in pluribus cõstituuntur: primò enim ij in Catalogo Sanctorum inscribuntur, per quod iubetur, ut ab omnibus publicè habeantur & dicantur sancti. Secundò, inuocantur in publicis ecclesiæ precibus: tertiò, tẽpla, & altaria in eorum memoriam dicãtur Deo; quartò, sacrificium Missæ, & horæ canonicę in eorum honorẽ publicè Deo offeruntur; quintò, dies festi in eorũ memoriam celebrantur; sextò, pinguntur eorum imagines addito quodam lumine in signum gloriæ, quàm in cœlis habent; septimò, eorum reliquiæ, uasculis pretiosis includuntur, & publicè honorantur. 3 Sancti debẽt esse canonizati ab ecclesia, ut tales dicant 4 Canonizatio qd sit, & eius effectus.

Et utile est sanctos canonizari, quia Deus uoluit scriptores sacros memoriã celebrare eorum qui sanctè uixere. Eccles. 44. cum seq. ubi fit mentio Henoch, Noe, Abraham, & aliorũ, & sanctus Lucas in actis meminit sancti Stephani, Iacobi maioris, Petri, Pauli, Silæ, & aliorũ: vnde credibile est Deũ uelle, vt id deinceps fiat; præterea debemus colere sanctos. Eccl. 44. at id agi non potest nisi in speciali sciat qui sint ij. Vlterius ij sunt exempla virtutum, quos imitemur, at id agi non potest nisi sciatur qui sint: vt dicit Bellar. de sanct. beat. lib. 1. c. 7. 5 Canonizatio sanctorum utilis est.

Canonizatio autem sanctorum ad solum summum Pontificem spectat, cum sine eius approbatione nullus pro sancto coli possit. c. 1. & 2. cap. audiuimus. c. cum ex eo. extra de reliq. & uene. sanct. c. uenerabili. de testib. ubi Imola. Idem Imola, & Abb. in c. fi. de fer. Host. in summa 6 Canonizare sanctos ad quẽ solum pertineat.

ma de reliqu. vbi Imola dicit hanc esse communem opin. Tur.cr.in c.1.de cens. dist.3. D.Th.tr.contra errores græcorū. c.71. S.Anton. 2.p.tit.22.c.5.§.5. Ratione probatur, nam vt ad Papā spectat proponere toti ecclesiæ quid sit credēdum, & agendum, & declarare qui sint hæretici, ita ad eum spectat declarare qui sint sancti, alias rationes ad idem allegat gl. in c.vnico. de reliq.in 6. & ibi Io. Andr. & alias Turre cr.in d.c.1.

Et credendum est ecclesiam non errare in sanctorum canonizatione, cum insania sit disputare an sit faciendū quod tota facit ecclesia: vt d. Aug.ep.118. & Bern.ep.174. cū iniuriam faciat martyri qui orat pro martyre, vt inquit August. serm.17.de verbis Ap. quod est etiam intelligendum de omnibus sanctis canonizatis.c.cum Marthæ.de celebr.Miss.& sancti non canonizentur, nisi claruerint miraculis, quæ eorum sanctitatem testent, & indicantur ieiunia, & preces, & res exactissimè discutiatur, ideò non est credendum Sp.S. permittere ecclesiam decipi in tanto negotio, vbi de fide agitur, vt docet D.Th.quodl.9. Silu.verb.canonizatio.& dixi Tom.I. tr.de Rom.Pont.

7 Canonizari qs possit.

Ad hoc verò vt quis pro sancto possit canonizari, duo requiruntur, sanctitas vitæ præteritæ, & quod Deus in eius vita, vel morte operatus fuerit miracula, & circa vitam quærēdum est maximè de simplicitate, castitate, & humilitate. Lac.4. & an in vita sit passus persecutiones, & an passus ex charitate.c.fi.ibid.Doct.in c.1. extra de reliq. & in c.vnico. eod.in 6. & si sit confessor, an fuerit natura prudēs, docilis, temperatus, vita castus, sobrius, suis negotijs semper cauens, humilis, affabilis, misericors, in lege Domini instructus, in scripturarū sensibus acutus, in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia fidei documenta simplicibus afferens. c.qui episcopus.23.dist.c.fi.50.dist. In martyribus verò non fit tanta examinatio, sed maximè de miraculis, & causa ob quam passi sunt. Host.in summa de reliq. ver. & sic secundò requiritur miraculum, ad quod requiritur, vt sit ex Deo, non arte vel diabolo, supra naturā, & ad corroborationē fidei inducat.

Quo porrò ad modum, & formam canonizandi, nonnulla seruari solent, vt dicunt Doct.in d.cap.1.extra de reliq. primò, quod aliquæ personæ honestæ denuncient factum Papæ, & instent pro canonizatione sancti, idq; non semel, sed pluries: secundò, vbi instantia perseuerat, fama, & miraculorum cōtinuatio, solet Papa id proponere Cardinalibus, & aliquibus prælatis loci sancti incontaminatis mandare, vt inquirant de vita, fama, & miraculis, & rescribāt; tertiò, si talia scribunt, vt videatur probabiliter inquirendum super hoc, diffinit Papa cum fratrū consilio an inquisitio sit committenda, vel non. Quartò, si diffinitur, quod inquiratur iterum rescribit eisdem vel alijs, vt denuò inquirant de vita, fama, & miraculis cum interrogatorijs, quæ in Bulla transmissa continentur, & quod inuenerint remittant sub sigillis suis clausum.c.venerabili.de testib. Quintò, quod remissa inquisitione, examinatio committatur in curia aliquibus capellanis, vel alijs personis authenticis, qui forment rubricas. Sextò, quod dictæ rubricæ diligenter examinentur per Papam & Cardinales, & an videantur probata talia ob quæ canonizatio sit facienda. Septimò, quod si Papæ videtur canonizationem fiendā, id secretè diffinit inter fratres. Octauò, quod adunatis episcopis qui sunt in curia referat publicè in Concistorio, quæ sunt facta, & requirat consensum prælatorum.c.Anastasius.vbi gl.Gem.& Card.19.dist. Nonò, quod assignatur dies in quo omnes conueniunt ad certam ecclesiam tapetis stratam, in qua accenduntur multi cerei, & Papa sermonem habet recitans probata, & inducens omnes ad orādum ne Deus permittat eum errare in hoc negotio. Decimò, flexis genibus fit oratio, & canitur hymnus: Veni creator spiritus, & c. vel alius. Vndecimò, finita oratione, Papa surgit, illum de quo agitur definiens sanctum esse, & sanctorū Catalogo adscribi, & eius festum tali die colendum. Duodecimò, canitur hymnus. Te Deū. & Papa solēniter celebrat Missam in honorem talis sancti. Qui tamen ordo ad vnguem semper non seruatur, maximè in martyribus: vt d. Io. And.in d.c.vnico.

8 Canonizatio qua formasiat

Dicit-

9 Dicit etiam Bellar. d.lib.1.c.10. licere non canonizatum credere, & vocare sanctum, non tamen publicè sic prædicandum, & inuocare etiam non canonizatum alijs quoque audientibus, vt fecit Hier. in vita Paulæ. nō tamen in eius honorem, vel memoriam sacrificium offerre, nec templa, aut altaria ei dicare, nec eius festum celebrare, licet in eius natali liceat lætari, vt fecit Cassia. coll.9.c.1. nec eius imaginē in templo ponere, vel eius reliquias publicè colere, priuatè tamen hæc duo licere, vt ibi dicit.

Non canonizatū an liceat inuocare.

10 Secunda conclusio. Sancti sunt venerandi honore minori diuino, & maiori merè ciuili, & humano; probatur 1. Paral.28. & Ps.131. & Gen.18. vbi Abrahā pronus in terram angelum adorauit, q̄ fecit & Loth. Gen.19. & Balaam. Num. 22. & Iosue adorauit virum stātem euaginato gladio. Iosue 5. & Saul adorat animam Samuelis sibi apparentem. 1. Regum 28. & filij prophetarum audientes spiritum Dei requieuisse super Samuel adorauerunt eum. 4. Reg.2. & Nabuchodonosor adorat Danielem. Dan.2.

Sācti sunt venerādi, & q̄uo.

Idē asserunt sancti Patres Iust. apol.2. vbi dicit, se sanctos colere, & idē habet Orig.3. homil.3. in diuersos. Athan. lib. de virgin. ad fi. dicit: si homo iustus ædes tuas intrauerit, cum timore & tremore occurrens illi, adorabis humi ad pedes illius. Bas. orat. in S. Mamātem. dicit: honor quem bonis seruis exhibemus, beneuolentiæ erga communem dominum significationem de se præbet. Naz. orat. prima in Iul. Niss. orat. in Theodorum martyrem. Chris. hom. de sanctis Iuuentino, & Maximo. Damasc. de fide. lib.4. c.16. Honorare decet sanctos, vt amicos Christi, vt filios & hæredes Dei. Tertul. lib. de corona milit. Cipr. lib.4. ep.5. Ambro. serm.6. in fi. Hier. ep. ad Riparium, dicit: honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad dominū, & in vita Paulæ: vale ô Paula, & cultorem tuum orationibus iuua. Greg. lib.3. dialog. cap.24. Ratione probatur, nam si honor ciuilis debetur virtuti ciuili, sapientiæ, potētię, & nobilitati, ergo honor plusquam ciuilis debetur virtuti supernaturali, quæ est in sanctis qui peccare non possunt.

Tertia conclusio. Sancti sunt inuocandi, non, vt authores, nobis gratiam, gloriam, vel alia media ad beatitudinē concedant, quia id solus Deus concedit. Ps. 83. Aug. lib.8. ciuit. c. vlt. lib.22. cap.10. Theod. lib.8. ad Græcos. sed vt Dei amici, & intercessores pro nobis orēt, & per Christum impetrent. Coloss.1. 1. Ioan.2. Christus est enim os per quod patri loquimur: vt dicit Ambr. lib. de Isaac. c.8. Aug. in Ps.108. q̄ verò sancti orent pro nobis; probatur Iere.15. si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. 2. Mach. vlt. vbi Iudas in visione vidit Oniam, & Ieremiā iam mortuos orare pro populo. Apoc.5. 2. Petri 1. Lucæ 16. qui etiam in speciali orāt pro nobis. Tob.12. Zach.1. Apoc.8. Dan.10. Psal.90. & Matt.18. 11

Sancti sūt inuocādi, & q̄uo.

Ex Patribus Naz. orat. in Cipr. tu ab alto nos respice, nostrumq́; sermonem, ac vitam dirige, & sanctum ouile hoc pasce. Ambro. lib.8. in Lucam. Leo serm.2. de anniuer. suę assumpt. Theod. lib.8. ad Græcos. Cipr. lib.1. ep.1. Hier. lib. contra Vigil. Aug. lib.7. de Bapt. contra Donat. q̄ & ex apparitionibus sanctorum, qui dixere se orare pro nobis etiam in particulari; probatur, de quibus Basil. orat. de S. Mamante. August. lib. de cura pro mort. c.16. Naz. orat.1. in Iul. Niss. in vita Greg. Neocæs. Theod. lib.9. hist. c.24. Ambr. serm.50. Sulpitius in vita S. Martini, & alij multi.

Quarta conclusio. Sancti homines, & Angeli piè, & vtiliter à viuentibus inuocātur. Gen.48. vbi Iacob dixit, Angelus, qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis. Iob 5. voca si quis est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorū conuertere. Exo.32. Recordare Domine Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorū. 1. Reg.7. ne cesses clamare pro nobis ad Dominum, de Samuele dicitur; Iob vlt. ite ad seruum meum Iob, ille orabit pro vobis. Roman.15. Obsecro vos fratres, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum. & Eph.6. 1. Thessal.5. 2. Thess.3. Col.4. Hebr.13. 12

Sancti vtiliter inuocantur, cū multis exemplis, & miraculis circa id maximè inuocādo B. Virg.

Ex Concilijs, Calced. act.11. Flauianus post mortem viuit, pro nobis oret. 6. sinod. c.7. 7. sinod. act.6. Concil. Gerunden.

den.c.3. Aurelian.I.c.29. Mogunt.c.33. Tolet.V.c.1. & VI.c.2. Bracar.II.cap.9. ex quo etiam Gregorius I. Litanias instituit: vt dicit Strabo.cap.28.

Ex Patribus Dion.cap.7.eccle.hierar. Iren.lib.5. Athan.serm.in Euang.de sanctissima Deipara: Inclina autem tuam (Maria) ad preces nostras, & ne oblniscaris populi tui. & infra; ad te clamamus, recordare nostri sanctissima Virgo: & infra; intercede, hæra & dña, & regina, & mater Dei pro nobis. Bas. orat. in quadraginta mart. qui aliqua præmitur angustia ad hos cõfugiat, qui rursum lætatur, hos oret, ille vt à malis liberetur, hic vt duret in rebus lætis. Naz. orat. in Ath. in fi: Tu autem è superius propitius nos respice, & populum hunc sanctum dirige, & nos in pace quidem foue, & compasce, in certamine autem dirige, & suscipe. Chris. hom.66.ad pop. Niss. orat. in S. Theodorum circa finẽ. Cirill. cath 5. mistag. Damasc. lib.4.c.16. Hilar. in Ps. 129. Ambr. lib. de viduis post med. obseruandi sunt Angeli qui nobis ad præsidiũ dati sunt, martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quodã corporis pignore patrocinium vẽdicare. Hier. in epit. Paulæ. Vale ò Paula, & cultoris tui vltimam senectutem orationibus iuua. Aug.tr.84. in Ioan. Greg. lib.2. dial.c.vlt.

Idem probatur ex miraculis D. enim Bernardo panes benedicente, multi ægri gustato illo pane conualuere, vt habetur lib.3. vitæ eius.c.5. & cũ Andræas Chius cælibatum vouisset, vt à morbo quodam liberaretur à Turcis captus, & coactus fidem abiurare, vel morte ei proposita, Beatam Virg: inuocans est liberatus: vt dicit Trapezuntius in vita eius, apud Surium Tomo VII & beatus Damascenus, cui manus est iniustè amputata, eandem à Beata Virgine accepit restitutam: vt dicit Ioannes Patr. in eius vita. & cũ Teophilus per singrapham se diabolo dedisset, Beatam Virginem inuocans, eandem singrapham populo spectante restitutam accepit, vt dicit S. Ant. 4.p.tit.15. & Maria Aegyptiaca meretrix Beatam Virginem inuocans, conuersa est, & sanctè vixit in heremo. & S. Rupertus ingenio tardus Beatam Virginem inuocans, acutissimus est effectus: vt dicit Tritemius; & Iustina ad Beatam Virginẽ confugiens ab amore illicito Cypriani, & Magia eius est liberata, & Dux Heraclij Imperatoris Beatam Virginem inuocãs, parua manu multos hostes deuicit: vt dicit Paulus Diac. in hist. Longob.

13 Quinta conclusio. Festa sanctorum celebranda sunt in Dei honorẽ præcipuè, & etiam in ipsorum sanctorum honorẽ: primò, quia hic honor sanctis, vt Dei amicis debetur, vt ait Aug. lib.8. ciu.c.27. honoramus martyrum memorias, tanquam sanctorum hominum Dei, &c. vt ea celebritate Deo vero de illorum victoria gratias agamus. & lib.20. con. Faust. cap.21. populus Christianus memoriam martyrum religiosa celebritate concelebrat. & Bas. honor in bonos à conseruis collatus beneuolentiæ significationem apud communem dominum habet.

Sãctorum festa celebrãda sũt, & qũo, ac quare.

14 Secũdò, vt ex hoc amor noster erga laudem, & celebritatem sanctorum excitetur: vt dicit Aug.d.c.21. & Bas. homil. de quadraginta martyribus. & Naz. orat. in beatum Cipr. Tertiò, vt inde mens nostra excitetur ad sanctos imitandos: vt inquit Bas. hom. in Hordium martyrẽ. Chris. hom. in B Philogonium. Orig. homil.26. in Num.c.48. Quartò, vt orationibus sanctorum iuuemur. Aug.d.c.21. Orig. loco cit. Theod. de cur. Græc. affect. lib.8. Bas. de quadraginta martyribus. Quintò, vt eorum meritis consociemur: vt dicit Aug. d.cap: populus Christianus memorias martyrum religiosa celebritate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt eorum meritis consocietur, atque orationibus adiuuetur. & Bas. orat. de quadraginta martyr. Venerare martyres vt sine persecutione, sine igne, sine verberibus, ac tormẽtis eodem cum illis premio dignus habearis. & Naz. orat. de S. Cipr. aliorum sint certamina & victoriæ, mihi autem curæ sint coronæ: iuxta id 4. Reg. 19. Protegam vrbẽ hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruum meum.

Martyres colere cultu dilectionis, & societatis debemus.

Idem probatur ex vsu ecclesiæ, apud Clem. lib.8 ap. const. c.39. vbi iubet seruari festa Apostolorum, & Martyrum. & idem testatur morẽ esse Orig. hom. 3. in

in diuersos. Tert.lib. de corona militis. Cypr.lib.3.ep.6.lib.4.ep.5. Basil.orat.in Gordeum martyrem. Naz.orat.1.in Iuliam. Hier.in c.4.ad Gal. Chris.homil. 66.ad pop.Aug.in Ps.63.& 88.

Ex Concil.Cartag.III.can.47. Tolet. III.can.23. Lugdun.c.pronunciandum. de consecr.dist.3. vbi enumerantur festa seruanda. Mogunt.cap.36.

Ratione,nam dies festi instituũtur ad recolenda Dei beneficia:vt dicit August. lib.10.ciuit.c.4.sed magnum est Dei beneficiũ alicuius sancti, & maximè martyris beata consummatio, quia inde datur exemplum toti ecclesię fortitudinis, & nouus patronus acquiritur apud Deũ, & nouum gaudium ecclesiæ triumphanti acquiritur de accessione vnius ciuis,& perfectus tunc habetur triũphus de diabolo, & homines ad summam dignitatem assumuntur.

Quæ demum obseruari debeãt in formatione, pictione, aut sculptione sacrarum imaginum, ne quid irreligiosum, vel indecens emergat, videatur insignis liber Illustriss. D.mei Cardinalis Paleoti, qui de sacris Imaginibus inscribitur, qui hanc rem fusè,& excellentissimè tractat, de qua re,& Imaginum vsu præclarè agit Greg. Tolos. lib.12. de Republica.c.13.vbi & sub num.32. narrat plura miracula per imagines præstita, & beneficia hominibus largiri, vt faciebat serpens in deserto erectus,quia serpentibus morsos sanabat.Num.c.21. & mulier per contactum fimbriæ vestimẽti Christi sana est facta. Marci 5.& vmbra Petri Apostoli sanabat ægrotos. Act.5: vt & sæpè manus Pauli. Act.19.& imago Christi ad Abagarum Missa idem fecit: vt dicit Niceph.lib.2.hist.eccl.c.7.& per eãdem imaginem Edessa est defensa; & hostes pulsi,vt idem dicit lib.17.hist.eccl.c.16. In Sicilia imago sancti Philippi Apostoli in Processionibus delata, dæmones fugabat: vt dicit Thomas Phasellus de reb. Sic.lib.10.c.2.decad.1. In Anglia etiam filia Rugerij equitis cũ multis alijs antè imaginẽ beatæ Virginis, à dæmone diu vexata, est libera reddita: vt dicit Thomas Morus lib.1.dialog.c.16.& Liatharaudus Ticinen.lib.3. de rebus Europæ, cap.8.dicit:sanctorum imagines venerabiliter salutasse Pontificem in loculo positum; & cum Mauritius Imperator per orbem misisset, vt pro eo oraretur, ꝙ captiuos non redemisset, fertur imaginem Christi Domini respõdisse, eum fore saluandum, sed in hac vita pœnas dare debere:vt dicit Niceph.lib.18.hist.cap.42. Smyrnæ etiã in cupresso inuenta est imago exardens, vt in modum facis, quo in loco dicata est ecclesia Beatæ Virgini.

Sexta cõclusio. Congruè Deo templa dicantur, in memoriam sanctorum, & sacrificia Deo offeruntur in sanctorum memoriam, vt dixi tract. de Missa, sub cap.2. & 4.

Septima conclusio. Vota aliquo modo possunt sanctis nũcupari, vt patet ex Euseb.lib.13.præpar.euang.c.7. dicente: votaq; illis facimus tanquam viris sanctis. & Theod.lib.8.ad Gręcos.Greg.Turon. lib.2. hist. Franc.c.37. sic ꝙ votum simpliciter Deo fiat,licet promissio fiat sancto,vt & votum obedientiæ fit Deo, promissio tamen fiat prælato: vt dicit Diuus Thom.2.2.q.88.art.5. 15 Sãctis piè tẽpla eriguntur,& quomodo

Octaua conclusio. Reliquiæ sanctorũ conuenienter asseruantur, & in veneratione habẽtur;probatur Exo.13. vbi Moses abiturus cum populo ex Aegypto in Palæstinam, noluit ibi relinquere ossa Ioseph iamdudum mortui, sed ea transtulit in terram promissionis; secundò, ossa Helisæi cum mortuum tetigissent, eum ad vitam reuocarunt. 4.Reg.13. 16 Sanctis vota aliquo modo pñt nũcupari.

Ex Concil. probatur in Conc.Nic.II. act.3.vbi reliquiæ dicuntur fontes salutares quibus Deus multa beneficia hominibus præstat. & act.7. iubet clericũ deponi qui reliquias martyrum cõtemnit, & non vt romi sacram tractat. Gangren. can.vlt.Cartag.V.can.14. Bracaren.III. can.5.Epaũen.c.25. Mogunt.c.51. Lateranen.cap.62. 17 Sãctorum reliquiæ cõuenienter asseruantur, & in veneratione habentur, ꝙ & miraculis probat

Ex Patribus Athan. in vita S. Antonij. Bas.in Ps.115.Niss.orat.in Theod.mart. Naz.orat.1. in Iul. Chris. serm. de sanctis Iuuẽtino, & Maximo. Theod.lib.4. c.16.Amb.serm.93. de sanctis Nazario, & Celso. Gaud.tract.de dedic. Basilicæ. Hieron.lib. aduers.Vigil. Aug.ep.103. Greg.lib.5. ep. 50.

Idem probatur ex miraculis, vnde Epiphanius in vita Isaiç, Ezechielis, & Ieremiæ, dicit: coli solita eorum sepulchra ob multa beneficia quæ eorum meritis Deus inuisentibus conferebat, & Bas. orat. in Iul. dicit: cum reliquiæ sanctæ Iulitæ delatæ essent ad locum vbi aquæ penuria laborabant, mox erupisse fontem aquæ dulcissimæ. & Ambr. serm. de sanctis Geruasio, & Prothasio, dicit: cæcum nomine Seuerum fuisse sanatũ. & Hier. ep. ad Eustoch. de vita Paulæ, dicit: ad sepulchra Helisæi, Ioãnis Baptistæ, & Abdiæ rugire dæmones consueuisse. & Sulpitius in vita S. Martini, dicit: solo contactu vestis eius mulierem à fluxu sanguinis curatam. Quod probatur, & ex miraculis, quæ in corporibus sanctorũ apparuere. vnde Chris. de sanctis Iuuētino & Maximo, dicit: eorum vultus ita splendere cœpisse post mortem, vt non posset in eos intẽdi sine honore quodam. & Hier. in vita Hilarionis, dicit: eius corpus post decem menses omnino integrum extitisse, & odoribus miris fragrantẽ. & Aug. ser. 2. de S. Vincentio, dicit: corpus eius expositũ feris à coruo mirabiliter defensum, & in aquas proiectũ mergi non potuisse, & ex alijs miraculis, quæ refert Bellar. lib. 2. cap. 2. de cultu sanct.

18 Septima conclusio. Imagines sanctorũ sanctè, religiosè, & vtiliter habentur & coluntur, id prius aduertendo; imaginis nomen sumptum ab imitando, imago enim est vera rei similitudo, vt cum pingitur homo, &c. & differt ab idolo, quod est falsa similitudo repræsentans id quod re vera non est: vt dicit Orig. hom. 8. in Exod. & Theod. q. 38. in Exod.

Sanctorũ imagines religiosè colunt, cũ miraculis circa id, & quomodo

Quòd verò liceat imagines facere, & habere, probatur, nam Exo. 25. Deus iussit fieri imagines Cherubim super arcã. & Num. 21. serpentem æneum. & 3. Reg. 6. & 7. Cherubim, boues, & alia.

Et licet nõ sit tam certum in ecclesia, an sint pingendæ imagines Dei, vel Trinitatis, vt Christi hominis & Dei, & sanctorum, licet tñ pingere Deum patrem, in forma hominis senis, & Spiritum sanctum in forma columbæ: vt dicit Caiet. 3. p. q. 25. art. 3. Catharinus lib. de cultu imaginũ. Deus enim visus est corporee deambulans in paradiso. Gen. 3. Esa. c. 6. & Mich. 3. viderunt hominem sedentem in solio ad formam hominis regis. & Amos. c. 9. vidit dominũ stantem super altare. & Dan. c. 7. vidit eum sedentem in throno. quod comprobat & Aug. lib. 2. de Trin. c. 1. prçterea, & homo est imago Dei, imago hominis potest pingi, ergo & Dei; & idẽ probatur ex vsu ecclesiæ, quæ huiusmodi imagines vbiq; tolerat. & Conc. 7. act. 5. approbat imaginẽ Spiritus sancti in forma columbæ. & Conc. Trid. sess. 25. admittit imagines Dei, maximè in picturis historiarum.

Et quod imagines ritè habeãtur & in ecclesijs locẽtur, probatur ex vsu ecclesiæ. Vnde Tert. lib. de pudicitia, ante mediũ, dicit: in calicibus solitum pingi Christũ in forma pastoris ouem errantẽ suis humeris ad ouile reportantem. & Niceph. lib. 10. c. 30. Sozom. lib. 5. c. 20. dicit: statuam Christi, in templum à Christianis introductam, quã apud Paneadem fuerat. Idem probat de imaginibus sanctorum Naz. ep. 49. Damasus in vita Syluestri. 7. sinod. act. 6. Bas. orat. in S. Barlaam. Niss. orat. in Theodorum, in princ. Aug. lib. 3. de consensu euang. c. 10.

Idem probatur ex Conc. 7. sinod. per totum. 8. sin. c. 3. Rom. sub Greg. III.

Præterea nullũ ornamentũ sit melius in ecclesijs, quàm sacrarum imaginum, cum ecclesia sit vt terrestre cœlum: vt dicit Chris. hom. 33. in 1. ad Cor. ergo ibi poni debent imagines eorum qui sunt in cœlo. Vtile quoque id est ad charitatem erga Deum, & sanctos fouendam, & augendam, & ad eos imitãdos, & ad eos inuocandos in necessitatibus, & ad fidem conseruandam, cum imagines habeãtur pro libris his qui literas ignorãt, ex quibus ducuntur in diuinorum cognitionẽ, & sanctorum memoriam, vt & eorũ imitationem: vt dicit Greg. lib. 7. ep. ep. 109. & lib. 9. ep. 9. ad Seuerum. c. perlatum. de cons. dist. 3. idem Greg. c. 3. instit. Ruffin. lib. 2. hist. c. 29. cum imagines sint loco sensibilium intellectui in absentia sensibilium: vt d. Auerr. lib. 3. de anima. t. 39. c. 18. & etiam quia firmior est motus ex sensuali visiua imagine, & vehementior, ac diuturnior, quàm ex imagine effecta, &

& repræsentata per orationem: vt dicit Quint. lib. 5. c. 11. & lib. 1. de Inuent. vnde prætextæ etiam Caij Cæsaris cruentata prolata in publicum, populum Romanum in furorem egit: vt dicit Appia. lib. 2. bell. ciu. & ideò statuæ virorũ præclarorum in publico ponebantur, vt alij eos imitarentur: vt d. Dion. in Vlpio Traia.

Hæ porrò imagines Christi, & sanctorum rectè coluntur, nõ tamen vt in imaginibus collocetur fiducia, nec ab eis aliquid petatur, nec eis inesse credatur aliqua diuinitas, sed solùm honorantur ob eos quos nobis repræsentãt. ex Conc. Tr. sess. 25. Et quòd imagines sacræ sint honorãdæ; probatur Exo. 25. de Cherubim propitiatorij. Num. 21. de æneo serpẽte. Exod. eod. de Cherubim. Idem probatur Psal. 95. adorate scabellum pedum eius. Matt. 5. Exo. 3. & 12. Es. 11. 2. Tim. 3.

Ex Conc. 6. sino c. 82. vbi imagines dicũtur venerabiles. sin. Rom. 7. fin. act. 7. 8. sinod. act. vlt. Trid. sess. 25.

Ex Patribus, Bas. orat. in Iul. Chris. in liturgia. Amb. ser. 10. in Ps. 118. Aug. lib. 3. de Trin. c. 10. lib. 10. conf. c. 34. Dama. lib. 4. c. 17. Hier. in vita Paulæ.

Idem probatur ex miraculis, nam ex basi statuæ Christi apud Paneadem herba oriebatur, quæ omnes morbos pellebat: vt dicit Euseb. lib. 7. hist. c. 14. & ex alijs quæ deducunt Magdeburgenses centuria. 6. & sequentib. c. 13. apud Bellar. & Tolos. locis citat.

Quo verò cultus genere latriæ, hiperduliæ, vel duliciæ; imagines sint colẽdæ; dixi Tom. I. tr. de Christo; c. de Adorat. Bell. hic lib. 2. de cult. sanct. c. 20. cũ seq.

De vitijs oppositis religioni. De Superstitionibus, Idololatria, & Diuinationibus.

De hac re dixi prima Parte huius Summæ; post cap. Hæresis. de Fide, cap. 12. cum seq.

SVMMARIVM.

1 Tentare quot modis dicat, & vt hic.
2 Tentare Deum quot modis dicatur.
3 Tentare Deum, an & quando peccatum sit.
4 Tentatio Dei opponitur religioni.
5 Tentatio Dei, an sit grauior superstitione, & an, & quãdo sit peccatum mortale.

De Tentatione Dei. Cap. XCI.

Notandum, quòd tentare est experimentum sumere de tentato, verbis vel factis experiẽdo, an sciat, velit, vel possit aliquid, idq; vel apertè: vt fecit Sanson. Iud. 14. vel occultè, vt fecerunt Pharisæi tentãtes Christũ. Matt. 22. vel expressè cum experimentũ illud intenditur, vel interpretatiuè, vt si non intendatur experimentum, sed aliquid dicatur, vel agatur, quòd videatur ad nil aliud ordinari, quàm ad sumendũ experimentum. Ex his liquet hominem dicere tentare Deum, quãdo omissis his quæ facere potest ad pericula vitãda, explorat diuinam voluntatem, potestatem, vel sciẽtiam, respiciens solum diuinum auxiliũ, quasi de eius potestate, voluntate, & potentia volens sumere experimentũ, idq; vel expressè, verbis, cum in oratione aliquid petitur ad dictum experimentum, vel factis cum ea intentione aliquid fit, vel interpretatiuè, cũ non adest talis intentio, sed ex dictis vel factis videtur quòd ad id homo intendat. Et ita tentatio Dei est quædã irreligiositas, per quam ex dubitatione de aliqua perfectione diuina aliquid agitur experiendi causa, verum Deus habeat illam perfectionẽ, vel non: vt dicit hic Valentia. His ita not. — D. Tho. 2. 2. q. 97. — 1 Tentari quot modis dicat, & vt hic.

2 Prima sit propositio. Tentare Deum, quòd est de ipsius scientia, voluntate, potentia velle scire inquisitiuè, fit verbis & factis, apertè & occultè, expressè & interpretatiuè; probatur ex Aug. lib. 22. contra Faust. cap. 36. — Tentare Deũ quot modis dicatur.

Primum probatur, ex nomine tentationis supra exposito; secundũ probatur, nam qualitercunq; quis nititur experiri de Dei scientia, voluntate, vel potentia, is taliter tentat Deum, sed id fieri potest prædictis modis, nã verbis aliquis id facit dum à Deo ea intentione aliquid in ora-

oratione petit, vt prædicta experiatur factis quã per ea quæ facit explorat de eisdem, apertè cũ id profitetur, prout Sãson proposuit problema Philisteis eos tentãs. Iud. 14. Insidiosè, vt Iudæi qui Christum tentarunt. Matt. 22. Interpretatiuè, cum ex verbis vel factis id sequitur sine intentione, si tñ in necessitatibus homo se cõmittat diuino auxilio, non dr̃ Deum tentare. 1. Paral. 20. secus si sine vtilitate, vel necessitate. D. Th. q. 97. art. 1. in corp. & ad tertiũ. vt is qui sine ratione se committit periculo, experiẽs an Deus velit eum liberare. sic orans sine præparatione dr̃ veluti Deum tentare, quia Deus nõ promisit se talem exauditurum, quia sic videtur ordinari tñ ad experiendã Dei potẽtiam, an possit succurrere ẽt non bene orãti, & idem si orat pro temporalibus, nolens vti medijs necessarijs ad ea consequenda; vt & prohibetur purgatio ferri candentis, & aquæ bullientis ad se purgandum à crimine. c. 3. de purg. vulg. cũ id sit fiendum per testes, vel iuramentũ.

3 Tentare Deum, an & qñ peccatum sit.

Secunda propositio. Tentare Deum, si propriè sumatur est peccatum, non tamen omne experimentum de Deo sumptum, tentatio est; probatur Deut. 6. non tentabis Dominum Deum tuum.

Ratio, nam tentatio est experimentũ sumere, nullus verò experitur ad de quo certus est, ideò omnis tentatio ex aliqua ignorantia, vel dubitatione procedit, vel eius qui tentat, vel aliorũ, sed ignorare, vel dubitare de his quę pertinent ad Dei perfectionem est peccatũ; si verò experimẽtum sumatur de diuina perfectione, nõ vt is cognoscat, sed vt alijs id demonstret, non est tentare Deũ, cum subest necessitas, vel pia vtilitas, & alia quæ ad id debent concurrere, sic. n. Apostoli petierunt, vt in nomine Iesu miracula fierẽt. Act. 2. Et ita est mortale experiri velle Dei perfectionem ex dubitatione, quod prohibetur Deut. 6. est verò veniale si nõ est dubitatiõ expressa, sed tantũ tentatio materialis, & interpretatiua, nisi sit in re graui, vt in purgatione ferri cãdentis.

4 Tentatio Dei opponitur religioni.

Tertia propositio. Tentatio Dei opponitur religioni.

Ratio, nam finis religionis est Deo reuerentiã exhibere, vnde omnia illa quæ directè pertinent ad irreuerentiam Dei, opponũtur religioni, sed tẽtare aliquem ad irreuerentiam eius pertinet, quia nullus pręsumit eum tentare de cuius excellentia est certus, vnde tentare Deum est peccatum oppositũ religioni, & est semper peccatum; & dicitur etiam quasi interpretatiuè Deum tentare, qui se nõ pparat ad orationem accedens, quia sine reuerentia ad eum accedit petens. Et ita aliqua opponuntur virtuti religionis, cũ aliqua ęstimatione eius, & per excessum tñ procedens ad malas circunstantias; Irreligiositas opponitur ei quasi diuina vilipendens, & si idem Deus despicitur, fit per tentationem Dei, & periurium, si res diuinæ, & sacræ pertinentes ad diuinum cultum irreuerenter tractantur, id fit per sacrilegium, & simoniam: vt dicit Valentia de iust. disp. 6. q. 14. punct. 1.

Quarta propositio. Tentatio Dei non est grauius peccatum, quàm superstitio; probatur ex gl. Deut. 17.

Ratio, nam in peccatis oppositis religioni, id est grauius, ꝙ magis aduersatur diuinæ reuerẽtiæ sed minus aduersatur quod quis de diuina excellentia dubitet, quàm ꝙ contrarium per certitudinem sentiat, sed tentans dubitat tantũ, superstitiosus errorem protestatur, ergo. 5 Tentatio Dei an sit grauior superstitione, & an, & qñ sit peccatum mortale.

Tentare verò Deũ ex genere est peccatum mortale, ex imperfectione tamẽ actus est tantum veniale, vt dicit Caiet. hic, qui & circa hoc nonnulla scripturæ exempla examinat, & si quis in loco alto cõstitutus, habens scalam, vel habere valẽs, se mitteret deorsum, peccaret mortaliter, & qui nollet laborare vel mendicare, fidẽs ꝙ à Deo pasceretur sine cibo, vt Magdalena, peccaret mortaliter.

SVMMARIVM.

1 Periurium quid sit, & quàm graue peccatum.
2 ad Periurium falsitas requiritur.
3 Periurium est peccatum, & quando mortale.
4 Periurium quot modis fiat, & quando peccatum, & quale.
5 Periurium est peccatum mortale, & quando non.

6 Peieraturo iuramentum iniungere, an sit peccatum, & quale.

7 Periurij mala cũ pœnis ei inflictis, ex varijs legibus, & apud varias gentes.

De Periurio. Cap. XCII.

1 1.Tho.2.2.q.98. Periuriũ quid sit, & q graue peccatum

NOtandum, ꝙ periurium est mendacium iuramento firmatum, ꝙ duplex est, materiale, quãdo id ꝙ iuratur est falsum, & creditur verum: & formale, quando id ꝙ iuratur est falsum, vel creditur esse falsum, quæ differũt, nam formale semper est peccatum: materiale non semper, & est peccatum etiam si sit ioco dictum, & si iuramentũ est assertorium, incurritur periurium cũ actu iurat non postea: si verò sit promissoriũ, si non intendit iurans seruare promissum, tunc cum iurat incurrit periurium: si verò intendit, & cum potest, & debet, non seruat, incurrit periuriũ tũc; & cũ periurio non est aliquo pacto amicis iuuãdum: vt dicit Licurg. apud Stob. & habetur in c. faciat. quòd est Aug. 22. q. 3. & id sit graue peccatum. Prouer. 19. testis falsus non erit impunitus. c. abijt. 22. quæst. 1. His ita not.

2 ad Periurium falsitas requiritur.

Prima sit propositio. Falsitas requiritur ad periurium, cum sit mendacium cum iuramento.

Ratio, nã actus moralis ex fine speciẽ sortitur, finis verò iuramẽti est cõfirmatio dicti humani, cui cõfirmatio falsitas opponitur, nam per hoc cõfirmatur aliquod dictum, ꝙ ostenditur firmiter esse verum, ꝙ non potest contingere de eo ꝙ est falsum: vnde falsitas directè euacuat finem iuramenti, ideò malitia iuramẽti specificatur à falsitate, & dr̃ periuriũ, & sic falsitas est de ratione eius; qui verò iurat falsum putãs verũ, materialiter est falsus, formaliter verus, & ècõtra, & q̃a in quolibet ꝙ est formale est poti⁹, ideò magis peccat iurans verũ putãs falsum. D. Th. q. 98. art. 1. in corp. & ad vlt.

3 Periuriũ est peccatum, & quãdo mortale.

Secunda propositio. Omne periurium est peccatum; probatur ex Aug. serm. de verb. Apost. Iac. serm. 28. & 30.

Ratio, nam iurare est Deum testẽ inuocare, pertinet verò ad Dei irreuerentiam, ꝙ quis eum testẽ inuocet falsitatis, quia per id dat intelligere, vel ꝙ Deus veritatem nõ cognoscit, vel ꝙ falsitatẽ testificari velit, ideò est religioni cõtrariũ, cuius est reuerẽtiam Deo exhibere; & si quis iurat illicitum est periurus ob defectũ iustitiæ, sed non p̃stando nõ incurrit periuriũ, quia id non cadit sub iuramento, ꝙ si quis iuret non ingredi religionẽ, est periurus ob defectum iudicij, sed faciendo quod melius est, nõ est periurus, quia contrarium sub iuramento cadere non poterat; & si quis iurat se facturum voluntatem alterius, intelligitur si iusta sit. D. Th. d. q. in corp. & ad contr.

Tripliciter verò cõmittitur periuriũ: primò, si deest veritas, si secũdò iustitia, quia illicitũ iurãs tenetur contrariũ agere: tertiò, si indiscretè, & sine iudicio iurat, q̃a sic se exponit periculo falsitatis. Et iuramentum est mortale ex genere si falsitas ei iungitur sciẽter, et si iocosè id fiat, si id fiat animo assumẽdi veritatem infallibilem in testẽ, secus si iuretur per fidem humanã, in veritate, per istũ ignẽ, sine animo inuocandi Deum in testem. Quòd si iuratur falsum credendo verũ, si est adhibita debita diligentia non est peccatum. c. homines. 22. q. 5. si aliqua, sed nõ debita, veniale, si ignorantia fuit crassa vel supina iuris, vel facti, est mortale, si etiam iuratur vt certum ꝙ creditur dubium, est mortale; secus si dicatur credo ita esse. Quòd si iuramẽtũ sit promissorium, si quis iurat ꝙ non vult, vel non potest obseruare, peccat mortaliter, siue res quæ promittitur, sit licita, vel non, magna vel parua, vt & est mortale non implere promissionem de futuro iuramẽto firmatam, vel res sit magna, vel parua, totalis vel partialis; vt d. Valentia loco cit. vel si iuret illicitũ: si tamen credit falso se id posse, vel licere, si error sit probabilis, excusatur à mortali. Abb. in c. tua nos. de iureiur. Similiter est mortale cum quis credit se illicitè iurare, vel venire contra iuramentũ, nec facit quod debet. Abb. in c. quanto. eod. tit. quando verò iurans promissoriè dubitat an id sit seruaturus, est mortale, nisi dubium sit scrupulosum; & si periurator iurat falsũ in

4 Periuriũ quot modis fiat, & quãdo peccatum & quale.

in animam principalis vterq; est periurus in foro conscientiæ, licet in foro fori solus principalis. Siluest. periurium. sic peccat qui iurat sophisticè secũdùm intentionem suam, nõ secundùm mentem eius cum debitè iurat. D. Th. supr. q. 89. art. 7. ad quartum. c. veniens. de iureiur. Similiter iuramentum assertorium, cui deest veritas, est mortale. Nau. c. 12. n. 5. Valentia de iust. disput. 6. q. 7. punct. 5.

5 Periuriũ ex se est peccatum mortale, & quãdo; non.

Tertia propositio. Periurium est peccatum mortale, quia facit Deo irreuerẽtiam, & contemptus Dei ibi inest; & si quis coactus iurat est periurus, nisi id exequatur, potest tamen cum eo per Papam dispensari, si metus sit cadens in virum constantem; qui verò lapsu linguæ periurat, si id aduertit peccat mortaliter, aliàs non, & ratione scandali peccatum periurij fit grauius, vt si quis periuret per Euangelium Dei, magis quàm si per Deum simpliciter. D. Th. d. q. art. 3. in corp. & ad contraria, & periurium est maius peccatum secundùm se homicidio, licet hoc maius ratione nocumenti, aliquo modo dici possit.

6 Peieraturo iuramẽtum iniũgere an sit peccatum & quale.

Quarta propositio. Peccat quandoq; qui iuramentum iniũgit ei qui peierat, quandoque non.

Ratio, nam quis exigit iuramentum, vel pro seipso propria spontè, vel pro alio ex officio sibi cõmisso, si primo modo, vt persona priuata, si nescit eum iuraturum falsum, non peccat, est tamen humana tentatio, quòd si scit eum iuraturum falsum, cogens eum iurare, homicida dicitur. Si verò exigit iuramẽtum, vt persona publica iuxta ordinem iuris ad petitionem alterius, non videtur esse in culpa, quia is non exigit, sed is ad cuius instantiam id agit; etiam si sciat eum falsum iuraturum, non tamen licet inducere vt quis iuret per falsos Deos, licet tamen iuramentum à parato suscipere. D. Th. in corp. & ad quartum.

Pœna porrò periurij, si est assertoriũ solenniter est, ꝙ is est infamis, nõ autem in promissorio, & debet ei imponi magna pœnitentia. D Thom. hic art. 3. nec amplius admittitur ad testimonium. c. testimonium. de testib. & collatio beneficij ei facta est nulla. Abb. in c. quærelam. de iureiur. & tenetur ad damna parti illata, & quandoque ad reuocandum eius dictum, si prodesse valet, vt dixi tr. de Casib. reser. casu de Periurio, vel testimonio falso; vt si suo periurio aliquem in periculo mortis exposuit apud iudicem, tenetur id reuocare, si alia via ei non valet succurrere, vt ibi dixi.

De his etiam videnda quæ habentur tract. de Iuramento, & tr. de Teste.

7 Periurij mala, cũ pœnis ei inflictis ex varijs legibus, & apud varias gentes.

Iure quoque diuino periurium damnatur. Leuit. 19. nõ peierabis in nomine meo, ait Dñs. Malach. 3. ero testis velox maleficis, & periuris. 1. Tim. 1. quia in periurio violatur fides, & iuramentum; vt ait Cic. de arusp. resp. Zach. 5. Maledictio morabitur in domo iurantis in nomine meo mendaciter. ꝙ & ethnici probarũt; vnde Phocilides in admonitorio, dicit: Ne iusiurandum viola, nolens, volensve, nã Deus æternus periurum quẽlibet odit. Hesiodus in Teogonia. & Arist. Rhet. ad Alexand. & Plato. lib. 11 de Legib. nemo Deo inuocato mendacium dicat, aut decipiat, aut adulterari verbo, vel re quicquam audeat, nisi Deo velit odio esse. & Arist. lib. de mirabilibus auscult. dicit, In Sicilia adesse fontẽ in quo vbi assertio in tabella scribitur, si verum continet in summo natat, sin minus in imũ descẽdit, sed vanè; & Polemarchus periurus quoties noctu somnũ capeibat, à mustellis mordebatur, qui demũ mortem sibi cõsciuit: vt dicit Heracl. in Pauhitijs, & Politia Locrensium.

Iure verò canonico periuris pœnitẽtia imponitur, vt & pro fornicatione, adulterio, & homicidio. c. fin. 22. q. 1. & apud Indos periurus digitis decurtatur. Ioan. Bohemus lib. 2. morum oĩum gentium. c. 8. ꝙ & in Germania seruatur, ex Constit. Caroli V. art. 107 apud Aegyptios verò capite plectebat. Bohemus lib. 1. c. 1.

SVMMARIVM.

1 Sacrilegiũ qd sit, & quot modis fiat.
2 Sacrilegij diffinitio:
3 Sacrilegium est peccatum speciale.
4 Sacrilegium, vt distinguatur.
5 Sacrilegij mala, & pœnæ apud varias gentes, & ex varijs legibus.

De Sacrilegio. Cap. XCIII.

D.Tho.2.2.q.99.

1 sacrilegiũ quid sit,& quot modis fiat.

NOtandum, ꝙ Sacrilegium est violatio rei sacræ, irreuerentia, vel læsio, quasi sacrilædium, vt d.gl.in c.sacrilegium.17.q.4 accipiendo læsionem pro quacunq; irreuerentia ei facta, cum eo ꝙ sacra est debetur ei reuerentia. Dicitur verò res sacra, quæ ad diuinum cultũ, vel vsum est deputata aliqua lege diuina, vel humana, quæ in triplici est differẽtia, vel enim personæ, vel loca, vasa, bona, & huiusmodi diuino cultui dicantur, & ideò cuicunque horũ fiat iniuria, vel irreuerentia, Dicitur sacrilegium, quòd tunc fit, quando fit contra id ad ꝙ est specialiter res dedicata; Vnde si clericus percutiatur, vel à seculari iudice puniatur, vel si is fornicetur, sacrilegium committit, nõ autem si blasphemet, & similiter si votum personale violetur; similiter si loco sacro iniuria fiat, vt si eo confugiens inuitus extrahatur, quo casu tenetur iudex eum restituere, & resarcire damnum ei illatum. Valentia disput.6.de iustit.q.15.punct.1.de qua re latè dixi tr.de Sacram.cap.de Immunit.eccles. nisi in casibus exceptis, de quibus ibi, vel sanguine humano vè semine violetur, vel aliquid inde furto subtrahatur, etiam si non sit ecclesiæ, vel sacrum de non sacro, vel excõmunicatus ibi sepeliatur, sacrilegium committitur, tertiò, cum fit iniuria rebus sacris, inter quæ summum locũ tenet violatio sacramentorum, & præcipuè Eucharistiæ, tũ vasorum consecratorum ad susceptionẽ sacramentorum, & imaginũ, ac reliquiarum sanctorum, in quibus sancti honorantur, & si in ijs sit abusus, dehonorantur quò ad lædentes, cum per se sint beati incapaces iniuriarum. Tum si lædãtur vel auferantur, quæ pertinent ad ornatũ ecclesiæ, & ministrorũ, deinde ordinata ad sustẽtationem ministrorum mobilia, & immobilia.c.sacrilegium.c.qui rapit. c.quisquis.17.q.4.Abb.in c.cæterum. de iud. secundùm tamen leges nõ est sacrilegium si nõ sacrum auferatur de sacro, vel sacrum de non sacro, in quo tamẽ est standum iuri canonico, etiam in statutis laicorum punientibus sacrilegos: vt dicit Silu.sacrilegium. §.2.& 3. & alij ẽt sunt modi quibus committitur sacrilegiũ, de quibus Silu.loco cit.d.etiã si bona patrimonalia clericorũ grauentur, esse sacrilegium, vel si dies solennis violetur, vel si canoni bus, aut legibus reuerentia non impẽditur, de quibus disputat Abb.in d. c.cæterũ. & eo magis si agri ecclesię oneribus grauantur, si onera à clericis, & gabellæ exigantur, sic enim sacrilegiũ cõmittitur, non tñ si in agris ecclesiæ quis fornicetur, nec si in cœmeterio, vel ecclesia aliquis detrahit, nec si festũ quodcunque violetur, aut canonis fiat trãsgressio propriè, nisi id fiat laica, & vsurpatã potestate; bene tamẽ si quis sacra scriptura abutatur, vel si in ecclesijs quis inordinatè clamet, & prophanas cantiones cãtet, vel nundinationes ibi fiant, & aliæ prophanæ actiones, quę ex sua natura impediunt cultum diuinum, ad quem locus sacer est destinatus tale est. His ita not.

Prima sit propositio. Sacrilegium est violatio rei sacræ; probatur ex Isid.libro 10.cap.18.etimol. 2 Sacrilegij diffinitio.

Secunda propositio. Sacrilegium est peccatum speciale. 3 sacrilegiũ est peccatum speciale.

Ratio, nã vbi inuenitur specialis ratio deformitatis, ibi est speciale peccatũ, in sacrilegio verò inuenitur specialis ratio deformitatis, qua .s. violatur res sacra p aliquam irreuerẽtiam, ideò est speciale peccatum oppositũ religioni, & sacrilegi ẽt dicuntur qui diuinã legẽ impugnant, vt hæretici & sacrilegi. D.Th.d.q.art.2. in corp.& ad primũ. Et sic est sacrilegiũ formale si ex despectu ei⁹ cultus ad quẽ res sacra est destinata, violet quis illũ, & faciendo contra eũ cultũ, est mortale, si verò sic fit materialiter tñ sine intentione explicita faciendi contra eũ cultum ob imperfectionẽ actus, est tñ veniale, nisi ob grauitatem redeat in suã formã etiam sine tali intentione, vt si quis absque expressa intentione violandi locum sacrum, ibi occidat, vel id polluat, vel si id agat ꝙ prohibetur sub graui pœna, vel excõicatione maiori, ibi, & idem si quis ex errore vincibili abutatur scriptura ad hæreses stabiliẽdas, ꝙ tamen sacrilegium contrariè tãtum opponitur religioni,

gioni, quãdo aliquem actum committit in abusu sacramentorum, & cultus diui ni, si enim omittatur tantum id ꝙ erat fiendum, priuatiuè tantum ei contrariatur. Valentia, loco cit. punct. 2.

4 Sacrilegiũ vt distinguatur. Tertia propositio. Sacrilegium distinguitur secũdùm res sacras, locos, & personas; probatur, quia habitus distinguitur secundùm obiecta, sed obiecta sacrilegij sunt talia, ergo, & probatur ex dictis in principio.

5 Sacrilegij mala, & pœnæ apud varias gentes, & ex varijs legibus. Quarta propositio. Pœna sacrilegij, quò ad culpæ punitionem cõueniens est excommunicatio, quò ad vtilitatem con uenit ei mulcta secũdùm canones, iuxta leges verò obtruncatio; probatur in c. si quis contumax. 17. q. 4. & gl. in c. sacrilegiũ ibid. tex. in l. si quis in hoc. C. de epis. & cler. & imponitur excõmunicatio ipso iure si quis in personã sacram eã verberãdo, sacrilegium committat. c. si quis suadente. 17. q. 4. si verò in rem sacrã, venit excommunicandus. c. quisquis. ibid. nisi imponantur gabellæ, vel spolientur bona ecclesiæ authoritate publica vsurpata, quia sic incurritur excõmunicatio Bullæ Cœnæ Domini, de quibus alibi, & si est grauis iniuria in personam, imponitur pœna capitalis secundùm leges. l. sacrilegij. ff. ad leg. Iul. pecul. aliàs est arbitraria. d. l. vt est etiam capitalis si ecclesiæ immunitas lædatur. l. 2. C. de ijs, qui ad eccl. confug. secundùm canones imponitur in omni casu sacrilego pœna pecuniaria. d. c. quisquis. c. si quis con tumax. 17. q. 4. quæ applicatur personæ si persona læditur, vt dicit gl. in c. parochianos. de sent. excom. vel rei si fiat rei. c. si quis in atrio. 17. q. 4.

Ratione probatur, nã qui peccat per irreuerentiã contra sacra, ad recompensam vel æqualitatem iustitię, rectè punitur per excõicationem, qua arcetur à sacris, sed quia homines stolidi quandoq; hanc pœnam non curant, oportuit & alias pœnas addi, vt supra, vt ab ijs arceantur. D. Th. d. q. art. 4.

De Sacrilegio verò vt est species Luxuriæ, videndum est cap. de Luxuria.

Aliæ quoq; pœnæ tam iure diuino, ꝙ ciuili, & cõi gentium cõsensu, cum id sit crimen læsæ maiestatis diuinæ, sunt irrogatæ. Nam puniri possunt pœna interdictionis aquæ, & ignis. §. itẽ lex. Instit. de publ. iud. l. 1. ff. ad leg. Iul. pecul. in cuius locum successit deportatio, in quo tamẽ habenda est ratio qualitatis personæ, tẽporis ætatis sexus, & rei furatæ ad grauiorem, vel leuiorem pęnam sanciendã, ita vt arbitraria sit. l. sacrilegij. 1. & 2. l. 4. §. mundatis. ff. ad leg. Iul. pec.

Iure canonico, sacrilegus Iudæ similis dr̃. c. quid ergo. 23. q. 4. & infamis fit. c. infames. 6. q. 1. & cõione priuatur, & in pecunia cõdemnatur. c. quisquis. 17. q. 4. c. attendendũ. ibid. c. cũ non ab hoĩe. vbi gl. de iudic. & vlterius ẽt exilio afficitur, & excõicatione. c. indignè. 12. q. 2. c. conquæstus. de foro compet. c. si quis contu max. 17. q. 4. & ex Conc. Tribur. c. 71. Vnde sacræ rei prædator potest corã iudice seculari, & ecclesiastico cõueniri, & dãnari. c. cum sit. de foro comp. l. si quis in hoc. C. de epi. & cler. Participes ẽt huius criminis capitali pœna digni habentur. l. hac lege. §. 1. ff. ad leg. Iul. habendo rationem, vt supra, rei subtractæ, an sit Eucharistia, vel alia res sacra, ætatis, sexus, &c. de quibus Boer. decis. 254.

Plato quoq; lib. 9. de Legib. statuit, ꝙ si seruus, vel peregrinus sacrilegus fuerit, facie & manibus eius crimine literis inusto, extra fines pellat, vt sic fortè melior fiat, ciuis verò verò morte mulctet, & vituperatus extra fines ponatur; Gręci quoq; oẽs sanxerũt sacrilegos sepultura carere debere: vt inquit Diod. Sic. li. 16. Biblio. in 6. anno Philippi, & Philippus Macedo Phocẽses sacrilegos morte mulctauit: vt idẽ d. d. lib. anno 8. Philipphi. & Alexander eius filius in ludis Olympicis exulibus oĩbus, præter sacrilegis & homicidis, reditum in patriã concessit: vt idẽ d. lib. 17. 9. anno Alex. & Senatus Romanus Pleminiũ qui Proserpinæ thesaurum spoliarat, cõsumpsit, & summã duplicatã templo reddi iussit: vt d. Liu. lib. 9. belli. 2. Punici. Valer. Max. lib. 1. c. 2. & Domitianus Imperator, cum quidã ex tẽplo Iouis Capitolini lapides abstulisset, & sepulchrum inde sibi construxisset, iussit sepulchrum destrui, & lapides restitui: vt d. Suet. in Domit. c. 8. & ossa eius in mare proijci. & puer ẽt qui lami

nam auream ex Dianę capite delapsam sustulit, dãnatus est, vt inquit Aelianus, lib.5. de var. hist. cap.16. & ex lege Atheniensium, bonis sacrilegus spoliabatur, nec in Attica sepeliebatur, vt dicit Xenophon. 1. elle. & Gunctranus Rex Galliæ sub pœna capitis vetuit ne milites etiam in hostili victoria ecclesias spoliarẽt: vt dicit Greg. Turon. lib. 8. hist. Franc. c. 30. ob id Alexãder Clearchum, & Sitalcem morte mulctauit, vt dicit Arria. lib. 6. de exped. Alexan. & Luc. de Pen. in l. 1. C. vt ordo dign. seru. lib. 12. dicit, in regno pœnam sacrilegij esse arbitrariam, nisi ecclesiæ fractę sint violenter, vel noctu inde subtracta dona, vel vasa sacra, quia tunc pœna est capitalis. Non desunt etiã exempla, etiam apud ethnicos diuinæ vltionis in sacrilegos exercitæ: vnde cum Xerses iussisset, vt incenso templo Apollinis, reposita ibi spoliarent milites, fulminibus obrutos, ac extinctos esse, vt refert Diod. Sic. lib. 11. Bibliot. & cum Scitæ fanum Veneris expoliassent, in eos morbus immissus est, qui thalias est dictus: vt inquit Herod. in 1. vnde & Hesiod. in Teogonia fingit ex eo ꝙ Prometeus ignem à Ioue furatus sit, & hominibus cõmunicarit, febres, & mala omnia hominibus immissa. & Hom. Iliad. 1. dicit: Pestem immissam exercitui græcorum, ꝙ Agamennon in luco Dianæ iaculo eram trãsfixisset, nec cessasse donec is filiã natu maximã loco ei⁹ immolasset. Alia exempla ad idem ethnicorũ, refert Aul. Gell. lib. 3. c. 9. Valer. Max. lib. 1. c. 2. Iust. lib. 24. & 32. & Alphonsus VII. Rex Hispaniæ, ꝙ equos in ecclesias irreuerenter immitteret, repentè occisus est, cum Fragam oppugnaret, nec mortuus, nec viuus inuentus est: vt dicit Francisc. Tarapha. de regib. Hisp. in Alphonso VII. & Gundericus Rex Vandalorum, capta hispali, cum manus in ecclesia iniecisset, à dæmone correptus interijt, vt idem dicit in Honorio. Vnde & Alexander Macedo semper à templis abstinebat: vt dicit Polyb. lib. 5. & Tritem. in fi. Breuiarij, dicit: visam animam Caroli Martelli ad inferos deduci, ꝙ multas ecclesias spoliasset dum bellum gereret: & cum milites Regis Theodorici, Aruernam vrbem depopularẽtur, & peruenientes ad ecclesiã sancti Iuliani ianuas fregissent, & eam expoliassent, à spiritu immundo correpti, dentibus se lacerarunt, clamantes, cur nos sancte martyr sic crucias: vt dicit Greg. Turon. de gestis Franc. lib. 3. cap. 11. quòd contigit, & militibus Gunthrani Regis: vt idem dicit lib. 7. cap. 5. & Dagobertus Galliarum rex, dicit: se ad cœlum raptum ante Deum, & accusatum à tutelaribus ecclesiarum, ꝙ res ecclesiasticas rapuisset, & cum non auderet se defendere, à Dionisio sancto adiunctis precibus ad Deum factus, spaciũ pœnitẽtiæ obtinuisse, & monasteriũ construxisse, vt d. Tritem. in Breu. hist. Frãc. in 51. Rege. & Abb. Cluniac. lib. 2. de mirac. dicit: Comitem quendã Matisconensem, ꝙ bona ecclesiarum occupasset, raptum solemni die à dæmone, in equum nigrum in aerem sublatum, nec amplius visum, & ostium quo egressus fuerat, obturatum in rei memoriam. Alia exẽpla refert Paul. Aemil. quoq; lib. 5. hist. Frãc. vt hinc appareat q̃ impiè agãt hi qui res ecclesiarum diripiũt, licet exempla ethnicorum dęmonum astu contigisse probabile sit, vt homines in errore detinerent, ꝙ Diana, Venus, & id genus impiorum hominum, in diuorum numerũ relati essent, sanctæ tamen ecclesię in hoc, & alijs, censuræ me subijciens.

SVMMA M.

1 Simonia quid sit, vnde dicatur, & vnde originem duxerit, cum eius expositione.
2 Spiritualia quotuplicia sint, quæ possint vendi, vel non.
3 Simonia quotuplex, & vt prohibita, & qualiter.
4 Simoniæ gradus qui.
5 Simonia mentalis quæ, & eius effectus.
6 Simonia conuentionalis, quæ, quotuplex, & eius effectus.
7 Simonia realis quæ, cum eius pęnis.
8 Simonia est accipere pro spiritualibus per essentiam pecuniam, & quomodo.
9 Simonia est accipere pro sacramentis,

De Simonia. Cap. LXXXXIIII.

Ver. De simonia in genere de eius natura quidditate, & grauitate, & quotuplex sit simonia.

Sit primum dictum. Simonia est emptio, vel venditio rei spiritualis vel rei annexæ spiritualibus, vel studiosa volũtas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spiritualibus annexum. D. Th. 2. 2. q. 100. 1 Simoniã qd sit, eius expositione, vnde dicat, & originẽ duxerit.

Notandum primo, pro intellectu istius definitionis hoc loco emptionem, & venditionem accipi non solum pro actu exteriori, sed etiam pro actu interiori solius voluntatis, nam, vt infra ostendemus, datur simonia etiam purè mentalis, vel dicitur studiosa voluntas, idest deliberata, & ex electione, & ignorantia iuris in hoc non excusat, nec etiã ignorantia facti vincibilis, quia sic est ex electione, licet indirecte, vt d. Valent. 2. 2. disp. 6. de iust. q. 16. punct. 2.

Notãdum secundo, hoc peccatum accepisse nomẽ à Simone mago, qui, vt patet Actuum 8. & refertur 1. q. 3. can. Saluator cap. reperiuntur. 1. q. 1. ex eius scelere misere interijt ex aere detrusus sancti Petri orationibus vt d. Niceph. lib. 2. capit. 27. Abdias lib. 1. hist. ap. clem. lib. recognit. q voluit emere gratiã spiritus sancti ab Apostolis, hic fuit primus qui post Christum natum voluit vendere, & emere rem spiritualem, nam non solum voluit emere gratiam spiritus sancti, sed voluit etiam emere potestatem dandi alijs gratiam, seu vẽdendi, est tamen hoc crimen antiquius in Giezi puero elisei, qui clamculũ, & inscio propheta secutus est post Nahaman Sirum, & petijt ab eo mercedem pro sanitate illi collata. 4. Reg. 5. c. qui studet. 1. q. 1. & etiam Esau putatur fuisse simoniacus, cum vendidit primogenituram, quia erat ei annexum ius sacerdotale tunc temporis, magis tamẽ proprie id nominatur à Simone, quia id egit tempore legis euangelicæ quæ est magis spiritualis, tũ quia voluit

voluit vendere potestatem conferendi gratiam gratum facientem, per quam Spirit. sanct. inhabitat menti, vt dicit Valentia. ibid.

Notandum tertio, nomine emptionis & venditionis hoc loco nos intelligere omnem contractum non gratuitum omnem dationem, & receptionem, non gratuitam, vt recte, not. Adria. in quolibeto. 9. & D. Thomas in 2. 2. q. 100. articu. 1. qua res spiritualis cũ aliqua alia re pretio ęstimabili compensetur, vel sit pecunia, vel aliud munus pecunia æstimabile, vt seruitium, auxilium, quod dicitur munus ab obsequio, vel à lingua, vt humana laudatio, vel præces, ex quarum auditione redũdet fauor humanus, & c. vt d. Valent. ibid. cuiusmodi sunt permutatio, transactio, remissio debiti, redemptio beneficij, & similia, huius redẽptionis mentionem expresse facit Siluest. in ver. Simonia, primo in initio, vnde sequitur pro re spirituali nullo prędictorum, aut aliorum quorumcunque modorum posse aliquid dari, vel accipi sine crimine simoniæ, hoc autem intelligendum est sano sensu pro qualitate ipsarum rerum spiritualium de quibus infra.

Notandum quarto, ex D. Thom. ibidem res spirituales esse materias quibus non debetur vllus ex huiusmodi contractibus, non gratuitis, i. esse inuendibiles ex triplici pręsertim cap. primo, quia res spiritualis nõ potest aliquo terreno pretio æstimari, quicquid autem non est pretio æstimabile non est vendibile, & hoc modo recte dixit B. Petrus ad Simonem actuum 8. existimasti regnum Dei pecunia possidere, quomodo propriè in vendibilia sunt ea, quæ sunt spiritualia per essentiam, vt sunt gratia Dei, & actus sacramentorum qui gratiam conferunt, Secundo, sunt in uendibilia spiritualia, propterea quod deficit in uendente vera ratio dominij, adhoc enim quod aliquis aliquid possit vendere, requiritur, vt sit dominus ipsius rei: sed homo non habet dominium rerum spiritualium, ergo nõ potest illas vendere, hoc modo proprijssime etiam vendi non possunt beneficia ecclesiastica, quia neq; prælati ad quos pertinet ea conferre sunt domini beneficiorum, neque illi ipsi qui habent titulum & possessionẽ eorum domini sunt, sed solum dispensatores, ex Apostolo, vt superius habetur. Tertia ratio est, quia venditio repugnat ipsimet origini, & primæ institutioni rerum spiritualiũ, omnia enim spiritualia gratuito Dei dono sunt nobis data, & ipsamet beneficia, & prouentus ecclesiastici gratis dati sũt ecclesię, quæ autem gratis accepistis gratis date, inquit Apostolus, & ex hoc capite in vendibilia sunt tam ea quæ sunt spiritualia per essentiam, quàm ea quæ sunt annexa spiritualibus, vt sunt beneficia.

Notandum quinto, hoc loco non vocari dona spiritualia illa omnia quę subiectantur in spiritu, & in ipsa anima, sed illa, quæ pertinent ad salutem spiritualem, vel annexa sunt pertinẽtibus ad salutem, vnde sequitur, quod cõscientia quàmuis sit spiritualis res, quia subiectatur animæ tamen vendi potest sine hoc crimine simoniæ.

Notandum sexto, totam latitudinem rerum spiritualium, vt ita vocemus, in quibus potest committi Simonia, posse reuocari, ad quattuor capita, primo quędam sunt spiritualia essentialiter, i. quæ ordinata sunt ad causandam salutem spirituale, cuiusmodi sunt gratia, virtutes infusæ, & alia Dei dona, Secundo alia sunt spiritualia causaliter, i. quę ordinata sunt ad causandam salutem spiritualem cuiusmodi sunt sacramenta, sacrificia, officia ecclesiasticę, potestatis, & actus ipse gratiarum, ordinum, & officiorum ecclesiasticorum. Et his similia. 3

Tertiò, quædam sunt spiritualia effectiue, vt sunt omnes actus, & officia quę efficiuntur ex aliqua re spirituali præcedente, quia non solum causant, sed & causantur, vt verbi gratia, actus cuiuscunque ordinis, qui efficitur ex ipso Sacramento ordine prius suscepto. Quarto, & vltimo quædam non tam sunt in se spiritualia quam annexa spiritualibus, & propter istam connexionem quam habent cum spiritualibus, sortiuntur etiam ipsa quãdam spiritualitatẽ, & hæc sunt duplicis generis, quædam sunt annexa spiritualibus antecedenter, quia quodãmodo

Spũalia quotuplicia, & sint, q̃ possint vendi, vel non.

modo precedunt ipsam spiritualitatem, quædam concomitanter, vt labor qui suscipitur in administratione sacramentorum, & officiorum ecclesiasticorum, quædam sunt annexa spiritualitati consequenter, quia consequuntur ipsam spiritualitatem, primi generis sunt ipsum ius patronatus, quod ordinatur ad præsentandos clericos ad beneficia præsentationes, electiones, collationes, ad officia, & beneficia ecclesiastica. In eodem genere sunt vasa sacra, & sacræ vestes, quæ omnia ordinata sunt vt per illa fiãt res sacræ. Posterioris generis est, primo, ipsemet titulus beneficij propterea qđ nullus potest esse capax tituli, nisi in eo præcedat spiritualitas ordinis saltem clericalis, cum illius capaces sint tantum personæ ecclesiasticæ, & etiam dicuntur beneficia spiritualibus annexa, quia omnia spiritualia instituta ab ecclesia, sunt instituta virtute potestatis diuinitus acceptæ, ideo merito vocantur annexa spiritualibus, quia per summum Pontificem, superaddita sunt spiritualib. datis à Deo, pari modo ius decimarum, & oblationũ, supponit etiam spiritualitatem clericalem, eadem ratio est de similibus: hæc diuisio rerum spiritualium desumpta est ex D. Tho. 2. 2. q. 100. artic. 4. cum dare pecunias pro quocunque spirituali, siue sit spirituale annexum antecedenter, siue consequenter, simonia sit D. Th. 2. 2. q. 100. artic. 4. Nau. c. 23. nume. 99. Silu. simonia. q. 1. quia id quod ex sui natura Dei beneficio gratuito datum est, pretio ab hominibus, emitur vel venditur. Beia in cas. Bon. 2. par. cas. 5.

Notandum vltimo, res spirituales adhuc distingui posse alio modo, quæ distinctio multũ confert ad iudicandũ, an aliqua venditio, sit Simoniaca est, ergo, talis distinctio, res spiritualis, alia est pura spiritualis, alia vero est mixta, cum temporali: mixta adhuc est duplicis generis alia est quæ plus habet spiritualis quàm temporalis rei vt Actus sacramentalis quo conficitur sacramentum. Alia vero est, quæ plus habet rei temporalis, quam spiritualis, & est ea quæ multum habet materiæ temporalis, vt calix, & omnia vasa sacra, & omnia paramenta sacra: hæc posteriora possunt simpliciter vendi pro parte materiali etiam deducta in pactum ipsa venditione, in pretio attendendum est tamen quod ne minimũ quidem augeri potest pretium ratione spiritualitatis.

Prioris vero generis mixta nullo modo possunt vendi saltem pretio in pactũ deducto, sed potest accipi per modum eleemosinæ siue quicquid à fidelibus datur pro exercitio illorum actuum.

Quod si in aliquibus locis populus est valde parcus in danda sufficienti eleemosina, quæ non sit proportionata labori, tunc distinguendum est, si enim Parochus habet sufficientem substẽtationem ab ecclesia quàmuis non nimis largam, & liberalem, sine vllo dubio deberet esse contentus illa parua eleemosina, & nihil aliud petere: si autem redditus ecclesiæ essent adeo exigui, vt non sufficerẽt, neque ad parcam substentationem Parochi, tunc primo melius esset vt Episcopus aliunde prouideret necessitati substentationis ipsius Parochi, secundo nullo modo etiam tũc licitum est Parocho deducerẽ in pactum mercedem, tertio, saltem tutior via esset etiam vt Episcopus, vel per se vel per alios concionatores hortaretur populum, vt daret maiores eleemosinas pro istis laboribus ostendendo Parochi necessitatem, & obligationem, quam habent Parochiani subleuandi necessitatem istius Parochi. Quarto posset episcopus taxare pro singulis exercitijs, vt Parochi non accipiant maiorem eleemosinam, quàm illam taxatam. Vltimo modo licitum est, taxare certam eleemosinam necessario soluendam pro istis exercitijs, idest pro laboribus corporalibus quos sacerdos subit in administrandis diuinis quotannis nõ autem pro actibus spiritualibus, vel pro sacramentis, aut diuinis officijs in particulari modo vt infra.

Sit secundum dictum, Simonia prima sui diuisione duplex constituitur. Altera est simonia prohibita iure diuino, & naturali quæ est intrinsecè mala, & nullo modo potest fieri licitè nec patitur vllã dispẽsationem, vt esset vendere gratiam sacramenta, & similia. Alia est simonia 3 Simonia quotuplex, & vt prohibita & qualiter.

pro-

prohibita solum iure humano, nempe quæ non est ex se mala, neque est ex se propriè simonia, sed mala, quia prohibita, & simonia ob eandem rationem, cuiusmodi est illa, quæ versatur circa permutationes, renuntiationes præsentationes, reseruationes pensionum, & similia, & in hac potest esse dispensatio, & per talem dispensationem factam ab habente potestatem efficitur licita, & exuitur prauitas Simoniæ, præsertim vero consistit simonia in pactis implicitis, vel explicitis, quæ fiunt per permutationes, & renuntiationes prædictas.

Notandum primo, hanc duplicem speciem simoniæ expresse poni per glo. celebrem in c. ex parte, primo de officio delegat. quam glo. tanquam rationi valde conformẽ secuta est communis schola tam theologorum quàm Canonistarum. Probatur autem hoc modo membra prædictæ distinctionis, & primo esse aliquam simoniam prohibitam iure diuino patet ex illo facto Giezi 4. Reg. ca. 5. & ex facto Simonis magi Act. 8. Vbi Deus puniuit illũ, & Giezi morbo lepræ, tertio, quod etiã detur simonia prohibita iure naturali, probatur primo, quia omnia præcepta diuini iuris quæ non pertinent ad sacramenta & ad fidem sunt præcepta etiam iuris naturalis, sed est præceptum iuris diuini de simonia vitanda, & hoc præceptum non pertinet ad fidẽ, & sacramenta, ergo est præceptum iuris naturalis, probatur primo, quia ex communi sententia sanctorum Baalam propterea quod pecunia fuit conductus ad maledicẽdum populo Dei Simoniacus fuit, & tamẽ iste non habebat aliam legem quam naturalem, ergo commisit simoniam contra ius naturale, tertio, probatur quia res sacræ sunt pretio inæstimabiles, & homines non habent verum earum dominium, at contra ius naturæ, est vendere precio id quod est inæstimabile, & vendere rem cuius non sit dominus. Quarto, esse aliquã simoniam prohibitam solo iure humano, patet, quia videmus quotidie, in hac simonia dispensari, & idem quod nunc pro simonia habetur sic, ante cõstitutionem ecclesiæ non erat simonia, & non est tutum dicere summum Pontificẽ, & ecclesiã errare in his dispensationib. ergo hæc simonia, non est prohibita nisi humano iure, confirmatur nam huiusmodi contractus, & pactiones in aliis rebus sunt liciti, ergo etiam in temporalitate ipsorum beneficiorum possunt esse liciti, alias.

Notandum secundo, nõ solum illam simoniam esse prohibitam diuino iure quæ versatur circa res sacras diuino iure institutas, sed etiam ea quæ versatur circa res sacras institutas iure Canonico, & humano, sunt enim quædam res sacræ ab ecclesia institutæ, vt sunt omnia sacramentalia, verbi gratia, aqua benedicta &c. nam reliquit Christus in ecclesia potestatẽ instituendi sacramentalia, vnde hoc ipso quod ecclesia secundum suã potestatem instituit aliquid sacramẽtale, efficit illud sacrum, & consequenter hoc ipso illud ipsum est prohibitum vendi diuino iure. Immo quod est amplius, valde probabile est ipsam venditionẽ, & emptionem beneficiorum esse diuino iure prohibitam, ꝓbatur ex can. Saluator 1. q. 3. vbi eadem prorsus ratio haberi videtur de beneficiis, ac de cæteris Dei donis. Dicitur enim, quisquis res ecclesiasticas, & Dei dona quæ à Deo fidelibus datur vendit, vel emit cum Simone mago donum Dei pecunia possidere existimat, & subditur quod spiritum sanctum vendit, vel emit qui præposituram, vel aliquid huiusmodi vendit, vel emit, confirmatur quia hoc ipso ꝙ bona quæ sunt in beneficiis, à fidelibus Deo sunt data, & ab ecclesia in titulũ beneficii assignata efficiuntur sacra, ergo diuino iure prohibentur vẽdi vel emi, vt pulchre & longè habetur in dicto c. Saluator 1. q. 3. vbi gl. in verbum ecclesiasticam interpretata ecclesiasticum beneficium, vel rem consecratam puta calicem & similia vel rei ecclesiasticæ administrationem, & in cap. Quæsitum est.

Sit tertium dictum. Omnis simonia adhuc quocunque iure prohibita habet tres gradus, quorum posterior, est suo priore deterior, primus gradus est simoniæ mentalis, quæ consistit in sola mente, & intentione, & nullum prorsus simoniæ præbet exterius signum, & nõ facit vllum 4 Simoniæ gradus 3.

vllum pactum, nullam conuentionẽ &c.

Secundus gradus vocatur conuentionalis in quo intercedit pactum, & conuentio, siue sit conuentio expressa, siue tacita; hæc vocatur intentionalis, quam diu nõ venitur ad executionem alterius partis tantum, vel fiat verbis, nutu, vel signo.

Tertius gradus vocatur realis nempe quando intercessit etiam executio ex vtraque parte, verbi gratia, altera pars iam dedit temporale, & altera recepit spirituale, ex pacto expresso verbo, nutu, vel signo.

¶ Simonia mentalis, q̃. & eius effectus.

Notandum primo, Simoniam mentalem adhuc esse duplicem, altera est, pure mentalis, quæ nempe nihil aliud habet quàm intentionem interiorem committendi simoniam. Altera est, quæ præter actum mentis peruenit etiam vsque ad exteriorem dationem, nullum prorsus exhibendo signum exterius animi simoniaci, sed dando solum animo simoniaco, vt si ambiens beneficium donat munera Episcopo hac intentione, vt sibi conferat beneficium, is est simoniacus mentalis, non tamen subiacet pœnæ restituẽdi, vt nec qui uadit ad officia principaliter propter distributiones c. fi. vbi Doct. de sim. Sot. lib. 9. de iust. q. 8. art. 1. secus si expresse conuenisset cum Episcopo, quia tũc obligatur ad restitutionem.

Notandum secundo, de priori genere mentalis simoniæ certum esse apud omnes, nec dubitari, ex ea nullam nasci obligationem restituendi, quia nihil est datum, aut acceptum. De posteriori vero genere non est ita certum, nam Sot. lib. 9. de iust. & iu. q. 8. art. 1. cum Maiore, & Adria. tenet eam simoniam obligare ad restitutionem, potissimum argumentum est quia vsura mentalis obligat ad restitutionem, ergo & simonia: de vsura quidem mentali certum est vt habetur expresse in cap. consuluit de vsuris, contrariam sentẽtiam tenet doctor Nauar. in summ. c. 23. nu. 102. & ait hanc suam sententiam esse communem, probatur ex c. pen. fi. de simo. vbi ibi id videtur expressè definitum à Gregorio Nono. Dicit enim non teneri, ad resignationes temporalium, vel spiritualium eos, qui sine vllo pacto solo animi affectu simoniacè aliquid acquisierant, & sic etiam tenet, glo. in eodem c. & subdit quod sufficit sola pœnitentia satisfacere Deo, ergo simonia mentalis non obligat ad restitutionem, & per hanc probationem soluitur argumentum contrariæ sententię, quia de vsura mentali habemus expressum cano. obligantem ad restitutionem, de simonia habemus canonem expressum non obligantem.

Quæres, quæ est ratio diuersitatis, diuersi diuersam assignant rationem, hæc mihi videtur omniũ sufficiẽtissima esse, quia obligatio restitutionis ꝓ vsura, est iure naturæ nẽpe non furtũ facies. Vnde sequitur q̃d in illo c. consuluit de vsuris citato solum declaratur ius naturæ, restitutio vero in simonia non est de iure naturæ, sed est de iure humano, hinc est quod non inducitur in simonia obligatio restituẽdi nisi in illis casibus in quibus de iure humano statutum est, at de simonia mentali statutum est non obligare, ideo non obligat, quod autem obligatio restituendi in simonia sit de iure humano, probatur, quia videmus passim ab ecclesia dispensari etiam quando simonia est realis, & ab vtraque parte est in pactum deducta, si autem obligatio esset de iure diuino non posset Papa dispensare.

Notandum tertio, obiectum simonię mentalis esse ipsam simoniam realem, quando aliquis in mente sua verè intendit dare, & accipere aliquid pro beneficio, ac pro re sacra, Hinc est quod illi qui seruiunt prælatis maioribus, gratis ad acquirendam eorum amicitiam, vt inde consequantur aliquod beneficium, ita vt beneficium non sperent tanquam præmium seruitutis, sed tanquam præmium amicitiæ, & meritorum si sincero animo ita facerent non esset simonia, & animi sinceritas ex hoc ꝑcipuè cognoscetur quando si alter vellet dare beneficium tamquàm præmium seruitutis nõ reciperent illud: hęc regula multum confert, vt possit vnus quisque excusare se à peccato & non est simonia quando seruitur pręlato gratis, & pura animi intentione, quę vtinam omnibus inesset.

Nō-

6 Notandum quarto, simoniam cõuentionalem esse duplicem, alteram pure conuentionalem nempe eam, quæ nihil aliud habet præter conuentionem. Alteram vero mixtam, & participantem aliquid simonię realis non tamen totaliter realem, cuiusmodi est illa quæ post conuentionem est impleta ex vna parte tantum, & non ex altera, & hęc rursum duplex est, altera quę impleta est pro parte spirituali tãtum, altera quę est impleta solum pro parte temporali, prior simonia communiter non solet puniri in foro exteriori, posterior vero puniri solet, & quando est simonia impleta pro parte spirituali tantum, quia verbi gratia, iam datum est beneficium, data dignitas, tunc talis beneficij collatio non est ipso iure nulla, vt rectè docet doctor Nauar. vbi sup. in summ. nu. 103. sed annullanda est per sententiã, & sic practicatur in vsu Curię, quicunque enim de hoc crimine conuictus fuerit in tribunali Rotę Romanę Curię priuatur beneficio, si vero simonia sit impleta, solum pro parte temporali, sic ille qui pecuniã accepit tenetur ad restitutionem danti, propterea quod non dedit alteri id quod promiserat nec dare poterat ei bona conscientia.

Simonia cõuentionalis quæ quotuplex, & eius effectus.

Notandum quinto, siue ista simonia cõuentionalis sit impleta pro parte temporali tantum, siue pro parte spirituali tantum quousque impleatur ex vtraque parte nũquàm accipit rationem verè simonię realis, sed semper manet in latitudine conuẽtionalis dum impletur ex parte temporali tãtum, patet, quia nondum est consumata venditio ipsius rei spiritualis, de parte spirituali probatur, quia vt paulo ante diximus ex eiusmodi simonia collatio beneficij non est ipso iure nulla, sed annullanda per sententiã, ergo non est simonia realis, probatur consequentia, quia quoties simonia est realis semper collatio est ipso iure nulla, & inualida, vt secundo dicemus.

Notandum sexto, per simoniam conuentionalem impletam ex altera tantum parte non incurri pœnas latas contra simoniacas, in extrauagãti 1. de sim. in extr. comm. aut in alijs bullis Apostolicis, & hoc est diligenter aduertendum contra Gaiet. qui in verbo, simonia, contrarium sentit putans quando est impleta, saltem pro parte spirituali incurri pęnas, primo, quia quando est impleta solum pro parte temporali, non incurruntur pęnę istę, vt etiam Gaiet. sentit, ergo neque quando est impleta tantum pro parte spirituali: probatur consequentia, quia nullus extat Canon, qui faciat vllam diuersam rationem inter istas duas simonias, ergo nec nos facere debemus. Secundo quãdo simonia est impleta pro parte spirituali collatio beneficij non est nulla ipso iure, vt supra ostendimus, ergo per talem simoniam non incurruntur pœnę simonię: probatur consequentia, ista est vna ex pœnis, vt collatio sit nulla, hic non est nulla ergo, non incurruntur pœnę. Hoc loco diligenter aduertendum est, quod posteaquàm simonia conuẽtionalis fuit semel impleta ex vna parte, siue ex parte spirituali, siue ex temporali, quandocunque, & post longissimum tempus implebitur ex altera parte, statim transibit in simoniam veram realem, & in foro exteriori certum est hanc simoniam realem retrotrahi, vsque ad illuc tempus in quo fuit impleta ex altera tantum parte, vt colligitur ex stilo Curię, non ita certum est retrotrahi etiam in foro interiori, licet nõ careat aliqua probabilitate.

Notandum septimo, ex dictis sequi ꝙ si quis post simoniam conuentionalem, ex altera tantum parte impletam celebrauit non efficitur irregularis, sed si postea impleatur simonia, etiam ex alia parte, tunc vt patet ex pręcedenti notabili retrotrahitur simonia vsq; ad primũ tempus, & consequenter retrotrahuntur oẽs pœnę, ideo etiam sic si intra hoc tempus intermedium, quod est intra consumationem simonię ex vna parte tãtum, & ex altera parte celebrauit, iudicabitur irregularis quia retrotrahitur etiam excommunicatio, & sic iste habetur pro excõmunicato à primo die quo fuit impleta ex vna parte tantum, & cum post istum diem celebrauerit, iam in excommunicatione celebrauit, ergo est irregularis. Hoc autem in foro exteriori.

In

In foro autem interiori, vt probabile est non retrotrahi crimen simoniæ realis, ita probabile est, non retrotrahi eius pęnas, & consequenter istum de quo sumus locuti in foro conscientiæ non esse irregularem, & ideo si crimen sit occultum non egere dispensatione pro irregularitate, si statim atque simonia fuit impleta ex vtraque parte, cessauit à celebratione.

7 Notandum octauo, Simoniam realē, nempe ex vtraque parte impletam, siue commissa sit in ordine recipiendo, siue in beneficio, aut quauis dignitate esse grauissimis pœnis prohibitam in extrauagant cũ detestab. 1. est quod ordinati per simoniam sunt suspensi ipso facto ab ordinum executione, quare indigent dispensatione pro ista suspensione, secunda pœna, simonia commissa in receptione beneficij facit ipsam collationem nullam ipso iure, Vnde nulla est ipsa electio, nulla postulatio, prouisio nulla confirmatio etiam nulla. Quare per eam nullum acquiritur ius, neque beneficij, neque fructuum, sed omnia sunt integre restituenda, tertia pœna est depositio, & infamia perpetua, quæ pęna non incurritur, nisi posteaquàm fuerit conuinctus de crimine Simoniæ, vt habetur Can. Sanctorũ. 15. q. 3. & de accusatio, c. inquisitioni, quarta pœna, non solum illi, qui committunt simoniam, dando, vel accipiendo, sed etiam illi, qui sunt mediatores ipsius simoniæ, vel procurant pro simonia facienda, omnes incurrunt ipso facto, excommunicationem latæ sententiæ à qua nullus nisi in articulo mortis potest absoluere nisi solus Pontifex Romanus. Ibidem additur etiam quinta pęna, per quam quicunque sciũt aliquem commisisse simoniam, dando vel accipiendo, vel fuisse mediatorem pro simonia facienda, vel procuratorem tenentur hoc reuelare vel ipsi Romano Pontifici, vel personis ab eo constitutis, idq; sub pęna excommunicationis latæ sententiæ. Siluest. in ver. Simonia §. 19. putat hanc quintam pœnam esse per desuetudinem abrogatam, ppterea quod nullus soleat reuelare istos simoniacos, neque ex hoc putat se incurrisse talem pœnam. Hæc sententia ante bullam Pij Quinti in qua prohibet blasphemiam concubinatum, & simoniam vera erat, post bullam Pij Quinti non habet veritatem, quia in illa bulla renouatur hæc pœna cum omnib. alijs pœnis. Quare modo quicunque sciret teneretur reuelare, nisi etiam bulla Pij Quinti, quantum ad hanc pœnam, non esset vsu recepta, sexta pœna additur à Pio Quinto, vt ordinatus simoniacè, si de hoc conuincatur sit suspensus ab executione ordinum per decennium, sine vlla spe dispensationis, & per annum carceri mancipetur.

Simonia realis quę cum eius pœnis.

Septimam pœnam addit idem Pius Quintus, vt non solum collatio ipsius beneficij simoniace facta sit nulla, sed qui acquisiuerit beneficium sit perpetuo inhabilis ad quodcunque beneficium, & si sic acquisiuit dignitatem, sit inhabilis ad omnem dignitatem.

Quo loco aduertendum, quod qui acquisierit Simoniacè dignitatem licet sit inhabilis ad quamcunque dignitatem, non est tamē inhabilis ad beneficia, quę non sunt dignitates, qui vero acquisiuit beneficium, per simoniam, sic licet ex ui verborum Bullæ non videatur inhabilitari nisi ad beneficia, tamen verè inhabilitatur etiā ad dignitates, quia qui inhabilitatur ad id quod minus est, cuiusmodi est beneficium, multo magis inhabilitatur ad dignitatem, quæ est quid maius. Et solus Papa dispensat cum simoniaco in ordine, vel beneficio, d. cap. cum detestabile.

Hæ tamen pœnæ procedunt solum in simonia commissa in ordine, & beneficio ecclesiastico, d. c. cum detestabile, & probabiliter si fiat in ingressu religionis cum sit loco beneficij. c. mādato. de sim. Sot. lib. 9. q. 8. art. 2. col. 1. de iust. Graph. de casibus consc. lib. 2 c. 97. in fin. modo etiam simonia sit realis perfecta, & non conuentionalis tātum. In alijs simonijs vt circa sacramenta exequias &c. peccatur mortaliter, & potest grauis pęna imponi, sed non incurritur excommunicatio, vel aliæ pœnę, de quibus hic, tenentur tamen restituere acceptum ecclesiæ, vel pauperibus si ecclesia non adest. D. Thom. 2. 2. quæst. 100. articu. 6. ad. 4.

Nau. in Man. c. 23. nu. 111. ad. 115. Vbi vero simonia est conuentionalis tantum re ex altera parte impleta, non alia, acceptum restitui debet danti, in reali vero ecclesię, in mentali nulli, vt d. Valent. loco cit. de iust. disp. 6. q. 16. punct. 6.

Vltima pœna simoniacorum addita etiam per Pium Quintum, est hæc, vt qui pluries cõuictus fuerit de crimine simoniæ, puniatur corporaliter & ab ordinibus degradetur, à fidelium consortio separetur, Quo loco aduertendum est quod dicitur qui pluries, i. vt minimum ter. Vnde si solum semel, aut iterum conuictus esset, non esset dignus ista pęna, quia solum semel, vel bis nõ dicitur pluries. Mediatores etiam simoniæ incurrũt excommunicationem, & pœnas prædictas c. pen. d. 91. gl. in cap. testes, de testibus in 6. & d. c. cum detestabile, & etiã testes ex certa scientia ad id vocati incurrunt excommunicationem, licet quo ad eos videtur hæc pœna, non esse vsu recepta. Siluest. Simonia, nume. 19. Ver. quarta pœna.

Notandum vltimo, circa primam pęnam suspensionis aliquos theologos existimasse, non solum simoniacum in ordine, sed etiam in beneficio esse ipso iure suspensum, sic D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. imo non solum qui accipit, sed etiam qui dat beneficium simoniacè, immo, & mediatorem esse suspensum pari modo: quod si crimen sit publicum putat suspensum esse non solum quo ad se, sed quo ad alios, ita quod alij, non possunt cum eo participare in sacramentis: si vero crimen sit secretum suspensum esse quod ad se tantum: contrariã sententiã tenet doctor. Nauar. in sum. c. 23. num. 111. nempe solum Simoniacum in ordine esse ipso iure suspensum, in beneficio autem non ita, & probat: quia nullo iure hoc est cautum, nam neque in Bulla Pij Quinti, neque in alijs canonibus à nobis citatis, inuenitur talis pœna in ordine, quæ sententiæ licet videantur interse contrarię, facile tamen possunt conciliari, si sanè intelligantur, nam Sot. lib. 9. de iust. & iur. q. 8. art. 1. sententiã D. Thom. sic videtur interpretari, vt simoniacus in beneficio sit ipso iure suspensus ratione excommunicationis suspensione latè accepta, non pro vt est particularis censura, sed prout aufert exercitium ordinis, quomodo solent multi doctores dicere oẽm excommunicatum esse suspensum: snia vero doctoris Nauarri intelligitur de suspensione propriè dicta, & bene, qa multi canones decernunt simoniacum in ordine esse suspẽsum, non sic de simoniaco in beneficio, ex his sequitur quod simoniacus in ordine, vt licite possit celebrare præter absolutionem ab excommunicatione indiget etiam particulari absolutione à suspẽsione, simoniacus vero in beneficio, non indiget alia absolutione quam ab excommunicatione, nã suspensio illa impropriè dicta, qua omnis excommunicatus suspensus est, sicut cum excommunicatione aduenit, ita cũ eiusdem absolutione tollitur, absque noua absolutione, sed per solam excommunicationem sublatam.

Ver. De Simonia circa ipsas res spirituales, siue sint spiritualia per essentiam siue sint spiritualia causaliter, siue effectiue.

SIt primum dictum, pro spiritualibus per essentiam nullo modo potest accipi pecunia sine crimine simoniæ. Probatur, quia spiritualia p essentiam sunt illa præcipuè, & maximè omnium, quæ sunt gratis danda, ergo quomodocunq; in illis intercedat pecunia, peccatum est simoniæ, & quantum ad forum exterius, semper pręsumetur esse simonia, quantum ad forum internum, si intercedat quodcunq; pactum, aut conuentio, etiam sub titulo eleemosinæ communiter est simoniæ crimen, si autem sine pacto, post datam rem spiritualem per essentiam accipiatur pecunia per modum eleemosinæ à spontè dãto, aut ad necessariam substentationem non est crimen simoniæ: Dubia duo sunt præcipua, in hac materia, nempe circa spiritualia effectiuè, vt sunt ipsę actiones sacrę quibus conficiuntur sacramenta, & sacramentalia, pro quorum declaratione aduertendum 8 Simonia est accipere per spiritualibus p essentia pecunia.

uendum est, ex Caiet. in sum. in ver. simonia in quinta regula, quod pecunia trib. modis potest intercedere in istis, primo, per modum pretij quomodo solet intercedere in emptionibus, vel venditionib. secundo, per modum eleemosinæ, & necessariæ substentationis ministrorum, tertio, per modum locationis operarum vt si sacerdos locet suas operas alicui ecclesiæ, iuxta hæc discurrendum est, in sequentibus dictis.

9 Sit secundum dictum, pro sacramẽtis non licet aliquid accipere per modum pretij, & hoc nõ solum intelligendo pro ipsa sacrare, quę est in sacramentis, sed et pro ipso materiali, quod est in sacris, probatur hoc ex multis canonibus, qui habentur in toto tit. de simo. & in 1. q. 1. 2. & 3. Ratio huius rei est de re quidẽ sacra ipsorum sacrorum, quia illa ex natura sua est inuẽdibilis; de materiali vero, quia licet illa materia separata à sacro ex natura sua, sit ptio ęstimabilis, & vendibilis, tñ hoc ipso quod iam est sacrum, multo maior est ratio sacri, quod est in sacro quàm ratio materię, & ideo ipsum sacrum trahit ad suam naturam tpalitatem materiæ, & facit illam inuendibilẽ, & in hoc differt sacrũ à vase sacro quod in vase sacro, est multũ rei tpalis, & ideo relinquit temporalitatem in sua natura, in sacro est multum spirituale, & ideo relinquit spiritualitatẽ, in sua natura. Hinc cõmuniter, acceptio pecuniæ per modũ pretij in sacro ipso vix potest intelligi sine crimine simoniæ, dico vix, quia bene fieri posset, vt saltem ex parte emẽtis nõ esset simonia, Vt si sacerdos nollet ministrare sine pretio sacramentum, aut expresse vellet vendere sacramentum, posset alius existens in necessitate purificando intentionem suam, & non intendendo emere, dare pecuniam, vel protestando, non emere sacramentum, vel dicẽdo dare pecuniam pro materia ipsa sacramenti. Quod si sacerdos, esset adeo malus, vt nollet oĩno dare sacrum nisi alter diceret, se emere illud, & cum iuramẽto, tunc aliqui tenent posse dari pecuniam pro sacro baptismi paruulorum propterea ꝙ pro paruulis non sit aliud remedium salutis, & interpretantur istam nõ esse propriã emptionem, sed redemptionem vexationis, quę sñia saltem propter auctoritatem doctorum habet aliquam probabilitatem; pro alijs sacris, et pro baptismo adultorum communiter tenent omnes non posse dari pecuniam per modum pretij, & emptionis, ꝑpterea quod adultus et sine sacro iure potest saluari per baptismum flaminis: Vnde cum habeat aliud remedium salutis non patitur talem vexationem, qualem paruulus, teneri tamen potest, posse. Ratio tamen suadet omnino pro quacunque necessitate non posse dari, nec recipi pecunia, quia datio pecuniæ per modum pretij, est emptio vere, non sunt autem facienda mala, vt veniant bona. Quæres à saltẽ liceat emere ipsam actionẽ sacri. Resp. in sacris duo genera actionum inueniri posse: quædam sunt actiones essentialiter, & intrinsece annexæ ipsis sacris, ita vt sacrum non posset fieri sine ipsis, vt in eucharistia dicere missam, vel proferre verba consecrationis: aliæ sunt actiones quæ non sunt essentialiter annexæ ipsis sacramentis, sed sunt quædam actiones bonæ, & sanctę, vt officiare in choro, cantare solemniter missam, similiter ambulare pro ministrando alicui eucharistiã. Actiones primi generis sunt inuẽdibiles, sicut sacra sunt inuendibilia, pari iure inuẽdibiles sunt actiones intrinsecæ quibus efficiuntur sacramentalia vt benedictio fontium virginum, cõsecratio ecclesiæ, vel altaris & sic sentit Valentia, de iust. q. 16. disp. 6. punct. 2. Actiones vero secundi generis si habeãt vt communiter habere solent notabilẽ laborem, sic possunt quidem vendi, & in pactum deduci, sed turpitudo quædam inest in earum venditione, & communiter est nonnullum scandalum, & ideo nunq̃ deberent vendi per modum pretij neque in pactũ deduci, sed solum posset accipi, vel etiam post factũ peti aliquid pecunię per modum eleemosinæ, si aũt aliquis obligaret se ordinariè ad exercẽdas istas actiones; tunc posset petere aliquid per modũ pretij, & deducendo in pactũ non quidem ꝑ ipsis spiritualibus actionibus, sed pro seruitute, cui se supponit obligando ad ordinariè exercẽdũ se in ipsas actiones.

Simonia est accipere pro sacris, qũo, & quid de sacramentalibus.

Notandum primo, quod licet in sacramento matrimonij, semper accipiatur dos, imò deducatur in pactum, tamē nō accipitur illa pecunia pro matrimonio, sed pro onere substentandi vxorem: Dos enim, vt alibi diximus, succedit loco alimentorum, ergo datur maritis pro alimēto ipsarum vxorum, similiter pro concedendis dispensationibus in causa matrimoniali videmus in Romana Curia accipi, & exigi pecuniam, immo & deduci in pactum, hoc non est quod vendatur matrimonium, aut potestas contrahendi, sed id fieri, immo & deduci in pactum hoc non est quod vendatur matrimonium, aut potestas contrahendi, sed accipitur pecunia vel pro substentatione ministrorum, vel per modum pœnę, vt qui voluerit contrahere in gradibus prohibitis soluat hanc pęnam.

Sit tertium dictum, actus qui nō sunt essentialiter annexi ipsis sacramentis, & sacramentalibus, possunt non solum vendi, sed etiam locari: ita vt licitè pro illis accipiatur pecunia, siue per modum venditionis, & laboris, siue per modum locationis proprię. Gaiet. in sum ver. simonia in sexta regula; multo magis locari possunt illę operæ, quæ multum habent laboris corporalis, vt locare quis potest operam suam pro officio sacristæ, aut pro officio Vicarij: & aduertendum hoc loco quod ipsi prælati, non possunt locare suas vices, ita vt accipiant pecunias à suo Vicario, propterea quod ei committunt officium Vicarij, vt habetur in toto titulo, ne prælati committant vices suas, sub annuo censu, ipse tamen Vicarius potest locare Episcopo suam operā pro exercendo officio Vicarij.

10 Simonia an sit per modū elemosinæ, vel susten tationis aliquid accipere pro sacris, vel officijs diuinis, & vt non.

Sit quartum, & vltimum dictum, per modum eleemosinæ, seu necessariam substentationē licitè accipitur pecunia in quocunque exercitio spirituali, & pro quocunque actu nisi aliquo speciali iure de aliquo exercitio prohibitum sit.

Notandum primo, hoc esse intelligendum iuxta ea quæ diximus in secundo dicto, pauloante, nempe ne in exercitijs, q̄ multū habent spiritualitatis pręcedat conuentio nec eleemosina petatur ante, sed post administratum exercitium.

Notandum secundo, ex Conc. Trid. sess. 21. de refor. c. 1. prohiberi in particulari, & valde districtè, nè episcopi aut episcoporum ministri aliquid accipiant pro collatione quorumcunque ordinum: etiam pro collatione clericalis tonsuræ, secundo, nec pro litteris dimissorijs, aut testimonialibus. Tertio, nec pro sigillo, aut alia quacunque de causa: ita vt in ordine omnia libere, & gratis dentur, notarijs autem episcoporum pro literis dimissorijs, & testimonialibus, concedi vt possint accipere tantum decimam partem vnius auri, & hoc non semper, sed quando adsunt istę conditiones, prima est, quod non sit in Episcopatu illo laudabilis consuetudo gratis dandi etiam ista, secunda, quod nullum stipendium sit constitutum notario pro suo exercitio, vnde si notarius habet aliquod salarium ordinarium quantumcunque exiguū nō potest hoc accipere, tertia, q̄d ex tali salario notarij nullum oīno emolumentum directè, nec indirectè veniat ad epm, vnde si minimum quid quoquomodo ad Epum deueniret, non pōt accipi.

Notandum tertio, idem Conc. in sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione missę, præcipit, vt Episcopi prohibeant in missa, vniuscuiusque generis mercedum conditiones, & pacta: & quicquid alicubi dari solet pro missis nouis. In qua re sic distingui potest, vt d. Abb. in cap. suam nobis, nu. 10. 11. 12. de sim. quod sacerdos proprius si habet vnde viuat, cessante consuetudine nō pōt aliquid exigere pro missis celebrādis, diuinis officijs &c. gratis tn̄ datum licitè recipere potest, si non habet sumptus necessarios, aliunde sibi victum quærat vt scribendo, si vero nec hoc modo ei consuli potest, episcopus ei prouideat, vel populus ad id cogi potest, & tunc sacra et libere sunt conferenda, cogit tamen episcopus laicos obseruare laudabiles consuetudines, c. ad apostolicam, vbi Abb. de sim. modo ea consuetudo habeat initiū ex deuotione populorum, non exactione sacerdotū, vt ibi not. Si vero sit sacerdos extraneus qui inuitatur ad exequias, ad celebrandum in aliquo loco, potest licitè locare suas operas corporales quas facit.

facit moram trahendo in loco, etiam si habeat alios reditus, modo non intendat directe accipere aliquid pro rebus spiritualibus, sed tantum pro labore & mora in ijs ministrandis, vt dicit Abb. in d. c. suam. in fi. & pro eius sustentatione, idem Abb. in cap. significatum nume. 8. de præb. Silu. simonia q. 3. Ver. tertia regula, in fin. Sot. de iust. lib. 9. q. 6. artic. 1. Gaiet. 2. 2. q. 100. artic. 2. Nauar. cap. 23. nu. 101. idem Abb. in c. cum secundum nu. 3. de præb. quæ tamen non sunt deducenda in pactum pro spiritualibus ministrandis, sed tantũ pro labore corporali, & mora, & sustentatione, vt ibi, d. Nau. vt & cõcionator licite potest mercedem petere pro labore suscepto in proferendo verbũ Dei, sic tamen ꝙ principaliter intendat seminare verbũ Dei, vt animæ ad Deum conuertantur, & postea recipere pretium pro honesta sustẽtatione, victu, & librorum sumptu. Gaiet. d. artic. 2. in princ. Sot. d. lib. 9. q. 6. articul. 1. Abb. in c. suam, num. 5. de sim. Innoc. in c. quoniam ne præl. vic. suas. Et ita in proposito aliquid potest dari ob sustentationem ministri, secundo, in modum eleemosinę capit. animæ 13. q. 2. tertio, per modum oblationis, c. omnis. de cons. d. 1. quarto, per modum spontaneæ gratitudinis, c. placuit, 1. q. 2. c. dilectus, de sim. vbi Abb. d. gratis datum tempore receptionis alicuius spiritualitatis iuste posse recipi si nulla præcessit taxatio; vel si adsit laudabilis consuetudo, spiritualibus prius libere ministratis, cap. ad apostolicam, de sim. modo consuetudo, vtcunque initium habuerit à deuotione populi, nõ exactione sacerdotum, vt ibi, d. Abb. cum non sit magnum quod ab eo metantur temporalia cui seminantur spiritualia, capit. si episcopus, de off. ord. in 6. D. Thom. d. q. 100. artic. 3. & in 4. dist. 25. q. 3. articu. 2. Gaiet. in verbo simonia, & licet aliqui dicant posse in pactum deduci, vt soluatur cõsuetum pro sepulturę officio, & huiusmodi, mihi tamen magis probatur non esse id deducendum in pactum, sed sacra prius libere esse administranda, & postea populus cogi ad seruandam laudabilem consuetudinem, vt not. in d. ca. ad Apostolicam, de sim. cum licet sit donatio tamen referatur ad aliquid quod accipitur nempe spirituale, vt dicit Abb. in cap. suam, de sim. vel licet is actus sit meræ facultatis, & regulariter non obliget, vt d. Bar. in l. cum de in rem verso. de vsur. de rustico qui dat par caponum quotannis domino, vt non teneatur nisi det ob causam, dici tamen potest quod introducitur consuetudo in his quæ sunt meræ facultatis fauore ecclesiæ cap. ex parte, de censibus, & c. ex parte astensis. de Conc. præb. Non licet etiam accipere pecuniam pro accipiendo excommunicatum c. ad aures, de sim. nisi id fiat à iudice, Nauar. cap. 23. num. 101. ver. 7.

Vel dicendum est quod si temporale datur pro spirituali, vt eius pretium est simonia, & econuerso, sed si datur temporale, vt motiuum tantum efficiendi spirituale, vel econuerso, vel quando per tẽporale fit tm̃ compensatio gratuita pro spirituali, non est simonia; Ex quo fit vt non sit simoniaca consuetudo qua à ministris recipitur pro spirituali ministerio stipendium sustentationis, ob gratitudinem qua populus pro ministerio spirituali, vt spirituale est, reddit gratuitam compensationem temporalem. 1. Cor. 9. si nos vobis spiritualia seminamus, magnum non est, vt carnalia vestra metamus, quod non est simonia, quia temporale non est pretium spiritualis, sed compensatio gratuita, vt & simonia non est si quis obsequium, vel aliud munus temporale episcopo impẽdat spe consequendi ab eo titulo gratitudinis aliquod beneficium spirituale, quia id non expectatur, vt pretium obsequi, sed vt compensatio gratuita, qua ratione, & episcopus, vt se liberet ab obligatione gratuita, vel antidora ob acceptum obsequium ab aliquo, rectè ei conferre potest spirituale. Sic quoq; non est simonia aliq. d dari, vt motiuũ efficiẽdi spirituale, & nõ vt pretiũ, vnde si quis leget fundũ ecclesiæ ea cõditione, vt sacrũ fiat anniuersariũ, non est simonia, quia tpale non est pretiũ spiritualis, sed spirituale motiuũ tm̃ cõferendi tpale, vel est donatio onerosa, vt & nõ est simoniacus vsus aliquarũ ecclesiarũ, vbi promittitur ministeriũ spũale, vt exequię missæ, & c. illis qui hãc vel illã eleemosi-

mosinam obtulerint, quia sic tpale spectatur tm̃ vt motiuum nõ vt p̃tium, scandalum tñ id afferret si quis nollet cõferre spirituale nisi detur tpale; sic nõ est simonia pecunia proposita aliquem incitare ad actum virtutis, nisi inde vtilitas deriuet ad dantẽ, vt collatio beneficij, absolutio à peccatis, quod tñ licet, si detur tm̃ vt motiuum: sic non est simonia conferre spirituale ob preces, vel consanguinitatem, qñ is intuitus non resoluitur in temporale vt in pretium, quia sic est solum motiuum, vt d. Valẽt. loco cit. disp. 6. q. 16. punct. 2. qui & subdit ex Gaiet. ꝙ petere episcopatũ pro se in casu necessitatis ecclesię tm̃ licet, alias est pręsumptuosum, petere vero parochiam non esse regulariter præsumptuosum si dignus sit, & moueatur desiderio iuuandi spiritualiter animas, vel ne conferatur indigno, & si mouetur ex affectu carnali, modo velit spiritualiter prodesse, esse tm̃ veniale, dicens etiam nõ esse simoniam si quis metu conferat aliquod spirituale, quod si, licet temporale sit tm̃ motiuum, id tñ expectetur, vt finis principalis, vel in pactum id deducatur, vel accipiens habeat aliunde vnde viuat, si id expectetur vt pretium, & non vt motiuum, vel vt gratuita compensatio spiritualis actus, est simonia, vel si pluris æstimet pecuniam q̃ spirituale ipsum, si vero non pluris ęstimet pecuniam q̃ ipsum spirituale, sed q̃ actum hic & nunc conferẽdi spirituale, non est simonia, quia sic non pluris æstimatur pecunia quàm spirituale ipsum, licet referat quis collationem spiritualis ad aliquod temporalem, vt ad finẽ principalem applicationis animi ad cõferendum huiusmodi spirituale; quo vero ad pactũ, non põt iniri vt tpale detur vt pretium actus spiritualis, vel rei spiritualis, vt spiritualis est, sic enim est simonia, sed bene põt licet pacisci recipere tpale pro spirituali vt stipendium, & remuneratio operæ & officij, quod ex cõi ratione, meretur ex iustitia compensationem, vel vt officium spirituale meretur cõpensationem gratuitam; cauendum tñ à pactis in his ob scandalũ, & maximè vbi quis diues est, licet in foro conscientiæ nõ esset simonia, vt d. Valẽt. loco cit. recipiẽdo, f. id per modum eleemosinæ, vel sustentationis, vel gratuitæ cõpensationis. Non est tñ simonia scientias humano studio acquisitas pretio docere, D. Tho. hic art. 3. ad 5. Nau. ca. 23. nu. 100. Sot. lib. 9. q. 5. art. 1. Valent. de iust. disp. 6. q. 16. punct. 2. quia id non est sua natura institutum ad gratiam, & salutem consequendam, sed illuminandum intellectum, ergo id vendere, non est vendere spirituale. Qđ si accipiatur pretium pro actibus virtutum, vt misericordiæ, religionis virtutis, &c. si pertinent ad gratiam & salutem, est simonia, vt sunt hortationes prædicationes, consiliæ, conciones, quæ ad excitandum affectum diriguntur, Item suffragia, orationes, satisfactiones, sed si actus virtutum sunt temporaliter æstimabiles, ob aliquam temporalem vtilitatẽ quam habẽt, possunt pretio conferri, modo nil accipiatur ob spiritualitatẽ quam habent, vt aliqui actus misericordiæ ad corpus spectantes, musicę cantiones gr̃a solemnitatum vel recreationis honestę exhibitæ, & eo magis sic accipi potest, si nõ accipiatur pro actu virtutum, sed ob aliquod onus cum actu virtutis coniunctũ, vt in matrimonio, non pro actu sacramentali, sed onere sustentandi coniugem dos accipitur, & in ingressu religionis accipitur quid non pro actu virtutis, vt persona recepta seruiat Deo, sed pro onere sustentandi personam, etiam fortè si monasterium esset opulentũ, vt d. Valẽt. loco cit. Quod si q̃d detur pro omissione actus spiritualis, vt ne eligat, si quidem ne eligat indignum, est bonum, sed si detur pro omissione actus debiti, & recti, vt ne quem absoluat, vbi debet, vel ne eligat dignum, peccatum est, sed non simonia propriè, impropriè tamen sic, vt dicit Valentia, de iust. disput. 6. q. 16. punct. 2.

Ter. *De simonia qua committitur in beneficijs.*

SIt primum dictum, beneficia de iure diuino, sunt inuendibilia, & hoc intelligendum de quocunque beneficio ecclesiastico etiam de beneficio iuris patronatus: est communis sententia theo- II Beneficia sunt inuẽdibilia, & quare.

theologorum; & expresse D.Th.in 2.2. q.100.art.primo c.non satis, cum seq.ex tra.de sim. si ex pacto, vel principaliter datur temporale pro spirituali cõsequẽdo.Nau.c.23.num.10.ver.5. secus si non ex pacto vel non tali intentione principali, c. & si quæstiones, de sim. & etiam si detur ordo eo pacto ne ordinatus petat victum ab ordinante. Abb.in cap.si quis, de sim.& probatur, quia licet in beneficijs sit aliquid temporale, nẽpe annuus census, & bona temporalia ipsorum beneficiorum, tamen ipsum officium quod incumbit beneficiato est quid spirituale, & titulus est etiam quid spirituale, & tẽporale est posterius, & consequens, Prius enim præcedit titulus, & ratio officij,& inde propter titulum, & ratione officij nascitur ius ad exigendos redditus,& ad bona temporalia, Post ex iure ad bona, nascitur vsus, & dispensatio bonorum ipsorum. Vnde si beneficium venderetur intelligeretur vendi, id quod est primũ in beneficio & fundamentum aliorum, nempe spirituale, quod est simonia,& in hoc differt beneficium à calice & alijs vasis sacris, quia in uasis sacris primum omnium est id quod præcedit, quod est temporale, spirituale autem postea aduenit, quia non benedicitur calix, nisi postea quàm fuit factum. Hinc est quod Calix venditur sine crimine simonię nõ solum quia multum habet temporalitatis, sed etiam quia in eius venditione intelligitur vendi id quod est primum, & fundamentum aliorum, hoc autem est ipsum materiale. Hinc est vt neque summus Pontifex possit vẽdere beneficium, & si venderet esset simoniacus, & ille qui emeret ab ipso Pontifice esset simoniacus: probabile tamen est quod ille qui emeret ab ipso Pontifice non incurreret pęnas latas, & minus ipse Papa, illæ enim sunt de iure positiuo, & ideo hoc ipso quod beneficium à Papa venderetur præsumeretur esse dispensatus in pęnis.

Aduertendum vero circa prædicta, ꝙ in beneficio est ius spirituale, quod iure naturæ est inuendibile, quia est quid per se spirituale, fructus vero vendi possunt, & etiã Papa ante collationem potest fructus vni assignare, vel pensionem, vel aliter de ijs disponere in vtilitatem ecclesiæ, non autem post collationem, nisi ex rationabili causa, vt & fructus locari possunt, ius tamen recipiendi fructus, i. titulus sine simonia ex natura rei vendi non potest. Valentia. loco cit.

Notandum primo, ex dictis etiam seꝗ quod quisquis accipit aliquod munus pro danda sua voce, in electione ad dandum beneficium, simoniacus sit, etiam si sit patronus qui habeat ius præsentandi, & si impleatur ex vtraque parte esset simonia realis, etiam in beneficijs patronatibus. Immo quod est amplius, si quis offerret sua bona alicui ecclesiæ, vt ex illis instituatur pubenda pro aliquo canonicatu, eo animo, vt ipse eligatur in Canonicum, & fruatur illa præbenda simoniacus est, & si hoc deducatur in pactum est simonia exterior, & si ex vtraq; parte impleatur, est simonia realis. Habetur expresse in c.tua nos de simo. si tamẽ liberaliter offerat sua bona ecclesiæ, absque vllo pacto, & absque eo animo deliberato, vt inde consequatur præbendã, & postea episcopus, vel clerus eligat illũ sponte, in Canonicum,& illi concedat, illam præbendam, non esset simoniacus, etiam si iste habuisset spem aliquã consequendi hac via canonicatum, aut præbendam, quia ista spes non erat fundata in debito, sed in gratitudine ipsius Episcopi aut Canonicorum, & quia cum hac ipsius spe poterant Episcopus, & Canonici alteri tradere. 12 Simonia est dare vocẽ in electione, vel pręsentatione, pecunia accepta, vel re pecunia æstimabili.

Nõ licet etiam alicui dare pecuniam vt cesset à concursu, vel contradictione, alias simonia est, c. matthæus, de sim.

Notandum secundo, quod patronus non solum nõ potest vendere vocem suã quando aliquem pſentat ad beneficium patronatum, sed neque potest vendere ius patronatus seu ius præsentandi, probatur quia etiam ipsum ius est quid spirituale. Aduertendum est autem quod ius patronatus semper est coniunctum cum aliqua vniuersitate bonorum,& sequitur conditionem ipsorum bonorum, & conditionum, quibus coniunctus est: Hinc fit, vt mortuo patre, qui instituit ius patronatum, si hæreditas bonorum,

in qua est fundatũ, ius patronatus, siue in ea vnum tantum ius patronatum, siue plura, tunc simul cum ipsa vniuersitate transitius patronatus, & per accidens intelligitur etiam ipsum vẽditum, própterea quod sequitur conditionem vniuersitatis bonorum ratione vnius iuris patronatus, aut plurium, qui sunt in ea, si tamen intuitu iuris patronatus, vel minimum augeatur pretium simoniaca erit venditio, de qua re latè diximus trac. de iure patronatus.

13 Simonia vt cõmitatur ex manu, lingua, & obsequio. Notandum tertio, Simoniam esse nõ solum si detur pecunia aut quæcunque alia res quæ ex natura sua habet pretiũ, sed etiam si detur quodcunq; aliud temporale pretio ęstimabile, vnde si quis cupiens vxorẽ ducere, promittat alicui suo consanguineo conferre suum beneficiũ si ei filiam suam nuptui tradat, simoniacus est. Doct. in c. nobis, de sim. & præcipuè si detur munus linguę, vel munus obsequij: munus linguæ hoc loco vocamus vtilitatem temporalem, quæ officio linguæ alicui confertur, hæc præcipuè duplex est, nempe laus & preces. Vnde Simonia est dare, vel promittere alicui beneficium pro accipienda ab eo laude coram aliqua persona, vel pro accipienda prece si pro eadem persona alicui preces offerat, munus obsequij vocatur omne seruitium temporale: Vnde simonia est dare alicui beneficium tãquàm mercedem laboris. Aduertendum tamen qđ munus à lingua, si non est deductum in pactum, nunquàm præsumitur Simonia in foro exteriori, etiam si laudes essent falsę, & preces iniquæ. In foro autem interiori si quis intendat dare vel recipere beneficiũ pro munere linguæ, tanquàm pretium, & mercedem, simonia mentalis est, si vero id deducat in pactum, verbi gratia, si collator promittat alicui beneficium, si eum laudet in curia, vel alibi, vnde commodum temporale ad eum ꝑueniat, simonia realis est, ad munus à lingua reducũtur preces, beneficia enim pro meritis sunt conferenda non affectu humano, vnde qui pro laude inde consequenda indebitè conferret, esset munus à lingua, & sic simonia, preces vero distribuũtur quod aut quis petit beneficiũ pro alio, si pro indigno intendens quis se obligare collatori est simonia, si pro digno si sint spirituales, licitę sunt, si carnales vt quia proponantur à parente, nõ carent peccato, si moueatur quis affectu carnis tantum, si vero quis petit pro se indigno, intendens inde se obligare collatori, simoniacę sunt, si pro digno & in beneficio simplici, vbi quis eget, licitæ sunt, si pro curato si intendatur Dei seruitium, ex se licitæ sunt, quia inducuntur ad excitandum officium superioris in eo quod facere debet, non caret tamẽ is præsumptione, etiam si intendat Dei seruitium, sed nõ est simoniacus, nisi inde obligetur collatori, vel se exoneret ab obligatione legali qua tenetur collatori, nõ aũt si ab antidorali tm̃. Abb. in c. tuã de æt. & qual. in his tñ precibus non incurritur pęna simoniaci, ex Nau. cap. 23. num. 107. nisi sint æstimabiles pretio.

De obsequio, si quis seruit pręlato in vtilitatem ecclesię, & in rebus honestis, vt ob dignitatẽ personæ, vel Dei seruitiũ principaliter, vel pro uictu, licet secundario beneficium expectet, non præsumitur in foro exteriori, Simonia, si pro seruitio detur beneficium, etiam si hoc manifestè constaret, iuxta illud dictum D. Gregorij in registro: Vbi dicit ecclesiasticis vtilitatibus seruientes dignum est ecclesiastica remuneratione gaudere: si autem detur beneficium intuitu obsequij temporalis, vel in re turpi, vel in temporalem vtilitatem nõ Episcopi, aut ecclesiæ, sed propinquorum, & amicorum eius facilius præsumitur simonia, quia pro talibus seruitijs non debetur vllo modo beneficium. In foro autem interiori priori modo deseruiens non esset iudicandus simoniacus de seruiens autẽ posteriori modo videtur esse simoniacus, non tñ inducit priuationem talis simonia, intẽta si vero promittitur beneficiũ pro seruitio tpali committitur simonia realis c. cũ essent de sim. vnde si quis conducat clericũ annuo salario, & conferat ei beneficiũ, pacto vt salarium non petat est simonia, secus si ei promisit salarium donec ei de beneficio ꝓuideret, quia sic nõ esset simonia si principaliter non mouetur ob seruitium, sed ob merita, vt dicit.

cit Abb. in d. cap. licet tutius sit abstinere cum ibi sit liberatio à debito tpali legali, & non tm̃ antidorali, vt d. Nau. capit. 23. nu. 100. Couar. lib. 1. var. c. 20. nu. 4.

14 Simonia an sit pro pinquo beneficiũ conferre. Notandum quarto, conferre beneficium propinquo propter propinquitatẽ non esse simoniam, vt recte docet Nau. vbi supra, nu. 107. & D. Tho. in 2. 2. q. 100. art. 5. ad secundum argumentum.

15 Beneficij collatio ob metũ an simoniaca. Notandum quinto, collationem beneficij factam propter metum temporalẽ, non semper esse simoniacam, sed solum quando metus ille resolueretur in vtilitatem temporalem pretio ęstimabilem. Valent. loco cit. punct. 3.

16 Simonia an sit pacisci de pensione soluenda, & quõ. Notandũ sexto, quando inter aliquos intercedit pactum de consentiendo in pensione etiam hac conditione vt pensio imponatur à summo Pontifice, vel ab eo approbetur siue ꝓ se siue pro alio qui de pensione paciscatur, ad euitandum crimen simoniæ, requiri vt in supplicatione quæ offertur Pontifici, pro pensione obtinenda, exprimatur quod iam intercesserit pactum, & conuentio de ipsa pensione obtinenda, vt docet Nauar. vbi supra, nu. 107. in hac re magna mihi est difficultas, propterea quod hæc doctrina non mihi videtur habere ita vniuersalem regulam nec sufficiẽter probari potest; nam fieri posset, vt aliqui conuenissent de pensione sincera intentione, absq; vllo animo committendi simoniam, & in cõuentione expressissent se nolle aut dare, aut accipere pẽsionem, nisi de expressa licẽtia summi Põtificis, & ex simplicitate non putantes, hoc fore necessarium bona fide obtinuissent à Põtifice pensionem, nulla facta mentione pacti, non video quomodo, in foro interiori, isti possint iudicari simoniaci, & quamuis doctor Nauar. absolutè loquatur, puto tamen neque ipsum iudicaturũ istos simoniacos in foro interiori, & eo magis cum in supplicatione exprimantur conditiones quibus beneficium resignatur, se cõmittentes beneplacito sedis Apostolicæ vnde dꝑhenditur eos prius in pactũ deduxisse illas cõditiones, & sat est quod cõmittant se beneplacito Papę.

17 Simonia est dare familiari, vel procuratori electoris, & quomõ. Notandũ septimo, si quis electori, vel procuratori apud electorem, vel alicui volenti resignare beneficium, pro se vel alio eligẽdo, pro sibi, vel alteri impetrando, vel resignando beneficium promittet solum, se fore gratum, vel non fore ingratum, & alter beneficiũ conferret, impetraret, aut resignaret intuitu istius conditionis, non esset simoniacus, quia ista promissio est antidoralis, & non ciuilis, nec inducit vllam ciuilem obligationem, & precio ęstimabilem, neq; aliquid aliud pollicetur pręter id quod iure naturę est licitum, & est promissio talis naturæ, quæ in omni acceptione cuiuscũq; beneficij intelligitur, etsi non exprimatur. Aduertendum est autem, vt ista promissio sit sincera, vt in ea neq; exprimatur aliquid aliud, neq; aliquo signo indicatur, Vnde alter possit cognoscere sibi aliquid aliud promitti pręter illam gratitudinẽ in generali, quia si quis det pecuniam familiari collatoris, vt promoueatur ad ordinem, vel beneficium pacto expresso, est simonia ac si data esset collatori, c. præsentiũ 1. q. 5. Silu. Simonia, q. 3. ver. 3. Abb. in c. nobis. de sim. etiã si collator ei alias esset collaturus, vt ibi. d. & Sot. lib. 9. de iust. q. 7. artic. 3. ver. quæris, sed si cupiens beneficium dat munera collatori, vt sibi conferat beneficium vacans, quibus allectus confert beneficium est simoniacus, sed mentalis, cap. fi. de sim. Sot. lib. 9. q. 8. articu. 1. nisi ita expresse conuenissent; licet casus non careat aliqua dubitatione, & ideo abstinendum, d. etiam. Graphius libro 2. cas. consc. ca. 96. nume. 65. quod qui offert centum collatori, vt sibi cõferat beneficium animo non soluendi illa, si beneficium obtinuerit, non tenetur, id resignare, nisi ita expresse conuenissent, vt supra, sed episcopo id cedere.

18 Simonia est si pecunia accipiatꝛ ꝓ beneficio &t ab alio q̃ accipiẽte beneficiũ & quõ. Notandum octauo, Simoniam esse nõ solum, si detur aut accipiatur aliquod tẽporale ab illomet cui beneficium datur aut illi, à quo datur, sed etiam si accipiatur ab alio quocunq;, qui nomine eius, qui beneficium accepit dat, & si detur cuicunq; qui accipiat nomine eius, qui beneficium contulit, etiam si detur inscio, & contradicẽte eo, cuius nomine datur, & statim, atque aliquis venerit in cognitionem, quod suo nomine datam

sit aliqua pecunia pro beneficio, quod ipse accepit, tenetur, vel resignare ipsum beneficium, vel quærere dispensationem à summo Pontifice pro retinendo beneficium, si tamen simonia est commissa à tertio in fraudem, non irritatur electio, vt si quid detur ab inimicis, vt d. Fel. in c. nobis de sim: si tamen sine hac datione non esset collatum beneficium in foro conscientiæ, is deberet petere dispensationem. Differentia autem est, si ipso sciente, consentiente, vel nō contradicente detur pecunia, & si detur ipso inscio, vel contradicēte, quia in priori casu ipsemet est simoniacus, & collatio est ipso iure nulla, quamuis non ipse det pecuniā: in posteriori casu ipse non est simoniacus, sed alter, qui pecuniam dedit, & collatio nō est ipso iure nulla. Vnde in priori casu non potest resignare in fauorem alicuius, in posteriori autem potest.

19 Simonia an sit dare pecuniam pro inuestitura beneficij. Notandum vltimo, Simoniam esse si detur pecunia etiam pro ipsa inuestitura beneficij. Habetur in c. tantum de simo. quo loco Panor. hoc intelligit, non solū si detur pecunia pro inuestitura iuris, sed etiam si detur pro inuestitura facti, nempe, pro eo quod beneficiatus mittitur in corporalem possessionem ipsius beneficij, colligitur hoc satis aperte ex c. cum in ecclesiæ eo. tit. vbi tāquàm Simoniacum prohibetur ne pro Episcopis, & Abbatibus, aut alijs quibuscunq; ecclesiasticis personis ponēdis in sedem pecunia detur, vel accipiatur, qđ vř pertinere ad inuestiturā facti, & nō iuris proscriptura licet. Itē simonia est si duo electores interse cōueniant hoc mō: elige pro hac vice meū nepotem, & alia vice ego eligā tuum, vt not. Silu. in ver. simonia §. 13.

20 Simonia an sit dare pecuniā pro vexatione redimenda, & vt non. Queres an in aliquo casu possit dari pecunia, vel alia quæuis res pretio æstimabilis pro beneficio ecclesiastico absq; peccato simoniæ. Resp. ex multorum doctorum sn̄ia dari posse in vno casu, nēpe pro redimēda vexatione, vt cum quis habet titulum iustum ad beneficium, propterea quod v. g. est legitimè electus &c. & consequenter habet ius quæsitum ad ipsum beneficium, & ab alio, vel intruso, vel alio quocunque indebitè molestatur, & plerunq; cum periculo perdendi ipsum beneficiū, vel magnę inimicitię, vel longissimę litis, &c. tunc potest ille, qui habet ius quęsitum dare alteri pecuniam, vt cesset à molestia sibi inferenda. Probatur autem hoc esse licitum, primo authoritate multorum doctorū, qui hoc affirmāt, secundo, quia iste cum habeat ius quęsitum non pecunā pro beneficio acquirendo, sed solum pro vitanda molestia iniuste illata dat, ergo non emit beneficium per hanc pecuniæ traditionem, sed solū redimit suam vexationē, & dummodo molestatus sit in possessione, & de facto molestetur non de iure, & nō sit dubius de iure suo, quia si dubitaret esset simoniacus & si vexatio esset de facto, vt licet si sit detrusus à possessione à potente, ita vt non speret obtinere, nō autē si agatur de beneficio acquirendo pdictis enim casibus potest aliquid dari pro vexatione redimenda, etiam qॢ alius expēdit in bullis, vt d. Fel. in c. super eo. de sim. & ibi etiam Abb. dummodo id fiat authoritate iudicis circa expensas, vel circa pēsionem Papę authoritate. Arm. simonia, num. 28. Tab. nu. 47. Nau. c. 23. nu. 101. Gom. q. 2. reg. de ann. poss. col. 3. accipiens tamen hoc casu tenetur pecuniam restituere danti, nisi lis sit dubia; & libere donetur Papæ authoritate accedente. Aduertendum est aūt, si ista pecunię traditio sit secreta, & sine scandali suspitione, non esset opus ulla dispēsatione & authoritate prelati: si aūt sit publica, primo, facile posset inducere suspitionē simonię, & consequenter scandalū: ideo, secundo loco videtur etiā dicendum, vt in tali casu petatur dispensatio, & authoritas summi Pontificis pro tradenda ista pecunia. Tutius tn̄ est ob tā multa quæ concurrere debent in his cōpositionibus, vt interueniat authoritas Papę, vt & stilus seruat maxime cū accipiens ex dictis nil iure petere possit. Qđ si prelatus nolit eligere, confirmare, vel in possessionē mittere dignū, vel ecclesię pficere hominem indignū, licebit dare ei pecuniā ad redimēdam talē vexationem, modo detur tantum vt motiuum quoddam ad remouēdam iniuriam eā quæ obstat consecutioni spiritualis, non aūt, vt pretiū rei spiritualis, vt. s. tanti non æstimet qs id quanti

quanti spirituale, ꝙ procedit licet prælatus nolit cessare ab iniuria, nisi vt à se ematur spirituale, potest enim adhuc ei dare pecuniam ad redimēdam vexationem, non se cōformando eius prauæ intentioni, nec vt pretium rei spiritualis, sed tantum vt motiuum ad id conferendum. Pari ratione si quis nolit baptizare puerū in necessitate, nisi pecunia detur, potest ei dari vt motiuum, & non vt pretium rei spiritualis, se nō conformando in hoc eius intentioni, & etiam adultus potest pro se, vel alio in casu necessitatis baptizando, dare pecuniam ei qui aliter id agere non vult, vt & licet si prælatus omisso digno vult eligere indignum, vel hæretici irreuerenter tractent sacras reliquias, eas pecunia de eorum manibus eripiendo, quia sic redimitur tantum vexatio, & vbi adsunt huiusmodi necessitates, peccatum alterius non est æstimandum, se tamen non conformando, vt supra, eorū prauæ intentioni vendendi spirituale, sed tantum dandi pecuniam, vt motiuum cōsequendi spirituale: vt dicit Valent. de iust. disp. 6. q. 16. punct. 3. q. 3.

21 Simonia an sit aliquid dare ꝓ admissione ad beneficiū, vel monachatum.

Quæres, vtrum statuta, & consuetudines, q̃ vigent in aliquibus capitulis, aut monasterijs, vt admissus ad canonicatū, vel ad monachatum faciat conuiuiū toti capitulo, aut monasterio, vel exiguum quid det singulis canonicis, aut monacis licitè seruari possint sine labe simoniæ. Resp. primò, ex parte nuper admissi in canonicatum, aut monachatū posse esse tantam rectitudinem intētionis, vt verè hæc seruando, non sit simoniacus: propterea, ꝙ hæc non facit pro ipso canonicatu, aut monachatu, sed pro cōmuni lætitia, vel in signum grati animi. Secundò, ex parte canonicorum, & monachorum communiter, simoniam esse, vel saltem pręsumi, si ex vi statuti, & cōsuetudinis, vel alias, quomodolibet quęrant hæc fieri tāquam aliquid debitum, quia hoc ipso ꝙ tanquam debitum exigitur, nō potest esse debitum alio titulo, quam propter receptionem in canonicatum, vel monachatū, ergo exigitur propter ipsam receptionem, quę est in spirituali, & consequenter simonia. Tertiò, si exigeretur solùm ob occasionem communis lætitiæ, non tanquam debitum, sed vt gratis fiat stante rectitudine intentionis, dico in foro conscientiæ posse fieri absque crimine simonię, & modo non adsit statutum, qui id taxet, quia ex quo præcessit taxatio, illa oblatio videtur facta respectu eius, & sic est prohibita. c. ex multa. 1. q. 1. Abb. in c. Matthæus. de sim. Dec. in cons. 118. secus si cessaret taxatio, vel pactum, & liberè donaretur. c. quàm pio. 1. q. 1. D. Tho. q. 106. art. 3. ad quartū. Quartò, & vltimò, quia plerunque deesse potest intentionis rectitudo, ex vtraque parte: ideò periculosum est, etiam in foro exteriori, seruare talē consuetudinem, ex vtraque parte. Rursum, quia hoc exteriori apparētia habet quandam speciem mali, & consequenter scandali: ideò, etiam in foro exteriori, non caret suspitione probabili simoniæ; vnde in vtroque foro concludendum esse, vt abstineant à talibus consuetudinibus, cum prædicta expresè prohibeantur in cap. non satis. cap. veniens. de simon. in Conc. Trid. sess. 24. c. 14. & in Bulla Pij V. 104. incip. Durum nimis, vbi singulares personæ excōmunicationi Papæ reseruatę, & capitula interdicto ecclesiastico subijciuntur, nisi aliquid applicetur fabricæ ecclesiæ, sacristiæ, vel alijs pijs vsibus, modo dimidium redituum vnius anni canonicatus non ascendat, vel excedat, vt in dicta Bulla, licitè tamen potest monasterium promittere alicui ꝙ eum recipiet si discet artem sutoriam; non tamen si seruiens monasterio dicat, nolo seruire vobis, nisi promittatis ꝙ me recipietis in monasterio. Tur. cr. in summa. 1. q. 2. num. 12. & 13.

Sit secundum dictum. Permutationes beneficiorū, ex causa rationabili interueniente prælati authoritate, & debito modo factæ sunt licitæ; probatur, quia videmus sic practicari in tota ecclesia: secundò, quia plerunque necesse est pro bono ecclesiæ, sic fieri, ergo licitè fit: frequenter tamen, & communiter, non sine graui peccato fieri.

22 In Permutatione beneficiorū.

Notādum primò, has permutationes factas propria authoritate simoniacas esse, vt rectè docet D. Th. 2. 2. q. 100. art. 1. ad quintū arg. c. quæsitum. c. cū olim. de

an & qñ simonia interueniat, vel non.

de rerum permut. Causa autem propter quam licitè fieri possunt istæ permutationes, est bonum ecclesiæ, siue sit bonũ ecclesiæ vniuersalis, siue particularis, vt rectè docet D.Th.ibid. ex hoc sequitur, ad solos prelatos pertinere communiter curam istarum permutationum faciendarum, quia ad solos prælatos pertinet cura boni ipsius ecclesiæ. Hinc sequitur peccare communiter ipsos beneficiatos, qui quærunt istas permutationes; probatur primò, quia hæc permutatio fit propter bonum ecclesiæ cõmuniter, at qui querunt istas permutationes, faciunt ꝓpter bonum priuatum; secundò, quia saltem arrogantiæ crimen est iudicare, se vtiliorem fore huic ecclesiæ; confirmatur, quia non minor arrogantia est ingerere se muneri ipsius prælati, cuius est prouidere vtilitati ecclesiæ, si tamen fiat rationabili de causa, & res committatur beneplacito prælati, peccato carere potest. Abb. in c. quæsitum. de rer. permut. in clem. vnica. de rer. permut. Silue. permutatio. 2. q. 5.

Notandum secũdò, ꝙ qui propria authoritate permutarunt beneficia, vtriq; beneficijs priuantur, habetur in c. quæsitum. & c. cum olim. de rer. permut.

Notandum tertiò, vt licitè fiat hæc permutatio ista requiri: primò, vt vterq; beneficiatus habeat ius eiusdem rationis in suum beneficiũ. Vnde si alter habeat ius patronatum, alter non, non possunt licitè permutare nisi accedente cõsensu patronorum. Secũdò, requiritur, vt vterque resignet suum beneficiũ in manus prælati, vt habetur in c. 1. de rer. permut. in 6. clem. vnica. de rer. permut. vbi additur licere etiam ipsis renunciantibus, exprimere in sua resignatione quòd resignant beneficia ad effectum permutationis, & nõ aliter, & tunc beneficia illa nõ intelliguntur simpliciter, & absolutè, sed solùm ad effectũ permutationis, vacare; vnde fit vt prælatus non possit alicui alteri ea beneficia conferre, nisi ipsis resignantibus, ea permutando, habetur expressè in locis cit. hinc fit vt si permutatio sit impleta in altera parte, & per alterum stet quo minus impleatur ex alia parte, ille ex cuius parte impleta est, restituendus est suo pristino beneficio. c. cum vniuersorum. extra de rer. permut.

Notandum vltimò, in permutationibus posse intercedere pecuniam, vel annuam pensionem, authoritate tamen ꝓlati non occultè, vel eo inscio solùm ad faciendam æqualitatem in fructibus beneficiorum, qñ essent inæquales, & nullo alio titulo, habetur expressè in c. ad quæstionem. de rer. permut. iuncta glo. hinc est quòd si daretur pecunia, non in compensationem fructuũ esset simonia, vt d. Valentia, loco cit. punct. 3. q. 4. qui & dicit, ad æquãdos fructus authoritate prælati posse dari non solùm pensionẽ, sed etiam pecuniã præsentem, ꝙ tamen non est in vsu, nec ideò videtur tutum, sed in compensationem maioris dignitatis, vel cuiuscunque alterius rei simonia esset; & hodie non fit etiam hæc adæquatio accedente pecunia, vel pensione, nisi Papæ accedente authoritate; de qua re latius dixi tr. de Permutat. Benef.

Sit tertium dictũ. Summus Pontifex tanquam supremus dispensator beneficiorum, & omnium bonorum ecclesiasticorũ, potest facere hæc omnia, ex causa tamen rationabili; Primò, potest separare fundum ab vno beneficio, & coniungere illud alteri beneficio, & fundi nomine hoc loco intelligimus quamcunq; rem stabilem. Secundò, potest separare fundum, vel partem bonorum stabilium ab aliquo beneficio, & facere illum fundum merè temporalem, & cõsequenter vendere illum, vel tradere seculari. Tertiò, potest separare partem fructuum cuiusuis beneficij, & eam alteri tradere, per modum pensionis soluẽdam, siue in ipsis fructibus, siue in pecunia; probantur hæc omnia, quia hæc sæpè sunt necessaria ad vtilitatem alicuius particularis, vel vniuersalis, ergo saltem penès summum Pontificem est potestas ista faciendi. Secundò, probatur, ex praxi ecclesiæ, ita enim frequenter factum est; Tertiò, quia licet beneficia quantum ad titulum, & ad ea quæ pertinẽt ad necessariam sustentationem ministrorũ, iuxta multorum sententiã vendi nõ possint, nec alienari de iure diuino, tamen quantum ad ipsos fructus, & quantu ad tempo-

23 Papa q̃d possit ĩ beneficijs.

poralitatem bonorum quæ non est necessaria ad sustẽtationem ministrorum, probabilissimum est esse de iure humano, ergo penès authorem humani iuris, scilicet Papam ster de illis disponere rationabiliter tamẽ,& ideò cum simoniaco sciente Papa solus dispensat, cũ ignorante verò episcopus etiam in eodem beneficio, non autem dignitate. Siluan.de Benef.3.p.q.31.nu.4.& 5. Tutius est tamen, sic etiam Papam adire.

24 Pensiones sup beneficijs â sint licitæ, & quibus ex causis, & quomodo vel non.

Notandũ primò, pensiones multis modis posse imponi super aliquo beneficio; primò, vt aliqua pars fructuũ, siue in fructibus, siue in pecunia persoluatur alteri, qui iuuet ipsum beneficiatum in exercitio sui muneris, quando per se solus non potest illud exercere, vel non commodè potest. Et hæc semper iudicata est causa iustissima pensionis imponendæ, & iustissimus modus. Hoc autẽ duobus modis fieri põt; Vno modo, vt ista pars fructuum persoluatur per modum locationis operũ, quia v.g. conducitur alius, qui iuuet beneficiatum, in labore,& hoc modo nõ tam vocatur pensio, q̃ merces, seu salariũ,& premiũ laboris,& per hũc modum licitum est cuicunq; beneficiato, sine vllius licentia, cõducere alterius operam, ad se subleuandum, & hæc pensio est temporalis, & arbitraria pro beneplacito ipsius beneficiari per quam ille qui suam operam locat nullũ acquirit ius, neque in beneficium, neq; in fructibus, neque in parte fructuũ; Alio modo potest imponi ista pensio propriè per modum pensionis, quãdo aliquid datur beneficiato tanquam collegæ, vel coadiutori, vel vicario perpetuo, qui iuuet beneficiatum in onere beneficij, vel viceseius gerat,& illi assignatur pensio super parte fructuum sufficiens ad eius honestam sustẽtationem,& hic modus imponendi pensionem antiquitus fuit valdè in vsu,& causa est etiam iustissima,& hæc propriè vocat̃ pensio,& habet quandam effigiem,& similitudinem præbendæ, vt not. Sot. lib.9. de instit.& iure.q.7. art.2. & quia hæc pensio datur propter exercitium officij spiritualis, ideò vocatur pensio,& spiritualibus annexa. Vltimò, potest pensio imponi sine spe, aut obligatione vllius exercitij spiritualis exercendi, sed ex aliqua alia causa, causas autẽ paulò post enumerabimus, inter has pensiones hæc est differẽtia, quia hæc vltima à solo summodo Põtifice imponi potest, præcedente, verò imponi possunt ab alijs, primò ab ipsomet beneficiatis, secundò ab episcopis.

Notandum secundò, causas iustas, & sufficientes ad licitè imponendam pensionem has esse, prima, quæ est iustissima ad adiuuandum beneficiatũ in exercitio sui muneris, & ex hac causa, & ex sequenti acceperunt initium, & originẽ pensiones. Secunda causa, est propter seruitia præstita alicui ecclesiæ, vt si beneficiatus diu seruiuit ecclesiæ, & postea senio confectus non potest amplius ei inseruire, vnde resignat beneficium retenta sibi pensione ad victum honestum. Pensiones ex his duabus causis constitutas. Sot. vbi supra, putat esse annexas spiritualibus,& consequenter non posse redimi pecunia; quia scilicet annexum spirituali est & ipsum quodammodo spirituale. Tertia causa, est aliquod seruitiũ temporale ecclesiæ præstitum, vel ecclesiæ vniuersali, vel alicui ecclesiæ particulari, vt v.g. militi, qui pugnauit pro defensione ecclesiæ absoluto bello aliqñ tradita est pẽsio de bonis illius ecclesiæ. Hæc pensio ex communi sententia, quia nõ datur pro seruitio spirituali, sed temporali, est temporalis. Quarta causa, pẽsionum est ad sedandas lites,& cõtrouersias ortas in beneficijs, qñ causa est valdè dubia,& vix post longum tempus, & multis expensis terminari potest, tũc frequenter ex cõuentione partium est agendum à superiori, vt alteri tradatur beneficium in titulũ, alteri verò constituatur certa pensio; & hanc etiam multi temporalem putãt, propterea ꝙ ob causam merè tẽporalem datur nempe ad sedandam litẽ. Quinta causa, est ad æquandos fructus in permutationibus beneficiorũ, sæpè .n. pro bono ecclesiæ necessaria est permutatio, & quia fructus sunt valdè inæquales, non possunt partes induci ad faciẽdas permutationes, nisi ei qui cedit beneficiũ pinguius pro tenuiori assignetur pẽsio aliqua ex fructibus pinguioris.

Sexta

Sexta causa, est paupertas alicuius honesti clerici, & bonæ indolis, qui speratur vtilis futurus ecclesię; vnde propter eius paupertatem, vt possit vacare literis, & esse aptus seruiendę ecclesię constituitur illi aliqua pensio.

De alijs pensionibus, quæ communiter sine vlla ex his causis concedi solent familiaribus, & famulis Cardinalium, & aliorum prælatorum, & alijs similib. personis. Sot. loco supra citat. non audet quidē eas expressè, & vniuersaliter condemnare, ait tamen se nullo modo posse vorare hoc nouum ius, fortasse excusari possunt, ex his capitibus: primò, quia expedit pro cōmuni bono ecclesiæ, Cardinales, & alios prælatos habere famulos, & aulicos bonos, & honestos: conueniens etiam est bonis, & honestis famulis impetrari aliquam pensionem, neq; obest, si sæpè videmus impetrari malis, ac discolis; quia nō illis datur tanquam malis, sed tanquam bonis, vnde illi reddent rationem qui pro malis impetrant si qui sunt.

Præterea famuli Cardinalium, & prælatorum, quodammodo dicuntur esse famuli ipsius ecclesiæ, & seruire ecclesiæ, in ipsis prælatis; tertiò, sæpè ijs datur propter paupertatē, quia verè sunt pauperes, vnde si sint honesti possunt subleuari per pensionem.

Notādum quintò, circa naturam, seu conditionem pensionum, hæc mihi probabilia videntur: primò, eandem rationem esse pensionum, ex quibuscunque causis dentur, nempè, vel omnes esse spirituales, vel omnes esse tēporales; quia in pensione non datur propriè ius ad beneficium, & officium, nec titulus, sed solùm ad partem fructuum, quæ tota temporalis est, ergo pensio est tēporalis, nec obstat q aliqua causa est spiritualis, qa spiritualitas nō attenditur tam ex causa, q̄ ex iure quo traditur: vnde propter causam spiritualem potest dari pensio per modum locationis operum, vt supra diximus; nemo autem dicet hanc locationem esse spirituale, cum locatio sit merces temporalis. Secūdò, quia illa pensio, quæ datur propter seruitium temporale est temporalis, & consequenter potest pecunia redimi, & non debet esse maior ratio de pensione, quæ datur pro seruitio spirituali; alioqui seruitium spirituale esset deterioris conditionis. Tertiò mihi probabile est nullā pensionem esse merè temporalem, nec merè spiritualē eo modo, quo est ipsum beneficium, non spiritualem, vt est beneficium; quia pensio ex natura sua nō obligat ad officium magnum, imò fortè, neque ad paruum, nisi ex pręcepto ecclesiæ, quę obligat ad officium paruū Beatæ Virginis, & quia non potest redimi vlla pensio sine authoritate sedis Apostolicæ. Quartò, probabile mihi est omnes pensiones habere aliquid spiritualitatis, licet non tantū quātum habent ipsa beneficia, nec fortè tantum quātum habet ius patronatus, simpliciter tamen omnes dici posse temporales; propterea q omnes pecunia possunt redimi accedente cōsensu sedis Apostolicæ; & illæ quæ dantur pro seruitio spirituali futuro videntur hr̄e quandam rationē locationis operæ, illæ quæ pro seruitio dantur spirituali præterito, videntur dari per modum mercedis pro labore suscepto. Potissima ratio est, quia in pensionibus, nec datur titulus beneficij, nec ius ad reditus ipsius beneficij, sed solùm datur ius ad partem redituum. Dices ius ad aliam partem redituum, q manet penès ipsum beneficiatum est spirituale, ergo etiam ius ipsius pensionarij ad alteram partem. Resp. esse disparem rationē, quia istud ius in beneficiato est coniunctum cum titulo, in pensionario autem est sine titulo: secundò, beneficiatus habet ius in omnes fructus, sed cum hoc onere, vt eorum partem tradat pensionario. Pensionarius nō propriè habet ius in fructus, sed potius habet ius in ipsum beneficiatum, vt ab illo exigat partem fructuum. Dices post nouissimam Bullam Pij V. cum pensionibus annexū fuit onus recitandi horas canonicas Beatę Virginis, ergo hoc signum est alicuius spiritualitatis, quę est in pensione. Resp. primò, nos etiam concedere esse aliquā spiritualitatem in pensionibus: secundò, istam connexionem esse de iure humano, & cōuenientissimè id esse statutum, vt cum pensionarius participet de bonis ec-

ecclesiæ teneatur ad aliquas preces, quibus etiam aliquid reddat pro pensionibus, vel fructibus, & his precibus iuuet animas eorum, qui beneficia fundauerunt; Non liceret tamen resignare beneficium, cum pensione, pacto prius inito de ea extinguenda, id enim simoniacum est. Graph. lib. 2. cas. consc. c. 96. in fi. vt & illicitum est, vt duo conueniant, ꝙ existens in Hispania nunciet existenti Romæ beneficium vacans, ꝙ curialis impetret pro Hispano, & ipse consentiat pensioni ad fauorem eius imponendę, vel ꝙ diuidantur inter eos vtilitates inde prouenientes; secus si non adsit vlla pactio inter eos, ciuilem inducens obligationē, sed tantum antidoralem benefaciēdi benefacienti, vel nisi ea pactio Papæ explicetur, aliàs est simonia realis, re secuta: vt dicit Nau. d. c. nu. 107. ad septimum, octauum, & nonum.

Notandum vltimò, in constituendis pensionibus esse etiam seruandum certum ordinem: vnde secundùm iura, & cōmunem praxim ecclesiæ, pensiones non solent constitui maiores tertia parte fructuum; & tales moderatas pensiones tanquam licitas, si dētur ex causa, approbat Sot. lib. 9. de iust. & iure. q. 7. art. 2. & est communis sententia omnium ferè, qui de hac re locuti sunt; Hinc non possunt laudari frequenter, neque excusari, qui resignant beneficia, cum reseruatione omnium fructuum, neque qui cum reseruatione duarum tertiarum ipsorum fructuum; & ratio est, quia contra iustitiam est, vt beneficiatus ferat totum onus, & non gaudeat vtilitate, vel vt gaudeat valdè exigua vtilitate. In vno casu Concil. Tr. sess. 7. c. 7. de refor. concedit pensionem, quæ excedat tertiam partem fructuum tanquam licitam, quando beneficium, siue ecclesia est perpetuo vnita alicui monasterio, & habet curam animarum, vult enim Conc. à prædicto monasterio solui alicui parocho pensionē sufficientem ad eius honestam sustentationem, vt gerat parochiæ curam, etiam si talis pensio excedere deberet tertiā partem fructuum.

Quanta autem debeat esse pars fructuum huiusmodi parocho cōstituenda remittit prædictum Conc. arbitrio ordinarij. Præterea idem Conc. sess. 24. c. 13. ita cauet ipsis beneficiatis, vt nō grauentur pensionibus illi qui portant onus, & ꝑcipit vt super ecclesiam cathedralē, seu episcopalem non possit constitui pensio, nisi reditus excedant summam mille ducatorum; nec super ecclesiā parochialē, nisi fructus ecclesiæ excedant summam centum ducatorū, hinc sequitur de mente Concilij esse vt episcopo mille; parocho centum ducati semper integri reseruentur. Pensio etiam imponi non potest super beneficio simoniacè obtēto, aliter est ipso iure nulla. Rota. Rom. nouissima. Lancillot. decis. 191. & pēsio redimi potest pecunia sine simonia, vt dicit Valentia, loco cit. punct. 3. quæ tamen pensio nō potest vendi tertiæ personæ, vt ibi dicit, transferendo in eā titulum exigendæ pensionis; & tutius arbitror esse vt in redemptione pensionis Papæ authoritas adhibeatur, vt stilus seruat.

Sit secundum dictum. In resignationibus, & collationibus beneficiorum sæpè committi solet quędam simonia, quę vocatur simonia confidentialis, seu confidentia; deductum autem est hoc nomē à confidendo, propterea ꝙ ille qui resignat, vel confert alicui beneficium per hanc speciem simoniæ confidit: imò ꝙ peius est tacitè, vel expressè in pactū deducit, quòd ipse beneficiatus, resignabit postea illud ipsum beneficium, cui & qñ ipse prius resignans, aut collator volet; vnde confidentia, est resignatio, vel collatio, & receptio beneficij cum fiducia, & pacto illud resignādi pro voluntate primi collatoris, vel resignantis. 25 Confidentialis simonia q̄, vt cōmittat, & quibus casib⁹, vel cōiecturis ꝓsumatur cum eius pœnis.

De hac cōfidentia extat duplex Bulla recentiorum Pōtificum, altera Pij IIII. quæ incipit: Sanè licet. Altera Pij V. quæ incipit: Intolerabilis, quam de verbo ad verbum refert, doctor Nau. in sua sum. c. 23. n. 110. & quia hæc posterior Pij V. continet omnia quæ illa prior, & adhuc plura, ideò de hac sola loquemur. In ea hæc pręcipuè constituuntur, primum, vt omnia beneficia in cōfidentiam accepta à quocunque etiam Cardinali ipso iure vacent; secundum, dispositiones omniū istorum beneficiorum, quæ in confidentiam

tiam accepta sunt reseruata Apostolicæ sedi, neq; vllus alius de eis potest disponere. In hac parte multa dicuntur, de prouisionibus, collationibus, commendis, &c. quæ omnia ad idem caput reducuntur. Tertiò, vbi confidentia in lucem reduci non potest, tunc potest iudicari in foro exteriori per præsumptiones, & coniecturas legitimas. Quartò, enumerantur multæ causæ, quibus homines ad cõmittenda crimina cõfidentiæ induci solent, nempè, vel quia nõ possunt retinere plura beneficia simul, vel ne cogantur promoueri ad sacros ordines, vel quia propter crimina sunt incapaces beneficiorum, &c. Quintò, declarantur nouem casus, in quibus præsumẽda est confidentia in foro exteriori.

Primò, qui ex resignatione, vel cessione cuiuscunque, beneficium simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, vel regressus eidem dimittendi, etiam sola dimittentis intentione, vel alteri postea cõfert, vel secundò illius fructus, vel partẽ fructuum eidem, vel alteri concedit, vel tertio pensiones ex ijsdem fructibus soluit eidem dimittenti, vel alteri eius nomine, confidentiæ crimen cõmisisse censeatur, vbi aduertendum, ꝙ per illud verbum sola dimittentis intentione, nõ determinat Pontifex talem intentionẽ solius dimittentis constituere in foro interiori simoniacam confidentiam, sed solum ꝙ si coniecturis, & præsumptionibus probetur talis fuisse intentio dimittentis, præsumatur cõfidentia in foro exteriori, vt rectè notat Nau. loco sup. cit.

Quartus casus, si collator conferat beneficium quouis modo vacans hac intentione tacita, vel expressa, vt pro eius arbitrio possit idem beneficium conferre alteri, vel pro arbitrio alterius, quem collator ipse constituet, etiam confidentia censeatur.

Quintus, quando prouisus de beneficio fructus ipsius beneficij, vel eorũ partem ad vtilitatem ipsius conferentis, vel cedentis, vel alterius cuiuscunque relinquit, aut promittit.

Sextus, quãdo prouisus pensionem illi, vel illis, quem, vel quos idẽ collator, aut cedens, vel alius eorũ nominat, soluant: In his tribus posterioribus casibus facillimè committi solet confidentia.

Septimus casus, loquitur de patronis, si patronus, vel clericus, siue laicus aliquid horum fecerit, quæ de collatore, seu cedente dicta sunt, etiam confidẽtia censeatur.

Octauus, si clericus Cameræ Apostolicæ, aut Cardinalis, aut alius exemptus à solutione iuriũ ipsius canonis, aut Cancellariæ post resignationem, vel cessionẽ sibi factam ab aliquo extraneo de ecclesia, monasterio, aut beneficio, & confectas literas, & apprehensam possessionẽ in eundem resignantem, vel cedentem spatio duorum, vel trium mensiũ retrocesserit, & ex tali retrocessione reseruat sibi fructus, vel eorum partem, vel pensionem, confidentiæ crimen commisisse censendus est.

Nonus, & vltimus, si quis crimine aliquo absolutus, aut super aliqua irregularite dispensatus, denuò receperit beneficium, quòd ante, vel post commissum crimen, aut cõtractam irregularitatem dimiserat, confidentiarius esset.

Sexto loco, in eadem Bulla ponit Pontifex coniecturas multas, & præsumptiones, quas vult legitimas haberi ad probandum confidentiæ crimen.

Septimo, omnes, qui ante hanc Bullã in confidentiã acceperunt beneficia, fructus, aut pensiones, nisi statim, atque ad eos peruenerit cognitio huius Bullæ dimittant illa, afficit his pœnis.

Primò, priuat eos omnibus beneficijs, dignitatibus, administrationibꝰ, officijs, fructibus, pensionibus, & alijs rebus ecclesiasticis quibuscunque, imò etiam omnibus officijs Romanæ curiæ, & alijs officijs temporalibus.

Secundò, excommunicat eundem, vt præter mortis articulum ab aliquo absolui non possit, præterquam à summo Pontifice.

Tertiò, omnino inhabilitat eundẽ ad beneficia ecclesiastica dignitates, &c.

Quintò, easdem pœnas statuit contra eos qui post dictam Bullã, idem crimen committunt.

Nonò, & vltimò, vult vt plures coniecturæ, etiam si singulæ, singulis testibus probi-

prohibentur, faciant probationem sufficientem, & vt criminosi admittantur in testimonium in confidentia, sicut admitti solent in omni alia simonia.

Notandum primò, in hac Bulla fieri sæpè mentionem regressus, ingressus, & accessus, ideò pro eius intellectu necesse est cognoscere quid sint hæc singula; quorum cognitio plurimum etiam confert ad intelligendum multas materias beneficiales, & licet hæc omnia prohibita sint concedi per Concil. Trid. sess. 25. c. 7. de reform. tamen quia inueniuntur aliqua antiquitus concessa, quæ adhuc durant, & summus Pontifex ex causa rationabili etiam de nouo posset concedere, ideò notandum est; primò, de regressu, regressum propriè vocari cũ quis habens beneficium ecclesiasticum, vel dignitatem cum possessione, illud resignat alteri hac conditione, vt post eius mortẽ redeat ad ipsum prius resignantem, si superuixerit. Secundò, ingressus est cum quis habens beneficium, antequam capiat eius possessionem illud alij resignat eadem conditione, vt post eius mortem redeat ad resignantem. Tertiò, accessus est, quãdo beneficium aliquod esset conferendum alicui incapaci affini ipsius, vt v.g. paruo puero nõ habenti legitimam ætatem, & interim alij cõfertur hac conditione, vt statim atque ille incapax, ad ætatem peruenerit, & erit habilis ei beneficium cõferatur. Vt & vetatur si quis paciscatur se resignaturum beneficium, cui volet collator, vel is qui ei id procurat, si id sibi impetrat, si id in pactũ deducatur, secus si dicatur non ero ingratus, vel aliter id non promittitur, quia id intelligi potest de obligatione solum naturali, licet & id sit vitandum.

Notandum secundò, ꝙ doctor Nau. in sum. c. 23. nu. 111. Circa hoc septimũ à nobis allatum, ex Bulla Pij V. in quo statuuntur pœnæ contra eos, qui ante ꝑdictam Bullam acceperant beneficium in confidentiam, optimè notat has pœnas non habere locum, nisi in illis confidentijs, quæ ante istam Bullam erant prohibitæ, & in curia non tolerabantur. Vnde si quis ante istam Bullam accepisset beneficium in confidentiam, per aliquem modum confidentem, tunc toleratum, prout verè multimodi tolerabantur, imò pro ipsis actibus ius dicebatur, talis quamuis nõ resignaret beneficium, post cognitionem istius Bullæ, nõ incurrere illas pœnas, & probatur, quia cum pœnæ saltem illius confidentiæ, sint de iure positiuo, hoc ipso, quòd Papa scienter tolerat, & ius dicit, præsumitur dispensare in pœnis, vnde tunc impunè hoc fiebat.

Notandum tertiò, non omnem confidentiam, quæ secundùm hanc vltimam Bullam præsumitur esse confidentia, in foro exteriori, necessariò esse confidentiam in foro interiori, vt patet in octauo, & nono casu, relatis à nobis de dicta Bulla.

Notãdum quartò, qui sine vllo pacto resignat alicui beneficiũ hac spe ꝙ resignatarius illud sibi denuò renunciabit, non esse confidentiarium; & aduerte, ꝙ dico sine vllo pacto, neq; implicito, neque explicito, neq; cum qui confert, aut procurat alteri beneficium sine vlla spe, aut sine vllo prorsus pacto.

Sit tertium dictum, præter confidentiam, est quædam alia species simoniæ, si tamen propriè simonia vocari potest, qua aliquid promittitur, aut datur pro gratia, vel iustitia obtinẽda in Romana curia, contra quam simoniam extat extrauagans quædam Bonifacij VIII. quæ incipit: Excommunicamus, de sent. excom. in extrauagantib. communibus, de qua eadem materia extat nouissima Bulla Gregorij XIII. quæ inscribi solet de datis, & commissis, quam lõgo & docto commẽtario declarat d. Nauarrus in integro libello, quem scripsit de hac re. In his canonibus, hæc prohibentur primò, pro gratia, vel iustitia consequenda in Romana curia, siue pro se, siue pro alio cum quacunq; persona pacisci; secundò, prohibet promittere aliquid siue paruũ, siue magnum; tertiò, prohibet recipere promissionem; quartò, prohibet ex tali pacto, vel promissione occultè, vel manifestè facta, etiam facta sub verbis generalibus, & plenè nõ expressis, vel sub verbis specialibus, & apertè expressis quicquam dare; quintò, prohibet etiam recipere-

26 Simoniæ an sit dare in curia ꝓ iustitia vel gratia cõsequenda, & quõ, cũ eius pœnis

perc-

pere; sextò, omittere denunciationẽ intra triduum, apud ipsum summum Pontificem, vel apud alium, qui ei fideliter, referat; septimò, prohibet etiam vti tali gratia, vel iustitia scienter.

Præterea secundo loco idem Bonifacius octauus, statuit has pœnas, primò, excommunicationem ipsi Pontifici reseruatam: secundò, vt nunquam impendatur absolutio, nisi tantum detur pauperibus quantum datum, vel acceptum est pro gratia, vel iustitia obtinenda: tertiò, vt gratia, & iustitia, sic obtenta nullius prorsus sit valoris, vel momenti.

Gregorius XIII. præter ea quæ Bonifacius constituit, addit quædam alia, primò, adduntur aliquæ actiones, quę prohibentur: prima est, negotiorum gestorum gratiam, vel iustitiam concernentium expeditiones huiusmodi: secunda, est viros gratiã præstantes donis, ac pollicitationibus ambire: tertia, fingere se taliũ personarum operã pretio quæsiuisse, secundo loco pœnæ cõstitutæ à Bonifacio VIII. innouantur per Bullam Gregorij, & extenduntur non solùm ad eos qui exercent tales actiones prohibitas, sed ẽt omnes dantes auxilium, consiliũ, vel fauorẽ; tertiò, addit Gregorius quattuor alias pœnas contra istos omnes: primò, priuat eos ipso iure omni beneficio, & officio, nõ solùm ecclesiastico, sed etiã seculari, siue officium sit temporale, siue perpetuum: secundò, subijcit tales criminosos perpetuæ infamiæ: tertiò, inhabilitat in perpetuum ad illa, & quæuis alia beneficia, & officia: quartò, vult conuinctos de hoc crimine tales pœnas luere quę exemplo peccatoribus sint reliquis.

Notandum primò, ad incurrendam hanc Bullam, & eius pœnam requiri, vt ea quæ hic prohibentur fiant apud Romanam Curiam, vnde licet peccatum possit esse, si fiant in alijs curijs, propterea ꝙ pretio vendatur id ꝙ gratis dandum est, tamẽ nulla ex his pœnis incurritur: secundò, vt pecunia detur, aut promittatur pro ipsa gratia, vel iustitia obtinenda; vnde qui daret munera ad obtinendam amicitiam, licet ea intentione daret, vt mediante amicitia, postea gratiam, & iustitiam obtineret, non incurreret pœnas istius Bullæ. Tertiò, probabile est etiam hanc Bullam non habere locum, nisi datio, aut promissio ante gratiam fiat, vel iustitiam obtentam; vnde qui nulla prorsus præuia pactione, aut signo speciali pactionis, & dationis post obtentam gratiam aliquid dat ei per quem obtinuit iure gratitudinis non incurrit hanc Bullam. Quartò, nec habere locum istam extrauagãtem, nisi pactio, & datio sit illicita; vnde si quis pacisceretur cum suo procuratore, vel aduocato pro mercede laboris, quæ illi est debita non incurreret: si tamen ista merces excederet proportionem laboris notabiliter, & in foro exteriori præsumeretur fecisse contra istam Bullam, & in foro interiori difficilè posset excusari. Quintò, nec comprehendi in ista Bulla eum qui promittit vel dat, nisi res quæ promittitur sit eiusmodi, vt possit pertingere ad naturam peccati mortalis. Sextò, & vltimò, quia in his Bullis prohibetur etiam promissio per verba generalia, & non plenè expressa, Aduertendum est per verba generalia nunquam incurri istam cẽsuram, nisi illa verba generalia sint eiusmodi, quæ inducant ciuilem obligationem, de hac Bulla latè dixi tract. de Dominio, ad finem. Ad propositum verò tractatus præsentis simoniæ, si quis resignet beneficiũ in manibus episcopi adiecto modo, vt conferatur illi, vel illi est simonia, iuxta glo. in c. ex parte. 1. de offic. deleg. imò nec nutum licet id petere, vel promittere, ex Bulla 58. Pij V. incip. Quanta; si quis tamẽ liberè resignet beneficium in manibus episcopi confidens, ꝙ is post liberè & sine vllo pacto confert cui volet, non est simonia: vt dicit Nau. d. c. 23. nu. 109. vt & id licitè fit pacto adiecto in manibus Papæ, qui purgat simoniam. Nau. ibi. nu. 107. ad decimum, & 110. ver.

Sit quartum dictum, licitum est monialibus recipere in monasterio aliquã sanctimonialem dotatam, non solùm spontè offerentem suã dotem, sed etiam rogatam de dote, imò licitum est exigere dotem deducendo in pactum quantitatem ipsius dotis, intelligendo de dote honesta, & sufficienti ad necessariam victus, 27 Simonia an sit pro ĩgressu religionis, dotem vel aliud accipere, & quomodo

ctus, vestitus, medicinarum, & aliarum rerum.

Notandum primò, ab ea quæ in sanctimonialē admittitur, ꝙ potest monasterium quærere dotem duobus modis: primo modo petendo ipsam dotē honestam, & necessariā: secundo, petendo dotem immoderatam, & excedentem, hoc secundùm communiter non solet fieri titulo dotis, sed aliquo alio titulo, v.g. vt celebrentur aliqua cōuiuia monialibus, vel vt detur certa quantitas pecuniæ, vt dispertiatur in singulis monialibus, vel vt dentur aliqua iocalia ipsis monialib. vel alia similibus modis. Quæ tamen omnia extra dotem moderatā prohibita sunt peti in extranag. Vrbani V. quæ incipit: Sanè in vinea, & habetur in extranag. communibus, in tit. de simon. quo loco personis singularibus contrafacientibus, excommunicationis, capitulo, aut conuentui suspensionis pœna constituitur; & aduerte excommunicationem esse latæ sententiæ.

Notandum secundò, ꝙ tum ex prædicta extranag. Vrbani, tum ex c. qm̄. de sim. primo aspectu videtur colligi, nullo modo licere exigere dotem ēt prætextu paupertatis monasterij: pro qua re etiā multū facit quod in c. periculoso. de statu regul. lib. 6. §. sanè. & in Conc. Tr. sess. 25. de refor. c. 3. in materia de regularib. expressissimè prohibetur, ne plures moniales ad monasteriū admittātur, quam ex monasterij redditibus absq; earum penuria, & incommodo sustentari possint. Ergo videtur colligi, vt si monasterium plures sustentare non possit, eas neq; dotatas recipere licere, & consequenter deberent potius repelli, si quæ aliæ admitti petunt, quàm dotes recipi; his tamen non obstantibus, hæc mihi de hac re dicenda videntur, primò, valdè probabile est mentem Conc. Tr. & Bonifac. VIII. in cap. periculoso cit. hanc esse, vt communiter non recipiantur plures moniales, quàm ex redditibus monasterij ali possint, nec dotatæ, nec sine dote, cum eleemosynisve consuetis; probatur, quia ex vtroq; nascuntur multa inconuenientia, si enim recipiantur indotatæ, primū fit præiudiciū antiquis monialibus, quia necessariò subtrahentur illis ea q̄ alias erant eis debita; vnde secundò consequitur, vt moniales quærent fortè sibi amicos seculares, à quibus possint accipere aliqua necessaria; tertiò, quòd his consequēs est, ꝙ introducetur in monasterijs proprietas. Si autem recipiantur dotatæ nascetur aliud incommodum fortè maius, nempè ꝙ communiter nō attendent ad mores bonos, sed ad vtilitatem dotis, & sic monasteria replebuntur monialibus discolis, & dissolutis. Secundò, quia moniales, quæ secum ferūt dotem sæpè magnas habent altercationes cum alijs monialibus. Secundo loco, adhuc mihi videtur esse valdè dispar ratio dotatæ & indotatæ: nam indotatas recipi vltra numerum quem monasteriū alere potest, est expressè, & omnino prohibitū in canonibus cit. & communiter est cōtra iustitiam. Dotatas verò recipere, non tam videtur prohibitum in rigore, quàm vt bono monasterij cōsultum fiat, & patet, quia in illis canonibus ferè nihil aliud videtur intentum, quàm vt prouideatur sustentationi monialium, cui non repugnat, si dotatæ recipiātur. Tertio, probabilissimum, & certum apud me est licitè posse exigi dotem, qn̄ aliqua est recipiēda in numero monialium, si recipiatur vltra numerū quem monasteriū potest alere, neq; in hoc esse vllum scrupulum simoniæ: quia non accipitur dos pro ipso ingressu monasterij, sed pro sustentatione eius, quę recipitur, patet, nā in matrimonio, ꝙ est sacramentum, licitè accipitur dos pro alimentis, ergo ēt in monasterio, & ingressu religionis; probatur hoc, quia alioqui non posset sufficienter prouideri honestis virginibus habētibus desiderium religionis, & aptis ad vitam monachalem, præcipuè si sint in aliquo periculo, remanendo in seculo, cum monasteria habeāt numerum sufficientem suarum monialiū. Postremò nullus Doctor contradicit, tenet hanc sententiam D. Th. in 2. 2. q. 100. art. 3. ad quartū arg. ꝙ tamen dixit post Vrbanum V. & Bonifacium VIII. & sic interpretatur contrarios canones intelligendos, vt nihil possit accipi pro ipso ingressu monasterij, quia sic esset simonia: vt dicit Tur. ex.

1. q. 2. in summa. pro necessaria autē sustētatione honesta accipi posse. Quarto, mihi est etiam valde probabile, licet nō sit ita certum, licite posse exigi dotem, etiam si monasterium alere possit commodè sumptib. suis alias sāctimoniales, præter eas, quas habet, dūmodo semper sit recta intentio dandi, & accipiendi pro substentatione, & non pro ipso ingressu. Et primo, certum est, hoc non esse crimen simoniæ, quia datur dos, & exigitur pro substentatione, ergo nihil spirituale venditur, secundo, licet forte si vniuersaliter ita fieret, non videretur admodum honeste factum, propterea quod sine necessitate dos exigitur, & reditus quos habet monasterium sunt deputati ad alendas moniales, & has & quascunque volentes ingredi: & licet videatur esse quædam suspitio simoniæ propterea quod exigitur dos sine necessitate: tamen his non obstantibus frequenter posset dos exigi etiam extra necessitatem substentationis, dummodo adsit recta intentio, & bonus finis, primo, si verbi gratia, monasterium vellet colligere aliquam summam pecuniæ ad reparandum ædificium ipsum monasterij, secundo, si illæ quæ petunt admitti ad monasterium sunt diuites, & commodè possunt habere dotem, ita vt locum recipiendi aliquam gratis reseruent alicui pauperi virgini, tertio, si numerus ille determinatus difficile ali possit sumptibus monasterij, & cum aliquo incommodo monialium, tunc etiam si aliquæ deessent ad implendum numerum posset exigi dos, vt sit commodior victus. Extra hos casus aut similes, non deberet monasterium exigere dotem nisi quando aliquam recipit vltra numerum, quem potest alere, & in dubio est abstinendum, cum vbi monasterium potest alere sufficienter ingressos, simonia sit aliquid recipere ab ingredientibus etiam pro sustentatione tantum, vt dicit Turre Cr. loco cit. testans de communi, vel saltē est crimen auaritię, & pręsumitur simonia, quia cum monasteriū sit abundās præsumitur dari pro ingressu monasterij, quod est simoniacum. Sot. libro nono, quæstione sexta, articulo secundo, in fin. capit. 1. de simo. in extrauag. comm.

Circa summam dotis exigendæ, primo, certum est debere exigi dotem quādam honestam, & moderatam, & non nimis excedentem, secundo, est certum nihil posse certi determinari circa quantitatem dotis, hoc enim pendet ex diuersitate locorum, nam cum dos detur pro necessaria substentione, vbi carior est victus, & vestitus, ibi maior dos exigetur. Tertiò, Doctor Nauar. in sua Apologia quæstio. 1. monito 84. putat summam octingentorum aureorum nimiā esse pro dote monasterij. Caiet. in secunda secundæ q. 110. artic. 3. expresse dicit, posse exigi summam mille aureorum, & ego audiui à quodam fide digno fundatore cuiusdam noui monasterij Pium Quintum sibi dixisse, vt nullam admitteret minori dote quàm mille aureorum, & licet de hac re, vt dixi, nihil certi possit assignari: tamen apud me certum est posse esse talia monasteria, in quibus licite, exigatur dos mille aureorum, & certè in nouis monasterijs, ego consulerem nihil minus accipi. Præterea, in magnis Ciuitatibus, vbi communiter victus, & vestitus, est carior communiter, non mihi videtur excedens summa octingentorum, aut mille aureorum, quia communiter in istis ciuitatibus nemo susciperet aliquam puellam alendam per totam suam vitam minori summa quàm ista, & loquor de victu, & vestitu honesto qualis debet esse monasterij.

Sit quintum dictum: sepultura non potest vendi nec pro ea potest aliquid temporale in pactum deduci sine crimine simoniæ, est expressa sententia, D. Thom. secunda secundæ, quæst. cit. articulo quarto ad 3. argum. & habetur in c. audiuimus, de simon. capit. dictum 1. quæst. 1. 28

Simonia an sit dare pro sepultura, vel eius officio, & quā.

Notandum primo, quod sepultura tria potest significare, primò, significat ipsum ius sepulchri, secundò, significat ipsum officium, quod exhibetur corporibus funerandis, tertiò, significat ipsum locum sepulturæ, in quo aliquis sepelitur. Rursum sepultura iuxta primam

mam significationem, prout dicit ius sepulchri, adhuc duobus modis accipitur: primò, pro iure sepulchri actiuè, idest, pro iure aliquem sepeliendi, quòd ius actiuè sepeliendi habent ecclesiæ, & clerici ipsarum ecclesiarum. Secundò, sumitur pro iure sepulchri passiuè, nempè pro iure, quòd aliquis habet, vt sepeliatur in aliquo loco.

Notandum secundò, ius sepulturæ actiuè de iure communi competere soli ecclesiæ cathedrali, & ecclesiæ parochiali, & non alijs, ex priuilegio concessum est prædicatoribus, & minoribus fratribus, vt expressè habetur, in clementina dudum, de sepulturis. Postea hoc priuilegium est extensum ad omnes ferè religiones, ac præsertim mendicantium, ex communione priuilegiorum omnium mendicantium inter se; Aduertendum tamen, quòd qui habent ius sepulturæ actiuè ex priuilegio, vel habent hoc ius omnino liberum, & immunè ab omni seruitute, vt habent mendicantes, vt dixi, & isti non solùm possunt sepelire mortuos in ecclesijs suorum ordinum, sed etiam possunt fortè intrare processionaliter quamcunq; parorochiam, & inde possunt efferre corpus defuncti, & processionaliter illud portare ad suas ecclesias, etiam contradicente fortè parocho loci, vel episcopo, probatur ex cap. liberum. & cap. in nostra præsentia. de sepulturis. & ratio est, quia eo ipso quòd liberè possunt sepelire, liberè etiam possunt facere ea omnia, quæ sunt necessaria ad sepeliendū: vt dicit Silu. verbo, sepultura, nisi consuetudo sit in contrarium.

Secundò, habentes ius liberum, possunt rectè, & immediatè deferre corpus defuncti ad suas ecclesias non deferendo illud prius ad ecclesiam parochialem, vel cathedralem; patet, quia si prius tenerentur deferre ad alias ecclesias, iam non haberent ius liberum, sed ius cum hac seruitute. Excipitur vnus casus, quando vel est laudabilis, & antiqua consuetudo; vel est conuentio facta inter parochiales ecclesias, & fratres priuilegiatos deducendi prius corpus defuncti ad parochialem ecclesiam, quàm ad ecclesiam fratrum, tunc enim esset seruanda consuetudo, & conuentio; si autem aliqua ecclesia habeat ius sepulturæ, sed non liberum, non potest ingredi conuentus ecclesiæ illius alienam parochiam processionaliter ad educendum corpus defuncti, nisi de consensu episcopi, vel parochi, quòd si episcopus, aut parochus velit vt processionaliter quidem ingrediatur, sed tamen prius deferat corpus ad ecclesiam parochialem, postea ad suam, tenetur hoc facere. Vnde diligenter debent hæc considerare ecclesiæ illæ quæ hoc ius impetrant ab Apostolica sede, ex priuilegio.

Notandum tertiò, ius sepulturæ passiuè, quòd habent laici frequenter, in suis capellis, non esse ius veri dominij, aut proprietatis, sed esse solùm ius quoddam, ac vsum illius sepulturæ; ex quo iure, habent, vt ipsi soli in illis sepulturis sepeliantur, & ij qui sunt ex eorum familia, & non alij extranei, nisi vel de eorum licentia, vel ex præcepto prælati, in necessitate, vt notant communiter Canonistæ, in titulo, de sepultur. & Summistæ in verbo, sepultura. Ex hoc sequitur, extincta tota familia, ad quam hoc ius sepulturæ pertinebat, posse idem ius ab ecclesia concedi alteri familiæ; Probatur, quia hoc ius, vt supra dixi, est ius vsus, & isti sunt solùm vsufructuarij, seu vsuarij sepulturæ, mortuo autem vsuario ius eius reddit liberè ad suum proprietarium, vt habetur in l. penult. C. de vsufructu.

Notandum quartò, quæ sit propria cuiusque sepultura de iure communi, quando quis non eligit sibi aliam sepulturam, satis fusè tractari à Summistis, in verbo, sepultura: & quia res non habet grauem aliquam difficultatem, ideò nos nihil dicemus de hac re, cum fusè diximus tractat. de Parochis.

Pari ratione quis possit sibi eligere sepulturam, videto apud Summistas, & loco citat.

Notandū quintò, ꝙ maximè pertinet ad nostrā materiā de simonia ius sepulturæ, ꝙ actiuè habet aliqua ecclesia, & non

nõ potest vẽdere alij ecclesiæ certo pretio, quia ius hoc est quid spirituale, ergo eius vẽditio est simonia: Posset autem in necessitate vna ecclesia vẽdere alteri ecclesiæ, suum cœmeterium, nõ habita ratione consecrationis cœmeterij, sed solũ habita ratione tẽporalitatis loci ipsius, habetur in c. abolẽdæ. de sepult. Rursus locus deputatus ad sepulturam authoritate epi, vel prælati vendi non potest, p̃terquam alteri ecclesię, & hoc solùm in necessitate, vt supra, dixi de cœmeterio: Vnde sequitur, ꝙ si locus nondumerat deputatus ad sepulturã, vel erat quidem deputatus, sed non authoritate episcopi, vel prælati vendi potest cuicunque.

Notandum sextò, ꝙ aliquid dare, vel promittere alicui pro electione sepulturæ, vt eligat sibi sepulturam, hoc vel in illo loco communiter est simonia, colligitur ex cap. quàm pio. 1. q. 2. Ita quòd si in sepultura in qua solent sepeliri solùm canonici, vel clerici, vel confratres non admittatur extraneus, nisi accepta aliqua pecunia, simonia est, quia sepultura, vt dixi est quid spirituale.

De qua re Tur. etc. etiam conformiter agit in c. dictum. 1. q. 1.

Notandum vltimò, quicquid ex laudabili cõsuetudine dari solet à fidelibus pro officio sepulturæ, licitè potest accipi, & si propter hæredum auaritiam non soluatur potest exigi, imò, & pro solutione conueniri potest hæres corã prælato, vt cogatur ad soluendum consuetum: præsertim quando parochus non haberet ab ecclesia sufficientem sustentationem. Hæc tamen omnia non possunt fieri, antequam mortuum sepeliant, sed postquam liberè fuerit sepultus.

Hæc de materia simoniæ:

De officio verò sepulturæ, supra est dictum, posse post id officium præstitum liberè peti consuetum dari. ex c. ad apostolicam. de simon.

29 De hac relatè egi tr. de Parochis.

Simonia vlterius quibus casib particularibus icurratur.

Sunt porrò aliqui casus in praxi occurrentes, in quibus simonia cõmittitur: Primò enim, si permutãtes beneficia conueniant, ꝙ si vllum ipsorum beneficiorum inueniatur grauatum pensione, is cuius erat ante illam soluat, simonia est: vt dicit Nau. de simon. cons. 4. quo casu dicit, impetrandam facultatem à Papa de illa soluenda cum apparet, cum aliàs ex natura beneficij onera sequantur possessorem, quam dicit tamen esse tantum conuentionalem antequam sit soluta. Secundò, si conuenit ꝙ resignatarius aliquid soluat, vt annatam pro resignante, est simonia, nisi Papæ id exprimatur: vt idem dicit cons. 5. Tertiò, qui interuẽtu pecuniæ, vel pensionis cõuenit de nõ opponẽdo alicui suos defectus, est simonia: vt idem dicit in Man. c. 23. nu. 110. cum seq. & loco cit. cons. 3. sic simonia esset si volenti concurrere ad examen beneficij curati, quis det centũ aureos, vt desistat, quia sit se dignior, vt eo potiatur, cum onere restituẽdi pecunias ecclesię, & resignãdi beneficium. Beia in Cas. Bonon. casu 5. par. 2. Quartò, si qui conueniant de se iuuando in litigando super beneficio communibus expensis contra tertiũ, & obtenta victoria, alter alteri soluat pẽsionem, cum obtineri nõ possit Papa inconsulto. Idem Nau. consil. 6. de simon. Quintò, nõ licet pro institutionibus, vel collationibus beneficiorum soluere, vel vnum scutũ pro subscriptione prouisionis: vt dicit Nau. ibi cons. 7. Sextò, si Cardinalis habens indultum confert familiari beneficium, vt id cõferat alteri reseruata sibi pensione centum, & alteri aliam, si beneficium ferre eam posset, simonia est, cum simonia sit dare beneficium, vt id resignet reseruata sibi pensione vel alij, & est realis, quia vbi pensio constituitur, vel redimitur, vt medium consequendi ordinem, vel beneficium, incurritur excommunicatio, & est realis simonia. Nau. de simon. consi. 52. vers. tertiò, vt & idem dicit consil. 8. Septimò, quòd si quis mutuat pecunias patrono vt eum præsentet, est simonia. cap. de hoc. de simon. Nau. ibi consil. 10. Octauò, ꝙ si quis beneficium litigiosum alicui renunciet ea conditione, vt euicta lite pensionis constitutioni consentiat, simonia est. Nauar. ibi cons. 11. Nonò, si collator debens centum alij, ei conferat beneficium, vt illa remittat, simonia est, si tñ illa centum non debebantur, nõ est simonia realis, vt ibi dicit Nau. cons. 12.

Decimò,

Decimò, si superior accipit aliquid pro collatione, prouisione, cõfirmatione, simoniam cõmittit, vt & si accipitur pro electione, vel præsentatione, & eo magis si accipit tertiam partem fructuum beneficij pro literis prouisionis. idem in consil. 13. vt & simonia est si quis renunciat alicui beneficium eo pacto, vt alius suum alij tertio ab eo nominato renunciet, si id Papæ non exprimatur, vt idem dicit consil. 14. Quòd si duo permutent beneficia coram superiore pacto inito secretò, vt quisque eo anno percipiat fructus beneficij relicti, si quis id agat vt se seruet indemnem, vt quia in fructibus impensas fecerit, vel affictus anticipatos perceperit, & id agat ad preces alterius id poscentis, non peccat fortè, vel ex alia causa honesta, si verò vt lucretur cẽtum aureos ex eo, idque principaliter probabiliter id esset simonia realis, idem enim censeretur ac si pecunia præsenti acciperet illa centum, cum ex natura permutationis ius in illis amiserit, & ideò tutius est expectare, vt fructus sint collecti, & postea permutare, qua ratione, & consil. 15. dicit quòd si quis procurat, vt beneficium conferatur alicui pacto adiecto, quòd is id postea resignet eius nepoti, simonia est, etiam quòd is sit inhabilis, & est realis si facto id executioni detur, idem consil. 15. Vndecimò, si quis habens pensionem cum potestate eã transferendi, eam transferat in familiarem suum, eo pacto vt idem caperet pretium redemptionis, simoniacus est, sed nõ incurrit excommunicationem, vel priuationem, quia nõ est commissa in ordine vel beneficio, sed tantum circa fructus, & ideò ibi non adest hoc casu excommunicatio, vel confidentia, de qua in Bulla Pij V. Nau. ibid. consil. 16. Duodecimò, si impetrans beneficium impeditur ne expediat Bullas ab antiquo pensionario, est simoniacus si eas soluit, vt eas expediat, & postea capiat possessionem beneficij, vt idẽ dicit consil. 17. Decimotertiò, si quis resignans beneficium cum pensione, init pactum vt soluatur pensio literis non expeditis, eo tacito in supplicatione simoniam cõmittit, idem consil. 19. similiter si episcopus cõfert alicui beneficium eo pacto, vt is dimidium fructuũ tertio det, simonia est, idem consil. 22. Decimoquartò, si electores conueniant de non eligendo aliquem nisi ex seipsis simonia est, quia faciunt pactum, ꝙ sibi vel alij beneficiũ acquiratur, vt & si paciscantur, vt alter in vna electione suffragetur vni, & alter alteri in alia, idẽ consil. 21. Decimoquintò, si quis permutat beneficium suum cum aliquo, ea conditione, vt id detur tertio simonia est, idem consil. 22. etiã quòd sit reseruatum ad beneplacitum Papę, si executio est facta sine eo, vt ibi dicit. Decimosextò, si quis renũciat beneficium principaliter, vt ob id ad aliud pręsentetur, simonia est, vt & si præsentatur cum pacto, vt beneficium dimittat ꝙ obtinet, cui vult præsentans, idem cõs. 23. vt & si ei imponatur quòd consentiat pensioni ad fauorem alicuius eo Papæ non expresso, idem cons. 24. nõ tamen si duo permutent iuridicè sua beneficia, & vnus colligat fructus assignatos compermutãti antequã is possessionem adipiscatur, nec adest in hoc confidentia: vt idem dicit cons. 26. vt nec est confidentia si quis accipit beneficiũ intentione illud resignandi ad nutum resignantis, si id non sit expressum, idem cons. 27. secus si resignans accipitã resignatario pẽsionem vel fructus, eo Papæ non expresso, idem cons. 28. non tamen si dicat se, & eius beneficium esse paratũ ad obsequium collatoris, cum verba iactantiæ non obligent. l. fin. ff. de testam. idem cons. 29 quòd si mari, vel fœminæ promittatur ex pacto, beneficium dandum eius fratri, si rem turpem secũ habeat, vt merces, & pretium illius actus simonia realis est cum onere resignandi, vt & si prælatus ex pacto promittat beneficium, & det familiari pro seruitio impenso, vt eius pretium, si verò sine pacto cõferatur ob turpem amicitiam iam contractam, vel seruitium honestũ, non tenetur resignare, & primum etiam intelligitur modo actus sit peractus, cum sic pretio sit æstimabile, vt & si debitum resignãti ob id remittatur. Sot. in primo casu, lib. 9. q. 7. art. 1. Corr. cas. 39. vt & renuncians beneficiũ pacto quòd detur alij, simonia est, ignorãs verò simoniam

ab alio pro se factam, interim facit fructus suos, sed eo cognito tenetur beneficium dimittere, idem consil. 30. vt & si quis resignet beneficiũ alicui, cum pensione pro tertio, quam tamen resignans percipit ex pacto, simonia est, idem consil. 31. non tamen si fiat renunciatio fructuum inter collitigantes, modo alij per hoc non dent beneficium: vt dicit consil. 32. vt nec renuncians beneficium alicui confidens, quòd is ei postea sit renunciaturus, cum Bullæ Pij IIII. & V. puniant non omnem confidentiam, sed solùm illicitam, & simoniacam, quæ ante Bullas talis erat, nisi pactum accedat, idem consil. 33. qui & consil. 34. dicit, simoniacũ priuari ipso iure beneficijs, non tamen inhabilitari ad alia nisi post sententiam. Decimoseptimò, per simoniam incurritur excommunicatio, & priuatio in beneficio, in ordine incurritur præter excommunicationem, vt supra, etiam suspensio, nõ tamen in beneficio, vnde nõ est irregularis, nisi interim celebrarit, vel ministrarit in ordine, vnde simoniacus occultus in beneficio secuta absolutione potest aliud consequi, sed non idẽ sine dispensatione Papæ, si tamẽ eo ignorante commissa est simonia, potest idem obtinere cũm dispensatione episcopi, si non est dignitas, vel beneficium curatũ, idem consil. 35. qui & consil. 36. dicit, non esse illicitum renunciare beneficium cũ spe, ꝙ ordinarius conferret cui is volet, modo id nõ ante significetur etiã nutu, vt supra, vt licet mandare alicui, vt resignet suum beneficium, & postea roget per se vel alios collatorem, vt alteri conferat, idẽ consil. 38. Decimooctauò, si quis resignat beneficium, vel præsentat ad illud cum reseruatione pẽsionis alicui facta sine authoritate apostolica, simonia est, idem consil. 37. Decimononò, si quis remittit debitum pro constitutione pensionis simoniam cõmisit, sed non incurrit excommunicationem, pensio enim licet sit quid temporale, pecunia emi, vel redimi non potest nisi cũ Papæ consensu, idem consil. 39. qui & consil. 40. dicit, ꝙ vt simonia sit realis, sat est ꝙ sit completa ex vtraque parte, quò ad aliquam partem, licet non quò ad omnes. Vigesimò, permutãtes nõ possunt vendere fructus decursos permutãti ratione permutationis, sed tantum vt vni tertio, & hæc separatim fieri debent, vel Papæ exprimi, idẽ consil. 41. Vigesimoprimò, non valet consuetudo ꝙ quis renunciet beneficium, vt conferatur nominãti se ad personatum, nec id valet, idẽ consil. 43. vbi de personatibus latè disserit. & in consil. 44. Vigesimosecundò, conuentio est simoniaca, vt supra, ꝙ exterus moneat aulicum de beneficio vacãti, ꝙ is impetret ei, & is consentiat pensioni pro aulico, nisi id Papæ exprimatur, vel ꝙ solus exterus moneat aulicum, qui si impetret ei beneficiũ, potest pacto ante non inito consentire pensioni pro eo, idem consil. 45. Vigesimotertiò, si scholaris loco collegij patronatus pretio renunciat, simoniacus est, sed nõ incurrit excommunicationem, idem ibi consil. 47. vt & simoniam committit qui ante ius in re aliquid dat, vt idem dicit consil. 49. non tamen qui mutuat pecuniã resignanti principaliter ad incundam eius amicitiam, secus si vt inde det beneficium principaliter, idem consil. 51. Vigesimoquartò, si pensio, vt supra, sine Papæ authoritate constituatur, ematur, vel vẽdatur, simonia est, sed nõ incurritur excommunicatio, modo vt idem consil. 52. vt & simonia est si quis promittit se permutare beneficium vacans, si efficit ne alius veniat ad concursum, nisi id Papæ exprimatur, idẽ consil. 54. qui & consil. 55. dicit, eum qui bona fide seruit beneficio simoniacè acquisito, lucrari distributiones, & id ꝙ fuisset opus dare vni qui opus id præstitisset. qui & consil. 56. dicit, ꝙ epũs potest dispẽsare cum simoniaco occulto in ordine, & super irregularitate, nec eget dispensatione circa fructuum retentionem, si beneficium collatũ fuit antè simoniam cõmissam, cum nõ amittatur ipso iure ante irregularitatem adeptum; secus si simoniacè est collatũ, qui & cõsi 57. dicit, mediatorem teneri ad fructuũ restitutionẽ. Vigesimoquintò, si quis dat pecuniã pro literis dimissorijs, vel si detur examinatoribus, vt eũ renunciẽt idoneum, vel mediatoribus, vt intercedant, & impetrent ei ab epõ, vt ordinem suscipiat, simonia est, idem consil. 58. & dr. mediator

latōr simoniæ non solum qui accipit pecuniam pro ea, sed etiam qui causa est vt fiat. Vigesimosextò, simonia si committitur ignorante beneficiato, non est ipso iure nulla, nec excommunicat, & ideo potest resignare, idem cons. 60. 61. & ad id tenetur, potest tamen episcopus dispensare, vt post renuntiationem factam erdenuo canonicatus huiusmodi cōferatur, qui tamen habebit vltimum locum in choro, & faciet fructus suos perceptos in bona fide ante irregularitatem cognitā, non autem post, nisi post dispensationē perceptos, qui & alijs quæstionibus in huiusmodi proposito respondet, an simoniacos in ordine, & beneficio pares sint, & an irregulares sint, de quib. & supra est dictū, dicens quod qui obtinet beneficium simoniace adeptum eo ignorante, tenetur id renuntiare in manibus episcopi, & nō cuiuslibet collatoris, & quod ordinatus simoniacè est irregularis, non tamen obtinens beneficium per simoniā, subdens Episcopum posse dispensare in irregularitate simoniaca etiā ipso sciente facta, si irregularitas sit occulta, quæ dispensatio operabitur, quod poterit ministrare in ordine, & ad alios ascendere, & obtinere beneficium canonicè collatum vt ibi d. cons. 61. Vigesimoseptimo, si quis procurat alteri beneficium cum pacto, vt ipse habeat partem fructuum, simonia est, vt idem d. cons. 62. vt & redimere pēsionem sine Papę authoritate, vbi tamen non adest excommunicatio, idem cons. 63. qui & cons. 66. d. degradationem pretio fieri non posse, vt nec ordinum collatio, qui & cons. 67. d. concedentem ius patronatus, vel pręsentandi pretio accepto, esse simoniacum, sed non incurrere excommunicationem, vt & qui emit pecunia Vicariatum Episcopi, qui tamen tenetur ad idem dimittendum, licet non incurrerit excommunicationem, idem cons. 68. qui & cons. 69. d. nō licere inire concordiam pecunia accepta, vt renunciet iuri suo, cum tradatur res spiritualis pro tēporali, nisi fiat modo supra in materia relato, vel nisi id fiat à iudice, idem cons. 64. vel ad redimendam iniustam vexationem idem cons. 70. nu. 2. Vigesimooctauo, si quis renuntiat simoniace officium, quod simul est beneficium simonia est, idem d. cons. 70. Vigesimonono, si episcopus confert beneficium alicui eo pacto, vt soluat. 20. impensa pro alendo eo carcerato, est simoniacus in foro exteriori non autem interiori, idem cons. 62. vbi assignat rationem diuersitatem, qui & cons. 74. d. quod si exprimatur beneficium plus iusto valore, efficere gratiam surreptitiam, sed non esse simoniam, equippollet tamen simoniæ, vt d. cons. 75. Quod si beneficium ecclesiasticum vi vel metu alicui conferatur, id est iniustum, non tamen simoniacum. Beia, in cas. Bon. 2. p. cas. 5. nisi metus resoluatur in vtilitatē pretio temporali ęstimabilem, vt supra est dictum.

Et hæc de simonia sufficiant.

Reliquum esset, vt pro complemento huius summæ Theologiæ Moralis, adijcerentur quæ spectāt ad reliquas iustitię partes, & expositionem decalogi, ac ecclesiæ præceptorū, nec non ad partes fortitudinis, & temperantiæ, sed quia opus nimis excresceret, commodius visum est illa in tertiā partem huius summæ, alio tempore, remittere, quibus & Deo dante, adijcientur, quæ spectant ad claues & ecclesiæ censuras, indulgentias purgatorium, suffragia defunctorum, & nouissima, quæ omnia, simul cum his quæ attinent ad creationem, & status personarū tam ecclesiasticarum quàm secularium, iam conscripta, Deo bene fauente, sunt; interim videre licebit, quod attinet ad hanc summam, quæ de reliquis iustitiæ partibus, nec non fortitudinis, & temperantiæ, & honore parētum scripsi lib. de de ciu. instit. iam edito, & de ieiunio, & festorum sanctificatione, tr. de stat. ep. c. 7. sub num. 36. & de homicidio, & iuramento, lib. de cas. res. omnia in ea confecta censuræ, & correctioni sanctæ Matris Ecclesiæ subijcens, & contraria quæcūq; (qđ Deus auertat) nec arbitror adesse, reuocās & annullās. Laus Deo Opt. Max.

Finis Secundæ Partis.

Errata sic corrigantur.

PAgina 5. linea 44. versaretur, versatur b li. 26. surgentes, surgant p. 15. a lin. 19. & add.) in li. 36. atheniensium add.) qui p. 18. a li. 30. ordinatur, ordinetur p. 22. b li. 37. tertio, secundo p. 23. a li. 10. vt, & p. 24. a lin. 49. apud add.) omnes p. 30. b lin. 30. lex, sex pag. 37. a li. vlt. iu, inu. pag. 55. a li. 11. ruiturus, rniturus pag. 59. b li. 30. licet contra, licet, licet pag. 60. a li. 23. final, finium p. 61. b li. 45. ait, vt pag. 64. b li. 28. c. C. pag. 65. b li. 6. aliquibus, add.) a veris, li. 26. nisi, si p. 66. a li. 50. arius, alius b lin. 30. traditio, tradito li. 31. datus, datur li. 32. possessionis, possessio li. vlt. earum, eorum pag. 67. a lin. 6. a, ab li. 7. Deo, eo. pag. 68. b li. 9. cap. C. lin. 12. possidere, add.) & li. 31. qui, quis li. 38. iust. del.) li. 42. vnde vi, del.) p. 69. b lin. 9. potest, del.) lin. 19. diuerterib. diuerterit p. 73. a li. 32. eo magis, del.) p. 75. a li. 13. sacra, sacramenta, b li. 10. ecclesiasticam, ecclesiasticum p. 77. a li. 37. prodigere, add.) non licet, in b li. 11. transgreditur, trāsgrediatur quis p. 78. a lin. 25. parent, patent li. 45. veniam, veniūt b li. 37. in in pag. 80. a lin. 5. an, tam, li. 32. vend. venit li. 40. iam, est b li. 46. cap. add.) nomine pag. 85. a li. 3. &, ex li. 20 vouis, nouis b li. 24. vt, & li. 28. loco, locorum lin. 31. reseruando, add.) alijs vetare possunt li. 35. diu, add.) ergo p. 86. a li. 8. quæ add.) aliàs lin. 39. tamen, tunc p. 87. a lin. 34. quod, si b lin. 19. ipsi, ibi pag. 88. lin. 2. locaturus, add.) non tenetur b lin. 5. vt, præsertim lin. 7. ecclesiæ, ecclesiasticæ pag. 89. a lin. 11. cauent, cauente lin. 36. quis, exterus lin. 40. cogi, add.) tamen p. 90. b lin. 8. incrementum, decrementum p. 91. b. lin. 34. inuenit, emit lin. 49. legato, ligato p. 92. a li. 17. vsufructuarium, proprietarium b li. 48. idem, add.) sic p. 96. b li. 22. Canonistæ, Iuristæ lin. 32. repentem, repetentem p. 97. b lin. 20. eligendi, add.) in li. 21. in del.) p. 99. b lin. 25. dominium, dominum pag. 100. a li. 6. prius triennali, primus tricennali p. 101. b li. 29. ij, ea. pag. 119. b lin. 41. sententia, add.) vt p. 120. a li. 12. firmetur, add.) & b li. 31. accusari, add.) nec ad institutionem accepit pag. 130. li. 22. quibus, cui li. 45. sit, sic b li. 12. mecum, meum p. 135. b lin. 1. potest, pot pag. 136. a li. 25. accipitur, accipit p. 144. b li. 3. accedente, accedente lin. 4. actio, del.) pag. 146. b li. 30. & ad percipiendos vero p. 147. a li. 3. petitio, petitos p. 150. a lin. 1. extra cum, cum extra p. 169. b li. 9. præsid. vrbis, præscr. verb. p. 177. b li. 16. vt, aut li. 46. bonorum, add.) etiam p. 178. a lin. 33. sic, si pag. 179. a lin. vlt. reliquid, reliquit pag. 180. a li. 44. an, del.) p. 181. a li. 20. non generalis sed, generalis non b lin. 7. alia, aliena p. 182. a lin. 50. Trin. Trinum b li. 46. valeat, add.) quandoque, vt ibi d. gl. p. 183. b lin. 22. inutiliter, vtiliter li. 27. annue, annuo pag. 184. a lin. 38. eodem, add.) nisi donatio sit insinuata, vt ibi d. gl. pag. 186. a li. 28. licet, si p. 187. a lin. 24. in præsentes, del.) b lin. 49. sua tua p. 191. b lin. 8. 9 donatio sit rei specialis quæ alienatur, alienatio sit rei specialis quæ donata est p. 199. a li. 5. reuendens, vendens lin. 25. verius q; add.) & li. 48. venerunt, venerint, p. 203. li. 14. contra aliquid minuatur, & p. 206. b li. 46. adhibito, add.) omnia p. 207. a lin. 15. decuor, decur. p. 211. a li. 24. mentem, mensem li. 40. sit, add.) l. p. 212. b. lin. 25. Falc. Aquil. p. 214. b li. 23. etiam, add.) si p. 215. a lin. 21. enim, nam, lin. 36. ecclesiæ, ecclesiasticæ p. 221. a li. 18. deprecario, deprecatio p. 222. a lin. 7. speciali, add.) nam p. 224. b li. 47. scilicet, add.) expressa p. 231. b lin. 37. non, del.) b. lin. 37. non, & verius l. fi. C. de in. emphyt. p. 232. b lin. 35. imprialem, imperialem li. 44. vberatum, verberatum lin. 45. vendit, vendit, p. 236. b. lin. 2. domanij, homanij p. 241. a li. 5. inuectione, impressione p. 242. a li. 1. ecclesia, add.) & p. 249. b lin. 48. L. del.) p. 250. b lin. 24. patre &, add.) matre li. 38. siue, sint p. 253. b li. 13. &, vxori lin. 44 data, del.) p. 254. a lin. 14. potest, add.) filio, modo viro non quæratur pag. 255. a lin. 43. cum, cum mihi p. 257. b lin. 21. vocus, vocat p. 258. b lin. 32. tenetur, add.) primo viuo pag. 260. a lin. 1. prior, prius p. 262. a lin. 46. reperit, repetit, p. 275. b li. 36. prædictis, prædijs p. 276. a lin. 27. periu, priu p. 323. b li. 5. vel opus pium, del.) pag. 328. b lin. 11. papa, add.) vel principe pag. 392. b lin. 17. relictum, add.) vbi Papa non mutat pag. 425. b lin. 30. nec, & p. 433. b lin. 10 notoriorum, notorium p. 434. b lin. vlt. facto, facta p. 444. a li. 9. dist. dicitur p. 452. a li. 8. eod. add.) modo vt tt. de beneficijs p. 254. b li. 42. puta, pura p. 456. a li. 30. tenemur, tenetur, li. 31. illi, illis p. 460.

b lin.

Errata: ſic corrigantur.

b lin. 11. Caſt. Caiet. p. 461. b li. 6. ſimiliter, add.) nec lin. 41. ſpiritualia, ſupernaturalia p. 462. a lin. 39. reuocare, add.) debet p. ea. b li. 13. iuſtitia, iniuſtitia li. 30. tamen, enim p. 467. b li. vlt. iniuſta, iuſta p. 471. b lin. 34. tamen, add.) etiam li. 37. famam, add.) ergo & hic p. 472. a li. 1. charitatem, add.) & lin. 14. d. lib. p. 473. a li. 44. ſententia, add.) contraria p. ea. b li. 29. conditione, concluſione li. 36. conditione, concluſione p. 474. b li. 15. verecundia, add.) tacet p. 475. b li. 39. occultũ, add.) impedit p. 481. b li. 34. negantem, add.) tantum p. 490. a li. 38. caſu, del.) p. 492. b. li. vlt. reperi, repeti p. 493. a li. 33. add.) tertio li. 5. aliter, hæc verba vſq; ad verbum, quibus, ponenda ſunt infra li. 7. poſt verbũ, poteſt li. 19. commode, add.) ſed latroni a li. 19. mutuaret, add.) tunc p. 495. a li. 10. ſimul, ſemel a li. 19. mutuaret, add.) tunc p. 496. a li. 16. part, punct. p. 501. b lin. 42. conſtituiſſet, add.) modo vt ſupra p. 514. b li. 49. ſecta, vitæ ratione p. 522. a li. 11. per, pro p. 523. b li. 34. per, pro li. 35. per, pro p. 525. b li. 12. ea, eo p. 526. b li. 22. orandi, add.) modo quo ſupra p. 527. b lin. 2. manib. add.) & oculis p. 529. a lin. 20. clare, dare p. 533. b lin. 1. conſecrationis, add.) de conſ. p. 537. a lin. 23. Martini, del.) p. 538. b li. 36. 8. conſt. ap. c. 40. de virginit. p. 542. a li. 37. quia, quis, ibi, canunt, canet p. 543. b li. 36. for, fer. p. 545. a li. 36. præſtet, à Deo dari poſtulet p. 546 b lin. 45. 23. 3. p. 547. a li. 30. principio, add.) licet in eo quod recitat peccet tantum venialiter, & ea verba poſita infra li. 39. 40. delenda, b li. 9 obl. l. add.) cum p. 548. b li. 27. 39. 10. 11. p. 554. a lin. 45. quoniam, add.) de conſ. d. 3, b lin. 13. habet, habetur li. 14. lib. add.) 17. p. 556. a li. 44. pij, add.) V. pag. 561. b li. 31. ar. add.) 3. p. 564. a lin. 20. quaſi, del.) p. 584. b li. 18. modo, del.) p. 586. a lin. 2. virginis, virgines p. 588. b lin. 46. paui, paruı li. 35. promiſit, promiſſi p. 589. a li. 29. obligare, add.) c. ſi. de obſ. ieiu. p. 590. a li. 36. exanimare, examinare p. 596. a li. 1. probationem, probationis p. 597. a li. 20. amittere, emittere p. 602. b li. 20. 188. 88. p. 603. b lin. 1. r. ſi. 2. p. 605. a lin. 48. ver. del.) p. 606. a li. 29. 3. del.) p. 608. a li. 4. iuliam, iulian. li. 22. Quæ. Hæc verba, vſque ad text. concluſ. ponenda in fine huius capitis p. 608. a li. 4. iuliam, iulian. p. 610. a li. 36. dulciç, duliæ p. 611. a li. 20. volens, nolens p. 615. a li. 5. cum, cui, b li. 32. capeibat, capiebat, p. 616. a li. 31. eram, feram, p. 618. a li. 41. qui, quæ p. 622. a li. 50. ſimoniacas, ſimoniaco, p. 623. a li. 16. cum, eum. p. 628. a li. 43. licet, licite p. 629. b lin. vlt. bonorum, add.) venditur p. 630. li. 3. plura, add.) ſint p. 634. b lin. 45. frequenter add.) forte p. 635. a li. 5. ſtet, ſtat li. 40. viues, vices b li. 5. ſummodo, ſummo, li. 6. præcedente, præcedentes, p. 640. b. li. 34. nutum, nutu li. 39. confert, conferet lin. vlt. neceſſariam, neceſſaria p. 646. a lin. 18. inhabilitati, inhabilitari. b li. 29. idem, add.) d.

Minutiora vero errata, ſi quæ fortè adſunt, prudens quiſque lector ſibi, & pius, emendet.

REGISTRVM.

abc A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Omnes ſunt Quaterniones, præter A B C D E F G H, Qui ſunt Duerniones, & Z z Ternio.

Pars Secunda.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ.

Omnes ſunt Quaterniones, præter Sſ. qui eſt Ternio.

B R I X I AE, M D XCVIII.

Apud Petrum Mariam Marchettum.

Superiorum Permiſſu.

REGISTRUM.

[illegible] I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

[illegible] Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo [illegible] Vu Xx Yy Zz.

[illegible] A B C D E F G H, [illegible]

Pars Secunda.

[illegible] I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

[illegible] Hh Ii Kk Ll Mm Nn [illegible]

Omnes sunt Quaterniones, praeter Hh quod Ternio.

BRIXIAE, M. D. XCVIII.

Apud Petrum Mariam Marchettum,

Impressorem Episcopalem.